Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

BIBLIOTECA DE LOYOLA
Sala 1 Estante 2 Plúteo 1

39,6

Universidad de Deusto
Biblioteca

TOMVS TERTIVS OPERVM DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI, ARCHIEPISCOPI CONstantinopolitani, ea continens, quibus Euangelium beati Ioannis explicatur:

Rurſus homilias iuxtà pias ac doctas in Acta Apoſtolorum cum aliis aliquot.

Quorum omnium elenchum, verſa pagina, reperies.

BIBLIOTECA COLLEGII LOJOLAEI SOCIETATIS JESU



Esta conforme al expurgl. de 1707.
Por comission del Sto. Offl.
Ihs
Franco de Olague

Es del Collo. Rl. de Loyola, y su Libreria

PARISIIS,
Apud Gulielmum Merlin in ponte Numulariorum,
ET
Sebaſtianum Niuellium ſub Ciconiis, via Iacobæa.
1570.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ELENCHVS OPERVM
Tomi tertij.

Commentariorum Chryſoſtomi in euãgelium Ioannis Homiliæ LXXXVII. 5.A
HOMILIAE ALIQVOT IN IOANnem, ſecundum ordinem capitum.
Ex cap.1. De fide in Chriſto, homilia. 357.C
Ex eodem, De diuo Ioanne Baptiſta, homilia. 359.B
Ex cap.2. Cõtra Iudæos, Gẽtiles, & hæreticos, Sermo, de euangelio, Nuptiæ factæ ſunt, &c. 363.A
Ex cap.4. in illud, Veniet hora, quando veri adoratores adorabũt patrem in ſpiritu & veritate, homilia. 367.D
Ex cap.11. De Lazaro reſuſcitato, homilia. 369.B
Ex cap.15. in illud, Vos amici mei eſtis, ſi feceritis, quæ mando vobis: homiliæ duæ. 370.C.&.372.C
QVÆ SEQVVNTVR, SVBIICIMVS, vt ad iuſti voluminis magnitudinem tomus excreſceret:
In Acta Apoſtolorum homiliæ LV. 374.D
De laudibus ſancti Pauli homiliæ VIII. 682.D
In cõmemoratione ſancti Pauli, de charitate, Sermo. 717.A
De ferendis reprehenſionibus, & conuerſione Pauli, homilia. 719.B
De proditore & myſteriis cœnæ dominicæ, in quinta feria paſſionis, Sermones VI. 729.D
De proditione Iudæ, homilia. 739.C
De latrone, Sermo. 746.C
De cruce & latrone, homiliæ duæ. 748.A
De cruce dominica. 757.A
De reſurrectione, homiliæ IX. 761.C
De aſcenſione domini, Sermo. 781.C
De Pentecoſte, Sermo. 787.D
De ſpiritu ſancto, Sermo. 792.C
De ſancto & adorando ſpiritu. 798.D
De fide, & lege naturæ, & ſancto ſpiritu, Sermo. 811.B
De Trinitate, Sermo. 818.B
De Euchariſtia in Encæniis. 827.A
De præmiis ſanctorum, diuerſiſque honoribus Apoſtolorũ, & de gehenna ſi ſit, & vbi ſit, Sermo. 828.D
De Martyribus, Sermones II. 832.A
De beato Philogonio oratio. 836.A
In Iuuentium & maximum martyres, Sermo. 842.C

SOCIETATIS JESU BIBLIOTHECA COLLEGII BILBILITANI

FRANCISCI ARETINI, IN DIVI IOANNIS Chryſoſtomi Epiſcopi Conſtantinopolitani commentarium ſuper Ioannis euangelio, ad clariſsimum virum Coſmum Medicem Florentinum, Præfatio.

COmmunis ferè omniũ opinio eſt, Coſme vir clariſsime, ſuperiores & longè à memoria noſtra remotas ętates, omnium virtutum genere noſtram ſuperaſſe, nec vllum nũc inueniri quẽ maioribus illis cõparare poſſimus: in qua ſententia multitudinem eſſe minimè miror, cuius id ingenium eſt, vt audita viſis, & vetuſtiſſima quæque maiora arbitretur. Quod autem viri graues & doctrina, & rerum vſu exerciti idem ſentiant, hoc ego quàm iniquiſſimo animo ferendum cenſeo. Non tamen is ſum, qui negem maiori clarorum virorum copia illa tempora floruiſſe, aſſentior ſanè libenter ob meam in ſeculum noſtrum pietatem (ſi cõmodè poſſem) negaturus. Non enim mihi ita faſtidio ſunt homines mei, vt neminem illis profitear comparandum, vt plerique obſtinata aſſertione contendunt, malè de ſeculi ſui hominibus meriti, quibus partim qui viderint, partim qui cõſuetudine deuinctos habuerint, nonnullos qui beneficos in ſe experti ſint, fauere profectò deberent, vt etiam ſi non omnino id ſentirent, tempora tamen ſua amore complecti, & pro viribus extollere viderẽtur. Eſt enim, vt ſentio, bene inſtituti hominis temporum ſuorum bonis delectari: & ſi quem videãt virtutibus præcellere, tantò eos maiori admiratione & laudibus proſequi, quantò inter paucos eius virtus clarior apparet. Et profectò ſi ætatem noſtram nõ malignè, non inuidè conſiderare voluerimus, viros clariſſimos habuit habétque, quos ſiue magnitudine animi, ſiue ſapientia, ſiue rerum geſtarum gloria, ſiue magnificẽtia, ſiue rerum publicarum adminiſtratione: ſi non præferre, auſim tamen maioribus comparare, vnde non minora virtutis exempla, quàm à maioribus illis nobis proponerentur. Quod licèt nõ huius loci, neque propoſiti ſit in præſentia diſquirere: paucos tamen attingam, ne videar velle quidem, quos tamen laudare poſſim, non habere.

Quid enim de Martino quinto dicam, qui cũ primùm ad ſummum eſt pontificatum aſſumptus, imbecillimum, & variis caſibus agitatum eccleſiæ ſtatum, & diuturnum ſchiſma ita ſedauit, ita in vnum corpus redegit, vt ex maximis perturbationibus & procellis, in trãquilliſſimum portum tanti gubernatoris peritia pericliantem, Petri nauiculam appulerit? Quid ad clariſſimum principem Nicolao quinto defuit? cuius tempora etſi breuiſſima, quantulacunque tamen, in hac noſtra inferiori Italia Auguſti paci cõtulerim, cuius ductu & auſpicio, vt vrbs Roma, ita & Romana lingua renouata eſt, quem niſi tanta repentè inuida mors è medio ſuſtuliſſet, non minus quàm Auguſtus vrbem è lateritia marmoreã reliquiſſe gloriari potuiſſet. Quid Pio ſecundo pietate par? verè inquã pio, qui vt cõmiſſæ ſibi eccleſiæ & Chriſtianæ religioni conſuleret, inualido & imbecillo corpore nullum recuſauit laborem. Quid Alphonſum Arragonum regem memorẽ, qui vt maximo animo Sicíliæ ſibi regnũ vendicauit, ita & quoad vixit, & ſapientia, & autoritate incredibili id rexit, & tutatus eſt? Quid Frãciſcum Sphortiam? nónne cuiuis veterum imperatum iure connumerabis, cuius tu nominis & gloriæ Coſme vel in primis author fuiſti? Neque enim te vllo pacto tacere aut poſſum, aut debeo: tu enim vnus es, quem in priuata fortuna cuiuis maiorum non æquandum modò, ſed longè præferendum contenderim. Tu vnus es quem vnicè admirari, de quo maximè gloriari poſſimus: tu vnus multorum ſimul laudes complexus es, Pompei authoritatem & gloriam, Catonis ſeueritatem, Luculli magnificentiam, Craſſi, ſed in meliores vſus, diuitias, ſummam præterea in immortalem deum religionẽ. Extant clariſſima pietatis tuæ & in deũ, & in patriam monumẽta, extant innumera & in priuatos homines beneficia: longè plura ſuſpicor, quibus tacita tecum conſcientia lętaris, quę indigẽtibus dei ſeruis, innuptis virginibus, reliquis pietatis operibus tam larga dextra exhibes, vt ſecundum domini præceptum, neſciat ſiniſtra. Et tamen indies magis atque magis diuitiæ abundant, creſcunt, exuberant, cẽtuplum accipietis, inquit. Et meritò quidem, Cui enim potius credendæ ſunt, quàm qui & ſciat, & velit quam liberaliſſimè diſtribuere? Iure igitur ſummi dei clementia, in clariſſima Italiæ ciuitate, in ſumma & authoritate, & amore omniũ te principem cõſtituit: & vt Ciceronem Italia, ita ciues te tui in patriam, ſummo omniũ conſenſu,

Matt.6.d

ibid.19.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

sensu, ab exilio reportarunt. Vbi tot annos in tranquillissima pace, in omnium admiratione filiis paternam imaginem, virtutémque reuerentibus indolis eximiæ tot propinquis, tot amicis munitus, summa cum laude consenuisti: vbi te omnes patrem patriæ & loquuntur, & sentiunt: vbi vt Demosthenem ferunt Athenienses populi, ita tu & principum, & rerum publicarum pro arbitrio tuo habenas sæpenumero moderatus es, vt nemo sit, qui sapientiã, qui virtutem, qui ingenium tuum non admiretur: vt & vbi clarorum principũ nomen peruenire non potuit, ibi tuum celeberrimum habeatur, atque te consummatissimũ virum reddas. Inter publicas & grauissimas occupationes si quid otij datur, id omne liberali mense, hoc est studiis, & diuinis impẽdis lectionibus, quibus animus eruditur, oblectatur, pascitur, veram concipit beatitudinem. Hæc & alia plura cùm de præstantia tua iam diu acciperẽ, accusabam sanè fortunam meam: cui talem virũ videre, & colere non licebat: quod ergo vnum in primis desiderabam votis meis, humanitate incredibili audisti: iussisti Florentiam venirem, veni, te visitaui, vt filium accepisti, spem bonã dedisti. Sed cùm inter loquendum abs te acciperem, quantopere in Ioannis Chrysostomi cõmentario super Ioannis euãgelio, quem nuper rudi & inemendato stylo traductum, R. patri Ioanni episcopo Attabatẽsi dederam, delectarere, incredibilem cepi voluptatem, aliqua ex parte tuæ in me benignitati satis facturum ratus. Itaque cùm primum Romam redirem, me ei vltimam manũ imponere, & clarissimo nomini tuo inscribere pollicitus sum. Primã igitur eius partem, cuius Græcum exemplar penes me est, pro ingenioli mei viribus emendaui, quam, dum reliquum & inueniam & absoluã, visum est interea ad præstantiam tuam mittere, vt me pollicitationis meæ memorem intelligas: opus enim permagnum est, & tempore indiget. Et licet in librorum præfationibus authorum laudes colligi soleant, eas tamẽ in præsentia prætermittere statui: non quin latissimus in Chrysostomo (siue doctrinã, siue mores intueri velimus) commẽdationis campus pateat, vt etiam infanti linguæ vberrimã dicendi materiam præstare possit: sed cùm ad te virũ præstantissimum dirigatur, nolui tantum mihi tribuere, vt ea ostẽdam quæ tibi longè quàm mihi erant clariora. Cognosces vim hominis, cognosces doctrinam, cognosces mores: quorum plerosque, vel omnes potius in te cognosces. Non tamen is sum, qui non intelligam, quantũ Chrysostomo dignitatis: quantum splendoris imbecillis interpres abstulerit: sed vtcũque sententias tamen me assecutum spero. Accipias ergo, qua soles humanitate hanc editionem, quã ego tam libẽter exhibeo: vt si gratum tibi fuisse intellexero, maximum abs te beneficiũ me accepisse existimem. Nec me mediocriter & ad hanc perficiendam, & alia aggrediẽda Cosmus lector hortabitur.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI EPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI COMMENTARIJ SUPER IOANNIS EVANGELIUM PROLOGUS: FRANCISCO ARETINO INTERPRETE.

QVI agonũ certamina spectare cõsueuerũt, cùm insignẽ quẽpiã athletã, & coronis plurimis donatũ, alicũde [illegible]pectũ intelligũt, oẽs certatim con[illegible]urrũt, vt eius luctas, artẽq; & corporis robur conspicentur: & videre quidẽ nõnũquã vniuersum theatrũ licet, multis hominũ milibus inundãs, qui & corporis & animi oculos penitus intẽdãt, vt nihil eorũ, quæ in ipso agũtur spectaculo, se prętereat. Tũ si quis præstanti ingenio musicus aduẽtauerit, nõ minori studio iidẽ ipsi theatrum occupãt, & omissis omnibus quæ in manibus habẽt negociis, & sępenumero necessariis & vrgẽtibus, nõ minori studio aduolãt, sedentq; incredibili cãtus plausuq; accipiẽdi cupiditate, & de vtriusque præstãtia inter se disputant. Et hęc quidẽ multi. Qui autẽ rhetorum callẽt rationes, ipsi quoque in sophistis hoc idẽ contendũt. Quippe & in his spectacula sũt, auditores, plausus, suffragia, & inquisitiões eorũ quæ dicũtur diligẽtes. Quòd si rhetorũ, tibicinumq; ac athletarũ & spectatores, & auditores tanta consident attẽtione, quantũ nobis studij, quantũ diligentię, si rectè iudicabimus, adhibendũ erit nõ in tibicinis, neq; sophistæ, aut gladiatoris, sed viri è cœlo vocem tonitru clariorẽ proferẽtis spectaculo, qui vniuersum orbẽ suo clamore cohibuit, cõprehẽdit, impleuit, non nimio quidẽ, sed diuinæ gratię exuberãtia, q̃ ab eius lingua affatim emanauit. Et quod mirũ sit, tãtus clamor nõ est asper, nõ iniucundus, sed omni musica harmonia suauior, quo nil auditorũ aures possẽt vehemẽtius demulcere. Huc accedit, q̃ sanctissimus, q̃ admirationis plenus, arcana redundans sapiẽtia, qui tot tantáq; cõfert bona, vt qui diligẽter & accuratè eũ accipiunt & obseruant, non iã homines, & terræ incolæ habẽdi sint, sed super oĩa huius seculi bona collocẽtur in angelorum cõsessu: neque aliter terram, quàm cœlũ habitant. Tonitrui enim filius est, Christo dilectissimus, colũna omniũ quæ in orbe sunt ecclesiarũ, qui cœli claues habet, qui Christi calicẽ bibit, † & baptismatis aqua ablutus est,] qui super pectus dñi multa cũ fiducia recubuit. Hic nos in prędicatia aggreditur, qui neq; fabulas effingit, neq; personatus incedit: Non enim huiusmodi loquitur, neq; suggestũ ascendit, aut orchestrã supplodit, aut aureo ornatur vestimẽto: sed stola purissima amictꝰ progreditur. Christũ nanq; indutus nobis ostẽditur, pedes calceatus decoros in euãgelij pacis præparatione, zona nõ pectus, sed lumbos præcinctus: nõ ex purpurea pelle, neq; deaurata, sed veritatis decore intexta, atq; distincta. Talis in præsentia Ioãnes nobis offertur, nullã neque simulationẽ, neque fabulã afferẽs, quæ lõgè ab eo absunt: sed nuda & aperta frõte, nudã & apertã annũciat veritatẽ. Neque cum re ipsa alius sit, aliũ se verbis, specie, aspectu, voce persuadẽdo exhibet: neq; instrumẽtis indiget, vt cithara, lyra, & huiusmodi: sed oĩa lingua operatur, omni citharœdo, omni musica suauius, vtiliúsq; procinẽs. Est enim ei prosceniũ vniuersum cœlũ, theatrũ orbis terræ, spectatores auditorésq; oẽs angeli, & quicunq; hoĩes angeli sunt, aut fieri desiderant: quippe hi dũtaxat hãc, pculdubio possunt harmoniã exaudire, eãq; re ostẽdere, tales se auditores quales oportet exhibẽtes. Siquidẽ alij oẽs nõ secus ac infãtes, audiũt quidẽ, non tamẽ audita intelligũt, & placentulis, & puerilibus ludis intẽti, in deliciis, opibus, potẽtia, vẽtri viuentes, verba interdũ accipiũt: verùm nihil inde magnificũ, nihil altum decerpunt, lateritiæ prorsus & luto inhærẽt. Huic aũt Apostolo supernæ affuerunt virtutes, eius aĩæ pulchritudinẽ, sapientiã, & speciẽ virtutis admirãtes, per quam ipsum simul hausit Christũ, & spiritualẽ cõsecutus est gratiã. Etenim tanquã lyrã quandã precio[illegible]is lapidibus, auróq; distinctã, aureo plectro adhibito: sic suã sibi animam exornãdo effecit, vt per eam magnũ & altũ spiritus personaret. Tanquã igitur nõ iam piscator sit, nec filius Zebedæi, sed is qui profunda dei nouit, nẽpe spiritus qui hãc lyrã pulset, sic ei summã præstemus attẽtionẽ. Nihil emũ nobis humanũ, sed à spiritus sancti profundis & abditis thesauris oĩa proloquitur, quæ neq; angeli priusq̃ hic diceret, nouerũt. Nanq; & ipsi nobiscũ per Ioannis vocẽ, & per nos didicerũt, quæ cognouimus. quod beatꝰ etiã Paulus his verbis signi ficauit: Vt innotescat nũc prĩcipatibꝰ, & potestatibꝰ in cœlestibꝰ per ecclesiã multiformis sapiẽtia dei. Si igitur prĩcipatꝰ & potestates, Cherubĩq; & Seraphin hæc p ecclesiã didicerũt, planè cõstat ipsos angelos summa cũ attentione eius sese auditores exhibuisse. Quippe idcirco non parum honoris cõsequimur, q̃ nobiscũ angeli didicerint quæ nesciebãt. Quòd aũt per nos, lõgè magis honoramur: sed p quos, vel quales nostrũ, nõdũ diximus. Quamobrẽ multũ hic adhibeamus cũ æquanimitate silẽtiũ, nõ hodie aut eo dũtaxat quo audimꝰ die, sed per omnẽ vitã, cũ omni tẽpore huiusmodi audire bonũ sit & pquã vtile. Nã si ea quę in regiis siũt domibus, cognoscere exoptamꝰ: vt exẽpli gratia q̃d dixerit, fecerit, cõsuluerit super subditis suis rex, & sæpe q̃ nihil ad nos attinẽt, quãto magis quæ à deo dicũtur, audiẽdi flagramꝰ desiderio, tũ maxime cũ ea scire nostra plurimũ intersit? Quæ oĩa hic nobis euãgelista accuratè explicat, cũ ipsi regi incredibili sit amore deuinctus: imò & ipsũ in se loquẽtẽ cõtineat, auderíq; ab eo quęcũq; ipse à patre acceperit: Vos dixi amicos, inquit, quia oĩa quæcũq; audiui à patre meo, nota feci vobis. Quẽ admodũ igitur si quẽpiã è summo cœlo descẽdẽtẽ repẽtè cõspicaremur qui arcana illa certè nobis se dicturũ polliceretur, oẽs certatim cõcurreremus: itidẽ & nos in præsentia faciamꝰ. E cœlo enim vir hic nos allocutũ venit: neq; enĩ est de hoc mũdo vt ipse testatur Christus cũ iniquit, Vos de mũdo nõ estis: & paracletũ habet in se loquẽtẽ, & vbique præsentẽ, quitã certè nouit dei mysteria, vt res suas humana aĩa spiritũ sanctificationis, spiritũ rectũ, q̃ nos ducit & trahit in cœlũ, qui alijs nos oculis illuminat, qui nos ideneos reddit, vt futura nõ secus ac præsentia cõtẽplemur, qui demũ efficit, vt etiã in carne cœlestia spectare possimꝰ. In omni igitur vita æquanimitatẽ ei, atq; silẽtiũ præstemus, nemini segnicei, nemini somno locus sit: nemo huc accedẽtiũ squalore tabescat, sed ad supna vnanimes mẽtes nostras erigamus. Inde enim Ioannes hic eos alloquitur, qui illic, quauis terrã incolant, viuũt. Et profectò in hac vita nihil magnũ, nihil exoptabile adipiscimur: nihil ad eos qui à brutorum

Marc. 3. b

† *& baptismo baptizatus est.*

Mar. 10.

Ioan. 21. f

Ephe. 3. b

Ioan. 15. b

Ibidem. c

Universidad de Deusto Biblioteca

rũ vita emergere nolunt Ioannis doctrina,quemad-
modũ nihil ad eũ res humanæ. Tonitrus igitur men
tes nostras perterret,cùm in naturalẽ sonitum erum
pit:at Ioannis vox nõ modò neminẽ perturbat fide-
liũ,sed omni liberat perturbatione atq; molestia.So-
lis autẽ dæmonibus terrori est,& dæmonũ seruis:qđ
vt nobis certò cõstet,& animo sileamus & ore, ani-
mo tamẽ maximè.Quænã enim tacẽtis oris vtilitas,
si eius anima perturbationibus æstuet? Animi ergo
quietẽ expeto,cuius auribus indigemus.Nulla ergo
nos pecuniarũ capiat cupiditas, nulla gloria, nõ ira,
nõ aliorum turba affectuũ.Neq; enim fieri potest,vt
qui se nõ omnino his liberat,valeat illorũ altitudinẽ
intueri,&vt oportet,cognoscere mysteriorũ religio-
nẽ,arcana,reliquas oẽs virtutes, quæ his tãquam o-
raculis delitescũt.Nã si fidibus & tibiis nemo vnquã
rectè scire potest,nisi totũ ad id animũ intẽdat:quá-
nã ratione huiusmodi mysteria solo auditu, animo
verò alieno,&aliis curis implicito intelliget?Idcirco
Matt.7.a Christ⁹ his nos verbis admonet. Nolite dare sanctũ
canibus,neque mittatis margaritas vestras ante por-
cos.Margaritas hæc verba vocauit,quæ his lõgè pul
chriora præstantioráq; sunt. Verùm cùm ea materia
nõ sit nobis alia carior,idcirco etiã horũ sermonũ vo
luptatẽ melli sæpenumero cõparare cõsueuit: nõ ꝙ
quicquã inter hæc conferendũ sit, sed ꝙ apud nos
nihil est melle suauius.Quòd & lapidum preciosorũ
naturã,& cuiusuis mellis voluptatẽ plurimùm diui-
na exuperẽt,audi prophetã quibus verbis earũ asse-
Psal.118.c rat præstantiã.Desiderabilia,inquit,super aurum, &
lapidẽ preciosum multũ,& dulciora super mel & fa
uum:sed bene valẽtibus tantùm, quãobrẽ subdidit:
Etenim seruus tuus custodit ea. Et alio in loco cùm
Ibid.118.n suauia dixisset,addidit, Faucib⁹ meis. Quàm suauia,
inquit,faucibus meis eloquia tua.Et iterũ, vt eorum
Ibid.1.c significaret excellentiã:Super mel,inquit, & fauum
ori meo,cùm in bona esset valetudine. Non igitur
morbo aliquo affecti, sed animæ pri⁹ cura adhibita,
hoc pabulum accipiamus.Propterea tot verbis præ-
misis,nondũ rẽ ipsam aggressus sum, vt quisq; om-
ni abiecta ægritudine,tãquam cœlũ petens,ira, soli-
citudine, seculariq; omni impedimẽto vacuus, huc
†ex his ser liber ingrediatur.Etenim nihil † in hac vita]magnũ,
monibus.] nisi prius omni animi perturbatione amota,adipisci
possumus.Nec mihi quispiã dixerit, breue tẽpus in-
ter hãc & futuram esse concionẽ. Nõ enim quinq;
dũtaxat diebus,sed vno momẽto licet preteritã om-
nem vitã cõmutare.Quid enim latrone &homicida
scelestius? Nónne hoc summum maliciæ genus est?
Verùm ad ipsum virtutis apicẽ quamprimũ euasit,&
in ipsam assumptus est paradisum, nec dierũ,nec di-
midiæ quidẽ horæ,sed breuis tãtùm momenti indi-
guit.Eadẽ & nos ratione repentè mutari possumus,
& ex luteis aurei fieri.Cùm enim neq; virtus,neque
viciũ à natura sit,facilis ad vtrũuis trãsitus datur, cũ
Esaiæ.1.e nulla cogat necessitas.Si volueritis, inquit, & verba
mea audieritis,bona terræ comedetis. Vidésne sola
nobis opus esse volũtate?voluntate inquã nõ quali-
bet,& vulgari,verùm & diligẽti,& exquisita.Nemi-
nẽ noui qui in præsentia ad cœlũ euolare nollet, re
tamẽ ipsa oportet voluntatẽ confirmare. Siquidem
mercator ditescere cupit,nõ tamen eius animus soli
acquiescit cupiditati:sed nauem parat,nautas cogit,
hortatur gubernatorẽ,& alia quæ nauigationi opus
sunt,diligẽter disponit:aurũ præterea mutuatur,ma-

A ria traiicit,& innumeris periculis,quibus se mari cre
dẽtes iactari cõsueuerunt,se exponẽs peregrinas ap-
pellit terras:Itidẽ & nos oportet volũtatem rei appli
care.Nauigamus nanq; & nos nauigationẽ,nõ ab a-
lia in aliam terrã,sed à terra in cœlũ.Quare tota mẽ-
te intẽdamus ad eã gubernationem,quæ nos super-
nè erigat,& nautas rationi obsequẽtes,&nauẽ nobis
firmam cõparemus, ne tentationũ procellis, aut vl-
lis secularibus demergatur affectibus,neq; superbię
spiritu efferatur,sed leuis& expedita ad superna eua
dat.Quòd si hac ratione nauẽ nobis, & gubernato-
rẽ,& nautas parabimus, secũdo vento nauigare, &
dei filiũ verum gubernatorẽ nobis cõciliare poteri-
mus,qui nauiculã nostram vsquã allidi nõ patietur:
sed licet innumeri spirent venti,& ventos sedabit,&
mare tranquillissimũ reddet. Tales igitur vt vos fe-
B quenti præparetis cõcioni operæpreciũ est,si cupia-
tis aliquid hinc vtilitatis accipere, & mente recõde-
re.Nemo via esse velit, nemo petra, nemo spinosus
ager: sed bona terra,hoc pacto prõpto libentíq; ani-
mo,bene culto & subacto agro semina mãdabimus.
Quòd si lapidosum & incultũ viderimus, dabitis ve
niã si illic serere recusabimus:sed omissa satione,spi-
næ prius incidendæ erũt. summæ nanq; dementiæ,
semina in incultã terrã iacere. Qui his vacat sermo-
nibus,eũ non decet dęmonis habere consuetudinẽ.
Quænã enim iusticiæ & iniquitatis cõmunitas?Au-
disti Ioannẽ,& ab eo spiritualia didicisti: deinde for
nicatũ abis auditurus mulieres obscœna loquentes,
obscœniora dissimulãtes, atq; molles & effœmina-
tos,qui se inuicẽ alapis cædũt:& quánã ratione cùm
tãto in cœno ꝓuolutus iaceas,bene ablui & mũdari
C poteris?Et quid singillatim me omne illorũ viciũ de-
scribere oportet? Omnia eñ illic risus sunt,turpitu-
do,exprobratio,maledicta, opprobria, cõuicia, om-
nia corruptio,omnia lues.Ecce prædico & annũcio
omnibus vobis,nemo qui hac mẽsa fruitur,animam
suã mortiferis illis perturbet spectaculis. Quicquid
illic dicitur,satanæ põpa est,& lasciuia. Nostis sacris *Attende*
initiati,quo fœdere nobis vos adstrinxeritis,&vt ve *quidnã in*
rius dicã,Christo:cũ vos ipse edoceret, quid ei dixi- *baptisma-*
stis,quæ super satanæ põpa cum eo verba habuistis, *te promi-*
quo pacto ei & angelis eius tũc abrenũciastis,promi *seris.*
sistísq; nulla ei in re assensum præstare.Quãobrẽ nõ
parũ nobis curandũ est,ne in his ꝓmissionibus per-
fidiæ arguamur,néve nos ipsos his indignos redda-
mus mysteriis.Nónne animaduertis,ꝙ in regiis do-
mibus nõ nequã & perfidi, sed ꝓbitate & fide ꝓba-
D ti viri ad regis cõsilia,& in regios amicos aduocãtur?
Legatus nobis de cœlo ab omnipotẽti deo demissus
venit, res nobis pernecessarias annũcians, & huius
neglecta legatione ad mimos diuertitis.Et quo hæc
digna supplicio,quibúsve fulminib⁹,& flagellis? Nã
quemadmodũ mensę dęmoniorũ participes esse nõ
oportet, sic neq; illorũ auscultationis, neq; in sordi-
da veste ad lautissimã dei mẽsam tot tantísq; bonis
affluentẽ accedẽdũ,quã ipse nobis prçparauit:cuius
tãta vis est,vt ad cœlũ ipsum repente nos rapiat,mo-
dò sobriè viuamus.Neq; enim fieri potest,vt qui fre
quenter diuinis vacat sermonibus, is miserã vitã a-
gat.Euolat enim quãprimum, & supernam petit pa-
triã,& innumeros consequitur bonorum thesauros:
quib⁹ vtinã & nos fruamur,gratia & benignitate do
mini nostri Iesu Christi,per quẽ,& cũ quo patri glo-
ria,simul & spiritui sancto in secula seculorũ,Amen.
HOMILIA

HOMILIA PRIMA DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI, *archiepiscopi Constantinopolitani, super euangelium Ioannis ex capite primo: Francisco Aretino interprete.*

IN *principio erat Verbum*. Si Ioannes
nobis esset locuturus, & sua ipsius
narraturus, necesse esset & genus
patriamq; & vitã eius ostendere.
Verùm cùm nõ ipse,sed per ipsum
deus humanã alloquatur naturam,
superuacaneũ videri potest, huiusmodi in pręsentia
disquirere.Sed profectò admodũ peropus est,quip
B pe cũ quis Ioannes fuerit,& vnde,& quib⁹ ortus pa
rentib⁹,deinde eius vocẽ sapiẽtiamq; didiceris: nõ
illius esse doctrinã,sed diuinę virtutis quæ eius ani-
mã inspirauit,planè cognosces.Qua igĩt fuit patria?
Nulla quidẽ,sed è villa,& regione abiecta, nulli rei
Ioan.7.g. vtili. Galilæã enim contẽnunt scribæ, cũ inquiunt:
Ibid.1.g. Interroga & vide,ꝙ ex Galilæa nõ surgit propheta.
Necnõ & verus Israëlita,dicẽs:Ex Nazareth potest
aliquid boni esse? Huiusmodi Ioãnes patria nõ mo-
dò nõ insigni aliqua, sed ne nota quidẽ ortus est,pa
tre piscatore,adeò paupere, vt eandẽ artẽ filios eru
diret.Nemo aũt ignorat nullũ opificẽ cupere sibi fi
liũ suæ artis hæredẽ relĩquere,nisi nimia pauperta-
te cogat,maximè si ars ei⁹ vilis sit & abiecta:piscato
rib⁹ verò nil pauperius,nil abiectius,addo etiã indo
ctius:in eorũ aũt numero alij aliis præstãt, hũc autẽ C
apostolum ex vilioribus fuisse id argumẽtum est, ꝙ
non in mari, sed paruo quodã in stagno,cũ patre &
Iacobo fratre piscabat,scissaq; resarciebat retia:qđ
nõ modicę erat paupertatis indiciũ. Sic eũ vocauit
Christus. Ex his sanè intelligi potest, q̃ expers fue-
rit æternæ doctrinæ,& omniũ penit⁹ studiorũ. Lu-
Act.4.c. cas etiã nõ solùm indoctum, sed ignarũ omnino li-
terarũ fuisse testat̃,& recte quidẽ.Nã qui cùm adeò
inopia laboraret,vt nec in foro versaret̃,neq;virorũ
præstantiũ vllã haberet cõsuetudinẽ, sed piscationi
toto animo intẽderet:vel sicui aliquãdo congrede-
ret̃,cum pisciũ cauponib⁹ & coquis versans quídnã
feris & brutis ꝑstare debuisset?Quid nõ pisciũ poti⁹
more obmutuisset? Hic tamẽ piscator circũ stagna,
retia,pisces,semꝑ versat⁹,à Bethsaida Galilęę,patre
piscatore paupere & rudi,qui literas neq; antè,neq; D
postquàm Christũ secut⁹ est,vsquã didicit:videam⁹
quid loquit̃, quã aggreditur disputationẽ. Nũquid
de rebus agrestib⁹,aut fluuialib⁹, quibúsve instrumẽ
tis piscescapiãtur?Huiusmodi enĩ à piscatore cogno
scere quispiã expectaret. Verùm aliud narrãtem au
diem⁹,hoc est quę in cœlo sunt,& quę nemo vnquã
antehac intellexit.Talẽ enim & tam ꝓfundã doctri
nam,vitã optimã & philosophiã ad nos affert, qua-
lẽ credibile est ab ipsis spirit⁹ sancti thesauris acce-
pisse,tanq̃ modo ex ipso cœlo descẽderit:imò neq;
oẽs,qui in cœlo sunt,scire ea credẽdum est, vt iã di
xim⁹.Nũquid hæc tibi piscatoris videt̃ur,an orato-
ris poti⁹, an philosophi, an alius cuiuspiã in hac ex-
teriori edocti sapiẽtia?Nequaquã:non enim huma-
nę simpliciter est aĩæ,de immortali & beata illa na-
tura,& quæ cũ illa sunt potestatibus,de immortali-

A tate & vita æterna, de natura corporũ mortaliũ, &
eorũ futura immortalitate, de supplicio, de futuro
iudicio,de verborũ,operũ,cogitationũ, & sentẽtiæ
vniuscuiusq; examinib⁹ intelligere, quid homo sit,
quid mundus,quid verè sit, quid cùm nõ sit esse vi-
deatur,quid viciũ,quid virtus.Horũ nanq; nõnulla
Platonici & Pythagoræi inuestigare cõtenderunt.
Neq; eñ reliqui nobis philosophi memorãdi sunt,
qui in huiusmodi disputationibus perridiculi repe-
riũtur:qui verò apud eos præ cæteris admiratiõi fu
erũt,& illius sciẽtiæ habiti sunt prĩcipes,hi maximè
sunt,qui & respublicas & leges cõdiderunt: in qui-
bus longè magis q̃ pueri sunt deridẽdi,cùm mulie-
res omnib⁹ cõmunes instituerĩt,& mores,& nuptia-
rum pudorẽ, omnémq; deniq; vitam tam ridiculis
corrumperent sanctionibus.In animæ aũt doctrina
B haud quisquã turpius errauerit.Quippe qui mures,
culices,frutices, hominũ animas fieri, & deũ ipsum
animã esse, & alia quædã huiusmodi turpissimè as-
sererent. Neq; hoc solùm vituperandũ est, sed ma-
gnus est ipsorũ verborũ euripus.Quemadmodũ eñ
qui in euripo sunt huc illuc iactantur:itidẽ hi nun-
quam sibi cõstant,vtpote incerta & fragili sentẽtia
omnia loquẽtes. Verùm hic piscator oĩa absq; vlla
dubitatiõe disserẽs, tanquã petræ innixus, nulla ex
parte titubat. Ipsis nanq; supernis penetralibus di-
gnus habitus est, & cùm omnipotentẽ deũ in se lo-
quentẽ habeat,nihil terrenũ sentit,vt illi,qui ne per
quietẽ quidẽ regias ingredi meriti sunt:sed extrà in
foro & in aliorũ hominũ consuetudine,ꝓ captu suo
inuisibilia cõiectantes,multis se ambagib⁹ inuolue-
runt,cùm de supernis mysteriis disputare cõtende-
C rint:& tanquã cæci & ebrij nõ mutuo duntaxat er-
rore,sed plerisq; in locis secũ iisdẽ super rebus dis-
sideãt.Atqui illiteratus hic,& rudis à Bethsaida Ze
bedæi filius, etsi sæpenumero nominũ asperitatem
Græci deriserint, audẽter tamẽ dicã. (Quãtò enim
magis nostra gẽs barbara illis videt̃,& gentili orna-
tu & cultu abstinet: tantò nostra apparẽt clariora.)
Hic inquã barbarus & ineruditus hęc loquitur quæ
nemo vnquã mortalium nouit: neq; loquitur tan-
tùm,sed persuadet. Quòd si illud dũtaxat assecutus
esset,nõ paruã de se cõcitasset admirationẽ.Nũc cũ
alterũ accedat longè mirabilius, quod maximè ar-
guit diuina esse,quæ ab eo dicũtur,ꝙ per omne hu-
ius vitæ curriculũ, doctrinã suam vniuersis persua-
serit auditorib⁹.Quis†infusam]ei virtutẽ incredibi- *†inhabi-*
li admiratione nõ prosequatur? Et ꝓfectò hoc ma- *tantem.*
D ximũ est argumentũ, nihil ex seipso Ioannẽ locutũ,
qui ex media barbarie euãgelio suo vniuersum com
prehendit orbẽ.Corpore autẽ habitauit Asiam,vbi *Ioãnes e-*
antiquitus omnes philosophorũ sectæ philosopha- *uãgelista*
tæ sunt: [Idcirco locus is dæmonib⁹ obnoxius est, *vbi habi-*
& admodũ formidabilis.] In medio tamẽ inimico- *tauit.*
rum claruit, illorũ fugata caligine,arcem euertit q̃
munitissimã. Animo verò in eum secessit locũ, qui
idoneus & accõmodatus ei esset,qui eiusmodi ope-
raretur: vt gentiliũ opiniones penitus abolerentur,
sua autẽ indies fierent clariora. Ex quo enim & hic
& reliqui piscatores fuerunt,& Pythagoræ & Pla
tonicæ siluerũt disciplinę, quę superiori tẽpore tãti
nominis & authoritatis ferebãtur,& ne noĩe quidẽ
à plerisq; sunt cognitæ.Atqui & Plato ad tyrannos
se contulit accitus,vt aiunt,& multis cũ sociis in Si-
ciliam nauigauit. Pythagoras verò magnã Græciã

Universidad de Deusto
Biblioteca

BIBLIOTECA DE LOYOLA
Sala 1 Estante 2 Plúteo 1

3916

Universidad de Deusto
Biblioteca

TOMVS TERTIVS OPERVM DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI, ARCHIEPISCOPI CONstantinopolitani, ea continens, quibus Euangelium beati Ioannis explicatur:

Rurſus homilias iuxtà pias ac doctas in Acta Apoſtolorum cum aliis aliquot.

Quorum omnium elenchum, verſa pagina, reperies.

BIBLIOTECA COLLEGII LOJOLAE SOCIETATIS JESU



Esta conforme al expurgl. de 1707.
Por comission del Sto. Offl.
Ihs
Franco de Olague

Es del Coll.o Rl. de Loyola, y su Libreria

PARISIIS,
Apud Gulielmum Merlin in ponte Numulariorum,
ET
Sebaſtianum Niuellium ſub Ciconiis, via Iacobæa,
1570.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ELENCHVS OPERVM
Tomi tertij.

Commentariorum Chrysostomi in euãgelium Ioannis Homiliæ LXXXVII. 5.A
HOMILIAE ALIQVOT IN IOANnem, secundum ordinem capitum.
Ex cap.1. De fide in Christo, homilia. 357.C
Ex eodem, De diuo Ioanne Baptista, homilia. 359.B
Ex cap.2. Cõtra Iudæos, Gẽtiles, & hæreticos, Sermo, de euangelio, Nuptiæ factæ sunt, &c. 363.A
Ex cap.4. in illud, Veniet hora, quando veri adoratores adorabũt patrem in spiritu & veritate, homilia. 367.D
Ex cap.11. De Lazaro resuscitato, homilia. 369.B
Ex cap.15. in illud, Vos amici mei estis, si feceritis, quæ mando vobis: homiliæ duæ. 370.C.&.372.C
QVÆ SEQVVNTVR, SVBIICIMVS, vt ad iusti voluminis magnitudinem tomus excresceret:
In Acta Apostolorum homiliæ LV. 374.D
De laudibus sancti Pauli homiliæ VIII. 682.D
In cõmemoratione sancti Pauli, de charitate, Sermo. 717.A
De ferendis reprehensionibus, & conuersione Pauli, homilia. 719.B
De proditore & mysteriis cœnæ dominicæ, in quinta feria passionis, Sermones VI. 729.D
De proditione Iudæ, homilia. 739.C
De latrone, Sermo. 746.C
De cruce & latrone, homiliæ duæ. 748.A
De cruce dominica. 757.A
De resurrectione, homiliæ IX. 761.C
De ascensione domini, Sermo. 781.C
De Pentecoste, Sermo. 787.D
De spiritu sancto, Sermo. 792.C
De sancto & adorando spiritu. 798.D
De fide, & lege naturæ, & sancto spiritu, Sermo. 811.B
De Trinitate, Sermo. 818.B
De Eucharistia in Encæniis. 827.A
De præmiis sanctorum, diuersisque honoribus Apostolorũ, & de gehenna si sit, & vbi sit, Sermo. 828.D
De Martyribus, Sermones II. 832.A
De beato Philogonio oratio. 836.A
In Iuuentium & maximum martyres, Sermo. 842.C

SOCIETATIS JESU * BIBLIOTECA
REGIA
MATRITENSIS

FRANCISCI ARETINI, IN DIVI IOANNIS Chrysostomi Episcopi Constantinopolitani commentarium super Ioannis euangelio, ad clarissimum virum Cosmum Medicem Florentinum, Præfatio.

COmmunis ferè omniũ opinio est, Cosme vir clarissime, superiores & longè à memoria nostra remotas ętates, omnium virtutum genere nostram superasse, nec vllum nũc inueniri quẽ maioribus illis cõparare possimus: in qua sententia multitudinem esse minimè miror, cuius id ingenium est, vt audita visis, & vetustissima quæque maiora arbitretur. Quod autem viri graues & doctrina, & rerum vsu exerciti idem sentiant, hoc ego quàm iniquissimo animo ferendum censeo. Non tamen is sum, qui negem maiori clarorum virorum copia illa tempora floruisse, assentior sanè libenter ob meam in seculum nostrum pietatem (si cõmodè possem) negaturus. Non enim mihi ita fastidio sunt homines mei, vt neminem illis profitear comparandum, vt plerique obstinata assertione contendunt, malè de seculi sui hominibus meriti, quibus partim qui viderint, partim qui cõsuetudine deuinctos habuerint, nonnullos qui beneficos in se experti sint, fauere profectò deberent, vt etiam si non omnino id sentirent, tempora tamen sua amore complecti, & pro viribus extollere viderẽtur. Est enim, vt sentio, bene instituti hominis temporum suorum bonis delectari; & si quem videãt virtutibus præcellere, tantò eos maiori admiratione & laudibus prosequi, quantò inter paucos eius virtus clarior apparet. Et profectò si ætatem nostram nõ malignè, non inuidè considerare voluerimus, viros clarissimos habuit habétque, quos siue magnitudine animi, siue sapientia, siue rerum gestarum gloria, siue magnificẽtia, siue rerum publicarum administratione: si non præferre, ausim tamen maioribus comparare, vnde non minora virtutis exempla, quàm à maioribus illis nobis proponerentur. Quod licèt nõ huius loci, neque propositi sit in præsentia disquirere: paucos tamen attingam, ne videar velle quidem, quos tamen laudare possim, non habere.

Quid enim de Martino quinto dicam, qui cũ primùm ad summum est pontificatum assumptus, imbecillimum, & variis casibus agitatum ecclesiæ statum, & diuturnum schisma ita sedauit, ita in vnum corpus redegit, vt ex maximis perturbationibus & procellis, in trãquillissimum portum tanti gubernatoris peritia periclitantem, Petri nauiculam appulerit? Quid ad clarissimum principem Nicolao quinto defuit? cuius tempora etsi breuissima, quantulacunque tamen, in hac nostra inferiori Italia Augusti paci cõtulerim, cuius ductu & auspicio, vt vrbs Roma, ita & Romana lingua renouata est, quem nisi tanta repentè inuida mors è medio sustulisset, non minus quàm Augustus vrbem è lateritia marmoreã reliquisse gloriari potuisset. Quid Pio secundo pietate par? verè inquã pio, qui vt cõmissæ sibi ecclesiæ & Christianæ religioni consuleret, inualido & imbecillo corpore nullum recusauit laborem. Quid Alphonsum Arragonum regem memorẽ, qui vt maximo animo Siciliæ sibi regnũ vendicauit, ita & quoad vixit, & sapientia, & autoritate incredibili id rexit, & tutatus est? Quid Frãciscum Sphortiam? nónne cuiuis veterum imperatum iure connumerabis, cuius tu nominis & gloriæ Cosme vel in primis author fuisti? Neque enim te vllo pacto tacere aut possum, aut debeo: tu enim vnus es, quem in priuata fortuna cuiuis maiorum non æquandum modò, sed longè præferendum contenderim. Tu vnus es quem vnicè admirari, de quo maximè gloriari possimus: tu vnus multorum simul laudes complexus es, Pompei authoritatem & gloriam, Catonis seueritatem, Luculli magnificentiam, Crassi, sed in meliores vsus, diuitias, summam præterea in immortalem deum religionẽ. Extant clarissima pietatis tuæ & in deũ, & in patriam monumẽta, extant innumera & in priuatos homines beneficia: longè plura suspicor, quibus tacita tecum conscientia lętaris, quę indigẽtibus dei seruis, innuptis virginibus, reliquis pietatis operibus tam larga dextra exhibes, vt secundum domini prĕceptum, nesciat sinistra. Et tamen indies magis atque magis diuitiæ abundant, crescunt, exuberant, cẽtuplum accipietis, inquit. Et meritò quidem, Cui enim potius credendæ sunt, quàm qui & sciat, & velit quam liberalissimè distribuere? Iure igitur summi dei clementia, in clarissima Italiæ ciuitate, in summa & authoritate, & amore omniũ te principem cõstituit: & vt Ciceronem Italia, ita ciues te tui in patriam, summo omniũ consensu,

Matt.6.4

ibid.19.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

sensu, ab exilio reportarunt. Vbi tot annos in tranquillissima pace, in omnium admiratione filiis paternam imaginem, virtutémque reuerentibus indolis eximiæ tot propinquis, tot amicis munitus, summa cum laude consenuisti: vbi te omnes patrem patriæ & loquuntur, & sentiunt: vbi vt Demosthenem ferunt Athenienses populi, ita tu & principum, & rerum publicarum pro arbitrio tuo habenas sæpenumero moderatus es, vt nemo sit, qui sapientiã, qui virtutem, qui ingenium tuum non admiretur: vt & vbi clarorum principũ nomen peruenire non potuit, ibi tuum celeberrimum habeatur, atque te consummatissimũ virum reddas. Inter publicas & grauissimas occupationes si quid otij datur, id omne liberali mensę, hoc est studiis, & diuinis impẽdis lectionibus, quibus animus eruditur, oblectatur, pascitur, veram concipit beatitudinem. Hæc & alia plura cùm de præstantia tua iam diu acciperẽ, accusabam sanè fortunam meam: cui talem virũ videre, & colere non licebat: quod ergo vnum in primis desiderabam votis meis, humanitate incredibili audisti: iussisti Florentiam venirem, veni, te visitaui, vt filium accepisti, spem bonã dedisti. Sed cùm inter loquendum abs te acciperem, quantopere in Ioannis Chrysostomi cõmentario super Ioannis euãgelio, quem nuper rudi & inemendato stylo traductum, R. patri Ioanni episcopo Attabatẽsi dederam, delectarere, incredibilem cepi voluptatem, aliqua ex parte tuæ in me benignitati satis facturum ratus. Itaque cùm primum Romam redirem, mei vltimam manũ imponere, & clarissimo nomini tuo inscribere pollicitus sum. Primã igitur eius partem, cuius Græcum exemplar penes me est, pro ingenioli mei viribus emendaui, quam, dum reliquum & inueniam & absoluã, visum est interea ad præstantiam tuam mittere, vt me pollicitationis meæ memorem intelligas: opus enim permagnum est, & tempore indiget. Et licet in librorum præfationibus authorum laudes colligi soleant, eas tamẽ in præsentia prætermittere statui: non quin latissimus in Chrysostomo (siue doctrinã, siue mores intueri velimus) commẽdationis campus pateat, vt etiam infanti linguæ vberrimã dicendi materiam præstare possit: sed cùm ad te virũ præstantissimum dirigatur, nolui tantum mihi tribuere, vt ea ostẽdam quæ tibi longè quàm mihi erant clariora. Cognosces vim hominis, cognosces doctrinam, cognosces mores: quorum plerosque, vel omnes potius in te cognosces. Non tamen is sum, qui non intelligam, quantũ Chrysostomo dignitatis: quantum splendoris imbecillis interpres abstulerit: sed vtcũque sententias tamen me assecutum spero. Accipias ergo, qua soles humanitate hanc editionem, quã ego tam libẽter exhibeo: vt si gratum tibi fuisse intellexero, maximum abs te beneficiũ me accepisse existimem. Nec me mediocriter & ad hanc perficiendam, & alia aggrediẽda Cosmus lector hortabitur.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI EPISCOPI CONstantinopolitani commentarij super Ioannis euangelium prologus: Francisco Aretino interprete.

QVI agonũ certamina spectare cõsueuerũt, cùm insignẽ quẽpiã athletã, & coronis plurimis donatũ, alicũde pfectũ intelligũt, oẽs certatim concurrũt, vt eius luctas, artẽq; & corporis robur conspicentur: & videre quidẽ nõnũquã vniuersum theatrũ licet, multis hominũ milibus inundãs, qui & corporis & animi oculos penitus intẽdãt, vt nihil eorũ, quæ in ipso agũtur spectaculo, se prętereat. Tũ si quis præstanti ingenio musicus aduẽtauerit, nõ minori studio iidẽ ipsi theatrum occupãt, & omissis omnibus quæ in manibus habẽt negociis, & sępenumero necessariis & vrgẽtibus, nõ minori studio aduolãt, sedentq; incredibili cãtus plausuq; accipiẽdi cupiditate, & de vtriusque præstãtia inter se disputant. Et hęc quidẽ multi. Qui autẽ rhetorum callẽt rationes, ipsi quoque in sophistis hoc idẽ contendũt. Quippe & in his spectacula fũt, auditores, plausus, suffragia, & inquisitiões eorũ quæ dicũtur diligẽtes. Quòd si rhetorũ, tibicinumq; ac athletarũ & spectatorũ, & auditores tanta considerent attẽtione, quantũ nobis studij, quantũ diligentię, si rectè iudicabimus, adhibendũ erit: nõ in tibicinis, neq; sophistæ, aut gladiatoris, sed viri è cœlo vocem tonitru clariorẽ proferẽtis spectaculo, qui vniuersum orbẽ suo clamore cohibuit, cõprehẽdit, impleuit, non nimio quidẽ, sed diuinæ gratię exuberãtia, q̃ ab eius lingua affatim emanauit. Et quod mirũ sit, tãtus clamor nõ est asper, nõ iniucundus, sed omni musica harmonia suauior, quo nil auditorũ aures posset vehemẽtius demulcere. Huc accedit, q̃ sanctissimus, q̃ admirationis plenus, arcana redundans sapiẽtia, qui tot tantáq; cõfert bona, vt qui diligẽter & accuratè eũ accipiunt & obseruant, non iã homines, & terræ incolæ habẽdi sint, sed super oĩa huius seculi bona collocẽtur in angelorum cõsessu: neque aliter terram, quàm cœlũ habitant. Tonitrui enim filius est, Christo dilectissimus, colũna omniũ quæ in orbe sunt ecclesiarũ, qui cœli claues habet, qui Christi calicẽ bibit, †& baptismatis aqua ablutus est,] qui super pectus dñi multa cũ fiducia recubuit. Hic nos in prẽsẽtia aggreditur, qui neq; fabulas effingit, neq; personatus incedit: Non enim huiusmodi loquitur, neq; suggestũ ascendit, aut orchestrã supplodit, aut aureo ornatur vestimẽto: sed stola purissima amict° progreditur. Christũ nanq; indutus nobis ostẽditur, pedes calceatus decoros in euãgelij pacis præparatione, zona nõ pectus, sed lumbos præcinctus: nõ ex purpurea pelle, neq; deaurata, sed veritatis decore intexta, atq; distincta. Talis in præsentia Ioãnes nobis offertur, nullã neque simulationẽ, neque fabulã afferẽs, quæ lõgè ab eo absunt: sed nuda & aperta frõte, nudã & apertã annũciat veritatẽ. Neque cum re ipsa alius sit, aliũ se verbis, specie, aspectu, voce persuadẽdo exhibet: neq; instrumẽtis indiget, vt cithara, lyra, & huiusmodi: sed oĩa lingua operatur, omni citharœdo, omni musica suauius, vtiliúsq; procinẽs. Est enim ei prosceniũ vniuersum cœlũ, theatrũ orbis terræ, spectatores auditorésq; oẽs angeli, & quicunq; hoĩes angeli sunt, aut fieri desiderant: quippe hi dũtaxat hãc, pculdubio possunt harmoniã exaudire, eãq; re ostẽdere, tales se auditores quales oportet exhibẽtes. Siquidẽ alij oẽs nõ secus ac infãtes, audiũt quidẽ, non tamẽ audita intelligũt, & placentulis, & puerilibus ludis intẽti, in deliciis, opibus, potẽtia, vẽtri viuentes, verba interdũ accipiũt: verùm nihil inde magnificũ, nihil altum decerpunt, lateritiæ prorsus & luto inhærẽt. Huic aũt Apostolo supernæ affuerunt virtutes, eius aĩæ pulchritudinẽ, sapientiã, & specię virtutis admirãtes, per quam ipsum simul hausit Christũ, & spiritualẽ cõsecutus est gratiã. Etenim tanquã lyrã quandã preciosis lapidibus, auróq; distinctã, aureo plectro adhibito: sic suã sibi animam exornãdo effecit, vt per eam magnũ & altũ spiritus personaret. Tanquã igitur nõ iam piscator sit, nec filius Zebedæi, sed is qui profunda dei nouit, nẽpe spiritus qui hãc lyrã pulset, sic ei summã præstemus attẽtionẽ. Nihil enim nobis humanũ, sed à spiritus sancti profundis & abditis thesauris oĩa proloquitur, quæ neq; angeli priusq̃ hic diceret, nouerũt. Nanq; & ipsi nobiscũ per Ioannis vocẽ, & per nos didicerũt, quæ cognouimus. quod beat° etiã Paulus his verbis significauit: Vt innotescat nũc pricipatib°, & potestatib° in cœlestib° per ecclesiã multiformis sapiẽtia dei. Si igitur pricipat° & potestates, Cherubíq; & Seraphin hæc p ecclesiã didicerũt, planè cõstat ipsos angelos summa cũ attentione eius sese auditores exhibuisse. Quippe idcirco non parum honoris cõsequimur, q̃ nobiscũ angeli didicerint quæ nesciebãt. Quòd aũt per nos, lõgè magis honoramur: sed p quos, vel quales nostrũ, nõdũ diximus. Quamobrẽ multũ hic adhibeamus cũ æquanimitate silẽtiũ, nõ hodie aut eo dũtaxat quo audim° die, sed per omnẽ vitã, cũ omni tẽpore huiusmodi audire bonũ sit & p quã vtile. Nã si ea quę in regiis fiũt domibus, cognoscere exoptam°: vt exẽpli gratia q.d dixerit, fecerit, cõsuluerit sup subditis suis rex, & sæpe q̃ nihil ad nos attinẽt, quãto magis quæ à deo dicũtur, au diẽdi flagram° desiderio, tũ maxime cũ ea scire nostra plurimũ intersit? Quæ oĩa hic nobis euãgelista accuratè explicat, cũ ipsi regi incredibili sit amore deuinctus: imò & ipsũ in se loquẽtẽ cõtineat, auderitq; ab eo quęcũq; ipse à patre acceperit: Vos dixi amicos, inquit, quia oĩa quæcũq; audiui à patre meo, nota feci vobis. Quẽadmodũ igitur si quẽpiã è summo cœlo descẽdẽtẽ repẽtè cõspicaremur qui arcana illa certè nobis se dicturũ polliceretur, oẽs certatim cõcurreremus: itidẽ & nos in prẽsentia faciam°. E cœlo enim vir hic nos allocutũ venit: neq; enĩ est de hoc mũdo vt ipse testatur Christus cũ iniquit, Vos de mũdo nõ estis: & paracletũ habet in se loquẽtẽ, & vbique præsentẽ, qui tã certè nouit dei mysteria, vt res suas humana aĩa spiritũ sãctificationis, spiritũ rectũ, q̃ nos ducit & trahit in cœlũ, qui alijs nos oculis illuminat, qui nos ideneos reddit, vt futura nõ secus ac prẽsentia cõtẽplemur, qui demũ efficit, vt etiã in carne cœlestia spectare possim°. In omni igitur vita æquanimitatẽ ei, atq; silẽtiũ prẽstemus, nemini segnicei, nemini somno locus sit: nemo huc accedẽtiũ squalore tabescat, sed ad supna vnanimes mẽtes nostras erigamus. Inde enim Ioannes hic eos alloquitur, qui illic, quauis terrã incolant, viuũt. Et profectò in hac vita nihil magnũ, nihil exoptabile adipiscimur: nihil ad eos qui à bruto-

Marc. 3. b

† & baptismo baptizatus est.]

Mar. 10.

Ioan. 21. f

Ephe. 3. b

Ioan. 15. b

Ibidem. c

Universidad de Deusto
Biblioteca

rũ vita emergere nolunt Ioannis doctrina, quemadmodũ nihil ad eũ res humanæ. Tonitrus igitur mentes nostras perterret, cùm in naturalẽ sonitum erumpit: at Ioannis vox nõ modò neminẽ perturbat fideliũ, sed omni liberat perturbatione atq; molestia. Solis autẽ dæmonibus terrori est, & dæmonũ seruis: qđ vt nobis certò cõstet, & animo sileamus & ore, animo tamẽ maximè. Quænã enim tacẽtis oris vtilitas, si eius anima perturbationibus æstuet? Animi ergo quietẽ expeto, cuius auribus indigemus. Nulla ergo nos pecuniarũ capiat cupiditas, nulla gloria, nõ ira, nõ aliorum turba affectuũ. Neq; enim fieri potest, vt qui se nõ omnino his liberat, valeat illorũ altitudinẽ intueri, & vt oportet, cognoscere mysteriorũ religionẽ, arcana, reliquas oẽs virtutes, quæ his tãquam oraculis delitescũt. Nã si fidibus & tibiis nemo vnquã rectè scire potest, nisi totũ ad id animũ intẽdat: quãnã ratione huiusmodi mysteria solo auditu, animo verò alieno, & aliis curis implicito intelliget? Idcirco
Matt.7.a Christ⁹ his nos verbis admonet. Nolite dare sanctũ canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos. Margaritas hæc verba vocauit, quæ his lõgè pulchriora præstantioráq; sunt. Verùm cùm ea materia nõ sit nobis alia carior, idcirco etiã horũ sermonũ voluptatẽ melli sæpenumero cõparare cõsueuit: nõ q, quicquã inter hæc conferendũ sit, sed q, apud nos nihil est melle suauius. Quòd & lapidum precioſorũ naturã, & cuiusuis mellis voluptatẽ plurimùm diuina exuperẽt, audi prophetã quibus verbis earũ assé-
Psal.118.c rat præstantiã. Desiderabilia, inquit, super aurum, & lapidẽ precioſum multũ, & dulciora super mel & fauum: sed bene valẽtibus tantùm, quãobrẽ subdidit:
Etenim seruus tuus custodit ea. Et alio in loco cùm
Ibid.118.n suauia dixisset, addidit, Faucib⁹ meis. Quàm suauia, inquit, faucibus meis eloquia tua. Et iterũ, vt eorum
Ibid. 1.c significaret excellentiã: Super mel, inquit, & fauum ori meo, cùm in bona esset valetudine. Non igitur morbo aliquo affecti, sed animæ pri⁹ cura adhibita, hoc pabulum accipiamus. Propterea tot verbis præmisis, nondũ rẽ ipsam aggressus sum, vt quisq; omni abiecta ægritudine, tãquam cœlũ petens, ira, solicitudine, secularíq; omni impedimẽto vacuus, huc
†*ex his ser monibus.*] liber ingrediatur. Etenim nihil † in hac vita] magnũ, nisi prius omni animi perturbatione amota, adipisci possumus. Nec mihi quispiã dixerit, breue tẽpus inter hãc & futuram esse concionẽ. Nõ enim quinq; dũtaxat diebus, sed vno momẽto licet præteritã omnem vitã cõmutare. Quid enim latrone & homicida scelestius? Nónne hoc ſummum maliciæ genus est? Verùm ad ipsum virtutis apicẽ quamprimũ euasit, & in ipsam assumptus est paradisum, nec dierũ, nec dimidiæ quidẽ horæ, sed breuis tãtùm momenti indiguit. Eadẽ & nos ratione repentè mutari possumus, & ex luteis aurei fieri. Cùm enim neq; virtus, neque viciũ à natura sit, facilis ad vtrũuis trãsitus datur, cũ
Esaiæ. 1.c nulla cogat necessitas. Si volueritis, inquit, & verba mea audieritis, bona terræ comedetis. Vidésne sola nobis opus esse volũtate? voluntate inquã nõ qualibet, & vulgari, verùm & diligẽti, & exquisita. Neminẽ noui qui in præsentia ad cœlũ euolare nollet, re tamẽ ipsa oportet voluntatẽ confirmare. Siquidem mercator diteſcere cupit, nõ tamen eius animus soli acquieſcit cupiditati: sed nauem parat, nautas cogit, hortatur gubernatorẽ, & alia quæ nauigationi opus sunt, diligẽter disponit: aurũ præterea mutuatur, maria traiicit, & innumeris periculis, quibus se mari credẽtes iactari cõsueuerunt, se exponẽs peregrinas appellit terras: itidẽ & nos oportet volũtatem rei applicare. Nauigamus nanq; & nos nauigationẽ, nõ ab alia in aliam terrã, sed à terra in cœlũ. Quare tota mẽte intẽdamus ad eã gubernationem, quæ nos supernè erigat, & nautas rationi obsequẽtes, & nauẽ nobis firmam cõparemus, ne tentationũ procellis, aut vllis secularibus demergatur affectibus, neq; superbię spiritu efferatur, sed leuis & expedita ad superna euadat. Quòd si hac ratione nauẽ nobis, & gubernatorẽ, & nautas parabimus, secũdo vento nauigare, & dei filiũ verum gubernatorẽ nobis cõciliare poterimus, qui nauiculã nostram vsquã allidi nõ patietur: sed licet innumeri spirent venti, & ventos sedabit, & mare tranquillissimũ reddet. Tales igitur vt vos sequenti præparetis cõcioni operæpreciũ est, si cupiatis aliquid hinc vtilitatis accipere, & mente recõdere. Nemo via esse velit, nemo petra, nemo spinosus ager: sed bona terra, hoc pacto prõpto libentíq; animo, bene culto & subacto agro semina mãdabimus. Quòd si lapidoſum & incultũ viderimus, dabitis veniã si illic serere recuſabimus: sed omissa satione, spinæ prius incidendæ erũt. ſummæ nanq; dementiæ, semina in incultã terrã iacere. Qui his vacat sermonibus, eũ non decet dęmonis habere consuetudinẽ. Quænã enim iustitiæ & iniquitatis cõmunitas? Audisti Ioannẽ, & ab eo spiritualia didicisti: deinde fornicatũ abis auditurus mulieres obsc͡œna loquentes, obsc͡œniora dissimulãtes, atq; molles & effœminatos, qui se inuicẽ alapis cædũt: & quãnã ratione cũm tãto in cœno ,puolutus iaceas, bene ablui & mũdari
C poteris? Et quid singillatim me omne illorũ viciũ describere oportet? Omnia emẽ illic risus sunt, turpitudo, exprobratio, maledicta, opprobria, cõuicia, omnia corruptio, omnia lues. Ecce prædico & annũcio omnibus vobis, nemo qui hac mẽſa fruitur, animam suã mortiferis illis perturbet spectaculis. Quicquid illic dicitur, ſatanæ põpa est, & lasciuia. Nostis ſacris initiati, quo fœdere nobis vos adſtrinxeritis, & vt verius dicã, Christo: cũ vos ipse edoceret, quid ei dixistis, quæ super ſatanæ põpa cum eo verba habuistis, quo pacto ei & angelis eius tũc abrenũciastis, promisistísq; nulla ei in re assensum præstare. Quãobrẽ nõ parũ nobis curandũ est, ne in his ,pmissionibus perfidiæ arguamur, néve nos ipsos his indignos reddamus mysteriis. Nónne animaduertis, q, in regiis domibus nõ nequã & perfidi, sed ,pbitare & fide ,pbati viri ad regis cõsilia, & in regios amicos aduocãtur? Legatus nobis de cœlo ab omnipotẽti deo demissus venit, res nobis perneceſſarias annũcians, & huius neglecta legatione ad mimos diuertitis. Et quo hæc digna ſupplicio, quibúsve fulminib⁹, & flagellis? Nã quemadmodũ mensę dęmoniorũ participes esse nõ oportet, sic neq; illorũ auscultationis, neq; in ſordida veſte ad lautiſſimã dei mẽſam tot tantísq; bonis affluentẽ accedẽdũ, quã ipse nobis prępararit: cuius tãta vis est, vt ad cœlũ ipsum repente nos rapiat, modò sobriè viuamus. Neq; enim fieri potest, vt qui frequenter diuinis vacat ſermonibus, is miserã vitã agat. Euolat enim quãprimum, & ſupernam petit patriã, & innumeros conſequitur bonorum theſauros: quib⁹ vtinã & nos fruamur, gratia & benignitate domini nostri Ieſu Christi, per quẽ, & cũ quo patri gloria, ſimul & ſpiritui ſancto in ſecula ſeculorũ, Amen.

Attende quidnã in baptiſmate promiſerus.

HOMILIA

HOMILIA PRIMA DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI, archiepiſcopi Conſtantinopolitani, ſuper euangelium Ioannis ex capite primo: Franciſco Aretino interprete.

IN principio erat Verbum. Si Ioannes nobis esset locuturus, & sua ipsius narraturus, necesse esset & genus patriamq; & vitã eius ostendere. Verùm cùm nõ ipse, sed per ipsum deus humanã alloquatur naturam, ſuperuacaneũ videri potest, huiuſmodi in prẽſentia diſquirere. Sed profectò admodũ peropus est, quippe cũ quis Ioannes fuerit, & vnde, & quib⁹ ortus parentib⁹, deinde eius vocẽ ſapiẽtiamq; didiceris: nõ illius esse doctrinã, sed diuinę virtutis quæ eius animã inſpirauit, planè cognoſces. Qua igit fuit patria? Nulla quidẽ, sed è villa, & regione abiecta, nulli rei
Ioan.7.g. vtili. Galilæã enim contẽnunt ſcribæ, cũ inquiunt:
Ibid. 1.g. Interroga & vide, q, ex Galilæa nõ ſurgit propheta. Necnõ & verus Iſraëlita, dicẽs: Ex Nazareth potest aliquid boni esse? Huiuſmodi Ioãnes patria nõ modò nõ inſigni aliqua, sed ne nota quidẽ ortus est, patre piſcatore, adeò paupere, vt eandẽ artẽ filios erudiret. Nemo aũt ignorat nullũ opificẽ cupere ſibi ſiliũ ſuæ artis hæredẽ relíquere, niſi nimia paupertate cogat, maximè ſi ars ei⁹ vilis ſit & abiecta: piſcatorib⁹ verò nil pauperius, nil abiectius, addo etiã indoctius: in eorũ aũt numero alij aliis præſtãt, hũc autẽ C apoſtolum ex vilioribus fuiſſe id argumẽtum est, q, non in mari, sed paruo quodã in ſtagno, cũ patre & Iacobo fratre piſcabat, ſciſſaq; reſarciebat retia: qđ nõ modicę erat paupertatis indiciũ. Sic eũ vocauit Christus. Ex his sanè intelligi potest, q, expers fuerit
Act.4.c. æternæ doctrinæ, & omniũ penit⁹ ſtudiorũ. Lucas etiã nõ ſolùm indoctum, sed ignarũ omnino literarũ fuiſſe teſtat, & rectè quidẽ. Nã qui cùm adeò inopia laboraret, vt nec in foro verſaret, neq; virorũ præſtantiũ vllã haberet cõſuetudinẽ, sed piſcationi toto animo intẽderet: vel ſicui aliquãdo congrederet, cum piſciũ cauponib⁹ & coquis verſans quidnã feris & brutis pſtare debuiſſet? Quid nõ piſciũ poti⁹ more obmutuiſſet? Hic tamẽ piſcator circũ ſtagna, retia, piſces, ſemp verſat⁹, à Bethſaida Galilęę, patre piſcatore paupere & rudi, qui literas neq; antè, neq; D poſtquàm Chriſtũ ſecut⁹ est, vſquã didicit: videam⁹ quid loquit, quã aggreditur diſputationẽ. Nũquid de rebus agreſtib⁹, aut fluuialib⁹, quibúſve inſtrumẽtis piſces capiãtur? Huiuſmodi enì à piſcatore cognoſcere quiſpiã expectaret. Verùm aliud narrãtem audiem⁹, hoc est quę in cœlo ſunt, & quę nemo vnquã antehac intellexit. Talẽ enim & tam ,pfundã doctrinam, vitã optimã & philoſophiã ad nos affert, qualẽ credibile est ab ipſis ſpirit⁹ ſancti theſauris accepiſſe, tanq; modo ex ipſo cœlo deſcẽderit: imò neq; oẽs, qui in cœlo ſunt, ſcire ea credẽdum est, vt iã diximus. Nũquid hæc tibi piſcatoris videtur, an oratoris poti⁹, an philoſophi, an alius cuiuſpiã in hac exteriori edocti ſapiẽtia? Nequaquã: non enim humanę ſimpliciter est aĩæ, de immortali & beata illa natura, & quæ cũ illa ſunt poteſtatibus, de immortalitate & vita æterna, de natura corporũ mortaliũ, & eorũ futura immortalitate, de ſupplicio, de futuro iudicio, de verborũ, operũ, cogitationũ, & ſentẽtiæ vniuſcuiuſq; examinib⁹ intelligere, quid homo ſit, quid mundus, quid verè ſit, quid cùm nõ ſit esse videatur, quid viciũ, quid virtus. Horũ nanq; nõnulla Platonici & Pythagoræi inueſtigare cõtenderunt. Neq; emẽ reliqui nobis philoſophi memorãdi ſunt, qui in huiuſmodi diſputationibus perridiculi reperiũtur: qui verò apud eos præ cæteris admiratiõi fuerũt, & illius ſciẽtiæ habiti ſunt prĩcipes, hi maximè ſunt, qui & reſpublicas & leges cõdiderunt: in quibus longè magis q, pueri ſunt deridẽdi, cùm mulieres omnib⁹ cõmunes inſtituerĩt, & mores, & nuptiarum pudorẽ, omnémq; deniq; vitam tam ridiculis corrumperent ſanctionibus. In animæ aũt doctrina haud quiſquã turpius errauerit. Quippe qui mures, culices, frutices, hominũ animas fieri, & deũ ipſum animã esse, & alia quædã huiuſmodi turpiſſimè aſſererent. Neq; hoc ſolùm vituperandũ est, sed magnus est ipſorũ verborũ euripus. Quemadmodũ emẽ qui in euripo ſunt huc illuc iactantur: itidẽ hi nunquam ſibi cõſtant, vtpote incerta & fragili ſentẽtia omnia loquẽtes. Verùm hic piſcator oĩa abſq; vlla dubitatiõe diſſerẽs, tanquã petræ innixus, nulla ex parte titubat. Ipſis nanq; ſupernis penetralibus dignus habitus est, & cùm omnipotentẽ deũ in ſe loquentẽ habeat, nihil terrenũ ſentit, vt illi, qui ne per quietẽ quidẽ regias ingredi meriti ſunt: sed extrà in foro & in aliorũ hominũ conſuetudine, p captu ſuo inuiſibilia cõiectantes, multis ſe ambagib⁹ inuoluerunt, cùm de ſupernis myſteriis diſputare cõtenderint: & tanquã cæci & ebrij nõ mutuo duntaxat errore, ſed pleriſq; in locis ſecũ iiſdẽ ſuper rebus diſſideãt. Atqui illiteratus hic, & rudis à Bethſaida Zebedæi filius, etſi ſæpenumero nominũ aſperitatem Græci deriſerint, audẽter tamẽ dicã. (Quãtò enim magis noſtra gẽs barbara illis videt, & gentili ornatu & cultu abſtinet: tantò noſtra apparẽt clariora.) Hic inquã barbarus & ineruditus hęc loquitur quæ nemo vnquã mortalium nouit: neq; loquitur tantùm, sed perſuadet. Quòd ſi illud dũtaxat aſſecutus esſet, nõ paruã de ſe cõcitaſſet admirationẽ. Nũc cũ alterũ accedat longè mirabilius, quod maximè arguit diuina esſe, quæ ab eo dicũtur, q, per omne huius vitæ curriculũ, doctrinã ſuam vniuerſis perſuaſerit auditorib⁹. Quis †infuſum] ei virtutẽ incredibi- *†inhabitantem.*
li admiratione nõ proſequatur? Et ,pfectò hoc maximũ est argumentũ, nihil ex ſeipſo Ioannẽ locutũ, qui ex media barbarie euãgelio ſuo vniuerſum comprehendit orbẽ. Corpore autẽ habitauit Aſiam, vbi *Ioãnes euãgeliſta vbi habitauit.* antiquitus omnes philoſophorũ ſectæ philoſophatæ ſunt: [Idcirco locus is dæmonib⁹ obnoxius est, & admodũ formidabilis.] In medio tamẽ inimicorum claruit, illorũ fugata caligine, arcem euertit q, munitiſſimã. Animo verò in eum feceſſit locũ, qui idoneus & accõmodatus ei esſet, qui eiuſmodi operaretur: vt gentiliũ opiniones penitus abolerentur, ſua autẽ indies fierent clariora. Ex quo enim & hic & reliqui piſcatores fuerunt, & Pythagoræ & Platonicæ ſiluerũt diſciplinę, quę ſuperiori tẽpore tãti nominis & authoritatis ferebãtur, & ne noſce quidẽ à pleriſq; ſunt cognitæ. Atqui & Plato ad tyrannos ſe contulit accitus, vt aiunt, & multis cũ ſociis in Siciliam nauigauit. Pythagoras verò magnã Græciã

Universidad de Deusto
Biblioteca

inhabitans, innumera magicæ genera mouit. Cum bobus enim loqui, hoc enim ipſum feciſſe aiunt, nihil aliud eſt q̃ magica, & inde maximè cõſtat. Nam qui bruta ita allocutus eſt, nulli hominũ profuit ſed obfuit plurimũ. Atqui aptior ad philoſophicas rationes humana natura eſt: ille tamẽ cũ aquilis & bobus, vt ferũt, diſputãs, præſtigiis alliciebat: neq; eũ rationis expertẽ naturã, vt ratione vteretur, effecit: neq; enim humanis viribus fieri poteſt, ſed incantationibus decepit ignaros, & nulla ex parte humanæ cõſulens vtilitati, idẽ ac par eſſe docebat, fabas edere, & parẽtũ capita deuorare: auditoribúſq; perſuaſit q̃ ipſa præceptoris anima nũc in fruticẽ, nunc in puellã, nunc in piſcẽ verteretur. Nónne meritò illa oĩa extinxit, aboleuitque vera & perfecta doctrina? Meritò ſanè, & ratione quidẽ optima, ſed non itidẽ indocti, & illiterati viri doctrina euanuit. Verũ Syri, Ægyptij, Indi, Perſæ, Æthiopes, & innumerę alię gẽtes, dogmata ab hoc introducta, in ſuã transferẽtes linguam, hoĩes barbari philoſophari didicerũt. Nõ temerè igitur dixerã Ioanni theatrũ eſſe vniuerſum orbẽ. Non eũ ſuis omiſſis hominib⁹, ad brutorum naturas inueſtigãdas elaborauit: quod ſuperuacaneæ & inanis philoſophiæ & ſummæ amẽtiæ eſt: ſed cũ cęteris omnibus, hoc quoq; morbo expulſo, id tãtùm adniſus eſt, & totis viribꝰ contẽdit, vt vniuerſus orbis vtilitatẽ & virtutẽ diſceret, quæ ipſum à terra in cœlũ trãſferre poſſet. Idcirco nulla caligine, nullis tenebris ſuã operuit doctrinã, vt illi oratione ſua prauis opinionibꝰ obſcuritatẽ tanquã velum quoddã indiderũt. Huius aũt doctrina Solis radiis clarior eſt atq; illuſtrior, ideoq; in omnes mortales propagata. Nõ enim his, quibus cũ conſuetudinẽ habebat, quinq; annorũ indixit ſilentiũ, quem admodũ ille. Nec ſic docuit tãquam inſenſibilibus aſſideret lapidibus, neq; numeris omnia cõtineri fabulatus eſt: ſed omni eiecto ſatanæ faſtidio atque illuuie, tanta doctrinam ſuã perfudit facilitate, vt nõ modò ſapiẽtibus, ſed & mulierculis & adoleſcentulis, quicquid dixerit ante oculos poneret. Ea eũ & vera eſſe & vtilia audituris omnibꝰ cõfirmauit: quod omnia poſt illũ ſecula teſtãtur. Vniuerſum nanq; ad ſe orbẽ allexit, & ab omni calamitate vitã noſtrã liberã reddidit, poſtq̃ nobis ſuã cõmunicauit doctrinam. Quapropter mortẽ potius, q̃ Ioannis præcepta contẽnere malumꝰ, quæ planè cõſtat nihil abiectũ, nihil humanum ſapere, ſed diuinum & cœleſte eſſe quicquid è ſacro eius pectore emanauit. Nullũ hic tumorẽ verborum, atq; fucum, nullã ſuperfluã compoſitionẽ & ſtylum ineptũ videbimus (longè enim hæc ab omni abſunt philoſophia) ſed diuinũ & inexpugnabile robur, & ſacrorũ dogmatũ tantã vim, vt nullo poſſit pacto ſuperari: præterea innumerabilium bonorũ ſocietatẽ. Verborum ſanè & orationis eurioſitas ſuperflua eſt, & ſophiſtis digna, vel potius ignaris adoleſcẽtibus, vt ipſe quoq; apud eos philoſophus inducat magiſtrũ ſuum admodũ hanc artẽ apud iudices coarguentẽ, ac dicentem quòd verba ab ipſo audiẽt ſimplici, vt ita dicã, doctrina, ſubruſtica, nullis vocabulorũ fucata illecebris. Haud eũ decet, inquit, ô viri hac in ætate, ficta fucataq; oratione adoleſcẽtuli more me audiatis. Et animaduertite q̃ ſit ridiculus. Quod enim tanquã turpe, philoſophiaq; indignũ, & adoleſcentulorum opus ſuum magiſtrũ fugere ꝓfeſſus eſt, huic ipſe maximè operam dedit, hoc vnũ ſummo ſtudio cõtendit, & nihil in Platone præter hoc admiratione dignũ videri licet. Et quemadmodũ ſepulchra extrinſecus ornata, ſi exteriorẽ illam facié amoueris, cadauerum ſanie, & exeſorũ oſſium plena reperiuntur, itidẽ in philoſophorũ opinionibus, detecta verborũ ſuperficie & ornatu, multa inania, abſurdaq; deprehẽderis, maximè vbi de anima philoſophãtur, nũc honore, nũc cõtumelia, nullo modo modeſtiáve adhibita eã affi cientes. Hoc diabolicũ rete eſt, nulla ex parte mediocritatẽ ſeruare, ſed in alterutrũ extremorũ allectos animos ad errorẽ trahere, cùm nunc ad diuinã ſubſtantiã, neq; modo neq; pietate ſeruata eam afferat: nũc in ſues, & aſinos, & abiectiora quoque animãtia turpiter inducat. Verùm de his ſatis ſuperq;. Si quid eũ ab his vtilitatis accipi poſſet, & amplius huic ſermoni eſſet immorandũ: ſin adeò friuola, turpia, ridicula, deſpiciẽda ſunt & ſuperuacanea. Quare tãdem eorum fabulis omiſſis, verã aggrediamur doctrinã, quę ad nos per huiꝰ piſcatoris linguã cœlitus deducit. Nihil enim humanũ, nihil terrenũ ſapit. Agite igitur ipſam Ioãnis orationẽ in mediũ ꝓferamus, & qđ principiò hortati ſumus, vt diligenti attẽtione his ſermonibus vacaretis, id vobis in prẽſentia in memoriam reducimus. Qua nanq; ratione Ioãnes ita in euãgelio ſuo exorſus eſt, *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud deum*? Animaduerte euãgeliſtæ fiduciam, & verborũ vim. Nihil dubitat, nihil cõiectatur, ſed certa oĩa aſſertione ꝓloquitur. Magiſtri ſiquidẽ eſt in his quę dicit, nihil ambigere. Nã ſi is qui alios docet, alteriꝰ indiguerit doctrina, nõ præceptoris, ſed diſcipuli ſe munere fungi, ſi rectè iudicabit, intelliget. At ſi quis ambigeret, quid tandẽ prima omiſſa cauſa, ad ſecũdam quamprimũ tranſit? Primũ quidem & ſecũdum in hac re dicere prætermittamus. Nõ enim noſtra hæc. Nã & numero & omni tẽporum conſequẽtia diuinitas prior eſt & ſuperior. Quapropter his omiſſis, patrẽ à nullo eſſe, filiũ à patre genitum confiteamur. Rectè, inquit. Verùm, quónã pacto nulla habita patris mentione, de filio ſermonẽ aggreditur? Quoniam omnibus patrem eſſe cõſtabat, ſi non vt patrẽ, ſaltem vt Deum, vnigenitus aũt ignorabatur. Quare haud immerito ad eiꝰ cognitionẽ à prĩcipio ſtatim feſtinauit, vt neſciẽtibus eum oſtẽderet. Præterea neq; patrẽ in filij mẽtione ſubticuit: & cognoſce, quęſo, ſpiritualẽ ſapientiã. †Nouit homines antiquitus prę omnibꝰ maximè deũ & venerari, & aſſerere:] Idcirco hinc principiũ fecit, & proſequens, deum inquit eſſe, nõ qualem Plato, qui alterũ mentem, alterum animum eſſe ꝓfitetur: hęc enim à diuina & immortali natura, quę nihil habet nobiſcũ commune, longè abſunt, ſed ſceſſit cõmunicatione ad creaturam: ſecundum ſubſtantiã dico, non ſecundũ habitudinẽ. Præterea verbũ ipſum appellauit. Cùm enim nos docturus eſſet de hoc verbũ vnigenitum eſſe dei filium, ne paſſibilem quiſpiã naturam ſuſpicaretur, prę occupata verbi appellatione, omnẽ aufert ſuſpicionẽ. Inde enim & filium & nulli paſſioni ſubiectũ ſignificat. Vidéſne, vt dixi, q̃ cùm de filio loquitur, patrem non ſubticet? Quòd ſi hæc ſatis nõ ſunt ad oĩa oſtẽdenda, nulla te admiratio teneat. De deo eũ nobis ſermo eſt, quẽ neque dicere, neq; intelligere pro ipſius magnitudine quiſquã poteſt, ideo Ioannes ſubſtantiæ nequaquã nomen affert. Quippe cùm dici nequeat, quęnã dei

†*Nouit enim homines, quod antiquius eſt, & ante omnia, id potiſſimum venerari & deum eximiare.*]

dei ſit ſubſtãtia, vbique autẽ eum nobis ex operibus manifeſtat. Siquidẽ hoc verbũ paulò pòſt videri licet lumen appellatum, & lucem, vitam, & vitam veritatẽ. Non tamen hac duntaxat cauſa his eum nominibus appellauit, ſed hac quidẽ prima, altera autẽ quoniã nobis patrem annunciaturus erat. Omnia enim, inquit, quęcunq; audiui à patre meo, nota feci vobis. Vocat autẽ ipſum & vitam & lucẽ. cognitionis enim lucẽ nobis dedit, & à luce vitã. Et ꝓfectò non vnum nobis nomẽ, non duo, non etiam plura ſatis ſunt ad diuinas res edocendas: ſed aquieſcamꝰ ſi vel multis, q̃uis obſcurè, quæ deo attribuũtur, poſſumus ꝓcurrere. Non autem ſimpliciter verbũ appellauit, ſed cũ articuli adiectione à reliquis ipſum hoc loco ſeparãs. Age q̃ vere dixerim, à cœlo hunc nos euãgeliſtam allocutum. Contẽplare quomodo ab ipſo ſtatim exordio ſupernè aduolãs, auditorum animos mẽtesq; ſupra oĩa quæ ſenſu percipiuntur, erexit, ſupra terrã, mare, cœlũ, angelos, Cherubim, Seraphim, omnẽ denique creaturam: & vt eò aſcenderẽt, perſuaſit. Quid igitur? Nunquid cùm ad tantã nos erigeret altitudinẽ, ibi nos ſiſtere potuit? Nequaq̃. Sed quemadmodũ ſi quis eum, qui ex littore ciuitates, oras portuſq; cõſpicatꝰ ſit, in mediũ poſtmodum pelagus proueheret, priorũ cõſpectu amoto, in nullum certũ obiectum, ſed in infinitum eius dimittit intuitũ: ſic euãgeliſta ſupra omnẽ nos creaturã ad cœleſtia erigens, ad ſupernum erectum oculũ dimittit, nullo fine, vt arcana illa aſſequamur, nobis adhibito, quippe q̃ nullus eſt. Aſcẽdens igit ad verbũ, quod in principio erat, hoc inquirit principium: quo inuẽto, cùm ſemper eius mentis aciẽ magis perſtringat, nõ habet vbi ratione innitaſ, ſed intentè ſuſpiciẽs, cùm ceſſare nequaquã ab inquirẽdi labore poſſit, rurſum ad inferiora deſcẽdit. *In principio enim erat Verbum.* Nihil aliud quàm q̃ ſemper ſit, ſignificat. Ecce verã philoſophiã, & diuina dogmata, nõ qualia gentiliũ, qui tẽpora, & deos hos antiquiores, illos iuniores poſuerũt: ſed nihil tale in noſtra religiõe. Nã ſi deus eſt, quemadmodũ eſt, nihil eo ſuperius: ſi omniũ conditor, primus: ſi dominus & princeps omniũ, omnia poſt ipſum & creaturę, & ſecula. Volebã & alia in præſentia vobis exponere, niſi vererer animos veſtros audiendo defatigatos. Quare his admonitis, quę ſint vobis ad dictorum dicendorúmq; attentionẽ vtilia, finẽ noſtræ imponemus orationi. Quænã igitur ea ſunt? Scio plurimos verborũ longitudinẽ faſtidire, quod eò fit, quoniã aĩa multis ſecularibꝰ curis, oneribúſq; opprimitur. Sicut enim oculorũ acies pura & lucida acutè oĩa intuetur, neq; etiam in tenuiſſimis deprehendendis corporibꝰ elaborat: verùm ſi quis malus à capite humor, vel caligo aliqua ad oculũ aſcẽdit, denſa quędam ante pupillã nebula obiicitur, quę ne craſſiora quidẽ corpora videre ſinit: Ita animę vſu venit, cùm omnis perturbatio q̃ eam offẽderat, purgata eſt, intẽte opportuna oĩa proſpicit: verùm cùm plurimis turbatur affectibꝰ, vim omnẽ illam amittit, vt nihil altum valeat intueri, ſed q̃ primum defatigatur ac decidit, & ſomno dedita, atq; ſegnicię, quę ad virtutẽ & vitã vtilia ſunt, nulla in his capeſſendis alacritate contẽnit. Hoc ne vobis accidat, nõ enim omittam quin ſemper vos admonitos faciã, animum adhibeatis diligẽter, ne ea vobis dicant̃, quæ fidelibus Hebręorũ à Paulo, cũ multa ſe ad eos interpretaturum dicit, difficilia locutũ diceret: nõ q̃ ſuapte natura talia eſſent, ſed q̃ deſidiæ eos & negligẽtiæ in his accipiẽdis argueret. Qui eũ infirmus imbecilliſq; eſt, non ſecus breui, q̃ longa oratione perturbaſ: & quæ manifeſta & facillima ſunt, difficilia eſſe autumat. Nemo in hac cõcione huiuſmodi affectibꝰ coinquinetur, ſed omni huius ſeculi cura, ſolicitudinéq; abiecta, diligẽter huic aures doctrinæ adhibeat. Quippe cùm pecuniarũ fames auditorũ animos occupauit, nulla ꝓfectò ratione huiuſmodi in aliis rebus accipiẽdis deſiderio flagrare poterũt. Neq; enim vnius anima multis ſufficere poteſt cupiditatibꝰ, ſed ab alia alia opprimitur, & diuiſa fit imbecillior, cũ alia dominet, & totum ad ſe animũ trahat: quod in liberorũ amore vſu venit. Nam qui vnum duntaxat habet, eũ incredibili animi ardore ꝓſequitur: qui plures, in eo diuiſi affectꝰ inferiores reddũtur. Quòd ſi in naturali charitate & vi, & cognato amore euenire conſueuit: quídnã in eo qđ à volũtate & arbitrio noſtro ꝓficiſcitur æſtimandũ eſt, maxime cùm harum rerũ amatores pugnãtes inter ſe affectus & cupiditates habeãt? Contrarius pecuniarum amor huiuſmodi attẽtionis deſiderio eſt. Huc ingreſſi, cœlũ ingredimur: non in hanc concionẽ dico, ſed ſi animos ad eam attẽtẽ audiendã præparabimus, terreſtrẽ vitam agẽtes cœlum aſcendere, & cœleſtia deprehẽdere, & audire poſſumus, quibꝰ nemo terrena admiſceat. Nemo in hoc cõſeſſu domeſticarum rerum cura impediatur, hinc emolumẽtum & ad domeſticos parietes, & ad forum afferre, & nobiſcũ tenere oportuit, non animã domeſticis, & fori oneribꝰ, cogitationibuſq; opprimere. Ideo doctrinę ſedẽ ingredimur, vt omni penitꝰ ſorde abluamur. Nã ſi parũ ſtudij, diligẽtięq; diuinis ſermonibus huius ſeculi occupationibꝰ diſtracti adhibuerimꝰ, lõge ſatiꝰ hac cõcione abſtinuiſſemus. Nemo igit in eccleſia ſup domo & familia cogitet, ſed domi eccleſiam, & diuinas res animo cõplectaſ. Hęc cęteris rebus omnibꝰ ſint nobis precioſiora: hęc enĩ animæ ſunt, illa verò corporis, imò & animę & corpori hęc plurimũ conferunt: idcirco ea nobis omniũ potiſſima ducamus, reliqua ſupuacanea. Diuina nanq; & præſenti & futuræ vitæ accõmodata ſunt: terrena verò neutri, niſi ab illis præſcripta lege moderẽtur. Non enĩ dũtaxat quales futuri ſumus, & quo pacto illã victuri ſimꝰ vitã hĩc cognoſcere oportet, ſed quánam ratione in hoc quoq; ſeculo peregrinãdum nobis eſt. Et ꝓfectò ædes hæc huiꝰ vitæ ſpiritualis eſt medicina, vt q̃ exteriꝰ acceperimꝰ vulnera, hĩc curare poſſimus, nõ vt nouis hinc acceptis diſcedamus. Quòd niſi ſpiritus ſancti ſermonibꝰ vacauerimus, non modò priores nõ abluemus nequitias, ſed & alijs coinquinabimur. Summa itaque diligẽtia his quę nobis cœlitus reuelata ſunt, attẽdamus. Neq; multũ laboris ſupererit, ſi principiũ & materiam ipſam curabimus intelligere, ſed paruo primũ labore ſuſcepto, alios deinde ſecundũ Paulum admonere poterimꝰ. hĩc enim Apoſtolus quàm altiſſime erigit, & incredibilẽ effundit doctrinam, in qua lõgè magis quàm cæteri immoratur. Attendamus igit, nec friuolis & ſupuacaneis imbuamur. Quamobrẽ hæc paulatim exponimꝰ, vt facilia ante oculos nobis ponãtur, neve excidãt. Magna nos formido teneat, ne diuinæ ſẽtẽtiæ fiamus obnoxij, cũ inquit: Si non veniſſem, & locutus eis nõ eſſem, peccatũ non haberẽt. Et quídnam

Ioan. 15. c

Ioan. 15. d

Universidad de Deusto Biblioteca

nã amplius, quàm qui nihil audierũt cõsequemur: cùm auditis diuinis sermonib⁹, nihil ex his domum referimus, sed verba tãtùm admiremur? Date igitur nobis, vt in bonam terram semẽ iaciamus: curate vt ad id recipiẽdũ ꝑparemini: & si quis spinas habuerit, spiritus sancti ignẽ inijciat: si quis durũ & cõtumax cor habuerit, eodẽ igne & molle reddat & placabile: si quis secus viã multis cogitationibus cõculcat̃, interiora petat, neq; his assideat qui ipsum vnco ad se trahere annituntur, vt bonarũ segetũ in vobis exuberãtium prouẽtum pulcherrimũ cõspicemur. Hoc pacto si nos ipsos curabim⁹, & incredibili desiderio hos spirituales sermones hauriem⁹, & si nõ vno statĩ momẽto, paulatin saltẽ omnib⁹ secularibus molestiis liberabimur. Quare sũma nobis attẽtione elaborandũ est ne nobis dicatur quòd aspidis surdę aures habeam⁹. Quid eñ à fera talis differt auditor? Nõne omnib⁹ brutis est rationis expertior, q̃ loquẽtẽ deum audire dedignat̃? Si deo placere hominis est, qui audire negligit, quánam ratione id assequet̃? is profectò nil differt à belua. Considera igitur quã turpe, quàm scelestũ sit, cùm Christus nos ex hominib⁹ angelos fieri velit, ex hominib⁹ in beluas spõtè nostra mutari. Vẽtri enim seruire, & pecuniarũ cupiditati semꝑ inhiare, irasci, mordere, calcitrare, nõ hominũ, sed beluarũ potius est. Atq; singulæ beluæ singulos, vt ita dicam, habẽt affectus, idq; secũdum naturam. At homo ratione & diuina vita primũ abiecta, omnia sibi ꝓ arbitrio indulgens, nõ modò belua sed mõstrum multiforme & varium euadit, neq; vllam à natura veniã meretur. A voluntate enim & sentẽtia omnis ea malicia ꝓficiscitur. Sed absit, vt hoc vnquã de Christi ecclesia suspicemur: de vobis quidẽ meliora, & quæ ad salutem faciãt nobis persuasim⁹. Verũ quò magis hoc nobis ꝑsuademus, eò vehemẽtius rationibus, quę vos ab omni immundicia præseruare possint, inuigilabimus: vt ad ipsum virtutũ cacumẽ euadẽtes, quę nobis promittuntur, bona cõsequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quẽ, & cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto in secula seculorum, Amen.

Homilia secunda ex capite .i.

IN *principio erat Verbum.* Superuacaneũ iã mihi videtur vos admonitos facere, vt æquo animo, & attentè meã accipiatis orationẽ. Siquidẽ quamprimũ eius audiendę re ipsa incredibilẽ præ vobis tulistis cupiditatẽ. Hic enim cõcursus frequẽs, & diligẽs attentio, impulsióq; & pręparatio, vt ea vobis loca occupẽtur, vnde clarius exaudiamur, nec nõ vestra in tãta angustia perseuerãtia, quousq; spirituale hoc dimittat̃ spectaculũ: ad hæc plausus, tumultus, & alia huiusmodi maximũ animi & feruoris vestri sunt argumentũ. Quocirca superflua hac admonitione omissa, illud vos admonẽdos hortandósq; cẽseo pernecessariũ, vt quo nunc estis animo perseueretis, neq; in hoc tantùm cõsessu, sed domi quoq; vir cũ vxore, pater cum filio inuicẽ de his frequẽter loquãtur, & vltro citróq; suam & ferant & inquirãt sentẽtiam, velíntq; probatissimam hanc & pulcherrimã inducere †consuetudinẽ.] Nec mihi quispiam dicat, pueros in hoc occupari nõ oportere. Nõ enim tantùm opus est, vt his vacẽt admonitionib⁹, verumetiam solis: imbecillitatis tamẽ vestrę gratia hoc nõ dicimus, neq; eos à secularibus & terrenis rebus, quemadmodũ neq; vos à ciuilib⁹

†collationem.

A negociis abducimus. Atqui è septem his diebus vnũ ad cõmunis omniũ domini cultũ, seruitiumq; collocandũ meritò arbitramur. Nónne ridiculũ est, vt seruulos nostros in nostris semper negociis occupatos velim⁹, nos verò nullũ deo exhibere seruitium, præsertim cùm nostra omnis seruitus nihil ei quicquam cõferat? Deus eñ nulla re indiget, sed ad nostrã penitus rędundat vtilitatẽ. Vos autẽ ad spectacula filiis adductis, neq; ad doctrinã, neq; ad vllam bonam frugẽ eos vnquã hortamini. Verùm si quid sanctum, si quid spirituale cõparandum, cogendúm ve fuerit, *inanem id appellatis solicitudinẽ. Nónne iram dei in vos meritò prouocatis, cùm cæteris rebus & certo tẽpore & diligẽti cura adhibita, in diuinarũ rerũ doctrina pueros exerceri, molestũ intempestiuumq; ducitis? Non sic, nõ sic inquã fratres dilectissimi. Hæc profectò ætas his maximè admonitionibus indiget: B tenera est, & citò quæ ei instillant̃, imbibit, & audita accipit: tanquã sigillo auditus ceræ, hoc est puerorũ animis impresso. Præterea & vita eis in aditu est, & in ipsis ferè ianuis, vt vel ad virtutẽ, vel ad viciũ facilè possit deflectere. Si quis igit̃ eos ab ipsis incunabulis, & quasi viciorũ vestibulis, ad viam virtutis abstraheret, in habitu quodã & natura recta viuẽdi eos cõfirmaret: neq; sponte sua facilè in deteriora prolaberẽtur, cùm eiusmodi à teneris assuetudo ad virtutẽ eos alliceret. Hoc pacto & maiores diligẽtius obseruabũt, & reuerebũtur, & ciuilibus in rebus vtiliores reperiẽtur. Siquidem ab ineunte ætate seniorũ mores edocebũtur. Neq; eñ fieri, vt sic dicã, potest, qui his aures adhibet, hísque apostolicis admonitionibus prõpto animo offeret: quin incredibile quoddã bonũ, siue vir, siue mu- C lier, siue iuuenis, huius mẽsę particeps consequatur. Nã si beluas verbis & ratione nonnunquã mansuetudinẽ erudimus, longè magis spirituali hac doctrina cũ hominibus cõmunicata id efficiemus, cùm vtriusq; medicinæ scilicet & eius qui curatur, maxima sit differentia. Neq; enim in nobis ea est, quæ in illis feritas: altera naturę est, altera volũtatis. Neque rationis vis eadẽ, illa humanæ est sentẽtiæ, hæc spiritus sancti gratię & virtutis. Quã si quispiã se consecuturũ desperet, intelligat feras mãsuescere solere, & nunquã sibiipsi diffidet: frequẽter hãc sibi medicinã expetat, spiritus sancti leges omni tempore audiat, & repetita domo, quę audierit, memori tãdem mẽti inscribat. Hoc pacto & spe bona, & securitate viuet plurima, ipsáque experiẽtia planè quãtopere D proficiat, intelliget. Quippe cũ diabolus diuinam legem animę inscriptã, & cor hominis dei tabulã factum cõspicatur, eò se amplius conferre formidat. Vbi eñ literę regiæ, nõ æreo titulo, sed dilecti seruuli Iesu mẽti animoq; impressæ, exuberãti spiritus sancti gratia effulserint: ille nullo pacto perpeti, aut consistere potest, sed longè formidolosus effugit. Nihil eñ adeò eius cõsilia ꝑturbat & ꝓterit, quàm qui ad diuinarũ rerum cogitationem animus erigitur, & supernum hunc atque vberrimum fontẽ haurire semꝑ desiderat. Eum inquam animum nihil humanum, quãuis molestissimum ꝑturbare, nihil quãuis magnũ & exoptabile inflare & superbia efferre poterit: sed in tãtis hui⁹ seculi fluctibus, ꝑturbationibusq; in multa viuet trãquillitate. Neq; enim rerũ natura, sed mentis nostræ imbecillitate ꝑturbamur Nã si natura id nobis inditũ esset, oẽs quidẽ homines

*χολίρχν occupationem, impedimentũ, laborem.

nes necessariò perturbarentur. Omnes enim idẽ nauigamus pelagus, cuius & fluctuũ & tẽpestatũ immunes nullo pacto esse possemus. Quòd si extra huius insani maris fluctus tẽpestatésq; multi reperiuntur, proculdubio cõstat eos affectus, nõ à reb⁹ humanis, sed animi tãtùm vicio insaniáq; proficisci: quẽ si tam firmo sisterem⁹ ꝓposito, vt oẽs casus facilè toleraret, nihil nobis hyemis, nihil tempestatis relinqueretur, sed quieta & tranquilla essent omnia. Verùm nescio quo pacto, cũ nihil de his dicere ꝓposuerim, in hãc diuerterim admonitionẽ. Ignoscite quæso orationis nostræ lõgitudini. Etenim nõ parũ veritus sum, nequãdo hoc vobis remissius studiũ fieret, néve fastidio afficeremini, cuius nisi dubius fuissem, nulla huiusmodi nobis orta esset disputatio. Satis enim id nobis oĩa facilia & reddere & subministrare posset. Sed iam tẽpus est propositã aggredi orationẽ: quare indefessos vos huiusmodi certaminibus exhibeatis: & profectò certamina nobis ꝓposita sunt aduersus veritatis inimicos, qui pro viribus omnia machinãtur, vt filij dei gloriã, imò potius suã aboleant. Perpetua enim diuina gloria eadẽ permanet, nihilo ob maledicã & scelestã linguã minor. illi autẽ quem se adorare profitẽtur, euertere conati, †corpus suũ] ignominia, animã supplicio afficiũt. Quídnam igitur hi nobis, qui hanc verã doctrinã profitemur, dicũt? q̃ per istud, In principio erat verbũ, æternitas non demonstretur: idẽ nanq; (aiunt) de cœlo, & de terra dictum est. O dedecus, ô impietatẽ incredibilẽ. De deo tecũ mihi sermo est, & tu terrã mihi, & terrenos homines affers in mediũ. Igitur cùm homo filius dei dicatur, & deus vtique sit: (Ego enim dixi dij estis, inquit, & filij altissimi omnes) cũ vnigenito de filiatione contendes, & nihil ipsum hac in parte amplius, quàm tu habere dices? Minimè, inquis. Dicis tamen, quanuis verbo inficieris. Quónã pacto? Cum te per gratiam profiteris adoptionẽ accepisse, & ipsum quoq; similiter. Cùm enim dicas nõ natura ipsum filiũ, nihil aliud quàm gratiæ esse confirmas. Veruntamẽ videamus quæ nobis adducũtur testimonia. In principio, inquit, creauit deus cœlũ & terrã, terra autẽ erat †inanis & vacua.] Et erat homo vnus de Ramathaim sophim. Hæc sunt quę putãt firmissima esse argumẽta. Sed vt doctrinæ nostrę veritas ostendatur, ad cõprimendã eorum blasphemiã. quid enim habet similitudinis, creauit, & erat? Quid deus & homo? Quid pura cõmisces? Quid diuisa & separata cõfundis, & cœlestia ad terrena deducis? Hoc enim in loco istud verbũ, erat, solum & per se æternitatẽ significat: sed, in principio erat, & verbũ erat. Queadmodũ igitur, est, verbũ, si de homine dicatur, pręsens duntaxat tẽpus signat: sin autẽ de deo, sempiternum atq; perpetuum: itidẽ & erat. Nam cùm de humana natura sermo habetur, præteritũ tẽpus, & hoc ipsum finitum: quãdo verò de deo, æternitatẽ ipsam ostendit. Satis ergo fuerat ei, qui terrã & hominẽ audiret, nihil amplius de his cogitare, quàm eorũ naturæ conueniat. Nam quod factũ est, †quocunq; tẽpore vel seculo factum sit, factũ est tamẽ:] filius autẽ dei nõ temporibus tãtùm, sed seculis quoq; omnibus superior est, quippe qui eorũ omnium cõditor & opifex est: Per quẽ, inquit, fecit & secula. Creatorẽ enim ante creaturas omnino esse cõstat. Cùm verò quidã adeò stulti & insensati sint, vt propterea maius quiddã de sua dignitate opinẽtur, his verbis, creauit, & fuit homo,

†frontem suam]
Psal. 81.b
Gene. 1.a
†inuisibilis & incõposita] sic enim legunt lxx.
1. Reg. 1.a
†quidquid tandem fuerit, tempore vel seculo factũ est.]
Hebr. 1.a

A auditoris præoccupat sententiã, & omnẽ impudentiam excindit. Omne enim creatũ, & cœlum & terra tẽpore creatũ, & tẽporale habet principiũ, neq; principio caret, quoniã creata sunt: itaq; cùm audis, creauit & fuit *homo, nónne deliras, atq; stulta & superflua ingeris? Ego etiã & aliud maius afferre possum. Quídnam? q̃ si de terra dictũ esset, In principio fuit terra: & de homine, Quòd in principio fuit homo, neq; sic quicquã maius præstãtiúsq; de his, quã quæ in præsentia cognoscim⁹, opinari nos oportuit. Terræ enim & hominis appellatio quæcũq; de se dicuntur, cõprehendens, non sinit nos quicquam, q̃ quę & intelligimus & videmus, excellẽtius cõiectari: quẽadmodum etiã si exiguũ quiddã & minimũ de deo dicatur, nihil tamẽ humile, nihil abiectũ sinit existimari. Accedit ad hoc, q̃ de terra loquẽs, ꝓsequitur: †Terra autẽ erat inanis & vacua.] Cùm enim asseue- B rit q̃ terrã deus creauerit, eíq; proprios statuerit terminos: securè iam quæ sequuntur, enarrat, non ignarus neminẽ adeò stultum, qui sine principio ipsam & ingenitã arbitretur: terræ enim nomen & creauit, sufficiẽtia sunt, vt cuiuis etiã stolido persuaderi possit, neq; æternã, neq; ingenitã esse, sed ex eorũ numero, quæ tempore cõdita sunt. Præterea hoc verbum, *fuit, de terra quidẽ, & de homine dictũ nõ omnino esse signat, sed & hominẽ inde oriundũ, de terra autem qualis ea sit, nobis ostẽdit. Neq; enim solùm dixit terram fuisse, sed etiã qualis fuerit, †tenebrosa scilicet, & informis,] aquísq; operta & admixta. Et de Elchana nõ dixit solum q̃ fuit homo, sed etiã vnde, de Ramathaim, inquit, sophim. De verbo autẽ non ita loquitur, & profectò hæc inuicẽ cõferre erube- C scimus. Nã si eos reprehẽdimus, qui illos conferunt, quorum magna est & virtutis & morum differẽtia, cùm tamen vna sit & eadem substantia: qui quorum & natura, & cætera omnia prorsus differunt, in comparatione adducunt, nónne vltimæ sunt dementiæ arguendi? Sed benignus nobis & propitius is adsit, quem illi tam perperã impiéq; calumniãtur. Huiusmodi nanq; disputationis necessitatẽ, non spõte nostra aggressi sumus, neq; nos eã inuenimus, sed coacti eorũ perfidia, qui †redẽptori suo] bello indicto, hanc nobis purgãdæ calumniæ dederũt occasionẽ. Quid ergo dicimus? Quod, erat, cùm de verbo dicitur, perpetuũ & æternũ esse signat. Inquit enim, In principio erat verbũ: †cõsequens autem erat] apud aliquẽ esse: cùm enim maximè hoc dei sit proprium, æternum, & sine principio esse, hoc primum posuit: D deinde ne quis audiendo, In principio erat verbum, etiã ingenitum dixerit, hoc mox exposuit, antequã quid esset dicatur, Erat, inquit, apud deũ. Et ne oĩno quispiam verbum ipsum id esse quod profertur, aut quod intra hominẽ est, arbitraretur: per articulũ primum, vt iam diximus, & per secundã hãc adiectionẽ eam amouet suspicionẽ. Nõ enim dixit, in deo erat: sed, apud deum, in persona eius æternitatẽ nobis ostendẽs: quod apertius quoq; significauit, cùm subdidit, *Et deus erat Verbum.* Sed factum est, inquit. Quid ergo obstitit, quin diceret, in principio fecit deus verbum? Cùm de terra Moses loqueretur, nõ dixit, In principio erat terra: sed in principio creauit deus terrã, & tunc fuit. Quid prohibuit Ioannem quoq; eodẽ modo exordiri, in principio creauit deus verbum? Nam si de terra ita locutus est Moses, ne quis ipsam increatã arbitraretur, longè magis de filio loquentem

*ἦν. i. fuit vel erat.
Gene. 1.a
†at terra erat inuisibilis & incõposita] vt etiã habent lxx.
*ἦν i. erat vel fuit.
†inuisibilis scilicet & incomposita.]
1. Reg. 1.a
†suæ saluti.
†secundũ autẽ erat] vt intelligas, secundũ pro secũdo loco positum. & λόγον δὲ ἦν. &, signat, suppleas.
Gene. 1.a

Universidad de Deusto Biblioteca

quẽtem timere Ioannẽ oportuit,ſi creatus erat.Mũ-
dus nãque cùm ſit viſibilis,per ſe cõditorẽ ſuũ præ-
Pſal. 18.a dicat. Cœli, inquit, enarrãt gloriã dei:filius autẽ in-
uiſibilis eſt,& creaturã lõgè ſuprà quàm dici poſsit,
excedit. Quòd ſi illic,& ſi neq; verbo nobis neq; do
ctrina opus erat, vt creatũ mundum diſceremus,ta-
mẽ manifeſtè id nobis ante alia ponit ꝓpheta:mul-
tò magis de filio idẽ à Ioanne dicẽdũ fuerat,ſi crea-
tus fuiſſet.ſanè quidẽ dices:Verùm Petrus id manife
ſtè,aperteq; profeſſus eſt.Quónã in loco, & quãdo?
Acto.2.f Quãdo cũ Iudæis diſputãs hic verbis vsꝰ eſt. Quòd
dominũ ipſum, & Chriſtum deus fecit. Quare autẽ
non etiã quod ſequitur addidiſti? hũc Ieſum ſcilicet
quẽ vos crucifixiſtis:an ignoras eorũ de quibus ſer-
mo habetur, partim immortalis naturæ eſſe, partim
carnẽ accepiſſe?Quòd ſi negas,& omnia ſimpliciter
ad diuinitatẽ trahis,paſsibilem diuinã naturã fece-
** ποιητόν. i. factibilem ſiue factam.* ris:quòd ſi non paſsibilem,neque*actiuã dixeris, ve
rũ ſi ex ipſa diuina & ineffabili natura ſanguis ema-
nauit,ipſaq; carnis loco in cruce clauis trãfixa,& diſ
cerpta eſt,admittendũ ꝓfectò eſſet commentũ tuũ:
ſin neque ipſe quidẽ diabolus hoc effinxerit,quánã
ratione ipſe te ignorare aſsimulas? Indignã ſanè cui
ignoſcatur ignorãtiam,& qualem neque dæmones
vnquam ſimularũt.Præterea hæc nomina dominus
& Chriſtus,nõ ſubſtãtiæ ſunt,ſed dignitatis:alterum
potẽtiæ,alterũ vnctionis: quid igitur de filio dei di-
xeris?Nam ſi,vt dicitis,creatus eſſet, nullũ locũ hoc
† Factus eſt,& tũc adeò dignitate ornatus,neque aduentitiam & depoſititiã habet dignitatem. haberet:nõ enim prius†fuit, deinde ipſũ fecit deus:
neque ſeruuli habet principium]ſed eiuſdẽ naturæ
atq; ſubſtãtiæ.Interrogatꝰ enim an eſſet rex: Ego ad
hoc natus ſum, inquit.Petrus autẽ de eo tanq̃†crea
tura quadã]loquitur.Nã omnis ei de Chriſti huma-
nitate ſermo eſt.Et quid admiraris Petrũ ita loquẽ
tẽ?quippe & Paulus cum Atheniẽſibus diſputãs,vi-
rum tãtùm ipſum his verbis appellat:In viro in quo
Ioan.18. ſtatuit fidem præbẽs omnibus,ſuſcitans eum à mor-
Act.17.g tuis:nihil de dei forma,neque ꝙ ei ęqualis ſit,neque
† in dignitatem euecto. quòd ſplẽdor glorię eius, meminit. Neq; immeritò:
nõdum enim tẽpus venerat,vt hæc diceret,ſed ſatis
adhuc erat,vt & hominẽ fuiſſe,& à mortuis ſuſcita-
tum intelligerẽt:eodẽ quoque modo Chriſtus fece
rat,cuiꝰ exẽplo Paulus opera ſua diſpoſuit.Nõ enim
cõtinuò nobis ſuam reuelauit diuinitatẽ,ſed ab ipſo
prĩcipio ꝓpheta Chriſtus & ſimpliciter homo habi-
tus eſt:deinde & verbis & operibus qđ erat oſtẽdit.
Idcirco Petrꝰ hoc ordine vſus, hãc primã ad Iudæos
cõcionẽ habuit.Nã cùm nihil de diuinitate eius ad-
huc manifeſtè accipere poſſent,in humanitatis eius
ſermonibus immoratur, vt eorũ auditus his exerci-
tus,demũ ſe diuinitatis doctrina imbueret.Quòd ſi
quiſpiã omnẽ concionem altius percurrere volue-
rit,perſpicuè hanc noſtrã deprehenderit ſentẽtiam.
Etenim virũ ipſum appellat,& paſſioni eius,reſurre-
ctioníq;,&ſecundũ carnẽ generationi inſiſtit.Atqui
& Paulus cùm eum ex ſemine Dauid ſecũdum car-
Rom.1.a nem factũ diceret, nihil aliud nos admonuit, q̃ † id
† illud verbũ, fecit.] factũ]à Chriſti humanitate ſumptũ eſſe,quod& nos
confitemur. Verùm tonitrui filius de dei ineffabili
&ſempiterna eſſentia nũc loquitur.Propterea nõ fe
cit,ſed erat,poſuit.Oportebat enim, ſi creatus eſſet,
id maximè definire. Quòd ſi Paulus veritus eſt,ne
ſtultorũ aliquis ſuſpicaretur filiũ patre maiorẽ fore,
1.Cor.15.d. & genitorẽ ei ſubiectũ,& idcirco ad Corinthios ſcri
bens,inquit: Cum autẽ dicat,omnia Chriſto ſubie-

A cta ſunt,ſine dubio præter illũ qui ſubiecit ei omnia:
licèt abſurdũ fuiſſet,quempiam ſuſpicari, patrẽ vn-
quã filio cum cæteris omnibus ſubiectum iri:has ta-
mẽ,etſi nulli nixas rationi,ſuſpicationes formidauit,
addidítq;,præter eũ qui ſubiecit ei omnia: lõgè ma-
gis Ioãnẽ,ſi creatus eſſet filius dei,timere,ne quis in-
creatũ æſtimaret,& hoc ante omnia edocere opor-
tuiſſet.Nũc autẽ cùm genitus ſit,meritò ſanè neque
ipſe,neque alius,ſiue apoſtolus,ſiue ꝓpheta, creatũ
eũ aſſeruit:ſed neq; ipſe vnigenitus, ſi eſſet creatus,
ſubticuiſſet.Qui enim tã humilia,& abiecta propter
humilitatem loquitur,id nullo pacto prętermiſiſſet.
Neque eñ abſurdè arbitror, quã haberet magnitu-
dinem & præſtantiam tacuiſſe potius, q̃ eam quam
non haberet ſilentio pręteriſſe,neque ſignificaſſe eã
ſe nõ habere.Illud enim nõ immeritò ſileri poterat,
vt humanũ genus humilitatis admoneretur: hîc au-
B tem ne minimã quidẽ ſilẽtij cauſam inuenies.Quá-
nã enim gratia,ſi creatus eſſet,id tacuiſſet,qui multa
etiã quæ ipſi adſunt,prætermiſiſſet? Nã ſi vt nos hu-
militatẽ edoceat,abiecta quædã ſæpenumero de ſe,
etiã minimè digna loquitur: multò magis ſi creatus
eſſet,apertè dixiſſet.Nónne vides ipſum ne quis in-
genitũ crederet,ad id oſtẽdendũ,& re & verbis ſum
ma ope contendere,vt etiã & dignitate,& ſubſtãtia
ſua indigna loquatur,& in prophetæ humilitatẽ de-
ſcendat?Illud eñ,ſicut audio,iudico:& ille mihi di- *Ioan.5.*
xit,quid dicã,&quid loquar,& à meipſo nõ loquor: *Ioan.12.g*
& alia huiuſmodi prophetarũ duntaxat verba ſunt. *Ioan.14.b*
Si ergo vt hanc tolleret ſuſpicionẽ,tã viles de ſe ſer-
mones,tam humiles nõ eſt dedignatus: lõgè magis
ſi creatus eſſet,ne quis ipſum increatũ ſuſpicaretur,
C multa huiuſmodi protuliſſet in mediũ: vt exẽpli gra
tia:Nolite arbitrari me genitũ eſſe à patre,creatus ſũ
nõ genitus,neque illius ſubſtãtiæ ſum. Nunc autem
omnino cõtrà,ea loquitur, quæ etiã inuitos contra-
riam accipere cogãt ſententiã: vt illud, Quia ego in *Ioan.14.b*
patre,& pater in me eſt:&, Tanto tẽpore vobiſcum *Ibidem.a*
ſum,& nõ cognouiſtis me?Philippe,qui videt me,vi
det & patrẽ,& vt oẽs honorificent filiũ, ſicut hono-
rificant patrẽ.&, Sicut pater ſuſcitat mortuos, & vi- *Ibid.5.d*
uificat:ſic & filius quos vult viuificat:&,Pater meus *Ibidem.c*
vſq; modò operatur,& ego operor:&,Sicut cogno- *Ibid.10.c*
ſcit me pater,& ego cognoſco patrẽ,Ego & pater v-
nũ ſumus. & in omni ſcriptura vnũ & idẽ ſe eſſe cũ
patre aſſerit. Authoritatẽ autem & poteſtatẽ & his,
& aliis plurimis locis manifeſtat: vt cũ inquit: Tace, *Lucæ. 4.f*
obmuteſce,Volo mũdare. Surde & mute ſpiritꝰ,ego *Matt. 8.a*
D tibi præcipio,exi ab eo:&,Audiſtis quia dictũ eſt an *Marc.9.d*
tiquis,nõ occîdes:ego autẽ dico vobis, qui iraſcitur *Matt.5.c*
fratri ſuo temere,reus erit iudicio:& plura huiuſmo
di ſtatuit & decernit. Addo etiã miracula, hæc om-
nia ſatis idonea ſunt ad eius virtutẽ, potentiãque o-
ſtendendã:imò & minima eorũ pars plurimũ etiam
inſipientiores & adducere,& perſuadere poſſet, vt
crederẽt:ſed profectò earũ eſt inanis gloria virium,
vt vel ad manifeſtiſſima quęque eorũ,qui ipſi ſuccũ
bunt,mẽtis aciẽ perſtringat, & in rebus luce clario-
ribꝰ diſſentire, ac cõtẽdere perſuadeat:eos autẽ qui
veritatẽ probè tenent & intelligunt,in diſſimulatio-
nẽ cõtradictionẽq; adhortetur:quod Iudęis vſu ve-
nit.non enim ignorationis gratia dei filiũ abnega-
runt,ſed vt apud populũ plurimũ & authoritatis, &
honoris cõſequerẽtur.Ex principibus enim,inquit, *Ioan. 12.f*
multi crediderunt in eũ,ſed propter Phariſæos non
confite-

confitebantur,vt de ſynagoga non eiicerentur:potius A
enim hominũ quàm dei gloriã optarũt. ſiquidẽ nullo
pacto fieri poteſt,vt is qui tanto ſtudio ſeculari glorię
ſeruiat,diuinam vnquã aſſequatur.Idcirco his verbis
Ibid.5.g reprehenduntur:Quomodo poteſtis vos credere, qui
gloriam inuicẽ accipitis, & gloriã quæ à ſolo deo eſt,
non quæritis? Intollerabilis quædã ebrietas eſt inanis
gloria:ideóque quem ſuæ ſubiecit ditioni, is ægrè in
ſanitatem reſtituitur. Et peſtifera tabe inficit animã,
à cœlo abſcindens, terræ affigit, neque eam amplius
ſinit,vt ad veram lucem dirigere poſſit intuitũ: ſed in
huius ſeculi ſordibus ſemper eius perſuaſione deuol-
uitur,& dominos nobis tam potentes imponit,vt etiã
ſine iuſſu aliquo nos exuperent, nobíſque perpetuò
dominẽtur.Qui eñ hoc morbo afficitur,nullo pręci-
piente omnia ſua ſponte operatur, quæ dominis ſuis
placere,quibuſq; plurimùm eos lætari arbitratur. Et-
enim pulchra veſte eorum cauſa induitur, faciémque B
ornat nõ ſibi,ſed aliis:caterua ſequentiũ ſtipatur,quò
omnes ipſum admirẽtur:quicquid denique facit,alio-
rum tãtùm gratia facit.Nũ quicquàm poſſet eſſe mo
leſtius? Vt aliis admirationi ſit pręceps frequẽter agi-
tur.Vis eius intelligere tyrannidẽ? Satis quidẽ tibi ex
Chriſti verbis conſtabit:Audi tamẽ & quæ ſequũtur.
Nam ſi quempiã magiſtratu fungentium qui magnos
ſumptus faciat,rogaueris quánam gratia tantum auri
profundat, quídve tantus ſibi ſumptus velit:nullã aliã
ab eo rationem accipies, q̃ vt populo placeat. Quòd
ſi deinde quid populus ſit,percontaberis: quiddã, in-
quit,tumultus perturbationíſq; plenũ, è ſtultitia ma-
iori ex parte conſtans,atque cõpoſitum temerè,ad in-
ſtar fluctuum maris varia & pugnante ſententia ſæpe-
numero iactatum. Qui igitur ſub eiuſmodi dominij
ſeruitio premitur, nónne omniũ eſt ſanè miſerrimus? C
Veruntamen qui ſecularẽ vitã agunt, ſi his ſe affecti-
bus deuinxerint, etſi graue ſit, leuior tamen eſt repre-
henſio.Qui verò terrena ſe abieciſſe profeſſi, ea tamẽ
auidi inhiant,hi grauius ſunt accuſandi: illis enim pe-
cuniarum tenus damnum, his autẽ ad animam vſque
periculum extenditur. Nam cùm ſeculari gloria fidei
rectitudinẽ mutarint, & deum vt ipſi laudentur con-
tempſerint: dic quæſo, quo damno, qua inſania affi-
ciuntur? Alij animæ affectus,& ſi magno ſint homini
nocumento,aliquã ſaltẽ afferunt voluptatem, quãuis
temporalẽ, atque breui duraturã. Nam qui pecunia-
rum aut vini,aut mulierũ flagrant deſiderio, eáſq; ſe-
ctantur,nonnullã tamen cum damno voluptatẽ, licet
breuiſſimam, capiũt:quos verò hic morbus irretiue-
rit,hi ſemper omni priuati voluptate vitam viuunt q̃
miſerrimam.Neque eñ ꝙ tantopere exquirunt,mul- D
titudinis gloriam aſſequuntur, ſed cùm ea frui videã-
tur,ea tamen omnino carẽt:cùm id nulli prorſus glo-
riæ ſit adnumerandum.Ideóq; non gloria, ſed inanis
gloriæ opus appellatur. Inanẽ gloriã hanc maiores
noſtri omnes meritò dixerunt:Inanis nanq; eſt, nihil
in ſe habens neque clarum,neque glorioſum,tanquã
perſonæ,quæ pulchræ quidem viſu, & decoræ, intus
inanes reperiuntur.Quare cùm aſpectu ipſo elegan-
tiores appareant,neminem tamen vnquã ad ſe aman-
dum allexerunt.Ita vel etiam miſerius, ea quæ à mul-
titudine comparatur gloria, difficilem nobis, & vio-
lentum hunc affectum ſignificat: aſpectu nanq; ſolo
pulchra,atq; elegãs videtur, intrinſecus autẽ non in-
anis modò,verũetiã ignominioſa crudelitatis & vio-
lentiæ plena. Vnde igitur tam temerarius, tam inſa-

nus abſque vlla voluptate affectus? Non aliunde ſanè
q̃ à vili & abiecto animo.Neque enim fieri poteſt, vt
qui gloriæ dulcedine capitur,magnũ aliquid & egre-
giũ ſapiat, ſed ignominia illico ipſum notari neceſſe
eſt, & animi abiecti, infamis, atque exigui exiſtima-
ri.Qui enim nihil propter virtutẽ, ſed vt hominibꝰ &
rudibus, & indoctis placeat, operatur:quíve in omni
re fallacem hominũ,atq; erroris plenã exquirit ſentẽ-
tiam:quã is gloriã meretur? Animaduerte ſi quis eum
percontaretur, quid tu multitudinem eſſe arbitraris?
proculdubio,& deſidem, & nullæ bonæ rei deditam
reſponderet. Quid autẽ?an ex illius numero fieri op-
tares, ſi quis eundẽ iterum interrogaret, non vtique
mihi aſſenſurũ perſuadeo. Nónne igitur maximè ri-
diculum eſt, eorum gloriam aucupari,quorum ne ſi-
milis quidem eſſe velles? Si autem dixeris, multos &
frequentes ac veluti cõglomeratos viros hac eſſe ſen-
B tentia,idcirco lõgè magis cõtẽnendos dicimus.Nã ſi
ſinguli contemptibiles ſunt,cùm multi fuerint:maio-
rem in modũ digni ſunt qui contẽnantur. Singulorũ
enim amentia ſimul collecta, multitudine ipſa fit au-
ctior. Quamobrẽ ſi quis eos ſigillatim caſtigaret, fa-
cilè quod vellet, aſſequeretur:ſin cunctos ſimul, nul-
lus eſſet correctioni locus, cùm numero ipſo ſtultitia
creſcat,& pecudum more ducãtur,quocũque inuicẽ
ſecularẽ gloriã atq; opinionẽ ſecuti. Agitè, quid hãc
popularẽ gloriam tãtopere deſideratis? Nolite,inquã
fratres,obſecro.Gloriæ nanque cupiditas omnia cõ-
miſcuit,auariciã,inuidiam,calumniam,inſidias pepe-
rit, & qui nulla affecti ſunt iniuria,in illos qui nihil de
ipſis malè meriti ſunt,& armat & efferat, hæc amici-
tiæ & conſuetudinis obliuiſcitur. Nihil ſe pudet, ſed
omni abiecta virtute omnibus bellũ indicit, ſemper
C inconſtans, ſemper inuiſa. Et ſanè ira & violentus &
intolerabilis morbus eſt,non tamen ſemper nocumẽ-
to eſſe ſolet,ſed duntaxat cùm irritatur.Inanis autem
gloria omni tempore peſtifera eſt.Nunquã ceſſat,nũ-
quã remittitur, niſi ratione & cohibeatur, & ſedetur:
ſemper præſtò eſt,nõ ſolùm peccandi ſe hortatricem
exhibens, verumetiã ſi quid rectè faciamus, id è ma-
nibus ſumma vi eripere contẽdit,vel nihil rectè à no-
bis inchoari, perficíq; ꝓmittit.Quòd ſi auariciã Pau- *Ephe. 5.b*
lus idolorum ſeruitutẽ appellat:eius matrem, radicẽ,
fontem,hoc eſt inanem gloriã, quo nomine rectè ap-
pellabimus? Nullũ quidẽ,ſi rectè eius maliciam con-
templabimur, dignũ inueniemus. Abſtineamus er-
go dilectiſſimi, & pernicioſum hoc exuamus veſti-
mentum, quo diſciſſo, & procul abiecto fiamus ali-
quando liberi,veram induti libertatem, & verę nobi-
D litatis,quæ à deo nobis elargita eſt, cognitionem nõ
negligamus,ſed ſecularem gloriã contemnamus,qua
nihil riſu dignius, nihil turpius, nihil ignominioſius.
Hoc multis ſanè rationibus videri licet. Siquidẽ hu-
ius gloriæ cupiditas,ignominia eſt.Eſt autẽ vera glo-
ria,eam vt nullius momenti contemnere, & ad diui-
nã voluntatẽ omnia &verba,& opera noſtra dirigere,
hoc pacto ab eo qui cuncta certa ratione intelligit,
mercedem accipere poterimus,ſi eo ſolo erimus ſpe-
ctatore contenti.Quid enim nobis opus eſt, vt alij o-
pera noſtra inſpiciant,cùm is nos intueatur, qui vni-
cuique pro meritis retributurus eſt pręmium? Nónne
hoc ridiculum atque abſurdum,cùm quicquid ſeruus
operatur,ad gratiã & amorem ſui domini concilian-
dum faciat, eóque vidente & probante ſeruitium
ſuum contentus ſit, neque aliorũ laudibus moueatur:
nos

Universidad de Deusto Biblioteca

nos cùm tãtum,támque summũ dominũ habeamus, alios qui nos,& opera nostra videant & probent disquirere,maximè cùm nihil nobis vtilitatis afferre,sed tantum inspicere possint quæ facimus,ac inspiciendo lædere,atque laborem nostrũ inanem & irritum reddere. Nõ ita obsecro dilectissimi,nõ ita:sed vnde prẹmiũ nobis futurũ est,inde totis viribus id comparare curemus,deum operũ nostrorũ & laudatorẽ, & spectatorem adhibeamus, nihil nobis cum humano iudicio. Quòd si hanc gloriã assequi voluerimus, tunc ꝓfectò cõsequemur, cùm diuinã tantùm implorabimus. [Marc.8.d] Qui me glorificat,glorificabo & eum,inquit.Et quemadmodũ tunc maximè diuitiis affluimus, cùm eas contẽnimus, & diuinas tãtùm opes efflagitamus. [Matt.6.d] Quærite,inquit,regnũ dei,& hæc omnia adiicientur vobis. Itidẽ in gloria vsu venit, quãdo iam sine periculo & diuitię nobis,& glorię largiri possunt:tunc eas plena & exuberanti manu diuina nobis benignitas elargitur.Sine periculo autẽ tũc his fruimur,cùm nos capere & exuperare nequeũt:neque tanquã seruis imperant,sed nobis seruiũt,eásq; & domini,& liberi possidemus.Propterea earũ nobis amorem ꝓhibet deus, ne turpi his seruitio subiiciamur. Quòd si assequimur,incredibili nobis libertate omnia instaurat.Quid enim Paulo clarius?quid gloriosius?qui non humanã gloriam se quærere profitetur. Quid nihil habente,& omnia possidente locupletius? Cùm enim,vt iam dixi,neque pecuniæ,neque glorię cupiditate vincimur, tunc eas affatim accipimus,tunc eis fruimur. Si igitur nobis gloriam cõparare cupimus,gloriam fugiamus: hoc enim pacto diuina seruare præcepta, & præsentibus bonis & futuris frui poterimus. Quorum vtinã simus participes,gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi,per quem,& cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto in secula, Amen.

Homilia tertia ex capite.i.

IN principio erat verbum,& verbum erat apud deũ. Bonarum artium præceptores,cùm pueros doctrinæ rudimentis accipiunt erudiendos, non grauiori primum lectionum onere eorum mentes implicant:sed breuibus & iisdem sæpenumero repetitis præceptis,paulatim eos assuefaciunt,quo fit vt eorum animis facilè doctrina imprimatur,ne ab ipso eruditionis principio ad lectionum multitudinem capessendam, memoria nimis laborante perterriti, ad colligenda præcepta segniores reddãtur,& doctrinæ difficultate torpescant. Hunc & nos morẽ secuti, vt vos labore leuemus, paulatim hoc diuinũ pabulum distribuamus,vestrísq; instillemus pectoribus. Quare eadem iterum verba proponã,nõ vt idẽ repetam,sed vt omissa adiiciantur.Agitè igitur, In principio erat verbum,& verbum erat apud deũ. Quãnam ratione, cùm reliqui euangelistæ ab humanitate Christi suum orsi sunt euangeliũ(nam Matthęus incipit Liber generationis Iesu Christi filij Dauid:Lucas de Maria prima verba facit:Marcus simili ferè vtitur principio, & de Ioanne Baptista illic nobis intexit historiam) Ioãnes id breui prosequens, his verbis significauit, Et verbum caro factũ est,& reliquis prætermissis omnibus,cõceptione,partu,educatione,incremento, quãprimũ supernam nobis generationẽ aggreditur? Cur ita fecerit,iam vobis aperiã. Cùm reliqui euangelistę circa carnẽ immorati essent,timendũ erat ne idcirco nonnulli nihil altũ,sed terrena duntaxat & caduca

A coniectantes, in ea solùm doctrina confirmarentur: quod & Paulo Samosatensi cõtigit.Ex hac igitur humilitate,qui lapsuri erant,in cœlũ erectis,non immeritò ab æterna & diuina essentia facit nobis narrationis principium.Cùm eñ Matthæus ab Herode rege, Lucas à Tyberio Cęsare,Marcus à baptismate Ioãnis exordiatur:his omnibus omissis Ioannes,supra omne tempus, & seculũ ascendit, auditorum animos ad id quod in principio erat erigens, neque vsquã eos sinit consistere,neque terminum aliquẽ ponit,quẽadmodum illi Herodẽ,Tyberiũ,Ioannem. Illud autem admiratione dignũ est, ꝙ neque Ioannes in ampliori narratione humanitatem contempsit, neque illi cùm huic vacarent,sempiternam omnino siluerunt essentiam. Et sanè quidem:vnus enim spiritus est, qui omniũ mentes mouet: propterea valde in narrationibus suis concordant. B Tu autem dilectissime, cùm verbũ hoc in loco,audis,noli,quæso,iis acquiescere,qui dicunt id verbũ esse,quod ore ꝓfertur, aut simpliciter verbũ:multa eñ dei sunt verba, quæ & angeli faciũt, nullũ tamẽ eorũ deus est:sed & prophetię & pręcepta,verba dicuntur.Mos enim scripturæ est diuinas leges,& præcepta,& prophetias verbũ appellare.Quare de angelis loquens:Potentes,inquit,virtute qui facitis verbum eius: [Psal.102.d] hoc autem verbũ substantia quædã est in persona,ex ipso patre sine passione proueniens, hoc,vt iam dixi,per verbi appellationẽ manifestauit. Quemadmodũ igitur illud, In principio erat verbũ, æternitatẽ significat:ita & istud,hoc erat in principio apud deum,coæternitatẽ nobis ostendit. Sed ne hac particula,In principio erat verbum, æternũ quidem, antiquiorem tamẽ aliquo temporis spacio patris vi- C tã suspicareris,& vnigenito dares principiũ,addidit: Hoc erat in principio apud deum, itidem eius ęternitatem,quemadmodum patris significans. Nunquam eñ solus,& sine verbo fuit, sed semper deus apud eũ erat, & in persona quidem propria. Qua ergo ratione subdidit,In mundo erat,si apud deũ erat?quia & apud deum erat, & in mundo. Neque enim aut pater, aut filius sine vllo comprehenditur. Nam si magnitudinis eius non est finis, & sapientiæ eius non est numerus, [Psa.146.a] neq; etiã substantiæ satis constat esse aliquod temporale principium. Cùm audis,Quòd in principio creauerit deus cœlũ & terrã: quidnam per hoc principiũ intelligis? Certè ꝙ ante omnia visibilia ea creauerit. Sic cùm de vnigenito dicatur,ꝙ in principio erat:ante omnia intelligibilia, & ante secula fuisse intelligas necesse est.Quòd si quis diceret: Si filius est, quónam D pacto fieri potest quin patre sit * minor? Quod enim ab aliquo est omnino eo à quo fit, posteri⁹ esse oportet. Respondemus, has maximè humanarũ esse cogitationũ inquisitiones:& qui hoc quærit,inquiret, etiã absurdiora: neq; auribus tantùm accipiẽda hæc sunt. De deo eñ nunc nobis sermo est, nõ de humana natura,quæ nostrarũ rationum consequentiæ,necessitatique subiecta est. Veruntamen pro infirmorum intelligẽtia,aliquod ad hæc exemplũ adducemus. Agè dic, quæso. Nunquid Solis splendor ex ipsius Solis natura emanat,an aliunde?necessariò fatẽdum est, nisi penitus desipiamus, ex solis natura:quod cùm ita sit,nunquã tamẽ ipso Sole posterius ipsius radios fulgorẽq; dixerimus exoriri,cũ sine his nunquã appareat.Quòd si in his quæ ipso visu & sensu percipiũtur corporib⁹, qđ ex aliquo fit,nõ posterius eo à quo fit, esse aliquid manifestè deprehenditur:cur nõ credis inuisibili, ineffabili

[* νεώτερος iunior,recentior, natu aut tempore minor.]

effabili naturæ, eandem inesse potestatem, vt par est illius essentię? Propterea Paul⁹ quoq; ipsum & ex eo, & coæternũ asseruit. Quid autẽ? Nónne & secula, & temporum spacia per ipsum facta sunt? omnia confiteamur necesse est, nisi insaniamus. Nulla igitur inter patrem & filium est† differentia. [†distãtia.] Si nulla,non est filius posterius, sed coæternus patri. Antè enim & pòst, tẽpus significant & ostẽdunt. Sine seculo, vel tẽpore, nemo posset neq; antè,neq; pòst intelligere. Tẽporibus autẽ & seculis omnibus superior est deus, atque antiquior. Quòd si omnino filio principium esse cõtendis,caue ne patrẽ quoq; sub principio antiquiori quidẽ,sub principio tamen cõprehendere eadem ratione cogaris. Agè, nunquid terminum aliquem, vel principiũ filio constituis,à quo ad superius illud procedens patrẽ superiorem esse dicis?Quid? Dic igitur, quęso,quantò pater prior est,breuéne an longũ inter patrẽ & filium tẽporis spacium fuisse dicis? alterutrũ asseras,sub principio patrem comprehendas necesse est.Medium nanque interuallum quantuncunque sit, proculdubio metiris. Dimensio autẽ fieri non potest, nisi sit vtrinque principiũ,sub quo hoc pacto quãtum in te est,patrem constituis, neque iam secundum vos pater sine principio intelligi poterit. Nónne assentis id verum esse, quod à saluatore dicitur, & vbiq; hoc verbum potestatis ipsius est argumentũ: [Ioan.5.d] Qui non honorat filium,non honorat patrẽ?Nec ignoro hoc verbum non facilè à multis intelligi:idcirco plerisque in locis sentẽtias nostras afferre differimus,eò ꝙ reliquũ vulgus eas capere atque assequi nequeat: neq; si assequeretur, firmitudinis aliquid habet aut certitudinis. Humanæ nanque rationes, & sententiæ incertę sunt, atque imbecilles. Libenter autem & illud negantibus [Esa.43.b] veritatem afferam,quod à propheta dicitur:Ante me non est factus alius deus,& post me nõ est. Quod si filius patre posterior est,quo pacto,inquit,post me non est alius deus? Nũquid ipsius vnigeniti tolletis substãtiam?Necesse est enim aut hoc tam impiè audire, aut in propria patris & filij persona vnã intelligere diuinitatem. Quónã etiam pacto id verum est, Et omnia per ipsum facta sunt? Nam si patris æuum antiquius, quomodo quæ ante ipsum filiũ facta fuerunt, per ipsum facta sunt?Videtísne in quantã temeritatẽ se adducãt,qui semel veritatẽ abiecerunt? Sed quam ob rẽ non inquit euangelista ex nihilo factũ esse, quemadmodum de reliquis Paulus his verbis ostendit: qui [Rom.4.c] vocat quæ non sunt, tanquã ea quæ sunt: sed in principio erat,inquit?Hoc enim illi contrariũ est, nec immeritò: siquidẽ deus neque fit,neq; se quicquã habet antiquius,sed huiusmodi Gentiũ verba sunt. Agè & illud,Nónne rerum omnium cõditorem longe omniũ excellentissimũ,pręstantissimúmq; dixeris?Quòd si itidem vt alia ex nihilo factus esset, vbi eius incom- [Esa.41.b] parabilis esset excellentia? quid item illud: Ego primus,& ego post hæc?&, Ante me non est factus alius deus?Si enim filius non esset eiusdem substantiæ,alter esset deus:si non coæternus,post illum: si non ex substantia processisset,factum esse constaret. Quòd si ad idolorum simulachrorúmque differentiam hęc dicta asserunt,cur eiusdem differentiæ gratia vnum verum deum dicere non consentiunt?Ac si ad eam differentiam hoc dictum esset, quónã pacto verba omnia interpretaberis?Post me inquit, non est alius deus: non filium his verbis excludit post se non esse, sed deum fictum. Esto sanè. Quid ergo quod ait, Ante me non

A est factus alius deus?Itáne hoc quoq; intelliges,quòd fictus deus ante eum factus non sit,sed tamen filiũ factum?Et quísnam dęmon hoc dixerit? neq; enim ipsum diabolum hoc dicturũ arbitror. Præterea si filius non est coæternus patri, infinitam eius vitam quónã modo dixeris? Nam si anterius patri principiũ ducit, quanuis sine fine sit, non tamen est infinitus. Quod enim infinitũ est,vtrinq; fine careat oportet. Hoc Paulus his verbis manifestauit:Neque principium dierũ, [Heb.7.a] neque finẽ habens: quibus verbis & principio & fine carere planè demonstrauit.Quemadmodũ enim hoc non habet finẽ, ita neque illud, cùm neque hic finis, neque illic principium. Quónam autem pacto si vita sit,erat aliquando,cùm nõ esset? Vitam nanque semper, & sine principio,& sine fine esse omnes confitentur. Si profectò vita sit,quemadmodũ est.Si verò est, B quando nõ est.Qua ratione aliis vita esse potest, cùm aliquando ipsa non fuerit? Quid ergo causæ fuerit, quòd principium Ioãnes posuit, In principio, inquit, erat?Considerasti hanc particulam, In principio erat, & verbum erat non intelligis? Quid autẽ cum de patre propheta diceret,A seculo & vsq; in seculũ tu es? Nunquid ei terminum aliquẽ his verbis præscripsit? [Psa.89.a] Nequaquã,sed eius significat æternitatem, itidẽ hoc in loco intelligi necesse est: quippe cùm nullũ ei terminum constituat, neque dicat principium habuisse, sed in principio erat.Hinc te adducit,tibi suadet, vt filiũ sine principio intelligas.Sed dixerit quispiã, patrẽ articuli adiectione, filiũ sine articulo positum. Quid [ad Tit.2.] ergo? cùm Apostolus dicat: Magni dei, & saluatoris [Rom.9.a] nostri Iesu Christi:& iterũ, Qui est super omnia deus: sine articulo filij meminit.Itidem de patre ad Philip- C penses scribens: Qui cùm in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualẽ deo. Et ad Roma- [Phil.2.a] nos:Gratia vobis & pax à deo patre nostro,& dño Ie- [Rom.1.a] su Christo:neglexit articulũ. Superuacaneũ nanque est vbique id præponere, præsertim cum superius eo frequẽter vsus sit.Quẽadmodũ eñ de patre loquens, [Ioan.4.c.] inquit,Spiritus deus:neque cùm spiritui articulũ non adiiciat,idcirco deum esse incorporeũ negamus: ita hoc in loco, quanuis filio articulus non præponatur, non propterea†patre] minor est deus. [†filius.] Quid tum,cùm & hunc & illum appellet deum, neutrius nobis diuinitatis vllam facit differentiam, sed prorsus contrà. Nã cùm dixisset, *Et deus erat verbũ*:ne quis filij diuinitatem patre aliqua ex parte minorem arbitraretur, mox id affert,per quod eius suprema diuinitas manifestè significatur,& eius demonstrat æternitatem. D *Hoc enim erat*, inquit, *in principio apud deum*: & opificiũ addit, *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil,quod factum est.* Quod potissimum pater per prophetas vbique eius substantiæ indiciũ esse prædicat, & frequẽter in hoc demõstrando ꝓphetæ versantur, neque hoc duntaxat, sed etiam summa ope ad idolorum simulachrorúmq; gloriã tollendã cõtendũt. Dij, [Hie.10.b] inquit,qui cœlum & terrã non fecerunt, pereant. Et iterum: Ego manu mea extendi cœlum. [Psa.103.a et Hie.51.a] Vt diuinitatem per hoc significari ostendant, idem frequenter meminerunt. Ioannes autẽ his solis verbis non contentus,etiã vitã ipsum,& lucẽ appellat. Si igitur semper cum patre fuit,si omnia condidit, produxit, continet:hoc enim per vitam significatur,si vniuersa illuminat, quisnam adeò stultus,adeò temerarius est, vt dicat ex his euangelistam minorẽ diuinitatis virtutem intellexisse,per quæ & æqualitas,& idem esse vel

maximè

Universidad de Deusto
Biblioteca

Rom.1.e maximè poteſt oſtendi? Nolimus, quæſo, creaturam cum creatore confundere, ne id audiamus, q; ſeruierunt creaturę potius q̃ creatori. Quòd ſi de cœlis hoc dictũ exiſtimant, veruntamen cùm de his ſermo haberetur, prorſus tanquã gẽtile & impiũ creaturæ cultũ exhibendũ negauit. Abſit igitur vt huiuſmodi nos ipſos maledictio ſubiiciamus. Propterea venit dei filius, vt nos ab hoc cultu liberaret: propterea ſerui formam accepit, vt ab hac nos eriperet ſeruitute: propterea inſputus eſt, propterea alapis cæſus, propterea mortem paſſus ignominioſam, atque turpiſſimã. Minime committendum eſt, vt nullum hæc nobis fructum afferãt, & in priſtinam rurſus impietatẽ recidamus, imò longe grauiorẽ. Nõ em̃ eſt ęquale & par vitium, creaturæ ſeruire, & ipſum creatorem, quantum in nobis eſt, in creaturę vilitatem detrahere. Ipſe nanque qualis eſt talis permanet. Tu autem idem ipſe es, inquit, & anni tui non deficient. Et igitur gloriam demus, vt à patribus & maioribus noſtris accipimus, demus inquam gloriam & fide, & operibus. Nulla enim nobis bonorum dogmatum ad ſalutem vtilitas, ſi vita vitiorum ſordibus ſcateat, & inquinetur. Quamobrem eam ita formemus & erudiamus, vt deo placeat, omni turpitudine, iniquitate, auaricia longè abiecta, & tanquã hoſpites & aduenas, & à terrenis reb⁹ alienos nos exhibeamus. Et ſi quis diuitiisplurimis & poſſeſſionibus affluit, haud aliter his quàm colonus vtatur, & tanquam paulopoſt ea omnia velit nolit relicturus. Et qui fuerit iniuria laceſſitus, nõ modò memor non infigat pectori, ſed quamprimùm eam obliuioni prorſus mãdet. Non amplius vnà nobis die ad iram indulſit Apoſtolus, Sol, inquit, nõ occidat ſuper iracundiam veſtram. Et meritò quidem: Exoptabile enim eſt vt in tam breui etiam tempore nihil fiat moleſtius. Quòd ſi nox ira percitos nos cõprehenderet, omnes operationes noſtræ grauiores ſubſequerẽtur, cùm ignis & incẽdij plurimum nobis à memoria excitetur, ſi per ocium omnia animũ prouocantia, atrocius nobis reputentur. Priuſquã igitur tam exitiali vacemus ocio, & vehemẽtiorem flammã accendamus, præueniendum prẽcepit, & quicquid pectus noſtrum vrit, penitus extinguẽdum. Vehemens enim iræ affectus eſt, & omni flamma vehemẽtior: quare nobis celeritate opus eſt, vt hunc ignẽ extinguamus, néve ad ſummum eum cuadere ſinamus. Iræ em̃ morbus, niſi mox ſedetur, multas generat calamitates, domos & familias totas euertit, veteres diſſoluit conſuetudines, & breui momento res infandas molitur: eius nanque furoris impetus ipſi ruina, inquit, eſt. Quamobrẽ huic indomitę belluæ nolimus habenas remittere, ſed pręduro fræno, metu ſcilicet futuri iudicij, eam cohibeamus. Quotieſcunque dolore aliquo amicus te, vel familiaris affecerit, ad irámq; concitarit, veniat in mẽtem quę tu contra deum commiſeris, quódq; ſi à proximo offenſam, & cõtumelias æquo animo toleraueris, leuius in te dei iudiciũ prouocabis. Dimittite, inquit, & dimitteturvobis. Cùm hoc ſuccurrerit, omnis vltionis cupiditas continuò euaneſcet. Illud præterea animo frequẽter volutes velim, & ſi quãdo in immanitatẽ aliquam, & furorẽ mox lapſurus te continueris, & ſi quando ira percitus, in alicuius iniuriã perniciémve præceps irrueris, & vtraque inuicem tempora conferas, id enim non parũ tibi ad correctionem profuerit: agè, dic quęſo, vtrũ tibi laudabilius duxeris, cùm ab ira victus es, an cùm eam vicisti? Nónne victi nos ipſos reprehendimus vehemẽtius, & nemine nos accuſante erubeſcimus, & multa nos operũ & verborum noſtrorũ ſubit pœnitentia? Verùm cùm affectus ſtrenuè ſuperauimus, victoris more & gaudemus plurimũ, & exultamus. Victoria em̃ contra irã eſt, & quidẽ maxima, nõ cùm vlciſcimur iniurias, ſed cùm eas æquo animo toleramus: Hoc nanque magnũ eſt, hoc laudabile. Ne igitur cùm ira excãdeſcis, cuipiã mineris interitũ, neq; in eũ furibũdus irruas. Neq; admonentẽ vt irã cohibeas, cõtẽnere velis, ea gratia ne quis te fortè irrideat. Nemo te hac cauſa irridebit, ſed cũ ira te traxerit in vindictam, vel ſi quis irriſerit, ſtultus erit æſtimandus. Tu verò noli inter ſtultos & amẽtes victoriæ gloriã quærere, ſed ea contentus ſis, quã ſapientũ tibi iudicio cõparaueris. Verùm quid in paruo & humili hominũ ſpectaculo te cõſtituo? in ipſum continuò deũ oculos dirigas, qui te laudabit, neque præterea vllam ab hominibus gloriã quærere oportebit. Siquidem huius ſeculi gloria ad gratiã ſępe, nõnunquã ad odiũ tribuitur, neq; quicquã affert vtilitatis: q; verò deus iudicat, nullã huiuſmodi habet dubitationẽ, & plurimum qui à deo laudatur, vtilitatis cõſequitur: hanc nos laudẽ, hunc honorem ſequamur. Viſne manifeſtè intelligere quantũ mali afferat iracũdia? Adſis cùm aliquando quiſpiã in publico rixatur, neque enim in temetipſo facilè hanc poſſis deprehẽdere turpitudinẽ, tenebris & ebrietate ratione obuoluta, ſed cùm tibi affectus nõ dominãtur, tunc in aliis rem tuã planiſſimè cognoſcas licet, cùm incorruptè & verè iudicare poteris. Videbis nanq; populũ circũfluere, iratos non ſecus, ac inſanos turpiter in mediũ prẽcipites ferri. Cũ em̃ circa præcordia ira efferbuerit, os ignẽ emittit, ignẽ oculi eiaculãtur, tota inflatur facies, incõpoſitè manus mouẽtur, ridiculè proſiliunt pedes, monitoribus & rixã dirimere conãtibus inſultãt, in eóſq; nulla ab inſanientibus differẽtia irruũt: & cùm hęc faciũt, tanquã amẽtes, nihil ſentiũt, nihil intelligũt, ſed aſinorũ more calcib⁹, morſibúſq; inuicẽ inſultãt. Et ꝓfectò iracũdia percitus, nullũ neq; decorẽ ſeruare poteſt, neq; modeſtiã. Hi igitur homines poſt hanc ignominiã & domũ & ad ſe reuerſi, dolore ſimul anguntur & metu, cùm apud ſe cõſiderãt quos læſerint, quos furoris & inſaniæ ſuæ teſtes habuerint. Quippe qui in illo furore nõ ſecus ac mẽte capti, quid faciãt nõ aduertũt: cùm ad ſe redierint, tũ demũ omnia ſecũ reputant, num amici, nũ inimici ei inſanienti affuerint, nũ viderint: pari enim ratione vtroſq; formidãt, alios tanquã reprehẽſores, & eos quorũ præſentia magis ſibi erubeſcendũ ſit: alios tanquã qui ipſorũ malo, & ignominia plurimùm gaudeãt. Quòd ſi ad plagas & verbera inuicẽ proruperint, lõgè maiore formidine anguntˉ, ne quid grauius ei qui cęſus eſt accidat, ne aut febris in mortẽ, aut vlcus inſanabile, in vltimũ eũ adducat periculũ. Et quid, ĩquit, mihi pugna opus erat? quid iniuriis? quid cõtentionibus? Hæc & illa pereant, & omnibus his terrenis rebus maledicũt, quæ ipſis diſcordiæ præbuerũt materiã, & de dæmonibus cõqueruntur: ſtultiores autẽ cùm perperã quid operantur, tẽpora maliciæ inſimulant: nõ tamen malicia temporũ cauſa eſt. Neque enim mala ſunt ipſa, neque malus dæmon dũtaxat, ſed eorũ malicia, qui à prauis ſe vinci patiũtur affectib⁹: hi dæmones alliciũt, & ſibi ipſis malorũ omniũ ſunt authores. Sed intumeſcit cor, inquit, & iniuriis excãdeſcit. Nouim⁹ quid ira poſſit, & idcirco qui immanẽ hãc beluã exuperãt, eos maximè

Ira ſtatim deponenda. Ephe. 4.f

Luc. 6.f

maximè admiramur, neq; deeſt, modò velimus, facultas. Quare em̃ cũ domini nos & principes cõtumeliis ꝓſequuntur, iſtud nobis non accidit: nõne q; formido ira nõ minor, nos abſterret, neq; à prĩcipio iræ locũ dare permittit? Quãobrem ſerui ſæpenumero à nobis maledictis affecti, ſilẽtio omnia perpetiũtur, an q; ſeruitutis vinculo cõtinentur? Tu autẽ noli ſolùm dei timorẽ cogitare, ſed etiã q; ipſe tibi iniuriã faciat, cùm ſilentiũ indicit, & omnia ęquo animo perferes. Dic te vrgenti, Quid faciam tibi? alius mihi & dexterã, & linguam cohibet: hoc profectò verbũ & tibi, & illi fiet philoſophiæ materia. Nunc autẽ hominũ gratia etiã intolerabilia ferimus, & ad eos qui nos laceſſunt, huiuſmodi ſæpenumero verbis vtimur: Ille me, nõ tu, laceſsiuit. Verùm deo nõ tantam adhibemus reuerẽtiam, & quænam nobis venia ſpẽrãda eſt? Agite, quæſo, noſipſos alloquamur, & dicamus, Deus nũc nos laceſſit, cùm manus noſtras continet, ne proſiliamus contra, neq; nobis deus, quàm homines ſit deſpectior. Exhorruiſtis hoc verbũ? Verùm ego non verbũ tantùm, ſed operationes exhorrere has velim. Dei præceptũ eſt, nõ modò ferendũ percutientem maxillã, ſed grauiorem etiam contumeliam perferendã: nos verò volendo penitus metui, diuinæ repugnamus volũtati, vt nõ modò mala perpeti recuſemus, ſed grauius etiam iniurias vlciſci adnitamur: qui niſi omni conatu vltioni inuigilem⁹, humilis noſipſos, & abiecti animi eſſe ducim⁹: & qđ grauiſsimũ eſt, noſtram calamitatem, victoriã nobis ducimus: & cũ maximè ab ira vincimur, tunc maximè viciſſe exiſtimamus: & cùm humi miſerè ꝓſtrati iacemus, innumeris à diabolo plagis, vulneribusq́ue acceptis, victoriã reportaſſe contendimus. Quãobrẽ fratres vos ego & hortor, & moneo, vt victoriã ipſam cognoſcere nõ negligatis, eamq́; ꝓſequamini: ſiquidem malorũ perpeſſio victoria nobis eſt. Si igitur à deo laudum præconia cupimus, non externa certamina, ſed diuinã legẽ in his ſeruemus certaminibus, & quicquid eueniat, ęquo animo perferam⁹: hoc pacto † veteri proſtrata malicia,] & præſentis ſeculi, & quę in futuro nobis promittũtur bona cõſequemur, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem, & cum quo patri, ſimul & ſpiritui ſancto gloria, honor & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

†aduerſarios ſuperabimus.]

Homilia quarta, ex cap. primo.

Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factũ eſt nihil, quod factũ eſt. Moſes veteris teſtamenti librum, hiſtoriamq́; exorſus, quæ ſenſu percipiuntur, ea nobis pluribus verbis enumerat. In principio, inquit, creauit deus cœlũ & terram. Inde ſubdit lucem, ſecundum cœlum, ſtellarum naturã, varia animantiũ genera creata, & cętera deniq; omnia, ne ſingillatim ꝓſequentes ſimus lõgiores. Hic autẽ euãgeliſta omnibus his præciſis, atq; omiſſis, vno verbo & ea, & longè altiora cõprehendit, nec immerito: vt pote cùm ſatis cognita eſſent auditoribus, & ipſe ad altiorẽ præſtantiorémq; materiã properet, & omni conatu non circa creata, ſed ipſum omniũ creatorẽ incũbat: idcirco ille quanuis minorẽ creationis partẽ aggrederetur: nihil em̃ nobis de inuiſibilibus diſputat virtutibus, his tãtùm immoratur. Verùm Ioannes ad ipſum omniũ conditorẽ aſcendere feſtinans, meritò & quę ille ꝓſecutus eſt, & quę cõticuit, prætercurrẽs, paucis omnia cõprehẽdit. Omnia, inquit, per ipſum facta ſunt: & ne putares quæcunq; Moſes dixit, ea dũtaxat Ioannem intelligere, infert, Et ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt: hoc eſt, eorũ quæ creata ſunt, ſiue viſui, ſiue intellẽctui tãtùm ſubiecta, nihil ſine filij virtute productum eſt, vel condi tum. Neq; cùm dixerimus, Sine ipſo factũ eſt nihil: perfecto id puncto notabimus, vt hæretici opinãtur. Hi enim cùm velint ſpiritum creatum eſſe, ſic legũt: Quod factũ eſt in ipſo vita erat. verũ nulla profectò ratione hæc intelligi poteſt oratio. Primum nanque neq; tẽporis huius, neq; propoſiti erat, ſpiritus meminiſſe: quod ſi ita ei viſum eſt, ſi ita placuit, quãnã gratia tam obſcurè ſpiritus mentionẽ fecit? vnde autem conſtat id de ſpiritu dictum eſſe? alioqui iuxta hanc rationem inueniemus nõ ſpiritum ſed filium à ſeipſo factũ eſſe. Verùm excitemini ne hæc vos ſententia fugiat, & agitè quæſo, primùm hunc textum ſecundũ eorum legamus opinionẽ: hoc enim pacto quàm perperam, impieq́; eum interpretentur, planè intelligetis. Inquiunt igitur, Quod factũ eſt in ipſo, vita erat: hanc vitam ſpiritũ intelligi cõtendunt: ſed hæc vita lux etiã inuenitur appellata, cũ ſubdidit: Et vita erat lux hominum. Itaq; ſecundũ eorũ poſitionẽ, lux hominũ ſpiritus dicitur. Quid ergo cùm proſequitur, Fuit homo miſſus à deo, qui teſtimonium perhiberet de lumine? quod etiã de ſpiritu dictũ cõfiteatur neceſſe eſt: quod em̃ ſuperius, verbũ appellauit: id deinde, & deũ, & vitam, & lucem appellat. Vita erat, inquit, hoc verbũ: & vita, lux. Si igitur verbum, vita eſt: verbũ autem hoc, caro factũ eſt: vita facta caro eſt, hoc eſt verbum. Et vidimus gloriã eius, gloriã quaſi vnigeniti à patre. Quòd ſi ſpiritum dicant hoc in loco vitam appellari, cõſidera quot ſequerentur abſurda. Erit enim ſpiritus incarnatus, nõ filius, erit vnigenitus ſpiritus. Quod ſi negaretur, in aliud lõgè abſurdius, hoc euitato, prolaberentur. Nãſi de filio hoc in loco intelligẽdum, & punctum illic faciendum contenderent, filiũ à ſeipſo factum fateri cogerentur. Nam ſi vita eſt verbum, & quod factũ eſt in ipſo vita erat, ſecũdum eorum lectionem, ipſe in ſeipſo, & per ſeipſum factus eſt. Deinde poſt nonnulla in mediũ adducta, ſubdit: Et vidimus gloriam eius, gloriã quaſi vnigeniti à patre. Ecce vnigenitus filius, eorũ ſententia, ſpiritus ſanctus eſſe inuenietur: de eo em̃ hæc omnia narrata ſunt. Animaduertisne cùm ſemel veritas deprauatur, quò res euadat? quot impia, quot abſurda pariãtur? Quid ergo? nõ erit lux ſpiritus? eſt ſanè lux, ſed hoc in loco nequaquam de eo loquitur euãgeliſta: etenim deus ſpiritus, hoc eſt, incorporeus, appellatur: non tamen vbicunq; mentio fit de ſpiritu, deus quoq; intelligitur. Et quid admiraris ſi de patre hoc dicimus, cùm ne de paracleti quidẽ appellatione id dicere poſſem⁹, vt vbicũq; ſpirit⁹, illic omnino paracletus ſignificetur, quãuis hoc nomẽ illius potiſſimum ſit demonſtratiuum? ſiquidem & Chriſtus dei virtus & dei ſapiẽtia nuncupatur, non tamen ſemper ſapientiæ & virtutis dei appellatione filium dixeris intelligendũ. Itidem hoc in loco, quanuis illuminet ſpiritus, minimè tamẽ de eo intelligitur. Sed quãdo eos iam his erroribus liberauimus, vndiq; contra veritatem inſurgere adnitentes: eo quo primùm aſſeruerũt modo legendũ, pertinaciter inſiſtũt, videlicet, Quod factum eſt in ipſo vita erat: quid igitur & Sodomorum ſupplicium, & diluuiũ, & gehenna, & innumera huiuſmodi? Sed de mũdi opificio ſermo nobis, inquit, eſt. Sanè quidẽ & illa

Luce 6.d

Gene. 1.a & ſeq.

Universidad de Deusto
Biblioteca

illa opificij sunt. Sed vt vehemẽtius eorũ reprehẽdamus positionẽ, percõtemur eos, nũquid lignum vita sit? nũquid lapis? inanima hæc & immobilia. Verùm ipse homo omnino vita est: & quisnã hoc diceret? Nõ eñ ipsa vita homo est, sed vitæ susceptiuus. Vide igitur etiã hic rursus absurditatẽ. Et vt ordine hoc etiã in loco orationẽ, ꝓsequamur, animaduerte q̃ ineptè, q̃ absurdè, quáq; nulla ex parte spiritui quicquã cõsentaneũ loquãtur. Nã cùm inde decidũt, ea hominibus attribuũt, quæ meritò de spiritu dici arbitrati sunt. Verũtamẽ etiã sic ipsorũ† sentẽtiã inquiram°.] Vita, creatura hoc in loco intelligitur, ergo & lux creatura est, & de ea venit testimoniũ perhibiturus Ioannes. quãobrẽ igitur ipse lux nõ est? Nõ erat, inquit, ille lux, atqui ex creaturarũ erat numero. Quomodo ergo nõ est lux? Quomodo in mũdo erat, & mũdus per ipsum fact° est? Nũquid creatura in creatura erat, & creatura per creaturã facta est? quomodo & mũdus eũ nõ cognouit. *Quotquot autẽ receperunt eũ, dedit eis potestatẽ filios dei fieri.* Sed iã satis risimus: vobis has ineptias, hæc mõstra cõsiderãda dimittimus, ne risus mouendi dũtaxat gratia hæc dixisse videamur, & tẽpus cõteramus incassum. Nã si neq; de spiritu id dictũ est, vt planè ostẽdimus, neq; de creatura, & eo quod asserũt pũcto esset is textus distinguẽdus, illud vnũ sequeretur absurdissimũ, quod ante diximus, filiũ per seipsum factũ esse. Si eñ lux vera fili° est, lux autẽ hæc erat vita: vita autẽ facta est in ipso: eorũ proculdubio sentẽtia hæc cõiũgi, & in idẽ venire necesse est. Quãobrem hac reiecta, verã aggrediamur lectionẽ & expositionẽ. Quænã autẽ ea est? vt post eã particulã, quod factũ est, perfectũ punctũ apponamus: deinde clausulã incipiamus, In ipso vita erat: cuius particulæ sentẽtia huiusmodi est: Sine ipso factũ est nihil, quod factũ est. Si quid factũ est, inquit, sine ipso factũ non est. Vides quo pacto hac breui adiectione omnia corrigit inconuenientia? ex ea eñ particula, Sine ipso factũ est nihil: & adiectione, quod factũ est: intelligibilia cõprehendit, spiritũ subtrahit: Quippe cũ dixisset, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil: Ne quis suspicaretur, si omnia per ipsum, spiritũ quoq; per ipsum factũ esse, ea fuit adiectio necessaria. Ergo si quid factũ est, id per ipsum factũ dixit, siue inuisibile sit, siue corporeũ, siue cœleste. Prẽterea nõ simpliciter dixit, omnia: sed si quid factũ est, hoc est *genitũ: spiritus verò ingenitus est. Videsne doctrinã qua certissimã in memoriã reduxit sensibiliũ creationẽ, quæ ante Moses edocuerat? Inde cũ satis in his ꝓfecerimus, ad altiora nos erigẽs, ad incorporea scilicet atq; inuisibilia, spiritũ sanctũ ab omni creatura seiũxit. Itidem Paul° gratia hac inspiratus inquit, vniuersa in ipso cõdita esse, cuius animaduerte quæso certitudinẽ. idẽ eñ spiritus in Paulo loquebatur. Ne quis igitur eorũ quæ à deo creata, factáq; sunt, quicquã subtraheret, eo ꝙ sint inuisibilia: neq; his admisceret paracletũ, sensibilib° & quæ cognitu facilia sunt prætermissis, cœlestia his verbis enumerat: Siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates. Hæc autẽ particula, siue, singulis addita, nil aliud nobis significat, q̃ omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil, qđ factũ est. Si verò hãc præpositionẽ, per, significare diminutionẽ arbitraris, audi ꝓphetã dicentẽ: Initio domine terrã tu fundasti, & opera manuũ tuarũ sunt cœli: qđ de patre tanquã de cõditore id asserturus, nisi cõditorẽ ipsum nõ ministrũ opinaretur. Per ipsum autẽ hoc in loco nulla alia ponitur gratia, q̃ ne ingenitũ quispiã suspicaretur. Nã ꝙ ex opificij & generationis dignitate nihilo sit patre inferior, audi ipsum loquentẽ: Sicut pater suscitat mortuos & viuificat, sic & filius quos vult viuificat. ꝙ si de filio etiã in veteri testamẽto, Initio terram tu fũdasti dñe, dictũ est, manifesta est opificij dignitas. Sin de patre ꝓphetã id locutũ dixeris, quod de illo dictũ est, Paul° filio attribuit, & ita idẽ efficietur: neque eñ filio id Paulus tã constanter attribuisset, nisi ꝓculdubio patri & filio pares esse intelligeret dignitates. Vltimẽ nãq; & amẽtię esset & audacię, quæ incõparabili cõuenirent naturæ, ea ad minorẽ, & quæ illa indigeret deducere. Verùm neq; minor est fili°, neq; patris indiget substãtia: quocirca nõ hoc modo de filio Paul° audet ꝓfiteri, sed alia quoq; huiusmodi: hoc eñ verbũ, ex quo, quod tãquã dignũ quoddã & præcipuũ soli patri attribuis, filio quoq; ꝓpriũ his verbis ostẽdit, ex quo totũ corp° per nexus & cõiũctiones subministratũ & cõstructũ crescit in augmẽtũ dei: neq; hoc solo cõtẽtus, aliũde etiã nobis os obstruxit, cũ illud verbũ, Per quẽ, qđ diminutionẽ significare arbitraris, patri attribuat. Fidelis eñ deus, inquit, ꝙ quẽ vocati estis in societatẽ filij eius. Et itẽ, per volũtatẽ eius. Et alibi, quod ex ipso, & per ipsum, & ad ipsum omnia. Itaq; nõ filio tãtũ hoc verbũ, ex quo, sed spiritui quoq; attributũ inueneris. Dixit eñ ad Ioseph angel°: Noli timere accipere Mariã cõiugẽ tuã, quod enim in ea genitũ est, ex spiritu sancto est. Quẽadmodũ certè hoc verbũ, In quo, quãuis spiritus sancti sit ꝓpriũ, id tamẽ deo attribuere nõ recusat propheta, cũ inquit: In deo faciemus virtutem. Et Paulus obsecrãs inquit: Siquo modo tandẽ aliquando prosperũ iter habeam in voluntate dei venire ad vos. Et iterũ Christo attribuit dicẽs, In Christo Iesu. Et huiusmodi frequẽter verba indifferẽter accepta inueniemus: qđ minimè fieret, nisi vbiq; eadẽ esset substãtia. Ne autẽ ex ea particula: Omnia per ipsũ facta sunt, de signis nũc dictũ suspicareris: de his enim reliqui euãgelistæ verba fecerũt, nõ multò pòst subdit: *In mũdo erat, & mundus per ipsum factus est*, non autẽ spiritus qui fact° nõ est, sed omnẽ lõgè excedit creaturã. Verùm iam reliqua prosequemur, cùm de rerũ creatione Ioãnes verba fecisset, ꝙ scilicet *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil quod factũ est.* de prouidentia iã sermonẽ aggreditur. *In ipso*, inquit, *vita erat.* quod ideo addidit, ne quis fortè diffideret, quónam pacto tãta & talia per ipsum facta sunt. Nã quẽadmodũ si ex profundissimo & iugi fonte quãtũuis aquæ haurias, nihil tamẽ his diminuitur fons: ita in vnigeniti operibus, quodcũq; ex his productũ factúmve credideris, † nihilominus effecit.] Imò vt ꝓriori vtamur similitudine, lucis scilicet, quã mox ipse subdidit: *Et vita erat lux hominũ.* Quemadmodũ inquã, lux quantãuis hominum multitudinẽ illuminaret, nihil sui spẽdoris remitteret: itidẽ deus & antequam mundũ condidit, & postquã conderet, idẽ perfectus atq; integer permanet, nihil tanto & admirabili opificio minor, nihil imbecillior. Quòd si innumeros huiusmodi esset mũdos cõditurus, omnibus tamen sufficeret, non modò ad creandos, sed & ad gubernandos. Vitæ enim nomen hoc in loco nõ modò creationis est, sed prouidentiæ ad perpetuitatem.

† lectionem expendamus.

*τὰ γινόμενα i. ipsa genita siue pro creata aut facta.

Coloss. 1. c

Psal. 101. d.

tẽ. Necnõ & resurrectionis rationẽ iam afferre incipit, & admirãda hæc euangelia exorditur: aduenientẽ autẽ ad nos vita, vis mortis periit: & luce nos illuminãte, tenebræ euanuerũt: sed manet semper in nobis vita, & mors ei dominari nõ potest. Itaq; qđ de patre dictũ est, de hoc quoq; ꝓriè dicetur, ꝙ in ipso viuimus, & mouemur, & sumus. Quod & Paul° his verbis significauit: quia in ipso cõdita sunt vniuersa, & omnia in ipso cõstãt: quapropter & radix dicitur, & fundamentũ. Verùm cùm audis, *quod in ipso vita erat*: noli suspicari cõpositũ: alibi enim de patre dicit, Sicut pater habet vitã in se, sic dedit & filio vitã habere: sed vt patrẽ idcirco nõ dixeris cõpositũ, quia vitã habeat, ita nec filiũ. Etenim alibi inquit, quod lux est deus: & iterũ, quod lucem habitat inaccessibilẽ. Hęc autẽ omnia singillatim prosecuti sumus, non quòd cõpositionẽ vllã in deo suspicemur, sed vt paulatim ad doctrinæ altitudinẽ cuehamur. Cùm eñ non facilè à multitudine intelligi posset, quánã ratione in eius persona vita sit, primùm id quod humilius est tetigit, cùm inquit, Dedit ei vitã habere. Inde eruditos altius erigit his verbis: Ego sum vita: & iterũ: Ego sũ lux. Et quænã est hæc lux? Nõ quæ sensu, sed quæ animo percipitur, quæ ipsã illuminat animã. Cũ eñ dicturus esset Christus, Nemo potest venire ad me, nisi pater traxerit eũ: idcirco hinc exorsus euangelista, inquit ipsum esse qui illuminat: vt quanuis de patre aliquid eiusmodi audieris, nõ solius patris id esse, sed filij quoq; ꝓfitearis. Oĩa, inquit, quęcunq; habet pater meus, mea sunt. Primũ igitur creationem nos edocuit, deinde beneficia quæ in aduẽtu suo nobis largitus est, vno verbo cõmemorauit significauitq; euãgelista, cũ ait: *Et vita erat lux hominũ*: nõ Iudæorũ, sed hominũ omniũ. Non enim Iudæi duntaxat, sed Gentiles quoq; in hanc cognitionẽ deuenere, & cõmunis omnibus ꝓposita est hæc lux. Quánam autẽ gratia non angelorũ, sed hominũ tantùm lucẽ dixit? quoniã ei in præsentia de humana natura sermo habetur: & ad homines venit, vt vera & ꝑpetua eis bona annũciaret. *Et lux in tenebris lucet.* Tenebras, & mortẽ & errorẽ appellat. Siquidẽ sensibilis hæc lux non lucet in tenebris, sed omni luce penitus tenebræ carẽt. Prædicatio autẽ inter eũ qui omnia cõprehẽderat, errorẽ effulsit, eũq; penitus aboleuit: & moriens Christ° sic mortẽ vicit, vt eos qui iã pridẽ morte detinerẽtur, liberaret. Cũ igitur neq; mors, neq; error hãc lucẽ exuperet, sed charitate incredibili ꝓpria vi vbiq; effulgeat: idcirco inquit, *Et tenebræ eã nõ cõprehẽderunt.* quæ etsi vinci nequeat, nõ tamen illorum qui illuminari nolũt, animis patitur immorari. Quãobrẽ si nõ omnes comprehenderit, nolite turbari. Nõ eñ necessitate & vi, sed cùm volumus, cùm assentimur, † deus ad nos venit. Nolimus huicluci, & tantis deliciis ostiũ claudere] hæc lux per fidẽ nobis exoritur, & exorta in eorũ, à quibus piè suscipitur, animis affatim radios diffundit: cui si purã & immaculatã vitã exhibeas, semper tecũ permanet, semper in te habitat. Qui diligit me, inquit, præcepta mea seruabit, & pater meus diliget eũ, & ad eum veniemus, & mãsionem apud eum faciemus. Quemadmodũ enim solaribus radiis nemo clausis oculis frui potest, ita neq; huius claritatis particeps abundè vnquã fuerit, nisi animi oculum ad eam dirigat, eiusq; aciem vndiq; eo cõtendat: quod eueniet, cùm omnibus malis affectibus animum purgauerimus. Peccatũ enim tenebræ & orago quædã profunda: quod vel inde planissimè constat, ꝙ clàm & sine arbitris peccata committũtur. Omnis enim qui mala agit, odit lucem, & nõ venit ad lucem. & quæ in occulto fiunt, turpe est & dicere. Sicut enim in tenebris neq; amicus, neq; inimicus agnoscitur, sed omnia penitus ignorantur, itidẽ in peccato vsu venit. Quippe qui lucro inhiat, nullam amici, inimicíve intelligit differẽtiam: & inuidus familiarissimum non secus q̃ inimicum cõspicatur, & latrones similiter in omnes bellum gerunt, omnibus insidiãtur: & omnino quicunq; se viciorũ sordibus coinquinãt, nihil ad rerũ differẽtias dignoscendas ab ebriis, insanientibúsq; differunt: & quẽadmodũ noctu lignum, plũbum, ferrum, argentũ, lapides precioſos, & alia omnia eodẽ modo & sine discrimine videmus, lumine videlicet quo hæc discerni possent, sublato: ita qui sordidè, & vicioſè vitã vixit, neq; modestiæ vim, neq; sapientiæ discernit pulchritudinẽ. In tenebris enim, vt iã dixi, precioſi etiã lapides nullã speciem, nullũ præ se ferunt fulgorem, nõ sua, sed caligantiũ oculorũ culpa. Neq; hoc duntaxat nobis dũ sub impia viciorũ tyrãnide viuimus, molestũ est: verùm etiam illud quod formidine perpetua angimur, & veluti qui per obscurã noctẽ iter faciunt, vt nihil metuendũ sit, metu tamẽ concutiũtur: sic qui scelus aliquod admittunt, etsi nemo id videat, nemo reprehendat, nihilo tamẽ melius sibi fidunt, sed omnia formidãt, omnia suspicãtur: quippe qui perpetuis cõscientię stimulis agitãtur, omnia formidoloſè circunſpiciunt. Propulsemus igitur tã grauem, tam molestã vitam, cuius angorẽ mors sequitur, mors inquã immortalis & perpetua, cui nullus supplicij finis est. Adde quòd in hac vita nihil ab insanientibus hi differũt, qui terrenas res & breui duraturas tanquã in somnis suspicãtur, videtur diuitiis affluere, cùm nullis affluant: in deliciis esse, cùm nõ sint: neq; antè se deceptos intelligũt, q̃ ab insania liberentur, q̃ somnum discutiant. Quocirca vt sobrij simus & vigilemus, nobis Paulus præcipit, & itidem dominus. Qui sobrius est & vigilat, quãuis à peccato capiatur, mox tamen ipsum abiicit, fugatq;: qui verò somno aut insania cõprehenditur, non intelligit quo pacto sub eius detineatur seruitute. Quamobrẽ nobis nullus sit somni locus: nõ enim noctis tẽpus est, sed dici, vt in die honestè ambulemus. Etenim nihil peccato turpius est, nihil ignominioſius. Et ꝓfectò si ad turpitudinis rationẽ referatur, tolerabilius est nudos, q̃ peccatis ac sceleribus opertos & refertos obãbulare. illud enim non ita in culpa est, interdúmq; paupertatis gratia cõtingit: eo autẽ qui peccatorum sordibus inquinatur, nihil obscœnius, nihil contẽptu dignius. Veniat nobis in mentẽ, & diligẽter cõsideremus eos qui rapinæ & cupiditatis causa in iudiciũ vocantur, q̃ obscœni, q̃ ridiculi appareãt, cùm omnia turpiter & iniustè fecerint, omnes fefellerint, in omnia temerè ꝓlapsi sint. Nos autẽ tã miserè, tam infœliciter vitã agimus, vt vestẽ præpostere indui nõ patiamur, imò alios si id faciãt reprehẽdemus: cùm verò & nos, & ꝓximi nostri, capite ambulemus, nõ aduertimus. Quid enim eo turpius, qui assiduè meretricios petit fornices? Quid cõtumelioſo, quid maledico, quid inuido risu digni°? Sed quãobrem nõ tam hæc turpia, quàm nudum ambulare videatur? ex consuetudine, vnde nemo vnquã sponte sua nudus ambulare cõsueuit. Illud autem omnes

† lux ad nos venit. Noli ergo huic luci ostiũ claudere, & multis frueris deliciis.]

Matt. 24. d. & 1. Cor. 16. c

Universidad de Deusto Biblioteca

omni tempore,& ſanè confidenter audent.Quòd ſi quiſpiam cum angelis haberet cõſuetudinem,apud quos nunquã tale quid committitur,certò tũc quoniam ridiculum ſit,intelligeret.Et quid de angelorũ loquor cõſuetudine?in ipſis enim regiis apud nos ſi quis introductã meretricem cognoſceret,vel ebrietate,vel aliqua huiuſmodi turpitudine dehoneſtaretur,vltimum daret ſupplicium.Quòd ſi hęc in regiis intolerabilia ſunt,lõgè magis in cõſpectu ſummi & omnipotentis regis,cũ vbiq; præſto adſit,& quæcũque audemus intueatur, meritis pœnis afficiemur. Quare precor & obſecro, vt in hac vita & ſobrios nos & quietos exhibeamus.rex em̃ noſter omnia noſtra opera cõſpicatur. Vt igitur hæc lux ꝑpetuò nos illuminet, hos diuinæ clementiæ radios & quæramus,& efflagitemus,ita vt præſentibus his,& futuris bonis affatim fruamur,gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti,per quẽ,& cum quo patri gloria, ſimul & ſpiritui ſancto in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia quinta,ex cap.primo.

F*Vit homo miſſus à deo,cui nomẽ erat Ioãnes.* Cùm de verbo dei in euãgelij ſui principio ea Ioannes diſſeruiſſet,quę mentes noſtras facilè allicere poſſent ad credendum,via & ordine procedens ad ipſius verbi præconem ac nũcium,& eodem quo ipſe nomine appellatum, Ioãnem ſcilicet, venit. Tu autem cùm à deo miſſum intelligas,nihil iam humanum ab eo dici, annunciarive exiſtimes. Non enim ſuum quicquam, ſed † mittentis arcana] denunciat.Idcirco angelus appellatur,hoc eſt nuncius.Eſt enim nuncij officiũ nihil ex ſe dicere.* Fuit autẽ hoc in loco nõ tranſitus ad eſſe, ſed ipſius apoſtolatus eſt ſignificatiuũ. * Fuit miſſus à deo,inquit, pro miſſus eſt. παρὰ θεῶ.i.nullo appoſito articulo.Quo modo igitur textũ illum apoſtoli,Qui cum in forma dei eſſet,non eandem cum patre eſſentiam ſignificare dicũt? eo quòd non præponatur articulus. Ecce hoc in loco nullus præponitur, nũquid igitur de patre hîc nõ loquitur? quid igitur dicemus ꝓphetæ dicenti:Ecce ego mitto angelũ meũ ante faciẽ tuã, qui præparabit viã tuam ante te? Meũ nanq; & tuũ duas perſonas ſignificat.*Hic venit in teſtimoniũ, vt teſtimoniũ perhiberet de lumine.*Quid hoc,dicet fortaſſe quiſpiã,ſeruus de domino teſtimoniũ perhibet? Verùm cùm nõ ſolũ à ſeruo teſtimonio perhibitus ſit,ſed ad ſeruũ etiã venerit,& cum Iudæis baptizatus, nónne magis & cõmoueberis,& dubitabis? Sed quid perturbari cõmouerìq; oportet?Admirare potius ineffabilẽ dei benignitatẽ. Quòd ſi quis adhuc in perturbatione dubius perſiſteret,dic ad illũ id quod ad Ioannem dixit: Sine modo, ſic enim decet nos implere omnẽ iuſticiã.Si verò amplius quis perturbabitur,& illud ad Iudæos dictũ adducet: Ego non ab homine teſtimoniũ accipio:dicetq;, Si hoc nõ indiget teſtimonio,quãnam gratia miſſus eſt à deo Ioãnes?Reſpondendũ eſt, non propterea ꝙ ipſius teſtimonio indigeret:prophanũ enim id aſſerere, ſed ea quam ipſe Ioannes ſubdit cauſa, *Vt omnes crederẽt per illũ.*Ipſe autẽ Chriſtus cum dixiſſet,Ego nõ ab homine teſtimoniũ accipio: ne apud indoctiores ſibiipſi repugnare videretur, cũ nũc dicat,Alius de me perhibet teſtimoniũ, & ſcio quia verũ eſt teſtimonium eius,Ioannẽ ſignificans:nunc,non ab homine teſtimoniũ accipio, mox adiectione eam ſoluit dubitationẽ,inquiens:Sed hęc dico propter vos,vt ſalui ſi-

† quæ mittentis ſũt omnia.]

** ἐγένετο i.fuit vel creatus eſt quã duplicem ſignificationẽ Chryſo.notat,vt priorem hic nõ ſecũdã accipiamus.*

** ἐγένετο ἀπεσταλμένος, pro ἀπεστάλη.*

Mala.3.a

Matt.3.d

Infr.5.f

Ibidem.c

A tis:quaſi dicat,Deus ego ſum,& dei vnigenitꝰ filius, & ſupernæ & immortalis ſubſtãtiæ, nulliꝰq; indigeo teſtimonio,& quãuis nemo hoc ꝓfiteretur,nihil ꝓpterea natura mea fit minor,nihil deterior: ſed cum mortaliũ ſalus mihi curę eſſet,in hãc deſcendi humilitatẽ,vt hominis teſtimonio me ſubiicerẽ. Nã propter Iudæorũ imbecillitatẽ, hoc pacto melius faciliusq; fides in eum extẽdi propagariq; poterat.Sicut igitur carnẽ induit, ne ſi nuda ſe diuinitate exhiberet,omnes perderet:ita virũ qui ſe annũciaret miſit, vt cùm familiarẽ vocẽ populi audirẽt,facilius ad credendũ adducerentur.Nam ꝙ nihil illo teſte indigeret,ſatis quiſnã eſſet,nuda dũtaxat & aperta ſubſtãtia potuit oſtendere, atq; ita omnes in admirationẽ conuertere:nõ tamen id fecit,quoniam vt iam dixi, omnes perdidiſſet,cùm nemo poſſet inacceſſam illius lucis præſentiã tolerare. B Propterea vt dictũ eſt, carnem induit,& vni conſeruorum noſtrorum de ſe teſtimonium mãdauit, quoniam ad ſalutẽ noſtram omnia operatus eſt,neq; ſuæ duntaxat dignitati, ſed auditorũ vſui facilitatiq; cõſuluit. Quod ipſe quoq; his verbis ſignificat:Hæc dico propter vos, vt ſaluemini. Et euangeliſta cùm de domino locutus dixiſſet, *vt teſtimonium perhiberet de lumine*,addidit, *Vt omnes crederent per illũ.*quaſi dicat, Ne putes hac cauſa teſtificatum veniſſe Ioannem Baptiſtã, vt fidei ratione aliquid domino adderet, ſed vt ſui contribules crederent per ipſum. Quòd autẽ ad hanc tollendã ſuſpicionẽ hoc dixerit,ex ſequẽtibus conſtat. Addit enim:*Non erat ille lux.*nam ſi non huius ſuſpicionis gratia in hoc inſtitiſſet,præteriſſet ſimpliciter, & potius eſſet eiuſdẽ rei repetitio, q̃ doctrinæ clarior ſigni- C ficatio.Quippe cùm dixerit, *Miſſus eſt vt teſtimonium perhiberet de lumine*,proſequitur:*Non erat ille lux.* neque id temerè:ſed quoniã frequenter apud nos qui teſtimonium perhibet,maior eo eſt, de quo perhibetur, & maioris plerunq; authoritatis apparet, ne qua de Ioanne huiuſmodi oriretur ſuſpicio, ab ipſo ſtatim principio eam penitus tollit, oſtenditq; & quis perhibuerit,& de quo perhibitũ ſit teſtimoniũ, & quæ ſit inter eos differentia,& in hoc eius incomparabilẽ enarrat † eſſentiã]. Et ita audenter iam reliquã aggreditur orationẽ.Necnon ſi quid abſurdũ temerariúmve oriebatur,quo ſtultorũ mentes commoueri potuiſſent,è medio diligẽter ſublato,ita omnia perſequitur,vt facilè iam nullo impedimento doctrinæ ſuæ rationẽ edoceat.Oremus itaq; vt cũ horum ſenſuũ reuelatione,& doctrinæ huius veritate pura no- D bis adſit vita,& cõuerſatio honeſta atq; illuſtris. Siquidẽ nullꝰ eorũ vſus eſt,niſi bonis illuſtrẽtur operibus.Quanuis em̃ fidẽ firmiſſimã,quãuis ſcripturarũ ſenſus haberemꝰ,à vitę autẽ patrocinio & deſerti eſſemus,& nudi,nihil nos à gehẽnæ ignibus eriperet, quin perpetua & inextĩguibili flãma cõbureremur. Quẽadmodũ enim qui bene operãtur, reſurgent in vitã æternam:ita qui malè,in ſupplicium æternum, qđ nullo vnquã fine præſcribitur. Quare omni diligẽtia curaq; adhibita cõtendamus,ne quod ex vera & firma fide lucrũ accepimus, operũ prauitate perdatur:† ſed in hac vita totis viribus Chriſti ſectemur veſtigia,]cui beatitudini nihil eſt cõferẽdũ.Atq; vtinã purè & ſanctè viuentes, quæcunq; dicta ſunt,ad dei gloriã referamus, cui honor, ſimul & vnigenito filio,& ſpiritui ſancto in ſecula ſeculorum,Amen.

Infra 5.f

† excellentiam.]

† ſed vt etiã ex operibus clari & probi effecti libere & ſecure Chriſtum videre poſſimus.]

Homilia ſexta ex cap.primo.

Erat

E*Rat lux vera,quæ illuminat omnẽ hominẽ venientẽ in hunc mundũ.*Propterea mihi iam diu dilectiſſimi filij,paulatim vos per ſcripturarũ paſcua ducimꝰ,nec omnia ſimul diffundimꝰ,vt facilè quæ vobis cõmittimus,& cuſtodiatis, & ſeruetis. Quippe qui ædificando nondũ primis cõpactis lapidibus,alios ſuperimponunt,iã quaſſatũ & breui ruiturũ ſtruunt parietem.Qui autẽ his firmatis,& calce cõpactis opus reliquum proſequuntur,tutam & diu duraturã domũ ædificant.Huiuſmodi & nos architectos ad noſtras cõfirmãdas animas imitemur. Etenim nõnunquã veriti ſumus, ne recente, & adhuc imbecilli priore fundamẽto,aliarũ ſpeculationũ acceſſu,cũ mens ſimul omnia aſſequi nequeat, priora illa offendãtur,& pereãt.Quid igitur hodie nobis ꝓpoſitũ eſt?*Erat lux vera,quæ illuminat omnẽ hominẽ venientem in hunc mundũ.* Siquidẽ cùm ſuperius Ioannẽ veniſſe dixiſſet,vt teſtimoniũ perhiberet de lumine,& ꝙ nunc miſſus fuit:ne cuipiã ex teſtãtis recẽti aduẽtu,etiã de eo cui teſtimoniũ perhibetur, talis ſuſpicio exoriretur,mentes erexit,& ſupra omne principiũ æternã,& nullo fine præſcriptã dei ꝓſecutus eſt eſſentiã.Et quónã pacto filius hoc habere poteſt,inquis?De deo loquimur,& quónã pacto, interrogas? nónne times?nónne exhorreſcis? ꝙ ſi abs te quiſpiã quæret,quomodo immortalẽ vitã & corpora & noſtræ habituræ ſint animæ:nónne ridicula eſſet quæſtio?ac ſi nõ humani eſſet ingenij eiuſmodi inquirere,ſed credere tantũ oporteret: neq; eſſet curioſius inueſtigandũ,qđ ſufficientẽ habeat ſui demõſtrationẽ,immẽſam ꝓmittẽtis poteſtatẽ.Nã cùm animarũ & corporũ noſtrorũ cõditorẽ,qui omnẽ incorporalẽ excedit creaturã,ſine principio eſſe aſſeramꝰ:quãnã ratione id factũ ſit,efflagitabis? Quisnã hoc incõſtãtiſſimi eſſe animi,& inſanę mẽtis indiciũ negauerit?Audiſti:*Erat lux vera.* Quid ſtultè & temerè æternã hãc vitã humana ratione cõiectari atq; inuenire cõtẽdis?Haud fieri poteſt.Quid ſcrutaris imperſcrutabilia?Quid circa incõprehẽſibilia inanẽ ſubis laborẽ?Quid inueſtigas quæ nulla ratione poſſunt deprehẽdi?Inquiras quanta potes diligẽtia ſolariũ radiorũ originẽ:nõ ſanè poteris,neq; indignaris, neq; tuã iniquo fers animo imbecillitatẽ.Quid igitur in maioribꝰ tã audax es,& temerariꝰ?Tonitrui filius Ioannes tuba perſonãs ſpiritali,nihil aliud q̃ quod audierat à ſpiritu,inueſtigauit:tu autẽ illius gratiæ expers, & penitus vacuus,manifeſtis humanę naturæ rationibus illius cognitionis terminũ ſuperare cõtendis: ꝓpterea ne ad terminũ quidẽ ipſũ peruenire vnquã poteris.Tale em̃ diaboli ingeniũ eſt,tales inſidiæ, vt eos qui nobis cõſtituti ſunt fines,trãſire perſuadeat, ac ſi ad lõgè meliores ſimus peruẽturi:cùm verò hac nos ſpe allexerit,& diuina gratia priuauerit,tũc non ſolũ nobis nihil amplius pręſtãtiúſve elargitur (quónã em̃ pacto diabolꝰ?) ſed ne in priſtinã quidẽ cõditionẽ,vbi tutè&ſecurè cõmorabamur,reditũ permittit,ſed paſſim trahit errãtes, cùm nõ habeãt vbi poſſint cõſiſtere.His fraudibus primũ è paradiſo hominẽ expulit. Maioris nanq; cognitionis & gloriæ ſpe allectũ,ab his quibꝰ trãquille fruebatur bonis deiecit:& nõ modò eũ deo ſimilẽ,vt pollicitus erat,non reddidit,ſed ſub mortis ditionẽ cõpulit.Non modò nihil amplius à ligni fructũ aſſecutus eſt, ſed ne cognitionẽ quidẽ,quã prius habuerat,retinuit, cũ multa ſe cogniturũ ſperaret: tũ primùm erubuit, cùm ſe

Marc 3.c

Gene.3.a

A nudũ abſcõdit,cùm antea nullo fuiſſet pudore cõfuſus. Cũ em̃ ſe nudũ & veſtibus carentẽ cognouit, & triſticia & dolore cõtabuit:qđ ne nobis accidat,conditori noſtro deo pareamus, & eius præcepta omni diligẽtia obſeruemus.Neq; præterea quicquã inueſtigemus curioſius,ne accepta beneficia amittamus. Quẽadmodũ hi qui cùm ſempiternæ vitæ principiũ inuenire cõtenderint,etiã quæ aſſequi licuerat,amiſerũt:neq; tamẽ quæſita aſſecuti ſunt,cũ minimè potuerint,& à vera vnigeniti fide deciderũt. Nos verò nullo pacto velimꝰ perpetuos,quos nobis patres noſtri poſuerũt terminos pręterire,ſed omni tẽpore ſpiritus ſancti legibus pareamus:& cũ audierimus,Erat lux vera,nõ vlteriꝰ inquirẽdo qđ inueniri nõ poteſt perſiſtamus. Nã ſi genitus eſſet vt homo, neceſſariò interuallũ aliquod eſſe inter genitorem genitumq; oportuiſſet:cũ verò ineffabili ratione, & vt deũ de- B cet,genitus ſit, meritò & antè & pòſt, quæ particulæ tẽporis indicia ſunt,in eũ cadere nequeũt. Nã filius ſeculorũ omnium eſt conditor. Ergo non pater,inquit,eſt,ſed frater.Quænam hæc neceſſitas? ſi patrẽ filiũq; aliunde ortos diceremus, id ſanè ſequeretur: ſin hanc negamus impietatẽ,& patrem quidem ſine principio eſſe,neque ex alio genitũ,filium autem ſine principio,genitũ tamen ex patre & ſentiamus,& profiteamur:quid nos tam impiã cogit inducere ſententiã?nihil profectò.ſplẽdor eſt,ſplendor autẽ cum eius natura ſimul cuius eſt ſplẽdor intelligitur. Propterea Paulus filiũ ſplendorẽ appellauit, vt nullã ſuſpicareris patris & filij differentiã.Quod autem à ſuperiori exẽplo ſequitur,abſurdè à ſtultis motã obiectionẽ tollit.Nõ enim ex ſplendoris,inquit,appella- C tione ꝓpria ipſum priuari perſona exiſtimabis: hoc impiũ eſt, & Sabellianorũ Marcellianorumq; inſania,qua nos abiecta,in ꝓpria eſſe perſona filiũ dicimus.Idcirco cùm ſplendorẽ ipſum appellaſſet,addidit figurã eſſe ſubſtantiæ eius, quo propriã eius perſonã oſtẽderet,& eius eſſe ſubſtãtiæ cuius eſt figura. Non enim ſatis eſt vno,vt iã dixi, verbo dei doctrinã hominibus oſtẽdere,ſed multa ex ſingulis collecta,quę huic accõmodẽtur materiæ eligamus,ſic poterimus de diuina gloria dignè loqui.dignè autẽ dico,quantũ in noſtris viribus eſt.Quòd ſi quis dei reſpectu dignè ſe verba facturũ arbitraretur, contenderétq; ita ſe deũ intelligere, vt ipſe ſeipſum nouit, is maximè deũ ignorat.Cũ igitur hæc apertè videamus dilectiſſimi,ſummo nobis ſtudio inſiſtendũ eſt in iis quæ nobis verbi miniſtri,& qui certò id cõſpi- D cati ſunt,tradiderũt,& nihil vlterius cõtẽdamꝰ.Duo nanq; mala & quidẽ grauia, hoc morbo laborantes circunueniunt.Primum ꝙ dum in his fruſtra inquirẽdo laborãt,miſeri fiũt,cùm ea inuenire nequeant. Alterũ,ꝙ deum irritant,cùm conſtitutos ab ipſo terminos excedere conentur:quod quantopere deum ad irã prouocet,cùm planè omnibus conſtet,in pręſentia omittamus:& eorũ contempta demẽtia, quò perpetuò nos corroboret, eiꝰ ſermones formidemꝰ, quoniã inquit:Ad quem aſpiciam, niſi ad humilem, & quietum,& metuentẽ ſermones meos?Hac igitur pernicioſa inquirendi cura abiecta, noſtra conteramus corda,peccata deploremus, vt à Chriſto nobis præceptum eſt,& eorum gratia quæ perperã & iniquè egimus,cõpungamur:& ſumma cum diligentia quicquid ſuperiori tẽpore auſi ſumus,quicquid malignè cõmiſimus,animo repetamus, atq; abiiciamꝰ.

Veſtigiis patrũ inſiſtendum.

Heb.1.a

Sabellianorum & Marcellianorum hæreſis.

Eſa.66.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

Esa. 43.d *Psal. 31.b* Ad quod multas nobis deus vias aperuit. Dic eṁ tu primus iniquitates tuas, vt iustificeris. Et iterū: Dixi pronunciabo aduersum me iniquitatē meam domino, & tu remisisti impietatē cordis mei. Neq; enim parum nobis cōfert ad magnitudinem peccatorum imminuendā frequēs eorum memoria & accusatio. Est & alio operosior, vt nemini qui nos offendit suc censeamus, sed iniurias oēs magno & generoso animo obliuioni mādemus. Vis & tertiā audi Danielē: *Dan. 4.c* Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordiis pauperū. Accedit & alia, iugis scilicet oratio, & in deprecationibus ad deum cum puritate perseuerantia, quæ non paruā nobis affert consolationem, & à peccatis nos abluit. Ieiunium ad hęc cū proximi charitate, maiorem in modum diuinam in nos irā extinguit. Ignem nanq; ardentem extinguit *Eccli. 3.d* aqua, & eleemosynis purgātur peccata. Decursis igitur his viis omnibus, & repetitis, in eisdē assiduè per seueremus, hoc pacto nō modò præterita abluemus peccata, sed in posterū maximū consequemur emolumentū. Quippe qui nullam dabimus diabolo occasionē, vt nos in vitæ desidiam, vel in exitialem aliquem affectū pelliciat. Præterea neq; insanas disputationes, neque noxias inducet controuersias, vt ei moris est, cùm ociosos nos & oscitātes, nullāq; quomodo ad virtutis viā dirigamur, solicitudinē habere conspicatur. Hūc nos eius insidiis aditū obstruamus, vigilemus, sobrij simus, vt in hac breui vita paruo labore perpetua in externo illo seculo bona nobis comparemus, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo patri simul & spiritui sancto gloria, in secula seculorum, Amen.

Homilia septima, ex cap. primo.

Erat lux vera, quæ illuminat omnē hominē venientē in hunc mundū. Nihil prohibet quin hodierna die eadē verba repetamus, cùm hesterna propter opinionū expositionem, omnia quæ lecta fuerant, pertractare nō potuerimus. Vbi sunt igi- *Infr. 14.a* tur hi, qui ipsum verū deum negant? Ecce hîc lux vera appellatur, alibi ipsa veritas & vita, sed cùm in eū locū venerimus, apertius explicabimus. In præsentia autem necessariū est id charitati vestræ exponere. Si illuminat omnem hominē venientem in hunc mūdum, quónā pacto tot homines sine lumine permanent? Neq; enim omnes† Christū cognoscunt,] quo *† augustā Christi ag nouerunt pietatem]* modo ergo illuminat omnē hominē? Illuminat ꝓfectò, quantū in ipso est. Si qui autē spōte sua mētis oculis cōniuentibus ad huius lucis radios aciem dirigere noluerīt, nō ex luminis natura, in tenebris perstiterūt: sed malicia sua, qui spōtè tanto se dono indignos reddiderūt. Nā gratia in omnes diffusa est: non Iudæū, non Græcū, non Barbarū, non Scythā, non liberū, non seruum, non virum, non mulierem, non senem, non iuuenē effugit aut dedignatur, omnibus eadem est, omnibus se facilē exhibet, omnes pari honore aduocat. Qui autē eius munere frui negligūt, hanc suā cæcitatē sibiipsis imputēt. Cùm enim omnibus aditus pateat, & à nemine ꝓhibeatur, perditi quidā & nequam homines propria duntaxat malicia ingredi recusant. *In mundo erat*, sed non tanquam mūdo æqualis, idcirco addidit: *Et mundus per ipsum factus est.* Quibus verbis iterū te ad æternam vnigeniti *†etsi valde insulsus sit, etsi.]* reducit essentiam. Qui enim audit hūc mundū esse eius opus †nisi penitus insaniat, nisi] inimicus gloriæ dei, atq; hostis sit, omnino velit nolit, ante opera sua A eorum conditorē fuisse cōfiteatur necesse est. Quocirca magis magisq; indies admiratus sum Pauli Samosatensis insaniam, quo vultu tam manifestæ audeat repugnare veritati, & seipsum sponte sua in errorem præcipitem dare. Non enim ignoratione, sed consultò errauit, non secus ac Iudæi. Nam quemadmodum hi hominum gratia, fidei firmitudinem prodiderunt, & Christum vnigenitum, & dei filium intelligentes, principum tamen gratia fateri noluerūt, ne è synagoga eiicerentur: ita & illum vt mulieri cuidam rem gratam faceret, salutem suam inquiunt cōtempsisse. Graue profectò & molestum quiddam est inanis gloriæ vis, quæ facilè etiam sapientum oculos possit perstringere, nisi temperetur: Nam si auaricia hoc potest, longè magis hic qui ea violentior est affectus. Idcirco ad Iudæos Christus: Quomodo, in- *Infra 5.g* B quit, potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis: & gloriā quæ à solo deo est, non quæritis? *Et mūdus eum nō cognouit*. Hoc loco mundū peccantiū multitudinem, & terrenis rebus deditam, stultúmque, & abiectum, & omnibus obnoxium perturbationibus vulgus appellat. Nā dei amici & venerabiles illi viri, etiam ante Christi incarnationē ipsum cognouerūt, & patriarchā eius præuidisse aduentū ipse Christus *Ioan. 8.g* nominatim testatur. Abrahā pater vester exultauit, vt videret diem meum, vidit, & gauisus est. Et q, de *Matt. 22. d. & Psa. 109.a* Dauid Iudæos arguēs, inquit: Quomodo Dauid in spiritu dominū ipsum vocat, dicens: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis? Et frequēter ī eos inuectus, Mosi meminit: & q, reliqui prophetæ eandē habuissent cognitionē, apostolus Petrus, omnes ꝓphetas à Samuēle cognouisse eum, & eius aduentū C multo antè tēpore dixisse, his verbis attestatur: Et o- *Actō. 3.d* mnes ꝓphetæ à Samuēle, & deinceps q, locuti sunt, annūciauerunt dies istos. Iacob autem & patri quē admodū auo & apparuit de⁹, & locutus est, multa & magna eis se daturū bona pollicit⁹, quę quidē re exec⁹ est. Ad hæc obiecerit quispiā: Quo igitur pacto ipse dicebat: multi ꝓphetæ cupierunt videre quæ vi *Luc. 10.d* detis, & nō viderunt: & audire quæ auditis, & nō audierunt? Nūquid non fuerūt eius cognitionis participes? Fuerūt sanè. Quod hac eadē particula, ex qua nōnulli ea cognitione priuatos fuisse ꝓphetas arbitrati sūt, manifestū facere conabimur: Multi, inquit, cupierūt videre quę vos videtis. nouerūt ergo ipsum ad nos venturū, & quæ fecit, facturū. Nisi enim nouissent, nullo pacto vidēdi flagrassent desiderio. Nemo enim quod ignorat, cupere potest. Nouerūt igi- D tur ipsum dei filium ad humanū genus descensurū. Sed quænam sunt quæ neq; viderunt, neq; audierunt? Ea quæ nūc vos & videtis, & auditis: siquidem & vocem eius illi audierunt, & ipsum viderunt, non tamen in carne, neq; cum hominibus cōuersantem, neq; ipsis tam familiariter liberéq; loquētem. Quod significauit cùm non simpliciter dixit, cupierunt videre me, sed quæ vos videtis: neque audire me, sed quę vos auditis. Itaque licet non ipsius aduentum in carne conspicati sunt, †viderunt] tamen ipsum futu- *† nouerunt.* rum, quē cupiebant, & in quem credebāt. Cæterùm cùm nos gentiles accusant, & his verbis percontantur: Quid superiori illo tempore, cùm nondum humanū genus aspiceret faciebat Christus? Quid tandem finē ipsum expectauit, vt nostræ saluti cōsuleret, cùm tandiu nos neglexerit? Respondebimus, q, ante id tēpus in mundo erat, & opera sua summa curabat

rabat prouidētia, neq; à venerabilibus illis & sanctis A viris ignorabatur. Si verò q, non omnes eum tunc tēporis, sed boni tātùm, & virtute præditi, & sanctimonia cognouerunt, idcirco incognitū dixeris: hac etiam ratione nunc incognitum dixerimus, cùm nō ab omnibus cognoscatur. Sed quēadmodū in præsentia, nemo eorū gratia qui deum ignorāt, cognoscentibus non crederet: ita neq; de superioribus illis temporibus dubitādū est. Multis enim, & vt rectius dicā, omnibus claris illis & præstantibus viris cognitus est. Quòd si quis percontaretur, quamobrem nō omnes ei tunc crediderunt, neq; seruierunt, sed iusti duntaxat: eū rursus interrogabo, quid hoc etiā tempore nō omnes eum cognoscūt? Et quid de Christo loquimur? cur ipsius patris nō omnes, neq; nunc, neque antiquitus habuerunt cognitionem? Verùm alij omnia spōre sua ferri aiunt, alij dæmonibus vniuersi B orbis prouidentiā permittūt. Sunt qui alium præter hunc deū effingant, nonnulli oppositam potestatem deū impiè asseuerant, & leges eius mali cuiusdā dæmonis arbitrantur. Quid ergo hac nos causa deū esse negabimus, quoniā nōnulli ipsum negant, & malum ipsum esse profitebimur, quoniam malū impiè autumāt? Mitte, quæso, stultitiā, & vltima te insania liberū redde. Nam si stultorū iudicio ad nostras mētes doctrina informādas duceremur, nihil esset reliqui, quin eadē similiter cōprehenderemur insania. Nemo Solē dixerit oculis noxiū, eo q, nonnulli visu sunt hebetiori, sed q, accōmodatissimū, & ex acutè intuentibus eius vtilitas iudicatur. Neq; mel quispiam amarū gustu iudicauerit, quoniā tale ęgrotātibus videatur. Deū autē ex infirmorum & ignorantiū iudicio vel nō esse, vel malū esse, aliquādo rebus humanis ꝓuidere, aliquando eas negligere opinari, nō sani hominis, sed insani potius, & vltimo furore perciti meritò dixerimus. Et mūdus eū nō cognouit inquit, sed hi quib⁹ mūdus dignus nō erat, eum cognouerunt: & causam ignorationis inseruit. Nō eū simpliciter, inquit, Nemo eum cognouit: sed, mūdus eum non cognouit: hoc est, qui tantùm mundo inhærent, qui mundo innituntur, qui terrena dūtaxat sapiunt: sic etiam Christus eos appellare consueuit. Pater sancte, inquit, & mūdus te non cognouit. Nō *Infr. 17.d* igitur filium tantùm, sed & patrem mundus ignorauit, quemadmodū diximus. Nihil etenim adeò mētem perturbat, q, secularibus his rebus inhærere. Cū igitur hæc nobis luce clarius pateant, huius mundi illecebras, carnaliaq;, & terrena totis viribus abiiciamus. Neq; enim in parua re, & nullius momenti, sed D in maxima bonorum detrimentum accipimus, siquidē nullo pacto fieri potest, vt qui omnia ad præsentis vitę voluptatē refert, is cœlestibus bonis fruatur: sed necessariū est, qui terrenis rebus inhiat, à cœ- *Lucæ 16.c* lestibus decidat. Non potestis, inquit, deo seruire, & mammonæ: vnū teneamus, alterum odio habeamus oportet. Hoc quoq; ipsa rerum clamat experientia. Quippe qui pecuniarū deridet cupiditatē, hi maximè sunt qui dei flagrāt desiderio: at cōtra qui illas pręcipuè admirātur, hi maximè sunt qui in deū amorem habēt remissiorem. Animus enim qui pecuniarum cupiditate distrahitur, nō facilè ab his abstinet, quæ deū ad iram prouocant: vtpote, qui alterius seruus sit domini, omnia ipsi cōtra diuinas leges præcipientis. Sobrij igitur sitis aliquādo, & excitemini, & cui nostrum debeamus seruitiū, intelligamus: eiusq; C in cœlum nobiscū euadere, & prosilire, & nobis periclitantibus præsto adesse, & iudicem cōciliare possint: quem si nobis propitium, vt optamus, & in hac vita, & in die illa habuerimus, fidēter his bonis fruemur, quæ in cœlis diligētibus se pręparauit: quæ vtinam omnes consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria simul & spir. tui sancto in secula seculorum, Amen.

Homilia viij. ex cap. primo.

IN propria venit, & sui eū non receperunt. Si priorū meministis sermonum fratres dilectissimi, fidentius iam quę sequuntur super eis magno cū emolumēto ædificabimus: sic eṁ & vos melius edoceri poteritis, & nobis nō multo opus erit labore, cùm ex discendi cupiditate acutius inspiciēdi via ad reliqua pateat. Qui enim id quod accepit amittit, semper doctore indigeat oportet, nec vllo vnquā tē pore quicquā consequetur: qui verò accepta custodit, & his ī dies aliquid superaddit, ex discipulo quā primū magister proculdubio euadet, non modò sibi, sed omnibus vtilis. Huiusmodi ego hāc omnē cōcionē futurā expecto, hoc ex īcredibili vestro audiēdi desiderio, & mira attētione cōiectatus. Agite ergo tāquā sub certa & tuta custodia in animis vestris Christi thesaurū deponamus: & quę nobis hodie ꝓposita sunt, ea quantū nobis spiritus sancti gratia suppeditabit, explicemus. Dixerat euāgelista: Et mūdus eum non cognouit: qđ de superioribus illis tēporibus locutus est, nō immeritò iā ad prædicationis tēpora descēdit, atq; dicit. In ꝓpria venit, & sui eū nō receperunt. Suos hoc in loco Iudæos appellat, tanquam populū peculiarem, vel omnes eriā homines, tāquam ab ipso creatos. Et quēadmodum superius

Universidad de Deusto
Biblioteca

multitudinis amẽtiam admiratus, & de cõmuni natura erubescens,inquit, ꝙ mundus per ipsum factus est,nec tamẽ conditorem suum cognouit:ita in hoc iterũ loco † Iudæorũ multitudinis) ægreferens perfidiam,in grauiorẽ prorumpit accusationẽ:inquit enim,Et sui eũ nõ receperunt:idq; cùm ad eos venisset.Nec Ioānes solùm,sed ꝓphetæ quoq;,& deïceps Paulus hoc idẽ cõquesti sunt:& prophetæ quidẽ ex persona Christi clamauerũt:Populus quẽ ego nõ co gnoui,seruiuit mihi:in auditu auris obediuit mihi.Filij alieni mẽtiti sunt mihi, filij alieni inueterati sunt, & claudicauerũt à semitis suis.Et iterũ: Quibus non est narratũ de eo,videbũt:& qui nõ audierũt, intelligent,& inuẽtus sum à nõ quærentibus me. Palàm apparui his qui me nõ interrogabant.Paulus autem ad Romanos:Quid ergo, inquit? quod quærebat Israël,hoc non est consecutus, electio autẽ consecuta est.Et iterũ:Quid ergo dicemus? ꝙ gentes quæ non sectabantur iusticiã,apprehenderunt iusticiã: iusticiam autẽ quæ ex fide est:Israël verò sectans legẽ iusticiæ,in legem iusticię nõ peruenit.Et sanè plurima admiratione dignũ est,quo pacto,qui in prophetarũ libris educati,Mosem & reliquos deinceps ꝓphetas singulis dieb⁹ plurima de Christi aduẽtu locutos audierãt:præterea Christũ signa & miracula quotidie facientẽ,& secũ duntaxat versatum viderãt, neq; sinentẽ adhuc discipulos,vt in gentes dispergerentur, & in Samaritanorũ ciuitatem ingrederẽtur,neq; ipsum eas ingressum,sed vbiq; asserẽtem missum se ad oues quę perierãt de domo Israël:tũ cùm signa viderẽt,ꝓphetas frequẽter audirẽt, quotidie ab ipso admonerentur,tã surdi penitus,& cæci perstiterunt, vt nihil eos ad Christi fidẽ posset adducere.Gẽtiles autẽ nihil eiusmodi viderant, nullos de deo sermones ne in somnis quidẽ acceperãt, sed in insanientiũ fabulis versati,(hæc enim gentiliũ philosophia est)†ac poëtarũ)deliramenta euoluentes,lignis & lapidibus affixi incubuerant,neq; doctrinæ,neque vitæ gratia quicquã vtile,bonúmve conspicabantur.Eorũ nanque vita q̃ doctrina immũdior erat, & sceleſtior.Et quid ita non esset?cùm viderent deos suos in omnibus flagitiis,sceleribusq; delectari,& verbis quidem obscœnis,rebus autẽ obscœnioribus coli, quibus & festũ diem,& cultum ipsis se exhibere arbitrabãtur, præterea nefandis etiam puerorũ cædibus venerari: mirum si in his illos imitabantur ? Hi tamen cùm in imũ maliciæ pelagus demersi essent, repẽtè tãquam machina quadã ad superna impulsi ab ipso cœlo clari apparuerunt.Quónam pacto hoc factum est,audi Paulum.Etenim beatus ille est qui hæc diligẽter inquirit,neq; cessat quousq; eorum causas inuenerit, & in omnes diffuderit.Quæ igitur est causa? & quãobrẽ Iudæi tam obstinatè induruerũt?audi inquã illum cui ministeriũ hoc creditum est,& qui hæc aperit,hãc multitudinis soluẽs dubitationẽ.Ignorantes, inquit,iusticiam dei,& quęrẽtes propriam iusticiam statuere,iusticiæ dei nõ sunt subiecti, ꝓpterea ita induruerũt. Et iterũ hoc idem aliter interpretatus, ait: Quid ergo dicemus?ꝙ gentes quæ non sectabantur iusticiã,apprehenderunt iusticiam, iusticiam autem quæ est ex fide:Israël verò sectando legem iusticiæ, in legem iusticiæ non peruenit.Quare?Quia non ex fide, offenderant enim in lapidem offensionis , hoc est,diffidentia eis horum malorũ fuit causa,quam superbia peperit.Cùm enim antiquitus , q̃ gentiles & legem,& dei cognitionẽ,& alia quæ Paulus cõmemorat amplⁱ & perfectⁱ Iudæi habuissẽt,inde post Christi aduentũ eodẽ honore & hos illósq; ex fide vocatos viderẽt,nihílq; circũcisionis gratia post fidẽ se Gentibus superiores,ex arrogãtia in inuidiã exarserunt,& ineffabilẽ immensamq; domini non tulerunt benignitatẽ,quod nulla alia causa,quàm ex superbia & prauitate sua eis accidit . Quid em̃ omniũ stultissimi ob humanitatẽ,clemẽtiamq; in alios collatam offendimini?Nũquid vestra bona aliorũ communicatione minuebãtur?Sed cæca profectò malicia est,quę nihil opportunũ,nihil vtile ítelligere potest[sed quãprimũ omniũ obliuiscitur.] Offensũ itaque ꝙ socios eiusdem habituri essent familiaritatis, cõtra se ensem strinxerũt, & longè à se diuinam abiecerũt benignitatẽ.Nec immeritò.Amice enim,inquit,non tibi facio iniuriã: volo etiam & huic nouissimo dare sicut& tibi.Imò neq; digni sunt hi,quibus ita respõdeatur.Ille em̃ etsi ægrè ferebat , narrare tamẽ poterat totius diei labores,ærũnas , æstus, sudores:hi autẽ quid afferre potuissent,nisi desidiam,luxuriam,iniuriã, vicia,quæ semper omnes prophetæ suis prosecuti sunt accusationibus,quibus nõ minus q̃ gentes deũ offenderunt ? Quod Paulus his verbis significauit:Nõ enim est distinctio Iudæi, & Græci, omnes enim peccauerũt,& egẽt gloria dei,iustificati gratis per gratiã ipsⁱ.in qua epistola & vtiliter admodũ,& scitè hoc caput disputat.Cęterum superius grauiori eos supplicio dignos ostẽdit.Quicunq; em̃ in lege peccauerũt,per legẽ iudicabũtur,hoc est gratuius,quippe qui cũ natura etiã legẽ habent,quæ eos accusat,neq; hac tantùm causa , sed ꝙ fuerunt apud gẽtes authores vt deo maledíceretur.Nomen meũ, inquit,per vos blasphematur inter gẽtes.Cùm igitur hoc maximè eos offenderet,etenim ex circũcisione credentibus nouũ & admirabile videbatur , idcirco Petrũ accusabant cùm ad ipsos à Cæsarea rediret, ꝙ ad homines habẽtes pręputiũ diuertisset,& cum his comedisset.Qui cũ dei intellexissent dispensationẽ, adhuc etiã admirabãtur,quomodo inter gentes donum spiritus sancti diffusum esset,& stupore quodã nũquam tam inopinatã rem se expectasse significabant:hoc cũ intelligeret Paulus maximè eos tangere,in eo immoratur,vt eorũ tam inflatam cõtundat superbiã: & quonam pacto hoc faciat, vide:cùm de gẽtibus disputauerit,ostẽderitq; nullam eas habere excusationem, neq; salutis spem,& accuratè eorum peruersam doctrinam,&immundã vitam accusauerit, ad Iudæos sermonẽ vertit, inde à propheta omnibus collectis,quibus ille asserit sceleſtos quosdã& dolosos,& subdolos,& quasi omnes simul inutiles factos,& neminẽ deũ requirere, & declinasse omnes, & alia huiusmodi,addit:Scimus autẽ quoniam quęcũq; lex loquitur,his qui in lege sunt loquitur,vt omne os obstruatur,& subditus fiat omnis mũdus deo. Omnes em̃ peccauerũt,& egent gloria dei.Quid te effers Iudæe?Quid superbis?etem̃ os tuũ obstrusum est,& tua periit audacia,& cum omni mundo etiã tu factus es subditus,nec secus ac cæteri oẽs vt gratis iustificeris indiges. Oportebat equidẽ & si bonus fuisses,ac multã in deo habuisses fiduciã, neque hoc pacto his qui consecuturi erant,& misericordiã & salutẽ pro humanitate inuidere.Maximæ em̃ prauitatis est, vt aliorũ commoda iniquo animo quis ferat, præcipuè si nullo suo detrimento id fiat.Nã si aliorũ salus

† Iudæorũ & multitudinis.]

Psal. 17.g

Esa. 52.d
Ibid. 65.a

Rom. 11.a

Ibid. 9.g

Rom. 10.a

Ibid. 9.g

Mat. 20.b

Rom. 3..d & 10.c

Ibid. 2.b

Esa. 52.b & Rom. 2.d.

Gal. 2.c

Psal. 5 c & 13.a. & Rom. 3.b.

Rom. 3.c

† poetæ.]

salus tuis cõmodis officeret, esset fortasse dolori tuo indulgendũ , quanquam neq; hoc sapientẽ deceat. Quòd si neq; proximi dãno aliquid tibi lucri , neq; fœlicitate detrimẽti prouenit , quãobrem torqueris si quis gratis salutẽ assequitur?Oportebat sanè,vt dixi,etiã si bonis ac probatis esses moribus,quæ gratis gẽtibus salus elargita sit, eam minimè iniquo animo ferre. Cùm autẽ domino eiusdem sis reus criminis, eúmq; offenderis,alienis cõmodis doles & superbis, tanquã tibi soli sit obnoxius cui gratiã largiatur:hoc profectò non inuidiæ tantũ & arrogãtiæ,sed vltimæ dementiæ est,& quantumuis grauissimis dignũ supplíciis.Superbiam nanq; malorũ omnium in te plantasti radicẽ. Idcirco sapiens principiũ eam peccati, hoc est radicẽ,fontémq; & matrẽ appellauit.per hãc primus homo à beata illa paradisi sede deiectus est, per hanc qui eum decepit diabolus à tãtæ dignitatis fastigio decidit.Quare cum versutus ipse,atq; sceleſtus huius peccati naturã vímq; intelligat , quod ex ipso etiam cœlo possit creaturã deiicere, hanc viam aggressus est. Cùm Adam è tanta gloria deturbauit, quippe cùm deo similẽ eum futurũ polliceretur,superbia extulit , & ad ima præcipitẽ deuoluit. Nihil enim tam alienũ à diuino amore hominẽ reddit.Nihil tam facilè in gehennã intrudit , quàm superbiæ insania, sub qua omnis nostra vita immũda est,quãuis pudicitia, virginitate, ieiunio,orationibus, eleemosyna, quanuis omni denique virtute præstemus. Immundus,inquit,apud deũ omnis superbus.Coërceamus ergo hãc animi elationẽ,hunc fastũ penitus tollamus,si mũdi esse,& eo quod diabolo paratũ est supplicio volumus liberari.Quòd enim superbⁱ eodem quo diabolus cruciatu dãnetur:audi Paulũ, nõ neophytũ, ne in iudiciũ incidat,& in laqueũ diaboli.Quod in iudiciũ?quem in laqueũ? In eandẽ damnationem,& in idem supplíciũ. Quónam igitur pacto hoc euitare discrimen poteris? si tecũ eius naturam,multitudinẽ sceleríi,tormentorum magnitudinem, & eorũ quæ in hac vita pulchra vidẽtur fluxũ, imbecillitatẽq;,nihil à fœno differentẽ, & vernis floribus languidiorẽ reputabis. Si hæ frequẽter animo insederint cogitationes,& eorum qui rectè vixerint meminerimus: nullo nos conatu, nullis vitibus diabolus inflare poterit , neq; occasionẽ vllam aut causam qua nos oppugnet,inuenerit.Bonus autẽ & mitíssimus humiliũ deus,ipse & vobis & nobis cor contritum præbeat & humiliatũ : sic enim & hæc,& alia bona opera de nobis extare poterunt, ad gloriã domini nostri Iesu Christi, per quem & cum quo patri gloria,& spiritui sancto in secula seculorum, Amen.

Homilia ix.ex cap.primo.

IN propria venit,& sui eũ non receperũt. Clemẽtíssimus & benignissimus deus,dilectíssimi, omnia & facit & molitur,vt nos ad sectãdas virtutes illuminet, & vnũquenq; bonũ esse vult,neminem tamen cogit.Suadendo autẽ & benefaciẽdo voluntarios quoscunq; & vltro sequẽtes allicit & ad se trahit. Propterea cùm veniret in mundũ, alij eum receperunt, alij neglexerunt. Nullum enim seruorũ deus vult inuitũ,nullum coactũ:sed eos tantùm, qui sponte sua ipsum optant,ipsum amplectuntur,& gratiã se ei seruitutis habere intelligũt. Homines enim, vtpote quibus necessariò seruorũ opera & seruitio opus est,improbos & dicto non audiẽtes seruos,possessionis iure coërcent. Deus autẽ cùm sibiipsi sufficiat,& nullius indigeat,nostræ dũtaxat salutis gratia omnia operatur,nósq; ipsos nostri arbitrij & iuris esse libere permittit. Idcirco cogit neminẽ, ad nostrã enim tantũmodo spectat vtilitatẽ.Quòd si nolentes ad seruiendũ traheret,nõ secus eos haberet,ac si nullum præstitissent seruitiũ. Quánam igitur causa, dicet quispiã,eos qui ipsi parẽre nolunt,supplicio afficit?Quid minatur gehennã his qui præcepta trãsgrediuntur?Quoniã maiorem in modũ eorũ qui hortatu & suasionibus suis non adducũtur, curã habet:& cum bonus benignúsq; sit,nec resiliẽtes missos facit, neq; fugientes negligit. Quam ob rem cùm priorẽ, hoc est,beneficij viam contẽnamus,nullísq; aut suasionibus,aut prẽmiis obaudire velimus,alterã, pœnę scilicet & supplicij aggreditur, amarissimã quidem, maximè tamen necessariã : priore enim contempta, necessariò secũda agendũ est.Nam & legumlatores multis & grauibus cõtra errantes supplíciis animaduertunt,non tamen eos propterea aspernamur , sed longè magis sanctionũ illarũ gratia veneramur:qui nulla nostra re indigẽtes,vel potius nescij qui futuri sint,qui ex ipsorũ legibus fructũ sint percepturi, tamen vitæ nostræ curã habuerunt:eósq; qui honestè & probè viuunt,laudibus:qui malè & perperam,supplicio prosequũtur,& à sceleribus arcẽt, ac si humanam offendãt societatẽ.Quòd si hos & diligimus,& admiramur , nónne longè magis deus ob immẽsam nostri curã amore nobis cõplectendus est? Etenim maxima & illorũ,& huius erga nos prouidẽtiæ differentia est. Ineffabiles profectò, & quæ omnẽ excedunt cogitationẽ diuinæ bonitatis diuitiæ sunt.Cõsidera quæso, *In propria venit.*nõ suæ necessitatis gratia:sufficiẽs enim est, vt dixi, per se diuinitas , sed ad suorum vtilitatẽ:neq; tamen sui eum ad ipsorũ vtilitatem venientẽ receperunt,sed expulerũt:neq; eum tantùm expulerũt,verumetiã extra vineã eiectũ occiderunt. Non tamẽ dei benignitas eos à pœnitẽtia exclusit,sed tam benignũ, tam facilẽ se eis exhibuit, vt modò velint post tantã iniquitatẽ omnia abluere & delere peccata,per fidem possint, & tanquã nihil vnquam sceleris commisissent, amicis annumerari. Quòd autẽ non falso,neq; inanis spei gratia hęc loquamur,ex apostolo Paulo planissimè cõstat,qui cũ Christũ post eius mortẽ persecutus esset,& eius testẽ Stephanũ multitudinis manibus tradidisset,cùm prius pœnituit,& errata sua cognouit,atq; reprehẽdit:necnon ei quẽ tantopere persecutus erat,se subiecit, & paruit , inter primarios & familiarissimos in prædicatorem & magistrũ vniuersi orbis assumptus est, cùm paulò antè blasphemus fuerit , persecutor, contumeliosus: vt ipse de dei salute benignitatéque exultans,nullo rubore testatur,sed literis tanquã monumento cuidã quæ superiori tẽpore temerè cõmiserat, mandauit:melius ratus pristinã vitam suam ab omnibus accusari , diuini muneris magnitudinẽ ostendendo,quàm si ineffabilem dei benignitatẽ obscurans , errorem suũ palàm gentibus facere veritus esset. Propterea aliquoties persecutiones , insidias, bella, quæ in ecclesia molitus est, meminit, & nunc quidẽ:Non sum dignus vocari apostolus, inquit, eo quòd persecutus sum ecclesiã dei:nũc ꝙ venit Iesus, vt saluos faceret peccatores,quorũ primus ego sum. Et iterum:Audistis meam conuersationem aliquando in Iudaismo,quòd maximè persecutus sum ecclesiam dei, & expugnabã illam. Tanquã enim vicem

Christo

A

B

C

D

1.Tim.3.b

Infr. 21.d

1. Cor. 15. b.

1.Timo.1. c.d

Galat. 1.c

Christo redderet patientiæ, quã ipse in se habuerat, ita prõptè & ingenuè, quantopere à principio Christum oppugnauerit, & quo pacto hostis & inimicus sit salutem cõsecutus, profitetur, ex quo bonã etiam spem desperantibus præbet. *1.Tim.1.d* Nam propterea inquit se misericordiã à Christo consecutũ, vt & patientia, & immensæ bonitatis eius diuitiæ in ipso primùm ostenderẽtur, ad informandũ eos qui credituri erãt in ipso in vitam æternã. Grauiora enim ab ipsis commissa erant, quàm quæ venia digna essent: quæ quidem euãgelista ostendens, inquit: *In propria venit, & sui eum nõ receperũt.* Vnde venit qui omnia implet, qui vbiq; præsens est? Quem locũ aduentu suo vacuum reddidit, qui omnia manu cõprehendit, omnia sustinet? Locũ quidem nullũ. Quo modo enim id fieret? Suo autẽ ad nos descẽsu id fecit? Quoniã etsi in mũdo erat, adesse tamen non videbatur, cùm adhuc nõ cognosceretur: post autẽ seipsum ostendit, cùm nostram carnẽ induere dignatus est, & hanc eius apparitionem & descẽsum, aduentũ appellat. Admiratione profectò dignũ, vt discipulus in magistri sui contumeliis commemorandis nõ erubescat, sed apertè omnia literis mãdet. Etenim non paruũ hoc veritatis est argumentũ. †Nam quẽ pudet, gratia accipientium, non facientiũ contumeliã] pudere oportet. At hic post tantã iniuriam magis etiã claruit, cùm adeò hominibus cõtumeliosis consuluerit. Illi autẽ iniqui & scelesti omni iudicio apparuerũt, cùm tam beneficum, tam liberalem, tanquã inimicũ atq; hostẽ expellerent. Neq; in hoc tantùm sibiipsis obfuerũt, sed quod nõ assecuti sunt, quę essent, si eum recepissent. *Quotquot autẽ receperũt eum, dedit eis potestatẽ filios dei fieri.* Quid non dicis nobis Ioãnes eorũ etiam suppliciũ, qui eum non receperũt: sed tantùm quod sui erant, & in propria veniens, à suis minimè receptus est? qđ autẽ ex hoc eis suppliciũ maneat, silentio pręteriisti. Ita enim maiorem in modũ eos perterrere, & duriciem illam ingratitudinis mollire poteras. Quãnam igitur gratia id subticuisti? Et quódnã maius supplicium esse posset, quàm si in eorũ ponatur arbitrio filios dei fieri, & nolint, sed sponte sua, tanta se nobilitate, tanto honore indignos efficiant? Verùm enimuerò non in hac duntaxat vita cruciabũtur, cùm nihil acceperint, sed in ignẽ etiam dãnabuntur perpetuum, vt in sequentibus patebit. Hoc autem in loco, eum recipientiũ immensa bona breui enarrat: *Quotquot autẽ receperunt eum,* inquit, *dedit eis potestatem filios dei fieri.* Siue serui sint, siue liberi, siue Græci, siue Barbari, siue sapiẽtes, siue insipiẽtes, siue viri siue mulieres, siue pueri siue senes, siue nobiles siue ignobiles, siue diuites siue pauperes, siue principes siue priuati, omnes, inquit, eodẽ dignati sunt honore. Fides enim & spiritus sancti gratia, mortaliũ omniũ diuersitatem cõprehendens, in vnam redigit formã, & vno regio charactêre imprimit. Quid huic humanitati par? Rex qui ex eodẽ quo nos luto formatus est, conseruos qui eandẽ cum ipso naturã cõmunicant, & nõnunquã melioribus prẹditi sunt moribus, nõ dignatur in exercitũ suum adscribere, si seruili sint conditione. Vnigenitus autẽ dei filius neque publicanos, neq; magos, neq; seruos, & his etiã despicatiores, & pauperiores homines, nõnullos etiã mãco, distorto, & sordido corpore in filios accipere non dedignatur. Tãta fidei vis, tanta gratiæ exuberãtia: & quẽadmodum ignis si metallorũ terrã attigerit, eam quã-

† Alioqui quem pudet, gratia facientium contumeliã, non accipientiũ.]

A primum aurũ reddit: sic & lõgè magis pro luteis aureos eos baptisma facit, quos abluerit, cùm spiritus sanctus tanquam ignis illa ipsa hora animos nostros ingrediatur, & terrena absumpta similitudine cœlestem illã nouam & clarã tanquã ex fornace fulgentem referat. Et cur nõ dixit, Fecit eos filios dei fieri? Vt ostẽderet multa nobis opus esse diligẽtia, vt adoptionis nobis per baptisma impressam imaginẽ, puram seruemus atq; intactã. Prẹterea ꝙ nemo hãc nobis potest auferre potestatẽ, nisi primùm nobisipsis abstulerimus. si enim qui ab hominibus authoritatẽ aliquã accipiunt, tantum ferè possunt, quantum qui dederint: longè magis nos qui hũc à deo honorẽ assecuti sumus, si nihil hac indignum fecerimus potestate, omniũ erimus potẽtissimi: cùm qui hoc nos honore dignatur, inter omnes maximus sit & præstantissimus. B Simul autẽ declarare voluit gratiam nõ temerè, neq; sine labore nostro in nos infundi, sed cũ ipsi volumus, cũ eam inquirimus. In nostra enim potestate est filios dei fieri. Quippe nisi primùm ad eã accipiendã prõptum animũ exhibeamus, neq; diuinum ad nos munus accedit, neq; quicquã in nobis operatur. Vbiq; igitur non violentũ, non coactũ, sed voluntariũ penitus & liberũ nobis ostẽdit arbitriũ, *Liberum arbitriũ.* quod in hoc loco significauit. In ipsis enim arcanis & supernis bonis, dei quidẽ est, dare gratiã: hominis autẽ, fidẽ exhibere. Præterea in subsequẽti tempore nõ parua opus est diligẽtia. Siquidẽ ad animæ puritatem seruandã, nõ satis est baptizari dũtaxat & credere: sed si perpetuò ea frui mũdicia & pulchritudine volumus, dignã se vitã exhibere oportet. †Talẽ se nobis deus exhibuit. *†Hoc autem in nobis effecit ipse deus.]* C Quòd enim per mysticã generationẽ omni priori crimine abluamur, per baptisma nobis largitus est. Quòd autẽ in puritate mẽtis in posterũ perstemus, neq; vllis amplius sordibus vitã coinquinemus, nostræ virtutis est & diligẽtiæ. Idcirco & generationis modũ memorat, & carnaliũ partuũ cõparatione hãc significat excellentiã, cùm inquit: *Qui nõ ex sanguinibus, neq; ex volũtate carnis, neq; ex volũtate viri, sed ex deo nati sunt.* Hoc autẽ fecit, vt vilitate & humilitate prioris partus ex sanguinibus, & carnis volũtate, & magnitudine præstãtiáq; alterius qui ꝑ gratiã fit, cognita, magnũ quiddã inde de deo & genitoris nostri beneficio sentiamus, neq; paruã deinceps curã adhibeamus: verùm maiorẽ in modũ nobis formidandũ est, ne pulchra hac stola, segnicie postmodũ & sceleribus nostris sordidata, è cubiculo thalamóq; eiiciamur: vt quinq; illę virgines fatuę, & *Mat.25.a* D is qui nuptialẽ vestẽ nõ habebat: siquidẽ ille ex cõuiuis erat, *Ibid.22.b* Inuitatus enim & ipse fuerat. sed quoniã inuitatus, & tãto acceptus honore, dominũ q̃ se inuitauerat cõtumelia affecit, audi quã miserã, quàm luctuosam pœnã dederit. Cùm enim ad tam splẽdidã, & tã lautã mensam veniret, nõ modò cõuiuio prohibitus est, verùm & manibus ligatis & pedib⁹ in tenebras mittitur exteriores, vbi & ꝑpetuus fletus est, & stridor dentiũ. Nolimus igitur, nolimus inquã dilectissimi, fidẽ nobis ad salutẽ satis esse existimare. Nã nisi vitã purã exhibuerimus, & hac cœlesti vocatiõe digna nos induerimus vestimẽta, quibus ad nuptias admittamur: nihil nos eripiet, quin eodẽ quo miser ille afficiamur supplicio. Etẽm indignũ est, cũ deus & rex viles & abiectos, & nullo honore dignos homines cõuocare, & à triuio ad mẽsam suã accersere non erubescat: nos tantã præferamus temeritatẽ, vt

ne tanto

ne tanto quidẽ honore allecti, meliores efficiamur, A sed post vocationẽ in eadem perseueremus malicia, adeóq; in incredibilẽ vocantis insaniamus humanitatem. Non enim idcirco nos ad spiritalem hanc, & verendam mysteriorũ vocauit societatem, vt veteri coinquinati malicia ingrediamur: sed vt omni abiecta turpitudine, non indignas regiis cõuiuiis vestes induamus. Quòd si ea vocatione digna facere nolimus, non ei qui talem obtulit honorẽ, sed nobis imputemus. Siquidẽ non ille nos à tam admirabili conuiuarum cœtu, sed nosipsos eiicimus. Ille quod suũ fuit, summa parauit diligẽtia: nuptias fecit, mensam sterni iussit, seruos vocatum nos misit, veniẽtes benignè, & maximo honore accipere dignatus est: nos autem ipsum, cõuiuas, nuptias, sordidarum vestium cõtumelia, hoc est, sceleribus nostris afficiẽtes, non iniuria eiicimur. Hoc enim pacto & nuptias, & cõuiuas honorat, B cum temerarios & impudẽtes expellit, aliter reliquos inuitatos offenderet. Sed absit, vt quispiam talẽ experiatur vocationẽ. Idcirco priusquam hęc fierent, mandata sunt literis, vt earũ minis perterriti, nostros cõpesceremus affectus, neq; hanc ignominiam ad supplicium re ipsa, sed verbotenus experiri sineremus. Candida igitur & pura stola induti in vocationẽ illam proficiscamur, quã vtinam omnes consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem & cum quo patri simul & spiritui sancto gloria in secula seculorum, Amen.

Homilia x. ex cap. primo.

ET *verbum caro factum est, & habitauit in nobis.* Vnum vos in præsentia antequã ad euãgelica verba veniamus rogatos volo, id ne cõtẽnatis, obsecro. Quippe cùm nihil graue, nihil factu C difficile petamus, neq; accipienti mihi solũ vtile, verùm exhibentibus vobis longè vtilius. Quid igitur à vobis cõtendimus? vt vna dierũ in hebdomade, vel saltẽ sabbato, curę vobis sit euãgelicas legere lectiones, quas ante has cõciones in manibus habere, domi frequẽter repetere, earũ diligẽter sensum disquirere, quid clarũ, quid obscurũ in his sit, adnotare velitis, quid pugnare videatur, cùm nõ pugnet: ita omnibus penitus examinatis, his vos cõcionibus quàm attẽtissimos exhibeatis. Hoc pacto non parũ vtrisq; nostrûm emolumẽti prouenerit. Siquidẽ nobis non multo opus erit labore, vt euãgelij vim ostẽdamus, cùm domi ipsam vobis sententiã quantùm ad verba iam familiarẽ reddideritis: vos autẽ & acutiores & perspicaciores efficiemini, non ad audiendũ, & doctrinam duntaxat percipiendã, sed & ad docẽdum D alios. Nam multi in præsentia hic audiunt, qui simul omnia & euãgelij verba, & quæ super his à nobis dicuntur, memoriæ mandare conãtur: non tamen etiã si annũ in hoc consumeremus, admodũ proficerẽt. Quam ob rem? quoniam obiter ac negligẽter, & in sola tantùm ecclesia breui tẽpore meis vacãt sermonibus. Quòd si qui sunt qui negotia occupationésq;, & publicarũ priuatarúmq; rerũ curas causantur: Primùm in hoc non parũ errant, ꝙ in tot rebus versantur, & ita semper secularibus negotiis affixi sunt, vt ne minimũ quidem in his quæ maximè necessaria sunt, studium impendant. Deinde friuolã & nullius momenti excusationẽ afferunt, cùm ipsos reprehendere hac in parte eorũ cum amicis possent consuetudines, & moræ in theatris, & consessus, vt equorum certamina speculẽtur, in quibus sæpenumero diem totum consumunt: non tamen in his alias causantur occupationes. Præterea rebus vilibus omni reiecta excusatione diligẽs adhibere studiũ potestis: diuinis autẽ si quãdo vacandũ est, adeò vobis inutilia & nullius momenti videntur, vt ne minimã quidem curã in his ponendã ducatis: & quónã pacto, qui ita sẽtiunt, spirare, solẽmve cõspicari digni sunt? Est & alia his oscitantibus inepta excusatio, librorũ videlicet inopia. Et diuitibus quidẽ ad hoc respõdere ridiculum est. Verùm cùm multos pauperes hac frequẽter excusatione vti existimẽ, cum his parũper iocari, atque ita eos percõtari placet, nũquid omnia artis suæ habeant instrumẽta, etsi inopia in his comparandis admodum impediãtur: nónne igitur absurdum est, hîc non causari paupertatẽ, sed diligenter attẽdere, ne quid sibi ad artẽ suam necessariũ deficiat: vbi autem tantam sint consecuturi vtilitatẽ, occupationes deflere, & inopiã? Verùm si quis tam pauper esset, vt nullo pacto libros sibi cõparare queat, ei ex cõtinua quæ hîc habetur lectione, nihil ex diuinarũ literarũ sententiis ignorare licet. Quod si impossibile vobis videtur, non immerito videtur. plerique enim paruã his sermonibus attentionẽ adhibent, sed vix paucis auditis, quãprimùm domum reuertuntur: si qui remanserint, nihilo his qui abierunt meliores, corpore solo adsunt. Sed ne amplius querimoniis vos tædio afficiã, & tempus frustra conterã, agitẽ euangelium aggrediamur. Tẽpus enim iam propositis verbis nostram accõmodare orationẽ. Sed excitemini quęso, ne quid vos prætereat. *Et verbũ caro factũ est, & habitauit in nobis.* Cùm dixisset ex deo natos, & filios dei factos, qui eum receperũt: tãti honoris causam adiecit, Quòd verbũ caro factum est, & serui formã dominus accepit. Factus est enim filius hominis dilectissimus dei filius, vt filios hominũ filios dei faceret. Supernũ nanq; cum humili copulatũ est, illud quidem nullo in propriam gloriã detrimento affectũ: hoc autẽ ex multa elatum humilitate, quod certè in domino factũ est: suam nanq; naturã descensu suo nihilo inferiorẽ reddidit, nos autẽ cùm in ignominia ante & in tenebris essemus, ad supernam erexit gloriã. Nõ aliter quàm cùm rex inopẽ mendicúmq; studio & beneuolentia quadã alloquitur, nihil se indignum facit, illum verò omnibus admirandum reddit: ꝙ si in *cõtingenti hominũ dignitate nihil honoratiorem abiectioris cõsuetudo offendit, multò minus immortalem illã substãtiam, cùm nihil non proprium habeat, nihil aduẽticium, nihil quod adsit & absit, cùm omnia bona firma, stabiliáq; in æternum possideat: itaq; cùm audieris, Et verbũ caro factum est: ne perturberis, néve titubes: non enim substantia transiuit in carnẽ, hoc etiam cogitatu impiũ est: sed eadẽ permanens, serui formã accepit. *Phili. 2.b* Sed quãnam gratia hoc verbo, factũ est, vtitur? Vt hæreticorũ os obstruat. Cùm enim sint, qui dicant imaginationem quandam & figmentum esse, quæcunq; de incarnatione feruntur: ab ipso principio eorum excludens blasphemiam factũ esse asserit, neq; substantiæ mutationẽ, quod absit, sed veræ carnis vult acceptionẽ ostendere. Quẽadmodũ enim cùm inquit: Christus *Galat.3.b* nos redemit ex maledicto legis, factus pro nobis maledictũ: nõ intelligit substantiã eius à propria gloria separatã in maledictũ versam: hoc enim neq; dęmones ipsi, neq; stultissimi & naturali sensu penitus carentes opinarẽtur, tantã ea opinio saperet vnà cum

**ἐπεισάκτοις asciticia, aduenticia.*

impietate

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

impietate stultitiã. Nõ igitur hoc dicit,sed ꝙ pro no-
bis maledictũ accipiens, nõ sinit nos amplius male-
dictos esse. Itidẽ hoc in loco, carnẽ inquit ipsum fa-
ctum esse:non quòd mutauerit carne substantiã,sed
quòd carnẽ accepit,nulla parte coinquinata substã-
tia. Quòd si qui dicerẽt omnia in dei esse potestate,
& idcirco in carnẽ potuisse transferri, id eis respon-
debimus: Deũ profectò omnia posse, quousq; deus
permanet: si autẽ mutaretur & in deterius,quónam
pacto deus amplius esse posset? Lõgè em̃ ab immor-
Psal.101.d. tali illa natura est trãsmutatio. Vnde propheta:Oẽs,
inquit,vt vestimentũ veterascẽt,& sicut opertorium
mutabis eos,& mutabũtur:tu autem idem ipse es,&
anni tui non deficiẽt.Hæc enim substãtia omni mu-
tatione superior:nec quicquã est ea præstãtius vt ad
id proficiẽdo perueniat.Sed quid dico præstantius?
Neq; est quicquã deo par. Nihil ei, ne minima qui-
dem in re æquiparatur.Sequitur ergo ipsum in dete
rius mutatũ esse,si mutatus esset.Hoc autẽ nullo pa-
cto deus esset,sed blasphemia, quæ in eorũ qui hæc
dicerent, caput verteretur. Sed quoniã propter hoc
duntaxat, factũ est,inquit,ne id opinareris,animad-
uerte ex his quæ sequũtur, quo pacto rationẽ illam,
& prauam omnẽ auferat suspicionem.Subdit enim:
Et habitauit in nobis, tãtùm non dicẽs, nihil absurdum
suspiceris,cùm factũ dicimus.Nõ enim immutabilis
illius naturæ mutationẽ,sed diuersoriũ & habitatio-
nem [mutatã] dixi. Habitare autẽ non idẽ est quod
habitatio,sed alterũ in altero habitat,aliter non esset
habitatio.Siquidẽ nihil in seipso habitat. Alterũ dixi
secundum substantiã:vnitate nanq; & cõiunctione
vnũ est,deus verbũ,& caro:non cõfusione,aut inte-
ritu substantiarũ, sed arcana quadã & inexplicabili
vnitate. Quo modo autẽ hoc sit,noli disquirere, fa-
ctum est vt ipse nouit.Sed quámnã habitationẽ ha-
Amos.9.c bitauit, audi prophetã: Suscitabo tabernaculũ Da-
uid, quod cecidit. Cecidit profectò natura nostra,
eo casu vt restitui nullo pacto à quoquã, nisi ab illa
potẽtissima manu posset: neq; enim aliter exurgere
poterat, nisi qui in principio eam effinxerat, manũ
porrexisset, & cœlitus aquæ & spiritus regeneratio-
nem informasset. Et animaduerte quæso admirãdũ
atq; arcanũ mysteriũ, perpetuò enim hoc habitat ta
bernaculum.Carnẽ nostrã induit, non vt rursum di
mitteret, sed omni cum ea tẽpore habitaturus:aliter
enim regio eã throno fecisset indignã, † & omnium
angelorum exercitui,angelis,& archãgelis,thronis,
dominationibus,principatib⁹,potestatibus inferiorẽ
cõstituisset.] Quæ oratio,quæ mens,quantũ honorẽ
humano generi deus exhibuit, mirificũ profectò &
admirandũ, explicare poterit?quis angelus?quis ar-
changelus?nihil quod in cœlis est,nihil quod in ter-
ra.Eiusmodi enim dei in nos beneficia sunt,tam ma
gna,tam excellentia, vt non solùm mortaliũ linguã,
sed angelorum virtutẽ eorum exuperet explanatio.
Quã ob rem iam orationi nostrę finẽ imponemus,si
prius vnũ vos faciemus admonitos,vt scilicet ei vicẽ
reddamus, qui tam bene de nobis meritus est:quod
si fecerim⁹,ad nos rursus omne lucrũ referetur. Tũc
autẽ ei vicẽ reddiderimus, cùm anima nostra nobis
curę fuerit.Et profectò in hoc quoq; domini videre
licet benignitatẽ, qui cùm nemine nostrũ indigeat,
referri tamẽ sibi vicem dicit,cùm animã nostrã non
neglexerimus.Quare vltimæ amẽtiæ est, & innume
ris dignũ suppliciis, nisi pro viribus contẽdamus ta-

† nec ipsã ferens ab omni superiore adoraretur exercitu, angelis, archãgelis, thronis, dominationibus, principatibus, potestatibus.

les nos exhibere,qui tãto frui honore mereamur.Et
maximè cùm operum nostrorũ ad nos omnis redi-
tura sit vtilitas, & multa præterea nobis bona propo
nãtur,pro quibus omnibus gloriã diuinæ demus cle
mentiæ,nõ verbis solùm,sed re ipsa:vt futurorũ bo-
norũ fiamus participes,gratia & benignitate domini
nostri Iesu Christi, per quẽ & cum quo patri gloria,
simul & spiritui sancto in secula seculorum,Amen.

Homilia xj.ex cap.primo.

ET *vidimus gloriã eius,gloriã quasi vnigeniti à pa-
tre plenũ gratiæ & veritatis.* Fortasse vehemẽ-
tius quã opus sit, nuper vobis & graues visi
sumus & molesti,acrioríq; contra vos & desidiã ve-
stram accusatione orationẽ nostrã prosecuti sumus.
Quod si ea tãtùm gratia fecissemus,vt dolore affice-
remini,non immerito esset ab omnibus iniquo ani-
mo ferendũ.Verùm si cùm omnium vestrũ commu
nem spectaremus vtilitatẽ,vestrã nobis cõciliare gra
tiam cõtempsimus,si non voluntati nostræ veniam,
saltẽ,si æqui iudices eritis, amori dabitis. Etenim nõ
parua nos formido incessit, ne quando orationi no-
stræ negligentius vobis aures adhibẽtibus,attẽtione
& industria remissiore grauius in vos diuinã irrita-
retis indignationẽ.Quam ob rem frequẽter vos ex-
citare adnitimur, & somnũ excutere, vt ne minimũ
quidem cõcionis nostræ verbũ inauditũ prætereat.
Hoc enim pacto fidẽter & hanc vitã agere, & in die
illa ante Christi tribunal impauidi adesse poterimus.
Cùm igitur superiori die satis vos admonitos feceri-
mus, agitè hodie ab his verbis exordiamur. *Et vidi-
mus*,inquit,*gloriã eius,gloriã quasi vnigeniti à patre.* Cùm
dixisset euangelista nos filios dei factos,neque aliter
quàm per verbũ quod caro factum est: alterũ item
emolumẽtum affert,quod inde cõsequimur. Quíd-
nam id est? Et vidimus gloriam eius, gloriam quasi
vnigeniti à patre.Non vtiq; visuri,nisi per sociũ cor-
pus nobis apparuisset. Nã si Iudæi gloriosam Mosi, Exo.34.d
cùm nostræ esset naturæ particeps, faciẽ conspicari
non potuerunt,sed homini etiã iusto opus fuit vela-
mento,quod eius gloriæ magnitudinẽ obumbraret,
vt illis qui eius aspectũ non perferebãt, spectabilem
redderet:quónam pacto nudã & ipsis supernis virtu
tibus inaccessibilem diuinitatẽ, nos ex luto & terra
facti ferre possemus?Idcirco habitauit in nobis,vt ad
ipsum accedere,cum ipso loqui & cõuersari audẽter
liceret. Quid autẽ significat,gloriã quasi vnigeniti à
patre? Quoniam multi etiã prophetarum glorificati
sunt:vt idem ipse Moses, vt Elias,vt Helisæus:ille ab 4.Reg.2.b
igneo curru tractus,hic autẽ simpliciter receptus:&
post hos Daniel,& tres pueri,& alij complures qui-
cunque miracula fecerunt,& angeli qui hominibus
apparuerũt,& suæ naturæ clarissimam lucẽ spectan-
tibus ostenderunt.Neq; angeli solùm, sed & Cheru
bin & Seraphin multa cum gloria à propheta visa
sunt.A quibus omnibus hoc in loco euangelista ab-
duxit, & à creatura & conseruorum nostrorũ clari-
tate mentibus nostris amotis,in ipso nos bonorũ cul
mine constituit:ac si dicat, Non prophetæ,non an-
geli, non archangeli, non cœlestium virtutum, non
creatæ alicuius naturæ,non cuiuspiã alterius rei, sed
ipsius domini, ipsius regis, ipsius dilectissimi vnige-
niti filij gloriã vidimus. Id autem verbũ, *quasi, hoc * ὡς.i.tanquã,quasi.
in loco nõ similitudinis est,neq; parabolæ,sed con-
firmationis & definitionis certissimę,quasi dicat:Vi-
dimus gloriã qualem deceat & credibile sit habere
vnigenitum,

vnigenitũ, & dilectissimũ omnium regis dei filium.
Neq; hoc loquendi genus præter morẽ inuenitur.
Neq; recusabo à communi etiam consuetudine id
cõfirmare. Neq; enim ad verborum speciẽ ,neq; ad
cõpositionis ornatum propositũ est nobis in pręsen-
tia orationẽ habere,sed ad vestrã duntaxat vtilitatẽ.
Quapropter nihil prohibet ex vulgi verbis hunc di-
cendi morem ostẽdere.Quónam pacto?Qui regem
aliquãdo preciosissimo cultu ornatum,preciosísque
vndique fulgentẽ lapidibus conspicati,aliis speciem
illam ac maiestatẽ enarrare volunt, purpureũ florẽ,
gemmarũ magnitudinẽ,albas mulas,auratos currus,
solium adstantiũ oculos nimio fulgore perstringẽs,
pro viribus enarrãt.Cùm verò & his & aliis collectis
cultum illum omnẽ maiestatémq; verbis cõprehen
disse sibi non videãtur,cõtinuò addunt: Quid mul-
tis opus est? vno verbo dicã,quasi rex. Cùm ex hoc
verbo,quasi,non regi similem,sed ipsum regẽ velint
significare:ita hoc in loco euangelista, quasi,inquit,
ad gloriæ maiestatẽ & incõparabilem excellentiam
significandã.Reliqui nanq; omnes & angeli,& pro-
phetæ,iussi omnia operabãtur,ipse autẽ ea potestate
quæ & regẽ deceret & dominum.Quod quidem &
Matt.7.d turbæ admiratæ sunt, ꝙ doceret eos sicut potestatẽ
habẽs. Apparuerunt itaq;, vt dixi, etiam angeli cum
gloria multa in terra:vt in Daniele,in Dauid,in Mo
se,sed tanquã serui, & qui domini mãdata exeque-
rentur: ipse autem tanquã omniũ dominus & prin-
ceps: & licèt sub vili & abiecta specie se ostendisset,
creatura tamen dominũ suum agnouit.Quónam pa
Matt.2.a cto?Stella è cœlo Magos vocauit,qui eum adorarẽt.
Angelorũ cœlestium cœtus in terra apparuerũt,qui
Luc.2.b.c & domino seruirẽt,& eum laudarent.Alij item præ-
cones surrexerunt, omnes admirabile hoc mysteriũ
euangelizantes.Pastoribus enim angeli, ciuibus pa-
stores,Mariæ & Elizabeth Gabriel, his qui in tẽplo
erant,Anna & Simeon annunciauerũt. Nec viri tã-
tùm & mulieres lætati sunt,verùm etiam infans nõ-
dum in lucẽ editus. Ciuis inquam eremi, & eodem
quo hic euãgelista nomine appellatus,adhuc in vte-
ro matris gaudio exultauit, & omnes spe maximè
erigebãtur,& hęc quidẽ circa partus tẽpora.Verùm
cùm seipsum magis ostendit, lõgè prioribus maiora
miracula apparuerũt.Siquidẽ non amplius stella,nõ
cœlũ,non angeli,non archangeli, non Gabriel,non
Matt.3.d Michaël,sed ipse eum cœlitus pater prędicauit:& cũ
patre ipse paracletus vnà cum voce in ipsum descen
dens,& manens super eũ. Hac profectò gratia dice-
bat:Vidimus gloriã eius,gloriã quasi vnigeniti à pa-
tre.Accedit ad hoc ꝙ non pastores tantùm,neq; vi-
duę,neq; senes nobis Christum annunciant:sed ipsa
quoq; rerum vox omni tuba clarius proclamat,quæ
tãta fuit,vt quãprimum hic quoq; exaudiretur,abiit
Matt.4.d enim in Syriã auditus eius, inquit. Tunc cœlũ terra
facta est,cùm cœli dominũ contineret,quem omni-
bus manifestauit, vbiq; clara voce professa, cœlorũ
regẽ aduentasse.dæmones enim vndique exilientes
diffugerunt, diabolus oppressus abscessit, ipsa mors
primùm succubuit, mors penitus abolita est, omne
morborũ genus disperiit. Siquidẽ mortuos emise-
runt sepulturæ,insanos dęmonia,ægrotos morbi re-
liquerũt: & plurima admirationis plena & stuporis,
& præter omnium expectationẽ apparuerũt,& quæ
non immeritò desiderarũt videre prophetæ, & non
viderunt. Videre enim licuit formatos oculos,& qđ

in omniũ votis esse poterat, videre scilicet quónam
pacto Adã deus de terra effinxerit,id breui omnib⁹,
& in potiore corporis parte ostẽsum est. Mẽbra prę-
terea dissoluta restitui,& corpori aptè conglutinari,
manus emortuas moueri, pedes dissolutos repentè
prosilire,surdas aures aperiri, & mutam linguã clara
voce proloqui.Siquidẽ quemadmodũ optimus ar-
chitectus domũ situ & vetustate labantẽ,ita cõmuni
hominũ natura accepta , eius perditas restituit par-
tes,disiũcta & abscissa copulauit: & quæ prorsus ce-
ciderãt,erexit.Quid autẽ opus est,vt animæ forma-
tionẽ lõgè corpore admirabiliorẽ verbis prosequa-
mur?Magna sanè corporis † præstãtia,anima] tamen *† sanitas*
tantò præstãtior,quãtò corpore melior. Neque hac *animæ.]*
tantùm ratione,sed quoniã corporis natura,quocũ-
que ipsam opifex ducere velit,eò sequitur,neq; resi-
stit:anima autẽ sui iuris vim in se habet operãdi, ne-
que vlla in re deo,nisi velit obtẽperat:inuitã enim&
coactã minimè vult deus bonã,& virtutibus prędítã
reddere:neq; id animæ virtuti esset adscribendũ,sed
spõte sua bona sit,& sibi virtutẽ cõplectendã persua
deat oportet. Quãobrem difficilior huius est, quàm
illius cura. Veruntamen omnis emendata est,omnis
fugata malitia: & quẽadmodũ corpora bene curata
non in bonã tantùm valetudinẽ, sed in bonũ pristi-
num habitũ restituuntur:itidem animas deus non à
viciis solùm purgauit, sed ad ipsum etiã virtutis ca-
cumen extulit: & publicanus apostolus factus est:
persecutor, blasphemus, calũniator, orbis terrarum
prædicator apparuit:Magi Iudæorũ magistri effecti:
latro paradisi ciuitate donatus:meretrix fide incredi
bili effulsit: Cananæa & Samaritana & ipsa fornica-
trix,hæc ad ciues suos prædicatoris munere functa,
ciuitatẽ totã irretiẽs,vniuersos in Christi fidẽ traxit.
Illa fide & sedulitate effecit,vt filię anima à malo dæ
mone liberaretur. Et alij longè his peiores statim in
discipulorũ numerũ accepti,omnes repẽtè corporis
ægritudines, omnes animi affectus mutauerũt,& in
sanitatẽ,ipsúmq; virtutis apicẽ euaserũt.Nec duo tã-
tùm,aut tres,non decẽ,non centũ,sed totę ciuitates
& gẽtes facillimè Christi fidẽ acceperũt. Quid ego
præceptorũ sapientiã,cœlestium legũ virtutem, an-
gelicæ vitæ disciplinã enarrem? Talem enim nobis
vitã proposuit, tales apud nos leges cõdidit, & tales
mores instituit,vt qui his vtẽtur, angelorũ mox na-
turã induant:& quantùm homini liceat,deo similes
reddãtur,etsi omnium hominũ maliciã excesserint.
His igitur omnibus ab euãgelista collectis, in corpo
rib⁹ videlicet & in animis,in elemẽtis,Christi mira-
culis,pręceptis arcanis illis,& cœlo altioribus donis,
legibus, moribus, persuasionibus,futurorũ promis-
sionibus,eiúsq; tormẽtis & cruciatibus,in admiran-
dam hãc & cœlestis doctrinæ plenã vocẽ prorupit:
*Vidimus gloriã eius, gloriã quasi vnigeniti à patre plenum
gratiæ & veritatis.* Neq; enim miraculorũ gratia Chri
stũ dũtaxat admiramur,sed & passionis,vt cùm affi-
xus est cruci, flagellis & alapis cæsus, & insputus ab
his,de quibus tam bene merebatur.Siquidem in his
ipsis,quę probri & ignominiæ plena esse videbãtur,
ipsum rursus verbũ clarissimũ apparuit,hoc Ioannes
gloriã appellauit. Nõ enim charitatis solũ & amoris
fuerat, sed immensæ etiã virtutis. Tunc enim mors
abolita est,maledictũ periit, dæmones confusi sunt,
& de his triumphatũ est, chirographũ cruci affixũ.
Verùm cũ sensu ipso visus hæc non deprehẽderen-
tur,

Universidad de Deusto Biblioteca

tur,etiam corporea ipſum vnigenitum dei filium, & totius naturæ dominum certiſſimè demonſtrarunt. Quippè cùm primùm ſanctiſſimũ corpus cruci affixum eſt,ſol radios abſcõdit, vniuerſa terra concuſſa & tenebris operta eſt,ſepulchra aperta ſunt, & mortuorum multitudo ſurrexit, & ciuitatẽ ingreſſa eſt: & cùm lapis monumẽto impoſitus eſſet:& cuſtodes adhibiti,qui in crucẽ ſublatus, qui clauis affixus,qui mortuus erat,reſurrexit.Pręterea poteſtate multa vndecim implẽs diſcipulos, per vniuerſum orbẽ dimiſit,qui humano generi ad meliorẽ frugem vita directa mederentur, & cœleſtis doctrinæ cognitionem quocunq; terrarũ diſſeminarent,dęmonum euerterent poteſtatẽ,magnas illas & arcanas diuitias edocerent, nobis animæ immortalitatem, ſempiternam corporis vitã,& quæ intellectum noſtrum excedũt, nunquam finẽ habitura præmia annunciarent.Hæc & alia plura reputans beatus hic euangeliſta, quæ is quidem nouit,ſcribere autem nõ eſt auſus, eo quòd [Ioã.vlt.g] mũdus ea nõ caperet: Omnia enim,inquit,ſi ſcribãtur per ſingula,nec ipſum arbitror mundum capere eos qui ſcribẽdi ſunt libros. Hæc inquã omnia reputans exclamauit:*Vidimus gloriã eius,gloriam quaſi vnigeniti à patre,plenũ gratiæ & veritatis.* Qui igitur tanta & tam admiranda audire, & tot muneribus frui meriti ſunt,eos etiam vitã ea dignã doctrina exhibere oportet,vt illis fruãtur bonis.Idcirco dominus noſter Ieſus Criſtus in mundũ venit,vt non ſolùm in hac vita eius gloriam,ſed futurã quoq; videamus. Propterea [Infr.17.d] inquit: Volo vt vbi ego ſum,& ipſi ſint, vt videãt gloriam meam. Quæ ſi tam clara, tam eximia eſt,quídnam de ea quiſpiam diceret?Non enim nobis degẽtibus in hac terra corruptibili,neq; in fluxis & caducis corporibus in quibus ſumus, ſed in perpetua & immortali creatura apparebit,& tanto ſplendore, vt nulla poſſit ratione cõprehendi. O beati, ter inquã & ſæpius, qui gloriæ illius digni habiti ſunt ſpectatores fieri, de qua exclamãs propheta inquit: [Eſa.26.b] Tollatur impius,ne videat gloriam dei. Sed abſit,hoc cuiquam veſtrũ accidat,vt eam aliquando non videat: ad quam aſſequendã niſi ſumma vtamur diligentia, poſſemus ſanè dicere,bonũ eſſe ſi nati non eſſemus. Quid enim viuimus?Quid ſpiritũ ducimus?Quid ſumus,ſi illo priuamur aſpectu,ſi dominus noſter tunc à nobis videri non permittetur?Nam ſi illi qui Solis lucẽ conſpicari nequeunt, omni morte miſeriorem vitam degunt,quid eos perpeti credendũ eſt,qui illa luce priuantur? Siquidem in hoc ſeculo cæcitatis duntaxat damnũ eſt,in illo autẽ non in viſu tantùm lædimur:quanuis hæc ſola priuatio ſit grauiſſima,vt neq; etiã ſic par eſſet ſuppliciũ: ſed tantò id grauius, quantò ſol ille quàm hic eſt ſine comparatione pręſtantior. Verùm aliud quoque ſupplicium expectandum eſt,quippe qui luce illa caruerit, non modò in tenebras intrudetur,ſed perpetuò ardebit, cõſumetur,dẽtibus ſtridebit, innumeris pœnis cruciabitur. Nolimus,quæſo,noſipſos contẽnere, & breui huius vitæ deſidia in ęternũ damnari ſupplicium,ſed vigilemus,ſobrij ſimus, omnia & faciamꝰ, & operemur, vt æternis illis potiamur bonis,& fluuium illũ igneo flagrore perfluentẽ ante horrendũ Chriſti tribunal longè diffugiamus: in quem qui ſemel inciderit, ei nunquã reditus datur.Nemo eum inde, non parentes,non frater,eximere amplius poterit, quod & ipſi [Pſal.48.d] prophetæ clamitant,vnus quidẽ dicẽs:Frater nõ re-

A dimit, redimet homo? Ezechiel verò quiddã etiam amplius:Si ſtaret Noẽ & Iob & Daniel, filios ſuos & [Ezechiel. 14.c] filias non liberarent. Siquidem vnum duntaxat illic patrociniũ eſt, operum videlicet, quo qui caruerit, aliunde nuſquam ſaluti locus eſt.His itaq; frequenter animo agitatis,vitam noſtram nullis coinquinatam ſordibus,clarã,mundámq; reddamus,vt fidẽter dominũ noſtrum cernere, & promiſſa aſſequi bona poſſimus, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti,per quem & cum quo patri gloria, ſimul & ſpiritui ſancto in ſecula ſeculorum,Amen.

Homilia xij.ex cap.primo.

IOannes teſtimonium perhibet de ipſo,& clamat,dicens:Hic erat quẽ dixi,qui poſt me *vẽturus eſt,ante me factus eſt,quia prior me erat.* [* ἐρχόμενος. i. qui venit,aut venturus eſt. ſic & in ſequentibus.] Nunquid fruſtra currimus?fruſtra laboramus?nunquid ſuper petram ſemen iacimus?nũquid ſecus viam,an inter ſpi- B nas nobis inſciis ſemina cadũt?Anxij enim ſumus,& maiorẽ in modũ formidamus, ne agricultura nobis ſterilis euadat. Neq; hoc dico quòd verear ne in laboris huius mercede capiam detrimentũ:non enim eadẽ cõditione,qua agricolæ,ſunt verbi diuini præceptores. Siquidẽ agricolæ poſt annuos ſudores & miſerã illam laborioſámq; vitam, ſi terra aliquando pro operis in ſe impenſis non reſpõdeat, nemo alius eius damnũ inſtaurare poteſt,ſed pudibũdus,triſtíſque ab area domum ad vxorẽ & filios reuertitur, & quẽ longi laboris mercedẽ petat, habet neminẽ: in nobis autẽ nihil huiuſmodi vſu venit, ſed licèt culta terra nullũ afferat fructũ, dummodo nos nullũ ſubtraxerimus laborẽ, & eius & noſter dominus vana nos ſpe dimiſſos nõ fruſtratur,ſed remunerat. Vnuſ- [1.Cor.3.b] C quiſq; enim, inquit, propriam mercedẽ accipiet ſecundum proprium laborẽ,non ſecundum rerũ euẽtũ. Et tu,inquit, fili hominis teſtificare populo huic, ſi fortè audiãt,ſi fortè intelligãt.& per Ezechielẽ: Si [Ezec.3.c] ſpeculator prædicat quid fugere,quid eligere oporteat, animã ſuam liberauit, quanuis nemo attendat. Verùm enimuero licèt firmũ hoc ſolatium & remunerationis fiduciam habeamus, cùm nihil vos bene operãdo ꝓficere videamus, nihilo melius afficimur q̃ agricolæ illi, qui demiſſo vultu & rubore perfuſi angũtur,& ſuã deflent calamitatẽ.Hoc magiſtri miſericordia eſt, hoc patris cura. Etenim Moſes cùm à Iudæorũ ingratitudine liberari poſſet,& alterius gẽtis potiorẽ,longéq; maiorẽ accipere principatũ:Di- [Exo.32.c] mitte me,inquit,vt iraſcatur furor meus cõtra eos,& deleam eos,faciámq; te in gentem magnã.Cùm ſan- D ctus & dei ſeruus eſſet intimus,ne audire quidem id ſuſtinuit,ſed potius vnà cũ his qui ſibi ſemel crediti erant,perire,quàm ſine illis ſaluus eſſe,& ad maiorẽ dignitatem aſſumi,prætulit.Huiuſmodi eſſe oportet cui animarũ cura cõmiſſa eſt. Eſt nanq; abſurdũ,vt prauorũ filiorũ pater nolit niſi eorũ quos genuit pater appellari : nos autẽ diſcipulos quotidie nũc hos, nunc illos mutemus, erga neminẽ amicè, familiaritérq; affecti. Sed abſit, vt de vobis vnquã hæc ſuſpicio ſuboriatur.Cõfidimus enim vos fide in dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtũ, & mutua in omnes charitate abundare:ſed hęc dicimus,vt ſtudium veſtrũ augeamus & diligentiã, & vitæ veſtræ virtutem maiorem in modũ propagemus. Sic enim iactis orationis noſtræ fundamẽtis,altius mẽtes erigere poteritis,ſi nulla maliciæ lippitudo mentis veſtræ oculos perſtrinxerit,& acumẽ obtuderit. Quid igitur hodierna die

nobis

nobis propoſitum eſt? *Ioãnes teſtimoniũ perhibet de ipſo, & clamat,dicens:Hic erat quẽ dixi,qui poſt me venturus eſt, ante me factus eſt,quia prior me erat.* Multus eſt hic euãgeliſta in Ioannis laudibus,& eius teſtimonium multifariam diffundit. Quod nõ temerè,ſed incredibili ſapiẽtia proſequitur: plurimùm enim hunc hominẽ omnes Iudæi admirabãtur.Nam & Ioſephus Ioãnis cæde bellum ortum exiſtimat,& propterea non eſſe Iudæorum ciuitatẽ, quæ aliquãdo Metropolis fuit, & longa oratione præcurſoris laudes exequitur, per eum Iudæos arguẽs,cuius frequẽter teſtimoniũ ipſis in memoriã reuocat. Et alij quidẽ euangeliſtæ facta ſuperiorũ prophetarũ mentione,per ſingula Chriſti opera trahunt auditorẽ,& ſuper natiuitate.Hoc au- [Matt.1.d] tem factũ eſt,inquiunt,vt impleretur quod dictũ eſt [Eſaiæ 7.c] per prophetã,dicentẽ : Ecce virgo in vtero habebit, [Matt.2.c] & pariet filiũ.Et cùm Herodes ei inſidiatus,tãta vbique diligẽtia eum perquiri fecit,vt immaturã etiam B ætatẽ interficeret, in medium Hieremiæ adducunt [Hier.31.c] teſtimoniũ:Vox in Rhama audita eſt,lamẽtatio,ploratus,& vlulatus multus, Rachel plorans filios ſuos. [Oſee 11.a] Et Oſee, cùm ex Aegypto rediret : Ex Aegypto vocaui filium meum.& hunc vbique in ſuis euangeliis morẽ ſeruant.Ioãnes autẽ apertius & à recẽtioribus teſtatur, vtpote qui cæteris ſublimius locutus, non mortuos tãtùm, ſed viuũ, & qui Chriſtũ præſentem præſens oſtendit & baptizauit, in mediũ frequenter adducit, nõ idcirco vt ſerui teſtimonio domino authoritatẽ cõpararet, ſed vt ad auditorũ deſcenderet imbecillitatẽ. Quemadmodũ enim niſi ſerui formã accepiſſet,nunquã cõprehendi potuiſſet:ita niſi ſerui voce conſeruorũ aures arrexiſſet, non ſanè multi Iudæorũ eius probaſſent orationẽ.Præterea & aliud C magnũ & admirabile reſpexit: nã cùm de ſui ipſius laudibus cuiuſque ſuſpectum ſit teſtimoniũ, & pleriſq; ſæpenumero auditoribus nõ perſuadeãt,alterũ de ipſo teſtificaturũ adduxit. Accedit ad hoc,ꝙ plerique ſolẽt libẽtius eorum vocẽ audire,cum quibus conſuetudinẽ habuerunt,vtpote quã magis cognoſcũt.Propterea vox de cœlo ſemel vel bis audita eſt: Ioannes autẽ ſæpenumero & frequẽter locutus. Nã qui multitudinis imbecillitatẽ ſuperabãt, hi à ſenſibilibus omnibus liberi,cœlitus vocẽ audire poterãt, nec eis multùm opus erat humana,quippe qui ab illa perſuaſi erãt & allecti. Qui verò adhuc in his inferioribus deuoluebãtur ,& multa terrenarum rerum nube operiebantur, hoc humiliori indigebant ſermone.Ita igitur Ioãnes cùm omnibus ſe ſenſibilibus exuiſſet, aliis magiſtris nõ indiguit, ſed cœlitus eru- D ditus eſt.Qui eñ me miſit,inquit,baptizare in aqua, ille mihi dixit:Ad quẽ videris ſpiritũ dei deſcendentem,hic eſt.Iudæi autẽ qui adhuc rudes ad illã altitudinem non poterãt peruenire,hominẽ habebãt magiſtrũ, non ſua eis, ſed cœleſtia annunciantẽ. Quid igitur hic loquitur? *Ipſe teſtimoniũ perhibet de eo,& clamat dicens.* Quid per illud verbũ,clamat,ſignificatur? hoc eſt fidẽter & liberè,omni abiecta formidine,dei aduentũ prædicat.Quid autẽ teſtatur? quid clamat? *Hic erat quẽ dixi,qui poſt me vẽturus eſt,ante me factus eſt, quia prior me erat.* Obſcurũ & adhuc plenum humilitatis teſtimoniũ.Non enim dixit,hic eſt filius dei vnigenitus & dilectus:ſed,hic erat quẽ dixi:qui poſt me venturus eſt, ante me factus eſt, quia prior me erat. Quemadmodũ enim aues pullos ſuos , neq; eueſtigiò,neq; vna duntaxat die,totã volandi artẽ edocẽt:

A ſed primò è nido paululum educũt: deinde à volatu requieſcere ſinũt: & poſtridie ad volatum maiorem reuocant:ita paulatim exercendo ad naturalem eos efferunt altitudinẽ: Ita beatus Ioãnes non ſtatim ad ſumma Iudæos erigit, ſed primùm paululum à terra eleuat , cùm Chriſtũ ſe meliorẽ teſtatur. Neq; enim parũ erat,ꝙ auditores primò Chriſtum nondum cognitum,nondũ miracula facientẽ , Ioanne viro tam admirabili,tam claro, ad quẽ omnes concurrebant, quem omnes angelum arbitrabãtur,meliorẽ crederent.Principiò igitur hanc opinionẽ in auditorũ animis confirmare conatus eſt,eo videlicet,qui teſtimonium perhiberet,eũ de quo perhiberetur : & eo qui prior venit,eum qui poſterior,& claro & nobili nõdum notũ eſſe potiorẽ. Et animaduerte teſtis ſapientiam,non modò cognitum,ſed priuſquã noſceretur prædicat.Illa enim particula,Hic eſt de quo dicebã, B id ſignificat:quẽadmodũ & Matthæus dicit:Omni- [Matt.3.c] bus qui ad ſe venerãt,dicebat: Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiã:qui autẽ poſt me vẽturus eſt,fortior me eſt , cuius nõ ſum dignus ſoluere corrigiam calceamẽti.Sed quánam cauſa antequã eum oſtenderet,ita locutus eſt?Vt facilius præſentis teſtimoniũ auditorũ animis reciperetur, cùm iam exhibitis verbis illius notitiam habuiſſent, néve eos vile Chriſti veſtimentũ à credendo dehortaretur,ſed facilè multitudinem in fide cõtineret. Nam niſi prius aliqua de domino cognitio habita eſſet, & ſimul eũ populus vidiſſet,& tam admirabile,tam magnũ teſtimonium accepiſſet,*aſpectus eius vilitas teſtimonij [* σχήματος id eſt habitus,figuræ,vultus perſonæ.] quamprimum magnitudini obſtitiſſet. Adeò enim Chriſtus abiectus , adeò cõmunis omnibus videba- C tur,vt & Samaritanæ mulieres meretricéſq; & publicani, nullo honore & accedere , & alloqui eũ auderent. Vt igitur diximus, ſi & verba hæc ſimul audiſſent,& Chriſtũ vidiſſent, Ioãnis ſaltẽ deriſiſſent teſtimoniũ : ſed cùm ante eius cognitionẽ plura de ipſo audierint,& in his cõfirmati fuerint, cõtrà euenit:ſiquidẽ eo viſo non ſunt prædicationis eius doctrinã aſpernati,ſed Ioãnis teſtimonio fidẽ adhibentes,etiã clariorem ſunt arbitrati. Quòd autẽ dicit : Qui poſt me venturus eſt:hoc eſt,prædicaturus,non futurus, hoc & Matthæus ſignificat, dicẽs:Poſt me venit vir, non de eius ex Maria generatione dicens,ſed de aduentu ſecundũ prædicationẽ. Nam ſi de generatione dixiſſet,non præſenti,ſed pręterito vſus eſſet tempore. Natus nanq; erat Chriſtus cùm ita locutus eſt Ioãnes.Quid autẽ ſignificat,Ante me factus eſt?Cla- D rior videlicet atq; honorabilior.Nolite enim,inquit, etſi prior venerim ad prædicandũ, ideo me illo maiorem arbitrari:lõgè minor ſum: vt ne ſerui quidem loco connumerari ſim dignus:hoc ſignificauit,cùm inquit, Ante me factus eſt. Quod aliis verbis Matthæus oſtendit:Non ſum,inquit,dignus ſoluere eius [Ibidem.] corrigiã calceamẽti.Verùm ꝙ per hanc particulam, Ante me factus eſt :Chriſti non intelligatur * adeſſe [* εἰς τὸ εἶναι i. ad eſſe, ſiue eſſentiam, vel vt ſit.] aduẽtus, ex ſequẽtibus perſpicuũ eſt : ſiquidẽ ſuperfluè adderetur,Quia prior me erat.Quis enim adeò ſtolidus,adeò inſanus eſt†vt qui ante eũ factus eſt,illum eodẽ tẽpore non fuiſſe non intelligat?] [† vt ignoret quòd is qui ante ipſum factus ſit, prior ipſo eſſet?] Quod ſi enim de æterna intelligeretur eſſentia,id nihil aliud ſignificaret, q̃ qui poſt me vẽturus eſt,ante me factꝰ eſt,quia prior me erat. Sed hoc abſurdũ eſt,& cauſa fruſtra adiicitur.Cõtrariũ enim,ſi hoc ſignificare voluiſſet, dicere oportuit, videlicet, Qui poſt me ven-

turus

Universidad de Deusto
Biblioteca

turus est,prior me erat,quia ante me factus est.Huic enim particulæ, Prior me erat, non immerito posset hæc afferri causa,quja ante me factus est.Huic autẽ, Ante me factus est,quia prior me erat:non est causa: hoc vero quod nos dicimus,firma ratione nititur.Siquidẽ iam omnes nostis,nõ quæ manifesta sunt,sed obscura semper ratione indigere. Quòd si de essentia sermo esset, non erat obscurũ, quin prius factum prius esse oportuerit:sed cùm de honore disputetur, non ab re apparentẽ soluit dubitationẽ.Etenim credibile erat multos dubitare, quánam gratia qui posterius venit,ante factꝰ sit,hoc est honorabilior.Huius igitur quæstionis mox causam affert, quia prior me erat.Neq; enim proficiẽdo & superãdo,cũ prior essem,me reiecit,& ante me factus est: sed prior me erat,inquit,quãuis posteriorvenerit.& quónã pacto inquis, si de eiꝰ claritudine & futura apud homines gloria diceret,quod nondũ fuerat,tãquã factũ profitetur?non enim inquit,fiet:sed,factus est. Quoniam mos ꝓphetarũ est, vt sæpenumero quæ futura sunt, tanquã facta enarrẽt. Nã & Esaias de Christi morte
Esa.53.c locutus,nõ inquit:Tanquã ouis ad occisionẽ ducetur,quod futurũ erat:sed,ductus est.Atqui nondum carnẽ induerat,veruntamen quod futurũ erat,propheta tanquã factũ enarrat. Et Dauid crucẽ significa-
Psal. 21.d cans,nõ inquit: Fodiẽt manus meas & pedes meos:
Ibidem. sed,foderunt:&,Diuiserũt sibi vestimẽta mea,&
Psal.40.c & Ioan. 13.c super vestẽ meã miserunt sortẽ. Et de proditore verba faciẽs,qui nondũ fuerat: Qui manducat,inquit,pa-
Psal. 68.c nes meos,leuauit cõtra me calcaneũ.Et de passione locutus:Dederũt in escã meã fel,& in siti mea potauerunt me aceto. Vultísne alia adducamus exẽpla, an hæc in præsentia sufficiũt ? Ego satis arbitror. Nã si in superficie nõ multũ spacij cõprehẽdimus, profundum tamẽ attigimus, nõ tamẽ minus hoc quàm illud laboris habet. Sed veriti sumus, ne lõgiori sermone vestrã remitteremus attentionẽ.Quã ob rem debitũ orationi nostrę finẽ imponamus. Debitus au tẽ finis est,laus digna deo,nõ verbis tãtùm, sed ope-
Matt. 5.b ribus. Luceat enim, inquit,lux vestra corã hominibus,vt videãt opera vestra bona,& glorificent patrẽ vestrũ qui est in cœlis. Et profectò nihil optima vita
Sapiẽ. 3.b clarius dilectissimi,vt sapiẽs testatur: Viæ iustorũ tãquã lux fulgẽt:illustrãt verò non eos modò,qui per opera lucẽ attingunt,& rectã viã ingrediũtur, sed & propinquos.Effundamus igitur oleũ è lampadibus, vt maior accendatur ignis , & lux appareat locupletior.Hoc autẽ oleũ non modò in præsentia multùm
Matt.9.b valet,sed cùm sacrificia florerẽt,maiorẽ in modũ il-
Osee 6.c lorum virtutẽ probauit. *Oleũ enim,inquit,volo,&
ἔλεον. i. misericordiã. legisse videtur ἔλαιον. i. oleũ,quod etiam pro misericordiæ operibus capitur. nõ sacrificiũ.Et meritò quidẽ:alterũ enim inanimatũ est altare,alterũ animatũ. In altero quicquid imponitur,igni consumptũ in cinerẽ vertitur,& fumus in aërẽ dissoluitur : alterũ alios affert fructus. Quod Paulus significauit:cùm enim Corinthiorũ,qui pauperũ studioſi erãt, thesauros enarraret, his verbis vsus est:Quoniã ministerium huius officij non solùm
2. Cor.9.d supplet ea quæ desunt sanctis , sed etiã abundat per multas gratiarũ actiones deo. Et iterũ:Glorificantes
Ibidem. deum in obedientia cõfessionis vestræ in euangelio Christi , & simplicitate cõmunicationis vestræ in illos,& in omnes, & in ipsorũ obsecratione pro vobis desiderantiũ vos. Vides mutuã gratitudinẽ,dei laudem, cõtinuas preces, & vehementiorẽ eorũ charitatem, qui beneficiũ acceperũt? Sacrificemus igitur dilectissimi , sacrificemus in istis sacrariis quotidie: hoc énim & oratione & ieiunio & multis huiusmodi officiis maius est sacrificiũ , modò ex iusto labore fiat & lucro:& omnis sit expers auariciæ,rapinæ,violentiæ. Hæ oblationes deo gratæ sunt , alias respuit, oditq;,neq; vult alienis calamitatibus honorari. Impium enim & prophanũ id sacrificiũ est,& irritat potius deũ , quàm placet. Quocirca summa diligentia vti oportet,ne dum volumus deũ colere, iniuria affi
Gene. 4.d ciamus. Nam si Cain deteriores hostias offerendo, quãuis nullã aliã iniuriã intulerit,vltimũ tamẽ dedit suppliciũ:nónne lõgè grauiora perpetiemur,si rapina & auaricia malè parta deo offeramꝰ?Propter hoc enim formã huius mandati deus manifestauit,vt videlicet misereamur,non torqueamus cõseruos.Qui autẽ aliena rapit,& alij dat,non miseretur,sed lædit, & iniuriã vel maximã facit.Vt enim lapis nunquam oleũ fundit,ita neq; crudelitas humanitatẽ : siquidẽ cùm hinc prouenit eleemosyna,nõ amplius est eleemosyna.Quare hortor ne id solũ cogitemus,vt præbeamus indigẽtibus,sed ne ex rapina.Nã si alter precatur, alter imprecatur:vtrius vocẽ potius dominus audiet?An plus illud vtilitatis, an hoc detrimẽti afferet?Quòd si diligẽter vixerimus, diuinæ gratiæ auxilio,misericordiã veniãq; omniũ quæ semper peccauimus,consequi poterimus,& flumẽ igneũ effugiemus:à quo liberi vtinã omnes ad cœlorũ regnũ perueniamus , gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi,cũ quo patri gloria,simul & sancto viuificantiq; spiritui,nũc & semp,& in secula seculorũ,Amẽ.

Homilia xiij. ex cap.primo.

ET de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia. Superiori die diximus,quòd Ioãnes vt eorum dubitationẽ solueret, qui essent quæsituri quo pacto Christꝰ posterior ad prędicandum veniẽs, prior eo fuerit & clarior,addidit: *Quia prior me erat.*Et hęc vna causa est,qua nõ contentus subdit aliã, videlicet, Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiã pro gratia. Et iterũ aliã: *Quia lex*,inquit,*per Mosem data est,gratia et veritas per Iesum Christũ facta est.* Et quid tandẽ, inquis, significat: Et de plenitudine eius nos omnes accepimus? Ad hoc enim primũ dicendũ est: Nõ habet,inquit,donum participabile,sed ipse fons est, & radix bonorũ omniũ:ipse vita,ipse lux,ipse veritas,nõ in seipso bonorũ diuitias cõtinens,sed in vniuersos diffundens, quibus diffusis plenus permanet , neq; ex eo ꝙ aliis suppeditet,minuitur,sed diuitias suas elargitur semper vberius:cúmq; omnes his bonis impartiat,in eadẽ permanet perfectione. Quod autẽ ego fero,participabile est : ab alio enim id accepi , & exigua pars totius est,& quasi gutta parua ad immẽsam abyssum & infinitũ pelagus cõparata:immo neq; exemplum hoc sufficiẽs est ad quod volumus ostendẽdum.Nã si guttã è pelago acceperis,ea tamẽ pelagus,etsi visu percipi nequeat,diminuitur : de illo autẽ fonte hoc dici non potest,sed quantũcunque quis hauriat,nihil deficit.Quare alio exẽplo vtendũ est,licet & hoc infirmũ sit:neq; possit quod quærimus,demonstrare: Alterum tamen afferemus,quod magis ad propositam nos adducat sententiam.Constituamus nobis igneum fontem , à quo innumeræ accendantur lucernæ,& bis totidem, & ter totidem : nónne huiusmodi fons ita plenus est ignis , quemadmodũ antequam ex eo quicquã sumeretur?Sanè perspicuũ est.

Quòd

Quòd si in corporibus quæ in partes diuidi possunt, & per adẽptionẽ partiũ minora fiũt , aliquid huiuscemodi inuenitur,vt post sui cõmunicationem nullam diminutionẽ accipiant:quanto magis in incorporea & immortali illa potentia hoc cõtigerit?Nam si vbi subiectũ substantia est & corpus,& fit & nõ fit diuisio:multo magis cũ de actione sermo habetur,& actione incorporeæ substantiæ,credibile est idẽ eue nire.Idcirco Ioãnes inquit:Et de plenitudine eiꝰ nos omnes accepimus.Et testimoniũ suũ Baptistæ testimonio cõiungit.Hæc eñ particula, De plenitudine eius nos omnes accepimꝰ:nõ præcursoris verbũ est, sed discipuli,cuius hæc est sentẽtia.Nolite existimare diutinę consuetudinis,& eiusdẽ mensę participationis gratia nos de eo testimoniũ perhibere : nã & Ioannes qui Christũ antea nunquam viderat, neq; cũ eo cõuersatus est,nisi cũ ipsum baptizauit,in mul torũ cœtu eum cõspicatus,inde omnia accipiẽs,clamauit:Prior me erat.Nos itẽ omnes duodecim, trecẽti,quingẽti,tria milia, quinq; milia, innumera Iudæorũ multitudo,omnis fidelium cœtus,qui tũc fuerũt,nũc sunt,& futuri sunt,de plenitudine eius accepimus.Quid autem accepimus?Gratiam pro gratia. Quam?pro qua?Pro veteri nouam. Quẽadmodum
Philip.3.b eñ duplex erat iusticia.Secundũ iusticiã,inquit,quę in lege est,factus irreprehẽsibilis.Et duplex fides:vt, Ex fide in fidẽ.Et adoptio duplex: vt, Quorũ adop-
2.Cor.3.b tio est.Et duplex gloria:vt,Si enim qđ euacuatur per gloriã est,multo magis quod manet in gloria.Et lex duplex:vt,Lex spiritus vitæ liberauit me . Et duplex seruitus:vt,Quorũ seruitus.& iterũ: Spiritui dei seruiẽtes.Et testamẽtum duplex:vt, Disponã vobis testamentũ nouũ,non secũdum testamentũ quod disposui patribus vestris. Et duplex sanctificatio,& duplex baptisma,& duplex sacrificiũ,& templũ,& circũcisio duplex,ita & duplex gratia. Sed illa quidem quasi figuræ sunt,hæc quasi veritas , æquiuocationẽ quandã,non rei cõmunionem seruantia : quoniã in figuris sunt & vmbra.Nã & homo pictus, homo appellatur,& verus homo itidẽ . Similiter in statuis,& aurea & lutea hominis habet appellationẽ:verũ tan quã hominis figura,ille vt verus homo. Noli igitur tanquam à nominum cõmunicatione , idem re ipsa esse existimare,sed neq; diuersum . Nã si figura erat, non erat aliena à veritate:si vmbrã seruabat,ipsa minor erat veritate . Vultis quænam sit horũ omnium differentia,explicemus? Vnum aut alterum dictorũ accipiamus,hoc pacto & cætera fient vobis manifesta,certóque deprehẽdemus puerilia illa fuisse præcepta,hæc vero præclarorũ philosophiæ professorũ, & magnorũ virorum:& illa tanquã † ab hominibus, hæc tanquã ab angelis] instituta. Vnde igitur exordiemur? Vultis ab ipsa adoptione? Quænã inter hãc & illã differentia est?illa verbo honorabatur, hæc re
Psal. 81.b ipsa:& de ila quidẽ inquit:Ego dixi dij estis,& filij al
Titum 3.b tissimi omnes.de hac autẽ,Ex deo nati sunt. Quánã ratione? Per lauacrũ regenerationis & renouationis spiritus sancti.Et illi quidem postquam filij appellati sunt,adhuc spiritũ seruitutis habebãt: erãt enim serui,etsi hac appellatione honorabãtur : nos liberi tũc facti,non nomine,sed re honorẽ accepimus. Quod
Rom.8.c Paulus his verbis significauit: Non eñ accepistis spiritũ seruitutis iterũ in timore,sed accepistis spiritum
Gal.4.a adoptionis filiorũ dei,in quo clamamꝰ, Abba pater. Generati nanq; à deo,& vt vere dici potest,formati, ita vocati sumus filij.Sed si sanctificationis modũ & hunc & illum cõsiderabimus,multam in hac quoq; parte deprehẽdemus differentiã.Illi enim cum idola nõ colebant,neq; fornicabãtur , neq; adulterium committebant,hoc nomine appellabãtur : nos vero non in huiusmodi abstinentia,sed in maiorũ acquisitione & possessione facti sumus sancti. Et primum quidẽ ab ipso spiritus sancti aduentu hoc donũ assecuti sumus,deinde à vita lõge potiore, q̃ Iudaïca.Et q, non arroganter hoc dictum sit, audi quid illis loquatur:Nolite vaticinari,neq; purgare filios vestros, quoniã populus sanctus estis.Ita apud illos hæc erat sanctitas,vt idolorum leges abiicerẽt: apud nos autem,vt sancta sit,inquit,& corpore & spiritu.Pacem
1.Cor. 7.f prosequimini & sanctificationẽ , sine qua nemo vi-
Heb. 12.d debit dominũ,& perficientes sanctificationem in timore dei.Vides hanc esse sanctificationem,quando intrinsecus radicẽ habet,& fontem? Non enim hoc nomẽ sanctus,in omnibus eandem habet significa-
Sanctus. tionem.Nam& deus sanctus dicitur,sed non quemadmodum nos.Cum igitur vocem hanc à Seraphin demissam ꝓpheta audiuit,qui inquit:Heu mihi mi-
Esa.6.b. sero,q, cum homo sim , & impura labia habeam , in medio populi immũda labia habentis habito. Atqui & sanctus & purus erat:sed si supernæ sanctitati nostram cõferamus,immundi profecto sumus . Sancti angeli sunt,& ipsa Cherubin & Seraphin sancta,sed huius quoq; sanctitatis alia differentia, inter nos videlicet,& supernas virtutes. Opꝰ esset & alia genera explicare,sed lõgiori vteremur oratione . Quare vlterius progressi reliqua vobis inquirenda relinquemus: poteritis enim hæc domi colligẽdo ipsam deprehẽdere differẽtiam,& inde in reliquis proficere.
Prou. 9.b Da,inquit,sapienti occasionẽ,& sapientior fiet . nobis reliqua sunt necessario trãsigenda.Cum ergo dixisset Ioãnes:Et de plenitudine eius nos omnes accepimus:addidit,Et gratiam pro gratia.Gratia nanque
Deut. 7.b Iudæi salutem consequebantur.Non enim quia vos multiplicati estis , inquit, sed propter patres vestros elegi vos. Nam qui nõ propriis meritis à deo dilecti sunt,eos perspicuum est & propter gratiã eiusmodi honorem consecutos:nos autem omnes salui quoq; facti sumus gratia,sed non eodem modo, neque iisdem de rebus,sed longe maioribus & excelsioribus. Non enim hæc nobis duntaxat gratia data est,venia scilicet peccatorum, quam cum illis cõmunicamus, omnes enim peccauerunt: sed iusticia,sanctificatio, adoptio,spiritus sancti gratia,longe clarior,longe vberior:ad hæc & alia maior,hoc est,à spiritu & recõciliatione fiducia,huius gratiæ causa deo chari facti sumus,nõ amplius vt serui,sed vt filij & amici. Quocirca inquit , Gratiam pro gratia . Verùm quæ legis fuerunt,fuerunt & gratiæ,etiam ipsa formatio hominis ex nihilo.Non enim nostris præcedẽtibus meritis hanc accepimus remunerationẽ.Quomodo eñ, cum nihil essemus?sed gratia dei,quæ semper in beneficiis priores sibi partes vendicat.Neque solùm ꝙ facti sumus ex nihilo:sed ꝙ facti,& facienda & vitãda didicerimus,& horum à natura legem acceperimus,& conscientiæ iudicium incorruptum nobis ab opifice deo tributum sit. Hoc inquam maximæ fuit gratiæ,post quam alia secuta est, vt corruptam hanc legẽ per legem scriptã recuperaremus . Cõsentaneũ nanque erat,vt qui datum semel à deo prꝫceptũ adulterassent & corrupissent, pœnã luerẽt: verum mi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tius nobiſcum actum eſt. Iterũ emendãdi medicina adhibita,non debita quidẽ,ſed à miſericordia & gratia proueniẽs. Nam q; gratiæ ſit & miſericordiæ, audi Dauid loquentẽ: Faciens miſericordias dominus, *Pſal.102.a.* & iudiciũ omnibus iniuriam patiẽtibus:Notas fecit *Ibid.24.b* vias ſuas Moſi, filiis Iſraël volũtates ſuas. Et iterũ:Bonus & rectus dominus,propter hoc legẽ ponet peccãtibus in via.Miſericordiæ igitur & miſerationũ,& gratiæ eſt,legẽ accipere.Idcirco cum gratiã pro gratia dixiſſet,etiã pro beneficiorum dei in nos magnitudine vehemẽtius certans,addidit:*Lex per Moſem data eſt,gratia & Veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.* Videte q̃ placide & paulatim & Baptiſta Ioannes,& diſcipulus ad ſupremã auditores cognitionẽ trahant, cum prius humilioribus eos aſſuefecerint.Ille eñ Chriſti ad ſe cõparatione facta,qui ſine cõparatione omnes excedit:ſic deinde eius excellentiã oſtendit,dicens, Ante me factus eſt.Deinde ſubdens, Quia prior me erat.Hic autẽ maius locutus eſt,minus tamen q̃ vnigeniti dignitas poſtularet. Nõ enim ad Ioãnem, ſed ad eũ qui longe maiori erat apud Iudæos admirationi,facit cõparationem,hoc eſt,ad Moſem.Quia lex, inquit,per Moſem data eſt:gratia & veritas, per Ieſu Chriſtũ facta eſt. [Et animaduerte euãgeliſtæ ſapiẽtiam,non perſonarum,ſed rerum facit diſquiſitionẽ: quibus confeſſis,longe Chriſtũ Ioãne maiorem neceſſe eſt etiã pertinaces conſentiant.Siquidem cum res quæ nullã habent,neq; ad alicuius gratiam,neq; ad odiũ,cauſam,hoc teſtantur,certam etiã impudentibus oſtendunt ſententiã.Nam quales eas authores fecerũt,tales exiſtimãtur.Quare eorum maxime verũ eſt teſtimoniũ ſine vlla ſuſpicione.] Animaduerte præterea q̃ honeſtam facit comparationem , etiã apud imbecilliores . Non enim ratione excellẽtiam cõfirmat,ſed nudis nominibus differentiã oſtendit, gratiam & veritatem,legi,& hanc particulam,Facta eſt:huic,Data eſt,opponẽs. Maxima autẽ vtrorumque differentia:dari enim miniſtri eſt. Nã qui dat,is aliunde accipit,& dat cui dari præcipitur. Fieri autẽ & gratiã &veritatem,regis eſt,cum poteſtate omnia dimittẽtis peccata,& benignitatis ſuæ dona confir- *Marc.2.a* mantis. Quare,inquit,dimittũtur tibi peccata tua.Et *Ibidem.* iterum:Vt autẽ ſciatis,quoniã poteſtatem habet filius hominis in terra dimittẽdi peccata,dicit paralytico:Surge,tolle grabatum tuum,& vade in domum tuã.Vides quomodo gratia per eum facta ſit?vide & veritatem.Gratiam quidẽ,& quẽ modo diximus,& erga latronem benignitas , & baptiſmatis & ſpiritus ſancti dona,& alia item plurima nobis oſtẽdunt.Veritatem autẽ manifeſtius intelligemus, ſi figuras dicerimus:futuras eñ diſpenſationes in nouo teſtamento conſummari,figuræ primũ vt figuræ annunciarunt,quas Chriſtus ſuo cõſummauit aduentu.Videamus ergo figuras, ſi placet,in paucis . Non enim omnia trãſigere præſentis eſt temporis. A paucis reliquas intelligetis.Vultis ab ipſa paſſione incipiam⁹? *Exod.12.a.* Quid dicit figura?Tollite agnũ per familias,& ſacrificate,& facite,vt inſtituit dominus.Chriſtus autem nihil huiuſmodi præcipit,ſed ipſe id factus eſt, ſacrificium & oblationẽ ſeipſum patri offerẽs. Vides quo pacto figura data eſt per Moſem,veritas facta eſt per *Ibid.17.c* Ieſum Chriſtum:Item in mõte Sina, vt Amalechitæ *Exo.17.d* in pugna profligarẽtur,manus Moſi ab Aarõ & Hur vtrinque ſublimes tenebantur: Chriſtus vero adue- *Ioã.19.d* niens ſuas ipſe manus extẽdit in cruce. Animaduertis quomodo nobis figura dabatur , & veritas facta eſt?Præterea lex inquit: Maledictus quicunque non *Deut.27.d.&Gal.3.b Mala.3.Gal.11.d* manſerit in omnibus quæ ſcripta ſunt in libro hoc. Gratia autem:Venite omnes qui laboratis,& onerati eſtis,& ego reficiã vos.Et,factus eſt pro nobis maledictum.Cum igitur tantam aſſecuti ſimus gratiam & veritatem,nolimus quæſo pro beneficiorum magnitudine pigriores fieri.Quãto enim maiori honore accepti ſumus,tanto maiorem debemus virtutẽ. Nam qui pro paruis acceptis beneficiis parua retulerit,nulla dignus eſt reprehenſione: qui vero in ipſum honoris culmen aſſumptus eſt,ſi vilia minimãque rependit,longe maius meretur ſupplicium. Sed abſit vt de vobis talia ſuſpicemur.Confidimus enim in domino,qui animis veſtris pennas dabit , quibus in cœlum elati,in huius mundi peregrinatione, terrena labe non inquinabimini.Verumenimuero hoc de vobis perſuaſum habentes,non quieſcimus tamẽ quin frequẽter eadẽ & hortemur, & admoneamus. Nam & in ſeculi certaminibus non oſcitantes & ſupinos, ſed ſtrenuos , & ſe vltrò periculis obiicientes vniuerſi hortãtur & plaudunt ſpectatores. Illos eñ, ac ſi de eorum victoria penitus deſperent, neq; poſſint vllis hortationibus ad virtutẽ accendi,taciti miſſos faciunt.Hoc autem in loco non de vobis tãtum, qui ſobriam vitam agitis,ſed de recidentibus,modo emendari voluerint,bene ſperare licet. Quamobrẽ modo hortando,modo exprobrando,nunc ſuadendo,nõnunquam laudando omnia & facimus,& admitimur,vt ſalutem veſtram non negligatis:& quantum in nobis eſt,nihil omnino prętermittimus.Nolite igitur noſtram de viuẽdi ratione iniquo animo admonitionem accipere . Non enim ita loquimur, vt vos inertiæ accuſemus , ſed de vobis optime ſperamus.Neq; ad vos duntaxat,ſed ad nos qui orationem habemus,hæc & loquimur,& loquemur.Siquidem & nos doctrina,admonitione , conſilio indigemus. Nã etſi ipſi ſermonẽ facimus, nihil nobis quoque fieri prohibet.Sermo enim ſceleribus obnoxios corripit. Qui autem omni liberi ſunt crimine, eos etiam longius abducit.Neque enim nos ſine peccato ſumus. Medicinæ igitur ars cõmunis eſt,& remedia omnibus proponit.Cura non cõmunis eſt, ſed fit ad vtentium voluntatẽ.Qui vult medicina vti,curatur: qui eam vulneri adhibere negligit,magis læditur, & torquetur vehemẽtius.Nolimus ergo ægrè medicinam ferre,ſed læto animo accipiamus.Licet nõ paruum dolorem noſtrę afferant admonitiones,ſuauiſſimus tamẽ fructus ſequetur,cuius gratia & facimus omnia,& dicimus,vt à plagis & vulneribus quæ peccando animæ inurimus,liberi ad æternã vitam euadamus,& Chriſti præſentia digni efficiamur:neq; acerbis & ſæuis poteſtatibus in die illa nos exhibeamus,ſed quæ nos ad cœlorum poſſunt aſſumere hæreditatem , deum diligentibus præparatam : Quam vtinam omnes conſequamur , gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti , cui gloria & imperium cum ſancto & viuificante ſpiritu,nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum,Amen.

Homilia.xiiij.ex cap.primo.

Deum nemo vidit vnquam.Vnigenitus filius , qui eſt in ſinu patris,ipſe enarrauit. Sacræ ſcripturæ verba non vult deus vt ſimpliciter,ſed multa cũ prudentia intelligantur.Ideo beatus Dauid ſæpenumero in pſalmis ſuis titulum pręſcribebat,in intellectum.

Pſal.118.e ctũ, & dicebat: Reuela oculos meos,& intelligã mi- *Prou.2.a* rabilia ex lege tua.Itẽ & eius filiº: Quod oportet tãquam argentũ exquirere ſapientiam,& tãquam the- *Eccl.51.d* ſaurũ perſcrutari.Præterea dominus Iudæos admo- *Infra. 5.f* nuit:Scrutamini ſcripturas:quod non vtiq; dixiſſet, ſi perfacile & prima tantũ lectione poſſent intelligi. Quod enim in medio,& in prõptu poſitũ eſt, nemo ſanè perſcrutatur:ſed quod obſcurũ & latẽs,id multa indiget inquiſitione,vt inueniatur.Idcirco theſaurum abſconditum ſcripturas appellauit,vt ad earum nos inquiſitionẽ excitaret . Hæc autem nobis dicta ſunt,ne ſimpliciter & temere,ſed ſumma cũ attẽtione ſcripturã accipiamus.Nã ſi quis ipſa dũtaxat verba nuda,& vt dicuntur acciperet, multa abſurda de deo neceſſe eſſet ſuſpicari.Eteñ hominẽ eũ eſſe,†pe- †ex ære cuniacorrũpi]iracundum,furibundum,aliáq; de eo cõſtitui.] his peiora intelliget.Verũ ſi reconditam verbis ſententiã deprehenderit,omnia purgabũtur.Nam propoſita nobis lectio ſinũ deum habere dicit, quod eſt propriũ corporis.Sed nemo tam inſipiẽs eſt, qui incorporeũ,corpus arbitretur. Vt igitur digne ſpiritalem ſenſum accipiamus, agitè altius hunc locũ inueſtigemus.*Deum nemo vidit vnquam.* Quámnã hęc par- †cũ oſten ticula cũ ſuperioribus habet conſequentiã?† Vt oſtẽ- diſſet.] dat] euãgeliſta beneficiorum dei magnitudinem,& horum eorúmq; quæ per Moſem data ſunt incõparabilem differẽtiam,probabilẽ cauſam,perſonæ adducit dignitatẽ,quæ maiora effecerit.Ille enim cum ſeruus eſſet,merito inferiorũ factus eſt rerum miniſter.Hic autẽ dominus & rex,& regis filius lõge maiora nobis cõtulit,qui cum patre ſemper eſt, & ſemper eũ intuetur:propterea inquit , *Deũ nemo vidit vnquã, ſed vnigenitus filius.* Quid igitur dicemus clariſſi- *Eſa.6.a* mo prophetæ Eſaiæ,cũ inquit:Vidi dominũ in throno altiſſimo ſedentẽ?Quid Ioanni de eo teſtimoniũ *Ioan.12.f* perhibẽti,quod hæc dixit,quãdo vidit gloriam eius, *Ezech.1.* & de eo locutus eſt?Quid Ezechieli?Eteñ ipſe quo- *& 10.a* que ſuper Cherubin eũ ſedẽtem vidit.Quid præter- *Dan.7.b* ea Danieli dicẽti: Antiquus dierum ſedet ? Quid ipſi *Exo.33.c* Moſi:Oſtende mihi gloriã tuam manifeſte vt videã te?Iacob autem etiã ab hoc appellationẽ accepit,cũ *Gen.32.f* Iſraël vocatus eſt,qđ deũ videns interpretatur.Nec- *& 35.b* non & alij ipſum viderunt.Quid Ioãnes:Deũ nemo vidit vnquam?Vt oſtendat illa omnia * permiſſionis *συγκατα- fuiſſe,nõ ipſius puræ ſubſtantiæ.Nam ſi ipſam vidiſ- βάσεως, ſent,nulla ex parte differẽtem vidiſſent:quippe quæ demiſſio- ſimplex & pura eſt,non cõpoſita,nec deſcriptibilis. nis,conde- Non iacet,nõ ſtat,nõ ambulat.Hæc omnia corporis ſcenſionis. ſunt officia.Quomodo autem ſit,ipſe nouit ſolus,qđ D per prophetã ſignificauit:Ego viſiones multiplicaui, *Oſee. 12.c* & in manibus prophetarum aſſimilatus ſum:hoc eſt * permiſi,nõ tamen id quod eram me oſtendi.Cum *cõdeſcẽdi.] enim eius filius vera carne accepta venturus eſſet in mundũ,multo ante ſanctos viros ad diuinæ ſubſtantiæ viſionem exercuit,ita vt videre poterãt. Nam id quod eſt deus,nõ modo prophetæ nõ viderunt , ſed neq; angeli,neq; archangeli. Sed ſi eos percontaberis,nihil ab his de dei ſubſtãtia audies, ſed tãtum re- *Lucæ 2.b* ferẽtes:Gloria in altiſſimis deo,& in terra pax in ho- *Eſa.6.a.* minibus bona volũtas.Si Cherubin & Seraphin,ſan- *& Apoc.* ctificationis laudẽ audies,plenũ eſſe cœlum & terrã *4.c.* gloria eius.Si ſupernas virtutes , tibi itẽ reſpõdebũt, *Pſal.148.a.* ſibi vnũ opus eſſe,vt deũ laudent : Laudate eum,inquit,omnes virtutes eius. Solus autem ipſum videt filius & ſpiritus ſanctus. Quòd ſi omnis natura creata eſt,quânam ratione increatũ videre poterit?Nam ſi incorporeã virtutem,quãuis genitam , non poſſumus manifeſte conſpicari,& hoc ſæpenumero in angelis oſtẽſum eſt:multo minus incorporeã , & ingenitã ſubſtantiã.Quare Paulus:quem,inquit,vidit ne- *1.Tim.6.c.* mo hominũ,neque videre poteſt.Soline igitur patri hoc præcipuum ineſt,non autem filio?Audi hac etiã *Coloſſ.1.c* in parte quid ſuperius dicat:Qui eſt imago dei inuiſibilis.Qui autem inuiſibilis imago eſt,ipſum quoq; inuiſibilẽ eſſe neceſſe eſt, aliter nõ eſſet vera imago. Propterea inquit:Qui manifeſtatus eſt in carne. Ma- *1.Tim.3.d* nifeſtatio autẽ per carnem non eſt ſecundũ ſubſtãtiam.Nã quòd ipſe inuiſibilis ſit,non ſolum hominibus,ſed & ſupernis virtutib⁹,cũ dixiſſet Paulus, manifeſtatũ eſſe in carne:ſubdidit,viſum ab angelis.Ergo ex quo carnẽ induit,tunc viſus eſt ab angelis:antea vero non ita videbatur,cum ipſis quoq; inuiſibilis eſſet ſubſtãtia.Quamobrem igitur inquit, Nolite *Mat.18.d* deſpicere vnum ex his minimis: dico enim vobis q̃ angeli eorum ſemper videt faciem patris mei,qui in cœlis eſt:Quid ergo?faciẽ deus habet?& cœlo circũ ſcribitur?Sed nemo ea agitetur inſania,vt hæc dixe- *Ibid.5.a* rit.Quænã ergo ea ſententia?quæ & in loco illo:Beati mundo corde,quoniam ipſi deum videbũt.Cogitationem nãque,atq; imaginationem,quam pro viribus noſtris de deo capimus , eam viſionẽ appellat. Neq; aliter de angelis intelligendum eſt,propter puram ipſorũ, & nullo ſomno obnoxiã naturam, cum nihil aliud quàm deũ ſemper mente agitẽt.Propterea Chriſtº:Nemo,inquit, cognoſcit patrẽ,niſi filius. *Mat.11.d* Quid inquã?Num omnes in ignorãtia viuimus?Abſit.Sed nemo ita cognouit patrem,vt filius.Vt igitur multi,quiſq; pro captu ſuo ipſum viderunt,ſubſtantiam autẽ nemo vidit:ſic multi deum cognoſcimus, non tamen ipſam ſubſtantiã qualis eſt,niſi ſolus eius vnigenitus,qui certã notionem,viſúmque,& cõprehenſionem habet , qualem filiũ de patre habere par eſt.Sicut enim cognoſcit me pater,inquit,& ego cognoſco patrẽ.Quare animaduerte quãta cũ† autho- †abundãritate]loquatur Euãgeliſta . Siquidem cum dixiſſet, *tia & exu-* Deum nemo vidit vnquam:nõ proſecutus eſt,filius *berantia.]* qui vidit narrauit,ſed aliud quiddam amplius q̃ videre poſuit,dicẽs,qui eſt in ſinu patris.Nã in ſinu patris eſſe,maius quiddã eſt,quàm videre. Qui eñ tãtum videt,nõ certam habet rei viſæ cognitionẽ:qui vero in ſinu immoratur , omnia ei perſpicua ſunt & certa.Ne autẽ audiẽdo : Nemo cognoſcit patrẽ niſi filius,diceres q̃ licet maiorẽ cæteris de patre habeat cognitionẽ,non tamen qualis eſt nouit,ideo in ſinu patris eũ eſſe inquit euangeliſta. Chriſtus etiã tantũ ſe patrẽ cognoſcere inquit,quãtũ pater ipſum . Percontare quæſo,eũ qui contradicit,nunquid cognoſcat filiũ pater?reſpõdebit,Etiã,niſi omnino inſaniat. Deinde illud iterum interroga: Quid autẽ? certáne quadã viſione,& ſciẽtia ipſum videt , & id quod eſt manifeſte cognoſcit ? Certe aſſentiet. Hinc collige certã filij de patre cõprehenſionẽ.Ipſe enim inquit: Sicut cognoſcit me pater,& ego cognoſco patrẽ.Et alibi:† Nemo deũ vidit,] niſi qui ex deo eſt. Hac vt †Nõquòd dixi gratia Euãgeliſta ſinus meminit,quo vno verbo *deũ quiſ-* multã ſubſtãtiæ cognationẽ, propinquitatẽ, parem *quam vi-* patri cognitionẽ,poteſtatem oſtendit.Non enim di- *derit.]* uerſam ſubſtantiã in ſinu haberet pter, ſed neq; ipſe auderet,ſi ſeruº,ſi ex multitudine vnus eſſet, in ſinu domini verſari.Hoc nanque dilectiſſimi filij tantum

Universidad de Deusto Biblioteca

est,qui multũ genitori suo fidit,neq; ipso vlla ex parte sit inferior. Vis & sempiternũ intelligere?audi Mosem quid de patre loquatur. Nã cum peteret si interrogaretur à Iudæis, quis ipsum miserit,quid iuberet *Exod. 3.d* respõderi:Dic,inquit,qui est,misit me. Hoc eñ verbum, Qui est:sempiternũ & sine principio, & vere & proprie esse significat. Hoc idẽ ex ea particula,In *Ioan. 1.a* principio erat,ostẽdit Ioãnes.Item hoc in loco,cum in sinu patris esse dicit:& ne propter nominis cõmunicationem,vnum eorum,qui per gratiam facti sunt filij,significare arbitreris,primũ articulũ addidit,qui per gratiã filios seponit.Inde si hoc tibi non satis est, & adhuc humi deuolueris,alio magis proprio nomine vsus est,cũ inquit,Vnigenitus.Sin adhuc humum despicis,non recusabo,inquit euãgelista,de deo sermonẽ faciens,humanis & corporeis verbis vti, hoc est in sinu:tantũ ne vile quicquã & abiectũ de Christo suspiceris. Considera benignitatẽ domini,& nostri curã.Indignis se verbis nũcupari patitur, vt hoc saltẽ pacto oculos erigamus, & aliquid de se magnũ cõcipiam⁹,& tu ad inferiora semper deflecteris: Dic quæso,qua gratia hoc in loco sinũ positũ existimas? Crassum hoc nomẽ & carnale. Nũquid vt deũ corpus habere suspicemur?Absit.Cur igitur? Nã si neq; filij* dilectio,neq; corpus deũ esse hinc cõprobatur: superfluũ hoc in loco,& ociosum id verbum est.Nõ enim te petere recusabo,vt aliquid in hoc coniectemur.Sed profecto constat,nihil aliud q̃ summã vnigeniti dilectionẽ,& patri coæternitatem significari. Vbiq; hoc perspicuũ est.Ille enarrauit,inquit. Quid enarrauit?Quòd deũ nemo vidit vnquam : an quòd vnus est deus?Verũ hoc & reliqui prophetæ,& Mo- *Deut. 6.a* ses iampridẽ exclamat,Dominus deus tuus,domin⁹ vnus est.Et Esaias:Ante me nõ est factus alius deus, & post me nõ est.Quid igitur amplius à filio didicimus,qui in sinu patris est?Quid ab vnigenito?Primũ quidem hęc eadẽ vnigeniti operationes sunt, deinde longe ab eo expressiorem,& magis perspicuã doctrinã accepimus,videlicet quòd spiritus deus est:& qui adorãt eũ, in spiritu & veritate oportet adorare. Quòd deũ videre est impossibile,quòd eũ nemo nouit nisi filius,q; pater est dilectissimi vnigeniti,& alia multa,quæ de eo narrata sunt.Id autẽ verbum enarrauit,expressiorem,certiorémq; doctrinam demonstrat,quam nõ apud Iudęos tãtum,sed in vniuersum mundũ propagauit,eúmq; meliorem reddidit: prophetis enim neq; Iudæi omnes fidẽ adhibebãt, vnigenito autẽ dei filio vniuersus orbis & paruit, & credidit. Enarratio autẽ hoc in loco doctrinæ euiden- *Esa. 9.b* tiam significat.Quare & verbũ,& magni consilij angelus appellatur. cũ igitur perfectiore dignati simus doctrina,neq; ampli⁹ per prophetas, sed per filiũ ad nos in vltimis his diebus deus locutus sit, longe potiorẽ,& dignã accepto honore vitã exhibeamus.Etenim absurdũ est si cũ tãtus descẽderit dominus, & non amplius per seruos,sed per seipsum nos alloqui voluerit,nos nihil à priscis illis differam⁹.Illi Mosem, nos Mosi dominũ,magistrũ habemus.Quãobrẽ hoc honore dignã præ nobis feramus philosophiã,& nihil cum terrenis cõmunicemus.Propterea nobis cœlitus viuẽdi normã detulit,vt eo cogitationem trãsferremus, vt magistri imitatores ℘ viribus efficeremur.Qua autẽ ratione possumus Christi imitatores fieri?Si omnia in cõmunem non nostram fecerimus vtilitatẽ.etenim Christus,inquit,nõ sibi ipsi placuit,

** γνησιότης. i. proprietas, vel germanitas. sic & paulò post.*

A sed sicut scriptum est:improperia improperantiũ tibi ceciderũt super me. *Psal. 65.b & Roma. 15.a* Nemo priuatam quærat vtilitatẽ,sed & proximi,ita suã quærit:siquidem illorum res nostræ sunt.Corpus nanq; vnum sumus,& inuicem partes& mẽbra. *1.Cor.10.d.& Ep. 4.f.* Nolimus igitur ita alter erga alterũ affici,ac si penitus simus alieni. Nemo illũ neque amicum,neq; cognatum,neq; vicinum, neque quicquã cum eo sibi esse dicat: Quomodo accedã? quid dicã?Licet enim horum nihil sit, homo tamen est eiusdem naturæ particeps,sub eodẽ domino cõseruus,& contubernalis:eiusdem enim mũdi est incola.Quòd si fidem eandem tecum cõmunicat,iam tuum factus est membrũ. Quæ enim amicicia, quæ familiaritas tantã contrahere vnionẽ posset, quantã fidei cognatio? Nõ enim quantã amicus amico debet propinquitatẽ,tantã nos habere inuicem oportet, B sed quãta est mẽbri ad mẽbrum: hac amicicia & cura aliã maiorem nemo vnquam inuenire posset. Queadmodũ ergo is sanè ridiculus foret, qui vnde secũ familiaritas sit,vnde propinquitas,percontaretur:ita qui vnde sibi cũ fratre & proximo.Omnes enim in vnũ corpus baptizati sumus, inquit. *1.Cor. 12.b.* Quid significat,in vnũ corpus?ne diuidamur, sed vt mutuã consuetudinẽ,amiciciámq; tanquam vnum corpus seruemus.Nolimus inuicẽ alter alterũ contemnere, *Eph. 5.f.* ne nosipsos contemnamus.Nemo vnquam carnem suam odio habuit,sed nutrit & fouet.Propterea hũc mundum tanquam domum vnam nobis deus largitus est,[& omnia æqua portione distribuit,]Vnũ Solem omnibus lucere fecit.Vno nos tecto,cœlo videlicet,operuit.Vnam cunctis mensam,hoc est terram communicauit,impartitus est etiam aliam lõge ma- C iorem,vnam tamen condiscipuli intelligunt.Vnum generationis modum omnibus largitus est spiritalẽ. Vna nobis & communis in cœlo patria,idem poculũ omnibus propinatur. Nihil amplius diuiti & spectato viro, quàm pauperi & abiecto deus exhibet: sed vniuersos pariter vocat. Carnalia pari honore, spiritalia similiter. Vnde ergo tanta huius vitæ inæqualitas?Ex diuitum auaricia,atq; insolentia.Sed nolite fratres,nolite quæso,ita affecti esse: ne cum † ratio ipsa & necessitas in vnum nos cogat,] à terrenis & caducis huius vitæ bonis distrahamur, à diuitiis dico,paupertate,sanguinis cõiunctione, inimiciciis, amicicia.Hæc enim omnia vmbra sunt, & quã vmbra abiectiora habentibus cœlitus vinculum charitatis:hoc seruemus dilectissimi toto conatu, & null⁹ prauus affectus hanc diuidere perturbaréve poterit D vnitatem:quam vtinam omnes cõsequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi,per quem & cum quo patri gloria,simul & spiritui sancto,in secula seculorum, Amen.

† vniuersalia & magis necessaria in vnum nos cogant.]

Homilia.xv.ex cap.primo.

ET *hoc est testimoniũ Ioãnis,quãdo miserũt ad eũ Iudæi à Hierosolymis sacerdotes & leuitas,vt interrogarent eum.Tu quis es?* Graue viciũ inuidia est dilectissimi,graue inquã & exitiosum,nõ his quibus inuidetur,sed ipsis inuidẽtibus. Primũ enim eos offendit, consumitque tanquam mortiferum quoddã virus eorũ animos occupãs. Si quo autem pacto eũ cui inuidetur lædit,paruũ quidẽ,& nullius ferè momenti detrimentum est,quódq; plus emolumenti q̃ damni afferat.Neq; in inuidia solũ,sed etiã in cæteris viciis,nõ qui malo afficitur,sed qui afficit is damnum accipit.Quod nisi ita se haberet, nõ iniuriã ac-

cipiendam

cipiendam potius quàm inferendã præcepisset Pau- *1.Cor. 6.b* lus discipulis.Quare nõ magis,inquit,iniuriã accipitis?quare nõ magis fraudẽ patimini? Certo enim nouit,nõ mala accipientẽ,sed inferentem omnino exitium secuturum.Hæc omnia mihi propter Iudæorũ inuidiã dicta sunt.Qui enim ex ciuitatibus ad Ioannem cõfluxerant,qui propria dãnarant peccata, qui baptizati erãt,post baptisma tanquã ex quadam pœnitentia,mittunt qui Ioannẽ interrogent,Tu qui es? Certe genimina viperarũ & serpẽtes: vel si quid his grauius,generatio mala,adultera, peruersa,post baptisma Baptistã interrogas,& percõtaris? Quid hac stulticia stultius?quomodo ad eũ cõuenistis?quomodo peccata vestra cõfessi estis? quomodo ad baptisma cucurristis?quomodo ipsum percõtati estis, q̃d foret agendũ?Hæc omnia à vobis temere,& sine ratione facta sunt,cũ neq; principiũ, neq; fundamẽtũ B intelligatis. Verũ nihil horum protulit, neq; obiecit Ioannes,neque quicquã exprobrauit,sed omni cum mansuetudine respondit.Quamobrem?est enim dignũ cognitu,vt omnibus eorũ manifesta,perspicuáque fieret malicia.Sępenumero Ioãnes Christo testimoniũ perhibuit,& cum Iudęos baptizaret,frequẽter Christi meminerat. *Ego quidẽ,*inquit,*vos baptizo in aqua:qui autẽ post me venit,fortior me est,ipse vos baptizabit in spiritu sancto & igni.* Quibus verbis humana quadã perturbatione affecti sunt. Mundi nanq; gloriã affectantes,& secundũ faciem iudicantes,Ioãnem Christo inferiorẽ,indignum arbitrabantur. Multa nanq; Ioannis generositatẽ ostendebant. Primum generis *Luc. 1.a.g* claritas,principis enim sacerdotis erat filius. Deinde *Matt. 3.a & Luc. 1.g* vita & asperitate,& rerũ humanarum cõtemptu insignis. Siquidẽ veste,mensa,domo, & ipso victu con C tẽpto eremũ ab ineunte ætate incoluit. Cõtrà,Christus obscuro genere natus, q̃d sæpenumero his ver- *Mat. 13.g & Mar. 6.a* bis exprobrarũt:Nõne hic est fabri filius?Nõne mater eius dicitur Maria,& fratres eius Iacob⁹,& Ioses? Et patria vnde originẽ ducere putabatur,ignominia *Infra.g.* quadã notabatur, vt inquit Nathanaël, A Nazareth potest aliquid boni esse?Præterea cõuersatio omnibus cõmunis,& vestimẽta nihil à vulgo differentia. Nõ enim zona pellicea cingebatur,neq; pilosam vestẽ induebat,neque melle & locustis vescebatur:sed cum omnibus eandẽ habebat consuetudinem. Infamium hominũ,& publicanorum cõuiuiis aderat, vt eos ad meliorẽ frugem alliceret:quod nõ intelligẽ- *Matt. 11.c* tes Iudæi ei exprobrabãt,vt ipse Christus inquit: Venit filius hominis mãducans,& bibẽs,& dicunt:Ecce homo vorax & potator vini, publicanorũ & pec- D catorum amicus. Cum ergo frequẽter Ioannes ab se Iudæos ad Christum,lõge eorum opinione inferiorẽ dimitteret,ægrè ipsi ferebãt, & rubore perfundebantur. Quippe qui Ioannẽ potius magistrum habere,quàm Christũ voluissent:palàm tamen id dicere verebãtur. Mittunt autẽ ad eum,vt per adulationem ipsum alliciãt ad confitendũ se Christũ esse. Quamobrem nõ abiectos,& infimę sortis homines mittũt, quemadmodũ ad Christum cum vellent eum cape- *Mat. 22.b* re in sermone. Tunc enim seruos, & iterũ Herodianos destinarũt: nunc autẽ sacerdotes, & leuitas:nec quoslibet sacerdotes, sed ab Hierosolymis, hoc est maioris authoritatis & nominis. nõ eñ temere hoc significauit euãgelista.& mittũt vt interrogarent eũ: Tu quis es?Et ℘fecto natales ei⁹ adeo celebres erãt, *Luc. 1.f* vt vulgò diceretur,Quisputas puer iste erit? & super

A omnia mõtana Iudææ diuulgabantur omnia verba hæc.Et cum iterũ Iordanẽ petiisset,omnes ad eum ciuitates aduolabãt,& ex Hierosolymis,& ex omni Iudæa ad Ioannẽ vt baptizarentur,cõcurrebant.Quid igitur interrogant?Non quod ignorarent:satis enim superq; cognoscebatur.Neq; vllo pacto poterat ignorari:sed ea quã paulo ante diximus ratione,quò eum adducerent vt se Christũ esse cõfiteretur.Audi ergo quomodo beatus Ioãnes nõ verbis, sed animo quo illi percontabãtur,respõdet.Nam cum dixissent,Tu quis es? Nõ respõdit cõtinuo, quod recte erat respõdendũ,Ego vox clamantis in deserto: sed eorum primum suspicionẽ amouit. *Interrogatus enim,*inquit,*tu quis es?cõfessus est, & nõ negauit:cõfessus est, quia nõ sum ego Christus.* Et animaduerte euãgelistæ sapientiam. Tertium idem dicit,vt & Baptistæ virtutẽ,& Iudæorum B maliciam atq; stulticiam demõstret. Lucas vero in- *Luc. 3.a* quit,q; cum turbæ suspicarẽtur eum esse Christum, iterum tollit suspicionẽ. Hoc frugi serui officiũ est, non solum domini sui gloriã non aucupari, sed & à multitudine tributã propulsare. Verum turbæ simplicitate,& ignorãtia in hãc venêre suspicionem:hi autẽ mala mente, malo animo eum percontati sunt,id arbitrati se per adulationẽ cõsequi posse quod diximus. Quòd nisi hoc animo fuissent,nõ continuo ad aliam venissent interrogationem,sed indignati,tanquam ad propositum non respondisset,neq; id dubitare,neq; id percontatum venire dixissent: verũ tanquam in crimine deprehẽsi & rei, ad aliud venerũt, & dicunt: *Quid ergo?Helias es tu?& dixit,Non sum.* Arbitrabantur enim eum vẽturum,sicut Christus inquit. Rogantibus nanq; discipulis,quomodo ergo Scribę *Mat. 17.b* C dicunt quòd Heliã oportet primum venire, ipse respondit:Helias quidẽ vẽturus est,& restituet omnia. Deinde interrogant: *Propheta es tu?& respondit,Non.* Et tamen propheta erat,quare se prophetã negat?Quia iterum percontantiũ animum inspexit. Existimabãt enim prophetã quendam eximium venturum,eo q; inquit Moses, Prophetam vobis suscitabit dominus *Deu. 18.d* deus de medio fratrũ vestrorũ tanquã me,ipsum audite.Hic autẽ erat Christus.Non igitur rogarunt,an esset vnus ex aliorũ numero prophetarũ,sed articu- *ὁ προφήτης.* lũ addiderũt,ac si dicerent:Prophetáne ille es,qui a Mose prædictus est?Propterea negauit,nõ se prophetam esse,sed se prophetã illum esse negauit. *Dixerunt ergo ei:Quis es?vt responsum demus his qui miserunt nos.Quid dicis de teipso?* Vidésne hos vehementius vrgentes, & iterum rogantes,nec desinẽtes: hunc autem summa D cum mãsuetudine falsas eorũ suspiciones omni conatu tollentem?Et veritatis amicus, *Ego,*inquit,*vox clamãtis in deserto,dirigite viam domini,sicut dixit Esaias propheta.* *Esa. 40.a* Cum enim magnum quiddam,& eximium secũdum eorum opinionem de Christo locutus sit,ad præstandã verbis suis authoritatem,prophetę statim testimonium adducit. *Et qui missi fuerant, erant ex Pharisæis,& interrogauerunt eum,& dixerũt ei:Quid ergo baptizas,si tu non es Christus,neque Helias,neque propheta?* Vides quòd non temere dixerim quòd ad hoc eũ adducere volebant. Non tamẽ hinc orsi sunt,ne quo animo dicerent,deprehenderentur. Et cum se Christũ esse negasset,iterum malicia sua dissimulata, ad Heliam veniunt,& prophetam. Quòd cum se neutrum esse profiteretur,dubij iam consilij,persona & simulatione omni abiecta, aperte fraudulentam mentem his verbis detegunt. Quid ergo baptizas, si tu non es

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christus? Deinde vt animum celarent, addiderunt, neq; Helias, neq; propheta. Nam cũ adulationibus eum allicere nõ possent, calũnia se eum coacturum arbitrati sunt, vt quod non esset, se esse confiteretur. O superbiã, ô amentiam, & curã intempestiuam. Mi sistis vt ab eo cognoscere tur quis esset, & vnde. Nunquid ei quid facturus sit præscribetis? Hoc cogentiũ est, vt se Christũ confiteatur. Veruntamen neq; nũc indignatur Ioannes, neq; sic eis, vt merebantur respõdet: Vos præcipere, & legẽ mihi ponere audetis? Sed iterum incredibilem præ se fert mansuetudinẽ.

Ego, inquit, *baptizo in aqua, medius autem vestrum stetit,* †*post me veniens.*] *quẽ vos nescitis, ipse est* †*qui post me ẽturus est,*] *qui ante me factus est, cuius nõ sum dignus, vt soluam eius corrigiam calceamenti.* Quidnam his respõdere potuissent Iudæi? Ipsi contra se, nulla venia, nulla excusatione dignam sententiam tulerũt. Quónam pacto? tantæ authoritatis Ioannem, & tam verum arbitrabantur, vt nõ solum de aliis testimoniũ, verum ipsi de seipso omnia crederent. Neq; enim nisi ea essent sententia, ipsum interrogatũ misissent quid de se diceret. Nostis enim q̃ de se dicentibus, his duntaxat maximè fidem adhibemus, quos verissimos arbitramur. Neq; hoc tãtum eorũ os obstruit, sed animus quoq;, quo ad eum locuti sunt. Prõptissimo nanq; animo ad eum venerũt, licet postmodũ mutati sint. Quæ ambo Christus
Infra. 5.f his verbis significauit: Ille erat lucerna ardens & lucẽs, vos autẽ voluistis exultare ad horã in eius luce.
Infr. 7.b Et responsio eius ipsum fide dignũ faciebat. Qui eñ nõ quærit gloriam suã, verax est, & iniusticia nõ est in eo. Ioannes autẽ non sibi gloriam quæsiuit, sed ad aliũ eos dimisit. Et qui missi erant, summæ erãt apud Iudæos authoritatis, & primũ locũ obtinebant. Itaq; nulla ex parte confugiũ aut excusationẽ habebant, si Christo non crederent. Sed qua gratia Ioanni de Christo fidem non adhibuistis? Vos ex primoribus
†*per hos*] missistis, vos †de his] interrogastis, vos Baptistę respõsum audistis: omnia illi conati, omnia scrutati sunt, & suspiciones vestras omnes in mediũ protulerunt, & tamen ingenue confessus est se nõ esse neq; Christum, neq; Heliam, neq; prophetam: neq; hoc cõtentus, quis esset ostendit, & de baptismate suo verba fecit, quod paruũ esset & vile, & prẽter aquam nil amplius haberet: ostẽdit præterea excellẽtiã baptismatis à Christo traditi. Adduxit Esaiæ ꝓphetę testimoniũ, qui diu antè & ipsum dominũ, & hunc ipsius ministrũ appellauit. Quid iã dubij relinquebatur, quin deũ adorarent, & cõfiterentur, cum omni adulatione amota verũ esset testimonium? Neq; enim aliud
D testãtis mores & sapientia pollicebatur. Ad hæc, vel inde perspicuũ erat, q̃ nemo proximum sibi prẽferet: neq; quem sibi honorem arrogare potest, in aliũ facile cõfert. Itaq; Ioãnes nisi Christus deus fuisset, in tantum non descendisset testimoniũ. Nam si id nomen tanquã conditione sua maius abiecisset, nõ sanè alij, & sanè inferiori tribuisset. Medius autẽ vestrũ stetit, quem vos nescitis. Decens nanq; erat, vt in populo tãquã vnus ex multitudine versaretur, qui vbique humilitatẽ & mansuetudinẽ doceret. Cognitionem autem hic dicit exactã & accuratam, vt quis & vnde sit. Illam autẽ particulã, Qui post me venit, frequenter meminit, tantũ nõ dicens: Nolite putare rẽ totã in meo esse baptismate: non sanè si istud perfectũ fuisset, alius post me venisset alterũ allatur⁹. Hoc tamẽ illius præparatio quædam est, & pręcessio. Res
A nostræ vmbræ sunt, & imago: aliũm venire oportet, qui veritatẽ afferat. Quãobrem illud, Post me venit, eius maxime ostẽdit dignitatẽ: nam si id erat perfectũ, nullus erat secũdo locus. Ante me factus est: hoc est, honorabilior & clarior. Deinde ne ex cõparatione similitudinẽ intelligerent, cum nullam vellet intelligi, ita ante se fuisse dicit, vt neq; inter vltimos ministrorũ adnumerari se dignum profiteatur. Soluere enim calceamenta, vilissimi serui officiũ est. Quòd si Ioãnes indignus qui corrigiam solueret: Ioãnes, inquam, quo maior inter natos mulierũ non surrexit, quo nos loco ponemus? Si is qui terrarũ orbi æquiparatur, imò qui maior est (non enim, inquit, erat his *Heb. 11.g* dignus mũdus) ne inter vltimos quidẽ ministros cõnumerari se dignũ dicit: quid nos innumerorum scelerũ pleni dicemus, qui tanto Ioanne sumus inferiores, quãto terra minor est cœlo? Hic neq; qui soluat
B corrigiã calceamenti, dignũ se profitetur: inimici autem veritatis in tantã prorumpunt insaniam, vt qui deum cognoscant, quẽadmodũ ipse seipsum nouit, digni se arbitrẽtur. Quid hac amẽtia scelestius? quid hac superbia insanius? Bene inquit Sapiens: Initiũ su *Eccl. 10.* perbiæ nõ cognoscere dominũ. Nõ esset è cœlo eie- *b.* ctus, neq; in diabolum versus cecidisset angelus, nisi hoc se scelere coinquinasset. Hoc eũ pręcipitem dedit, hoc in gehennã intrusit, hoc malorũ omnium ei causa fuit, hoc tantarũ viriũ est, vt omnẽ animi virtutẽ, eleemosynã, orationes, ieiuniũ, cętera animi bona corrũpat. Superbia in hominibus, immunda, inquit, *Ibid. a* est apud deũ. Nõ ergo fornicatio dũtaxat, neq; adulterium hominẽ polluit, sed & superbia, ac etiam illis lõge magis. Quãobrem? quoniam fornicatio etsi in-
C digna venia sit, potest tamẽ quispiam † voluptatẽ) in †*concupiscentiã.*] excusationem adducere: superbia autem ne minimã quidẽ, propter quam vel vmbram saltem veniæ consequatur: sed nihil alud est q̃ deprauatio animi, & morbus grauissimus, nõ aliunde q̃ ex insania ortum ducẽs. Nihil enim superbo homine insanius, quãuis ditissimus sit, quãuis multa hac exteriori sapiẽtia prẽditus, quãuis potẽs, quãuis omnia quæ homini exoptãda videntur, in illũ congerãtur. Quippe qui in re uera bonis superbit, miser est & infœlix, & illorũ omnium mercedẽ amittit. Qui eorum gratia, quę nulla ex parte bona sunt, propter vmbrã, & florẽ fœni (hęc eñ inanis gloria est) inflatur: nónne omniũ maxime ridiculus est, cũ idẽ faciat quod quiuis pauper & mẽdicus, & semper famelicus, qui si quãdo lætũ somniũ viderit, eo lætatur? Miser sanè & infœlix, qui cũ animã tuã grauissimo morbo cõsumas, & vltima in miseria verseris: tumescis tamen q̃ auri tibi talenta sint plurima, q̃ seruorũ multitudo. Verum hæc non tua sunt. Si meis verbis non credis, plurimorũ habes exempla. Quòd si ita insanis, vt neq; ex aliorũ experiẽtia hoc intelligas, parũper expecta, & in teipso nullã tibi inde vtilitatẽ cognosces: cum exanimis, nec hora, nec breui quidẽ momento, eorum dominus eris, inuitus aliis relíques, & his sępenumero quibus nolles. Multis eñ nec sua disponere permissum est, migrauerũt repẽte è vita, & cũ vellẽt his frui nõ potuerũt. Quod ne nobis accidat, iam ad sanitatẽ reuersi, ea nosipsi ad ciuitatẽ nostram trãsmittamus, quibus solis fruemur, aliis minime. Illa in asyllũ, & locũ tutissimũ recondemus, vnde nihil ea nobis poterit auferre, nõ mors, non testamẽta, nõ hæreditatum successiones, nõ calũniæ, nõ insidiæ. Sed qui hinc emigrans

grans sua præmiserit, his perpetuo fruetur. Et quisnã tãta laborat insania, vt reb⁹ suis omni tẽpore se perfruiturũ negligat? Transferamus igitur illuc nostras diuitias: nõ nobis asinis opus est, nõ camelis, nullis iumẽtis, nullis curribus, nullo alio vehẽdi instrumento, qua nos molestia deus liberos reddidit: tantũ pauperib⁹ indigemus, claudis, cęcis, infirmis. Isti sũt quibus talis securè committitur trãsportatio: hi res & pecunias in cœlũ perferre, & earum dominos ad æternorũ bonorum hæreditatẽ perducere poterunt: quã vtinã omnes cõsequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quẽ, & cũ quo patri gloria, simul & spiritui sancto in secula seculorũ, Amen.

Homilia. xvj. ex cap. primo.

†*Bethania.*] *Hæc in* † *Bethabara facta sunt trans Iordanẽ, vbi erat Ioannes baptizans. Altera autẽ die vidit Ioãnes Iesum venientẽ ad se, & ait: Ecce agnus dei, ecce*
B *qui tollit peccata mundi.* Magnum bonũ fiducia est, & loquendi libertas, omniãq; Christi cõfessioni post-
Mat. 10.d ponere, tam magnũ, inquam, & admirabile, vt filius dei vnigenitus talẽ coram patre prędicet, quãuis nõ par sit retributio. Tu enim confiteris in terra, ipse in cœlo: tu præsentibus hominibus, ille patre & angelis omnibus. Talis Ioannes, nõ multitudine, nõ gloria, nulla re humana motus, omnia pessundat, liberrimè, vt debet, Christi mysteria omnibus annunciat: propterea etiam locũ significat euangelista, vt magnanimi præconis fiduciam ostenderet. Non enim domi, neq; in angulo aliquo se abdidit, sed apud Iordanẽ, in media omniũ qui ab ipso baptizabãtur multitudine id palàm profitebatur (venerãt enim Iudæi dum baptizaret) tunc supremũ illud arcanum, & inenarrabilis doctrinæ plenũ de Christo prædicauit, quódq; non esset dignus soluere eius corrigiam cal
C ceamenti. Propterea inquit: Hæc in Bethania facta sunt. Quædam autẽ exemplaria veriora videntur, in
Bethabara. quibus Bethabara scriptum est. Bethania enim non
Bethania. trans Iordanẽ, neq; in deserto erat, sed non longe ab Hierosolymis. Locorum autẽ alia etiam ratione meminit. Nam cum nõ antiqua, sed quæ paulo ante cõtigerant esset narraturus, qui aderant & viderãt, eos testes adducit, ex quibus rem certã innuit. Cõfidens eñ nihil se veritati addidisse, sed vt res se habuerat, pure & simpliciter enarrasse, à loco testimonium accepit, nõ paruum, vt dixi, futurum veritatis indiciũ.

Altera autem die vidit Ioannes Iesum venientem ad se, &
†*ille qui tollit.*] *ait: Ecce agnus dei,* † *ecce qui tollit*] *peccata mũdi.* Distribuerunt tẽpora euãgelistæ. Matthæus quidem priusquã Ioannes Baptista caperetur, tempora abbreuians, ad
D ea quæ secuta sunt properat: Euangelista autẽ Ioannes his maximè immoratur. Et ille postquam venit
Matt. 4.b Iesus è deserto, interim omissis omnibus quæ Ioannes, quæ Iudæi missi inuicem verba contulerint, & aliis pluribus, continuo transit ad carcerẽ. Cum audisset, inquit, Iesus, q̃ traditus esset Ioannes, secesit illinc. Ioannes autẽ non sic: sed profectionem quidẽ in desertum tacuit, vtpote à Matthæo narratã. Narrat autem quæ post descensum mõtis secuta sunt, &
Infra. 3.c multis prætermissis addit, Nondũ enim missus erat Ioãnes in carcerẽ. Et quánam gratia hoc in loco inquit Iesum ad ipsum venisse non semel, sed iterum? Matthæus necessariũ eius aduentũ fuisse inquit, bap-
Matt. 3.c tismatis gratia. addit enim Iesus, Sic eñ decet nos implere omnem iusticiam. Ioãnes autem eum iterũ venisse dicit post baptisma, quod manifestauit, in-

quiens: *Ego vidi spiritum descendentem quasi columbam, &*
A *mansit super eum.* Qua igitur gratia venit nunc ad Ioãnem? neq; enim venientem tãtum, sed ad se, inquit? Cur inquam? Ne quis suspicaretur, cum primũ vnà cum cætera multitudine venisset, eadẽ qua alij causa venisse, vt scilicet peccata cõfiteretur, & in pœnitẽtiam ablueretur in flumine: Idcirco venit prębẽs Ioanni occasionem, vt eiusmodi suspicionem tolleret, quam illud verbũ, *Ecce* † *agnus dei, ecce qui*] *tollit peccata* † *agnus il le dei qui*]
mũdi: penitus tollit. Qui enim tanta excellit puritate, vt aliorũ peccata possit abluere, sanè constat eũ non ad confitendũ peccata venisse, sed vt illi admirabili præconi hãc daret occasionem, & secunda hac voce his qui priora audierãt, & certius dicta imprimeret, & alia superadderet. Illud autẽ verbũ, Ecce, ponitur eo quòd sæpe multi ex iam dictis ipsum inquirebãt,
B ideo præsentẽ ostendit dicẽs: Ecce hic est, de quo iã sermo habitus est. Hic est agnus. Agnũ autem appellat, vt Esaiæ prophetiã in memoriã Iudæis reducat, *Esa. 16.a* & vmbrã etiam à Mose repræsentatã: vt per figuram magis eos ad veritatẽ alliciat. Ille quidem agnus nullius peccatũ accepit, hic autem totius orbis terrarũ. Periclitantẽ enim mũdum quamprimum ab ira dei liberauit. Hic est de quo dixi, *Post me venit vir, qui ante me factus est.* Vides & in hoc loco quomodo superiora interpretatur? Nã cũ dixisset, Agnus qui tollit peccata mũdi: tũc subdit, Ante me factus est, manifestãs quid significet istud Ante, nempe q̃ accipit peccata mundi, quòd baptizat in spiritu sancto. Meus enim aduentus nihil aliud habuit, q̃ prædicare commune orbi terrarũ præstitum beneficiũ, & in aqua baptizare: huius autem, purgare humanũ genus, & largiri
C paracleti operationẽ. Hic ante me factus est: hoc est, clarior apparuit, quia prior me erat. Pudeat Pauli Samosatensis sectatores tam manifestã oppugnare veritatem. *Et ego nesciebam eum.* Aufert omnẽ testimonio suspicionem, cum nõ humanæ familiaritatis gratia, sed diuina reuelatione id perhibere ostẽdat. Nesciebã eũ, inquit. Quomodo ergo dignus est fide testis? Quomodo alios docet, qui nescit? Nõ inquit nescio, sed nesciebã, vt hoc modo maxime sibi crederetur. Quo enim pacto tantũ ignoto tribueret? Sed vt manifestetur Israëli, propterea ego veni in aqua baptizans. Nõ igitur ipse baptismatis indigebat. Neq; alia ratione illud lauacrũ institutum est, q̃ vt viã reliquis ad Christi fidẽ præberet. Non enim, inquit, vt baptismate ablutos mũdem, neq; vt peccatis liberem, ad baptizandũ veni, sed vt manifestetur in Israël. Quid
D enim, dic quæso: nõne licebat sine baptismate prædicare, & multitudinẽ facile ad credẽdũ adducere? Minime. neq; enim tãto studio omnes festinassent, si sine baptismate fuisset prædicatum, neq; nisi ex cõparatione eius excellentiã didicissent. Siquidẽ multitudo, non vt prædicationẽ audiret, sed vt confessi peccata baptizarentur, concurrebat. Vbi autẽ aduenissent, Christi doctrina imbuebãtur, & baptismatis intelligebant differentiã: quanquã istud Iudaicæ institutioni prẽstaret: & idcirco omnes cõfluerent, nec tamẽ sic erat perfectũ. Quomodo igitur cognouisti eũ? quia spiritus descẽdit. Verũ ne quis spiritus, quẽadmodũ nos, eũ indiguisse arbitraretur, audi quo pacto hãc tollit suspicionẽ, ostendens spiritũ ad Christũ annunciandũ descẽdisse. Nã cum dixisset, Et ego nesciebã illum: addit, *Sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quẽ videris spiritũ descendentem, &* ma-

Universidad de Deusto Biblioteca

nentẽ ſuper eũ,hic eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto. Vides ad
hoc veniſſe ſpiritum,vt Chriſtum oſtenderet?Nõ e-
rat Ioannis ſuſpectũ teſtimonium,nihilominus vt id
probabilius faceret,ad deũ & ſpiritum ſanctum rele
gauit.Cum enim rem tam magnam, & admirabilẽ,
dignámque quæ omnes in admirationẽ cõuerteret,
teſtificaretur, videlicet ꝙ vniuerſi orbis terrarũ ipſe
ſolus peccata auferret,& ad tantam multitudinem †
† redimen abluendã]diuini muneris magnitudo ſufficeret,hu-
dã] λύτρον iuſmodi iam ſententiã confirmat.Confirmatio autẽ
legiſſe vi- eſt ꝙ filius dei ſit,neq; baptiſmate indigeat: & ꝙ id-
detur λύ- circo ſpiritus deſcẽdit,vt eum dũtaxat manifeſtaret.
τρον. Non enim erat Ioannis dare ſpiritũ, quod ab eo ba-
Act.19. ptizati ſignificabãt,cum dicerent: Sed neq; ſi ſpiri-
a. tus ſanctus eſt, audiuimus.Nõ enim baptiſmate op⁹
habebat Chriſtus,neq; illo,neq; alia re:ſed baptiſma,
† potẽtia] Chriſti indiguit † gratia.]Hoc eñ fons & caput om-
niũ bonorum relinquebatur,vt ſcilicet qui baptiza-
rẽtur,digni eſſent ſpiritu ſancto.Hanc igitur ſpiritus
† teſtifica † ſatietatẽ aduentu ſuo impleuit,] *& teſtimoniũ perhi-*
tionem ad buit Ioannes,dicẽs,Quòd vidi ſpiritũ deſcendentẽ quaſi colum-
uentu ſuo bã de cœlo,& manſit ſuper eũ,& ego neſciebã eum.Sed qui mi
addidit.] ſit me baptizare in aqua,ille mihi dixit:Super quẽ videris ſpiri
tum deſcendentẽ,& manentẽ ſuper eũ, hic eſt qui baptizat in
ſpiritu ſancto.Et ego vidi,& teſtimoniũ perhibui,quia hic eſt
† pruden- filius dei. † Frequẽter]hac vtitur particula, neſciebam
ter] eum.Quánã gratia? Ei cognatione iunctus erat ſecũ
Luc.1.d dũ carnẽ.Ecce enim, inquit, Elizabeth cognata tua
& ipſa concepit filiũ.Ne igitur videretur ad volũta-
tem loqui eius cognationis gratia, inquit, Neſciebã
eum.& merito ſanè.Qui in deſerto extra paternã do
mũ à pueris verſatus erat,quid mirum ſi Chriſtũ ne-
ſciebat antequã ſpiritus deſcenderet? Quòd ſi ante
baptiſma eũ non cognouit,cur prohibebat eum, di-
Matt.3.d cens:Ego à te debeo baptizari?Hoc enim ſignũ erat
certiſſimæ cognitionis. Nõ tamen multo antè tem-
pore eius noticiam habuit.Nec ab re:miracula enim
quæ à pueris Chriſtus fecerat,vt de magis,& alia hu
iuſmodi, diu antè (Ioãne adhuc infante) cõtigerant.
Interea multo intercedente tempore, minimè mirũ
ſi ignorabatur.Nam ſi antea notus fuiſſet, non vtiq;
dixiſſet,Vt manifeſtetur in Iſraël,propterea veni ba-
ptizãs.Hinc cõſtat ſigna illa & miracula quę in Chri
ſti puericia feruntur,vera non eſſe. Nã ſi à pueris mi
racula facere cœpiſſet, nõ ſanè eum Ioãnes ignoraſ-
ſet,nec reliqua multitudo indiguiſſet magiſtro, qui
ipſum manifeſtaret.Nũc autẽ,inquit,ꝓpter hoc ve-
ni,vt manifeſtetur in Iſraël.Sed quánã ratione ĩquit,
Ego debeo à te baptizari?Deinde,vtpote qui mani-
feſtius eũ cognoſceret,turbis eũ manifeſtauit dicẽs:
Hic eſt de quo dixi,Poſt me venit vir,qui ante me fa
ctus eſt.Quia & qui miſit me baptizare in aqua,& q
ꝓpterea miſit me,vt manifeſtetur in Iſraël: ipſe ante
deſcẽſum ſpiritus ipſum Ioanni reuelauit: idcirco &
antequam veniſſet,dixit,Poſt me venit vir,qui ante
me factus eſt.Neſciebat igitur antequã Chriſtus ad
Ioannẽ veniret,ſed cum baptizandus eſſet, tunc eũ
cognouit,& maximè cũ pater eum prophetæ reue-
laſſet:& ſpiritus Iudæis,quorũ gratia deſcẽderat, eũ
qui baptizaretur,oſtẽdiſſet.Itaq; ne Ioannis contem
neretur teſtimoniũ,cum inquit:Quia prior me erat,
& in ſpiritu baptizat, & iudicabit orbem terrarum:
ideo pater ipſe voce ſua filiũ profeſſus eſt, & ſpiritus
ſupra Chriſti caput deſcẽdit vocem ad illũ trahens.
Cũ enim alter baptizaret,alter baptizaretur,ne quis

A de Ioanne id verbũ dictum arbitraretur, venit ſpiri-
tus qui huiuſmodi amouit dubitationem.Itaq; cum
inquit,Neſciebã eum:ſuperiora tempora reſpicit,nõ
quæ circa baptiſma fuerãt.Nã quo pacto prohibuiſ-
ſet,dicens,Ego debeo à te baptizari? quomodo hæc
de eo loqueretur?Sed quid nõ credebant Iudæi?Nõ
eñim ſolus Ioannes vidit ſpiritũ in columbæ ſpecie.
Quoniam hoc myſteriũ non corporeis tantum ocu
lis indigebat,ſed mẽtis poti⁹, ne inanis ſpecies puta-
retur.Nam ſi miracula facientem Chriſtum, cum ta
ctu ſolo infirmos ſanaret,mortuos vitæ redderet,vi-
dentes Iudæi nõ crederent,ſed inuidia perciti, con-
traria iis quæ cernebãtur affirmarent, quo pacto ſo-
lo ſpiritus aduẽtu abieciſſent incredulitatem? Qui-
dam autem dicunt,non omnes,ſed Ioannẽ tantum,
& quoſdã vita & moribus probatiores ſpiritum vi-
B diſſe. Nam etſi corporeis oculis in columbæ ſpeciẽ
ſpiritus deſcendens videri poterat, nõ tamen neceſ-
ſario ſequebatur vt ab omnibus ſpectaretur.Etenim
Zacharias ſub corporea imagine multa cõſpicatus
eſt;necnon & Daniel & Ezechiel,nullũ tamẽ viſio-
nis ſocium habuerunt.Præterea Moſes multa vidit,
qualia aliorũ nemo.Et transfigurationem in monte
non omnes viderunt diſcipuli. Sed neq; in reſurre-
ctione viſionis illius omnes fuere participes, quod
ſignificauit Lucas, cũ inquit: Qui dedit eũ manife- *Act.10.f*
ſtum fieri teſtibus præordinatis. *Et ego vidi,& teſtimo-*
nium perhibui,quia hic eſt filius dei. Sed vbi teſtimonium
perhibuit ꝙ hic ſit filius dei? Agnum quidem ipſum
appellauit,atq; ꝙ ſpiritu baptizare deberet, profeſ-
ſus eſt:filium autem dei,nequaquam. Atqui poſtba
ptiſma nihil ipſum dixiſſe ſcribunt alij euangeliſtæ.
C Verũ omiſſis quæ interea facta ſunt,poſt captum Io-
annem,miracula Chriſti proſequuntur.Ex quo non
immerito coniectari poſſumus,ꝙ & hæc,& alia plu-
ra prætermiſerunt,quod etiã hic euangeliſta in fine
operis ſui demõſtrauit.Tantum autem abeſt, vt fin-
gant aliquid magnũ de eo, vt quæ videntur expro-
branda eſſe,omnes vno ore diligẽtiſsimè poſuerint,
neq; inuenires qui eorum quicquã relinqueret.Mi-
racula autẽ,alij alia omiſerunt, alia nemo meminit.
Hæc non temere dixi, ſed ad cõtundendam Genti-
lium impudentiã,ſufficiens ſanè hoc ad diſcipulorũ
mores oſtendendos exemplum, ꝙ veritatis ſtudioſi
nihil ad gratiam loquantur: poteriſq; aduerſus fidei
oppugnatores his muniri rationibus. Verum atten-
dite,quæſo:etenim abſurdum eſt,ꝙ medicus,coria-
rius,textor,& omnes generatim opifices quiſq; pro
D artis ſuæ profeſsione pugnet: Chriſtianus autẽ non
poſsit vllam religionis ſuæ afferre rationẽ. Atqui illæ
artes neglectæ,ad pecuniam dãnum referunt:huius
autem contemptus,animæ detrimentũ affert: & ta-
men tanta miſeria,tanta inſania laboramus, vt in il-
las omnẽ curam cogitationémque adhibeamus:ne-
ceſſaria autem,& ſalutis noſtræ munimẽto firmiſsi-
ma pro nihilo ducimus.Hoc nõ ſinit Gentiles reco-
gnoſcere errorẽ ſuum, atq; deridere. Nam cum ipſi
mẽdacio nixi omnia faciant, vt dogmatum ſuorum
ignominiã defendant,nos autem veritatis cultores,
ne hiſcere quidẽ ad noſtra tutãda poſsimus:quę cau
ſa eſt,quin doctrinæ noſtræ nimiã dãnent imbecil-
litatem,quin fraudem & ſtulticiã in nobis ſuſpicen-
tur,quin Chriſto tanquam mendaci,& multitudinis
ſtulticia fraude ſua abutẽti maledicãt?huius nos cau
ſa blaſphemiæ,nos inquã qui nolumus piis religio-
nis noſtræ

nis noſtræ ſermonibus inuigilare, ſed his contẽptis
veluti ſuperuacuis,caducis rebus curã omnem adhi
bemus:& qui ſaltationis,& aurigãdi, & beſtias confi
ciendi ſtudio delectantur, huiuſmodi certaminibus
totis viribus incũbunt,ne inferiores euadant,& ſtu-
dia ſua maiorẽ in modum laudãt,& aduerſus eorum
accuſatores,excuſationẽ meditantur:& aduerſarios
maledictis proſequũtur. In Chriſtiana autẽ religio-
ne defendẽda,nulla cura adhibita torpeſcimus,oſci-
tamus, maximè ridiculi deprehẽdimur: & quî non
ſummã dei ſubimus indignationẽ,cùm Chriſtũ infe
riore loco quàm ſaltatorẽ habeamus? Horum enim
opera,quãuis turpiſſima,multis modis excuſare ad-
nitimur:Chriſti miracula,quãuis orbem terrarũ con
uerterint,neq; intelligere,neq; curare videmur.Cre
dimus in patrẽ,& filium,& ſpiritum ſanctũ,in reſur-
rectionem corporũ, in vitam æternã.Si quis Genti-
B lium percõtaretur,Quis hic pater eſt,quis filius,quis
ſpiritus ſanctus? Tres deos aſſeritis, & nos plurium
deorũ aſſertores reprehẽditis. Quid ad hoc dicetis?
Quid reſpõdebitis? Quo pacto has diſſoluetis obie-
ctiones? Quid autẽ ſi vobis ad hæc obmuteſcẽtibus
aliam inferat quæſtionẽ, An omnino futura ſit reſur
rectio, an in hoc corpore, an in alio reſurrecturi ſi-
mus?Et ſi in hoc,quæ neceſſitas vt diſſoluatur?Quid
ad iſta dicetis?Quid autem ſi præterea petat cur hoc
tandẽ,& non ſuperiori tẽpore Chriſtus humanã car
nem accepit? Quid ei in præſentia potius quàm tot
ſuperioribus ſeculis viſum eſt humano generi proui
dere?atq; alia multa examinet?Neq; enim operæpre
cium eſt,vt qui plures præterea quæſtiones accumu
lat,earũ cõticeat ſolutiones,ne rudioribus obſit.Ar-
bitramur ſanè quæ diximus ſuffectura ad ſomnũ ve- C
ſtrum excutiendũ.Quid igitur ſi hæc,& huiuſmodi
percontarẽtur?Non poteſtis ipſa verba audire?quod
nos,quæſo,manet ſuppliciũ,cùm tanti ſimus erroris
authores his,qui in tenebris inuoluuntur?Vellem,ſi
horũ ſtudio teneremini,huc in mediũ impij alicuius
Gẽtilis philoſophi cõtra nos librum proferre,cõtrà,
ſenioris huius,vt hac vos ratione excitarẽ,& deſidiã
veſtram excuterẽ.Nam ſi illi vt cõtra religionem no
ſtram loquerẽtur,tantopere inuigilarũt:qua nos ve-
nia dignamur,niſi huiuſmodi cõtra nos inſultus pro
pulſare calleamus? Hoc nobis Petrus præcipit. In-
1.Pet.3.c quit enim, parati ſemper ad ſatisfactionẽ omni po-
ſcenti vos rationẽ de ea quæ in vobis eſt ſpe.Et Pau
Coloſſ.3.c lus:Verbũ Chriſti inhabitet in vobis abundãter. ſed
quid ad hæc reſpondent fucis ſtultiores? Benedicta
Prou.10.b omnis anima ſimplex:& qui ſimpliciter ambulat, in D
fiducia ambulat.Hoc nãq; omniũ malorũ cauſa eſt,
ꝙ non multi ſcripturarum teſtimonia in opportunis
rebus ſciũt adducere.Nõ enim eo loco ſimplex pro
ſtulto,& pro eo qui nihil nouit,intelligẽdum eſt:ſed
pro nõ malo,nõ verſuto.Nam ſi ita intelligeretur,ſu
Mat.10.b peruacaneũ fuiſſet dicere,Eſtote prudẽtes,ſicut ſer-
pentes:& ſimplices ſicut colũbę.Sed quid hęc,cùm
in nullã huius diſputationis adducamur neceſſitatẽ?
Præterea neq; alia quæ ad vitã pertinẽt, nobis rectè
efficiuntur,ſed vndiq; miſeri,vndiq; ridiculi,in mu-
tuas ſemper calamitates intẽti, in corrigẽdis verò iis
in quibus accuſamur,pigri oſcitamus.Quamobrem
vos hortor nunc ſaltem veſtri iuris facti, ne in repre
hendendo tantùm perſeueretis.Siquidẽ id non ſatis
eſt ad placandũ deum,ſed optimã vitam induamini,
vt ad gloriam dei in hoc ſeculo viuentes,futurã om-

A nes conſequamur,gratia & benignitate domini no-
ſtri Ieſu Chriſti,per quẽ, & cum quo patri gloria, ſi-
mul & ſpiritui ſancto,in ſecula ſeculorum,Amen.

Homilia xvij.ex cap.primo.

ALtera die iterũ ſtabat Ioannes, & ex diſcipulis eius
duo.& reſpiciẽs Ieſum ambulantẽ dicit:Ecce agnus
dei.Et audierũt eũ duo diſcipuli loquentẽ, & ſecuti
ſunt Ieſum. Pigra quodãmodo humana vita eſt,& ad
perditionẽ procliuis,nõ propter naturę ſuę opificiũ,
ſed propter volũtatis deſidiam.Quamobrem ſæpius
admonendũ eſt:Vnde Paulus, Eadem ſcribere mihi *Philip.3.a*
quidẽ non graue,vobis autẽ tutũ.Terra enim ſemel
accepto ſemine mox profert fructus,neq; indiget al
tera ſatione:In anima noſtra nõ ita vſu venit, ſed fre
quenter,& ſumma cum diligẽtia in ea ſerendũ eſt,vt
ſemel ſaltẽ fructum accipiat:primùm enim nõ facilè
B incidunt & imprimũtur animo verba dei:quoniam
multa ſubeſt durities, multis obſtruitur ſpinis ani-
ma,multi adſunt inſidiatores,ſemina diripiẽtes.De-
inde cùm germinãt,& radices agunt ſemina,iterum
indigent diligentia,vt ad maturitatẽ perueniant: &
cùm peruenerint,vt integra perſtẽt, & à nemine læ-
dantur.In ſeminibus enim cùm è vagina ſpica erupe
rit,& robur ſuũ acquiſiuerit,tunc rubiginẽ,& cæte-
ra noxia facilè contemnit:In doctrina autẽ perfectũ
opus nonnunquã aliqua incũbens tempeſtas & flu-
ctus perdidit:idq; & rerũ difficultate,& hominũ qui
ſciunt & volũt lædere fraudibus, variiſq; aliis tenta-
tionibus penitus labefactatur.Hæc autẽ non temerè
nobis dicta ſunt, ſed vt quoties idẽ Ioannẽ repeten-
tem audieris,nolis tanquã nugatorem contemnere,
neq; ſuperfluũ & moleſtũ arbitrari. Voluit enim ſe-
C mel dicẽdo audiri, ſed cùm non multi eius verbis à
principio nimio ſomno oſcitãtes vacauerint, iterum
eos excitat. Conſidera autẽ eius verba:inquit enim,
Qui poſt me venit,ante me factus eſt.Et itẽ,Nõ ſum
dignus ſoluere eius corrigiã calceamẽti.& iterũ:Hic
eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto,& igne.Quódq; ſpi *Matt.3.c*
ritum viderit deſcendentẽ & manentẽ ſuper eum:
& quòd teſtimoniũ perhibuit,quoniam hic eſt filius
dei:nemo his verbis attendit, nemo rogauit cur,pro
quo,& qua ratione id diceret. Dixit præterea, Ecce
agnus † dei,ecce qui]tollit peccata mũdi:neq; hoc vl *† ille dei,*
la eos admiratione affecit,idcirco eadẽ repetere co- *qui]*
gitur, tanquã duram quandã & immitem terrã repa
ſtinatione molliens, & ſermone tanquã aratro ſub-
actã mẽtem excitans, hoc pacto ſemina altè deiicit.
Propterea non longiori vſus eſt oratione, quoniam
D vnũ tãtùm curabat, vt Chriſto omniũ animos con-
iungeret. Norat enim ſi hoc reciperẽt, non amplius
teſtimonio alicuius indigere,vt factũ eſt.Nam ſi Sa-
maritani audito Chriſti ſermone dicũt mulieri, Nõ
iam propter tuam loquelã credimus,ipſi enim audi-
uimus & ſcimus, quia hic eſt verè ſaluator mundi
Chriſtus:lõgè magis diſcipuli id feciſſent:effecerũt- *† ad Ioan-*
que.Nam cùm abeũtes vno tantùm veſperi Chriſtũ *nem: ſed*
audiſſent,nõ amplius reuerterũt † vt & Ioanni mini- *ita Chri-*
ſtrarent,& eius audirẽt prędicationẽ.]Inuenit enim *ſto affixi*
hic primũ,inquit, fratrem ſuum Simonẽ, & dicit ei: *ſunt, vt*
Inuenimus Meſſiã, quod eſt interpretatũ Chriſtus. *Ioãnis mi-*
Intuere hoc etiam loco,ꝙ neq; cùm dixit: Qui poſt *niſterium*
me vẽturus eſt,ante me factus eſt:neq; cùm,Nõ ſum *ſuſciperẽt,*
dignus ſoluere eius corrigiã calceamẽti:quenquam *& ipſi*
lucratus eſt.Verũ cùm de Chriſti generatione verba *Chriſtum*
habere,& in humiliorẽ ſermonem deſcẽdere cœpit, *prædica-*
rent.] *Meſsiã.*
tunc

Universidad de Deusto Biblioteca

tunc ſecuti ſunt diſcipuli. Vnde animaduertendum
eſt,ꝙ non tam multi ad Chriſtũ ſectandũ adducun-
tur,quando magnũ aliquid,& altum de deo dicitur,
ſicut cùm ad humiliora,& ad auditorũ ſalutẽ accom
modatiora deſcẽditur. Audierunt igitur à Ioanne ꝙ
tollit peccata mũdi, & è veſtigio ad eũ properarunt.
Nã ſi peccata abluere, & ſine labore noſtro his nos
liberare poteſt,cur tantam reiicimus gratiã? Audiãt
catechumeni,& qui ad vltimũ vſq; ſpiritũ propriam
reiiciunt ſalutẽ. Iterum inſtat Ioannes,& dicit,Ecce
agnus dei. Nihil Chriſtus,ſed ille omnia loquitur:ita
& ſpõſus nihil ad ſponſam primò loquitur, ſed ſilet.
Alij ipſum oſtẽdunt,alij ſpõſam accipiunt, quæ tan-
tùm mõſtratur,neq; à ſeipſo eã,ſed alio tradente ac-
† eam aſficit, & talem reddit.] cipit ſpõſus:cùm verò traditã acceperit,ita †ei affici-
tur] vt minimè amplius deſpondentiũ reminiſcatur.
Ita Chriſtus venit,vt eccleſiã†cõponeret,]nullũ ipſe
† ſibi coniungeret.] verbũ fecit, tantùm præſtò fuit amicus eius Ioãnes,
dexterã impoſuit ſpõſæ, ipſe verba habuit, & homi-
num animas Chriſto tradidit,quibus acceptis ita for
mauit, vt non amplius ad Ioannẽ eſſet redeundum.
Aliud præterea animaduertẽdum eſt, quòd queád-
modum in nuptiis non ſponſa ſpõſum petit,ſed con
trà,etiã ſi regis filius vilem ancillã duceret: Ita nunc
non in cœlũ humana aſcendit natura, ſed ipſe deus
ad hanc deſcendit,quanuis humilẽ, quanuis contẽ-
ptam. Re autẽ perfecta nõ permiſit eam amplius hic
immorari, ſed ad patriã domũ ſuſtulit. Sed quánam
gratia non ſeorſum ſuis cõuocatis diſcipulis Ioãnes
hæc cum his loquitur, & ita eos Chriſto cõmendat,
ſed omnibus præſentibus inquit ad eos, Ecce agnus
dei? Ne videretur id ex cõpoſito feciſſe. Nã ſi ipſius
hortatu,& tanquã gratiam ei haberẽt,Chriſtum pe-
tiiſſent,reſiliſſent fortaſſè:nunc autem ex communi
doctrina eum ſecuti, firmi perſtiterũt diſcipuli, non
magiſtri gratiã, ſed propriã tantum ſpectãtes vtilita-
tem:Prophetæ & apoſtoli omnes abſentẽ Chriſtum
prædicauerunt:illi quidẽ ante incarnationẽ, hi verò
poſt aſſumptionẽ, Ioannes autem ſolus præſentem.
Quare amicũ ipſum ſpõſi appellat? Affuit enim ſolus
nuptiis,omnia fecit,omnia ad finẽ perduxit: ipſe rẽ
orſus eſt,& viſo Ieſu ambulante inquit, Ecce agnus
dei. Neq; voce tantum,ſed & oculis Chriſtũ teſtatus
eſt,& admiratus,& incredibili gaudio exultauit. Ne-
que iã exhortatur,ſed admiratur,& obſtupeſcit prę-
ſentem,& dei donũ quod annunciaturus venerat,&
purgationis modũ manifeſtat. Agnus enim vtrũque
ſignificat. Neque dixit,qui tollet,aut tulit: ſed,tollit
peccata mũdi,vt quotidie ea tollere intelligatur. Nõ
enim cùm paſſus eſt, ſolùm noſtra abſtulit peccata,
ſed ex illo hactenus tollit. Non ſemper crucifigitur.
Vnum nanq; pro peccatis noſtris tulit ſacrificiũ, ſed
ſemper per illud nos purgat. Quemadmodũ igitur
* ὁ λόγος ὁ υἱός, & ſic in aliis, adiecto ſcilicet articulo, ὁ ἀμνός. cùm *verbũ dixit,& filium,vtrunq; præ cæteris exi-
mium intellexit: ita & agnus,& propheta,& lux ve-
ra,& paſtor bonus,& alia quę ab eo articuli adiectio-
ne dicta ſunt,præcipuum quiddã, & cæteris præſtan
tius demõſtrant. Etenim & agni,& prophetæ,& filij
multi ſunt,ſed hic longe præſtat. Neq; articulo ſolo,
ſed vnigeniti quoq; adiectione hoc cõfirmat. Nihil
enim cum creatura cõmunicat. Quòd ſi cui nõ ido-
neo tẽpore,hora videlicet decima,hæc dicta viderẽ-
tur:(hora enim,inquit,quaſi decima erat) multũ mea
ſententia fallitur. Mundi nanq; hominibus,carníſq;
voluptatibus deditis, id tẽpus nõ admodũ commo-

A dum eſt ad aliquid ſeriò peragendũ, eo ꝙ mẽs cibo
ingraueſcit. Ioãnes autem etiam veſperi tam ſobrius
erat, quàm nos ſub aurora,imò lõgè magis. Nam ſæ-
penumero veſpertini cibi reliquiæ, animi ſolertiam
manè etiã hebetant:ille autẽ nullo huiuſmodi onere
premebatur. Non igitur immeritò ſub veſperũ hunc
ſermonem habuit. Præterea etiam in deſerto cõuer-
ſabatur iuxta Iordanẽ, quò omnes ſummo feruore
ad baptiſma concurrebant, parũ ſecularia curantes,
quandoquidẽ & vt Chriſtũ ſectarentur,triduo cibis
omnibus abſtinebãt. Hoc enim ſtudioſi præconis,&
diligentis agricolæ officiũ eſt, vt non prius ab opere
deſiſtãt,quàm quod intendunt,effecerint. Sed quid
tandem non vniuerſam Iudæã Chriſtũ annunciãdo
peragrauit? Quid iuxta Iordanem tãtùm immoratus
venientẽ expectauit,quem oſtenderet? Quoniã per
B opera id fieri volebat, id curabat vt Chriſtus noſce-
retur,& perſuaderet,vt vitam æternam audirent. Illi
maius,operum ſcilicet,reliquit teſtimoniũ,quemad
modũ ipſe inquit,Ego ab homine non accipio teſti- *Infra 5.f*
monium:opera quæ dedit mihi pater,hæc ſunt quæ
teſtimoniũ perhibẽt de me. Vide quãtò hoc clarius
ſit. Cùm enim ſcintillã paruã excitaſſet,repẽtè flam-
ma ad ſummũ euaſit. Nam qui prius Ioannis verbis
minimè mouebantur, poſtmodũ dicunt, quæcunq;
Ioãnes dixerit, vera eſſe. Accedit ad hoc,quòd ſi his
annunciandis orbẽ peragraſſet,humano quodã ſtu-
dio id feciſſe videretur,& nõ parua auditorũ animis
orta eſſet ſuſpicio. *Et audierũt eum duo diſcipuli loquẽtem,*
& ſecuti ſunt Ieſum. Atqui & alij erãt Ioanni diſcipuli,
ſed illi non modò non ſecuti ſunt,ſed ei æmulaban-
tur. dicebant enim:Rabbi,qui erat tecũ trans Iorda- *Ibid.3.d*
C nẽ, cui tu teſtimoniũ perhibuiſti, ecce hic baptizat,
& omnes veniũt ad eum. Et iterũ vidẽtur eum accu *Matt.9.b*
ſare:Quare nos ieiunamus,& diſcipuli tui non ieiu- *& Marci*
nãt? Sed meliores,nullo tali affectu perturbati,audi- *2.c*
to Ioãne è veſtigio ſecuti ſunt Ieſum:nõ ꝙ magiſtrũ
deſpicerẽt,ſed ꝙ certã fidem eius adhiberẽt teſtimo
nio. Maximũ autem argumentũ eſt,recta eos mente
ſecutos, ꝙ nullo hortatu (ſuſpicioſum enim fuiſſet)
ſed ſolo auditu,quòd in ſpiritu ſancto eſſet baptiza-
turus,ſecuti ſunt: neq; magiſtrũ reliquerũt,ſed quid
ille amplius quàm Ioãnes ferret,ediſcere voluerunt.
Et animaduerte verecundã diligentiam. Non enim
quamprimùm de magnis & neceſſariis rebus Ieſum
percontantur,non publicè omnibus præſentibus,&
temere, ſed priuatim & ſeorſum cũ illo colloqui ſtu
duerunt. Norãt enim pręceptoris verba non mode-
D ſtiæ fuiſſe,ſed veritatis. *Erat autẽ Andreas frater Simonis*
Petri, vnus ex duobus,qui audierãt à Ioãne,& ſecuti fuerant
eum. Qua gratia alterius nõ meminit? Sunt qui dicũt
quoniã ipſe ſit euangeliſta,qui ſecutus eſt:alij ꝙ ob-
ſcurus eſſet,neq; præter neceſſaria ſibi dicẽda ducit.
Nulla enim vtilitas eius nominis cognoſcẽdi. Neq;
ſeptuaginta duo ſuis quiſq; nominibꝰ cognoſcũtur.
Ita & Paulus: Miſimus,inquit,cũ eo fratrẽ in multis *2.Cor.8.e*
ſæpe ſtudioſum,cuius laus in euãgelio. Andreæ au-
tem meminit vel hãc ob cauſam, vt cùm audieris ꝙ
Simon audiẽs cum Andrea,Venite poſt me,& faciã *Matt.4.c*
vos piſcatores hominũ, ad tam admirabilẽ hãc pro-
miſſionem non dubitarit, intelligas fratrẽ iam fidei
ieciſſe fundamenta. *Conuerſus autẽ Ieſus,& videns eos ſe-*
quẽtes,dicit eis: Quid quæritis? Hinc admoneri poſſumus,
deum ſuis in nos beneficiis noſtras nõ præuenire vo
luntates,ſed à nobis incipiendum eſſe: ſed cùm nos
prompto,

prõpto,paratóq; animo ad ſuſcipiendã gratiam exhi
bemus, tunc multas nobis offert ſalutis occaſiones.
Quid quæritis? Quid ſibi vult hæc interrogatio? Qui
humanorũ cordiũ ſcrutator eſt,qui cogitationes no-
ſtras apertè intuetur, is interrogat, non vt ſciat (ſcit
enim) ſed vt rogãdo eos ſibi conciliet, & familiares
reddat atque audẽtiores, ſéq; ſuo eos dignari collo-
quio oſtendat. Credibile enim erat eos ſubuereri,&
formidare,cùm ſe rudes intelligerẽt, & tantũ de illo
magiſtri accepiſſent teſtimonium. Amouẽdæ igitur
verecundiæ,& timoris gratia rogat,neq; domum vſ-
que ſilentio ſinit peruenire. Atqui idem eo tacente
eueniſſet. ipſum enim vtiq; domũ vſq; proſecuti eſ-
ſent. Cur igitur rogat? Vt eos,vt dixi,bona ſpe confir
maret, ne erubeſcerẽt, hæſitaréntq;. Nec ex eo ſolũ
quòd ſequerentur,ſed etiam ex interrogatione eorũ
oſtendit deſideriũ. Siquidem cùm nihil adhuc ma-
gnum neq; vidiſſent, neq; audiſſent ab eo, magiſtrũ
appellant,ſe diſcipulis annumerant, & cur ſequãtur
oſtendunt,vt videlicet aliquid vtile decerperẽt. Ani
maduerte quæſo horũ prudentiam. Non dixerunt,
Doceas quid ſequamur, quid neceſſariò faciẽdum:
ſed,Rabbi,inquiunt,vbi habitas? In ocio enim,vt di
xi,& rogare,& audire aliquid ab eo volebãt, idcirco
neque tempus diſtulerunt,neq; ſe poſtridie publicè
diſputantem audituros dixerunt, ſed vehemens au-
diendi deſiderium præ ſe ferunt,ne horã quidem di
mittentes. Et animaduerte animi ardorẽ. O memo-
rabilem illorũ ſapientiam, ô diligentiam,ô in magi-
ſtrum fidẽ. Etenim iam ſol ad occaſum properabat
(hora enim erat quaſi decima)& propterea etiã Chri
ſtus domũ non docet,ſed allicit ſequentes,oſtendẽs
iam in ſuos accepiſſe. Non dixit igitur intempeſtiuũ
eſſe vt ad ſe proficiſcerẽtur: ſed,venite,inquit,& vi-
dete vbi habitẽ. Non dicit,audietis cras ſi quid vul-
tis:neq; tunc miſſos fecit, ſed tanquam amicos lõga
deuinctos conſuetudine alloquitur. Quo igitur pa-
cto inquit,filius hominis non habet,vbi caput recli-
net? cũ hîc dicat,Venite & videte vbi maneã? Quo-
niam nullum habuit propriũ diuerſoriũ. Ita ea intel-
ligenda eſt parabola. Non quòd domũ non habita-
ret. hoc autẽ dixit euãgeliſta, quia apud eum ea die
moram traxerũt. Sed cur non id addidit, tanquã ma
niſeſtũ eſſet? Neq; enim alia ratione ſecuti ſunt,neq;
Chriſtus eos allexit, quàm doctrinæ gratia, quã tam
largiter & promptè vna nocte acceperunt, vt mox
† alter in aliorum venationẽ proficiſceretur.] † vterque alios allicerent.] Hinc facilè admonemur
omnia præter diuinarum rerum doctrinã,& vana &
ſuperflua æſtimanda:ad eam autem nullum tempus
eſſe intempeſtiuũ,quanuis aliena domus ingredien-
da ſit,& magnus vir & clarus etiã ab obſcuro peten-
dus,& intẽpeſtiuè,nũquam huius doctrinæ occaſio
contemnenda eſt. Cibus enim,& balnea,& cœnę,&
reliqua ſecularia ſtatutũ tempus habent: ſupernæ au
tem ſapientiæ doctrina nullo tẽpore circũſcribitur,
ſed omne ei tempus accõmodatum eſt. Opportunè,
2. Timot. 4.a inquit, importunè, argue, obſecra, increpa. Et pro-
pheta,In lege eius meditabitur die ac nocte. Et Mo-
Pſal.1.a ſes vt hoc ſemper faciant,Iudæis præcipit: ſecularia
enim, hoc eſt balnea, cœnæ, quæ neceſſaria ſunt, &
frequenter petimus,corpus imbecillius reddũt:ani-
mæ autẽ doctrina quãtò magis imbuimur,tantò for
tior anima efficitur. Verũenimuero in deliramentis
& nugis inutiliter vniuerſum tẽpus conſumimus, &
aurora,crepuſculo,meridie, veſpere, fruſtra deſide-

A mus,locũ ad hæc conſtituimus: diuinum autẽ pabu-
lum ſi ſemel biſve ad ſummũ in hebdomade audi-
mus: tanquã ſaturi nauſeamus. Quænam horũ cau-
ſa? Praua animi affectio. Concupiſcentiã circa hæc,
& appetitũ diſſoluimus,& idcirco ſpiritalẽ cibum fa
ſtidimus. Magnum autẽ & hoc præter alia ægritudi-
nis indiciũ, ꝙ neq; eſurimus,neq; ſitimus: ſed vtrũq;
nobis iniucundum eſt. Nam ſi in corporibus id eſt
grauiſſimi morbi ſignũ, lõgè magis in anima. Quó-
nam igitur pacto oſcitantẽ eam & diſſolutã, quibus
operibꝰ,quibus verbis ſancire poterimus? Si diuinos
ſermones,propheticos, apoſtolicos, euangelicos, &
alios omnes familiares habuerimus, tunc longè hos
meliores guſtatu cibos, quàm ſeculi immundos co-
gnoſcemus. Hoc nanq; nomine intẽpeſtiuas nugas,
& ſodalitates appellare libet. Quid enim,quęſo,me-
lius,de forẽſibúſne,iudicialibúſq; negociis,atque iis
B quæ in caſtris gerũtur: an de cœleſtibus, & quæ poſt
noſtram hinc migrationem expectamus, diſputare?
Quid ſatius, proximi res & alienas diligẽter curare:
an angelicas & plurimũ nobis cõferentes inquirere?
Res vicini nõ omnino tuę,ſed cœleſtes tuę ſunt. Sed
licet, inquit, qui ſemel hæc dicit, oĩa impleat. Quid
autẽ de quibus temerè diſputatis nõ intelligitis, ſed
omnẽ vitã in hoc conſumẽtes,nullũ adhuc diſputa-
tionis finẽ inuenitis? Neq; adhuc grauiora dico. Hu-
maniores enim hæc inuicẽ diſputant,pigri autem &
negligentes de mimis, ſaltatoribus, aurigis ſermonẽ
faciunt,ita & auditũ ſimul & animã coinquinãt,na-
turam his cõfabulationibus in omne viciorũ genus
præcipitẽ agẽtes. ſimul ac enim ſaltatoris nomen lin
gua protulit,animus eius ſibi faciẽ,comam,mollem
C veſtẽ,& his illum lõgè molliorẽ effingit. Alius ex for
nicariæ mulieris ſermone,verbis,forma, limis atque
laſciuis oculis,delicato aſpectu,capillorũ in orbẽ fle
xibus,fuco pictis genis flammã fouet: nónne,quęſo,
in præſentia his verbis toto animo commouemini?
Verùm non pudet, neq; erubeſcitis? Naturali enim
neceſſitate hi motus exoriũtur. Quòd ſi in eccleſia,
& ab illis procul irritamẽtis, noſtris tamẽ ſermonibꝰ
nonnihil incaleſcitis: conſiderate quales eſſe par eſt
eorum affectus,qui in ipſo ſedẽt ſpectaculo, quibus
plurima licẽtia eſt,& extra hũc honeſtũ reuerẽdúm-
que conſeſſum,abiecto pudore& vident illa,& au-
diunt. Et quid tandẽ,aliquis fortaſſe impudentior di
cet,ſi naturæ neceſſitas animũ ita afficit,nos,non il-
lam,arguis? Quoniam ꝙ auditor moueatur,naturale
quidẽ eſt,fateor: quòd autẽ audiat, non naturæ,ſed
D voluntatis eſt peccatũ. Siquidem neceſſarium eſt,vt
qui igni appropinquat,exuratur,& hoc humanæ na
turæ imbecillitas exigit: non tamen nos natura igni
admouet. hoc enim prauæ & peruerſæ volũtatis eſt.
Admonendũ igitur cenſeo,ne ſpõte noſtra noſipſos
præcipites in ignẽ demus,néve in profundũ malicię
pelagus demergamus,neq; ad ignẽ vltro curramus,
ne paratę diabolo flãmæ obnoxij,cum illo in perpe-
tuum dãnemur ſuppliciũ: à quo vtinã liberi in ipſos
Abrahæ ſinus recipiamur, gratia & benignitate do-
mini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo patri gloria ſimul
& ſpiritui ſancto in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia xviij. ex cap. primo.

INuenit hic prior fratrem ſuum Simonem,& dicit ei:
Inuenimus Meſſiã, quod eſt interpretatum Chriſtus.
& adduxit eum ad Ieſum. Cùm à principio
deus hominẽ fingeret,noluit ſolum eſſe,ſed ei dedit
mulieris

Universidad de Deusto Biblioteca

mulieris auxiliũ,& vt vna cohabitarẽt,instituit. Norat enim hac mutua cõsuetudine multũ vtriq; emolumẽti prouenturũ. Quid si nõ vt decuit mulier tanto vsa est beneficio? Nam si rei ipsius natura cõsiderabitur,magna profectò in hac coniunctione deprehẽdetur vtilitas,modò aliq̃d sapiamus,neq; in vxore dũtaxat & viro,sed & fratribus, si tanto ipsi munere frui voluerint. [Psa.132.a] Vnde propheta:Ecce quàm bonũ,inquit,& quàm iocundũ, habitare fratres in vnum. [Ad Heb. 10.e] Et Paulus,ne nostrã congregationẽ deseramus,admonuit. Hæc est inter nos & bestias differẽtia. Hac gratia ciuitates,fora,domos excogitauimus,vt simul viueremus,non mutua tãtùm cõsuetudine, sed charitatis vinculo. Cùm enim indiga nobis natura ab opifice deo tributa sit,neq; sibiipsi sufficiẽs:vtilitati nostræ prospectũ est, vt scilicet indigẽtia nostra mutua cõsuetudine iuuaretur: Itaq; quod alteri deest,alterius auxilio suppletur. Non aliter hac mortali successione diutinã immortalitatẽ seruamus. Longũ explicatu esset in præsentia,quãtum hac inuicẽ intima & syncera coniunctione vtilitatis proueniat. Sed aliud intendimus, cuius gratia hæc nobis dicta sunt. Andreas autẽ cùm apud Iesum mansisset,& multa didicisset,non abscõdit thesaurũ,sed ad fratrẽ festinauit, accepta bona quãprimum cõmunicaturus. Sed qua gratia Ioãnes, quẽ Christus sermonẽ habuerit, non enarrauit? Vnde cognoscere possumus,ꝙ ideo apud Christũ manserint? pauloantè id nobis ostẽsum est, & ex hodierna concione etiam cognoscere licebit. Quid enim fratri Andreas dicit? inuenimus Messiã, quod interpretatur Christus. Vides quàm citò didicit simul & persuadẽtis magistri sapientiã, & eorum in discẽdo incredibilẽ à principio diligentiã ostendit? Hoc enim verbũ,inuenimus,animæ est maximè eius præsentiã desiderãtis,& cœlitus *veniam expectantis, cuius aduẽtu exultãs, alios euangelij gestiat fieri participes. Hoc fraterni animi,cognati amoris, synceri est affectus officiũ, vt in spiritualibus quàm diligentissimã curã adhibeamus,inuicẽ opitulemur: audi Andreã quã assertiuè articuli adiectione dicat, non enim dicit,Inuenimus Μεσίαν,Messiam,sed τὸν Μεσίαν, Messiã illum. Vnum quendã Christũ expectabant nihil cum aliis cõmunicantẽ. Considera ab ipso principio obedientẽ & beneuolũ Petri animũ. Cucurrit è vestigio,nil moratus. Adduxit,inquit,eũ ad Iesum:sed nemo eius dãnet nimiam in credendo facilitatẽ, nisi prius rem ipsam diligenter intueatur. Siquidẽ credibile est Andreã plura persuasioni maximè accõmodata narrasse: verum euãgelistæ nonnunquã multa breuitatis gratia prætermittunt. præterea non dicit ei statim persuasisse, sed tãtùm adduxisse ad Iesum,vt inde totũ disceret, aderat enim alter discipulus qui ista adiuuabat:nã si Ioãnes Baptista cũ inquit,Ecce agnus dei: & qui in spiritu baptizat,certiorẽ doctrinã magistro edocendã reliquit,& inde hauriri hortatus est:longè magis Andreas cùm suum non esset officiũ,neq; ad tãti luminis narrationem sufficeret,ad ipsum fontem fratrẽ adducere oportuit tãto studio & alacritate,vt nihil eum auerteret,aut moraretur. *Intuitus autẽ eum Iesus dixit:Tu es Simon filius Iona, tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Perus.* Incipit iam reuelare diuinitatis mysteria,eámq; paulatim per prophetias aperire: hoc pacto & cum Nathanael egit,& cũ muliere Samaritana. Nõ enim minus quàm signa prophetiæ mouent,neq; vllũ prę se ferunt fastũ. Nam miracula apud stultam plebem nonnunquã calumnia notãtur. In Beelzebub enim, [Mat.12.b] inquit,eiicit dæmonia. Prophetia autẽ nulli crimini est obnoxia. In Simone em̃,atq; Nathanael hac doctrinæ via vsus est, non autẽ in Andrea & Philippo. Quid tandẽ: Quoniam ille Ioannis habuit testimonium non parui ad fidem momenti:Philippus verò cõspectis qui aderãt,facilè persuasus est. *Tu es Simon filius Iona.* Ex præsenti futurũ credibile reddit. Qui enim patrẽ nominat,constat eum futurũ prętuidere: & honorificè de eo prædicit,nõ adulatione,sed veri prædictione:quod vel ex Samaritana cõstat,quã vehementer reprehendit,præterita eius opera commemorans:Quinq; enim viros habuisti,& quẽ nũc habes,nõ est tuus vir. [Infra 4.c] Sic & pater eius multa de prophetia verba facit,idolorum arguens opinionẽ. Annunciant quæ vobis vẽtura sunt. Et iterũ: Annuntiaui & [Gen. 49.a.] saluos feci,& nõ erat in vobis alienus. & in tota prophetia hoc meminit. Hoc em̃ vel maximè dei opus est,quod neq; dæmones imitari possunt, quãuis maiorem in modũ adnitantur. In miraculis enim sæpe sub veritatis vmbra decipi possumus,certa autẽ prędictio futurorũ immortalis dei duntaxat opus est. ꝙ si quãdo dæmones aliquid prędixerunt,stultũ & incautum vulgus deceperunt:eorũ nãq; vaticinia passim falsa deprehẽduntur. Atqui Petrus nihil ad Christi verba respondit. Nondum enim quicquã viderat manifestè,sed primò didicit. Animaduertendũ autẽ ꝙ non omnia quæ euentura ei erant,hoc primo congressu prædixit:non enim appellauit eum Petrũ, nõ dixit super hanc petrã ædificaturũ ecclesiam:sed dixit: *Tu vocaberis Cephas.* [Nominũ impositio.] Illud enim maioris erat & potestatis,necnon etiã authoritatis. Ea autem Christus nunc conticuit,humilius à principio loquitur: cùm verò diuinitatẽ suam demonstrauit,maiora narrauit inquiens:Et ego dico tibi,tu es Simon,tu vocaberis Cephas,quod interpretatur Petrus,& super hanc petram ædificabo ecclesiã meã. Hũc Petrũ appellauit, [Mat.16.c] Iacobũ verò & Ioannẽ filios tonitrui. Quamobrẽ? vt [Marc. 3.b] ostendat se eundẽ esse,qui vetus dedit testamẽtum. Ipse est qui nomina aptè imponit,qui Abrã Abrahã, & †Sarai Saram,Iacob Israel vocauit. [† Saram Sarrã, vt etiam habent lxx.] Multis à natiuitate nomina imposuit: vt Isaac,Samson,vt iis quorũ meminit Esaias & Osee. Quibusdã, quã à parẽtibus acceperũt appellationẽ mutauit,vt prędictis,& Iesu. [Gen.17.a] Mos etiam antiquitus erat à rebus nomina imponi, [Ibidem c] quod & Helias fecit:hoc autẽ nõ temerè fit,sed vt ea [Ibid.32.f. & 35.b] appellatio imponatur, quæ sit diuini beneficij perpetuum monumentũ,& memoria per prædicta nomina [Gen. 21.b] auditorũ animis imprimatur. [Iudic.13.a] Ita & Ioãni cœlitus nomen imposuit. [Num.13.b] [Luca 1.b] Qui enim debebãt ab ineunte ætate virtute pollere,eis tũc indita sunt nomina:qui verò in ætatis progressu profecturi erant,postmodũ. Sed tunc quidẽ varia ac differentia singuli nomina acceperunt:nũc autẽ vno omnes appellamur,Christiano scilicet omniũ maximo, atq; præstantissimo, cum quo & filij dei & amici, & corpus dicti sumus: qua appellatione cæteris omnibus vehemẽtius excitari,& prõptiores ad virtutẽ complectendã fieri,nec ea quicquã indignum facere conari debemus, cùm eodẽ quo Christus nomine vocamur, vt Paulus testatur,cuius excellentiã nos intelligere oportet. ꝙ si is qui principis cuiuspiã, aut alterius clari viri nomẽ sortitus est,cùm id audit,tumet atq; superbit,& magnæ id sibi glorię arbitratur, †ciúsq; authoritatẽ pro [†atque ne] viribus

[* ἄφιξιν, id est, aduentũ, legisse videtur ἄφεσιν, id est, veniam & remissionem.]

viribus seruare] adnititur:quid nobis faciẽdum est, [illi à quo nomen accepit, sua negligentia infamia inuratur pro viribus.] qui non principis,nõ terrenæ alicuius potestatis,nõ angeli, nõ archãgeli, sed ipsius omniũ regis nomine appellari dignati sumus? Nónne ita animã nostram instituemus, vt non afficiatur infamia, qui tãtò nos honore prosecutus est? An ignoratis quãto cohortes regiæ,& scutati,& hastati,eius latus stipãtes honore habeãtur? Ita & nos proximi facti deo,eò magis quã quos nunc diximus,quò corpus propinquius est capiti quàm illi regibus, totis viribus contendamus,vt [Matt.8.c. & Luc. 9.g] Christi simus imitatores,qui inquit: Vulpes cubilia habẽt,& volatilia cœli nidos struunt, filius autẽ hominis nõ habet vbi inclinet caput. Hoc ego à vobis si exigam,graue fortasse & onerosum multis videbitur,quare hãc perfectionẽ propter imbecillitatẽ vestram omittamus. Arbitror autẽ vos non inhiare pecuniis, sed quẽadmodum summã illam virtutẽ propter multorũ imbecillitatẽ omitto, ita vobis à summa malicia abstinẽdum est,ac etiã longè magis. Nõ eos accuso qui domos habẽt,agros,pecunias,mãcipia,modò his bene vtãtur ad frugalitatẽ,& vt decet, hoc est tanquã domini,non tanquã serui:vt ea possideant,nõ ab his possideãtur:vt vtãtur,non abutãtur: [χρήματα.] χρήματα enim,hoc est pecuniæ ἀπὸ τοῦ χρέομαι, qđ est vti,dicũtur,ea videlicet ratione vt his in necessitatibus vtamur,non vt seruemus. Hoc serui est,illud domini,& ius super id habẽtis. Non propterea diuitias accepisti,vt terrę defodias,sed distribuas liberaliter:quas si deus seruari voluisset, non sanè homini dedisset,sed in terra cõditas dimisisset. Verùm cùm velit expẽdi eas,nobis largitus est,vt his inuicẽ communicaremus. Qui pecunias seruat,non est earũ dominus. Quòd si vt augeãtur seruas,ea profectò optima augẽdi ratio, vt in omnes distribuãtur. Neq; em̃ sine sumptu lucrum,neq; diuitię sine larga effusione proueniunt. Cuius rei argumentũ in secularibus rebus videri licet. Siquidẽ mercator,& agricola:ille pecunias,hic semina profundit. Mercator nauigãdo pecunias in multos impẽdit,vt deinde lucretur:agricola semina in terrã iaciẽs, assiduo diei labore exercetur,vt plus inde accipiat:hîc autẽ non tanto opus est labore,non nauis fabricãda est,non iungẽdi boues, non terra arãda,non tẽpestates,non aëris intẽperies, nõ vis grãdinis timẽda,nulli fluctus, nulli hic scopuli offendendi. Hæc nauigatio,hæc satio, vna duntaxat re indiget,vt dispergãtur diuitiæ: reliqua omnia [Infra 15.a] agricola ille perficiet, de quo inquit Christus: Pater meus agricola est. Quæ igitur temeritas, quæ insania,vbi omnia sine labore,sine periculo assequi possumus, supinos & oscitãtes persistere:vbi autẽ sudores innumeri,nauigãdi pericula,labores,curæ,& qđ grauius est, †incertum votũ,] tantopere inuigilare? [† incertus euentus.] Nolite, quæso, nolite ergo propriã salutẽ tantopere despicere:sed tot periculis omissis,ad faciliora & lucrosiora curramus, vt futura bona cõsequi possim⁹, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi,per quẽ,& cum quo patri gloria,simul & spiritui sancto, nunc & semper,& in secula seculorum,Amen.

Homilia xix. ex cap. primo.

In crastinum autẽ voluit exire in Galilæã,& inuenit Philippũ,& dicit ei Iesus:Sequere me. Erat autẽ Philippus à Bethsaida ciuitate Andreæ & Petri.

Tritũ prouerbium est, homini diligenti semper aliquid †superesse.] [†eximiũ & excellens contingere.] Et Christus:Qui quærit,inquit,inuenit. [Matt.7.a] Quare nulla iam me admiratio tenet,cur Philippus Christũ secutus sit. Andreas enim audito Ioãne, Andrea Petrus, hic nemine,sed tantùm Christo dicente, Sequere me,quãprimùm credidit,& secutus,aliis factus est prædicator. Cucurrit enim ad Nathanaẽl:quẽ scripsit,inquit,Moses in lege,& prophetę,inuenimus. Vides viri diligẽtiã, vt scripturę meminerit,vt Christi aduentũ expectauerit? Inuenire em̃ quærentis est. In crastinũ exiuit in Galilæã:priusquã quisquã ipsum sequeretur,neminẽ vocat: qđ nõ temerè fecit,sed summa sapiẽtia:nã si nemine sua spõtè prosequẽte ipse aliquos vocasset,de eorũ perseuerãtia potuisset dubitari: veruntamẽ cum vltrò sequi elegerint,firmi & cõstantes permanẽt. Philippũ autem sibi notiorẽ vocat, vtpote qui in Galilæa & natus erat,& educatus. Acceptis igitur discipulis, alios iam venatur,& in primis Philippũ,& Nathanaël. Sed de hoc non tam mirũ fuit,quandoquidẽ nomẽ Iesu in vniuersam Syriã diffusum erat: illud admiratione dignũ,quo pacto Petrus, Iacobus, Philippus potuerunt tam breui persuaderi:non ea tantùm ratione ꝙ ante signa,sed quòd Galilæi erant, vnde neque propheta surrexit, neq; quicquã boni. Rusticiori enim quodãmodo, & crassiori erãt ingenio. Vnde in hoc etiam Christus suam demonstrauit virtutẽ, cùm ex sterili terra tales sibi discipulos cõparauit. Credibile quidẽ est Philippum, & qui cum Petro erãt, viso & audito Ioannis de Christo testimonio,eũ secutos,& Christi sermonẽ non parum in illis operatũ. Nouerat enim qui idonei futuri essent discipuli. Euãgelista autẽ hæc omnia omittit. Quoniã igitur venturus erat Christus,credidit:quòd verò iste Christus esset, ignorabat, quod vel à Petro, vel à Ioanne audierat. Meminit autẽ eius patriã euangelista, vt intelligas quòd infirma mundi elegit deus. *Inuenit Philippus Nathanael,& dicit ei:Quẽ scripsit Moses in lege,& prophetæ,inuenimus Iesum filium Ioseph à Nazareth.* Per Mosem & prophetas dignũ fide sermonẽ suum facere, & auditori persuadere adnititur. Nã cùm Nathanael esset in perscrutãda veritate diligẽtissimus, vt & suis verbis,& Christi testimonio videri licet, meritò ipsum ad Mosem,& prophetas Philippus relegauit,vt crederet. Quòd autẽ Ioseph filium appellat,noli perturbari, eiusmodi adhuc erat opinio. Et vnde constat Philippe,ꝙ ille sit? quod das nobis signũ? neq; enim satis est ꝙ is sit affirmare. Quod inquã signũ, quod miraculum affers? Non est de tãtis rebus temerè credendum,& periculosum est:dic quid certi habes? qđ & Andreas,inquit. Siquidẽ ille cùm suarum virium non esse intelligeret,quẽ thesaurũ, quas diuitias inuenerit,ostendere,fratrem ad eum quem inuenerat ducit:ita Philippus quo modo ille hic sit Christus,& quo modo prophetæ eum prædixerint nõ dicit: sed ducit ad Iesum,sciens ipsum non abscessurũ,si illius verba & doctrinã gustaret. *Et dixit ei Nathanael,A Nazareth potest aliquid boni esse? Dicit ei Philippus, Veni, & vide. Vidit Iesus Nathanael venientẽ ad se,& dicit de eo:Ecce vere Israelita,in quo dolus non est.* Laudat Iesus & admiratur,qui dixit,A Nazareth potest aliquid boni esse? Quid laudat? nónne potius accusare oportuit? Minimè. Nõ enim ꝙ nõ crederet,ita locutus est:neq; accusari,sed laudari meruit. Quãnã ratione? quia prophetarũ verba diligẽtius quàm Philippus cõsiderabat. Audierat enim ex Bethlehẽ, & ex patria Dauid Christum vẽturum. Hoc Iudæi credebant,hoc propheta iãpridẽ his verbis prædixerat: Et tu Bethlehẽ [Mich.5.et]

terra

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matt. 2.a. et Ioā. 7.f terra Iuda, nequaquā minima es in principib⁹ Iuda: ex te enim exiet dux, qui regat populū meum Israel. Huius prophetiæ memor Nathanaël, audiēs eū Nazarenū, perturbatur & dubitat, ne secundū prophetæ sermonē Philippus falleretur. Intucre quæso hominis prudentiā, intuere mansuetudinē. Nō dixit se deceptū, neq; falsa sibi narrari, neq; q, à propheta nō ex Nazareth, sed ex Bethlehē Christū venturū didicerit: sed contrà quàm Philippus dixerit, persuasus obuiā tamen venit. Ostendit igitur & scripturarū cognitionem, & morū simplicitatē, necnon vehemens Christi aduentus desiderium, cùm Philippi verba non contēpserit. Norat enim Philippū in patria commemoranda falli potuisse. Et vide quàm verecundè interrogādo non credendū innuit: non enim dixit, nihil boni fert Nazareth: sed, à Nazareth potest aliqd boni esse? Necnon & Philippus prudēter quidē non indignatur, non ægrè fert, vtpote parū creditus, sed expectat virū, vt ad Christū adducat, & ab ipso principio apostolicū nobis ostēdit vigorē. Ideo Christus inquit: *Ecce vere Israelita, in quo dolus non est.* Est enim & mendax Israelita, sed non hic, quippe cuius incorruptum est iudiciū, nec ad gratiā, nec ad odiū quicquā loquitur. Atqui Iudæi rogati vbi Christus nasceretur, in Bethlehē dixerunt, prophetæ testimoniū afferentes: Et tu Bethlehē terra Iuda, nequaquā minima es in principibus Iuda. Verùm illi antequā Christū viderent de eo testati sunt, quo viso inuidia destite-
Infra 7.f runt, dicētes: Hūc nescimus vnde est. Nathanaël autem in eadē perstitit sententia, quòd nō esset à Nazareth. Quo modo ergo prophetę eum Nazarenum vocāt? Eo q, illic educatus est, & conuersatus. Nec se Nazarenū negauit, ne qua suspicio oriretur: neque si id persuasisset, non propterea se Christū esse ostēdisset. Quid enim prohibebat non esse Christū, quāuis à Bethlehē natū, cum & alij cōplures ibi nati essent? Hoc igitur omisit, id autē in mediū attulit, quod maximū erat ad credendū argumentū, se videlicet præsentem eorū sermoni fuisse. Nam cùm ille diceret, Vnde me nosti? respondit, Priusquā te Philippus vocaret, cùm esses sub ficu, vidi te. Animaduerte hominis constantiā. Nam cùm dixisset Christus: Ecce verè Israelita: non intumuit laudibus, neq; his obuiā factus est, sed perscrutari pergit, vt de eo certi aliquid intelligat, & adhuc tanquā hominē alloquitur, Iesus tanquā deus respōdet. Non enim è loco aliquo editiori ipsum & eius mores, & mansuetudinē vidisse, nō è specula aliqua more hominis eum sub ficu obseruasse dicit: nemo enim illic aderat, sed soli Philippus & Nathanael secreto in loco inuicē sermonē habuerant. Idcirco, inquit euāgelista, q, cùm videret à longè venientem ad se, dixit: Ecce verè Israelita. Vt intelligatur priusquā appropinquaret Philippus, ita Christū locutum, ne quisquā posset suspectū habere testimoniū: ideo & tēporis meminit, & loci, & arboris: nam ab ipso missum Philippū quisquam opinari potuisset, si tantum eius ad Nathanaël profectionis meminisset. Verùm cum dixerit vbi eum conuenit Philippus, & arboris nomen addiderit, & tēpus, certissimum se prophetā ostendit: neq; hoc tantùm, sed etiā quæ inuicem locuti essent in memoriā reduxit: hoc est, à Nazareth potest aliquid boni esse? Ex quo maximè eum sibi cōciliauit, cùm ex eo nō reprehendit, sed laudibus prosecutus est. Et admiratus his verbis Nathanaël verè Christū esse cognouit, à prophę tia scilicet, & præuidētia, & à certissima ipsius mētis perscrutatione. Demonstrarat enim animi eius cogitationes se planè intellexisse, præsertim cùm quæ ægrè ferēda videbātur, ea nō reprehēdit, sed laudat: dixit enim à Philippo vocatū, non autē quē inuicē sermonem habuerint, neq; q, affuerit: relinquit hæc eius cōscientiæ examināda, cùm nolit ipse coarguere. Quid igitur? priusquā à Christo vocaretur, eū dūtaxat vidit, nónne anteà etiā insomni oculo viderat? Viderat sanè, & nemo inficias iret, sed ita opus fuit dictu. Quid igitur ille? cùm certissimū de Christi prouidētia argumentū accepisset, cōfessus est, & primò se diligentē, deinde cōsensu fidelē ostēdit: respōdit enim, & ait, *Rabbi, tu es filius dei, tu es rex Israel.* Vides gratā repentè, & Iesum amplexantē animā? Tu, inquit, ille es quē expectamus, quem quærimus. Vides hominē stuporis, admirationis, lætitiæ plenū? Is nobis sequēdus est, quibus deus filij sui cognitionē dare dignatus est: exultandū nobis est, non animo tantùm, sed re ipsa. Quod autē exultantiū officium est? Credere ei quē cognoueris, credentiū verò, cogniti parēre volūtati: nam si operibus nostris deū in iram prouocabimus, quónam pacto poterimus exultare? Nónne videtis cùm amicū domi quispiam accipit, quā præ se ferat lætitiā, quanta alacritate paratus sit nulli rei parcere, dū hospiti rem gratā faciat? Quòd si quis ei non obsequeretur, neq; ad eum reficiendū omnia faceret, etsi millies eius præsentia se lætari diceret, nō vtiq; crederetur: & meritò sanè. Re ipsa, nō verbotenus ostēdenda lætitia est. Venit ad nos Christus, ostēdamus eius aduētu lætitiā, nihil quod eum perturbet faciamus, ornemus quā ingreditur domū, hoc lætantium est: prādium apponamus eius gustui suauissimū, hoc exultātium est. Quale autē prandiū? ipse inquit: Meus cibus est, vt faciā voluntatē eius, *Infra 4.e* qui me misit. Pascamus ipsum esurientē, potum demus sitiēti: etiam frigidā aquam abs te accipit, quippe qui amat. Amicus enim, etsi parua accipit, magna sibi vidētur. Tu modò lęto vultu impēdas duos obolos, non recusat, sed tanquā magna dederis, gratè accipit. Nam cùm nullius indigeat, neq; necessaria ei sint munera tua, meritò non munerū magnitudinē, sed donātis voluntatē reputat. Ostēde igitur duntaxat, te aduenientē diligere, omnia eius gratia moliri, aduētu lætari. Considera qualis erga te fuerit, quòd pro te animā posuerit, neq; post tanta in te beneficia rogare te recusat. Pro Christo enim legatione fungi- *2. Cor. 5.d* mur, inquit, tanquā deo obsecrāte per nos. Et quisnam adeò insanit, dices, vt dominum suū non amet? Hoc & ego dico, nec ignoro neminē vestrum neq; verbis neq; animo aliter sensurū. Verùm non verbis tantùm, sed & re ostēdi vult amicus quid sentias. Nā si lingua duntaxat amici exhibemus officium, sanè ridiculum est, non modò apud deum, sed apud homines: nec stultum modò, sed dānosum. Verbis ergo opera cōsentiant, operibus confiteamur, vt ipse nos suos profiteatur in die illo quando coram patre dignos cōfitebitur, ineffabili gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, qui cum patre, & spiritu sancto viuit & regnat, in secula seculorum, Amen.

Homilia xx. ex cap. primo & secundo.

RESPŌDIT Nathanael, & ait ei: Rabbi, tu es filius dei, tu es rex Israel. Respondit Iesus, & dixit ei: Quia dixi tibi, vidi te sub ficu, credis? maiora his videbis.

Plurimùm nobis curandum est, dilectissimi, & omni studio

studio inuigilandū, vt sacrarum scripturarū profundum inspicere possimus, quarū sensus oscitātes nunquā deprehendemus. Est igitur quàm diligētissimè inuestigandū, & assiduis precibus insistendū, vt vel aliqua ex parte diuina mysteria assequi valeamus. Ecce hodierna die non paruæ nobis, sed multę perscrutationis quęstio proponitur. Nā cùm Nathanaël
Mat. 16.c dixisset, Tu es filius dei: respōdit Christus, Quia dixi tibi, vidi te sub ficu, credis? maiora his videbis. Quid hîc quæsitu dignū? cur Petrus post tot tātáq; miracula, post talem doctrinā acceptam, Christū dei filium cōfessus, ac si reuelationem à patre acceperit, laudatur: Nathanaël verò ante signa, ante doctrinā idem quod Petrus asserens, minimè: sed tanquā nihil Christo dignū dixerit, maiorū spe trahitur? Quidnā hoc? quoniā etsi iisdem verbis & Petrus, & Nathanaël vsi sint, non tamen idē ambo senserunt: sed Petrus filiū dei tanquā verum deū: Nathanaël tanquā hominē tātùm confessus est, quod ex cōsequentibus cōstat. Addit enim, Tu es rex Israel. Filius autē dei nō modò Israel, sed vniuersi orbis terrarum rex est. Quod etiam inde ostēditur, q, Petro nihil amplius addidit Christus, sed tanquā † perfecto in fide ecclesiā suam eius testimonio] ædificaturum pollicitus est: Nathanaël autē tanquā potiori in parte deficiēti subdidit. *Amen amen dico vobis, amodò videbitis cœlū apertū, & angelos dei ascēdentes, & descendētes super filiū hominis.* Animad uertis quo modo eum à terra paulatim erigit? quo modo animū excitat, ne amplius simplicē hominem cōiectetur? Cui enim angeli ministrant, & super quē ascendūt & descēdunt, quónam pacto hominē esse existimabitur? Propterea cùm maiora visurum diceret, angelorū ministerium addidit: ac si diceret, hoc tibi magnū Nathanaël visum est, propterea me regē confessus es: quid autē dices cùm angelos dei super me ascendentes & descēdentes videris? Quibus verbis suadet, vt ipsum angelorū dominum cōsiteatur: tanquam enim super dilectissimū regis filium, regij ministri & ascenderunt, & descenderunt: hoc quidē passionis tempore, illud resurrectionis & ascēsionis: nécnon & antè, cùm accesserūt, & ministrabāt ei, cū
Luce 2.b natū annunciarunt, laudarunt, dicentes: Gloria in altissimis deo, & in terra pax, quādo ad Mariam venerunt, quando ad Ioseph. Facit autē, quod sæpe aliàs: duo prædicit, alterum iam præteritū indicat, alterū ex hoc cōfirmat futurū. Illud nanq; manifestū erat, q, ante Philippi vocationē esse sub ficu: ascēsus autem & descensus angelorum partim fuerant, partim erant futuri, apud crucē videlicet, in resurrectione, in ascensione, qui etsi nōdum euenerint, ex præteritis tamen facit, vt credātur. Qui enim eius virtutem iam viderat, facilius quæ futura audit, credit. Quid igitur Nathanaël? nihil respōdit. Christus autē hactenus locutus, secū ea verba reputaturū dimisit: noluit enim omnia simul, sed iacto in terrā fertilē semine,
Mat. 13.d sinit vt germinet: vt alio in loco inquit, Simile est regnum cœlorum homini, qui seminauit bonū semen: cùm autē dormiret, venit inimicus eius, & superseminauit zizania in medio tritici, & abiit. *Et die tertia*
Cap. 11. *nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ, & erat mater Iesu ibi, & fratres eius. Vocatus est autē Iesus & discipuli eius ad nuptias.* Vt iam dixi, erat Christus quàm alibi in Galilęa notior, quare vocatus nuptiis affuit, in quibus non dignitati suæ, sed nostræ consuluit vtilitati: quippe qui
Phil. 2.b non dedignatus est formā serui accipere, longè minus seruorum nuptiis interesse. Qui cum publicanis *Luce 3.f* & peccatoribus versabatur, multò minus nuptias recusasset: nō tamē qui inuitauerāt, rectè de eo sentiebant, neq; tanquā magnum quendam inuitabāt, sed vt populārē, & vt notum: quod his verbis significat euāgelista, Et erat mater Iesu ibi, & fratres eius: ac si dicat, quēadmodum illam & fratres, ita & Iesum vocauerūt. *Et deficiente vino, dicit mater Iesu ad eum: Vinum non habent.* Dignum hoc in loco quæsitu est, vnde in mentē matri venerit, magnū aliquid de filio coniectari: nullum enim adhuc signū fecerat. Hoc enim fecit, inquit, initium signorū Iesus in Cana Galilææ. Quòd si quis diceret, non idoneū hoc argumētum, q, primū signum fuerit, quoniā additum sit in Cana Galilææ: ac si diceret, non omnium primū, sed eorū quæ illic fecerat. Ad hoc respōdebimus, quod superius inquit Ioānes: Ego nesciebā eum, sed vt manife- *Suprà 1.d* staret Israel, propterea veni ego in aqua baptizans. Nam si antea miracula fecisset, nō indiguisset Israel, qui ipsum manifestaret. Vir enim factus, miraculorū multitudine, nō Iudæis modò, sed & Syris, & lōginquiora incolētibus, cognitus est tribus annis duntaxat: imò ne tribus quidē indiguit, sed quamprimum nomē eius in oēs diffusum est. Qui igitur tā breui miraculis claruit, lōgè magis à prima infantia, si ea fecisset: fuisset enim maiori admirationi, vtpote puer, q, vir, neq; tādiu in obscuro latuisset: sed nihil à pueris operatus est. Vnum autē duntaxat Lucas testatur: q, annorū duodecim sedisset in tēplo medius doctorū, *Luce 2.g* & audiēs, & interrogans, fuissētq; summæ omnibus admirationi. Nec immeritò à teneris annis Iesus à miraculis abstinuit, arbitrati enim essent se præstigia videre. Nā si annorū accessu, & ætate maturo multi id suspicati sunt, quid de puero credidissent? Præterea maturius eū propter inuidiā crucifixissent, & generatio eius nō fuisset credita. Vnde igitur matri venit in mentē aliquid magnū excogitare de filio? Manifestari iam cœperat & Ioānis testimonio, & ex his quæ discipulis prædixerat, & ante hæc omnia, ipsa natiuitas, & quę eo tēpore euenerāt, maximā de puero opinionē concitarāt. Audiebat eñ, inquit, omnia *Luce 2.g* de puero, & cōseruabat ea in corde suo. Sed q, d anteà nihil eiusmodi dixit? Quoniā, vt dixi, iam manifestationis tēpus aduētabat: anteà enim cùm tanquam ex medio vulgo aliquis cōuersatus esset, nihil adhuc tale mater ausa fuerat: verum cùm Ioannē ad perhibendū de eo testimoniū venisse audisset, ac testimoniū perhibuisse, & discipulos iam videret, cœpit audere. Et deficiēte vino, dicit: Vinū non habēt. Optabat enim vt iam hominū gratiam conciliaret, & ipsa clarior filij gratia efficeretur, & fortassē aliquo humano afficiebatur affectu, quēadmodum & fratres eius cùm dixerūt: Ostēde teipsum mūdo: cupidi eius *Infra 7.a* miraculis sibi famā cōparare, idcirco asperius respōdit: *Quid mihi & tibi mulier? Nondū venit hora mea.* Nam quòd matrē reuereretur, testatur Lucas q, subditus *Luce 2.g* erat parentibus, & hîc euāgelista quantā passionis tēpore matris curā habuerit. Vbi enim parentes nihil diuina impedirēt mysteria, nihil offenderent, æquū & necessarium est filio parēre, neq; negare sine magno periculo potest. Cōtrà verò cum intēpestiue aliquid petūt, & spiritalem sermonē impediūt, illis obtemperare non est tutū. Propterea & hic ita respon- *Mat. 12.d* det, & alibi rursum, Quæ est mater mea, & fratres *Marc. 3.d* mei, aiebat. Siquidem nō adhuc debitā de ipso opi- *Luce 8.c*

nionem

Universidad de Deusto
Biblioteca

nionem habebant, sed more matrũ, Maria iure omnia filio se præcepturam censebat, cùm tanquã dominum colere & reuereri deceret, ideo in hũc modum respondit. Considera quàm indignũ erat, vniuerso adstante populo, & ad eum, & eius doctrinam audiendam suspenso, illam in medium accedentẽ, publicam impedire vtilitatẽ, & de priuatis rebus habere sermonẽ, & extra eiusmodi concionẽ euocare? Inquit igitur, Quæ est mater mea, & fratres mei? nõ ꝙ matrem contẽneret, absit: sed vt maximę vtilitati cõsuleret, neq; occasionẽ daret, vt de ipso abiectum aliquid coniectaretur: nam si aliorum curã habebat, & digna se opinione illos imbuere moliebatur, lõgè magis id in matre curasset. Cùm enim consentaneũ sit, Mariam, vtpote matrẽ, priores sibi partes vendicasse: ideo matrẽ venisse nunciantibus ita respõdit, neq; aliter ipsam ex humili ad illam altitudinem erexisset, si semper tanquã à filio honorari existimasset, & non tanquã dominũ habuisset. Hac gratia & hoc in loco inquit, Quid mihi & tibi mulier? Alia prętere a causa afferri potest, non minus necessaria, ne qua in miraculo suspicio oriretur: ab indigentibus enim, non à matre id quęrendũ erat. Quid tandẽ? Quoniã quæ familiarium precibus impetrantur, quãuis magna, raro tamen eorũ prædicationibus augentur: indigentiũ laudes cùm quid impetrarint, omni vacant suspicione, nihil ab his simulatur, & multa inde vtilitas prouenit. Etenim si vel optimus medicus, qui cũ multos ęgrotos visitauerit, neq; ab ipsis, neq; eorum familiaribus, sed à sua tantũ matre laudaretur, suspecta sanè esset laus illa & molesta, nec præsentiũ quispiam magnũ de eo aliquid vel egregiũ opinaretur: propterea asperius locutus: Quid mihi, inquit, & tibi mulier? eam admonẽs, ne idem amplius tẽtaret. Curæ enim ipsi erat maternus honor, sed longè magis animarũ salus, & cõmune in multos beneficium, cuius gratia humanã carnem accepit. Non sunt igitur hæc liberius ad matrẽ loquẽtis, sed diuinæ dispensationis verba, vt admoneret pro dignitate miracula facienda. Quòd enim vehementer ipsam, & præ cæteris amaret, & reuereretur, asperiora hæc verba, & indignatio demõstrat: quónam pacto, in sequẽtibus dicemus. Verum cum audieris mulierẽ illam dicen-
Lucæ 11.d tẽ: Beatus vẽter qui te portauit, & vbera quæ suxisti: deinde ipsum respõdentẽ, Quinimmo, beati qui audiunt verbũ dei, & custodiunt illud: Ea sententia dictum existima, non quòd matrẽ negligeret, sed nihil ei vtilitatis matris nomẽ allaturũ ostenderet, nisi bonitate & fide pręstaret. Quòd si Marię nihil sine virtute materna charitas erat profutura, lõgè minus nobis patris, fratris, matris, filij bonitas, nisi aliquid no-
Psal.48.b strum afferamus. Frater, inquit, nõ redimit, redimet homo? In nullo nanq; alio, nisi in solis suiipsius virtutibus, post diuinã gratiam de salute cuipiã sperandũ est. Nam si id profuturũ erat per se Mariæ, profuisset etiam Iudæis, quorũ cõsanguineus erat Christus secundum carnẽ, profuisset ciuitati in qua natus est, profuisset fratribus. Atqui dum fratres † rerum suarũ curã habuerũt,] nihil eis propinquitatis nomẽ profuit, sed cum reliquo mũdo dãnati erant. Tũc autem admirationi esse cœperũt, quando propria claruerũt virtute: patria verò nihil inde cõsecuta cecidit, & incendio absumpta est, cõciues miserè interempti periere, cõsanguinei secundũ carnem nil ad salutẽ lucrati sunt, deficiente virtutis patrocinio. Verũ apo-

† seipsos neglexerunt.]

A stoli ante omnes clarissimi euaserũt, cùm se ad verã & expetẽdã eius familiaritatẽ, cõsuetudinémq; per obedientiã contulerũt. Hinc intelligimus fide semper nobis opus esse & vita, quę virtutibus luceat, hoc dũtaxat saluos nos facere poterit. Quãtæ em̃ cognati eius admirationi fuerunt, cùm ne eorũ quidẽ nomina teneamus, apostolorũ autẽ, & vita & nomina vbiq; terrarũ decantãtur. Nolimus igitur ob terrenã nobilitatẽ in superbiã efferri, licèt longã progenitorum, & quidẽ clarissimorũ seriem numeremus, eorũ virtutes superare cõtendamus, scientes aliorũ nobis opera non modò nihil in futuro iudicio profutura, verũ grauiter nos condẽnatura, cùm optimorum parẽtum liberi, & domesticis exẽplis eruditi nihil profecerimus. Hoc ideo in præsentia dico, quoniã multi Gentiliũ ad fidem, & Christianã religionẽ à nobis
B hortati, ad cognatos, progenitores, & familiares suos confugiunt, ꝙ fideles & Christi fuerint assertores. Quid ad te miser & infœlix? hoc te magis cõdẽnat, quoniã tot progenitorũ, tot familiarium exẽpla ad veritatẽ complectendã te adducere non potuerũt. Alij fideles quidẽ, sed vitæ nullam curã adhibentes, cùm ad virtutẽ hortãtur, idem in suã adducũt excusationem, quòd pater, auus, atauus pietatẽ maximè coluerint. Id enim te maximè accusat, ꝙ ex taliũ virorum semine his te indignũ præstiteris. Audi prophetam ad Iudæos loquentem: Seruiuit Israël in mu *Osee 12.d*
liere: & in muliere seruatus est. Audi Christũ: Abra- *Infra 8.g*
ham pater vester exultauit vt videret diẽ meũ, vidit, & gauisus est. Ita semper bona progenitorum opera nõ modò nulli ad laudẽ, sed ad crimẽ lõgè quidem grauius ius asscribit. His igitur animaduersis, nostris
C ipsorũ operibus salutẽ cõsequi totis viribus adnitamur, ne spe ab aliis pẽdente frustrati, tũ demũ intelligamus, cùm nulla nobis pœnitẽtiæ erit vtilitas. In inferno em̃, inquit, quis cõfitebitur tibi? Quã ob rẽ *Psal.6.b*
in hac vita flagitiorũ nos pœniteat, vt sempiterna bona cõsequamur, gratia & benignitate dñi nostri Iesu Christi, ꝑ quẽ, & cũ quo patri gloria, simul & spiritui sancto, nunc & semper, & in secula seculorũ, Amen.

Homilia xxj. ex cap. secundo.

QVid mihi & tibi mulier? nondum venit hora mea. Laboriosum sanè est orationẽ habere, quod & Paulus his verbis testatur: Qui bene pręsunt presbyteri, duplici honore digni habeãtur, maximè qui laborant in verbo & doctrina. Verùm vos & leuare hunc laborẽ, & grauiorem facere potestis. Nam si orationẽ nostrã neglexeritis, vel etiam non *1.Tim.5.e*
D neglectã, re tamen non adimpleueritis: laboriosum nobis profectò erit, eo ꝙ incassum laborauerimus: sin autem attentionẽ præstabitis diligentẽ, & re ipsa audita exequemini, nullus nos labor grauabit. Fructus enim qui in laboribus cõparatur, nõ sinit quicquã graue aut onerosum videri. Quã ob rem, si animum nostrũ excitare, & prõptiorem in dicẽdo reddere placet: quẽ fructum faciamus ostẽdite, vt lætis inspectis segetibus, prouẽtus spe allecti, vtilitatis magnitudinem reputãtes, laboremus. Neq; enim parua nobis hodierna die proponitur quęstio. Nã cùm mater dixisset, Vinũ non habẽt: respõdit Christus, Quid mihi & tibi mulier? Nondũ venit hora mea. Et licèt ita respõderit, maternis tamẽ votis obtẽperauit. Hęc nulla ex parte minor est quæstio, quàm superior, de qua non immeritò sit dubitandũ. Eum igitur ipsum qui miraculum operatus est inuocantes, ad huius loci ex-

loci expositionẽ veniamus. Neq; enim hoc tãtùm in
Infr.7.d loco dictũ est, Nõdũ venit hora mea, sed & aliàs: Nã
Ibidẽ.8.c cùm capere eũ Iudæi nõ possent, inquit euãgelista:
Infr.17.a Nondũ venerat hora eius: & iterũ: Nemo misit in illum manũ, quia nondũ venerat hora eius. Et iterum: Venit hora, clarifica filiũ tuũ. Quídnã ista significãt? Idcirco plures in eãdẽ sententiã textus adduximus, vt vna omnibus solutio afferatur. Quæ igitur ea est? Nulli temporũ necessitati Christus subiectus est, nec ob tẽporis obseruationẽ nondũ horã suã venisse dicebat. An ne tẽporum opifex, & author seculorum tẽpora obseruaret? Ostendit autem se omnia debito tẽpore, nõ simul operari, quoniã inordinata quædã cõfusio fuisset, nisi opportunè omnia trãsegisset, sed simul generationẽ, resurrectionẽ, iudiciũ miscuisset. Cõsidera quęso, oportuit facere creaturã, nõ vniuersam simul, nõ virũ & mulierẽ vno cõdidit momẽto. Oportuit mori damnatũ & resurrectũ iri humanũ genus, multũ tamen inter vtrunq; fuit interuallũ. Oportuit dari legẽ, sed nõ simul & gratiã, sed vtrunq; debitis dispensari temporibus. Nulli igitur Christus subest tẽporum necessitati, sed ipse tẽporibus ordinem imposuit, quoniã author eorũ est: quare hoc in loco inquit, Nõdum venit hora mea: hoc est, nondũ cognitus sum: neq; enim ipsum quisquã præter Andream & Philippũ sequebantur, neq; hi verè adhuc ipsum cognoscebant, nõ mater, non fratres. Siquidẽ
Infr.7.a post multa miracula inquit euangelista, Neq; enim fratres eius credebant in eũ, nemo, qui nuptiis adesset: quippe qui si cognouissent, sine dubio ad eum in suis cõfugissent necessitatibus: propterea inquit, nõdum venit hora mea: id est, nõdũ cognitus sum præsentibus, nõdum etiã sciunt vinũ deesse. Sine, id primùm intelligant, satis nõ est ꝙ sola referas, mater es, & suspiciosum miraculũ faceres. Oportet indigẽtes rogent, non ꝙ hoc ipse indigeam, sed vt miraculum vniuersis appareat. Quippe egeni cùm beneficium accipiunt, plurimã habẽt gratiam: qui se indigere nõ animaduerunt, ij neq; beneficiũ sibi præstitum esse satis intelligũt. Cur autẽ cùm nondum horam suam venisse dixerit, impleuit tamẽ matris voluntatẽ? Maximè quidẽ, vt cõtradicentibus & temporũ momentis eum subiectũ existimantibus, palàm non rectam eorum sententiã ostenderet: nam si tẽpori subiiceretur, quo pacto immaturè id fecisset? Præterea vt matri honorẽ exhiberet, & nõ omnino cõtumax videretur matri, néue genitricẽ tã multis præsentibus pudore afficeret. Etenim Maria ad filiũ ministros du
Matt.15.c xit. Siquidẽ cùm Chananææ dixisset Christus, Non est bonũ sumere panẽ filiorũ, & dare canibus: dedit tamen, nimia eius sedulitate permotus: atqui etiã di
Ibidem. xerat, Nõ sum missus nisi ad oues quæ perierũt domus Israël: & tamen filiã liberauit. Ex quo admonemur, ꝙ etiã beneficio indigni, assidua efflagitatione eo digni efficimur. Idcirco mater & expectauit, & palàm ministros accersiuit, vt à pluribus rogaretur, & addidit: *Quodcunq; dixerit vobis, facite.* Norat nõ esse imbecillitatis excusationẽ, sed nefastu quodã temerè id suscipere videretur, quamobrem ministros adduxit. *Erant autẽ ibi lapideæ hydriæ sex positæ secundũ purificationem Iudæorum, capientes singulæ metretas binas, vel ternas. Dicit eis Iesus: Implete hydrias aqua. Et impleuerũt eas vsque ad summũ. Et dixit eis Iesus: Haurite nunc, & ferte architriclino. Et tulerũt.* Non temerè dictũ est ab euãgelista, Secundũ purificationẽ Iudæorũ: sed ne quis infide-

A lium suspicari posset aliquo fortasse crassiore vino in eis insidẽte, deinde infusa aqua lympidissimũ vinũ effectũ. Quare illa particula, Secundũ purificationẽ Iudæorum: nunquã in his vinũ fuisse ostendit. Nam cùm Palæstina inopia aquarũ laboret (rari enim illic fontes scaturiũt) hydriæ illæ aqua semper plenæ seruabãtur, ne si quando immundi fierent, longius flumina petẽda essent, sed propè purgarẽtur. Sed quánam gratia antequã implerẽtur, non fecit miraculũ, quod lõgè fuisset admirabili9? Siquidẽ aliud est subiectæ materiæ qualitatẽ mutare, aliud ipsam substantiam ex nihilo facere. Hoc profectò mirabilius, non tamen ita credibile, & quod tã facilè potuisset multitudini persuaderi: hac gratia miraculorũ nonnunquã magnitudinẽ consultò imminuit, vt facilius crederentur. Sed cur ipse hydrias aqua nõ impleuit, deinde in vinũ vertit, sed ministris implẽdas mãdauit?
B Ipsam eandẽ ob causam, vt miraculi ipsos testes haberet, qui aquã hausissent, ne qua fraus, ne qđ præstigiũ putaretur. Nã si contumaciores fuissent ad credendũ, potuissent ministri testimoniũ perhibere se aquã hausisse, & hydrias impleuisse. Accedit ad hoc, ꝙ hæreticorũ dogmata in ecclesia pullulantia propter hoc euertũtur. Nam cùm sint nõnulli qui alterũ mundi opificẽ, quæ vidẽtur opera cõdidisse asseuerant, horum quoq; insaniã cohibens, plura facit miracula ex subiectis substãtiis. Nã si ipse deo cõtrarius opifex fuisset, non vtique alienis vsus esset Christus ad propriæ virtutis demonstrationẽ: hoc autẽ miraculo manifestè ostẽdit se eum esse, qui † vineas irrigat,] pluuiã per vitis radicẽ in vinum vertit, cùm qđ in planta lõgiori tẽporis spacio efficitur, id repẽtè in
C nuptiis operatus est. Cùm autẽ implessent hydrias, inquit: *Haurite nũc, & ferte architriclino. Et tulerũt. Vt autem gustauit architriclinus aquã vinum factũ, & non sciebat vnde esset, ministri autẽ sciebant qui hauserant aquam, vocat spõsum architriclinus, & dicit ei: Omnis homo primũ bonũ vinũ ponit, & cùm inebriati fuerint, tunc id quod deterius est: tu autẽ seruasti vinũ bonũ vsque adhuc.* Rursus hoc in loco nonnulli calũniantur hunc ebriosorum fuisse conuentũ de gustu differentium, hebeti & corrupto ipsorum sensu, nec ad apprehendendũ nec ad res ipsas iudicandũ idoneo, ita vt nescirent vtrũ aqua an vinum esset. Siquidẽ ipse architriclinus inquit, cũ inebriati fuerint, maximè hoc ridiculum. Veruntamen hanc ipsorũ suspicionem tollit euãgelista: non enim conuiuas, inquit, de miraculo tulisse sententiã, sed architriclinũ, qui sobrius nil adhuc gustauerat. Etem̃
D nemo ignorat huiusmodi in cõuiuiis munera maximè sobriis & tẽperantibus demandari, quorũ solum officiũ est, vt debito ordine & apparatu omnia dispẽsentur. Idcirco sobriũ virũ in miraculi testimonium adduxit. Nõ enim dixit Christus, vt recũbẽtibus misceret, sed ferrẽt architriclino. Vt autẽ gustauit architriclinus aquã vinum factũ, & nõ sciebat vnde esset, ministri autẽ sciebant, vocat spõsum architriclinus. Et quãnã gratia nõ vocauit ministros? ita enim miraculũ manifestius fuisset: quoniam neq; ipse Christus manifestũ fecit, sed lentè & pedetentim miraculorum suorũ virtutem cognosci voluit: ad hoc si ministri tũc id narrassent, nemo eis credidisset, sed insanire poti9 arbitrati essent, cùm de homine opinione omniũ *humili & abiecto id perhiberẽt testimoniũ. Ipsi tamẽ experiẽtia veritatẽ cognouerant. suis enim ipsorum manibus nõ poterant non credere. Vt aliis

† in vitibus aquã transmutat, & qui.]

**ταπ. i. nudo, simplici, qui solùmodo sit homo, non etiam deus.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem persuaderent,nõ erant sufficiẽtes. Propterea nõ omnibꝰ reuelauit miraculũ,sed maximè idoneis certiorẽ cognitionẽ in posterum reseruauit, vt post aliorũ signorum certitudinẽ, hoc etiam crederetur.

Infr.4.f Siquidẽ in filij reguli curatione ostendit euãgelista hoc manifestius factũ fuisse: hac eñ maximè gratia regulus Christum vocauit,q̃ illud signum audierat, quod his verbis significatur:Venit Iesus in Cana Galilææ,vbi fecit aquã vinũ.Neq; simpliciter vinũ, sed optimũ.Eiusmodi enim sunt Christi miracula, vt q̃ quæ natura perfecta sunt, lõgè pulchriora, meliorãque reddantur:ita & in aliis,distortum membrum q̃ sana validius reddebat. Quòd autẽ vinum & vinum optimũ esset factũ,non ministri tantùm,sed & sponsus,& Architriclinus perhibuere testimoniũ:quòd à Christo factum fuerit, ministri qui aquã hauserant. Itaq; quanuis tunc occultatũ esset miraculũ,non tamen diutius fileri poterat, sic multos & necessarios testes sibi in posterũ asciuit,& sanè credibile est spõsum nõ prorsus in his siluisse.Verùm euãgelista expositio miraculo ad magis necessaria properat.necessarium nanq; erat,vt aqua vinum & vinum bonum factũ sciretur,nõ autem quid Architriclino sponsus dixerit.Multa enim signa prius obscura progressu tẽporis manifestata sunt ab his qui à principio viderũt. Tũc igitur Iesus vinũ ex aqua fecit,tunc,atq; etiã in præsentia lasciuas & infirmas hominũ volũtates mutare nõ desinit.Sũt enim pleriq; hominũ nulla aqua meliores,frigidi,fluẽtes,semper mutabiles,huiusmodi homines ad dominũ adducẽdi sunt, vt eorũ volũtates in vini similitudinẽ trãsferat, ne amplius labãtur,sed † præteritorũ cõpuncti,]sibi ex ꝓximo lætitiæ efficiantur authores. Sed quinã sunt hi frigidi? Qui fluxis præsentis vitæ rebus incũbunt, qui nõ cõtemptis humanis seculi deliciis,gloriæ,potẽtię,diuitiarũ sunt amatores.Hæc eñ omnia fluxa & caduca sunt,& nusquã cõsistẽtia,quæ in ꝓceps semper celeri impetu deferũtur. Siquidẽ qui hodie diues est, cras erit pauper:qui hodie in curru,prẽcone lictoribusq; & apparitoribꝰ comitatus magistratũ gerit,postridie nonnunquã in carcerẽ intruditur,& velit nolit,aliis omnia relinquit.Qui in deliciis vitã agit,qui cõuiuiis dissoluitur,pene crapula ventrẽ distũpit,ne vna quidẽ die potest in eadẽ satietate permanere,sed concocto cibo iterũ ad id cõpellitur, nihil à torrẽte differẽs.Nam quẽadmodum in eo prior fluxus alio superincũbente vrgetur,ita & nos alio post alium cibo indigemus.Huiusmodi est omniũ huius seculi rerũ natura,vt quæ sortita est, retinere nunquã possit, sed semper fluant,semper trahãtur:in deliciis autẽ & cõuiuiis non solùm fluxus,sed difficultates multæ & mala deprehẽduntur.Illa nanq; satietas tum corporis robur,tũ animi minuit fortitudinẽ . Neq; ita fluuialiũ fluctuũ vis ripas excedere & conuellere solet, vt deliciæ,lasciuiáq; bonam valetudinẽ,& vires omnes facilè subtrahit.Quòd si medicos percõtaberis, omniũ propè morborũ causas inde ortas inuenies. Vilis & tenuis & simplex mẽsa,bonę valetudinis mater est,ita eá medici appellarũt:& nõ ad satietatẽ crapulari,sed sobrie vesci, sanitatẽ & sanitatis parẽtem: cõtrà satietatem morborũ ipsa medica arte incurabilium dixerunt: quod perspicuũ est.Siquidẽ pedũ, capitis,oculorũ, manuum ægritudines,paralysis,hydropisis,icteros,febres lõgæ & acutæ,& plures id genus morbi,nimia crapula cõtrahũtur.neq; enim vacat in præsentia oẽs enumerare,qui non ex modico & tẽperato victu,sed voracitate & crapula ingenerãtur.Quod si vis animi quoq; morbos hinc ꝓueniẽtes ĩtelligere,auariciam,iactãtia,furor,desidia,luxuria, omnis deniq; † incõtinentia hinc ducit originẽ, nec stracte luxuriãt.]Perstringã & dolores,anxietatésq;, quibus qui se his addix erũt,afficiũtur:omnes quidẽ enumerare nõ possumus, in summa breui totũ expli cabo:varia nãque & preciosa mensa nunquã auidè, nunquã cũ voluptate fruũtur . Vt enim tenuis mẽsa bonæ valetudinis,ita & voluptatis mater est: & crapula vt morborũ,ita fastidii & fons est,& radix . Vbi eñ satietas, ibi auiditas esse nullo pacto potest . Vbi nulla auiditas,quo pacto ibi voluptas erit?Propterea nõ tãtũ prudẽtia & valetudine ꝓspera præstare diu tibꝰ pauperes videmus,sed & lęticia.Quibꝰ manifestè cognitis,ebrietatẽ deliciásq; fugiamꝰ,nõ in mẽsis modò,sed quæcũq; in rebus secularibus capiũtur,ea oĩa spiritualiũ voluptate mutemus: & secũdũ ꝓphtã delectare in domino , & dabit tibi petitiones cordis tui, vt præsentibus & futuris bonis perfruamur, gratia & benignitate dñi nostri Iesu Christi,p quẽ,& cũ quo patri gloria,& spiritui sancto in secula, Amẽ.

† *rusticitas & stupor hinc ducit originẽ.Asinis enim nihilo melius habẽt animæ hiusmodi mẽsis delicatis ĩdulgentes.*

Psal.36.a

Homilia.xxij.ex cap.secundo.

Hoc fecit initiũ signorũ Iesus in Cana Galilææ. Plurimum nos diabolus vrget, plurimũ nostræ insidiatur saluti.Inuigilãdũ est igitur,& cõtra illius impetus vnũquenq; se omni ex parte præmunire oportet:nam vel minimo aditu viã sibi q̃ latissimã patefacit,paulatim vires accipit.Quòd si qua nobis salutis nostræ cura est,ne minima quidẽ in re cũ nobis præualere permittamus, ne mox in maioribus præualeat.Sũmæ nanq; amentiæ est,vt cùm ille tãtopere animarũ nostrarum perditioni inuigilet, nos cõtra pro nostra ipsorũ salute non eandem adhibeamus diligentiã.Hunc ergo non temerè in præsentia sermonem aggressus sum.Timeo ne in medio etiam tẽplo aliquãdo hic lupus deliteat nõ præuisus à nobis , & insidiis suis & nostra desidia, ouis aliqua à grege & hac cõcione aberrãs diripiatur. Nã si eius vulnera sensu deprehẽderẽtur,si corpus offenderetur,nõ sanè esset difficile eius insidias præcauere:verùm cùm anima inuisibilis ĩuisibiles plagas accipiat, summa nobis opꝰ est vigilãtia,vt vnusquisq; seipsum probet.Nemo enim nouit hominẽ,vt spiritus hominis qui in ipso est.Oratio omnibus in mediũ ꝓponitur,cõmunis indigentibus medicina.Vnumquenq; auditorũ,quod ad morbum suũ facit, accipere oportet.Nescio qui ægrotent,qui bene valeãt, idcirco de omnibus loquor affectibus, vt sibi quisq; accommodatam medicinã inueniat.Nunc in auariciam,nunc in delicias,nunc in luxuriã inuehimur,rursus ad eleemosynam hortamur, & alias virtutes laudamus. Ti meo enim nequãdo vni nobis morbo vacãtibus, alij quo magis laboret,medicinã non adhibeã. Si vnꝰ hic esset,nõ tam necessariũ ducerem multiplicẽ habere sermonẽ,sed in tanta cõcione plurimos esse affectus credibile est.Quãobrem nõ immeritò hac vtimur orationis varietate,qua in omnes diffusa, quo quisq; indigeat,inueniet: hac gratia & scripturą varia est,& varia loquitur,cùm in omnẽ hominũ naturam cõditionemq; diffunditur, in qua omnes reperiri affectus necesse est:licèt nõ omnes in singulis his nos purgati,summa cum attentione, quæ nobis hodie

1.Cor.2.d

die ꝓposita sunt audiamus. Hoc, inquit, fecit initiũ signorũ Iesus in Cana Galilææ. Diximus quosdã dicere,nõ fuisse hoc initium signorũ omnium,sed eorũ quæ in Cana Galilææ facta sunt. Ego nõ contendo hoc,illud affirmo,post baptisma Christũ miracula facere cœpisse,ante nullũ: hoc,siue aliud primum fuerit post baptisma,nõ admodũ quæsitu necessariũ ducimus. *Et manifestauit gloriã suam.* Quónam pacto? Nõ enim multi attẽdebant,sed ministri tantũ,Archi triclinus,sponsus. Quo,inquam,pacto manifestauit gloriam suã?Quantum quidem in ipso erat,manifestauit.Quòd si verò nõ tunc,postea tamẽ omnes illud miraculũ erant audituri.Hactenus nanq; prędicatur,neq; vspiam latet.nam q̃ in illa die nõ omnes sciuerint,ex sequẽtibus cõstat.siquidẽ cùm dixerit, Manifestauit gloriã suam:addidit, *Et crediderunt in eũ discipuli eius.* Qui etiam antea admirati eum fuerunt. Videsne tũc signa maximè fuisse necessaria,quando idonei essent discipuli , & præsto ad miracula accipienda?facilius enim hi crediturí erant,quorũ prædicatione vniuersus orbis secutis tẽporibus in Christũ credidit.Et quónam modo sine miraculis eius quisquã habuisset cognitionẽ?doctrina,prophetia,miraculum,sufficientia fuerunt,quæ omniũ animos arriperent.Itaq; iam anima familiarior, magis idonea facta est,quę signis & miraculis moueretur.Quare sæpe euãgelistæ nihil operatũ Christũ dicunt, quãdoquidẽ præsentes ad id accipiendũ nõ essent idonei.

Post hæc descẽdit in Capernaũ ipse,& mater eius, & fratres & discipuli eius,& ibi manserunt nõ multis diebus. Quãnã gratia cum matre abiit in Capernaum?neq; enim illic vllum fecit miraculum,neq; incolæ rectè de ipso sentiebãt,sed multis flagitiis laborabãt,vt ipse Chri-
Luc.10.c stus ostendit : Et tu Capernaũ, vsq; ad cœlum elata, vsq; ad infernũ defereris . Quoniã, vt mihi videtur, cùm paulò pòst esset Hierosolymã ascẽsurus,ante Capernaũ petiit,ne quocunq; fratres secum & matrem traheret.Parum igitur illic matris gratia cõmoratus, iterũ miracula aggreditur. Propterea inquit q̃ non multò pòst ascẽdit Hierosolymã, paucis itaque ante Pascha diebus baptizatus venit Hierosolymã, vbi rẽ mirã aggressus est.*Venit in tẽplum, & vendentes oues,boues,colũbas, & nummularios sedẽtes eiecit.* Alius euangeli-
Mat.21.b sta eum dicentem meminit:Nolite facere domũ pa-
Luc. 19.g tris mei speluncã latronum:hic autem inquit, *Domũ negociationis.* Non inuicẽ discordantes,sed demõstrãtes quòd bis eos eiecerit,non eodẽ tempore:sed hoc in operum suorũ initio,illud iam passionis tempore appropinquãte:quare vehemẽtiori castigatione vsus,latronũ speluncã appellauit,nũc in ipso principio remissius agit: ex quo verisimile est illud iterũ factũ.Præterea quæsitu dignum est,qua gratia adeò Christus hic indignatus est,& maximè cũ aliàs iniuriis cõtumeliisq; affectus, Samaritanus & dæmoniũ habẽs appellatus,nihil tale fecerit:nũc nõ cõtẽtus † flagello,verbis etiã in eos inuehitur?] Cõtrà,cur Iudæi q̃ in collatis beneficiis Christũ accusabãt & persequebãtur,cùm credibile esset tã acri castigatione graui excãdescere, nõ adeò iniquo animo tulerũt? Nulla eñ in eũ contumelia vsi sunt,sed quod signũ, inquiũt,ostẽdis nobis,quia hæc facis?Animaduertis inuidiã incredibilem,& quónam pacto in alios collata beneficia magis eos irritabãt?Sed cùm speluncã latronũ ab his templum fieri dicit,ostẽdit,quæ vendebãtur,à furto,rapina,auaricia,& alienis calamitatibus cõparata:cùm autẽ domum negociationis,impudẽtes eos in negociãdo significat . Sed qua gratia hoc fecit?cũ morbos esset sabbato curaturꝰ,&alia facturus,quę illis trãsgressio legis videbãtur : ne dei cõtẽptor &patri cõtrarius existimaretur,id fecit,vt eorum tolleret suspicionẽ.Nõ enim par erat,vt qui pro templi honore tantã ostendisset indignationem, ab eius domino alienũ animum haberet.Sufficiẽtes sanè erãt superiores anni,quibꝰ legi paruerat, qui eius erga legislatorẽ reuerentiã ostẽderent, quódq; non præuaricaretur:atqui cùm credibile esset superiorẽ vitã aut obliuioni mandatã,aut incognitam, vtpote in paupere & vili casa educati,& cũ vilibus cõuersati,iam in omni frequẽtia prope diẽ festũ, cùm multi cõcurrerẽt,thoc sui facit experimentũ.] Neq; enim tãtùm illos eiecit,sed euertit mẽsas,dispersit argẽtũ, vt illi secum reputarent,q̃ qui se pro domus honore periculis exponeret, eius dũm minimè contẽneret. Neq; simulationẽ in ipso quispiã poterat coniectari, cùm nõ verbotenus monuisset,sed periculis & cõtumeliis in medio vulgi & sacerdotũ furori se obiecisset,rem minimè contẽnendã peregit.Hoc sanè non simulãtis,sed nihil pro diuini tẽpli honore recusantis officiũ fuit.Propterea nõ per ea solum quæ facit, sed &per ea quæ dicit,ostẽdit se cum ipso cõsentire: Nõ enim dixit domũ sanctã,sed patris mei. Patrem appellat,neq; Iudęi indignãtur:simpliciter nanq; patrẽ acceperunt.Cùm autẽ in posterum expressius se illi æqualẽ ostẽdit,tunc exacerbati sunt.Quid igitur illi? *Quod signũ ostẽdis nobis,quia hæc facis?*O summã dementiã,quónã signo opus erat, cùm malefacta corriperet,& dei domũ tãta purgaret ignominia? Zelus ille pro domus dei honore, maximũ fuit virtutis signum,quod boni aduerterunt. *Recordati nãque sunt discipuli eius tunc,quia scriptũ est:Zelus domus tuæ comedit me.* *Psal.68.b*
Illi autẽ prophetiæ nõ meminerunt, sed signũ quærebãt. Dolebãt,turpe lucrũ auferri, & vt eum ab incepto auerterent, ad miraculum trahere adnitũtur: ideo à signis abstinuit, vt anteà cùm idẽ peterẽt: respõderat eñ,Generatio mala & adultera signũ quæ- *Mat.16.a*
rit,& signũ non dabitur ei,nisi signũ Ionæ prophetę. *& Luc.11.d.*
Sed tũc quidẽ manifestius,nunc latentius,ob nimiã eorum stultitiã.Neq; enim qui primùm nõ petentibus signũ dederat,petẽtibus negasset,nisi prauam & fraudulentã eorum mentem cognouisset. Intellige, quæso,quid statim rogauerint:intellige malicię plenã percõtationẽ.Cũ enim deceret vt ipsius studium & zelũ susciperent,cũ oporteret eos obstupescere& admirari q̃ tãtam domus curã gereret,illi autẽ accusant,& vẽdere sibi licere cõtendunt,neq; à vendendo desistendũ,nisi ipse signum ostenderet: Quid ad hæc Christus?*Soluite,*inquit,*templũ hoc,& in tribus diebꝰ excitabo illud.*Multa tũc obscura ad eos locutꝰ est,quę post impletã prophetiã erãt futura clarissima. Cuius autẽ rei gratia istud faciebat?vt declaretur,cũ illa euenerit,multo antè ea quę futura erãt prẽnouisse:vt nũc cõtigit.Nã cũ resurrexisset,inquit,à mortuis,recordati sũt discipuli eiꝰ,quia hoc dicebat de corpore suo:&crediderũt scripturę&sermoni quẽ dixit Iesꝰ. His verbis alij dubitabãt,alij respõderũt: *Quadraginta sex annis ædificatũ est tẽplũ hoc, & tu tribus diebus excitabis illud?* Secũdam tẽpli ædificationẽ meminerũt.prima nãq; vigiti annis absoluta est.Sed qua gratia dubitãtibus nõ aperuit,se tẽplũ carnẽ suã appellare?Euãgelista id interpretatur, Christꝰ tacuit.Qua inquã gratia?

† *firmitatẽ nacti.*

† *solis verbis, sed etiã flagello arrepto fic eos eiecit?*

Universidad de Deusto Biblioteca

tia?quoniā ipſius verbis fidē nō adhibuiſſent: quòd
ſi diſcipuli nō erant idonei qui ea audirēt, multò mi
nus turbæ.Inquit enim,*Cùm ſurrexiſſet à mortuis,tūc re-
cordati ſunt,& crediderūt ſermoni& ſcripturæ.*Duo nanq;
eis proponebātur,alterum reſurrectio, alterum lōgè
maius,an deus in ipſo eſſet: vtrūq; his verbis ſignifi-
cauit,Soluite tēplū hoc,& in tribus diebus excitabo
Rom.1.a illud.Quod & Paulus nō paruum eſſe diuinitatis ſi-
†ex eo quòd reſurrexit à mortuis Ieſus Chriſtus.] gnū oſtēdēs,inquit: Qui declaratus fuit filius dei in
virtute ſecundū ſpiritum ſanctificationis†ex reſurre
ctione mortuorū Ieſu Chriſti.] Quare & hic & alibi
ſæpenumero hoc ſignū in medium affert. Cùm exal
taueritis,inquit,filiū hominis,tunc cognoſcetis quia
Infr.8.d ego ſum.& iterū:Non dabitur vobis ſignum , niſi ſi-
Ionæ.2.et gnū Ionæ prophetæ.Et hic iterū: In trib⁹ diebus ex-
Mat.16.a citabo illud.Quoniā hoc vel maximè argumento ſe
nō eſſe purum hominē,& mortē ſibi ſubeſſe,& eius
vim & bellū grauiſſimum mox ſoluturū oſtendebat.
Idcirco inquit,Tunc ſcietis.Tunc,quando? quando
videlicet in reſurrectione orbē terrarum ad me tra-
hā,tunc ſcietis me vt deū & dei filium dilectiſsimū,
ad paternā vlciſcendam contumeliam hoc feciſſe.
Quid tandē? Nō dixit quibus ſignis à negociatione
mala abſtinere oporteret,ſed daturū promiſit, quo-
niā id eos magis irritaſſet, hoc autē magis exterruit.
At illi nihil reſpōderunt,cùm id incredibile videre-
tur,& vt impoſsibile percōtari neglexerūt . Quòd ſi
ſanæ mētis fuiſſent,quod tūc incredibile viſum erat,
poſt tot ſigna & miracula ꝓfectò quærere & percon
tari debuiſſent,vt eā ſoluerent dubitationē: ſed ſtul-
ti,aut eius verbis aures nō adhibebāt, aut iniqua in-
terpretatione deprauabāt:ꝓpterea Chriſtus obſcu-
re ad eos locutus eſt.Eſt autē hoc in loco quæſitu di
gnū,quomodo diſcipuli Chriſtum à morte reſurre-
cturum ignorabant?Quoniam adhuc ſpiritali gratia
indigni erant.Ideoq; cùm frequenter eis Chriſtus re
ſurrectionē prędixiſſet,nihil tamen manifeſtè intel-
lexerunt,ſed quid id eſſet inuicē percontabātur. Vi-
debatur enim haudquaquā credibile, quòd ſeipſum
poſſet aliquis ſuſcitare,& ita ſuſcitare. Nec aliam ob
Mat.16.c cauſam Petrus reprehēſus eſt, q̄ quòd cùm nihil de
reſurrectione ſciret,inquit:Abſit à te dñe.Neq;Chri
ſtus ante rem ipſam hoc manifeſtè diſcipulis reuela-
uit,ne ſcilicet à principio tanquā rei maximè incre-
dibili diffiſi perturbarentur:neq; enim adhuc planè
norāt quis eſſet. Manifeſtis nāq; operibus nemo nō
crediđiſſet:ſolo autē verbo nō ita fides præſtari aſſo
let.Hac ratione obſcurè primū locutus:cū autē re ip
ſa fidē confirmauit,tunc & verborum intelligentiā,
& tantā ſpiritus gratiā infudit, vt repentè omnia ca-
Infr.14.d perēt.Ille enim vobis cōmemorabit omnia , inquit.
Nā ſi vno duntaxat veſperi pudore abiecto diſcipuli
fugientes,Chriſtū negauerunt:minimè ſuperioris tē
poris operum & verborū eſſent recordati,niſi multā
ſpiritus ſancti gratiā supernè afflati accepiſſent . Qđ
ſi à ſpiritu,inquiet quiſpiā,audituri erant:quid opor
tuit Chriſtū id prius cōmunicare,præſertim cùm nō
intelligerēt?Quoniā nō docuit eos ſpiritus,ſed Chri
ſti doctrinā in memoriam reduxit:quod nō parum
in eius gloriā ceſſit.Spiritus itaq; gratiæ infuſio,tam
larga,tā exuberans à dei gratia ortū habuit, inde ſua
ipſi virtute donum cōſeruauerunt.Vitę enim hone-
ſtate atq; ſapientia effulſerunt,magnos ſubierunt la-
bores,& præſentē cōtempſerunt vitam,nullius eam
momenti arbitrati,hinc ſuper omnes elati,tanquam

A aquilæ leues altè volātes, operib⁹ ſuis in ipſum cœlū
euaſerūt. Hinc ineffabilē ſpiritus ſancti gratiam con
ſecuti ſunt.Hos & nos dilectiſſimi imitemur, neque
extinguamus lāpades,ſed eleemoſyna clariores red-
damus.Huius ignis lux ita ſeruatur, ſi in vaſa oleum
dū hanc vitā viuimus,colligamus: quod nobis neq;
poſt hinc migrationē amplius , neq; niſi per manus
pauperum colligere permittitur. Colligamus inquā
abūde,ſi cum ſpōſo ingredi volumus: ſin minus,ex-
cludemur. Impoſſibile enim , impoſſibile inquā eſt,
etſi innumera faciamus bona,ſine eeleemoſyna cœle
ſtis regni vel veſtibulum quidē attingere.Quamob-
rem multa in pauperes vtendū eſt liberalitate,vt ar-
canis & ineffabilibus illis fruamur bonis: quæ vtinā
omnes cōſequamur,gratia & benignitate dñi noſtri
Ieſu Chriſti,cū quo patri gloria ſimul & ſpiritui ſan-
cto,nunc & ſenper,& in ſecula ſeculorum,Amen.

B

Homilia xxiij.ex cap.ii.& iii.

*CVm autem eſſet Hieroſolymis in Paſcha in die feſto,
multi crediderūt†in nomine eius.*] Chriſti tēpori- †*in ipſū*] *ſic & paulopoſt.*
bus alij in errore perſtabāt,alij veritatem op
pugnabant , nonnulli eam cōplexi paulò pòſt deſe-
rebant,hos Chriſtus ſeminibus comparauit,radices Mat.13.a
tantùm in ſuperficie diffundentibus,quæ quampri-
mum areſcunt.Hos nobis euāgeliſta in præſentia ſi-
gnificat,ſic dicēs.*Cùm autem eſſet Hieroſolymis in Paſcha
in die feſto,multi crediderunt in nomine eius,vidētes ſigna eius
quæ faciebat.Ipſe autē Ieſus non credebat ſemetipſum eis.* Fir-
miores erant diſcipuli,non ſignorum tantùm gratia,
ſed & doctrinæ Ieſum ſecuti.Qui craſsiori erāt inge
nio,& ſignis trahebātur:acutiori verò,ꝓphetis & do
ctrina. Quicunq; igitur per doctrinam credentes ei
C adhærebant, iis qui per ſigna crederēt conſtātiores
erāt:quos etiā Chriſtus beatos appellauit dicēs. Bea
ti qui non viderūt & crediderūt . Quòd autē hi non Infr.20.g
verè crederēt,ex ſequentibus oſtēdit:Ipſe enim, in-
quit,Ieſus nō credebat ſeipſum eis.Quare? *Eò quòd ip
ſe noſſet †omnes,]& quia ei opus non erat,vt quis teſtimoniū* †*omnia.*]
perhiberet de homine: ipſe enim ſciebat quid eſſet in homine,
hoc eſt,nō curabat exteriora verba,qui in ipſos ani-
mos ingreditur,qui in humanas cogitationes irrum-
pit,qui eorū feruorē mox infrigeſcere cognoſcebat:
neq; ac ſi perfecti eſſent diſcipuli,eis fidebat,nec ar-
canorū doctrinā tanquā fidelibus credebat. Huma-
norū autem cordiū cognitio ſolius dei eſt,qui ea for
mauit.Tu enim,inquit,cognoſcis corda ſolus. Non Act.1.d
opus erat Ieſu teſtibus,ad eas quas formarat mentes
cognoſcēdas.Norat igitur eorū infirmitati nō credē
D dū.Homines enim,vtpote qui neq; præſentia , neq;
futura intelligūt, cum fraudulētis & inſtabilibus ſæ-
penumero res ſuas ſine ſuſpicione cōmunicāt: Chri
ſtus autē nō ita,vtpote qui abſcondita cordiū mani-
feſtè intuebatur.Tales multi ſunt his quoq; tempo-
ribus,qui ſibi fidei nomē vēdicāt, facilè ad credēdū
adducūtur,& incōſtātes ſunt, his neq; nūc Chriſtus
fidit,plurima occulit:& queadmodū nos non eodē
modo amicis nomine & re credimus, ita neq; deus.
Audi quid diſcipulis dicat: Nō iam vos dico ſeruos. Infr.15.b
Vos amici mei eſtis.Vnde,&quāobrem?Quia quæ- Ibidem.c
cunq; audiui à patre,nota feci vobis.Hac gratia nul-
la Iudæis ne petentibus quidem ſigna oſtendebat,
quoniam tentandi gratia percōtabantur. Nónne &
nunc quoq; ſignorum petitio tētantiū eſt?Sunt ſanè
& hac noſtra ætate qui quærāt , quare & nunc ſigna
non fiunt?Si fidelis es vt oporter,ſi Chriſtū diligis vt
diligendus

diligēdus eſt,nō indiges ſignis:ſigna enim incredu-
lis dātur.Cur igitur,inquis,Iudęis nō data ſunt?Sunt
inquā maximè . Quòd ſi petentes aliquādo non ac-
ceperūt,ideo factū eſt,quoniam nō vt ab increduli-
tate deſiſterēt,ea quærebāt:ſed vt magis malicia ſua
Cap.III. obdureſcerēt. *Erat autem homo ex Phariſæis,Nicodemus
nomine,princeps Iudæorū, hic venit ad Ieſum noctè.* Hic in
euāgelicę narrationis ꝓgreſſu Chriſto opitulatur:di
Infr.7.g cit enim,Lex noſtra non iudicat quenquā,niſi prius
audiat ab eo & cognoſcat quid faciat.Aduerſus hūc
Iudæi indignati dicebant:Interroga & vide, ꝙ pro-
ibidem. pheta ex Galilæa nō ſurrexit. Hic etiā poſt paſsionē
multum diligētiæ in ſepulturam dominici corporis
adhibuiſſe perhibetur. Venit em̄,inquit, & Nicode-
mus,qui venerat ad Ieſum nocte primū,ferens mix-
turam myrrhæ & aloēs quaſi libras cētum:hic nunc
afficiebatur quidē Chriſto,non tamen vt oportebat,
neq; quo debebat animo,ſed adhuc Iudaica imbecil
Infr.19.g litate detinebatur : ideo nocte venit , quia interdiu
formidabat.Sed clemētiſsimus deus, neq; tam frigi-
dum affectū pepulit,neq; obiurgauit , neq; indignū
ſua duxit doctrina,ſed multa cum manſuetudine eū
alloquitur,& arcana aperit,obſcurè quidē,aperit ta-
men:quippe quem lōgè magis venia dignum exiſti-
mauit,q̄ qui malicia percontabantur.Illi enim nullo
pacto poterant excuſari:hic etſi reprehenſioni, non
tantæ tamē erat obnoxius. Quomodo igitur euāge-
liſta nihil tale de Nicodemo dixit,quēadmodum a-
Infr.12.f libi,quod ex principibus multi crediderūt in eū, ꝓ-
pter Iudæos autē non cōfitebantur, ne extra ſynago
gam fierēt? Quia id totum ex nocturna profectione
ſignificauit.Quid ergo inquit? *Rabbi,ſcimus quòd à deo
veniſti magiſter:nemo enim poteſt hæc ſigna facere quæ tu fa-
cis,niſi fuerit deus cū eo.* Adhuc humi vertitur Nicode-
mus,adhuc humanā de Chriſto habet ſentētiam, &
tanquā de ꝓpheta loquitur, nihil altū propter ſigna
cōiectatus.Scimus,inquit, ꝙ à deo veniſti magiſter.
Quid ergo noctu venis,& clāculū,ad eū qui diuina
loquitur,qui à deo venit?Quid nō apertè profiteris?
Eſa.42.a Sed hoc neq; dicit,neq; reprehēdit Ieſus.Calamum
em̄ contritū nō confringet,inquit, & linū fumigans
nō extinguet.Non cōtendet,inquit, neq; clamabit.
Mat.12.b Et iterum:Nō veni vt iudicē mundum , ſed vt ſaluū
Infr.12.g faciam.*Nemo poteſt hæc ſigna facere,quæ tu facis,niſi fuerit
deus cū eo.* Adhuc ſecundū hæreticos loquitur,qui di-
xerūt Chriſtū in operibus ſuis alterius indiguiſſe au-
xilio.Quid ad hoc Chriſtus? Cōſidera quæſo humi-
litatē incredibilē.Noluit dicere ſe nullius egere au-
xilio,omnia ſuapte facere poteſtate,eſſe dei dilectiſ-
ſimū filiū,& eiuſdē qua pater potentiæ,eo ꝙ difficile
creditu videbatur.Quod em̄ ſemper dixi,& nūc di-
cā,curæ erat Chriſto a principio nō tam quiſnā eſſet
oſtēdere,quā vt crederetur nihil cōtra patris facere
voluntatē.Ideoq; verbis ſæpenumero humilioribus
locutus eſt,re autē quid poſſet,oſtendit.Miracula e-
Marc.5.d nim virtute ſūma operatus eſt. Volo,inquit,purgare.
Luc.5.e. Talitha ſurge.Extēde manū. Dimittūtur tibi pecca-
Act.9.g ta tua.Tace,obmuteſce.Tolle grabbatū tuū,& vade
Mat.12.a in domum tuam.Tibi dico malū dæmonium exi ab
Mar.2.a Ibid.4.d hoc.Fiat tibi vt vis.Si quis vobis aliq̄d dixerit,dicite,
Ibid.2.d quia dño his opus eſt. Hodie mecū eris in paradiſo.
Luc.8.d Audiſtis quia dictū eſt antiquis,Nō occides:ego au-
Mat.15.c tē dico vobis, quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo te-
Ibid.21.a merè,reus erit iudicio.Venite poſt me, faciā vos pi-
ſcatores hominū . Sic in omni euāgelio ſummā eius

A deprehēdimus authoritatē.In rebus quidē ipſis ne- Luc 23.f
mo ea quæ fiebāt reprehēdere poſſit:niſi em̄ res ipſæ Exo.20.c
extitiſſent,& talē fuiſſent finē cōſecutæ,qualem ipſe & Mat.5 d.
iubebat,potuiſſet aliquis illorū dicere īania & ſuper- Matt.4.c
ba fuiſſe illa præcepta. Verū cū re euenerint,etiā in-
uitis ſilentiū impoſuit.In verbis autē Iudæi,vt erant
impudētes, arrogātiā eius arguere potuiſſent. Quā-
obrem hoc in loco Nicodemū alloquens, nihil altū
attingit,ſed obſcure ex humili ad ſuperna erigit,ad-
monētq; ſe ſibi ipſi ſufficiētem ad faciēda miracula.
Perfectū em̄ ipſum genuit pater , nullius indigentē,
nullius rei humilis aut abiectæ participē.Sed videa-
mus quomodo hoc cōfirmet. Dixerat Nicodemus:
*Rabbi,ſcimus quia à deo veniſti magiſter,& quòd nemo poteſt
facere quæ tu facis,niſi fuerit deus cū eo.*Exiſtimauit ſe ma-
gnū aliquid dixiſſe.Quid Chriſtus?Vt oſtēderet nō-
B dū verę cognitionis veſtibulū attigiſſe, ſed extra re-
giā aberrare & ipſum, & quicunq; eadē eſſet ſentē-
tia,reſpōdit:*Amē amē dico tibi,niſi quis nat⁹ fuerit**denuò,
*non poteſt videre regnū dei.*Hoc eſt,niſi iterū naſcaris, &
vera imbuaris doctrina,lōgè à regno dei aberras.Sed
obſcurè dixit:& vt æquiori animo toleraret,nō aper
tè ad ipſum ſermonē vertit,ſed indefinito vtitur ver-
bo,Niſi quis natus fuerit,tantū nō dicēs,ſiue tu,ſiue
quis alius,talē de me habet opinionē,in regnum nō
recipietur.Qđ niſi hac ratione dixiſſet,nihil ſanè ad
propoſitū id reſpōſum.Hoc ſi Iudæi audiſſent,irriſiſ
ſent ꝓfectò,& abiiſſent. Nicodemus autē & in hoc
diſcendi ſtudiū præ ſe tulit,& propterea obſcurè ali-
quādo loquitur Chriſtus,vt audiētes attētiores red-
dat.Siquidē clarū & manifeſtū verbū fugit nonnū-
quam auditorē,obſcurum autē etiā diligentiorē effi
C cit.Sententia autē eſt,Niſi genitus fueris denuò,hoc
eſt,niſi ſpiritus per regenerationis lauacrū particeps
efficiaris,non poteris veram de me opinionē conci-
pere.Iſta tua nō ſpiritalis,ſed animalis opinio eſt.Nō
tamē his verbis vſus eſt:noluit em̄ pro viribus & co
gnitione ſua loquentē perterrere,ſed ad maiorū co-
gitationē ſine ſuſpicione erigit.Niſi quis natus fuerit
denuò.ἄνωθεν hoc in loco, alij è cœlo,alij iterū expo-
nūt.Quippe qui nō ita naſcitur,nō poteſt videre re-
gnum dei.† Regnū dei ſeipſum ſignificat,] oſtendēs
ſe nō eſſe id tantū qđ videtur,ſed aliis opus eſſe ocu
lis vt videatur. Ad hęc Nicodem⁹:*Quomodo,*inquit,*po
teſt homo naſci cùm ſit ſenex?*Rabbi eū appellas,& à deo
veniſſe dicis,& eius verba nō ſuſcipis ? eo etiā verbo
vteris,quod multā affert perturbationē. Ea em̄ par-
ticula,quomodo,non multùm credentiū,ſed adhuc
D terrena ſapientium eſt. Nam & Sara propterea riſit, Gen.18.b
quia quomodo parere poſſet,cogitauit, & alij multi
hoc verbo vſi fide exciderūt.Hæretici quoq; hinc in
ſua perſtāt opinione,alij quidē quomodo natus eſt
Chriſtus,alij quomodo carnē accepit interrogāt, &
mētis ſuæ imbecillitati immēſam illā & ineffabilem
ſubiiciūt ſubſtātiā.quę importuna curioſitas ſapiēti-
bus fugiēda eſt.Neq; em̄ qui quomodo percōtātur,
id ſciēt,& à vera excidēt fide.Propterea Nicodemus
cū dubitaret,modū inquirit:id em̄ ſibi dici intellige-
bat,perturbatur,& rē nō intelligit.Nā cū ad Chriſtū
tanquā ad hominē veniſſet, audiretq; q̄ ab homine
lōgè maiora,& quæ nemo vnquā audierat:& primū
quidē ad id mentē erigit,caligine tamen perſtringi-
tur,neq; perſtat in fide,rei difficultate huc illucq; di
ſtractus.Ideo non poſſe id fieri primùm aſſerit, inde
apertius ſibi declarari rogat. *Nunquid,*inquit,*poteſt in*

*ἄνωθεν.i. *ſupernè, ſiue è ſupernis: aut denuo ſiue ab integro. In priore ſenſu accipere videtur Chryſoſt. quòd aperte facit Theophylac. Itaque vbi hic habes denuo vel iterū,verti potuit ſuperne, vel è cœlo.*

†*ſeipſum hoc loco ſignificat.*]

Universidad de Deusto Biblioteca

ventrē matris suæ iteratò introire, & nasci? Animaduertite quónā pacto, qui humanis rationibus spiritalia permiserit, ridicula loquitur, & delirat tanquam ebrius, quoties diuinorū sensum perscrutatur, neq; eū accipit. Audiuit generationē, sed spiritalē non intellexit: sed ad carnis traxit vilitatē, & tam admirabilē profundámq; doctrinā naturali necessitati conglutinauit, deliramenta & ridiculas proponit dubitationes: idcirco Paulus inquit, ꝙ animalis homo nō suscipit ea quæ spiritus sunt. Verùm Nicodemus Christū reuerenter alloquitur, nō intellexit quæ diceret, & imposibile id arbitratur, hoc tamē cōticet. Duo ei dubitationē faciebant, & generatio talis & regnū, neq; enim regni nomen auditum erat à Iudæis vnquam, neq; huiusmodi generatio. Primum autem priorem partē aggreditur, quæ maximè eius mentē mouerat. Nos autē horū non ignari, diuina mysteria naturali ratione perscrutari caueamus, neq; rerū humanarū necessitate illa agi existimemus, sed pietate summa omnia intelligamus, scripturis fidē adhibeamus. Curiosus nanq; & nimius rerū diuinarū perscrutator nihil ꝓficit, nihil inuenit prę̨ter vltimū suppliciū. †Audis natum Christū, crede:] quomodo, noli disquirere, neq; propter hoc tollas generationem, quod vltimæ stulticiæ est. Nā si Nicodemus, generatione nō illa ineffabili, sed hac, quæ dei gratia ꝓuenit, audita, quoniā nihil magnum animo concepit, sed terrenis tantū inhęsit, tenebris perfusus est ac dubitauit: quātò hi digni supplicio, qui admirandam illā & omnē superātem rationem & intellectū tanto studio quærunt, inuestigant, perscrutantur? Nihil enim tam obscuris obducitur tenebris, q̄ humana cogitatio, quæ omnia ad terrā reducit, nec patitur cœlitus lumē accipere. Vilissima ꝓfectò & multū habet luti terrena cogitatio: ideo superna nobis aqua opus est, vt abluti & quātùm fieri potest mūdi cœlū petamus, & cœlestibus imbuamur disciplinis: hoc autē & animi bonitate & vitæ rectitudine assequimur: neq; enim intēpestiua inuestigatione dūtaxat, sed corruptis quoque morib⁹ humana mēs in tenebris versatur. Quare Paul⁹ ad Corinthios inquit, Lac vobis potū dedi, non escam. Nondū enim poteratis, sed ne nūc quidē potestis: adhuc enim carnales estis. Cùm sit inter vos zelus & cōtentio, nónne carnales estis? Et ad Hebræos, & alibi frequēter hanc malorum dogmatum causam Paulū afferētem quiuis videre poterit. Anima enim affectibus implicita, nequit ꝓfectò magnū aliquid aut generosum intueri, sed tanquā lippitudine quadā perturbata, in tenebris versatur. Mētis igitur oculos à tā grauissimo morbo liberem⁹, illuminemus, nolim⁹ inter spinas semē iacere. Quænā hæc spinarū copia nostis, etsi tacemus: sępenumero audistis Christū præsentis vitæ solicitudines & diuitiarū fraudes, spinas appellasse, & meritò sanè. Nam quēadmodū spinæ steriles sunt, ita & diuitiæ. Quemadmodum illæ eos qui tangunt, lacerant: ita harū cupiditas. Quemadmodum facilè igni cōprehenduntur, & odio habētur agricolis: ita huius seculi negocia. Postremò vt inter spinas ferę, viperæ, scorpij, delitescūt: ita in fraudibus diuitiarū. Verumenimuero dilectissimi, spiritus sancti igne & spinas cōsumamus, & bestias effugemus: vt * agricolæ agrū purgatū reddamus, inde spiritalibus aquis irrigemus, plātemus oliuam fructiferā, plantam vtiq; mitissimam & semper virentē, quæ illuminat, quæ nutrit, quæ bonam facit

1.Cor.2.d

† *Audisti patrem genuisse, crede quod audiuisti.*]

1.Cor.3.a

* τῷ γεωργῷ *agricolæ datiui casus.*

A valetudinē: hæc eleemosynæ sunt officia, quæ tāquā signaculū est eam possidētibus. Hæc plāta ne morte quidē arescit, sed semper viret, mentē illuminat, animi vires nutrit, ac etiā robustiores efficit. Hāc si perpetuò amplectemur, fidenter & spōsum adire, & thalamū ingredi poterimus: cuius vtinā omnes fiamus participes, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cū quo patri gloria, simul & spiritui sancto, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia.xxiiij.ex cap.tertio.

R*Espondit Iesus: Amē amen dico tibi, nisi quis natus fuerit ex aqua & spiritu, non potest introire in regnū dei.* Pueri singulis diebus ad magistros proficiscentes, & doctrinam accipiunt, & acceptam recitant, nunquam vacantes, vt scientiæ possessionē adipiscantur, interdū noctes diebus iungunt, & ad hoc B pro caducis & fluxis rebus sæpenumero illos cogitis: nos autem à vobis qui perfectiori estis ætate, non tantum exigimus, quantum vos à liberis vestris: non enim singulis diebus, sed duobus tantū, & breui eorum parte, vt vos labore leuemus, hortamur orationi nostræ aures adhibeatis. Ad hæc & paulatim vobis scripturarū dicta decerpimus, vt facilè accipere, in mētis vestræ thesauris recondere, memorię mandare, mandata aliis diligenter exponere possitis: quod profectò assequemini, nisi perquā somnolēti, & desidiæ dediti, & puerulis longè hebetiores sitis. Accipiatis igitur dilectissimi, quæ hesternam concionem sequuntur. Hæsitabat Nicodemus, & de huius seculi generatione locutū Christū arbitratus, *Imposibile,* inquit, *senem nasci denuò.* Animaduerte nunc quomodo iterū Christus, quam generationē dicat, manife- C stius ostendit: difficilem quidem ei qui secundū animam tantùm percōtabatur, potentem tamen à terrenę cogitationis humilitate erigere auditorē. Quid ergo dicit? Nisi quis natus fuerit ex aqua & spiritu sancto, nō potest introire in regnū dei. Tu imposibile dicis, ego verò vsq; adeo valde posibile esse dico, vt etiā necessarium sit, & vt aliter quis saluus esse non posit: quippe quæ maximè necessaria sunt, ea etiā facilia fecit deus. Terrena enim & secundū carnē generatio ex puluere est, ideo recōdita & occlusa sunt ei cœlestia: (quid enim cōmune terræ cū cœlo?) spiritalis vero cœlestes nobis portas perfacilè aperit. † Intelligitis quot vestrū in tenebris sitis?] Exhorrescite, gemite, formidolosę minę sunt, formidolosa sentētia. Nō potest, inquit, qui non natus fuerit ex aqua & spiritu, introire in regnū cœlorum: pro- D pterea ꝙ mortis ferat indumentū, & maledictionis atque corruptionis, ac nondū dominicum acceperit symbolū: sed externus est & alienus, nec signū habet regium. Nisi quis natus fuerit ex aqua & spiritu, non potest introire in regnū dei. Sed Nicodemus ne sic quidē intellexit. Nihil enim peius est, q̄ humanis rationibus spiritalia subiicere. Hoc illum impedit, ne quid magnum, ne quid profundum cōtemplaretur. Ideo nos fideles appellamur, vt humanarum cogitationū vilitate contempta, ad fidei altitudinē euadamus, & quæ nos manent bonorū cognitionem hauriamus. Quod si Nicodemus fecisset, non sanè imposibile dixisset, qua vt abduceretur sententia, quā diceret generationē Christus ostendit, Nisi quis natus fuerit ex aqua & spiritu, nō potest introire in regnum dei. Voluit eum minis perterrere & ad credēdū allicere, ne imposibile arbitraretur, & vt carnalis

generationis

† *Audite quicūque non estis baptizati.*]

generationis opinionē tolleret, aliam (inquit) Nicodeme generationē dico. Quid ad terrā deuolueris? Quid hanc naturali subiicis necessitati? Alius partus hic & excellētior nihil cum terrenis cōmunicat, nomine tantū hæc generatio cōuenit, re longè differt. Reiice cōmunem cōsuetudinem: alium partum induco, quo homines nasci volo: aliū generationis modū affero. Formaui ex terra & aqua, non vtile vas euasit, sed deterius factum est: nō amplius aqua & terra fingēdum est, sed aqua & spiritu. Quòd si quis interroget, quomodo ex aqua, rursus ego illū, quomodo ex terra? Quomodo lutum in aliā & aliam transiuit materiā? Quomodo vnius speciei subiectum, terra enim sola erat, varia & diuersa effinxit? Vnde ossa, nerui, arteriæ, venæ? vnde mēbranę & vasa organica & cartilagines? vnde hepar, splen, cor? vnde cutis, sanguis, phlegma, cholera? vnde tot operationes, tot colores? hæc enim nō terræ sunt, neq; luti. Quomodo terra accepto semine germinat, caro acceptū corrūpit? Quomodo terra commissa nutrit, caro his nutritur, nō nutrit? Terra collecta aqua vinum facit, caro id sæpenumero acceptum in aquā vertit. Vnde igitur caro ex terra est, cùm cōtrariam terræ operationem ostēdat? Sanè ratione inuenire nō possumus, fide sola possumus. Quòd si quæ quotidie videmus & tāgimus, fide indigēt: quātò magis arcana illa & spiritalia? Nam quēadmodum terra inanimata, immobilis, diuina volūtate ad tanta miracula ꝓducenda vires accepit: ita spiritu & sensibili aqua oīa hęc admirabilia, & humanā excedentia cogitationē facilè exoriūtur. Noli igitur, quoniā hæc nō vides, diffidere: neq; enim animā vides, tamē animā esse & eā te habere, & aliquid præter corpus esse nō dubitas. Verū Christus non hoc, sed alio exēplo Nicodemum allicit. Siquidē anima incorporea est, Nicodemus verò crassiorib⁹ adhuc cogitationibus versabatur. Mediū igitur adduxit exemplū, quòd nō ad solidi corporis naturam, neq; ad incorporeā ascendit, hoc est venti impetus: & primū ab aqua orditur, quæ tenuior est quàm terra, crassior q̄ ventus. Quemadmodū enim in principio elementū terra subiecta est, totum autē opificis dei fuit: ita hoc in loco elementū aqua subiicitur, verūtamen totū spiritalis est gratiæ: & tūc quidem in animā viuentē factus est homo, nunc in spiritum viuificātē. Verùm magna est differentia: anima enim vitā alteri non dat, spiritus autē non modò per se viuit, sed aliis vitā largitur: ita mortuos suscitarūt apostoli. Et tunc quidē post factam creaturā homo formatus est, hic autē contrà. Siquidē ante nouā creaturā nouus homo creatur, & primus nascitur, & tunc mūdus trāsfiguratur. Et quemadmodū à principio totū formauit, ita nunc totū creat. Et tunc, Faciamus, inquit, ei adiutoriū: hic minime. Quippe qui spiritus sancti gratiā accipit, nulla alia re īdiget. Qui in Christo corpore perficitur, quonā alio ei opus est auxilio? Tūc ad dei imaginē fecit hominē, nūc deo† familiarē reddidit.] Tūc pisces & feras homini subiectos fecit, nūc supra cœlos† nostrū propagauit imperium.] Tunc paradisi incolā constituit, nunc cœlum aperuit. Tunc sexta die factus est, quando cōplendū etiā erat seculum, nunc prima & ipso principio vnà cum luce. Ex quibus omnibus constat, ꝙ ad aliā meliorē, & nullū finē habiturā vitam hæc efficiebātur. Prima igitur formatio ex terra, hoc est Adę: altera ex eius latere, mulieris videlicet: tertia ex semine, vt A-

Gene.2.c

† *vniuit.*]

† *nostras sustulit primitias.*]

A bel. Verū nullā harū quomodo, & qua fiant ratione, assequi possumus, quāquā crassiores sint. Quónā igitur pacto de intellectuali per baptismū generatione, & tā admirabili partu rationē reddemus, quæ longè altiora sunt, & subtiliora? Nā & angeli qui fuerūt, tā inenarrabilis operis modū minimè enarrare possēt. Affuerūt dūtaxat, & viderūt, nihil tamē operati sunt, sed pater tantū, & filius, & spiritus sanctus. Pareamus igitur diuinæ sententiæ, quæ sensu ipso visus certior est. Visus eñ sępenumero fallitur, illa minimè. Nā cū omnia quæcūq; sunt deus effecerit, dignus sanè est cui fides adhibeatur, cū de suo quicquā asserit opificio. Quænā ergo diuina sentētia est: †Quòd generatio est res perfecta,] ꝙ si quis quomodo percōtabitur, silētiū ei diuino imponas testimonio, q̄d maxima est & certissima demonstratio. Sin iterū rogabit, qua B ratione aqua assumitur: rogemus rursus & nos, cur vniuersa terra principiū in hominis formationē retulit? Nā ꝙ sine terra homo fieri potuisset, nemini dubiū est. [Sed inquiet quispiā, à terra corpus habuisse, ab aqua autē nihil. Verū in hac re aqua nō parū confert.] Quāobrem noli curiosius inuestigare. Nam ꝙ pernecessaria sit aqua, vel inde perspicuū est, ꝙ cùm antè aquā spiritus inspirasset: in hoc tamē non quieuit Apostolus, sed ad aquæ necessitatē ostēdēdā ait: Nūquid aquā quis ꝓhibere potest, vt nō baptizētur hi qui spiritū sanctū acceperūt, sicut & nos? Quænā ergo aquæ necessitas: iam abscōditū vobis mysteriū aperiā. Sunt & alia, nūc verò ex omnibus vnū exposuisse sufficiat: primū diuina in hoc cōsummātur indicia, sepultura, mortificatio, resurrectio, vita, & hæc simul fiūt omnia. In aqua eñ tāquā in sepulchro ca- C put immergētibus vetus homo sepelitur & submergitur, deinde nobis emergētib⁹ nouus resurgit inde. Vt facilè nobis est immergi, & emersos respirare: ita deo veterē sepelire hominē, & nouū īduere. Præterea ter istud fit, vt hinc patris & filij & spiritus sancti virtutē hęc oīa implere intelligas. Quod ne cōiectura à me, sed vero sensu dictū intelligas, audi Paulum: Cōsepulti, inquit, sumus cū illo per baptismū in mortē. Et iterū: Noster vetus homo simul crucifixus est. Et iterū: Complātati facti sumus similitudini mortis huius. Nō solū autē baptisma crux dicitur, sed crux baptisma. Baptismo eñ, quo ego baptizor, inquit, baptizabimini, & baptismo habeo baptizari, quod vos nescitis. Nā quēadmodū facilè†baptizamur & emergimus,] ita ipse moriēs, cùm voluit resurrexit, immo lōgè facili⁹, quāuis triduū diuini mysterij dispēsatio- D ne in sepulchro iacuerit. Cū igitur tātis mysteriis nos deus dignatus sit, vitā dono cōsentaneā exhibeam⁹, vitam inquā optimā. Quòd si autē non adhuc digni estis, totis viribus contendite vt digni efficiamini, vt fiamus oēs vnū corpus, vt simus fratres. Donec eñ dissentimus, siue patrē quis habeat, siue filiū, siue fratrē, nemo sanè vera ꝓpinquitate deuinctus inuenitur, spiritali propinquitate ablata. Quid eñ vtilitatis lutei corporis cōiunctio, nisi cōiungamur & spiritu? Quid nobis terrena cōfert cognatio, si in cœlis sum⁹ alieni? Alien⁹ est catechumenus à fideli, nō habet idē principiū, non eandē ciuitatē, nō eundem parentē, nō victum, nō vestitum, nō mensam, nō castrum, nō domum, nihil cōmune. Etenim terrena catechumeni, cœlestia fidelis sunt: huic Christus rex est, illi autem peccatū & diabolus: huic cibus Christus est, illi quod corrūpitur. Et rursus huic vestis tinearū opera,

† *Quòd id quod peragitur, natiuitas est.*

Act.9.g

Colos.2.b

Rom.6.d

Ibidem.a

Mar.10.f

† *immergimur.*]

Universidad de Deusto
Biblioteca

illi autem angelorum dominus:huic terra, illi cœlũ
patria. Itaq; cùm nihil cõmunicemus,quæ cum illis
nobis cognatio?Sed eandẽ matrem habemus, eodẽ
partu nati ſumus. Nihil hoc ad veriſſimæ cognatio-
nis cõparationẽ. Studeamus ſupernæ ciuitatis ciues
fieri:quouſq; ab ea peregrinamur.Oportet veterem
repetamus patriã,neq; enim paruis rebus periclita-
mur.Nã ſi inopina & repẽtina mors,qđ abſit,nos in-
uaderet,& nõ initiati hinc migraremus: nihil nobis
innumera huius ſeculi bona ad ſalutẽ ꝓficerẽt,quin
nos gehẽna,vermis venenoſus,ignis inextinguibilis,
& catenæ maneãt indiſſolubiles. Sed abſit, vt audi-
torũ meorũ quiſpiã eo dãnetur ſupplicio:quod eui-
tabimus,ſi ſanctis dignati myſteriis,aurũ, argẽtũ, la-
pides precioſos ſuper fundamẽto,ſecundũ Apoſto-
1. Cor.3.c lũ,ædificabimus. Hoc pacto hinc emigrãtes diuites
apparebimus,ſi pecunias nõ hic relinquemꝰ,ſed per
pauperũ manus ad perpetuos trãsferamꝰ theſauros.
Si Chriſto mutuabis,cui multa debemus, nõ quidẽ
pecunias,ſed peccata. Mutuemus itaq; pecunias, vt
veniã accipiamꝰ peccatorũ. Ipſe eñ eſt qui iudicat.
Nolimus eũ deſpicere in hoc ſeculo eſuriẽtem,vt in
futuro nos nutriat. Hic eũ veſtimẽto operiamus, ne
ſuo nos auxilio nudos deſtituat.Si ei potum dederi-
Luc.16.f mus,nõ dicemus cum diuite:Mitte Lazarũ,vt intin-
gat extremum digiti ſui in aqua, vt refrigeret linguã
meã.Si hic domi hoſpitem accipiemus,multa nobis
in regno ſuo habitacula præparabit.Si in carcerẽ in-
truſum viſitabimꝰ,ipſe nos vinculis liberabit.Si per-
egrinũ colligemus,nos cœleſtis regni peregrinos nõ
deſpiciet,ſed ſupernæ ciuitatis participes faciet. Si
infirmo operã præſtabimus,quãprimùm noſtras cu-
rabit infirmitates. Parua igitur ſaltẽ exhibeamus,vt
pro paruis maxima accipiamus,maxima mercemur.
† cũ hyẽs aduenerit.] Dum tempus eſt ſeminemus,vt metamus † antequã
hyems adueniat,] dũ mare nauigari poteſt,dũ huius
negociationis ſumꝰ domini. Sed quãdo erit hyems?
Quãdo magnus ille & tremẽdus dies aduenerit,tũc
nõ amplius mare hoc ſpacioſum & immẽſum naui-
gare nobis licebit.Mari nanq; præſens hæc vita cõ-
paratur.Nunc ſerendi tempus eſt, tũc meſſis & pro-
uentus.Qui non ſementis tẽpore,ſed in meſſe ſemi-
narit,eſt ſanè ridiculus.Sementis nunc tẽpus:nõ igi-
tur nunc colligendum,ſed diſpergendũ eſt.Diſper-
gamus,vt cõgregemus:non nunc congregemus , vt
meſſem amittamus:hoc enim,vt dixi,tẽpus ad ſeren
dũ nos vocat,vt diſtribuamus, nõ colligamus : ero-
gemus,non recondamus. Nolimus tẽpeſtiuum tem
pus cõtemnere,ſed vbertim ſemẽ iaciamus,nec vlla
ex parte noſtris parcamus facultatibus , vt multipli-
cem dei in nos remunerationem , liberalitatémque
experiamur,gratia & benignitate domini noſtri Ieſu
Chriſti,per quem,& cum quo patri gloria , ſimul &
ſpiritui ſancto in ſecula ſeculorum,Amen.

Homilia.xxv.ex cap.tertio.

*Quod natũ eſt ex carne,caro eſt: & quod natũ eſt ex
ſpiritu,ſpiritꝰ eſt.* Magnis nos myſteriis digna-
tus eſt vnigenitus dei filius,magnis inquam
& diuinis:nõ qualia nos accipere , ſed qualia ipſum
exhibere decet. Nam ſi merita noſtra reputabimus,
nõ modò munere nullo, ſed ſupplicio digni ſumus.
Sed nõ hoc reſpiciens benignus deus,nõ modò nos
ſupplicio liberauit, ſed & vitã multò priori potiorẽ
† ſi quis.] largitus eſt:aliũ nobis mundũ, aliam cõdidit creatu-
2.Cor.5.d rã.† Si qua] enim in Chriſto eſt,inquit,noua eſt crea-
A tura.Quænã?Audi ipſum,*Niſi quis renatꝰ fuerit ex aqua
& ſpiritu ſancto,non poteſt introire in regnũ dei* . Terra ex-
cideramus,haud digni quibus hic habitationẽ con-
cederet,in cœlũ tamẽ nos extulit. Principio infidos
nos deprehẽdit,& maiora largitus eſt.Ab vno ligno
nõ abſtinuimus, & ſupernas delicias impartitus eſt:
in paradiſo permanere nõ potuimus,& cœlos nobis
aperuit.Non immerito igitur Paulus,O altitudo,in- Rom.11.d
quit,diuitiarũ ſapientiæ & ſcientiæ dei. Nõ amplius
mater,nõ enixus, non ſomni, neq; concubitus, non
amplexus,nouũ iam naturę noſtrę intexitur opificiũ
à ſpiritu ſancto & aqua . Aqua autẽ accepta eſt,par-
tus genito facta. Quod enim eſt matrix embryoni,
hoc eſt fideli aqua. Siquidẽ in aqua fingitur & for-
matur.Nam primùm dictũ eſt, Producãt aquæ † re- Gene.1.b
ptile animæ viuẽtis.] Ex quo autẽ Iordanis alueum † reptilia animarũ viuẽtiũ.]
B ingreſſus eſt Chriſtus,non amplius reptilia animarũ
viuẽtium,ſed animas rationales & ſpiritales aqua ꝓ-
ducit.Et quod de Sole dictum eſt, Tanquã ſponſus Pſal.18.b
procedẽs de thalamo ſuo : hoc lõgè magis de fideli-
bus in præſentia dici poteſt. Multò nanq; q̃ ille cla-
riores diffundũt radios.At quod in matrice forma-
tur,tempore indiget:quod in aqua, minimè,ſed mo
mento omnia perficiuntur.Siquidẽ vbi caduca vita
eſt,& à corporea corruptione principium accipitur,
omnia mora tẽporis generãtur:ea nanq; natura cor-
poris eſt, vt tẽpore perfectionem ſuam accipiat,ſed
non ita in ſpiritalibus.Quid tãdem ? Quoniã perfe-
cta ab ipſo principio opera ſua facit ſpiritus . Sed cũ
Nicodemus his verbis perturbaretur, vide quomo-
do Chriſtus ei tanti myſterij arcana aperit.Quod na
tum eſt ex carne,caro eſt:& quod natum eſt ex ſpi-
C ritu,ſpiritus eſt . Ab omnibus eum quæ ſenſu perci-
piuntur abducit,neq; ſinit corporeis oculis myſteria
perſcrutari.Non diſputamus de carne,inquit,Nico-
deme,ſed de ſpiritu . Et è veſtigio hoc verbo ad ſu-
perna eum erigit, ne quid ſenſu ſubiectũ perquirat,
cùm his oculis ſpiritũ nemo poſſit intueri.Noli arbi
trari ꝙ carnem ſpiritus pariat.Quomodo ergo,dixe-
rit quiſpiam,Chriſti caro parta eſt? Nõ à ſpiritu tan-
tùm,ſed & à carne,quod Paulus ſignificat: Factũ ex Gala.4.a
muliere,factum ſub lege.Spiritus illam formauit,nõ
tamẽ ex nihilo:(quid enim opus fuiſſet matrice?)ſed
ex carne virginali. Quónam autẽ pacto factum ſit,
explicare non poſſum:ſed factũ eſt,ne quis à natura
noſtra partum illum alienum putaret.Nam cùm etiã
ſic nonnulli huic generationi nõ credant,niſi virgi-
nalis carnis particeps fuiſſet:in quàm impiã prolapſi
D eſſent opinionem?Quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiri-
tus eſt.Animaduertis ſpiritus dignitatẽ.Dei nanque
efficiens opus apparet: ſuperius enim inquit ex deo
natos,nunc ex ſpiritu,ait enim, Quod natũ eſt ex ſpi
ritu,ſpiritus eſt.Natiuitatem autem hoc in loco non
ſecundum ſubſtãtiam,ſed ſecundum honorẽ & gra
tiam intelligit:ꝙ ſi filius hoc pacto natus eſt,quid in
eo q̃ in cæteris hominibus, qui ita nati ſunt excellẽ-
tius inuenietur ? Quomodo eſt vnigenitus ? Etenim
ego ex deo natus ſum , ſed non ex eius ſubſtantia.
Quòd ſi neq; ipſe ex ſubſtantia,quid differt à nobis?
fortaſſe autẽ hoc pacto ſpiritu minor inuenietur.Nã
huiuſmodi generatio ex ſpiritus gratia facta eſt.Nũ-
quid igitur vt ſit filius, ſpiritus indiget auxilio ? Hæc
Iudaica fuit doctrina. Cùm ergo dixiſſet Chriſtus,
Qui natus eſt ex ſpiritu,ſpiritus eſt:& his verbis etiã
perturbaretur Nicodemus,rurſus ad ſenſibile exem-
plum

plũ deſcẽdit : *Ne mireris*,inquit,*quia dixi tibi,oportet vos*
* ἄνωθεν è *naſci *denuò.Spiritus vbi vult,ſpirat.*Hoc verbũ,mireris,
ſupernis vel denuo vt prius eſt dictũ. eius animi perturbationẽ ſignificat : perturbabatur
enim ꝙ nõ intelligebat.Qui natus eſt ex ſpiritu,ſpiri
tus eſt. Qua particula ab omni eũ corpore Chriſtus
abduxerat. Quãobrem ad id qđ magis de corpore
cõmunicat, nõ tamẽ corporeæ craſſitudini omnino
ſubiectũ eſt,deſcendit,puta incorporea omittit quæ
ille capere nõ poterat.Inuenit igitur mediũ quoddã
inter corpus & incorporeũ,hoc eſt vẽti impetũ,hinc
eum excitat, cùm inquit : *Vocẽ eius audis,ſed neſcis vnde
veniat,aut quò vadat.*Quod autẽ dicit,Vbi vult ſpirat,
nõ loquitur,ac ſi volũtate aliqua feratur vẽtus,ſed li
berum eius à natura impetũ qui ab alio impediri nõ
poſſit ſignificat.Mos enim eſt ſcripturæ ita etiam de
Rom.8.d inanimis loqui,quẽadmodum cùm inquit: Vanitati
creatura ſubiecta eſt nolẽs.Significat igitur nõ poſſe
cõtineri,& quocunq; vult diffundi,neq; poſſe prohi
beri,quin huc illuc feratur.Et vocẽ eiꝰ audis,hoc eſt
ſonitũ & ſtrepitũ:ſed neſcis vnde veniat,aut quò va
dat.Ita vſu venit his qui ſpiritu generãtur. Hæc con
cluſio eſt. Nam ſi huius,inquit,ſpiritus, quẽ auditus
ſenſu accipis,& tactu impetũ intelligis,ne viã quidẽ
noſti:quónã pacto diuini ſpiritꝰ operationẽ perſcru-
taberis?Pręterea vbi vult ſpirat,ad paracleti potentiã
oſtẽdendã dixit.Nam ſi vẽtum nemo cohibet,quin
quò vult,feratur:quãtò magis ſpiritus operationem
nullę naturę leges,nulli corporeæ generatiõis fines,
nulla alia huiuſmodi vis poterũt cohibere?Quòd au
tem de vẽto loquatur,inde perſpicuũ eſt, cũ inquit:
Et vocẽ eius audis.Nõ enim infideli,& ſpiritus ope-
rationẽ neſciẽti, de ſpiritu dixiſſet, Et vocẽ eius au-
dis.Senſus igitur eſt,ꝙ quẽadmodum ventus nõ vi-
detur,ſentitur tamẽ:ita ſpiritalis generatio corporeis
oculis nõ cõprehenditur. Verum ventus corpus eſt,
quãuis tenuiſſimũ. Nã quod ſenſui obiectũ eſt,cor-
pus eſt. Quòd ſi nõ doles, cùm corpus nõ videas,&
eſſe eũ credis : quid hoc ſpiritali ſermone perturba-
ris,& tam curioſè rationes exigis,cùm idẽ in corpo-
re nõ facias?Quid ad hæc Nicodemus?Adhuc in Iu
daica vilitate perſiſtit , cùm tã manifeſtum exẽplum
acceperit,petitq;.*Quomodo poſſunt hæc fieri?*Idcirco ve-
hementius eum tãgit Chriſtus.*Tu es magiſter in Iſrael,
& hæc ignoras?* Non maliciæ hominẽ,ſed ſtulticiæ po
tius & ſimplicitatis accuſat.Quòd ſi quis percõtare-
tur,quid hæc generatio cũ Iudaica cõmunicet: rur-
Gene.2.d ſum quid non cõmunicet,rogabo.Etenim primi ho
minis,& ex latere eius mulieris formatio, & ſteriliũ,
4.Reg.3.b & omniũ quę per aquas perfecta ſunt,cõſummatio,
4.Reg.6.a. Heliſæi præterea miraculũ qui ex fundo ferrũ reuo-
cauit,trãſitus Iudæorũ per rubrum mare, piſcinæ ab
angelo cõmotio,Naamã Syri à lepra in Iordane mũ
datio:hęc omnia generationẽ,& purgationẽ futurã,
tãquã in figura præmõſtrarunt. Ad hæc prophetarũ
Pſal.21.g dicta hãc generationẽ annunciãt. Annũciabitur do-
† annũciabũt iuſtitiã eius.] mino generatio vẽtura,& † annunciabũt cœli iuſti-
ciam eius] populo qui naſcetur,quẽ fecit dominus.
Ibi.102.a Et,Renouabitur vt aquilæ iuuẽtus tua.Exurge,illu-
Eſa.60.a minare Hieruſalẽ,Ecce rex tuus venit.Et,Beati quo-
Pſal.31.a rum remiſſæ ſunt iniquitates. Iſaac etiã figura huius
fuit generationis.Dic,quæſo Nicodeme,quomodo
natus eſt Iſaac?Nũquid ſecundũ naturæ legẽ?Mini-
mè. Verũ inter hãc & illã generationẽ medius qui-
dã modus fuit:illã quoniã ex coitu:hãc quoniã non
ex ſanguinibus facta eſt. Neq; prædictã hæc tãtùm,
A ſed virginis etiã generationẽ prædixerũt.Nam cùm
nemo facilè crediturus eſſet virginẽ párere, ſteriles
primùm,inde etiã anus pepererũt:quãuis lõgè mira-
bilius ſit ex viri latere genitã,q̃ ſterilẽ párere. Sed cũ
illud antiquiſſimũ,& iam obliteratum fuiſſet,nouus
pariẽdi modus ſecutus eſt,& ſteriliũ partus virgina-
lis partus fidẽ præceſſit. Hæc omnia Ieſus Nicode-
mo in memoriam reducẽs:*Tu es*,inquit,*magiſter in Iſ-
rael, & hæc ignoras? Amen amẽ dico tibi,quod ſcimus loqui-
mur : & quod vidimus,teſtamur,& teſtimoniũ noſtrũ nemo
accipit.*Hæc autẽ dicit,vt ꝓ illius imbecillitate ad in-
feriora deſcendens,orationẽ ſuã magis credibilẽ fa-
ciat. Ideo inquit : Quod ſcimus loquimur,& qđ vi-
dimus teſtamur. Siquidẽ cùm apud nos ſenſus viſus
certiſſimus ſit,cùm perſuadere quid volumus,ita lo-
qui ſolemus,Nõ audiſſe nos ſed vidiſſe.Idcirco Chri
B ſtus more hominum loquẽs,ſibi fidẽ cõciliat.Quòd
autẽ neq; ſenſibilẽ viſum,neq; quicquã aliud intelli
gat,inde perſpicuũ eſt:cũ enim dixiſſet:Qđ natũ eſt
ex carne,caro eſt:& qđ natũ eſt ex ſpiritu, ſpiritꝰ eſt:
addidit , Qđ ſcimus loquimur , & qđ vidimus teſta-
mur.Hoc autẽ nondũ natũ erat:quomodo igitur in-
quit,qđ vidimus ? Nónne cõſtat ꝙ de certa genera-
tione & quę aliter ſe habere nõ poſſit?Et teſtimoniũ
noſtrũ nemo accipit. Quod autẽ inquit,qđ ſcimus,
vel de patre & ſe,& vel de ſe tãtũ dicit.Illa verò par-
ticula,Nemo accipit:nõ indignãtis eſt,ſed verũ enar
rãtis.Nõ eñ eos ſtulticiæ coarguit,ꝙ tam manifeſta
nõ acciperẽt,ſed re & verbis ſummã præ ſe fert mã-
ſuetudinẽ:quã nuda & leui veritatis annunciatione
nos etiã edocet,ne quẽpiã ſi nõ ꝑſuademus quæ vo
lumus,maledictis ꝓſequamur,néve excãdeſcamus.
C Neq; eñ ſic mouemus auditorẽ,ſed magis ad incre
dulitatẽ ꝓuocamus. Abſtinẽdũ igitur ab ira eſt,adni
tẽdúmq; vt orationẽ noſtrã ꝓbabilẽ faciamus,nulla
nõ modò ira,ſed ne voce quidẽ altiore,† quæ irę in- † clamor enim, iræ materia eſt.]
diciũ eſt.] Impediamꝰ igitur equũ,vt deiiciamus ve-
ctorẽ.Incidamus pẽnas iræ,ne augeſcat.velox eñ af
fectꝰ eſt & vehemẽs,quo facilè decipimur : ꝓpterea
vndiq; ei aditꝰ obſtruẽdus. Abſurdũ nãq; eſt,vt feræ
mãſuefieri poſſint, noſtrã autẽ animã efferatã contẽ
namus.Ira vehemẽs ignis eſt,oĩa cõſumit,q̃ppe quę
corpꝰ corrũpit,animã coinquinat,triſticiã affert, tur
pis viſu. Quòd ſi iratus ſeipſum intueri poſſet, nulla
alterius indigeret admonitione.Nihil enim irato tur
pius.Ebrietas quędã ira,vel potius ebrietate grauior
& dæmone miſerabilior. Verùm ſi clamori modum
imponere curabimus,optimã ſapientiæ viã inuenie-
D mus.Propterea Paulus nõ irã tãtùm, ſed & clamorẽ
tollit.Pareamus igitur totius ſapiẽtię magiſtro,& qñ Ephe.4.g
ſeruis noſtris ſuccẽſemus,noſtra delicta cõſideremꝰ,
& vnà eorũ nos mãſuetudinis pudeat. Cùm eñ con
tumelias tuas ſilẽtio tolerat,cũ tuis nõ ꝑturbatur ma
ledictis,hinc exẽplum capias.Eſt eñ homo,licèt ſer
uus,& anima immortali,& iiſdẽ quibus tu apud cõ-
munẽ dñm donis atq; beneficiis præditus. Quòd ſi
in maioribus & ſpiritualibus rebus par nobis eſt , &
humanæ cuiuſdã & vilis prerogatiuæ gratia tã man-
ſuetè nos tolerat:quãnã venia,qua excuſatiõe digni
ſumus,qui diuino metu nõ poſſumus,vel potius no
lumus,vt ille noſtro philoſophari?Hęc animo agite-
mus dilectiſſimi , peccata noſtra & humanæ naturæ
cõitatẽ reputemꝰ,ad oẽs mãſuetè loq̃mur, vt cordis
humilitate animis noſtris & ꝓſentẽ & futurã requiẽ
ĩueniamꝰ : Quã vtinã oẽs cõſequamur,gratia & be-
nignitate

Universidad de Deusto Biblioteca

nignitate dñi noſtri Ieſu Chriſti,ꝑ quē & cũ quo patri gloria,ſpirituíq; ſancto,in ſecula ſeculorũ,Amen.

Homilia xxvj.ex cap.tertio.

SI terrena dixi vobis,& non creditis:quomodo ſi dixero vobis cœleſtia,credetis?Et nemo aſcendit in cœlum,niſi qui deſcẽdit de cœlo,filius hominis qui eſt in *Num.21.c* *cœlo. Et ſicut Moſes exaltauit ſerpentẽ in deſerto,ita exaltari oportet filiũ hominis:vt omnis qui credit in ipſo,non pereat,ſed habeat vitã æternã. Sic enim deus dilexit mundũ, vt filiũ ſuũ vnigenitũ daret,vt omnis qui credit in eum,nõ pereat,ſed habeat vitã æternã.* Quod ſæpenumero dixi,id in præſentia & frequẽter repetam,neq; dicere ceſſabo. Quid hoc eſt? Cùm profundiſſimarũ rerũ doctrinã narraturus eſſet Ieſus,& locus hic exigeret,propter auditorum imbecillitatẽ plerũq; abſtinet,neq; magnitudinẽ ſuã dignis proſequitur ſermonibus, ſed potius *† humilibus.]* †perſuaſibilibus.] Alta enim & magna etiã ſemel narrata,pro auditorũ captu illã poſſunt oſtẽdere dignitatẽ: humiliora autẽ & humano intellectui propiora,niſi frequẽter repetãtur, † nõ facilè humilẽ auditorẽ ad alta erigũt. *†οὐκ ἄρ ταχίως κατέσχιν τὰ ὑψηλὰ τὸν χαμαίζηλον ἀκροατήν.* Propterea in humiliori crebrius q̃ alto ſermone verſatur.Sed ne hoc aliud afferat detrimentũ,& humi diſcipulũ detineat, nõ ſimpliciter poſuit : ſed cauſam affert,cur tã humiliter loquatur. Cùm enim de baptiſmate & terrena ſecundũ gratiã generatione verba feciſſet,vt dictũ eſt : voluit & ſuã illam arcanã & ineffabilẽ adducere,omiſit tamen,& cauſam affert,craſſitudinẽ & imbecillitatẽ auditorũ, quam his verbis ſignificauit:Si terrena dixi vobis,& non creditis:quomodo ſi dixero vobis cœleſtia, credetis?Itaq; eius ſermonũ humilitas auditorum imbecillitati adſcribẽda eſt.Terrena autẽ hoc in loco nõnulli de vento dictũ arbitrãtur: hoc eſt,ſi exẽplum à terrenis ſumptũ nõ creditis, quónã pacto altiora credetis?Verùm terrenũ potius baptiſma dicit,vel quod in terra perficitur , vel quod ad ſuæ ipſius ineffabilis generationis cõparationẽ ita appellat. Nã etſi cœleſtis ipſa generatio ſit, ad illã tamẽ verã ex patris ſubſtãtia cõparata terrena eſt.Et nõ dixit,nõ intelligitis: ſed,nõ creditis. Siquidẽ qui intellectu difficilia non intelligit,meritò ignorãtiæ accuſatur : qui verò quæ nõ ratione,ſed fide intelligũtur,nõ accipit:non amplius ſtultitiæ,ſed incredulitatis arguitur. His igitur Nicodemo admonito , ne id rationib⁹ perſcrutetur, vehementius eius incredulitatẽ accuſat. Quòd ſi generatio noſtra fide credẽda eſt : quónam digni ſunt ſupplicio,qui vnigeniti generationẽ rationib⁹ inquirunt?Sed fortaſſe dicet quiſpiã,qua gratia hæc dicta ſunt,ſi non erãt homines credituri? Quoniã etſi ipſi nõ crediderunt, futuri tñ homines credituri erãt, & fructũ accepturi.Itaq; Ieſus Nicodemũ corripiẽs,nõ ſolũ ea ſe , ſed alia plura & lõgè maiora cognoſcere, hac adiectione oſtẽdit:*Et nemo aſcẽdit in cœlũ,niſi qui de cœlo deſcẽdit filius hominis qui eſt in cœlo.*Et quænã à prædictis cõſequẽtia ? Maxima quidẽ & valde cõſentanea. Nã cùm ille dixiſſet, Scimus quia à deo veniſti magiſter,eum nũc coarguit,ac ſi dicat:Ne arbitreris ita me magiſtrũ eſſe,vt multi prophetarũ qui à terra ſunt.Ex cęlo venio,quò nemo propheta aſcẽdit,ego illic habito.Vides vt qđ quãmaximũ videtur,id eius præſtãtia ſit indigniſſimũ?Nõ enim in cœlo tãtũ eſt, ſed vbiq; omnia implet. Verũ adhuc pro auditoris captu loquitur,vt paulatim altius eũ erigat:filiũ autẽ hominis hoc in loco nõ carnẽ, ſed à minori ſubſtantia totũ ſeipſum,vt ſic dicã,ĩtelligit. Hic nãq; ei mos

A eſt,vt nũc à diuinitate,nũc ab humanitate totũ nuncupet. *Et ſicut Moſes exaltauit ſerpẽtẽ in deſerto*,inquit.*ſic exaltari oportet filiũ hominis*. *Num.21.c* Hoc quoq; videtur & ſuperioribus alienũ,maximè autẽ cõſentit. Nã cũ incredibilẽ ſuã erga humanũ genus per baptiſma liberalitatẽ oſtẽdiſſet,addit huius cauſam,neq; illa minorẽ, hoc eſt per crucẽ.Quẽadmodũ igitur Paulus ad Corinthios hęc ſimul iungit beneficia,inquiẽs:Nũquid *1.Cor.1.b* Paulus crucifixus eſt pro vobis,aut in nomine Pauli baptizati eſtis ? Siquidẽ hæc duo maximè ineffabilẽ Chriſti in nos amorẽ præ ſe ferũt , & ꝙ pro inimicis paſſus ſit,& mortu⁹ per baptiſmũ integrã peccatorũ veniã largitus ſit. Sed quánã gratia non manifeſtè ſe crucifigendũ aperuit,ſed ad veterẽ figurã auditores relegauit?Primùm quidẽ,vt veterũ ad noua cognationẽ intelligeret:deinde vt intelligas non inuitũ ad paſſionẽ veniſſe,& pręterea nullũ ſibi ex eo dãnum, B ſed multorũ ſalutẽ ſecuturã.Ne igitur q̃ſpiã diceret, quomodo poſſunt in crucifixũ credentes ſalui fieri, cũ ſe à morte nõ liberauerit? veterẽ in mediũ adducit hiſtoriã.Nam ſi ad ærei ſerpẽtis ſimulachrũ aſpiciẽtes Iudæi,morte liberabãtur:quãto maiori,qui in crucifixũ credũt,beneficio fruẽtur?neq; enim ꝙ crucifixus eſt, idcirco eũ imbecillitatis arguas, neq; Iudæos ſuperiores dixeris,ſed ꝙ mundũ deus amauit. Ideóq; animale eius tẽplũ crucifixum eſt , vt omnis q̃ credit in ipſum,nõ pereat,ſed habeat vitã æternã. Vides crucis cauſam,& ex ea ſalutẽ ? Vides vt figura veritati cõſentiat?Illic mortẽ fugerũt Iudæi, ſed temporalẽ,hic ſempiternã fideles.Illic ictus ſerpẽtũ ſuſpẽſus ſerpẽs ſanauit,hîc ĩcorporei ſerpẽtis plagas Ieſus cruci affixus curauit : illic corporeis oculis ſuſpiciẽtes,corporis ſalutẽ:hic incorporeis, omniũ pecca C torũ remiſſionẽ cõſecuti ſunt. Illic æs ſuſpẽſum erat in ſerpẽtis effigiẽ,hîc dominicũ corpus à ſpiritu formatum.Serpẽs illic mordebat, & ſerpẽs ſanabat:hîc mors ꝑdidit,& mors ſaluũ fecit : Ad hæc,qui interimebat ſerpẽs, veneno ſæuiebat:qui liberabat,nullo: Sic & hic.nã ea quę ꝑdebat mors,peccatũ habebat, quẽadmodũ ſerpẽs venenũ:dñi autẽ mors ab oĩ immunis erat peccato,vt ęreus ſerpẽs veneno.Peccatũ eñ,inquit,nõ fecit,neq; inuẽtus eſt dolus ĩ ore eius. *Eſa.53.c* Hoc eſt qđ ſignificauit Paulus:Expoliãs principatus *Coloſſ.2.c* & poteſtates traduxit cõfidẽter palã triumphãs illos in ſemetipſo. Quẽadmodũ eñ cũ fortis athleta hoſtẽ altè erectum proſternit,clariorẽ facit victoriã:ita Chriſt⁹ toto orbe ſpectãte , hoſtiles conatus euertit: & qui in ſolitudine vulneratos curauit, eos ab oĩbus D feris in cruce ſuſpẽſus tutatus eſt.Sed nõ dixit,ſuſpẽdi : ſed,exaltari,vt neq; auditoribus ignominioſum, neq; à figura abhorrẽs videretur.*Sic enim dilexit*,inq̃t, *deus mũdũ,vt filiũ ſuũ vnigenitũ daret,vt omnis qui credit in eũ,nõ pereat,ſed habeat vitã æternã.* Quod autẽ dicit,huiuſmodi eſt.Ne mireris ꝙ exaltari debeã vt ſaluemini:ita enim patri videtur,qui adeò vos dilexit,vt pro ſeruis,& quidẽ ingratis,filiũ daret.Atqui neq; ꝑ amico,neq; pro iuſto facilè quiſpiã id fecit,quod Paulus his verbis oſtẽdit : Vix enim pro iuſto quis moritur. *Rom.5.a* Sed lõgiori hic ſermone vſus eſt,quoniã fideles alloquebatur : Chriſtus breui, quoniã Nicodemũ;verũ ſignificãtius.Eteñ ſingula verba magnã vim habẽt. Nã illud verbũ,ſic dilexit:& illud,Deus mundũ:immẽſam amoris ſignificãt vehementiã. Magna enim inter hęc differẽtia eſt, & minimè cõferẽda.Qui eñ immortalis eſt,& nullo fine cõprehenditur, qui po-

potentiſſimus

tẽtiſſimus ex terra & cinere factos,& innumeris pec A catis obnoxios,& malè de ſe meritos & ingratos dilexit.Quæ præterea ſequũtur,magnã vim habẽt,Vt filium ſuũ vnigenitũ,inquit,daret. Nõ ſeruũ,nõ angelum,nõ archãgelũ. Nemo vnquã pro filio tantã præ ſe tulit charitatẽ , quantã pro ſeruis & ingratis ſeruis deus.Paſſionẽ itaq; nõ apertè,ſed in vmbra prędicit. Ex ea autẽ emolumentũ manifeſtius enarrat. Vt oĩs qui credit in eũ,nõ pereat,ſed habeat vitã æternam. Et cùm ea particula,Exaltari oportet:moriturũ ſe ſignificaret,ne Nicodemus humanis affectib⁹ perturbaretur , & oĩno interiturũ putaret, vide quo pacto auferat dubitationẽ. Nã cùm dei filiũ datũ dicat , & vitæ, & ſempiternæ vitæ authorẽ eũ eſſe ꝓfiteretur: & profectò qui morte ſua vitã aliis elargitur, perpetua in morte minimè eſt futurus.Nam ſi credẽtes in crucifixũ nõ pereũt,multò minus ipſe crucifixus peribit.Nã qui alios ab interitu,lõgè magis ſeipſum vẽdicat.Qui vitã aliis,eã ſibi poti⁹ elargietur.Animaduertis ſemper fide opus eſſe? Fontẽ vitæ crucifixũ dixit,hoc nõ facilè humanæ mẽti ꝑſuadetur, vt ex Gẽtilibus apparet,qui adhuc eũ irrident,& contẽnunt. Verũenimuero fides perquàm facilè humanæ mẽtis imbecillitatẽ ſuperãs ad credẽdũ nos illuminat. Vnde autẽ tãtopere dilexit deus mũdũ? Sola charitate. Eã igitur dilectionẽ ne contẽnamus.Pudeat tam immenſæ non reſpõdere dilectioni. Ipſe ne vnigenito quidẽ filio noſtri gratia pepercit, nos pecuniis in noſtrũ parcimus detrimentũ. Ipſe dilectiſſimũ filiũ pro nobis obtulit:nos pro eo,imò ꝓ nobis argẽtũ offerre nolum⁹,& quánã hæc venia digna ſunt ? Si hominũ quẽpiã pericula & mortẽ noſtri gratia ſubeuntẽ videmus,eũ oĩbus præferimus, in primis amicũ adnu- C meramus,& oĩa noſtra ei credim⁹ , neq; adhuc eius nos meritis reſpõdere arbitramur.Erga Chriſtũ autẽ eũ gratitudinis modũ minimè ſeruam⁹.Sed ipſe animam pro nobis poſuit,& precioſum ſanguinẽ fudit, neq; ꝓpterea nos ſibi cõciliare potuit, qui neq; pro nobis pecunias erogam⁹, ſed ipſum nudũ & hoſpitẽ pro nobis mortuũ contẽnimus:& quíſnã quæſo,à futuro nos ſupplicio liberabit?Nã ſi non deus nos, ſed noſmetipſos dãnamus,nónne cõtra nos ſententiã ferimus?nónne gehẽnã in nos ꝓuocamus, cũ qui pro nobis animã poſuit eũ fame pereuntẽ cõtemnimus? Et quid ego pecunias memoro, cũ etiã ſi innumeræ animæ nobis eſſent,oẽs ꝑ eo ponere oporteret?neq; etiam ſic ꝓ acceptis beneficiis gratiã retuliſſemus. Nã qui prior beneficiis eſt,maximũ prę ſe fert bonitatis indiciũ.Qui beneficiũ accipit,q̃cquid dederit, D debitũ reddit, nõ gratiã init:& maximè cùm qui primũ exhibuit, inimicos beneficiis proſecutus ſit : qui verò accepit,gratiã refert,rurſúmq; accipit.Sed minimè his mouemur ĩgratiſſimi,ſeruos,mulos, equos auro exornamus,dominũ nudũ,errãtẽ,oſtiatim mẽdicantẽ deſpicimus,& toruo nonnunquã oculo indignamur. Atqui ꝓpter nos ea libẽter mala tolerat. Eſurit,vt deliciis perfruaris:nudus obambulat,vt incorruptiõis veſtẽ induaris:nihil tñ exhibetis,ſed veſtimẽta veſtra partim à tineis corrodũtur,partim arcæ oneri ſunt,& ſuperfluæ curæ poſſeſſorib⁹. *†Ille qui hæc & alia dedit, nudus obambulat]* †Ille & hæc,& alia vobis metuens,nudũ ſe exhibet:]ſed vos nõ in arca veſtes recõditis, ſed induimini, vt ornati appareatis:cur, niſi vt vulg⁹ vos admiretur? Verũ nõ tã his indutos veſtib⁹,q̃ ſua indigẽtib⁹ erogãtẽ,multitudo admiratur.Si igitur in admiratione haberi cu-

A pis,nudos veſti,ita etiã innumeri te plauſus ꝓſequẽtur.Tũc & deus te,& homines laudabũt,veſtibus autem conſpicuũ,nemo:inuidebũt potius oẽs,cũ corpus ornatũ,animã neglectã intuebũtur. Huiuſmodi cultus corporis meretrices excolãt,quib⁹ veſtimẽta q̃ anima chariora ſunt,ornamẽta animæ virtutis dũtaxat amici amplectãtur.Hęc ego frequẽter repeto, repetãq;,nec ceſſabo,nõ tã pauperũ,q̃ veſtrarũ animarũ gratia.Illi enim etſi nil à nobis,aliũde tamẽ aliquid adiumẽti cõſequuntur.Et ſi nullũ cõſequũtur, ſed fame pereãt,nõ multũ capiũt detrimentũ. Quid eñ nocuit Lazaro paupertas ? quid fames? Vos autẽ *Luc.16.e* nemo à gehẽna eripiet,niſi pauperũ eleemoſynæ opitulẽtur,ſed cũ diuite ꝑpetuis cruciatib⁹ dãnabimini. Verùm abſit vt quiſq; tã dirã audiat ſententiã,ſed in ſinu Abrahę oẽs recipiamur,gratia & benignitate B domini noſtri Ieſu Chriſti,per quẽ, & cũ quo patri, & ſpiritui ſancto gloria,in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia xxvij.ex cap.tertio.

NOn enim miſit deus filiũ ſuum in mundũ , vt iudicet mũdũ,ſed vt ſaluetur mũdus per ipſum. Qui credit in eum,nõ iudicatur.Qui autẽ non credit,iam iudicatus eſt,quia nõ credit in nomine vnigeniti filij dei.Hoc eſt autem iudiciũ,quia lux venit in mundũ, & dilexerũt homines magis tenebras quã lucẽ. Erãt enim eorũ mala opera.Omnis enim qui male agit , odit lucẽ,& nõ venit ad lucẽ,vt nõ arguãtur opera eius.Qui autem facit veritatẽ,venit ad lucẽ,vt manifeſtentur opera eius,quia in deo ſunt facta. Magna peccantiũ pars in ſcelerũ ſordibus diuina abutẽs clemẽtia,nullã gehennã,nullum eſſe ſuppliciũ,omnia deũ peccata dimittere aſſeuerat,quorum os Sapiens his verbis obſtruit, Ne dicas,miſeratio eius magna , multitudinis *Eccli.5.b* C peccatorũ meorũ miſerebitur: miſericordia enim & ira ab illo citò proximãt. In peccatores †reſpicit] ira *†requieſcet]* eius,& ſecũdũ magnitudinẽ miſericordiæ eius multa etiã reprehẽſio eius. Vbi igitur dei clemẽtia eſt, ſi pro peccatorũ noſtrorũ meritis accipiemus ? Quòd autẽ ita ſe res habeat,audi prophetã & Paulũ dicentem,alterũ quidẽ : Tu retribues vnicuiq; ſecundum *Pſal.61.d* opera eius : alterũ verò,Qui reddet vnicuiq; ſecũdũ *& Ro.2.a* opera eius.Quòd autẽ etiã in hoc multa dei clementia oſtẽdatur,hinc cõſtat.Duas nobis vitas deus conſtituit,præſentẽ & futurã. Præſentẽ,in certamen poſuit:futurã,in certaminis præmium.Quánã ratione? Multa & grauia cõmiſimus , neq; à pueris in vltimã vſq; ſenectutẽ abſtinuimus , quin innumeris animã ſcelerib⁹ coinquinaremus,nullã eorũ à nobis rationem exegit , ſed per regenerationis lauacrũ his nos D abſoluit, iuſtitiã & ſanctificationẽ largitus eſt : quid ergo,dices,q̃ à cunabulis diuinis myſteriis initiatus, deinde multa in peccata prolapſus eſt? Is ꝓfectò maioris reus eſt ſupplicij:ex ipſis nãq; peccatis poſt myſteriorum initiationẽ lõge grauius affligimur : quod Paulus his verbis ſignificauit : Irritã quis faciẽs legẽ *Heb.10.e* Moſi,ſine vlla miſeratione duobus vel tribus teſtib⁹ moritur : quãtò magis putatis deteriora mereri ſupplicia,q̃ filiũ dei cõculcauerit, & ſanguinẽ teſtamẽti pollutũ duxerit,in quo ſanctificat⁹ eſt,& ſpiritui gratię cõtumeliã fecerit?Maiori igitur ſupplicio hic obnoxi⁹, verũtamẽ etiã huic pœnitẽtiæ portas aperuit, & multas abluendi peccati vias præbuit.Conſidera, quæſo,quãta hęc ſint benignitatis exẽpla,vt ꝙ ꝑ gratiam peccata remiſerit,& poſt gratiã peccanti & reo nõ ſuppliciũ , ſed emẽdationis ſpaciũ,diuina largiatur clemẽtia.Propterea inquit Chriſtus Nicodemo:

Non

Universidad de Deusto
Biblioteca

Non misit deus filiũ suũ in mundũ, vt iudicet mun-
Aduẽtus Christi duplex. dũ,sed vt saluetur mũdus per ipsum. Duo enim sunt
Christi aduẽtus,& pręteritus & futurus,sed nõ iisdẽ
de causis:sed præteritus,nõ vt iudicaret,sed vt dimit
teret:futurus cõtrà,non vt dimitteret, sed iudicaret.
Propterea de præterito inquit, Nõ veni vt iudicem
Mat.25.c mundũ,sed vt saluũ faciã mundũ. De futuro:Cũ ve-
nerit filius in gloria patris sui, statuet oues quidem à
dextris,hœdos autẽ à sinistris:&alias quas in hãc sen
tentiã parabolas locutus est. Atqui & prior aduẽtus
iudicij erat secũdũ iusticiæ rationẽ.Quãobrẽ?Quo-
niã ante ipsum naturalis lex fuit, & ꝓphetæ:& præ-
terea lex scripta & doctrinæ, signa, supplicia, & alia
plura quæ nos admonuisse poterãt:quorũ ratio non
iniuria fuisset exigẽda,sed immensa benignitate sua
hæc non inquirit,sed parcit:nã si peccata iudicasset,
Rom.3.c oẽs repẽtè perissent. Omnes eñ peccauerũt,inquit,
& egẽt gloria dei. Vides summã dei clementiã? Qui
credit in filiũ,nõ iudicatur:qui autẽ nõ credit,iã iu-
dicatus est. Atqui si tũc nõ venit vt iudicaret mũdũ:
quo pacto ꝙ nõ credit,iã iudicatus est, si nõdũ adest
iudicij tẽpus? Aut igitur,inquit,ipsam incredulitatẽ
sine pœnitẽtia suppliciũ(siquidẽ priuatio lucis per se
suppliciũ maximũ est) aut futurũ prænunciat. Nam
quẽadmodũ homicida etsi iudicis sentẽtia sit indẽ-
natus, dãnatur tñ ipsius rei natura:ita & incredulus.
Genes.2.c siquidẽ & Adã qua die comedit à ligno, mortu' est.
ea enim lata est sentẽtia,In quacũq; die comederitis
à ligno,morte moriemini. Atqui viuebat. quomodo
igitur mortuus est?Diuina sentẽtia,& rei natura:qp-
pe qui seipsum supplicio facit obnoxiũ,subsupplicio
est:si nõ re,tñ sentẽtia. ne quis enim cùm audiret eũ
nõ venire vt iudicaret mundũ,impunitũ peccatum
arbitraretur,& pigrior fieret:hãc tollit opinionẽ,in-
quiẽs,Iam iudicatus est. Nã cùm multò pòst tẽpore
futurũ est iudiciũ,eius iam formidinẽ incutit,qđ in-
credibilẽ ipsius præ se fert humanitatẽ: ꝙ nõ solùm
filium daret,sed iudicij quoq; tẽpus differret in lon-
gum, vt abluẽdi criminis potestas fieret peccatorib'
& infidelibus. Qui credit in filiũ,non iudicatur. Qui
credit,nõ curiosius inuestigat,nõ percõtatur diligen
tius. Quid igitur si immundã vitã viueret,si nõ rectè
operaretur?hósne verè quidẽ fideles esse Paulus in-
ad Tit.1.d quit?Cõfitentur se nosse deũ,factis autẽ negãt: verũ-
tamẽ hic illud dicit propter hoc ipsum nõ iudicari,
sed operũ grauius postmodũ supplicium daturũ di-
cit:infidelitatis autẽ causa, eo ꝙ semel credidit, non
punitur. Vides quo pacto ab horrendis principiis in
Suprà.a eandẽ rursus rationẽ descẽdit? Primùm inquit,Nisi
quis renatus fuerit ex aqua & spiritu,nõ introibit in
regnũ dei:nunc autẽ,Qui nõ credit in filium,iam iu
dicatus est. Noli,inquit,arbitrari quicquã ei dilatio-
nem cõferre. Iam reus est,nisi mutet sententiã:nihil
autẽ meliori cõditione erit infidelis, quàm qui iam
dãnati sunt, & supplicio affecti. *Hoc est autẽ iudicium,
Quia lux venit in mundũ, & dilexerũt homines magis tene-
bras quàm lucẽ.* Cuius particulæ hæc est sentẽtia:Idcir-
co plectũtur ꝙ tenebras dimittere,luci obuiam fieri
noluerunt. His verbis omnẽ aufert infidelibus excu
sationẽ. Nã si ad operum rationẽ exigendã,& errata
punienda venissem,possent sanè excusari,si me non
sequerentur:sin autẽ venerim vt à tenebris liberẽ,&
ad lucẽ adducã,quisnã eius miserebitur,qui cognita
luce in tenebris potius degere perseuerat? Cũ enim
nulla in re nos accusare possint, sed innumera à no-
bis acceperint beneficia,resiliunt tamen, quod alibi
significauit:Oderunt,inquit,me gratis. Et rursum,Si *Psal.34.c & 68.a*
nõ venissem,& locutus fuissem eis,peccatũ nõ habe *Infr.15.d*
rent. Siquidẽ qui in tenebris versatur,deficiente lu-
mine,aliqua fortassis venia dignus est:qui verò adue
niente luce tenebras sectatur,mali profectò prauiq;
animi præ se fert argumẽtũ. Sed cùm multis hoc in-
credibile videatur,vt quispiã luci tenebras pręferat,
adducit causam quare ita affecti sint. *Erãt,*inquit,*eorũ
mala opera. Omnis autẽ qui male facit,odit lucẽ,& non venit
ad lucẽ,vt nõ arguãtur opera eius.* Et profectò nõ ad iudi
candũ, neq; ad inquirẽdum venit, sed ad dimittẽda
peccata,& salutẽ per fidẽ largiẽdã. Qua igitur ratio-
ne fugerunt?Si iudicatũ venisset, aliquid habuissent
excusationis. Qui enim alicuius sibi culpæ conscius
est,iudicẽ fugere solet: indulgẽti autẽ errãtes quoq;
obuiã fiunt. ꝙ si ad indulgendũ venit,cõsentaneum
erat,vt plurimorũ criminum cõscij prõpto animo se
exhiberẽt,quod multi fecerũt: etenim publicani & *Marc.2.b*
peccatores Iesum sequebãtur & discũbebant cũ eo.
Quid ergo his verbis significauit?eos notat qui sem-
per in malicia perseuerãt. Ipse idcirco venit,vt vete-
ra peccata dimitteret,& in posterũ cautiorẽ hominẽ
redderet: verùm cùm nõnulli ita ad virtutis labores
tolerãdos fluxi sint & imbecilles,vt ad extremã vsq;
respirationẽ malicię studeãt,nũquã se absoluere cu-
rãtes, eos hoc in loco Christus significauit. Nã cùm
Christi assertor, ad doctrinæ rectitudinẽ vitã etiam
sanctam addat,ideo ad me venire formidãt, inquit,
quoniã à recta formidãt vita. Qui enim Gẽtilium er
rores sectatur,à nemine liberè reprehẽditur:quippe
qui eiusmodi deos colũt,& ipsis turpes,& ridiculos,
quales ipsi sunt,honores exhibẽt,nõ aliena à doctri-
na sua opera præ se ferunt:qui autẽ dei sunt,& desi-
diosè viuũt,oẽs & expostulãt eos, & accusant:tantæ
etiã apud inimicos admirationi est veritas. Vide igi-
tur quàm diligẽter omne prosequitur. Nõ enim,in-
quit,qui malè fecit,non venit ad lucẽ:sed qui in ma
lis perseuerat operibus, hoc est,qui semper in vicio-
rum luto versatur,neq; vult meis subiici legibus,sed
his præuaricatis,fornicatur licẽter, & cætera quæ ꝓ-
hibẽtur,exequitur. huc enim prodiẽs,tanquã fur in
luce manifestus redditur:idcirco sub ditionẽ meam
venire recusat. Multi Gentiliũ inueniũtur, qui ideo
Christianę religioni se inhærere nõ posse causantur,
quoniã ab ebrietate, fornicatione, & cæteris huius-
modi affectib' nequeãt abstinere. Quid igitur? Nõ-
ne & Christiani malæ & perditæ vitæ,Gentiles verò
philosophiæ studiosissimi inueniuntur?Quòd multi
Christiani perditè viuant,nõ ignoro:ꝙ autẽ Gẽtiles
rectè faciãt,hoc adhuc mihi non satis cõstat:neq; tu
mihi natura ipsa mãsuetos & modestos adduxeris,
hoc enim nõ est virtus:sed eos qui cùm affectib' tra
huntur fortiter resistũt,hos tamẽ nõ habes. Futuro-
rum bonorũ spes,& gehẽnæ metus,& alia huiusmo-
di vix hominẽ in virtute continent:quibus nil horũ
persuadet,hi minimè virtutẽ amplectũtur:si qui au-
tem simulãt,glorię causa simulant:& qui ita affectus
est,cùm latẽre opera sua posse cõfidet, minimè à pra
uis cupiditatibus abstinebit. Verùm ne cuipiã cõten
tiosi esse videamur,cõcedamus ex Gẽtilibus esse qui
rectè viuant, neq; hoc positioni nostræ contradicit.
Quod enim frequẽter,non quod rarò cõtingit,intel
ligendum est. Cõsidera autẽ quo pacto aliunde etiã
omnẽ aufert Gẽtilibus excusationẽ. In mundũ lucẽ
venisse

venisse dicit:nũ eã quæsierũt inquit?num laborarũt?
nũ adnixi sunt vt eã inuenirẽt?Venit ad eos lux,neq;
obuiã facti sunt: ꝙ si Christianorũ nõnulli malè vi-
uũt, respõdebimus nõ de his intelligi qui Christiani
nati sunt, & à maioribus suis pietatẽ didicerũt, licèt
† per viciosam vitam à doctrina sana exciderint.] hi sæpenumero † doctrina viciosa vitã mutauerint:]
sed de his,vt arbitror,qui Gentiliũ,vel Iudęorũ pro-
fessione contẽpta,verã fidẽ amplecti deberẽt. Osten
dit eñ errantiũ neminẽ fidei se subiecturũ,nisi prius
rectã sibi vitã persuadeat:& neminẽ nisi prorsus ma
liciæ deditũ in incredulitate persistere:neq; mihi di
xeris eũ neq; incontinentẽ esse,neq; raptorẽ:nõ eñ
hæc sola virtus est. Quid hæc illi ꝓsunt,si inanis glo
riæ seruus sit,& amicorũ sodalitatẽ veritus,in errore
permaneat?hoc nõ est rectè viuere:neq; enim glorię
seruus minus peccat q̃ fornicator:imò lõgè plura &
grauiora cõmittit. Sed da mihi apud Gẽtiles aliquẽ
omnibus affectibus,& malicia liberũ,non inuenies.
Nã qui apud eos magni habẽtur,& pecuniis, & ven
tri,vt aiunt,dominãtur,maximè omniũ hominũ glo
riæ seruierunt: quod malorũ omniũ est causa. Hinc
& Iudæi in perfidia mãserunt,quos arguẽs Christus
Infr.5.g inquit,Quomodo potestis vos credere,qui gloriam
ab inuicẽ accipitis?Et quid tandẽ ad Nathanael,cui
etiã veritatẽ testatus est,hæc verba non habuit,neq;
lõgiori sermone vsus est? quoniã nõ eo studio vene-
rat,hic enim hoc sibi faciendũ constituerat:& quod
alij quieti,hic auditioni tempus exhibuit:ille ab alio
ꝑsuasus accessit,nõ tamẽ quid admoneret præteriit.
Supra 1.g Siquidẽ inquit,Amẽ amẽ dico vobis, posthac vide-
bitis cœlum apertũ,& angelos dei ascẽdentes,& de-
scendẽtes supra filiũ hominis. Huic nihil tale,sed de
generatione & vita æterna, diuerso sermone secũdũ
subiectã materiã locutus est. Nã cùm ille prophetarũ
dicta proculdubio crederet,nec formidolosus esset,
tãtùm audire satis habuit:hic autem cùm adhuc for-
midaret,nõ quidẽ manifestè omnia ei Christus ape-
ruit,sed eius mouit mentẽ,vt timore timorem eiice-
ret,cùm nõ credentẽ iudicari, & nõ credere à praua
cõscientia proficisci diceret. Humanã nanq; gloriã
Infra 12.f magnifaciebat, & pluris quã suppliciũ. Multi enim,
inquit,ex principibus crediderunt in eũ,sed propter
Iudæos nõ confitebãtur: præterea eũ coarguit,cùm
dicat nulla alia ratione hominẽ nõ credere,quàm ꝙ
Infra 8.b vitã immũdã viuit.& in sequẽtibus inquit, Ego sum
lux:hîc autẽ,Venit lux in mundũ:in principiis enim
obscurius,inde apertius locutus est. Veruntamẽ Ni-
codemus multitudinis gloria mulcebatur,quamob-
rem debitã fiduciã habere nõ poterat. Fugiamus igi
tur inanẽ gloriã,quæ cæteris est affectibus violẽtior:
hinc auaricia, hinc pecuniarũ amor, hinc odiũ,bel-
la,pugnæ. Quippe qui plura amat, minimè constare
poterit:amat autẽ nullã aliã ob rem,quàm inanẽ glo
riam. Et quánã gratia,dic quæso,eunuchorũ,& man
cipiorũ gregibus,& huiusmodi rebus friuolis, & ina
nibus multi stipari volunt?nõ necessitatis gratia,sed
vt importuni huius affectus obuios omnes testes ha
beãt, horũ caput est inanis gloria:quod si abscinde-
mus,reliqua maliciæ membra interibũt,& nil prohi
buerit,quin terrã vt cœlũ incolamus: neq; ad mali-
ciam tantùm quos capit animos impellit inanis glo-
ria,sed & virtutibus se insinuat: à quibus cũ nos ab-
strahere nõ possit, in ipsa virtute maiorẽ in modum
nos offendit, multis nos laboribus subiicit, quorum
omnẽ fructũ penitus aufert. Siquidẽ qui inani glo-
ria mulcetur,ieiuniorũ, orationũ,misericordiæ om-
nem mercedẽ amittit. Quid hoc dãno miserius, cũ
frustra verberemur,& ridiculi fiamus,& superna ex-
cidamus gloria?Neq; eñ fieri põt vt qui vtrãq; desi-
derat,vtrãq; cõsequatur:sed si vnã optauerimus, cœ
lorũ videlicet gloriã,vtrãq; cõsequemur. Quãobrẽ
si gloriã assequi volumus,humanã fugiamus gloriã,
& diuinã dũtaxat prosequamur:hoc pacto & hãc &
illam adipiscemur,gratia & benignitate domini no-
stri Iesu Christi, per quẽ,& cum quo patri gloria, si-
mul & spiritui sancto,in secula seculorum, Amen.

Homiliæ xxviij. ex cap. tertio.

*POst hæc venit Iesus & discipuli eius in Iudæã terrã,
& illic demorabatur cũ eis,& baptizabat. Erat au-
tem & Ioãnes baptizãs in Aenõ iuxta Salim: quia
aquæ multæ erãt illic,& veniebãt,& baptizabãtur. Nõdum
enim missus fuerat Ioãnes in carcerẽ. Facta est autẽ quæstio ex
discipulis Ioãnis cum Iudæis de purificatione.* Nihil veritate
clarius,nihil potẽtius,nihil mẽdacio imbecillius,etsi
innumeris obtegatur operimẽtis:nam etiã sic depre
hẽditur,& effluit facilè: veritas autẽ nuda omnibus
ꝓponitur volẽtibus eius pulchritudinẽ intueri:neq;
latere vult,nullũ timet periculum,nullas insidias tre
mit,nullã desiderat multitudinis gloriã, nulli homi-
num est obnoxia,omnia excedit:etsi innumeris cir-
cunueniatur insidiis,tuta permanet:& qui ad eã cõ-
fugiũt,tanquã firmissimo & tutissimo muro eius vi-
ribus custodiũtur,& occulta quidẽ latibula deuitãs,
sua omnibus in mediũ proponit. quod Christus ad
Pilatũ his verbis significauit,Ego palàm locutus sum *Infr.18.d*
mũdo, ego semper docui in synagoga,& in templo,
quò omnes Iudæi cõueniunt, & in occulto locutus
sum nihil. hoc tũc locutus est Iesus, nunc autẽ fecit.
Post hęc,inquit,venit Iesus & discipuli eius in Iudęã
terrã,& illic demorabatur,& baptizabat. In solẽnita
tibus in ciuitatẽ veniebat, vt in mediũ dei doctrinã
proponeret, & ex miraculis vtilitatẽ, inde sæpe Ior-
danẽ petebat:nã & illuc multi cõcurrebant: semper
autẽ frequẽtioribus locis versabatur:nõ ostẽtationis
aut ambitionis gratia,sed studio vt prodesset quãplu
rimis. Atqui in progressu dicit euãgelista, nõ Iesum, *Infr.4.a*
sed discipulos baptizasse: vnde cõstat hoc etiã in lo-
co ita intelligi. Et quánam gratia ipse nõ baptizauit?
Ioannes præoccupãs dixit, Ipse vos baptizabit in spi
ritu sancto & igni. Spiritus enim nondũ erat datus:
meritò igitur nõ ipse,sed discipuli baptizarũt,cũ vel-
lent plurimos ad salutarẽ doctrinã allicere. Et quid
tandẽ discipulis Iesu baptizãtibus Ioãnes baptizare
nõ destitit,sed quousq; missus fuit in carcerẽ id exer
cuit ministeriũ?Illa enim particula,*Nõdũ missus fuerat
in carcerẽ Ioãnes,* in eũ vsq; diẽ eum baptizasse signifi-
cat: atqui Iesu discipuli lõgè visi forẽt clariores,si iis
baptizare incipiẽtib' Ioãnes destitisset. Quãnã igitur
gratia baptizauit?Ne discipulos suos in maiorẽ con-
tentionẽ adduceret. Nã si sæpenumero clamitãdo,
& prioribus semper Christo cõcessis partib',se infe-
riorẽ pędicãdo nõ persuadebat,vt ad eũ accederẽt:
si hoc etiã addidisset, lõge in maiorẽ contentionem
ꝓuocasset:propterea Christus tũc maximè pędica-
tioni suę fecit initiũ,cũ Ioãnes lõge aberat. Puto au-
tẽ & ꝓpterea citiorẽ eius mortẽ ꝑmisisse,vt oẽs mul
titudinis animi ad Christũ cõuerterentur,neq; am-
plius circa vtrũq; eorũ scinderẽtur sentẽtiæ. Præter-
ea inter baptizãdũ Ioãnes nõ cessauit frequẽter ad-
monere,& maxima & clarissima de Iesu ostẽdere,
nil aliud

Universidad de Deusto Biblioteca

nil aliud dicēs,quā vt in eū qui poſt ipſum venturus A
erat,crederēt. Qui igitur hoc prædicabat,quo pacto
diſcipulorū Chriſti præſtantiā demōſtraſſet, ſi à ba-
ptiſmate ceſſaſſet?Contrariū viſum eſſet vel æmula-
tione,vel ira id facere:cùm autē prędicādo perſtite-
rit,ea firmiora oſtēdebat:neq; enim ſibiipſi gloriam
cōparabat,ſed ad Chriſtū mittebat auditores:neque
minus quàm diſcipuli illū adiuuabat, imò lōgè ma-
gis.Quāto minimè ſuſpectū eius erat teſtimoniū, &
maioris apud oēs authoritatis, hoc euāgeliſta Mat-
Matt.3.b thæus ſignificat, ꝙ exibat ad eū Hieroſolyma, & oīs
Iudæa,& omnis regio circa Iordanē,& baptizabātur
in Iordane ab eo,cōfitētes peccata ſua.Diſcipulis au
tem baptizātibus, multi nō deſiſtebāt ad Ioānē per-
currere:ꝙ ſi quis percōtaretur,quid amplius in Ioā-
nis baptiſmate quā diſcipulorū fuerit,nihil reſpōde-
bimus. Vtrūq; enim ſimiliter ſpiritus expers erat, & B
vnā eandémq; baptizādi cauſam habebat,vt ſcilicet
Chriſto cōciliaret baptizatos. vt eñ nō ſemper per-
agrādo credituros cōgregarent,(quod & in Simone
frater fecit,& in Nathanael Philippus)baptizare cō-
ſtituerāt,vt per id omnes ſine labore adducerentur,
& ad futurā fidē præpararētur. Quòd autē nihil in-
ter ſe eorū baptiſmi differrēt,nec alter altero prꝑſtā-
tior eſſet,ſequētia manifeſtāt. Quænā? *Facta eſt autē
quæſtio,*inquit,*ex diſcipulis Ioānis * cū Iudæis,de purificatio-
ne.* Cōtendebant ſemper cū Chriſti diſcipulis diſci-
puli Ioānis apud ipſum etiā Chriſtū. Cū enim vide-
rent eos baptizare,cœperūt aduerſus baptizatos lo-
qui, ac ſi Ioānes apud ipſos baptizādo Chriſti diſci-
pulos excelleret:& aduocato aliquo ex baptizatis ꝑ-
ſuadere ei conabātur,nō tamē perſuaſerūt: nā ꝙ ipſi
accesserint,nō ille quæſierit, audi quo pacto euāge- C
liſta ſignificauit.Nō enim dixit Iudęū aliquē eos in-
terrogaſſe,ſed quęſtionē ex diſcipulis Ioānis factam
cum Iudæo quopiā de purificatione. Cōſidera autē
euāgeliſtæ lenitatē:nō enim in quēquam inuehitur,
ſed pro viribus crimē extenuat,cùm quęſtionē factā
ſimpliciter dicit. Nam ꝙ ex inuidia cōtenderint, ex
ſequētibus patet,quæ etiā lenius exequitur.*Et vene-
rūt,*inquit,*ad Ioannē,& dixerūt ei:Rabbi,qui erat tecū trās
Iordanē,cui teſtimoniū perhibuiſti,ecce hic baptizat,et omnes
veniūt ad eū.*Hoc eſt,quē tu baptizaſti,quē clarum &
conſpicuum reddidiſti,is eadē quæ tu audet. nō ta-
men dixerunt quē tu baptizaſti, ſiquidē oportuiſſet
eos & ſupernæ vocis,& ſpiritus ſancti aduētus memi
niſſe:ſed,Qui erat tecū trās Iordanē, cui tu teſtimo-
niū perhibuiſti:hoc eſt,qui in diſcipuli loco habitus
eſt, q nulla ex parte nobis ſuperior erat, is abs te diſ- D
cedens,baptizat.Nō autē verbis eū tātùm dolore af-
ficere,ſed opera ſua ſuperari arbitrabātur.Oēs enim
inquit,ad eum veniūt : vnde cōſtat ꝙ Iudæo cū quo
diſceptabāt,ei minimè perſuaſerūt. Hæc autē animi
imbecillitate & ambitione quadā loquebātur.Quid
ad hos Ioānes?nō eos grauiter coarguit,veritus ne ſe
relicto aliud quid mali aggrederētur. *Sed nō poteſt ho-
mo,*inqt,*accipere quicquā,niſi fuerit ei datū de cœlo.* Quòd
ſi humilia de Chriſto loquatur,ne mireris : nō enim
poterat tali affectu præoccupatos ſtatim ab initio rē
omnē docere,ſed vult interim eos concutere & ter-
rere, ac oſtēdere huic repugnātes nō alteri quā deo
repugnare.Quod igitur & Gamaliel dicebat,Nō po
teſtis id diſſoluere,nequādo & deo repugnare repe-
riamini:hoc & ipſe hoc loco occultè adſtruit. Dice-
re enim, Nemo poteſt accipere quicquā, niſi fuerit

* μετὰ ἰουδαίου. i. cū Iudæo, in ſingulari, vt legiſſe videtur Chryſoſt.

ei datū ſupernè è cœlo, nihil aliud ſignificat, quā ꝙ
rem impoſſibilē aggrediātur,atq; hinc etiā deo repu
gnare deprehēdantur.Quid igitur?Theudas nónne
à ſeipſo acceperat?Sed ſtatim ꝓſtratus periit:res au-
tem Chriſti non ſunt huiuſmodi. Hinc etiā illos oc-
cultè cōſolatur, oſtendens non hominē ſed deū eſſe
qui ipſos in gloria ſuperet.Quòd ſi verò ille inclare-
ſcat,omnéſq; ad ipſum abeāt, nil mirū:talia eñ ſunt
diuina, & deus eſt qui iſta efficit. Homo enim nun-
quā talia poſſet.Quæ enim humano gerūtur cōſilio,
deprehēſu facilia ſunt & imbecilla,citò diffluunt ac
pereūt:qualia non ſunt iſta:non igitur humana. De-
inde quoniā dicebāt, cui tu teſtimoniū perhibuiſti,
tūc etiā id quod in Chriſti ſubuerſionē obiici puta-
bant,in ipſos cōuertit.& cum prius oſtēdiſſet ꝙ non
ab ipſius teſtimonio Chriſtus clarus euaſiſſet,poſtea
hinc etiā illorū ora obſtruit. Nō enim,inquit,poteſt
homo à ſeipſo accipere quicquā, niſi fuerit ei datū è
cœlo. Nam ſi meū prorſus teſtimoniū accepiſtis,in-
quit,& verū id arbitramini,diſcite vel ex eo,nō me,
ſed illū in honore potiorē.Vos me audiſtis,vos mihi
teſtimoniū perhibetis,quòd dixerim,Non ſum ego
Chriſtus,ſed miſſus ſum ante illū.quòd ſi teſtimonij
mei memores eſtis, dixiſtis enim, Cui tu teſtimoniū
perhibuiſti,nō modò ex eo non minuitur,ſed auge-
tur plurimùm. præterea nō meū,ſed dei teſtimoniū
fuit. Si eñ vobis fide dignus videor, inter alia & me
ante illū miſſum profeſſus ſum.Vides quo pacto pau
latim diuinā vocē fuiſſe oſtēdit? ac ſi dicat,miniſter
ſum,& mittētis mādata nuncio,neq; humanā aucu-
por gratiā,ſed eius patri qui me miſit, miniſteriū ex-
hibeo.non ergo ad captandā gratiā teſtimoniū per-
hibui,ſed ad quod miſſus ſum,id annunciaui:quare
nolite me propterea magnū exiſtimare:hoc enim il-
lius oſtēdit magnitudinē,ille nāq; rerū dominus:id-
circo addit,*Qui habet ſpōſam,ſponſus eſt:amicus autē ſpōſi,
qui ſtat,& audit eum, gaudio gaudet propter vocem ſpōſi.* Et
quāobrē qui dicit:Nō ſum dignus,vt ſoluā eius cor- Supr. 1.d & Luc. 3.d
rigiā calceamēti:amicū ſe eius in præſentia dicit? nō
vt extollat ſe,neq; vt laudet,ſed vt hanc maximè cu-
ram habere,neq; inuito ſe,& ægrè ferēte id fieri, ſed
cordi ſibi & quā gratiſſimū eſſe oſtēdat : & hæc ſunt
quorū gratia maximè omnia fecit:quæ omnia amici
appellatione ſignificauit: non enim tā miniſtri ſpōſi
quàm amici lætātur,& in eius nuptiis exultant. Non
ergo paritatē, abſit, ſed voluptatis magnitudinē de-
mōſtrare voluit, ſimul & eorum imbecillitati indul-
gens,amicū ſe dicit:nam & miniſtrū ſe dixerat, cùm
inquit:*Miſſus ſum ante illū.* Præterea quoniā ægrè fer-
re Ieſu opera putabatur,ſpōſi ſe amicū appellauit,vt
oſtenderet non modò non ægrè ferre,ſed maiorem
in modū lætari. Hoc enim effecturus veni,inquit,&
tantum abeſt,vt moleſtè eius opera ferā,vt tum ma-
ximè dolerē, ſi non fierent, ſi ad ſpōſum ſponſa non
accederet,dolore tūc afficerer:nō autem nunc cum
teſtimonium noſtrum re comprobatur. Hinc enim
probamur,cùm id quod voluimus cōtigit, & ſponſa
ſpōſum cognoſcit,& vos hoc teſtimonio perhibetis,
cùm dicitis quòd omnes veniunt ad eum : hoc mihi
curæ fuit,& propterea omnia feci:cùm verò in præ-
ſentia cōtigiſſe videā,gaudeo & exulto.Sed quid ſi-
gnificat illa particula, Qui ſtat,& audit eū?ex ſimili-
tudine ad propoſitū venit. Cùm enim ſpōſi & ſpon-
ſæ meminiſſet, quomodo ſpōſalia fiant oſtendit,per
vocem videlicet,& doctrinā,ita eccleſia conciliatur
deo,

Rom.10.d deo,quamobrē Paulus inquit:Fides ex auditu,audi- A
tus autē per verbū dei:hac ego voce gaudeo. Id au-
tem verbū,qui ſtat: nō temere poſuit,ſed vt res ſuas
† tradita cōpoſitas,& iam ſibi ſtandum,& †dantē illi ſpōſam]
ipſi ſpōſa] audiendum oſtendat:& quòd ſeruus ſit,& miniſter,
& ſpes,& gaudium ſuum re euenerit proſequitur.
*Hoc ergo gaudiū meū impletū eſt.*Perfectū eſt,inquit,o-
pus & officiū meum,nec amplius habemus quod fa
ciamus. Deinde non præſentē tantùm, ſed futurum
mœrorē prohibēs,& futura ex dictis & factis confir
mat. *Illū,*inquit,*oportet creſcere,me autē minui.* Hoc eſt,
meum feci officiū,iam ceſſabo.Illius opera nunc au
gentur : quod enim nūc formidatis, nō in præſentia
tantùm erit,ſed maius indies fiet, quod maximè res
noſtras claras oſtēdet. Propterea & veni,& gaudeo,
quoniam Chriſtus magnū accepit incrementum,&
ea euenerunt,quorū gratia omnia fecimus.Animad
uerte quàm leniter,quàm ſapiēter illorū ſedauit affe B
ctus,& inuidiā extinxit,& fruſtra id eos tētare demō
ſtrat,quibus verbis maximè eorū ſedat malitiā.Idcir
co enim adhuc eo viuēte,& baptizante hęc tractata
ſunt,vt Chriſti excellentiā teſtaretur,neq; quiſpiam
incredulitatis excuſationē haberet. neq; enim à ſe-
ipſo hæc dixit,neq; aliis interrogantibus: ipſi & per-
contatores erāt & auditores.Nā neq; ſpōte ſua id di-
centi ita credidiſſent, vt poſt interrogationē. Cùm
enim reſpondentē audirent,eius certā habuerūt ſen
tentiā.Iudæi autē eo quòd ad ipſum miſerūt, & eius
nō crediderūt teſtimonio, idcirco meritò ſibi omnē
prꝑciderūt excuſationē.Quid igitur hinc erudimur?
Vana gloria fugienda. Quòd omnium malorū cauſa eſt gloriæ inſania,hęc
illos †in cōtentionem]traxit,hęc temerario auſu ex-
Matt.9.b & Marc. 2.c citauit,vt ad Ieſum veniētes dicerēt:Quare diſcipu- C
li tui non ieiunāt?Fugiamus hūc affectū dilectiſſimi,
vt gehennā fugiamus : hic nanq; maximè eius ignē
†inuidiā] accendit,hic †diaboli] vndiq; ditionē propagat, hic
†ſuam] ætatē & dignitatē omnē ſæuiſſimo premit imperio,
hic eccleſias huc illuc diſtrahit,hic ciuilia opera cor-
rumpit,domos funditus,ciuitates, populos, gētes e-
uertit:& ſi in deſertū venerit,multā & illic vim oſtē-
dit.Nam qui ſæpenumero pecunias,& mūdi illece-
bras,& violētiores corporis voluptates valere iubēt,
hi nōnunquā inani gloria capti,omnia perdiderunt.
Qui multùm laborauit, propter hūc affectū nō labo
rantis, ſed grauiter peccātis præmiū accipiet. Phari-
ſæus quàm publicanus propter inanē gloriā minus
meruit. Verùm hāc accuſare nullus labor, oēs enim
cōſentiunt:id autē quærendū quo pacto vincamus.
Quomodo igitur poſſumus? Si gloriā gloriæ compa D
rabimus. Quemadmodū enim terrenas diuitias con
temnimus, cùm alias ſperamus diuitias : ita & huius
vitæ gloriā,cùm longè maiorē & veram gloriā con-
iectabimur, contēnemus. Hæc nāq; inanis & ſtulta
eſt,& nomine tantū,nō re,gloria : illa verò cœleſtis,
vera,quæ non homines, ſed angelos, & archāgelos,
& angelorū dominū, imò & cum his etiā homines
laudatores habet.Si illud ſpectaculū cōtēplaberis, ſi
illas coronas noueris,ſi ad illū plauſum te trāſtuleris,
nūquā aduerſum te terrena poterūt præualere:neq;
hæc magni facies,ſi habebis:ſin minus,non quæres.
Eteñ in huius ſeculi regiis,nemo ſatellitū,iis omiſſis
quibus coronato regi,& in ſolio ſedenti placeat, gra
culorū voces, muſcarū & culicū obuolantiū ſtrido-
rem proſequitur:neq; enim iis vlla ex parte potiores
hominū laudes inueniūtur.Humana igitur ītellecta

miſeria,oīa in tutiſſimos recōdam⁹ theſauros,& ma-
nentem & incorruptibilē gloriā inquiramus.Quam
vtinā omnes cōſequamur, gratia & benignitate do-
mini noſtri Ieſu Chriſti, per quē,& cū quo patri glo
ria,ſimul & ſpiritui ſancto,in ſecula ſeculorū, Amen.

Homilia xxix.ex cap.tertio.

QVi deſurſum venit,ſuper omnes eſt : qui eſt de terra,
terra eſt,& de terra loquitur.* Graue quiddā eſt
gloriæ amor,graue inquā,& multarum ipſa
ſpinarū plena gloria,& quę difficilè tolli poteſt,fera,
& multorū capitū beſtia,& in eos à quibus fouetur,
& ſuſcipitur,armata.Quemadmodū enim vermis li-
gna ex quibus naſcitur,& rubigo ferrū vnde proue-
nit cōſumit:ita inanis gloria altricē ſui animā perdit.
Quare multa opus eſt diligētia,vt hūc tollamus affe
ctum. Cōſidera quid hoc in loco diſcipulis ſuis hoc
morbo affectis dicat Ioānes,& vix eos placat. Ad ſu B
periora etiam hoc addit.Qui deſurſum venit, ſuper
omnes eſt:qui eſt de terra,terra eſt,& de terra loqui-
tur.Cùm meū,inquit,vbiq; extollatis teſtimoniū, &
digniſſimū fide eſſe dicatis:illud vos ſcire neceſſariū
eſt,nō licere vt is qui è cœlo venit,à terreno homine
fidē accipiat. Quid autē illa particula,Super omnes
eſt,ſignificat?& quid nobis per eā oſtenditur?Quòd
nullius indiget,ſed ipſe ſibi ſatis eſt,& omniū maxi-
mus:ſe autē ex terra & de terra loquentē dicit, non
ꝙ ex ſua & propria ſentētia loqueretur,ſed quemad
modū Chriſtus dixit, Si terrena dixi vobis,& nō cre
ditis. Baptiſma,terrena appellauit, nō quòd terrenū
ſit,niſi ineffabilis generationis ipſius comparatione:
ita nūc de terra loqui ſe dicit, ſua diuinæ doctrinæ
cōparata.Nihil enim aliud, de terra loqui ſignificat,
quā paruas & humiles facultates ſuas,& quales cre- C
dibile eſt,terrenā accipere naturā,ſi cū dei magnitu
dine cōferantur.Siquidē apud illū omnes ſapientiæ Coloſſ.2.a
theſauri recōduntur. Quòd autē de humanis ratio-
nibus nō loquatur,inde cōſtat:*Qui de terra eſt,*inquit,
de terra loquitur. Atqui non totus erat ex terra,ſed pro
parte:nā & animā habebat,& ſpiritus particeps erat,
quæ minimè de terra ſunt.Quomodo igitur de terra
eſſe dicit? Animaduertíſne nihil aliud quàm paruū
ſe,& nullius ferè momenti,vtpote humi reptantē,&
in terra natū, Chriſtū autē cœlitus nobis demiſſum
ſignificari? His omnibus eorū affectū cùm extinxiſ-
ſet,iam audētius de Chriſto loquitur:anteà enim ſu-
peruacaneū erat verba nullū in auditorū mentibus
locū habitura effundere : cùm autē ſpinas inciderit,
meritò iacit ſemina,inquiens: *Qui deſurſum venit,ſuper
omnes eſt:& quod audiuit,loquitur:& quod vidit,teſtatur,et* D
*teſtimoniū eius nemo accipit.*Cū magnū quiddā & ſubli-
me de Chriſto locutus eſſet, rurſus in humiliorē de
eo ſermonē deſcēdit.Illæ nanq; particulę:Quod au-
diuit & vidit : magis ſecundum hominē dictæ ſunt.
Nō enim viſu,neq; auditu norat quæ norat,ſed ſua-
pte natura perfectus ex patris ſinu procedēs, neque
præceptore indigēs, Sicut,inquit, cognoſcit me pa- Infr.10.c
ter, ita & ego cognoſco patrē. Quid autē ſignificat,
Quod audiuit,loquitur : & qđ vidit,teſtatur? Quo-
niam per hos ſenſus omnia certò cognoſcimus,& di
gni videmur quibus credatur cùm vidimus aut au-
diuimus,vtpote qui neq; fingimus,neq; mēdacia di
cimus.Idcirco vt rem cōfirmet,inquit Ioānes : Quæ
audiuit & vidit,hoc eſt veriſſima:ita & nos ſæpenu-
mero ſciſcitamur.Vidiſtíne,an audiſti? quod ſi fate-
bitur,certū arbitramur teſtimoniū. Ipſe autem cùm
dicit:

Universidad de Deusto Biblioteca

Infra 5.c dicit:Sicut audio iudico:&,quæ audiui à patre meo,
Ibidē 15.c loquor:&,quæ vidimus,loquimur : & id genus alia,
nō ea gratia dicit, vt aliūde eum accepisse intelliga-
mus.Id enim arbitrari,vltimæ amētię est:sed vt om-
nem impudentibus Iudæis auferat suspicionē. Cùm
enim nōdum debita de se opinio haberetur,frequē-
ter ad patrē cōfugit,inde verbis suis fidē faciens. Et
quid admiraris,si ad patrem,cùm & ad prophetas &
scripturas sæpe descendat, & earū adducat testimo-
Infra 5.f nium?Illæ sunt,inquiēs,quæ testimoniū perhibēt de
me.Nūquid prophetis minorē ipsum dicemus,cùm
eorū accipiat testimoniū ? Absit:nam propter audi-
torum imbecillitatē ita loquitur, & à patre audire se
dicit quæ loquitur,non q magistro indigeret,sed vt
illi crederēt non esse mendaciū.Verba autē Ioannis
hoc significāt,mihi opus est audire ab illo:desursum
enim venit,qui hæc nūciat,quæ ipse solus manifestè
nouit.Ea nanq; verba,videlicet,Audiuit & vidit:hāc
significāt certitudinē. *Et testimonium eius nemo accipit.*
Atqui & discipuli & multi alij acceperūt, quomodo
igitur inquit : Nemo accipit ? hoc est pauci , & hoc
nūc : nam si neminē dixisset,qua ratione addidisset,
qui accepit eius testimoniū , signauit quia deus ve-
rax est ? Hoc & in loco discipulos suos tāgit,ac si nō
multū ei credituri essent.Quòd enim neq; deinceps
ei crediderint, ex sequētibus cōstat. Propterea cùm
esset in carcere,ad Iesum eos misit,vt ei magis conci
liarentur:illi autē vix tunc crediderunt:quod Chri-
Matt. 11. stus significans dicebat, Beatus qui nō fuerit scanda
a.& Luc. lizatus in me:& propterea nunc dicebat Ioannes,Et
7.d testimonium eius nemo accipit:discipulos suos eru-
diēs,†& tantū non dicēs quòd pauci essent ei credi-
turi, & idcirco verbis eius non creditis.] Quæ enim
vidit,loquitur:simul & Iudaicā tangit insaniā, atque
dementiā. Quod & euangelista in principio his ver
bis coarguit:In propria venit, & sui eum nō recepe-
runt:hoc autē non veniētis,sed non recipientiū pec
catū est. *Qui accepit eius testimoniū , is obsignauit quia deus*
verax est. Hic & eos perterret,cùm ostēdat,qui Chri
sto non credit,eum non modò non ipsi,sed ne patri
Supra 1.a quidē credere. *Quę enim misit deus*,inquit, *verba dei lo-*
quitur. Loquitur enim,quæ ab illo accepit,& credēs,
illi credit, & incredulus illi non credit. Signauit au-
tem, hoc est ostendit. Inde his verbis timorē auget:
Deus verax est. Neq; enim aliter quispiā ea non cre
deret,nisi mittētem deum mendacij insimularet : &
cùm nihil aliud quàm de patre loquatur Christus,
qui eum non audit,non audit mittentē patrem. Vi-
désne quantā formidinē eis incutiat?Primùm Chri-
stum infideles audire contemnebant , ideo periculi
magnitudinē eis proposuit,vt discerent, q qui Chri
stum non audiunt,neq; deum audiunt. Hac deinde
ratione † imbecillitatis eorū magnitudinē exponit.]
Non,inquit,*ad mensurā dat deus spiritū.*Et vt dixi,rursus
ad humiliorē descendit sermonē, eúmq; & varium,
& intellectu facilem auditoribus reddit.Neq; enim
aliter incutere & augere metū poterat.Nam si de eo
magnū quid & eximium dixisset,non vtiq; credidis-
sent,sed cōtempsissent potius : idcirco ad patrē om-
nia refert.Rursum tanquā de homine Christo dispu
tans : quid autē inquit? Non ad mensuram dat deus
spiritū. Nos omnes,inquit,ad mensurā spiritus ope-
rationem accipimus,nam spiritū hoc in loco opera-
tionem dicit : Hæc enim est quæ diuiditur, ille verò
sine mensura & integram habet operationē:quòd si

†quasi diceret, etiā si pauci sint ei nūc credituri, ne propter ea falsa esse existimetis ea quæ dicūtur.]

†imbecillitati eorū sermonem accommodans.]

A operationem eius metiri nemo potest, longè minus
substātiam:vidésne spiritum infinitū ? Sed quísnam
omnē spiritus accepit operationē?Qui dei opera no
uit,qui dicit : Quod audiuimus,loquimur : & quod 1.Ioan.1.
vidimus, testamur. Quid igitur iure dubitādum est?
Nihil enim nisi quæ dei sunt dicit,nihil nisi quæ spi-
ritus. Et primùm quidē de verbo dei nihil loquitur,
sed à patre & spiritu doctrinæ suæ fidem comparat.
Quòd enim deus esset,norāt : q spiritus etiam esset,
intelligebant,quāuis non debitā de eo haberēt opi-
nionem,ignorabāt autem filiū:propterea ad patrem
& spiritū semper confugit,& inde verba sua confir-
mat:hac nanq; abdita causa, si quis per seipsum hoc
cōsideraret,valde Christi minueret dignitatem.Nō
enim propterea crediderunt,quoniā spiritus opera-
tionem haberet:nō enim indiget auxilio,sed sibiipsi
sufficiēs est.Verùm imbecilliorū suspicione cognita
B his vtitur verbis.Hæc autem dico,ne simpliciter scri
pturas prætereamus,sed dicentis consideratione, &
auditorum imbecillitatē, & alias in scripturis causas
perscrutemur.Non enim omnia vt volūt præcepto-
res,sed multa secundum auditorū imbecillitatem lo
quuntur. Quamobrē Paulus:Non potui,inquit,vo- 1.Cor.3.a
bis loqui quasi spiritalibus,sed quasi carnalibus:tan-
quam paruulis in Christo , lac vobis potū dedi, non
escā. Volebam,inquit, tanquā spiritalibus loqui,sed
non potui : non q ipse loqui nō posset,sed quòd au-
ditores intelligere non poterāt: ita & Ioānes maiora
discipulos docere voluisset,sed illi non patiebantur,
hac gratia in humilioribus versatur. Diligēter igitur
inuestigāda sunt omnia. A scripturis enim spiritalia
arma accipimus,verùm si ea adaptare,& rite discipu
C los armare ignorabimus,ipsa quidē proprias habent
vires, accipientibus autē nihil afferūt vtilitatis. Esto
thorax, & galea firmissima,& clypeus & hasta : inde
quis thoraca pedibus, galeā pro capite oculis aptet,
clypeo non pectus,sed pedes protegat:nūquid huic
homini ea arma quid cōferent, & nō potius lædent?
Planè hoc cōstat,non tamē armorū culpa,sed iis vti
rectè nesciētis.Ita & in scripturis vsuuenit,si earū or
dinem cōfundemus,ipsę quidē vim suam retinēt,no
bis autē nihil cōferunt. Hæc ego & priuatim & pu-
blicè vos frequēter erudiēs , nihil amplius proficio,
sed secularibus rebus omne vos tēpus affixos & im-
plicitos video. Spiritalia verò ne in somniis quidem
coniectamini:propterea negligimur, & pro veritate
certātes non multū valemus , sed ridiculi Gētilibus,
Iudæis,& hæreticis efficimur:q si vt in his aliis quo-
D que rebus negligētia vteremini:nec sic quidē vobis
esset ignoscendū. Sed in secularibus negociis vnus-
quisq; ense acutior est,& summa diligētia artes exer
cet,& rempublicā gerit:in necessariis autē & spirita-
libus quātauis desidia torpemus , superuacuis tāquā
necessariis vtētes , & necessaria vix in superuacuorū
loco habētes.An nescitis nō superioris tātùm ætatis
hominū gratia scripturas editas,sed etiā nostri? Nō-
ne audis Paulum dicentē:Hæc ad nostrā doctrinam Rom. 15.a
scripta sunt,ad quos fines seculorū deuenerūt,vt per
patientiam & consolationē scripturarū spem habea
mus?Et licèt me frustra loqui non ignorē,nō tamen
cessabo:ita enim apud deum excusabor, quāuis ne-
mo me audiat.Qui attentè audiētibus loquitur, is la
boris præmium habet auditorū persuasionē. Cuius
autem verba non audiuntur,neq; tamen cessat,plu-
rimi faciēdus est, cùm deo placere adnitatur, & ne-
mine

mine attēdente suū impleat officiū.Verū licèt maius
A nobis ex contēptu vestro prēmiū proueniat,id tamē
minus desideramus , modò ad vestrā aliquid salutē
proficiamus,maximā mercedem probitatē vestram
ducentes.Hæc dicimus,nō vt molestā & grauē no-
stram faciamus orationē:sed vt affectum in vos no-
strū ostēdamus,& quo ob desidiam vestram dolore
afficiamur, vos nō lateat. Qua desidia vtinā oēs li-
beri,magna spiritualiū cura suscepta, cœlestia bona
consequamur , gratia & benignitate domini nostri
Iesu Christi,cū quo patri gloria,simul & spiritui san-
cto,nunc & semper,& in secula seculorum,Amen.

Homilia xxx.ex cap.tertio.

Pater diligit filiū,& omnia dedit in manu eius.Qui
credit in filiū,habet vitam æternam. Qui autem in-
*credulus est filio,&c.*Magna*asiduitatis & hu-
militatis vtilitas in omnibus rebus ostenditur. Per
B eam enim artes meliores reddimus,cùm repētè om
nia à magistris discere nequeamus : per eā paulatim
ciuitates condimus,per eam vitā nostram sustenta-
mus. Neq; admireris, si tantum in secularibus viriū
habeat,quādoquidem & in spiritualibus plurimùm
possit. Sic enī ab idololatria liberari Iudæi potuerūt
paulatim,& in paruis & humilibus rebus nō in subli
mibus à principio,neq; doctrinæ, neque vitæ gratia
eruditi.Sic post Christi aduentum cum sublimioris
iam doctrinæ tēpus esset , cōplures ad fidē adduxe-
runt apostoli, nihil primùm altum vel arcanū locu-
ti.A paruis Christus multitudini exorsus est:ita & in
præsentia Ioannes,tāquam de homine quodam mi-
rabili loquitur,alta autē & sublimia per vmbram in-
terserit.Primùm dixit: *Nō potest homo à semetipso accipe-*
*re quicquam.*Inde altius quiddam attingens: *Qui desur-*
C *sum*,inquit,*venit,supra omnes est.*Rursus ad humilia de-
scendens,post alia multa:*Non ad mensuram*,inquit,*dat*
*deus spiritum.*Inde prosequitur: *Pater diligit filiū,& om-*
nia dedit in manu eius. Inde cùm supplicij vim intelli-
geret , neq; ita multitudinis animos bonorum pro-
missione, vt suppliciorū formidine moueri, his ver-
bis sermoni suo finem imponit.*Qui credit in filium,ha-*
bet vitam æternam:qui autem incredulus est filio,non videbit
*vitam,sed ira dei manet super eum.*Rursus ad patrem sup-
plicij rationem refert:non enim dixit ira filij, quāuis
ipse sit iudex: sed dei, vt maiorem illis metum incu-
teret.Nunquid ergo satis est ad vitam æternam in fi
Matt.7.c lium credere?Minimè.Non enim omnis,inquit,qui
dicit mihi domine domine,intrabit in regnum cœ-
lorum.Et* peccatum in spiritum,vel solum est satis
D quod in gehennā detrudat:& quid de parte doctri-
næ loquor?Nam si in patrem,& filium,& spiritū san-
ctum rectè crediderís,non autē rectè vixeris , nulla
Mat.12.c tibi ad salutē vtilitas.Cùm ergo dicit : Hæc est enim
Infr.17.a vita æterna,vt cognoscāt te solum verū deum : noli-
mus hoc nobis ad salutē satis arbitrari.Opus nanque
nobis est & vitæ & morum puritate pollere, & licèt
hoc in loco dicat: Qui credit in filium,habet vitam
ęternam.Nec bona tantùm,sed suppliciorum quoq;
formidinē proponit,q qui incredulus est filio, nō vi
debit vitam,sed ira dei manet super eum: non tamē
dicimus satis esse solā fidem ad salutem , quod quæ
de vita sæpe in euangeliis dicuntur ostendunt. Cur
enim nō dixit,ipsa est vita æterna sola:neq;,qui cre-
dit in filium solū,habet vitam ęternam:sed in vtroq;
vitā esse significauit?Nam nisi mores sequantur , se-
quetur supplicium.Et non dixit in eo: sed, super eū,

** συγκαταβάσεως, id est, humiliationis, condescensionis siue demissionis, qua se quispiā ad auditorū imbecillitatem demittit & accommodat.*

** βλασφημία id est, blasphemia, cōuicium.*

hoc est,nunquā ab eo discedet.Siquidem ne tempo
ralem fore mortem putares,cùm dicit: Non videbit
vitam:id verbum posuit,vt eius demōstraret perpe-
tuitatem.Quod fecit,vt per hæc verba eos ad Chri-
stum traheret.Quāobrem non priuata, sed cōmuni
ad eos admonitione vsus est,vt facilius alliceret.Nō
enim,inquit,si credetis & non credetis, sed in com-
muni loquitur,ne qua posset exoriri suspicio, & ve-
hementius q̄ Christus.Siquidem Christus:Qui non Supr.3.c
credit,iam iudicatus est:hîc autem, Non videbit vi-
tam,sed ira dei manet super eū.Et meritò sanè.Neq;
enim idem est aliquem de seipso loqui, & de altero.
Christū enim ambitionis causa ita locutū & iactatū
existimassent, Ioānes hac carebat suspicione.Quòd
si postmodū Christus vehemētiori sermone vsus est,
ea potest ratio afferri, q iam magnam de ipso Iudæi
opinionem conceperant.*Vt ergo cognouit Iesus*,inquit, Cap. IIII.
quia audierunt Pharisæi,quòd Iesus plures discipulos facit, &
baptizat quàm Ioannes:(quanquam Iesus non baptizaret,sed
discipuli eius:)reliquit Iudæam, & abiit iterum in Galilæam.
Ipse quidē non baptizabat , sed nuncij cùm vellent
auditores in eius odium excitare,ita ferebant. Sed
quānam gratia discessit ? Nō formidinis,sed vt eorū
leniret inuidiam . Poterat nanq; & insultantes cohi-
bere,sed noluit hoc frequenter facere,ne de eius in-
carnatione diffiderent.Et si sæpius † impulsus fugis-
set,]id etiā suspiciosum multitudini fuisset : ꝓpterea
multa more hominis operatus est.Quemadmodum Luc. 4.e
enim credi voluit se deum esse,ita & carnē suscepis-
se:Idcirco post resurrectionē discipulis dicebat,Pal- Luc.24.
pate & videte,quia spiritus carnē & ossa non habet.
hanc ob rem Petrum corripit dicentē,Absit à te do- Mat. 16.c
mine,nō erit tibi hoc. Tantæ hoc sibi curæ fuit.Nā
in ecclesiastica doctrina non parua hęc portio est,&
salutis nostræ principiū,cuius gratia omnia & facta
& perfecta sunt.Sic mors sublata est,& peccatum,&
maledictū abolitum , & plurima vitæ nostræ collata
sunt bona.ideo maximè suā voluit incarnationē cre
di,quæ nobis principiū & fons est innumerabilium
bonorū † hinc non humanitatē,sed diuinitatem po-
tius latere permisit.Recedens ergo ad eos rursum se
cōtulit,vnde prius venerat.]Neq; enim ab re in Ga-
lilæam cōcessit,sed vt magna apud Samaritanos o-
peraretur,ea quæ deū deceret sapiētia, & vt nullam
Iudæis ne impudentē quidē excusationē relinque-
ret,quod euāgelista his verbis significauit: *Oportebat*
autē eum transire per Samariā . Vt ostenderet præter iti-
neris rationē hoc fecisse, cuius exemplū & apostoli
secuti sunt. Quēadmodum enim illi Iudæorū perse-
cutionibus tunc tēporis agitati , ad Gentes profecti
sunt:ita & Christus,cùm ab illis fugaretur,ad has ve-
nit:vt & in muliere fecit Chananæa. Hæc autē facta
sunt,vt omnē Iudæis auferret excusationē, ne dice-
rent se relictis, Christū ad incircuncisos profectum.
Idcirco excusantes se discipuli dicebāt:Vobis opor- Act.13.g
tebat primū loqui verbū dei:sed quoniā repellitis il-
lud,& indignos vos indicatis æternæ vitę,ecce con-
uertimur ad gētes.Et ipse iterū: Nō veni nisi ad oues Matt.15.c
quæ perierāt domus Israël.Et iterū: Non est bonum ibidem.
accipere panē filiorum,& dare canibus.Cùm autem
eum Iudæi expulerunt, portā gentibus aperuerunt:
neq; etiam sic in Samariā principaliter profectus est
Christus,sed per eam iter fecit.*Præteriens ergo,venit in*
ciuitatem Samariæ,quæ dicitur Sychar,iuxta prædiū quod de-
*dit Iacob Ioseph filio suo.Erat autem illic fons Iacob.*Quānā

†cōprehēsus euasisset.]

†humanitatē autē ita declarabat,vt diuinitatē tamen obscurari nō permitteret.Cū ergo secessisset,iisdē quibus prius insistebat.]

Universidad de Deusto Biblioteca

gratia tãta hũc locũ diligẽtia narrat euãgelista? Ne postmodũ audiendo mulierẽ dicentem,Iacob pater noster dedit nobis hunc puteũ,mireris.Etenim is locus erat,vbi pro Dina Leui & Simeõ indignati grauem illam cædẽ patrauerũt.Et quoniã ad hoc ventũ est,nõ ab re fuerit subtexere vnde Samaritani originẽ habuerint.Nã locus is omnis Samaria appellatur. Vnde igitur appellati sunt?Samor mons ab eius possessore dict⁹ est,vt testatur Esaias,& caput Samororũ Ephraim. Habitatores autẽ non Samaritani, sed Israelitæ appellabãtur:procedẽte tempore deũ offenderunt,& regnante Phacee surgens † Thelgamasa,] & multas ciuitates occupauit,† & Ele subdidit,] quo interempto Osee regnũ tradidit. In hunc insurgens Salmanasar,alias cepit ciuitates, & tributarias fecit. Huic Osee primùm paruit: inde defectione facta, Aethiopibus confœderatus est: quod cùm Assyrius rex intelligeret,gentẽ illam obsessam cepit,neq; amplius illic habitare permisit, veritus ne iterũ deficerent,sed Babylonẽ & in Medos translatis,collectitiã hinc inde multitudinẽ in Samariã habitatum misit, vt in posterum firmũ sibi imperium familiaribus incolis confirmaret.His peractis volẽs deus potestatẽ suam ostendere,quódq; non imbecillitatis,sed peccatorum gratia Iudæos Assyriis tradiderit, leones in Barbaros emisit,qui vniuersam gentẽ perderẽt. His regi nunciatis,misit sacerdotẽ quendam, qui populo exponeret leges dei:nõ tamẽ omnino,sed ex parte impietatẽ exuerunt. Procedente adhuc tempore idolorũ cultu abiecto,dei cultũ cõplexi sunt. Cùm ita se res haberẽt,reuersi Iudæi, his vtpote alienigenis & hostibus æmulabãtur, & à mõte Samaritanos nuncuparũt,nec parua hinc inter eos contẽtio,neq; enim omnes scripturas recipiebant,sed Mosi duntaxat,prophetas paruipendebant. Nitebantur tamen in Iudaicam se inserere nobilitatẽ, ad Abrahá progenitorem genus suum referentes, vtpote qui Chaldæus fuisset,& Iacob patrem appellabant,vtpote Abrahæ nepotem. Iudæi autem cum cæteris & hos abominabãtur:vnde Christo exprobrabãt, dicẽtes: Samaritanus es tu,& dæmonium habes. Et in eo qui descenderat ab Hierusalẽ Hiericho, hac gratia Christus introducit Samaritanũ vilem,contemptúmque, & abominabilẽ apud eos, ĩ ipsum misericordiã operantem:& in decẽ leprosis vnũ alienigenã, propter hoc Samaritanum dicit, & ipsis discipulis ita mãdauit:In viam gentium ne abieritis,& in ciuitatem Samaritanorum ne intraueritis.Neq; historiæ dũtaxat gratia prædij Iacob meminit euangelista, sed vt Iudæos iãdiu repulsos ostẽderet.Siquidẽ progenitorũ tẽporibus pro ipsis ea loca illi occuparãt: quæ enim eorũ maiores cùm sua non essent,ceperant,ea hi ob desidiam suã & iniquitatẽ iampridem possessa amiserunt.Ita & nihil maiorũ virtus confert, si nepotes degenerant.Barbari enim cùm primũ leones experti sunt,ad Iudaicũ euestigio cultum redierunt:hi tot affecti suppliciis, mores suos minimè emendarunt. Huc itaq; Christus venit,mollem & lasciuam vitam expellens,laboriosam autẽ & difficilem nos erudiẽs. Non enim iumentis vsus est,sed adeò intentè vadit, vt ex itinere fatigetur.Hoc semper admonet,vt sibi ipsi quisq; seruiat,neq; quęrat superflua,neq; multis indigeat.Adeò enim omni nos superfluitate alienos voluit,vt multis necessariorum se fraudaret. Idcirco dicebat.Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos:filius autẽ hominis nõ habet vbi caput reclinet. Propterea plurimũ in mõtibus versatus est.& in desertis,nõ perdius tantùm,sed pernox.Hoc Dauid annuncians inquit,De torrente in via bibit:vt eius† tolerantiam] demonstraret. Idem hoc in loco significat euangelista. *Fatigatus enim ex itinere, sedebat sic super fontẽ,hora autẽ erat quasi sexta.Venit mulier de Samaria haurire aquam.Dicit ei Iesus:Da mihi bibere. Discipuli enim eius abierant in ciuitatem,vt cibos emerent.* Hinc itineris studium,& cibi contemptũ intelligimus, cùm tãquam re superuacanea vtatur,ita discipuli res suas dispẽsare didicerant.Nõ enim parabant viaticum, quod & alius ostẽdit euãgelista,cùm de fermento Pharisæorum eis loqueretur,qđ illi putabant quia panes non assumpserãt.Et esurientes inducit spicas decerptas mãducare,& ad ficũ ob famem venisse:hęc nil aliud q̃ ventris contemptũ, & eius seruitium paruipẽdere nos admonent.Cõsidera,quæso,hoc in loco nihil ferentes discipulos, neq; à principio diei vllam victus curam habentes:sed quo tempore omnes prandent, cibos emptũ proficiscuntur:non vt nos qui cùm primùm manè exurgimus, ante omnia coquos aduocamus, & de parandis epulis & mensa diligẽter verba facimus:inde aliis operã damus, secularia diuinis præponentes,& quæ superflua habenda essent, tanquam necessaria exequimur:ideo omnia pręposterè aguntur.Cõtrà autem spiritalium primùm rationẽ, & quidẽ maximã habere, quibus perfectis hæc alia deinceps attingere oporteret. Neq; laboris studiosus tantùm,sed humilitatis,nõ fatigatus duntaxat ex itinere sedisse,sed relict⁹ solus dimissis discipulis hîc Iesus ostẽditur. Atqui poterat vel non omnes dimittere,vel alios sibi ministros cõparare, sed noluit: etenim discipulos quoq; his moribus assuefecerat. Et quid mirum,dixerit fortasse quispiã, si humiles erãt, piscatores, & tentoriorũ opifices?Erant sanè.Verùm repentè ad ipsum cœlum euolarunt,& cunctis regibus clariores euaserũt,digni habiti, qui vniuersi orbis domini familiaritate fruerẽtur,& eum vbiq; admirabilẽ sectarentur.Illud præterea non ignoratis,ꝙ quantò quis humiliori gradu ad dignitates assumitur,facilius in superbiæ insaniã effertur, vtpote qui expers sit repentini & insperati honoris. In hac eos humilitate Christus continuit, & vt ab omnibus se abstinerent,neque ministris indigerẽt edocuit. Ipse autẽ fatigatus ex itinere,sedebat sic super fontẽ. Vides laboris,caloris,& discipulos expectãdi gratia sedisse Iesum?Norat enim quid apud Samaritanos esset euẽturum. Nõ tamen propter hoc principaliter venit. Neq; si propterea non venisset, erat adueniẽs muliercula repellenda, quæ summam erat attentionem præstatura. Iudæi enim ad se venientem expulerunt,Gentiles aliò proficiscẽtem ad se trahunt. Illi inuidebant,hi credunt: illi indignabantur, hi admirantur,adorant.Quid igitur?erat tot hominum salus contẽnenda? tã prõpti animi relinquendi? indignũ sanè diuina fuisset benignitate. Quare cùm debita sapiẽtia cuncta ab eo disponũtur,sedẽdo corpus reficiebat iuxta fontẽ.Erat eñ dies medius,quod euãgelista his verbis significauit:Hora erat quasi sexta, & sedebat sic.Quid autẽ per hoc verbũ,sic,intelligitur? Nõ in sella,nõ † in loco honoratiori,] sed in terra,vt contingit. *Venit mulier ex Samaria haurire aquam.* Ecce mulierem propter aliud egressam ciuitatẽ, vt impudentibus Iudæorũ obiectionibus silentiũ imponatur,&

Gen.34.d — *Samaritani, vnde dicti.* — *Esa.7.b* — *†Telgabasar.]* — *†& in Elã irruit]* — *4.Reg.15.f.& 2.Para.28.* — *Infr.8.f* — *Luc.10.e* — *Mat.10.a & Luca 10.f* — *Matt.8.c & Luc.9 g.* — *Psal.109.b.* — *†frugalitatem.]* — *Mat.16.a* — *Ibid.12.a* — *Ibid.21.b* — *†in puluinari.]*

tur,& ne quis dicat eum suũ ipsius præceptum trãsgredi,cùm mandet ne in Samaritanorum ciuitatem ingrediantur,ipse tamen eos alloquatur.Quòd autẽ dicit,nondũ venisse discipulos,ea id gratia meminit euãgelista,vt multas sermonis Iesu ad mulierẽ occasiones afferret.Quid ergo mulier?cũ à Iesu aquã peteretur,dicente:*Da mihi bibere:Quomodo tu,*inquit, *Iudæus cùm sis, bibere à me poscis, quæ sum mulier Samaritana? Nõ enim coutũtur Iudæi Samaritanis.*Vnde eũ Iudęũ esse cognouit?Ex habitu fortasse & sermone. Tu autem mulieris ingeniũ cõsidera. Nam si cauendũ erat,Iesum q̃ illã cauere potius decebat. Nõ enim dixit,nõ coutũtur Samaritani Iudæis: sed Iudæi Samaritanis. Hæc tamen mulier à peccato illo immunis, quãdoquidẽ alium in illud incidere putabat,nequaquã tacuit,sed,vt arbitrabatur,quod esset præter legẽ corrigit.Sed illud posset quispiã dubitare,quánam gratia ab ea bibere petierit,cùm lex non permitteret.Si quis enim diceret Iesum præuidisse nõ daturã, ideo minus petere oportuit.Quid igitur dicendũ? Quòd nihil iã referebat eiusmodi obseruationes præuaricari.Qui enim alios ad pręuaricationẽ inducit,*ipse longè magis præuaricatur. Nõ enim quod ingreditur,inquit,per os,coinquinat animã,sed qđ procedit de ore.Nõ parũ autẽ Iudæos accusat hic Iesu ad mulierẽ habitus sermo. Illi enim sæpenumero & verbis & re allecti minimè passi sunt persuaderi:hæc autem breui & nuda rogatione quãprimũ capitur, ipse Iesus ratione hac & via nõ instabat.Si qui accedebant, nõ prohibebat.Istud enim discipulis dixerat:In ciuitatem Samaritanorum ne intraueritis, nõ tamen vt vltro accedentes repellerẽt.Id enim q̃ indignissimũ erat eius humanitate,quare respõdet mulieri: *Si scires donũ dei,& quis est qui dicit tibi,Da mihi bibere: tu forsitan petisses ab eo,& dedisset tibi aquam viuam.*Primum dignã quæ audiat,eam indicat, neq; contemnendã: deinde quis ipse sit, * celat. Nam si hoc scisset, euestigio paruisset,quod de Iudęis haud dicendũ est:qui cùm admonerentur,nihil tamen petebant, nihil discere cupiebant,quod aliquid afferret vtilitatis,sed contumelia affectũ expellebant. Mulier autem Samaritana q̃ mansuetè respondeat,quæso animaduerte. *Domine,neque in quo haurias habes,& puteus altus est:Vnde ergo habes aquam viuam?*Iam omnem ab ea ꝙ vilis esset, & vnus ex vulgi hominibus,suspicionem amouit. Neque enim simpliciter hoc in loco dominum,sed honorificè appellat,quod ex sequentibus apparet. Nõ enim irrisit,non exprobrauit,sed primùm hæsitauit. Quòd si non continuò rem omnem intellexit,minimè mirum.Neq; enim Nicodemus intellexerat: inquit enim, Quomodo possunt hæc fieri? Et iterum: Quomodo potest homo nasci,cùm sit senex? Et iterum:Nunquid potest in vterũ matris iteratò introire,& nasci? Hæc autem mulier longè verecundius: Domine,inquit,neq; in quo haurias habes, & pute⁹ altus est,vnde ergo habes aquam viuã? Aliud Christus dicebat,aliud illa intelligebat,tantùm verba accipiẽs,neq; altum aliquid pertingere poterat.Atqui petulantius respondere licuisset:Si haberes aquã viuam,non me peteres,ipse eã acciperes,sed te iactas. Verùm nihil tale locuta,sed mansuetè & à principio & per omnem sermonem respõdit: Primùm inquit, Quomodo tu Iudæus cùm sis, bibere à me poscis? Neque tanquam ad alienum & inimicum ita locuta est:Absit,vt tecum homine alieni à gente nostra animi & infesti, quicquam communicem.Deinde cùm magna loquẽtem audiret,& ea quę inimici maximè carpsissent,non derisit,non cauillata est:sed, *Nũquid, ait,tu maior es patre nostro Iacob,qui dedit nobis puteum hũc, & ipse ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius?*] Animaduerte quo pacto in Iudaicam se inserit nobilitatem: hoc est,Ille hac vsus est aqua, nec habuit quod nobis maius daret.] Ostendit autem magnum quiddã & altum ex primo responso intellexisse. Ea nanque particula,Ipse ex eo bibit,& filij,& pecora:nihil aliud significat, q̃ potiorem quandam aquam concepisse, eam tamẽ neq; inuenire, neq; manifestè cognoscere. Vt autem apertius dicam:non potes,inquit,dicere,Iacob hunc nobis fontem dedisse,alio autẽ vsum: nam & ipse,& filij,& nepotes eius ex hoc biberunt, neq; bibissent si habuissent potiorem. Tu ergo hoc potiorem alium neq; dare poteris,neq; habes,nisi te quàm Iacob maiorem profitearis. Vnde igitur quam te daturum polliceris aquam habes? At Iudæi non tanta vsi essent modestia, qui eadem de re sermone habito,& eiusdem aquæ mentione facta, nihil vtilitatis consecuti sunt.Cùm verò Iesus Abrahæ meminisset,lapidibus eum persecuti sunt: mulier autẽ incredibili mãsuetudine in medio diei æstu patienter & dicit & audit. Nec ei quicquam in mẽtem venit, ꝙ Iudæus dixisset: Credibile est ipsum insanire & delirare,me ad fontem expectauit,& verbis iactabũdus nihil præstitit: sed expectat & perseuerat, dum quod quærit, inueniat. Quòd si mulier Samaritana tantam adhibet diligentiã, vt aliquid vtilitatis cõsequatur,neq; à Christo discedit,quanuis eum adhuc ignoret:quam nos veniã consequemur, qui cognoscentes eum,& non ad fontem,nõ in deserto,non in meridie, neq; in Solis æstu ardentissimo, sed sub aurora,sub hoc tecto ad vmbrã † intuemur,] non tamẽ quicquã audire patimur,sed desidemus? Illa ita Iesu verbis attendit, vt alios aduocet: Iudæi non modò neminẽ aduocant,sed accedentes prohibent,impediuntq; dicentes:Videte num ex principibus aliquis credit in eum, aut ex Pharisæis? Sed turba hæc quæ non nouit legẽ,maledicti sunt. Imitemur igitur Samaritanã,alloquamur Christũ. Etenim medius nostrûm in præsentia adest,& per prophetas & discipulos suos nobiscũ loquitur. Audiamus,& credamus: quandiu frustra & inutiliter viuemus? facere enim quæ deo nõ placent,id demũ est frustra & inutiliter viuere,vel potius perditè. Cùm enim datum nobis tẽpus in nullam impẽdimus vtilitatem, inutilis impẽsæ vltimũ daturi suppliciũ hinc migrabimus. Nũquid qui pecunias ad negociationẽ acceperit, eásq; prodegerit,ab eo creditor rationẽ exiget:qui autem vitę munus perditè cõsumpserit,impune abierit?Nõ propterea deus præsentẽ nobis vitã pręstitit,nõ animam in hoc corpus infudit, vt hac tantùm fruamur vita,sed vt totis viribus ad futurã cõtendamus. Bruta præsenti duntaxat vitæ vsui sunt: nos idcirco immortalẽ habemus animã, vt ad illius vitæ præparationem omnia moliamur: equorũ enim, boum,asinorum,& aliorũ huiusmodi pecorum si quis vtilitatem roget, nullã præter in præsentis vitæ necessitatibus seruitium vsumq; inueniemus. De nobis nõ ita sentiendũ est, sed melius & præclarius domicilium post huius vitæ migrationẽ expectamus:ad quod vt clari perueniamus,omnia facienda sunt,vt cum angelis iubilemus,& semper regi assistamus:propterea

Mat.10.a — ** Christ⁹ minus quàm alij legis obseruationibus erat obnoxius.* — *Mat.15.b* — **ἐκκαλύπτει,id est detegit reuelat.legisse videtur ἐγκαλύπτει.* — *Supr.3.a* — *Infra.8.g* — *† refocillamur.]* — *Infr.7.g*

Universidad de Deusto Biblioteca

immortalē nobis animā & corpus immortale futu-
rum largitus eſt, vt perpetuis cū ipſo bonis perfrua-
mur: ꝙ ſi terræ inniteris, cùm tibi cœleſtia proponā-
tur, conſidera quanta ignominia afficias eorū exhi-
bitorem, cùm contēptis quæ tibi offert cœleſtibus,
ea terrenis mutare nō dubites: ideo gehennā mina-
tur, vtpote contemptus, vt intelligas quātis te bonis
priuas. Sed abſit, vt illud experiamur ſupplicium, ſed
deo placētes æterna bona cōſequamur, gratia & be-
nignitate dñi noſtri Ieſu Chriſti, cū quo patri gloria,
ſimul & ſpiritui ſancto, in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia xxxi. ex cap. quarto.

*RESPŌDIT Ieſus, & dixit ei: Omnis qui bibit ex hac a-
qua, ſitiet iterū: qui autem biberit ex aqua, quā ego
dabo ei, non ſitiet in æternū: ſed aqua quam ego dabo
ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam.* Spiritus
ſancti gratiā, nunc ignem, nunc aquam ſcriptura ap-
pellat, vt non ſubſtantiæ, ſed & operationis has intel
ligentias eſſe demonſtret. Non enim ſpiritus ex dif-
ferētibus conſtat ſubſtātiis, cùm inuiſibilis & vnius
Matt. 3. c generis ſit: & Ioannes quidē dicit, Ipſe vos baptiza-
Infr. 7. f bit in ſpiritu ſancto & igni. Chriſtus autem: Flumina
de ventre eius fluent aquæ viuæ: hoc autem dixit de
ſpiritu quem erant accepturi, itidem & nunc ſpiritū
appellat: Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, nō
ſitiet in æternum. Ita ſpiritum ignē appellat, vt exci-
tamētum & feruorem gratię & peccatorum abſum-
ptionē ſignificet: aquam autem, vt ablutionē & re-
frigerium, quibus ipſum accipientes animi fruūtur.
Etenim tanquam hortum virentem, & fructiferis &
ſemper florentibus arboribus comantem: ita prom-
ptā animam diſponit, vt nulla anxietate, nullis ſata-
** τοῦ πονηροῦ mali illius ſcilicet diaboli.* næ inſidiis diſtrahi ſinat, ſed omnia ardentia * mali-
ciæ tela extinguat. Tu autem, quæſo, dei ſapientiam
conſidera, q̄ leniter mulierculam allicit: non à prin-
cipio dixit, Si ſcires quis eſt, qui tibi dicit, Da mihi bi
ad Eph. 6 bere: ſed poſtquam occaſionē illi præbuit, vt ipſum
Iudæum appellaret, & criminaretur, hoc propulſans
inquit: Si ſcires quis eſt, qui dicit tibi, da mihi bibe-
re, tu forſitā petiſſes ab eo. Quib⁹ verbis iā ad maio-
ra impulit, vt patriarchæ meminerit. Inde cū illa di-
ceret: *Nunquid tu maior es patre noſtro Iacob?* Non ſe ma-
iorem dixit, viſus enim eſſet ſe tantùm iactare, non-
dum cognitus, ſed latēter id ſignificat: nō enim ſim-
pliciter dixit, Dabo tibi aquam, ſed prius Iacob aqua
neglecta, ſuam laudat, à munerum natura dantium
volens differentiam oſtendere, & quantum ipſe pa-
triarcham excelleret. Nā ſi admiraris, inquit, patriar-
cham, ꝙ hanc aquam dederit, ſi ego lōgè meliorem
tibi dedero, ea accepta, me quàm Iacob maiorē con
† Nam cū dicas, nūquid maior es Iacob, quoniā profiteris te præſtātiorē aquam dare poſſe?] fitearis neceſſe eſt. † Nam cum dicas: Nunquid ma-
ior eſt Iacob, quoniam hanc aquam dederit?] Si illa
meliorē à me acceperis, profecto me maiorē dixe-
ris. Intuere verum mulieris iudicium, à re ipſa & de
Chriſto & de patriarcha ferentis ſententiam: verùm
non ita Iudæi, ſed cùm eiicientem eum viderēt dæ-
monia, nō modò patriarchæ nō prætulerūt, ſed dæ-
monium habere dixerūt. Samaritana autem ſecun-
dum Chriſti voluntatē iudicat, ab operibus ſcilicet:
Infr. 10. g hinc enim ipſe iudiciū requirit, dicens: Si non facio
opera patris mei, nolite mihi credere: ſi autē facio, &
ſi mihi non creditis, operibus credite. ſic mulier fide
adducitur. Propterea cū audiſſet Ieſus, Nūquid ma-
ior es patre noſtro Iacob? eo omiſſo, de aqua ſic lo-
quitur: Omnis qui bibit ex hac aqua, ſitiet iterum. Et

A cōparationē non accuſandi, ſed excellentiā demon-
ſtrādi gratia facit. Nō enim aquā illam vilem & ne-
gligendā dicit, ſed naturā oſtendit. Qui autem bibe-
rit ex aqua, quam ego dabo ei, non ſitiet in æternū.
Audiuit aquam viuam mulier, ſed primū non intel-
lexit. Nam cum aqua viua ſit etiam quæ ſemper ſca-
turit, huiuſmodi aquam Chriſtum dixiſſe arbitrata
eſt: ideo apertius ex vtriuſq; comparatione Ieſus ſuæ
aquæ præſtantiam declarat. Qui biberit ex aqua,
quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum. Hinc ma-
ximè & ex ſequentibus excellētia dignoſcitur, horū
enim nihil habet aqua, quam ſenſu deprehēdimus.
Quid autē proſequitur? Sed aqua quam ego dabo
ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitā æternā. Sicut
enim, ſi quis fontem intus habeat, nunquā ſitiret: ita
qui hanc aquā habuerit. Credidit continuò mulier,
B longè Nicodemo ſapientior, nec ſapientior ſolū, ſed
& fortior. Ille huiuſmodi pluribus auditis neminem
aduocauit, neq; ſibi confidit: hæc apoſtolico officio
functa eſt, omnibus audita annuncians, & populum
extra ciuitatē ad Chriſtū aduocans ac trahens vni-
uerſum. Ille quomodo poſſunt hæc fieri, inquit: neq; *Supr. 3. a*
manifeſtum ſpiritus exemplum à Chriſto adductū
accipit: mulier verò primū parumper hęſitauit, mox
non expectata confirmatione, ad eius ſermonē tan-
quam certum accipiendum properat: dicente enim
Chriſto, Fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitā ęternā:
ſtatim ſubdidit, *Da mihi hanc aquam, vt non ſitiam, neque
veniā huc haurire.* Conſidera quæſo, quomodo paula-
tim ad veræ doctrinæ altitudinem adducitur. Primū
Iudæum quendam legis trāſgreſſorem ſuſpicata eſt:
inde vt hoc crimen propulſauit, (abſurdū enim erat
C talem eſſe, qui tot bona comprehenderet,) audita a-
qua viua ſenſu perceptibilem exiſtimauit, tandē ſpi-
ritalem intelligēs, credidit huiuſmodi aqua poſſe ſe
tollere ſitis neceſſitatem, non tamē adhuc quænam
eſſet intelligens, ambigebat. Et ſuperius ſenſu perce-
ptibilem credidit, certò tamen neſciebat: hic autem
diligentius intuens, nec eam penitus comprehen-
dens: Da mihi, inquit, hanc aquam, vt nō ſitiam, ne-
que veniam huc haurire. Primùm patriarchæ Chri-
ſtum prætulit, quòd eo fonte non indigeret, ſi illam
aquam acciperet. Conſidera quantò potiorem Chri
ſtum duxerit. (Hoc gratæ & fidelis animæ indicium)
oſtendit quam de Iacob opinionem haberet, nouit
meliorem, mutauit ſententiam: non tamen nimium
credula mulier, neq; temerè Chriſti verba accepit:
diligēter inueſtigauit, nec incredula, neq; pertinax,
D quod rogādo oſtendit. Atqui Iudæis dixerat Chri-
ſtus: Qui comedit de carne mea, non eſuriet: & qui *Infr. 6. d*
credit in me, nō ſitiet. Verū non modò nō credide-
runt, ſed & ſcandalizati ſunt. Mulier nulla perturba-
tione affecta immoratur & rogat. Iudęis inquit: Qui
credit in me, non ſitiet: mulieri craſſius, Qui biberit
ex hac aqua, nō ſitiet. Spiritalia † nullo præſcripto fi- *† non res definitas.]*
ne] pollicebatur, ideo mulieris animū pollicitationi-
bus erigens, adhuc ſenſibilibus immoratur, quoniā
nondū ſpiritalia capere poterat. Nā ſi dixiſſet: Si cre-
dideris in me, nō ſities: nō vtiq; intellexiſſet id quod
diceretur, cū neſciret quiſnā eſſet qui loqretur, ne-
que de qua ſiti diceret. Sed quánā gratia nō his ad Iu
dæos vſus eſt verbis? Quoniā multa ſigna viderant:
hæc nullū, ſed tantùm verba audierat: propterea iam
ſuam demonſtrat poteſtatē, eius prędicando condi-
tionem, & leniter reprehendendo, *Vade*, inquit, *voca
virum*

*virum tuū? & veni huc. Reſpōdit mulier, & dixit: Nō habeo
virū. dicit ei Ieſus: Bene dixiſti, virū non habeo: quinque enim
viros habuiſti, & nūc quē habes, nō eſt tuus vir: hoc verè dixi-
ſti. Dicit ei mulier: Domine, video quia propheta es tu.* Papæ
quanta mulieris ſapientia, q̄ æquo animo reprehen-
ſionē paſſa eſt. & cur nō paſſa, dixerit quiſpiam? Cur,
dic quæſo? nōne & Iudæos ſæpenumero & in maio-
ribus reprehēdit & conuicit? Non enim idē eſt, quæ
in animo abſcōdita ſunt, & rem clanculū cōmiſſam
in medium proferre. Alterū enim ſolius dei eſt, neq;
enim alius quiſpiā hominis mētem nouit, quàm qui
mentem habitat: alterū familiarius cognitū. Verùm
Infr. 7. c Iudæi reprehēſi moleſtè ferūt: & dicente Ieſu, Quid
me quæritis interficere? non ſolùm non admirantur
quemadmodū mulier, ſed maledicunt ei, & conui-
ciātur dicentes: Dæmoniū habes, quis te quærit in-
terficere? Atqui & ex aliis ſignis illū cognoſcere po-
terant. Samaritana hoc duntaxat acceperat, & non
modò nihil maledicit, ſed admiratur & ſtupet, & ꝓ-
phetam autumat. At grauius hanc q̄ illos reprehen-
dit: hoc enim vnius peccatum erat, illud commune
pluribus, neq; ita cōmunibus vt propriis obiectis cri
minibus offendimur. Et illi magnū quid ſe facturos
arbitrabantur, ſi Chriſtū perderent: huius verò pec-
catum malum eſſe patebat omnibus, nō tamen ægrè
tulit, ſed admiratione & ſtupore perculſa eſt. Hunc
ordinē & cum Nathanaël Chriſtus ſeruauit. Non e-
nim primū prophetauit, neq; dixit, Vidi te ſub ficu:
Suprà. 1. g ſed cū ille dixiſſet, Vnde me noſti? id reſpondit. Vo-
lebat enim & miracula faciendi, & prophetandi oc-
caſionē ab his qui ad ipſum ſe conferebant capere,
vt magis ſibi tribuerent, & inanis gloriæ ſuſpicionē
tolleret: idem hoc in loco facit. Nam ſi primò eam ꝙ
virū non haberet, increpuiſſet, & graue viſum eſſet,
& ſuperfluum: ſed nactus ab ea occaſionē, rectè om-
nia proſecutus eſt, & audientem māſuetiorem red-
didit. Et quomodo proſequitur orationē hanc, dicet
quiſpiam: Vade, voca virum tuum? De dono ſermo
habebatur, & gratia humanā excedēte naturam, in-
ſtabat mulier, & eā efflagitabat. Dicit Ieſus: Vade vo-
ca virum tuū: quaſi opus eſſet cum eo cōmunicare.
Illa accipiendi cupida, putans hominem alloqui, vt
ſuam celaret turpitudinem, non habeo, inquit, virū.
Hinc nactus occaſionē Chriſtus, tempori eam repre
hendit, vtrunq; explicans, & quot viros habuerit, &
quem in præſentia celabat. Quid ad hoc mulier? nō
ægrè tulit, non abiit, non in cōtumeliam accepit, ſed
magis admiratur & perſtat. *Video enim*, inquit, *quia pro-
pheta es tu.* Et intuere eius prudentiā, non eueſtigiò in
ciuitatem accurrit, ſed obſtupeſcens cōſiderat. Nam
θεωρῶ id ſignificat, videris mihi propheta eſſe: quod
cùm opinaretur, nō amplius terrena rogat, non bo-
nam corporis valetudinem, nō pecunias, non opes,
ſed tantùm doctrinam. *Patres noſtri*, inquit, *in mōte hoc
adorarunt.* Abraham ſignificans, qui filium illuc obla-
Gen. 22. a turus duxiſſe dicitur. *Et quomodo vos dicitis, quia Hiero-
ſolymis eſt locus vbi adorare oportet?* Animaduertis ne q̄
breui altiora aggreditur? Nam cui modò de ſedanda
ſiti cura erat, iā doctrinæ præcepta perquirit. Chriſt⁹
autem nō ſoluit, neq; enim hoc ei propoſitū erat, ſed
ſimpliciter reſpōdet: altius tamen mulieris animum
erigit, non tamen priuſquā ſe prophetam profitere-
tur, vt maiorē verbis ſuis fidem faceret, ne amplius
illa dubitaret. Pudeat igitur nos, & erubeſcamus.
quinq; virorū mulier & Samaritana, tantā in diſcē-

A do adhibet diligentiam, vt neq; diei tempore, neq;
aliis occupationib⁹ à Ieſu doctrina abduceretur: nos
verò nō modo nihil ad diuinarum rerum eruditio-
nē inquirimus, ſed in omnibus ſecurè & eodē modo
afficimur, propterea omnia negligim⁹. Quis noſtrū,
quæſo, repetita domo, † aliquod Chriſtiano dignum *† libellum aliquem Chriſtianū in manus accipit, & in eo cōtenta legit?]*
opus aggreditur?] Quis ſcripturarū ſenſus perſcruta-
tur? Nemo ſanè, ſed alueolos & talos frequēter inue
niemus, libros quā rariſſimos: quos ſi qui habent, ac
ſi non haberent, clauſos in ſcriniis ſeruant, vel omne
ſuum ſtudiū in membranarum tenuitate, in literarū
characteribus q̄ pulcherrimis conſumunt: nō vt le-
gant, non vt vſum inde aliquem conſequantur, ſed
vt diuitias, vt ambitionē oſtentēt, in his ſtudēt. Tan-
ta eſt inanis gloria, nullū ambitioſum audio, qui li-
brum intelligat, ſed aureas tantùm literas admiratur.
Quid quæſo hoc lucri? Nō ꝓpterea nobis ſcripturæ
B datæ ſunt, vt in libris dūtaxat habeam⁹, ſed cordi in-
ſculpamus. Itaq; hęc librorum poſſeſſio, Iudaicæ am
bitionis eſt, quib⁹ in literis præcepta data ſunt: nobis
nō ita ab initio lex data eſt, ſed in tabulis cordis car-
neis. Non autē libros cōparari prohibeo, ſed admo-
neo, & maiorē in modum rogo, vt eos cōparemus:
ita tamē, vt & literas & ſenſus frequēter animo repe
tamus, vt hoc pacto mundus efficiatur. Nā ſi in qua-
cunq; domo euāgeliū eſt, illuc diabolus ingredi nō
audet: quātò minus animā ei aſſiduis lectionibus fa-
miliarem, neq; dæmon, neq; peccatum attinget? San
ctifica igitur animū, ſanctifica corpus, hoc cōtinget
ſi euāgeliū ſemꝑ & animo habueris & lingua. Quòd *Euangelio ſanctificatur anima.*
ſi linguæ obſcœnitas animā coinquinat, ſi dæmones
vocat, perſpicuū eſt ſpiritali lectione eam ſanctifica-
C ri, & gratiā ſpirituſſancti affatim infundi. Diuini can
tus ſunt ſcriptura, hinc nobis & animæ noſtræ affe-
ctibus remediū petamus, cuius vtilitatem ſi intuere-
mur, incredibili ei attētione vacarem⁹. Hæc ego fre-
quēter dico. An nō perq̄ abſurdum eſt, vt fori homi-
nes, aurigarū & ſaltatorū nomina, genera, ciuitates,
actiones, mores, necnon equorū virtutē, & quid ſin-
guli poſſint, memoriter teneāt: qui autē huc ſe con-
ferunt, omniū penitus ignari diſcedant, immo & li-
brorum ſuorum numerū ignorent? Quòd ſi volupta
tis gratia illa proſequeris, longè maiorē in his oſten-
dā. Quid enim iucūdius, quæſo, quid mirabilius? Ho
minémne cū homine, an cum diabolo hominē ſpe-
ctare certantē? Et corpus cum incorporea potentia
congredi, & genus ſuū victoriā referens intueri? Has
pugnas, hæc certamina cōtēplemur, hæc inquā quæ
D imitari & pulcherrimū & vtiliſſimum eſt, in quibus
coronā accipere licet, non in illis, quorum æmulatio
ignominioſa eſt: illā cum dæmonibus pugnam, hāc
cū angelis, & angelorū domino ſpectabis. Dic quæ-
ſo, ſi tibi regū & principum cōſeſſu ſpectaculis adeſ-
ſe liceret, nónne tibi honorificū duceres? Hic vbi cū
angelorum rege diabolū deuinctis poſt tergum ma-
nibus, & conatibus ſuis nihil præualentē ſpectare li-
cet, nō curris, & īcredibili voluptate hoc ſpectaculū
nō ꝓſequeris? Et quónā pacto hoc fiet, inquies? Si li-
brū in manibus frequenter habueris: illic enim dia-
boli foſſas, lōga curricula, laqueos, captiones, † artē] *† & iuſti artem.]*
deprehēdis: inde & pugnare cū eo, & ſuperare didi-
ceris: dęmonū ſunt, non hominū ſecularia ſpectacu-
la. Quare vos hortor, vt à ſatanæ feſtis abſtineatis: nā
ſi in idolorum templis nefas eſt ingredi, longè ma-
gis in dæmonū ſolennitatibus: his ego vos frequēter

Universidad de Deusto Biblioteca

admonitionibus obtundo,dũ aliquid proficiã.Mihi
[al Philip. 3.a] quidẽ non pigrũ,inquit,vobis autẽ ſecurũ, neq; gra
uis vobis ſit,oro,hortatio mea:nã ſi grauiter ferendũ
eſſet,mihi potius eſſet,qui non auditus in hoc vobis
ſæpenumero conſeſſu verba facio,q̃ vobis qui tantũ
aures adhibetis,nũquã proficitis. Sed abſit vt vobis
ſemper moleſtus ſim:ſed hac culpa vacui,ſpectaculo
ſpiritali digni futura gloria perfruamini, gratia & be
nignitate dñi noſtri Ieſu Chriſti,cũ quo patri gloria,
ſimul & ſpiritui ſancto, in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia xxxij ex cap.quarto.

DIcit ei Ieſus: Mulier, crede mihi, quia venit hora quando neque in monte hoc, neque in Hieroſolymis adorabitis patrẽ. Vos adoratis quod neſcitis, nos adoramus quod ſcimus: quia ſalus ex Iudæis eſt. Vbiq; fide no-
bis opus eſt dilectiſsimi: fide, inquã, bonorũ matre,
ſalutis medicina,ſine qua nullã magnarum rerũ do-
ctrinã percipere quiſpiã poteſt,ſed illis ſimilis,qui ſi-
ne naui pelagus trãſnare aggreſsi, parũ profecti,laſ-
ſatis manibus,pedibuſq;,fluctibus cõtinuò obruun-
tur:neq; aliter qui ſuis nituntur rationibus ante co-
[1.Tim.1.d] gnitã veritatẽ naufragiũ faciunt,vt &Paulus ait,quã
quidã repellentes circa fidẽ naufragauerunt. Quod
ne nobis accidat, ſacræ ancoræ,qua Chriſt⁹ in præ-
ſentia Samaritanã cõfirmauit,innitamur. Nã cũ illa
dixiſſet:Quomodo vos dicitis,quia in Hieroſolymis
eſt locus in quo oportet adorare? Reſpondit Ieſus:
Mulier,crede mihi,quia venit hora, quando neq; in
Hieroſolymis, neq;in monte hoc adorabitis patrẽ.
Maximã huic reuelauit doctrinã,& quã neq; Nico-
demo,neq; Nathanaël.Hæc ſuam potiorẽ quàm Iu-
daicam religionem oſtẽdere ſtudebat, ídq; à maio-
rũ authoritate commẽtabatur.Chriſtus nihil ad hoc
reſpondit,tãquam ſuperuacaneũ cognitu,quare pa-
tres in mõte,Iudæi Hieroſolymis adorarẽt: tollit ta-
men vtriuſq; loci cultum,& illius mẽtem excitat, e-
docétq; neq; Iudæos, neque ipſos aliquid de ſe ma-
gnum in poſterũ poſſe polliceri, & tunc differẽtiam
adducit:præſtãtiores tamẽ Iudæos ſignificat, nõ lo-
ci ratione,ſed cognitione: ac ſi dicat, loci gratia nil
contẽdẽdũ eſt,ſed in cultu Iudæi præferẽdi ſunt Sa-
maritanis. Vos, inquit,adoratis quod neſcitis, nos
adoramus quod ſcimus.Et quónã pacto neſciebant
Samaritani quod adorarẽt? Quoniã in certo & cir-
[† particularis eſſet] cunſcripto loco eſſe,& quaſi† diuidi poſſet,] deũ ar-
bitrabãtur,ita eum colebãt, ita ad Perſas mittentes,
eius loci deũ ſibi iratum nũciarunt, nihil de eo am-
plius hoc pacto q̃ de idolo arbitrati:quare & dæmo
nes & ipſum adorabant, & quæ miſceri nõ poterãt,
confundebant.Iudęi autem hac vacabãt opinione,
& totius orbis eum norant deũ eſſe, quanuis nõ om
nes,ꝑpterea inquit:Vos adoratis quod neſcitis, nos
adoramus quod ſcimus.Neq; tibi admirationi ſit Ie-
ſum ſe Iudæis annumerare:nam ſecundum mulieris
loquitur opinionẽ,tanquam Iudæus propheta:ideo
[† Quòd enim adorari debeat.] inquit,adoramus.† Adorantis officiũ] omnibus con-
ſtat.Adorare eñ creaturæ, adorari nõ creaturæ, ſed
eius qui creaturę domin⁹ eſt.Sed primò quaſi Iudę⁹
loquitur.Nos,hoc in loco Iudæos ſignificat.Iudaicã
ergo religionẽ extollit, & verbis ſuis fidem compa-
rat,amouẽs ſuſpicionem,ne affectu quodã ſuã præ-
ferat gentẽ: nam qui præcipuũ cultus locũ,& quem
ipſi plurimi faciebãt,negligit,tollítq;,eum perſpicuũ
eſt nullius ad gratiã locutum, ſed verè & propheti-
cè:& cùm rationes non adduxerit, inquiens: Crede

A mihi mulier:& quæ ſequuntur,addidit, Quia ſalus à
Iudæis eſt. Hoc eſt,vel quòd orbi terrarum bona in-
de prouenerunt:nam & dei cognitio, idolorumque
contẽptus,& cætera dogmata,& veſter cultus, quã-
uis non rectè,à Iudæis tamẽ ortum habuit: ſalutem,
inquam, vel hoc, vel ſuum aduẽtum appellat, vel v-
trunque potius ex Iudæis proueniſſe teſtatur, quod
etiam Paulus:ex quibus,inquit, Chriſtus ſecundum [Rom.9.a]
carnem, qui eſt ſuper omnia benedictus deus in ſe-
cula.Vides enim,vt veteri fauet teſtamento, ídque
bonorum demonſtrat originem,& ſe nulla ex parte
legi contrarium? Siquidem ex Iudæis omnia bona
ortum habuiſſe dicit. *Sed * veniet hora, & nunc eſt, quãdo veri adoratores adorabunt patrem in ſpiritu & veritate.* [* ἔρχεται, venit, aut veniet. vtriuſque eſt temporis.]
Nos quidem in colẽdi ritu & modo, ô mulier, vobis
ſumus præſtantiores: veruntamen etiam iſte dein-
B ceps finem habebit.Non enim locus tantum, ſed &
colendi modus mutabitur: atq; iſta in foribus ſunt.
Venit enim hora,&nunc eſt.Quandoquidem enim
prophetæ multo pòſt tẽpore ventura prædicebant,
id hoc loco tollens dixit, & nunc eſt: quaſi dice-
ret, Ne exiſtimes hãc talẽ eſſe prophetiam, vt mul-
to pòſt tempore ſit cõplenda.Res enim ipſæ iam in-
ſtant,& in foribus ſunt,quando veri adoratores pa-
trem adorabunt in ſpiritu & veritate.Porrò dicendo
veros,Samaritanos & Iudæos à veris excepit adorã-
tibus: & quanuis meliores Iudæos, venturis tamen
longè deteriores,quantò figura veritate inferior eſt,
indicauit:eccleſiam autem ſignificat, quoniã verus
& debitus deo cultus ipſa eſt. Etenim pater quærit
tales adoratores. ſi ergo tales iampridem quærebat,
non omnino hunc illis morem conſtituit: permiſit
C tamen propter hoc,† vt eos quoq; ad verum] indu- [† vt & hos ſimul.]
ceret.Qui igitur ſunt veri adoratores? Qui nullo lo-
co diuinum cultum circunſcribunt, qui deum in ſpi
ritu colunt,ſicut & Paulus:Cui ſeruio,inquit, in ſpi- [Rom.1.b]
ritu meo,in euangelio filij eius. Et iterum:Obſecro [Rom.12.a]
vos fratres per miſericordiam dei,vt exhibeatis cor-
pora veſtra hoſtiam viuentem,ſanctam,deo placen-
tem,rationabile obſequiũ veſtrum. Per ſpiritũ autẽ
incorporeum ſignificat. Opus eſt enim incorporei
cultum etiam talem eſſe, & per incorporeum quod
eſt in nobis,hoc eſt per animã, & animæ mũdiciam
offerri,idcirco ait: *Et adoratores eius in ſpiritu & veritate adorare oportet.* Nam cùm & Iudæi & Samaritani con-
tempta anima,mundiciæ corporis plurimùm ſtude-
rent,nõ ablutione inquit,& ornatu corporis,ſed in-
corporea noſtri parte † adorandum:] quamobrem [† id eſt mẽte,is qui incorporeus eſt, colitur.]
D non pecora,non vitulos,ſed te totum deo offeras ſa-
crificium,ſic viuentem hoſtiam exhibebis. In veri-
tate enim adorare oportet: nam quæ ſuperiori tem-
pore figura erant,circuncisio,holocauſta, ſacrificia,
incenſum,iam verò non ſunt,non ſunt amplius, ſed
omnia veritas. Non enim caro,ſed malæ circunci-
dendæ ſunt cogitationes,& noſipſos crucifigere, &
irrationales auferre cupiditates oportet atque ma-
ctare. His mulier verbis implicita, & eorum ſe ſen-
ſum aſſecutam non confidens: *Scio*,inquit, *quia Meſſias * venit, qui dicitur Chriſtus: cùm ergo venerit ille, annunciabit nobis omnia. Dicit ei Ieſus: Ego ſum, qui loquor tecum.* [* ἔρχεται, venit, aut venturus eſt. præſentis eſt aut futuri temporis.]
Et vnde Samaritani Chriſti aduentum ex-
pectabant, cùm ſolum Moſem reciperent? Ex ipſo
Moſe, qui in principio filium reuelauit. illud enim,
Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudi- [Gen.1.d]
nem noſtram: ad filium dictum eſt, & Abrahæ in
tabernaculo

[Gen.49.b] tabernaculo filius loquitur,& Iacob de eo prophe-
[† non deficiet princeps ex Iuda.] tizãs,dixit:† Nõ auferetur ſceptrum de Iuda,] & dux
de femore eius,donec veniat† qui mittẽdus eſt] & ip
ſe erit expectatio gẽtiũ.Ipſe præterea Moſes inquit:
[† quod repoſitũ eſt] Prophetam de gẽte tua,& de fratribus tuis,ſicut me
ſuſcitabit tibi dñs deus tuus,ipſum audies.& quæ de
[Deu.18.d] ſerpẽte & virga Moſi,& de Iſaac & oue,& alia mul-
[Supr.3.] ta licet ſtudioſis colligere, quæ Chriſti aduẽtum te-
ſtantur.Et quánã gratia,inquies, his mulieri rationi-
bus nõ perſuaſit Chriſtus,vt Nicodemo,cui in me-
[† quę prophetiæ admonuit.] dium ſerpentem attulit, & Nathanaël † cui prophe-
tauit?] Quoniam hi viri erãt, & in huiuſmodi verſa-
ti:Samaritana rudis & abiecta mulier,expers omniũ
literarum erat,ideo nullum cum ea de ſcripturis ver
bum facit, ſed aquæ tantùm pollicitatione, & pro-
phetia eam allicit,ideóq; in ſui mentionem eam ad-
ducit,&ſe iam qui ſit manifeſtat.qđ ſi ab initio& nõ
B rogatus feciſſet, creditus eſſet delirare, & ſe iactare.
Nunc pedetentim & modeſtè nactus occaſionem,
[† opportunè ſe ipſũ manifeſtauit.] † omni ſe ſuſpicione abſoluit,] & quidem Iudæis fre
quenter rogantibus,Quouſq; animam noſtram tol-
lis?Dic nobis ſi tu es Chriſtus.nõ palàm,vt huic mu-
lieri,ſe Chriſtum eſſe profeſſus eſt:fidelior enim hęc
erat illis,qui nõ diſcendi, ſed arguendi gratia roga-
bant:nam ſi diſcere voluiſſent, verborum, ſcriptura-
rúmq; & miraculorũ ſufficiens eis fuiſſet doctrina.
Samaritana integra & ſimplici mente petiit,vt ex ſe-
quẽtibus facilè poteſt intelligi. Audiuit enim,credi-
dit,& alios ad credendũ traxit,& in omni re eius di
ligentia,& fides integra dignoſcitur. *Et continuò venerunt diſcipuli eius.* Et quidẽ tempeſtiuè, cùm iam nihil
amplius ad dicendũ relinqueretur. *Et mirabãtur quòd cum muliere loquebatur, nemo tamen dixit: Quid quæris, aut quid loqueris cum ea?* Sed quid mirabantur? Facilitatem
& incredibilẽ Chriſti humilitatem, ꝙ tam clarus &
tanti nominis,pauperem & Samaritanam mulierem
benignè alloqui nõ dedignaretur:nihil tamen roga-
runt,adeò diſcipulorũ mores imbiberant, adeò ma-
giſtrum & timebãt & reuerebantur plurimũ: atqui
nonnunquã audentiores viſi ſunt,& cùm Ioãnes ſu-
pra pectus eius recubuit,& cũ acceſſerũt ad eum di-
centes:Quíſputas maior eſt in regno cœlorũ?& cùm
[Mat.18.a] Zebedæi filij rogãt,vt alter à dextris, alter à ſiniſtris
[Marc.10.e.] ſedeat:quid igitur hoc in loco ſiluerunt? Quoniã il-
lic res ſua agebatur,ideo neceſſariò percontati ſunt:
hæc autem res nihil ad eos pertinebat:porrò Ioãnes
multo pòſt tẽpore ſuper Ieſu pectus recubuit, ſub ip
ſum finem, cũ iam Chriſto eſſet familiarior,eius di-
[Infr.19.c] lectione fretus.Hic enim erat, inquit, quẽ diligebat D
Ieſus.Quid huic beatitudini par dilectiſſimi? Noli-
mus tamẽ ea contenti eſſe,vt eũ beatũ prædicemus,
ſed totis conemur virib⁹, vt & nos beatorũ numero
adſcribamur,& imitemur euangeliſtã,& tantæ dile-
ctionis cauſam contẽplemur.Quęnã ea eſt?Reliquit
patrem & nauiculã,& rete, & ſecutus eſt Ieſum: ve-
rũ hoc & frater fecerat,& Petrus,& Andreas, & alij
item apoſtoli.In quo ergo excelluit,ꝙ tantã ſibi Ieſu
conciliauerit dilectionẽ? Nũquid inueniemus?Ipſe
de hoc nullam facit mentionem,ſed ꝙ tantùm dili-
geretur:dilectionis cauſam & modeſtè quidem ſub-
ticuit,ſed quin eximiè à Chriſto diligeretur,ambigit
nemo:non tamen neque loquendo, neque rogãdo
pręcipuam quandã apud Ieſum authoritatẽ habuiſ-
ſe apparet,vt ſæpenumero Petr⁹,vt Philippus, vt Iu-
das, vt Thomas, niſi ſemel tantùm cùm obſequi &

A obtẽperare cõdiſcipulo voluit:nam cũ ipſorũ prin-
ceps ei innuit, tũc Ieſum, quis ipſum eſſet traditur⁹,
rogauit. Immenſo nanq; hi duo diſcipuli & mutuo
ſe amore proſequebantur,in templũ ſimul aſcendiſ- [Act.3.a]
ſe,& ſimul loquẽtes ambos legimus. Atqui ardẽtius
aliquoties Petrus& mouetur,& loquitur,& demum
audit Chriſtũ dicẽtẽ.Petre amas me magis his? Qui [Infr.21.e]
autẽ præ cæteris diligebat, proculdubio & [præ cæ-
teris] diligebatur:verũ alterum amaſſe Ieſum, alterũ
à Ieſu amatum ſatis cõſtat. Quid igitur hanc præci-
puam dilectionẽ cõciliauit? Incredibilis arbitror Io-
annis manſuetudo & lenitas, qua remiſſior ſæpenu-
mero videbatur:quę quãta ſit virtus,ex Moſe mani-
feſtũ eſt,quippe quæ tantũ & talem præſtiterit:nihil
enim humilitati cõparandum. Hinc Chriſtus beati-
tudini principiũ fecit.tanquam enim quoddam im- [Abſque humilitate pietatis opera mortua.]
B menſi ædificij fundamẽtum humilitatem primũ ie-
cit,ſine qua nemo ſalutẽ cõſequitur:ſed ſiue quis ie-
iunauerit,ſiue orauerit, ſiue ſuas pauperibus eroga-
uerit facultates, ſine humilitate hæc & huiuſmodi
omnia nihil afferunt vtilitatis: contrà ipſius condi-
mento gratiora omnia, iucundioráq; redduntur.hu
miles ergo & manſuetos nos exhibeamus dilectiſſi-
mi.quam quidem virtutem ſi attendamus,facilè cõ
parabimus.Quid enim ſtulte ſuperbis? Non intelli-
gis humanę naturę imbecillitatem,& inanes ſpes no
ſtras?qui te exitus maneat conſidera, intuere multi-
tudinem peccatorum.ſed forſitan opera te tua effe-
rũt,his intumeſcis: hoc equidem pacto omniũ mer-
cedem amittis,quamobrem non adeò peccatis ob-
noxium, vt virtutis ſectatorẽ moderatione vti de-
cet. Quid tandem? Quoniam ille conſcientia retra-
C hitur:hic autem niſi ſe diligenter contineat,cõtinuò
quaſi vento quodam tollitur,& euaneſcit,quemad-
modum Phariſæus ille. At pauperibus ſubuenis? nõ
ex tuis,ſed domini facultatibus, quæ conſeruis com
munes ſunt.Quocirca humilitate vtendum eſt,& in
tui generis calamitatibus res tuas, & naturã tuam in
illis te cõſiderare oportet, fortaſſe & nos talibus ſu-
mus orti progenitoribus.Quòd ſi trãſiẽre ad nos di-
uitiæ,& aliquãdo nos deſerturos credibile eſt.Quid
autẽ omnino ſunt diuitię?Vmbra iners,fumus qui ci
tò euaneſcit,flos fœni,vel etiã viliores. Quid in fœ-
no magnifacis? Nónne & latronibus & perditis ho-
minibus,meretricibus,ſacrilegis accedũt diuitię?In-
tumeſcis ꝙ cùm talibus illas cõmunices? Sed hono-
ris cupidus es?Verùm nil honoratiorem te reddet,q̃
eleemoſyna. Diuitiarum honores & potentię coacti
ſunt,& inuidioſi:hi voluntarij,&vero honorantium
iudicio proueniunt, quare nunquam remittuntur.
Quòd ſi homines tantum honorẽ, tantam reueren-
tiam,miſericordiam ſibi facientibus tribuunt,& bo-
na eis precantur,conſidera quæſo, quã à clemẽtiſſi-
mo & benigniſſimo deo remunerationẽ,quam vicẽ
ſint accepturi.Has igitur quæram⁹ pecunias ſemper
duraturas, vt in hac vita magni, in futura glorioſi
æterna bona cõſequamur, gratia & benignitate do-
mini noſtri Ieſu Chriſti,cum quo patri gloria,& ſpi-
ritui ſancto,in ſecula ſeculorum,Amen.

Homilia xxxiij.ex cap.quarto.

REliquit ergo hydriã ſuã mulier: & abiit in ciuitatẽ, & dixit illis hominibus: Venite & videte hominẽ qui dixit mihi oĩa quæcũq; feci: nũquid ipſe eſt Chriſtus? Multo nobis feruore opus eſt,multo ſtudio,qui-
bus excitemur,alioquin impoſſibile eſt, vt promiſſa

Universidad de Deusto Biblioteca

nobis bona cōſequamur:quod ſignificans Chriſtus,
Mat.10.g nunc quidē ait:Qui nō accipit crucē ſuam,& ſequi-
Luc.12.f tur me,nō eſt me dignus:nunc verò, Ignē veni mit-
†ſi iā ac- tere in terrā,& quid volo,†niſi accendatur?]Quibus
ceſus eſt?] verbis flagrantem & incēſum diſcipulū,& in omne
periculū prōptiſſimū nobis proponit. Talis fuit etiā
hæc mulier. Adeò eñ audito Ieſu incēſa eſt, vt reli-
†neceßita cta hydria & † aqua,cuius gratia]eò cōceſſerat,in ci-
te propter uitatem properaret,& ad Chriſtū vniuerſum populū
quam.] traheret. Venite,inquit,& videte hominē qui dixit
mihi omnia quæcunq; feci. Conſidera mulieris ſtu-
dium,conſidera ſapientiā: venerat hauriendæ aquæ
gratia:& cū verum fontem inueniſſet,cōtempſit al-
terū,vt nos exemplo licèt paruo admoneret,ſpiritu-
aliū gratia ſecularia omnia eſſe nobis cōtemnenda,
†vllā eſſe neq; eorum † niſi ad neceſſitatē vllam rationem ha-
rationem bendā:quod & apoſtoli fecerūt,& hæc in præſentia
habendā. mulier.]Siquidem illi à Ieſu vocati,retia reliquerūt,
nam pro hæc ſpōte ſua reliquit hydriā,& ſuperna prouenien-
ſuis viri- te gratia apoſtolico munere fungitur: neq; vnū aut
bus, quod alterū,vt Andreas & Philippus, ſed vniuerſam aduo
apoſtoli fe cat ciuitatē,& populum ad Chriſtū adducit.Et con-
cerūt, hæc templare mulieris prudētiam.nō dixit, Venite,vide-
etiam fe- *cit.]* te Chriſtū:ſed ea qua ipſa allecta eſt humilitate,alli-
Matt. 4.c cit populares ſuos. Venite,inquit,& videte hominē
qui dixit mihi oīa quęcunq; feci. Atqui aliter dicere
potuiſſet, Venite,videte prophetam:ſed cū anima di
uino igne exardeſcit,nihil amplius terrenū curat,nō
gloriam,nō dedecus,ſed eius flammæ feruore tantū
mouetur. Nunquid ipſe eſt Chriſtus? Animaduerte
iterū immenſam mulieris ſapientiā, neque affirmat
Chriſtū eſſe,neq; reticet. Noluit huius ſe opinionis
authorem:ſed ſuo ipſorum auditu inductis hoc ipſis
perſuaderi,quod lōgè futurū erat probabilius. Atqui
nō omnē vitam ſuam à Chriſto acceperat, ex his ta-
mē quæ dixerat,& cætera credidit. Neq; dixit, Ve-
nite & credite:ſed,videte:quod & leuiꝰ erat & per-
ſuaſibilius. Animaduertis mulieris ſapiētiā? ꝓculdu-
bio intelligebat,modò illū fontem guſtarēt, eadem
de eo quę & ipſa ſenſuros:ꝙ ſi quis craſsiori eſſet in-
genio,vt cognoſcere eum non poſſet, vitam ſuam à
Chriſto patefactam in medium adducit, vt vel hinc
omnes alliciat. *Interea rogabant eum diſcipuli eius, dicētes:*
Rabbi,manduca. Hoc nō improbitate quadā,ſed amo-
re & ſtudio in magiſtrum dicebāt,cū itinere & æſtu
fatigatum viderent. quibus Chriſtus: *Ego,*inquit,*ci-*
bum habeo manducare,quem vos neſcitis. Dicebant ergo diſci-
puli ad inuicem: Nunquid aliquis attulit ei manducare? Quid
mirum ſi mulier aquæ appellatione, aquam eſſe opi
nabatur,quando & diſcipuli eodem in errore depre
henduntur,neq; adhuc ſpiritalia intelligunt, ſed am
bigunt? Solitum tamen magiſtro honorem tribuūt,
& mutuis inuicem ſermonibus diſſerētes, eum per-
contari non audent: quod & aliàs fecerunt, cū etiā
cuperēt interrogare,nec interrogarunt tamē. Quid
Chriſtus? *Meus cibus eſt,vt faciam voluntatem eius qui mi-*
ſit me,& perficiam opus eius. Hominum ſalutem hoc in
loco cibum appellat,vt quanta ſalutis noſtræ cura &
deſiderio teneatur, oſtendat. ſicut enim nos cibum,
ita Chriſtus humani generis ſalutē deſiderat. Accipe
autem quo pacto nō omnia ſemper palàm ante ocu
los ponit,ſed primū obſcuritate quadā inuoluit au-
ditorem, vt inter dubitādum inquirendo laborans,
certius veritatē inueniat,& magis excitetur auditor.
quamobrem non primū dixit, Meus cibus eſt, vt fa-

A ciam voluntatem patris mei:quod etſi non manife-
ſtum erat,tamen intellectu facilius, quàm ego cibū
habeo mānducare,quem vos neſcitis. Primum igitur,
vt dixi,obſcuriori ſermone attētiores reddit, & † vt *†vt per ſi-*
melius]quę dicturus erat intelligerēt,aſſuefacit:quę *lia ænig-*
verò ſit voluntas patris,iam interpretatur. *Nónne vos,* *mata.]*
inquit,*dicitis, quòd adhuc quatuor menſes ſunt,& meſſis ve-*
nit? Ecce dico vobis,leuate oculos veſtros, & videte regiones,
quia albæ ſunt iam ad meſſem. Ecce iterum familiaribus
nominibus ad maiorem eos erigit cōtemplationem.
nam cibi appellatione nihil aliud quàm futurā ho-
minum ſalutem demonſtrat:regionis autem & meſ-
ſis,animarū multitudinem,quę in ipſius prędicatio-
ne erant crediturę:oculos autē & mentis & corpo-
ris ſignificat. Iam enim venientium Samaritanorum
turbam videbant,quorum feruorē & promptiſsimā
voluntatē albas regiones appellat. Sicut enim ſpicæ
B flaueſcētes meſſem indicāt, & iam manus poſtulāt,
ita illi properabant ad ſalutem. Et quid nō apertius
dixit prompto eos animo venire, vt & docerētur &
crederent,& à prophetis perſuaſi fructum redderēt,
ſed regionem tantū & meſſem appellauit? Quid ſibi
hæ volūt tranſlationes, quibus non hîc tantùm, ſed
per totū vtitur euangeliū? itidem & prophetæ pluri-
mū his vti aſſolent. Quānam hoc gratia? Neq; enim
temerè ſpiritus ſanctus ita inſtituit, duabus rationi-
bus:primū,vt ſignificantius loqueretur,& magis an-
te oculos poneret. Mens enim familiariū rerū ima-
gine cōcepta, magis ſuſcitatur, & tanquā in pictura
rem ipſam magis amplectitur. Deinde vt iucūdior
eſſet narratio,& diutius animo immoraretur. Non
enim tā facilè ſentētia capitur,neq; ita trahit audito-
C rū multitudinē, vt rerū narratio, & per ea maximè
quorū periculū fecimus deſcriptio: ſimilitudo quo-
que multā præ ſe fert ſapientiū. Et qui metit,merce-
dē accipit,& congregat fructū in vitā æternā. huius
terrenæ meſsis fructus ad æternā non peruenit vitā,
ſed in hac fluxa & caduca cōſumitur,ille autē perpe
tuò nos comitatur. Animaduertis enim verba quidē
ſenſibilia,ſenſus verò ſpiritales:& quo pacto terrena
à cœleſtibus ſeparat? Quod enim de aqua more ſuo
peculiari dixit, ꝙ qui biberit ex hac aqua,non ſitiet:
hoc & nūc dicit,ꝙ congregat fructū in vitā æternā:
vt & qui ſeminat,ſimul gaudeat,& qui metit. Quis ſa
tor? quis meſſor eſt? Prophetæ ſatores, nō meſſuerūt
tamē,ſed apoſtoli:atqui non propterea voluptate &
fructu laborū priuantur,ſed vobiſcum gaudēt, quā-
uis vobiſcum vnà non meſſuerunt:neq; enim meſsis
D ſerēdi habet difficultatem,& in meſſe minus laboris
eſt,& plus voluptatis. Ad hoc vos ſeruaui,nō ad ſerē-
dum,vbi plurimū laboratur. In metendo autem &
prouentus vber,& labor remiſsior. Hinc prophetarū
voluntatem fuiſſe demonſtrat,vt humanū genus ad
Chriſtum allicerent, hoc per legem cōmunicatam:
propterea ſeminaſſe,vt hūc parerent fructū,& ſe eos
miſiſſe,& magnam inter vetus & nouū teſtamētum
eſſe cognationē,quæ omnia hac ſimilitudine oſten- *†nunc nō*
dit. Meminit autem prouerbij,quod in ore multorū *dixit mer*
eſt:in hoc enim eſt verbū verū, quia alius eſt qui ſe- *cedem(ne-*
minat, & alius eſt qui metit. Hoc frequēs dictū erat, *que enim*
quando alius labores,alius fructū reportaret: quod *ſine mer-*
prouerbiū hîc maximè verū deprehēdi dicit: Labo- *cede mul-*
rarūt enim prophetæ,vos fructus inde capitis.† neq; *tus illorū*
dicit mercedem: neq; enim multus illorū labor, ſed *labor fuit)*
fructus fuit.]hoc & Daniel fecit,etem ipſe prouerbii *ſed fru-* *ctus.]*
meminit

Dan.9.f meminit,dicens:Exiit ab iniquis peccatū. Et Dauid
etiā in fletu ſuo eius mentionē facit, propterea hoc
præoccupans Ieſus inquit: Vt & qui ſeminat, ſimul
gaudeat & qui metit. Cum dicendū eſſet,alius ſemi-
nauit,alius metit. & ne quis, vt diximus, prophetas
mercede fraudatos putaret, nouū quiddā, & præter
opinionē,& ſenſibus abhorrēs, ſed in ſpiritalibus e-
gregium narrat: ſiquidē in his terrenis,ſi alium ſemi
nare cōtingit,aliū metere, non ſimul gaudēt,ſed al-
teri dolēt: vtpote qui pro aliis laborē ſuſceperint,ſoli
autē meſſores gaudēt:hic autē qui non metunt quæ
ſeminarūt,eadē qua metentes afficiūtur lætitia: vn-
de perſpicuū eſt eos mercedis eſſe participes. *Ego mi-*
ſi vos metere quod vos non laboraſtis:alij laborarūt,& vos in
labores eorū intraſtis. His eos verbis magis hortatur. Cū
enim laborioſum videretur orbē terrarū peragrare,
& prædicationibus inſiſtere,eius facilitatē oſtendit.
Laborioſior erat ſatio,& maiori egebat ſolicitudine
ſemina ſpargere, & ad dei cognitionē animā erudi-
re:hoc autē dixit,ne ad prædicandū dimiſſi, tanquā
maximū onus ſubeuntes perturbarētur. magis enim
prophetæ laborauerūt,quod ratione cōfirmat,quo-
niā facilius ipſi opus ſuſceperint. Siquidē vt in meſſe
facile fructus colligitur,& breui manipulis impletur
area,neq; tēpora expectātur,non hyēs,non ver,non
pluuiæ:ita nunc fit,& opera ipſa clamant. Dum hæc
diceret,exierunt Samaritani, & mox coactus eſt fru
ctus, propterea inquit: *Leuate oculos veſtros, & videte*
regiones,quia albæ ſunt. Verba res ipſa confirmauit, ex
ciuitate enim illa multi crediderūt in eum Samarita
norum,propter verbū mulieris teſtimoniū perhibē-
tis: Quia dixit mihi omnia quæcunq; feci. Videbant
enim non ad gratiā locutā,neq; qui peccata ſua nar
rarit admiratā,neq; vt alteri gratificaretur,ſuam ma
nifeſtam vitā faceret. Hanc & nos mulierem imite-
mur,& in peccatis quæ cōmiſimus cōfitendis nemi-
nem vereamur, deum duntaxat, vt decet, formide-
mus:qui & nunc opera noſtra videt, & tunc quos in
præſentia non pœnitet,dānabit. At nos contrà futu-
rū iudicē minime timemus, ſed qui nihil nobis poſ-
ſunt officere, eos & horreſcimus, & pudore tremi-
mus:idcirco in quo timemus,in eo pœnas dabimus.
Nā qui in hac vita ſolo hominū pudore afficiuntur,
deū vniuerſa ſpectantē minime curāt: qui in omnia
ſcelera prolabūtur,quos nihil pudet,qui non mutan
tur,hi in die illa nō vno præſente,vel altero,ſed vni-
uerſo mundo teſte manifeſtabūtur. Nam quòd bo-
norum operū, & malorū magnū illic ſpectaculū pa-
teat,ouium & hœdorū ſimilitudo edocet: & beatiſ-
2.Cor.5.b ſimus Paulus his verbis teſtatur: Omnes enim nos
manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt referat
vnuſquiſq; propria corporis pro vt geſſerit, ſiue bo-
num,ſiue malū. Cōmiſiſti aliquod ſcelus,aut animo
agitaſti,homines celas,nō deū,& nihil curas, oculos
hominū formidas:intellige igitur in illo die te ne ho
mines quidē quicquā celaturū: omnia nāq; tanquā
in imagine oculis noſtris repræſentabūtur, vnuſquiſ
†ſua] que †ſingulorū] ſcelera puniēda iudicabit: quod ex
Luc.6.e diuite videri licet, qui cum Lazarū pauperē, & iam
ſæpenumero à ſe cōtemptum, & maledictis affectū
intueretur,vt intincto in aquā digito linguā ſuā refri
geret, obſecrat. Vos autē hortor dilectiſſimi, vt etſi
nemo opera noſtra videat,vt ſinguli ſuam conſcien-
tiam ingrediantur, & iudicē ſibi rationē conſtituāt,
errata ſua in medium adducant,niſi velint in die illa

A horrēda vniuerſo orbi ea manifeſte patere:ſanentur
iam vulnera, ſumatur pœnitentis medicina. Poteſt
etiā qui innumeris ſit cōfectus vulneribus ſanus eua
dere. Si dimittitis,inquit,dimittetur vobis: & ſicut in *Luc.6.f*
baptiſmate abluta peccata non amplius apparēt: ita
& †dimittēdo abluūtur,] ſi pœnitere voluerimus. Ea *†iſta de-*
demū eſt pœnitentia,ne amplius peccemus. Nā qui *lebuntur]*
ad peccata reuertitur, ſimilis eſt cani ad vomitū re- *2.Pet.2.d*
deūti. Oportet igitur & operibus & animo omni ſce
lere vacuū eſſe, & vulneribus cōtrariam afferre me-
dicinā. Verbi gratia: Rapuiſti,& ditatus es,pone mo-
dum rapinæ, & eius vulneri eleemoſyna medearis.
Scortatus es, huic vlceri caſtitatis imponatur medi-
cina. Fratrē calumniatus es,& offendiſti:ceſſa à ma-
ledictis & charitatē amplectere,& ita per ſingula fa-
ciamus,quę perperā cōmiſimus,neq; ſimpliciter his
abſtineamus. Inſtat iam,inſtat inquā tēpus exigēdæ
B rationis:ideo Paulus ait,Dominus propè eſt,nihil ſo *Phili.4.a*
liciti ſitis. Sed nobis contrariū fortaſſis eſt dicēdum:
dominus propè eſt, ſoliciti ſitis. Illi enim qui in an-
xietatibus & laboribus atq; certaminibꝰ verſabātur,
iure audiebāt, Nihil ſoliciti ſitis: qui vero in rapinis
viuūt, qui in deliciis graues daturi pœnas, non hoc,
ſed illud merito audiant: Dominus propè eſt,eſtote
ſoliciti. Non enim lōge à fine abſumus, ſed iam mū-
dus ꝓperat:hoc bella,hoc afflictiones,hoc terręmo-
tus,hoc extincta charitas ſignificat. Quemadmodū
enim corpus iam aduētante morte innumeris malis
afficitur, & domus prope caſum in rimas fathiſcit: &
prius à tecto & parietibus multa decidūt:ita & orbis
terrarū ad finē properās, tātis vndiq; malis conteri-
tur. Nam ſi Pauli tēporibus dominus propè erat,nūc
C profecto propius:ſi ante trecētos annos finē tempo-
rū Paulus eſſe dixit,quid nunc dicendū? Sed idcirco
quidā non credunt,cum maxime ſit credendū. Quo
argumento homo finē appropinquare,& breui quæ
prædicta ſunt euentura diffidis? Siquidē vt anni finē
non vltimū duntaxat diem, ſed mēſem poſtremum
dicimus,etiāſi triginta dierum ſpacium cōtineat: ſic
tot annorum etiam ſi quadringentos annos finē di-
xerimus,nō errabimus, quocirca tot iam tēporibus
finem prænunciauit. Cohibeamus igitur dilectiſſimi
affectus noſtros, exerceamur in dei timore: etenim
nobis licentia perditis,nihil tale expectātibus ex im-
prouiſo dei aduētus aderit,quod his verbis Chriſtus
ſignificat: Sicut factū eſt in diebus Noë,& in diebus *Mat.24.c*
Loth,ſic erit. Et Paulus: Cū dixerint pax & ſecuritas, *1.Theſſal.*
tunc repētinus eis ſuperueniet interitus, ſicut dolor *5.a*
D in vtero habētis. Sed quid per hāc vltimā particulā
intelligitur? Sæpe grauidę mulieres inter ludendum
& edendū, dum balneis, dum ſpectaculis oblectan-
tur,repētinis torquētur doloribus:hac & nos in hac
vita cōditione verſamur. Simus ergo ſemper parati,
non ſemper hæc audiemus,non ſemper habebimus
benefaciendi poteſtatē. In inferno,inquit,quis con- *Pſal.6.b*
fitebitur tibi? dum hanc vitā agimus nos pœniteat,vt
deum nobis propitiū reddamus, & veniā cōſequa-
mur peccatorum, gratia & benignitate domini no-
ſtri Ieſu Chriſti, per quem & cum quo patri gloria,
ſimul & ſpiritui ſancto,in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia xxxiiij. ex cap. quarto.

CVm veniſſent ergo ad illum Samaritani, rogauerūt
eum vt ibi maneret:& mānſit ibi duos dies. Et mul-
to plures crediderūt propter ſermonē eius,& mulieri
dicebant:quia iam non propter tuā loquelā credimus:ipſi enim
audiuimus

Universidad de Deusto
Biblioteca

*audiuimus & ſcimus,quia hic eſt vere ſaluator mũdi,&c.*Ni
hil inuidia nocentius,nihil inani gloria grauius, ipſa
innumera bona corrũpere cõſueuit. Nã cum Iudæi
maiorẽ quàm Samaritani dei cognitionẽ haberent,
& in prophetarũ eſſent lectionibus educati,his lõge
inferiores apparuerũt. Samaritani enim mulieris te-
ſtimonio fide adhibita, nullo ſigno cõfirmati, Chri-
ſto obuiã fiunt,rogant apud ipſos moretur.Iudęi tot
miraculis admoniti,non modo non retinẽt, ſed ex-
pellere cõtendunt. Atqui eorum gratia in mundum
venit,ipſi tamẽ expulerũt: hi vt maneat,rogant. Nũ
ergo ad hos non accedendũ fuit? Num tãtopere ro-
gantes & indigentes erant contẽnendi:& apud inſi-
diantes & expellentes morã trahere, amãtibus autẽ
& volentibus,ſe non exhibere decuit?Indignũ ſanè,
& à Chriſti benignitate alienũ. Eorũ itaq; obtempe
rauit voluntati,& mãſit apud eos duos dies:ipſi autẽ
ſemper eum apud ſe habere voluiſſent, vt ſignificat
euangeliſta,q; rogauerũt eum vt ibi maneret: quod
ipſe noluit,ſed mãſit duos dies, quibus multo plures
crediderunt in eum,non tamen credibile erat, cum
nullum ſignũ viderint credituros, maxime cum Iu-
dæos odio haberent:veruntamen cum verba eius &
veritatem reputãrẽt, nil curarunt amplius,ſed altius
quàm quæ impediebãt contẽplati ſunt,& Chriſtum
admirari, & venerari maiorẽ in modum contende-
bant. Dicebãt enim mulieri, Quia iam non propter
tuam loquelã credimus:ipſi enim audiuimus,& ſci-
mus,quia hic eſt vere ſaluator mũdi Chriſtus.Diſci-
puli magiſtram ſuperarũt,hi Iudæos haud iniuria &
Infr. 9.g. credendo & accipiẽdo accuſare poſſent:ſiquidẽ illi
& 10.f frequenter Chriſtũ lapidibus perſecuti ſunt, quorũ
ipſe gratia omnia fecerat: hi neq; ad ſe venientẽ ſe-
cum manere hortabãtur: illi viſis ſignis & miraculis
pertinaciter obduruerũt, hi ſine ſigno aliquo pluri-
† & in hoc illis ſunt præferendi, quòd abſque ſignis crediderint,] mam in eum fidẽ præ ſe tulerũt. †Hi de fide conten-
dunt,]illi ſigna efflagitare non deſinũt:ita ſemper fi-
deli animo opus eſt, qualẽ veritas vbi adepta fuerit,
facile illuſtrat:ſin minus,nõ veri imbecillitas,ſed no
lentis perfidia culpãda eſt. Nam & ſol puros oculos
nactus facile illuminat:ſin minus,oculorũ culpa, nõ
ſolis eſt. Audi igitur q̃d hi loquãtur. Scim⁹, inquiũt,
quia hic eſt vere Saluator mũdi. Quàm breui Ieſum
orbẽ terrarũ conuerſurũ nouerunt,q; ad cõmunem
omniũ ſalutẽ venerit,q; non ſolis Iudæis eius proui-
dentia præſcriberetur: ſed vbiq; terrarũ verbũ ſuum
eſſet diſſeminaturus:nõ ita Iudæi,ſed quærẽtes pro-
priam iuſticiã cõfirmare, iuſticiæ dei non paruerũt.
Ad Roma 10.a Hi autẽ omnes in culpa eſſe cõfitentur, illud apoſto
licum ſentiẽtes,q; omnes peccauerũt, & egẽt gloria
Rom.3.c dei,iuſtificati gratis per gratiã ipſius. Cum enim di-
cerent ſaluatorẽ eſſe mũdi, intellexerũt perditi,nec
ſimpliciter,ſed in rebus maximis ſaluatorẽ. Venerũt
enim multi vt ſaluos facerẽt & prophetæ & angeli:
ſed hic vere ſaluatorẽ inquiunt,qui verã ſalutẽ elar-
gitur,non breui,ſed perpetuo duraturã:hoc ſyncerę
fidei argumẽtum. Vtrinq; enim admirabiles extite-
runt,& q; crediderunt, & q; ſine ſignis & miraculis,
Infr.20.g quos & Chriſtus beatos dicit:Beati qui non viderũt
& crediderũt. & q; ſyncere crediderint,inde cõſtat,
q; cũ mulier dubie loqueretur:Nũquid hic eſt Chri-
ſtus?nullã pręſe tulerunt dubitationẽ,ſed ſcire eum
eſſe proculdubio aſſeuerauerunt,neq; vnũ quẽdam
ex medio vulgo Chriſtum,ſed vere ſaluatorẽ cõfeſſi
ſunt. Atqui quẽ ſaluum feciſſe viderãt?verba audie-

A rãt tãtum,& tam certe locuti ſunt. Quid ſi miracula
vidiſſent? Nónne plura & maiora dixiſſent? Quánã
autẽ gratia,quæ & quãta locutus ſit nõ narrãt euan-
geliſtæ? Vt multa & magna eos omittere intelligas,
ab euẽtu autẽ omnia demõſtrant:perſuaſit nãq; po-
pulo & vniuerſæ ciuitati: vbi autẽ nõ perſuaſum eſt,
quæ dixerit exponere cogũtur,ne auditorũ ignauiã
in oratorẽ quiſpiã duceret referendã. *Poſt duos autem* *Luc. 14.d*
dies exijt inde,& abijt in Galilæã. Ipſe enim Chriſtus teſtimo-
nium perhibuit,quia propheta in ſua patria honorẽ non habet.
Quare iſtud addidit? q; non in Capernaũ,ſed in Ga-
lilæã & in Cana abiit. Ne percõteris enim quare nõ
apud ſuos potius quàm apud Samaritanos manſerit,
cauſam hic affert,quoniã ſui ipſum nõ audirẽt: non
ergo eò ſe cõtulit,ne grauius iudicarẽtur.Puto enim
hoc in loco patriã Capernaũ ſignificare:nã quòd in
B Capernaũ nullum honorẽ aſſecutus ſit, audi ipſum
dicentẽ:Et tu Capernaũ † nũquid vſq; in cœlũ exal- *† quæ es vſque ad cœlũ exaltata,]*
taberis,] vſq; in infernũ deſcẽdes.Patriã autẽ appel-
lat, in qua carnẽ acceperat, & in qua diutius verſa-
tus eſt. Quid in quiet quiſpiã? nónne videmus mul- *Matt.11.c*
tos in popularibus ſuis magni nominis & authorita
tis? Videmus,inquit,raro tamẽ:neq; per ea quæ raro
cõtingunt, ſentẽtia ferenda eſt:& qui domi ſuæ ho-
norãtur,lõge magis alienæ. cõſuetudo enim contẽ-
ptum facere cõſueuit.*Cum ergo veniſſet in Galilæã,exce-*
perunt eũ Galilæi,cum omnia vidiſſent quæ fecerat in Hiero-
ſolymis in die feſto,& ipſi enim venerãt ad diem feſtũ. Ecce
qui reprehẽſi ſunt,hi maxime Chriſtũ accipere inue
niuntur.Nam apud hunc euangeliſtã dicitur: A Na *Supr.1.g*
zareth poteſt aliquid boni eſſe?Et alibi: Scrutare,& *Infr.7.g*
vide,quia propheta à Galilæa nõ ſurgit:quod in cõ-
C tumeliam dicebãt.Cõmunis enim opinio erat,Chri
ſtum Nazarenũ eſſe. ei etiã tanquã Samaritano ex-
probrabãt.Samaritanus es,inquiũt,& dæmoniũ ha- *Infra 8.f*
bes.Veruntamẽ & Samaritani & Galilæi credunt in
ignominiã Iudæorũ,ſed Samaritani vehemẽtiorem
præ ſe tulerunt fidẽ,cũ mulieris tantũ teſtimonio in
Ieſum crederẽt,Galilęi non niſi miraculis cõfirmati.
Venit ergo Ieſus iterũ in Cana Galilææ, vbi fecit aquã vinũ.
Miraculum in memoriã reducit,ad maiorẽ Samari-
tanorum laudẽ.Signorũ nanq; gratia quæ Hieroſo-
lymis,quæ apud ipſos fecerat,eum acceperãt,Sama-
ritani doctrina tantũ: q; autẽ in Cana Galilææ vene
rit, dicit. Quánã gratia,ſubticet. In Galilæã propter
Iudæorũ inuidiã cõceſſit:in Cana vero quãobrẽ?Pri
mum vocatus ad nuptias, nũc arbitror, vt præſentia
ſua ſuperioris miraculi fidẽ cõfirmaret, & ſpõtaneo
D acceſſu magis alliceret,cũ relicta patria eos potiores
ducere videretur.*Et erat quidam regulus,cuius filius infir-*
mabatur Capernaũ.Hic cũ audiſſet,quia Ieſus adueniret à Iu-
dæa in Galilæã,abijt ad eũ,& rogabat eũ, vt deſcẽderet,& ſa
*naret filiũ eius.*Siue quòd regio eſſet genere,ſiue quòd
alia principatus dignitate fungeretur, regulus appel
labatur:nõnulli eundẽ hunc eſſe opinãtur & qui eſt
apud Matthæũ,ſed alter profecto videtur nõ modo
dignitatis nomine,verũ & fide:ille quidẽ volẽte Ie-
ſu ad ipſum ire,ſe indignũ cẽſet,hic domũ trahit. Il-
le, Non ſum,inquit, dignus vt intres ſub tectũ meũ: *Matt. 8.b*
hic,vt deſcẽdat priuſquã moriatur filius,enixe orat.
Illic quidẽ cum de mõte deſcendiſſet Ieſus, intrauit
Capernaũ: hic vero à Samaria,& non in Capernaũ,
ſed in Cana Galilææ ingreſſo acceſſit regulus. Illius
præterea filius paralyſi laborabat,huius febribus: &
rogabat eum vt deſcenderet, & ſanaret filium eius,
incipiebat

incipiebat enim mori.Quid ad hũc Chriſtus?*Niſi ſi-*
gna, inquit, *& prodigia videritis,nõ credetis.* Atqui & q;
venerat,& quòd rogabat, eius fidei eſt argumẽtum.
Præterea hoc teſtatur euãgeliſta. Nam cum diceret
Ieſus: *Vade,filius tuus viuit,credidit homo ſermoni,& ibat.*
Quid ergo ita Chriſtus reſpõdit?Vel quia Samarita-
nos,qui ſine miraculis crediderunt admiratur:vel ci
† qua ciuitas ipſius eſſe videbatur] uitatem Capernaũ,†vnde ille gẽtilis erat] reprehen-
dit. Siquidẽ cum alius apud Marcũ diceret: Credo
domine,adiuua incredulitatẽ meam:iterũ his verbis
Marc.9.d vſus eſt.Itaq; licet hic crediderit,non tamẽ firmiter,
neq; integre: quod ſciſcitãdo ſeruos demonſtrauit,
qua hora reliquerit filiũ febris. Voluit enim cogno-
ſcere an ſponte ſua, an Chriſti præcepto diſceſſerit.
Cũ vero cognouit, quia heri hora ſeptima: credidit & ipſe,&
domus eius tota. Vides tum demũ in fide cõfirmatum,
cum ſeruorum de valetudine filij teſtimonium acce
pit?Quãobrem hominis animum intuitus arguit, vt
magis in fide confirmaret:neq; enim ante ſignũ ad-
modum credebat: quòd ſi venit & rogauit,minime
mirũ eſt.Ob incredibilem enim in filios amorẽ non
modo quibus cõfidunt medicis,ſed & quoſlibet cõ-
pellare parẽtes ſolẽt,ne quid in aduerſa filiorũ vale-
tudine omittãt. Nam quòd non multũ ſpei in Chri-
ſto haberet, cõſtat, quoniã veniente Ieſu in Galilæã
obiter & per occaſionẽ acceſſit:quòd ſi vere Chriſti
poteſtatẽ crediſſet,non vtiq; in tanto filij periculo
Iudæam petere neglexiſſet: quòd ſi timuerat, ne ſic
quidẽ ſatis erat cauſæ.Conſidera igitur ipſius verba,
quantã viri infirmitatẽ indicant. Debuerat enim, ſi
non prius,at ſaltẽ poſt reprehẽſam ipſius animi ſen-
tentiã,magnam quandã de Ieſu opinionẽ cõcipere.
Audi quantũ adhuc humi trahatur.Deſcẽde,inquit,
priuſquã moriatur filius meus.ac ſi mortuũ ſuſcitare
non potuiſſet,& neſciret vt ſe puer haberet: idcirco
eum reprehẽdit,& animũ arguit, oſtendẽs ſigna ma
xime animæ gratia fieri:neq; minus hoc in loco pa-
trem animi morbo laborantẽ quàm filiũ curat, ſua-
détq; non ſigna nobis,ſed doctrinã ipſius attenden-
dam.Signa enim infidelibus & rudioribus exhiben-
da.Regulus autẽ filij dolore affectus,non multũ tũc
Ieſu verbis attẽdit, ſed in ſolius filij cura verſabatur,
poſtmodũ ea reputaturus, & inde multum vtilitatis
Matt.8.a cõſecuturus.Cur autẽ Centurioni ſe iturũ vltrò pol
licitus eſt,regulo autẽ ne rogatus quidẽ?Quoniã in
illo fides perfecta erat,ideo ſe iturũ dixit, vt viri fidẽ
cognoſceremus:at regulus adhuc imperfectus erat,
propterea omni ſtudio Chriſtũ impellebat, vt deſcẽ
deret,neq; adhuc norat abſentẽ quoq; curandi ha-
bere poteſtatẽ.Quòd ergo id poſſet oſtẽdit,vt quod
per ſe Cẽturio ſentiebat,hic non accedente Ieſu eru
diretur.Cum itaq; dixit:Niſi ſigna & prodigia vide-
ritis,non credetis:debitã de ſe eos fidem nõ habere,
ſed adhuc tanquã prophetam opinari ſignificauit.
Quocirca rem indicat,& ſine miraculis credendum
Infr.14.b admonet, quod & Philippũ admonuit: Non credis
Ibid.10.g quia ego in patre, & pater in me eſt? Et ſi mihi non
vultis credere,operibus credite.*Iam autẽ eo deſcẽdente,*
ſerui occurrerũt ei,& nunciauerunt dicẽtes,quia filius eius vi-
ueret.Interrogabat ergo horã ab eis,in qua melius habuerit.&
dixerũt ei:Quia heri horã ſeptima reliquit eum febris.Cognouit
Vade, in Græcis nõ habetur. *ergo pater,quia hora illa erat,in qua dixit ei Ieſus:* [*Vade,*] *fi-*
lius tuus viuit.Et credidit ipſe,et domus eius tota. Vides quo
pacto miraculũ manifeſtatur?Non enim per ſucceſ-
ſionem,& diuturnitatẽ conualetudinis,vt aſſolet,li-

A berat⁹ eſt,ſed repẽte,ne naturalis valetudo,ſed Chri
ſti operatio videretur. Nam qui in ipſum mortis ar-
ticulum venerat,patris teſtimonio dicẽtis: Deſcẽde
priuſquã moriatur filius meus,eueſtigio in proſperã
reſtitutus eſt valetudinẽ.Quæ res etiã ſeruos excita-
uit.Serui autẽ fortaſſis non vt nũciaturi tantum, ſed
vt ſuperfluum Chriſti aduentum,obuiã ierant.Scie-
bant enim iam aduẽtare, quare in itinere eum con-
uenerunt. Regulus ergo iam timore depoſito fidei
incũbit,vt oſtẽderet profectionis ſuæ gratia id con-
tigiſſe,& iam ſe non fruſtra profectũ delectatur, hac
gratia ſummã in percõtando adhibet diligentiã. Et
credidit ipſe, & domus eius tota. Iam nihil amplius
erat dubitandũ.qui enim neq; affuerant,neq; audie
rant Chriſtum, neq; tempus norãt, hi à domino ſuo
tempus cognoſcẽtes,Chriſti poteſtatem quàm cer-
B tiſſimam habuerunt,ideo & ipſi crediderũt.Quid er
go hinc hodie reportabimus? non expectãda mira-
cula,neq; diuinæ virtutis pignora efflagitãda.Video
enim & nunc multos, cum in filij, vel vxoris morbo
exaudiuntur,tunc maiorẽ deo exhibere reuerentiã.
Decens autẽ eſt etiam non exauditos tolerare, & ni
hilominus gratias habere,eúmq; laudibus proſequi:
hoc fideliũ ſeruorũ eſt,hoc conſtantiæ,hoc pietatis,
quali in dominũ affectu eſſe debemus: vt nõ ſolum
cum clementer nobiſcũ agit, verumetiam cum indi
gnatur,cum flagellat,ad eũ percurramus: hoc enim
diuina operatur prouidentia. Siquidẽ quem diligit, *Heb. 12.b*
caſtigat:flagellat quẽcunq; filium ſuſcipit. Qui autẽ
cum votũ aſſequitur,deum colit tantum,non multa
præ ſe fert dilectionis argumenta,neq; ſyncere Chri
ſtum amat. Et quid ego valetudinẽ dicam? Quid pe
C cuniarum copiã?quid paupertatẽ?quid morbũ?Et ſi
gehennã,ſi quid grauius audieris, non tamẽ diuinæ
nobis ſunt laudes remittẽdæ: ſed omnia & faciẽda,
& ferẽda eius dilectionis gratia. Hoc,inquam, fide-
lium ſeruorũ eſt,hoc cõſtantis animi:& qui ita affe-
ctus eſt,præſentia facile pferet,& futuris bonis frue-
tur,& plurimũ deo fidere poterit, gratia & benigni-
tate domini noſtri Ieſu Chriſti,per quẽ, & cum quo
patri ſit gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia xxxv. ex cap. quinto.

HOc iterum ſecundũ ſignũ fecit Ieſus cum veniſſet à
Iudæa in Galilæã.Poſt hæc erat dies feſtus Iudæorũ,
*& aſcẽdit Ieſus Hieroſolymã.*Quemadmodum
in auri metallis, ne minimã quidẽ venam quiſpiam,
qui rẽ intelligat,omittere patitur,vtpote quæ ad au-
gendas diuitias plurimum faciat:ita & in diuinis ſcri
D pturis ne vnũ iota,aut vnus apex,†ſed ne dimidium *† ſine dãno prætermitti poteſt]*
quidem prætermittendũ eſt,] ſed omnia diligentius
inueſtigãda: nam à ſpiritu ſancto omnia proueniũt,
neq; in his quicquã ſuperfluũ, nihil non neceſſariũ.
Cõſidera, quæſo, quid in hoc loco dicat euãgeliſta:
Hoc iterum ſecũdum ſignũ fecit Ieſus,cum veniſſet
à Iudæa in Galilæã.Secundũ,nõ temere addidit:ſed
adhuc Samaritanos admiratur,cum poſt alterum ſi-
gnum Galilæi nondum ad eorum qui nihil viderant
perfectionẽ perueniſſent. Poſt hæc erat dies feſtus
Iudæorũ. Quinam?Vt mihi videtur, Pentecoſtes.Et
aſcendit Ieſus Hieroſolymã.Frequẽter in ſolennita-
tibus ciuitatẽ petit, tum vt videatur ipſe quoq; cum *† qui melius erant affecti veniebant.]*
reliquis feſtos dies celebrare, tum vt ſimplicẽ ad ſe
multitudinẽ alliciat.Maxime eñ huiuſmodi diebus
†meli⁹ diſpoſita eſſe cõſueuerat.] *Eſt autẽ Hieroſolymis* *† Bethſaida,*
probatica piſcina, quæ cognominatur Hebraice † Bethſaida,
quinque

Universidad de Deusto
Biblioteca

quinque porticus habens: in his iacebat multitudo languentiũ, cæcorũ, claudorum, aridorũ, expectantium aquæ motũ. Quis hic curationis modus? quid per hoc nobis mysteriũ significatur? Nõ temere, nec ab re hæc, sed futura nobis tanquã imagine & figura quadã describũtur, ne res nimiũ incredibilis, & inexpectata, †accedente fidei virtute multitudinis animos offenderet.] Quęnã igitur hæc descriptio? Futurũ erat baptisma plenum maximę potestatis & gratiæ, purgaturũ peccata, pro mortuo viuum effecturum. Quemadmodum hęc in figura & piscinæ huic, & aliis pluribus adscribuntur, & primum quidẽ datur aqua quæ corporũ maculas purgaret, & non veras, sed apparẽtes pollutiones, vt cum mortuũ tetigissent, aut leprosum, aut aliquid tale. Et hac gratia multa in veteri testamẽto per aquã mundata sunt. Veruntamen ad propositũ nobis sermonem in præsentia redeamus. Primũ igitur pollutiones corporũ, indevaria morborũ genera per aquã sanãtur: siquidẽ cum vellet deus appropinquãtis baptismatis fidẽ nos erudire: non solũ pollutiones, sed etiam morbos per aquã expulit. Propiores enim veritati imagines, & in baptismate & in passione, & in aliis illustriores fuerũt, quàm vetustiores. Nam sicut regij familiares, hastatis honoratiores sunt: ita & propiores figuræ. Et descẽdens angelus, motæ aquæ sanandi virtutẽ largiebatur, vt intelligerẽt Iudæi lõge magis angelorũ dominũ omnia animæ impedimẽta sanare posse. Et quẽadmodũ huius aquæ natura per se non sanabat, siquidẽ semper sanasset, sed dũtaxat cũ ab angelo mouebatur: ita & in nobis nõ simplex aqua operatur, sed cum spiritus gratiã accipit, omnia abluit peccata. Iuxta hãc piscinã iacebat multitudo languentium, cæcorũ, claudorum, aridorũ, expectãtium aquæ motũ. Verum tunc infirmitas corporis sanari volentẽ impediebat, nunc vnusquisq; potestatem habet accedẽdi. Non enim angelus aquam mouet, sed angelorũ dominus totũ perficit: iam non habet excusationis locũ infirmus, nõ habere se hominem qui sibi opituletur, neq; dum venit, aliũ descendere: sed licet vniuersus mũdus accedat, non consumitur gratia, neq; virtus deficit, sed eadẽ semper permanet. Vt enim solares radij singulis diebus illuminant, neq; ex multa sui cõmunicatione vis eorũ minuitur: ita, imò longe minus spiritus operatio ob accipientium multitudinẽ remittitur. Hoc autẽ factũ est, vt qui in aqua corporis morbos sanari posse didicissent, in eo aliquãdiu exerciti, animæ morbos per aquã curari posse facilius crederẽt. Et quánam gratia Iesus contẽptis aliis, ad eum, qui octo & triginta annos ægrotauerat, venit? quid præterea interrogat, *Vis sanus fieri?* Non quòd dubitaret, esset enim absurdũ: sed vt illius ostẽderet tolerantiã, vt intelligamus quare posthabitis cęteris ad hunc venerit. Quid ille? *Volo domine, sed hominẽ nõ habeo, vt cũ turbata fuerit aqua, mittat me in piscinã. Dũ enim venio ego, alius ante me descendit.* Hac gratia, inquit, vis sanari: vt scilicet hæc intelligeremus. Neq; dixit, Vis vt te sanem? nondũ enim tãta de ipso habebatur opinio: sed vis sanus fieri? Admirabilis ,,pfecto paralytici tolerãtia, octo & triginta annos, vt sanaretur nunquã discedens expectauit: q; nisi patiẽtissimus fuisset, si nõ præterita, at futura saltem inde eũ abducere potuissent: quoniã incredibile erat reliquos ægrotos priorẽ illũ ingredi dimissuros. Neq; enim certo tempore aqua mouebatur, sed claudi quidẽ & cõtorti tẽpus obseruare poterãt: cęci

†*aduenięs vim fidei apud multos labefactaret.*]

A vero minime, nisi fortasse motũ auribus accepissent. Pudeat ergo nos, pudeat dilectissimi, & incredibilẽ socordiã nostrã deploremus: octo & triginta annos hic expectauerat, expectabatq;, neq; eius impletum est desideriũ, neq; negligẽtia sua non sanabatur, sed præuẽtus ab aliis, neq; propterea desperauit: nos autem si veldecẽ dies orationibus inuigilãtes nõ exaudimur, iam tepescimus: hominibus verò quàm diligentissimũ exhibemus ministeriũ, in militia, in difficultatibus seruiẽtes, & tandẽ frequẽter omnẽ spem amittimus: dominũ autẽ nostrũ, vbi sine dubio merces sequitur lõge laboribus amplior, (Spes enim nõ cõfundit, inquit:) debito studio & diligẽtia prosequi nõ patimur: & quónam hoc supplicio dignũ? nam si nihil accepturi essemus, ipsius tamen frequẽs cõsuetudo nónne innumera nobis bona attulisset? sed laboriosa est assidua oratio: & quid non laboriosum, quod à virtute ,pficiscatur? Hoc ipsum, inquiet quispiam, me maxime ambiguũ reddit, q, malicią voluptas, virtutẽ labor cõsequitur. Et multos quærere arbitror, quænam sit causa. Dederat nobis à principio deus liberã omni cura & laboribus vitã, eo turpiter munere abusi sumus, & inertiæ dediti, paradisum amisim°: idcirco laboriosam nobis vitã instituit, quasi se humano generi excusans diceret, Dedi vobis à principio delicias, facti estis indulgentia deteriores, ideo eas vobis laboribus cõmutaui. Qui cũ neq; vos cõtinerent, lex & præcepta succesẽre, tanquã repagula & frænũ equo indomito, quibus eius aduersus rationẽ insultus cõpescerentur: ita equorũ domitores assolẽt. Vita igitur laboriosa instituta est, quoniã quies & ociũ vitã & mores corrumpere cõsueuit: natura enim humana desidiã nõ patitur, sed ab ea facil lime ad maliciam declinat. Esto nõ opus esse labore continenti, neq; quẽuis aliũ fieri laboribus meliorẽ, sed in ocio perfectũ esse: quónam pacto hac vtemur indulgẽtia? nónne in stulticiã & superbiã conuertemus? sed quãobrẽ, inquit, tãta maliciã voluptas, tãtus virtutẽ labor comitatur? & quænã tibi gratia habenda, quod præmiũ acciperes, nisi laboriosum tibi op° iniũgeretur? Multos etenim possum in præsentia ostẽdere, qui suapte natura mulierũ abhorrẽt consuetudinẽ, eásq; vt abominabiles fugiũt: hósne, dic quęso, cõtinentes appellabimus? hos laudibus prosequemur? Minime. Cõtinentia est voluptatũ stimulos superare, & in bellis maxima certamina clarissimos triumphos patiũt, nõ quãdo nemo resistit. Sunt multi natura remissiores, hósne mãsuetos dicemus? Minime. Idcirco dñs tribus castrationis modis ,,ppositis, duos tanquã nulla laude dignos omisit: vnũ in cœlũ extulit. Sed quid op° est malicia? ita & ego sentio. Et quísnã malicię opifex? q, s alter nisi volũtaria desidia? sed bonos tantũ esse oportet: & quídnã boni ,,priũ? Cõtinentẽ esse & vigilare, an dormire & stertere? & quãobrẽ, inquies, hoc bonũ nõ videatur, vt quis sine labore rectẽ faciat? Imperite loqueris, & eorũ more qui vẽtri dediti, ipsum deũ arbitrãtur. Nã q, nõ rectẽ sentis, respondeque quæso: Sit rex & dux, rex in lecto & voluptatibus vitã agat: dux vero assiduis belli laboribus fortiter hostes fuderit, cui victoriã adscribem°? vter rerum gestarũ voluptate fruetur? Vides quanto illa magis nobis placeãt, quæ sudoribus cõparantur? propterea deus labores virtuti immiscuit, vt nos illi familiares redderet: propterea etsi non secundũ virtutem viuimus, eam tamẽ admiramur: viciũ autem,

Rom. 5.a

Mat. 19.b

licet

licet suauissimũ, accusamus. Quòd si dixeris, quid natura bonos non potius admiramur, quàm volũtate? Quoniam æquũ est laborantẽ non laboranti præponere. Qua enim gratia laboramus? Quoniã indulgẽtiam & ocium nõ moderate ferimus, imò si quis diligenter inquirat, maiorẽ in modum pigricia corrũpimur, & nimios deinceps labores subimus. Quòd si placet aliquẽ epulis quàm lautissimis sub custodia in ocio desidentẽ nutriamus, ne exercere, néve operari quicquã possit, sed in mẽsæ & lecti deliciis contabescat: q, d hac vita miserius? Sed aliud operari est, inquies, aliud laborare. Est igitur nõ laboriosum op° suscipiendũ? quid ni? hoc & deus voluit, tu vero non passus es. Statuit vt paradisum coleres, opus tibi sine labore iniũxit: non enim si à principio laborasset homo, istud ei postea pœnæ & supplicij loco imposuisset: stat enim simul & operari, & non laborare, quẽadmodũ angeli. Nam quòd operẽtur, audi quid dicat: Potẽtes virtute, faciẽtes verbũ eius. Quòd si nũc remissiores vires maiorẽ afferunt laborẽ, tunc non idẽ cõtinget, quippe qui in dei requiẽ ingressus est. Requieuit, inquit, ab operibus suis, sicut & à suis deus. Neq; desidiã hic significat, sed laborem excludit: nã & deus adhuc operatur Christi testimonio, dicentis: Pater meus vsq; nũc operatur, & ego operor. propterea omnes vos admonitos volo, ignauia abiecta virtutẽ cõplectamini. Maliciã nãq; voluptas breuis, dolor perpetuus sequitur: cõtrà, virtutem labor breuis, gaudium sempiternũ. Hæc ante præmiũ spectatorem suũ omni labore liberat, futurorũ spe alẽs: illa ante supplicium, cõscientiam stimulis præteritorũ torquet, omnia in suspicionẽ adducit: quod ipsis etiã laboribus & angustiis grauius reperitur. Quòd si tantũ voluptas esset, quid ea vilius? quid abiectius? quę simul & venit, & abuolat, languescit, fugítq; antequã cõprehendatur, & siue corporũ dixeris voluptatem, siue deliciarũ, siue pecuniarũ, ne diẽ quidẽ firma perstat: cum autẽ & pœna & suppliciũ eam comitetur, quid eius sectatoribus miserius? Cum igitur hæc intelligamus, omnia virtutis gratia toleremus: ita vera perfruemur voluptate, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

Psal. 102. d.

Hebr. 4.c

Hic infr. c

Homilia xxxvj. ex cap. quinto.

VIs sanus fieri? Respõdit ei lãguidus: *Domine, hominem nõ habeo, vt cùm turbata fuerit aqua, mittat me in piscinã.* Maximũ diuinarũ scripturarũ præmiũ, maxima vtilitas: quòd Paulus testatur inquiens, Quæcũq; scripta sunt, ad nostrã doctrinam scripta sunt, ad quos fines seculorũ deuenerunt, vt per patientiam & consolationẽ scripturarũ spem habeamus. Omnium enim medicinarum thesaurus diuinæ scripturæ sunt, & siue *stulticiã exuere, siue affectus sedare, siue pecuniarũ cupiditatẽ expellere, siue dolores contẽnere, siue fortẽ animũ induere, siue aduersa æquo animo tolerare velimus, quãplurima hinc remedia inuenire possumus. Quis enim siue extrema paupertate, siue diuturno morbo vexatus, si propositũ hodie nobis locũ legerit, nõ maiorem in modũ cõsoletur, cum intellexerit hũc octo & triginta annos languentẽ, & singulis annis alios sanitati reddiros videntẽ, non tamẽ animo lapsum desperasse, licet sola prætereuntiũ desperatio omni eũ spe deiicere poterat? Audi ergo & verba eius, & miseriã. cum enim dixisset Christus, Vis sanus fieri? Domine, inquit, hominẽ nõ habeo, vt cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam. Quid hoc miserius? quid calamitosius? Vides hominem longo languore confectũ? vides humilitatẽ? Non maledixit, vt nonnullos in afflictionibus audimus, non execratus est diem suũ, nõ se irrideri arbitratus est rogatus an vellet sanus fieri: sed perquã mãsuete & humiliter, Domine inquit. At qui ignorabat percontantẽ, & se sanatũ iri nesciebat, nec quicquã postulat, vt qui medicum rogãt, sed tantum morbũ suum narrare contentus est. Videbatur ei fortasse idcirco Christũ interrogare, vt ipsum in piscinã mitteret, hac gratia eũ sibi misericordia cõciliare vult. Quid tum Christus? *Surge, tolle grabbatũ tuum, &* †*ambula.*] Quidam eũdem hũc, & quẽ Matthæus meminit, esse arbitrãtur. Non est tamẽ: quod pluribus rationibus cõstat: primũ ille multos habebat, qui summa cura ipsum ferebãt, hic neminẽ: quare inquit, Hominẽ non habeo. Deinde ille nihil locutus est, hic suã narrat miseriã: illius curationis diem nõ meminit euangelista, hic in die festo sanatus est: ille domi, hic iuxta piscinã: illi, remittũtur tibi peccata tua, inquit: huius prius corpus, deinde animã curauit. illi libere dimittit peccata, Remittuntur tibi, inquit, peccata tua: hunc admonet & cominatur, vt sibi in posterũ caueat. Iam noli peccare, inquiens, ne deterius tibi aliquid cõtingat. Accedit ad hæc differẽs ludæorũ calũnia: hic sabbati præuaricationem, illic blasphemiã accusant. Tu autem immensam dei sapientiã cõtemplare, non enim statim sanauit, sed primũ rogãdo sibi familiarẽ reddidit, ad futuram fidem insinuãs: neq; tantum sanauit, sed vt lectum auferat iubet, vt miraculũ crederetur, & nemo falsum & simulatũ opinaretur. Nisi enim firmis & robustis mẽbris id ferre non potuisset. Seruat hũc morẽ sæpenumero Christus, vt maiorẽ in modũ impudentibus silentiũ imponat. Siquidẽ in quinq; panum miraculo, ne quid suspicionis oriretur, nõ tantum miraculũ fecit, sed voluit vt multæ fragmentorum reliquiæ supereſſent. & mũdato leproso, Vade, ait, ostẽde te sacerdoti. Simul vt miraculo certam fidem faceret, & calumniantiũ ipsum legẽ dei præuaricare impudentia ora cõprimeret: idẽ in nuptiis fecit: non enim vinũ simpliciter ostẽdit, sed ferri archi triclino imperauit, vt qui id nesciret, cõfitendo indubitatũ perhiberet testimoniũ. hac gratia euangelista insciũ architriclinũ, vnde id vinum esset demonstrauit, vt incorruptũ iudicium ostẽderet. & cũ mortuum suscitauit: Date, inquit, ei mãducare, vt certius resurrectionis signũ præberet: quibus omnibus manifeste indicat vulgo, non fallacẽ se, neq; deceptorẽ, sed ad cõmunem omnium salutem venisse. Sed cur ab hoc vt ab aliis fidẽ non requirit, dicendo, Credis quia hoc possum facere? quoniam nondũ quisnam esset, aperte nouerat. Nam ab his qui suam viderant potestatẽ, merito requirit vt credant: ab ignaris autẽ minime, nisi prius admoneãtur. Propterea circa principium Matthæus multos curasse, & nemini potestatem suam prænunciasse narrat. Tu autem paralytici fidem considera, qui audiens dicẽtem Iesum, Tolle grabbatum tuũ, & ambula: non risit, non admiratus est inquiẽs, Angelus descẽdit, & turbata aqua vnum duntaxat in bonam restituit valetudinẽ: tu homo solo verbo angelum superare cõfidis? nimium tibi arrogas, ridiculus es. Nihil tale locutus est, sed ne cogitauit quidẽ: sed audiuit simul & surrexit, & sanatus,

medici

Rom. 15.a

** ἀπόνοιαν, i. amẽtiã, socordiã, arrogantiam, pro arrogãtia & superbia sæpissime accipit Chrysostomus.*

†*Vade in domum tuam*] *sic & postea repetit. ista tamẽ verba Matt. 9. habentur, quare suspectus est hic Græcus Cominator, vt sibi in posterũ caueat. Matt. 9.a*

Mat. 14.c & Marc. 6.f. & 8. a. Lucæ 5.c

Supr. 9.b

Matt. 5.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

medici præceptū non recusauit. Tulit enim grabbatum, & ambulauit. †Id autē mirabile fuit, nō quòd à principio nō crederēt Iudæi, sed quòd post miraculum Christū perſequerētur, calūniarentur, deteſtarentur, dicerēt: *Non licet tibi tollere grabbatū tuū.* Hic autem nihil eorū curaret inſaniam, ſed fidēter in medium, acceptū prædicaret beneficium, & impudētes cōpeſceret, hoc profecto magnæ fortitudinis indicium eſt. *Erat enim*, inquit, *ſabbatū Iudæorū in illa die, & dicētibus illis: Sabbatū eſt, non licet tibi tollere grabbatū tuum:* audi quid reſpōdit: *Qui me ſanū fecit, is mihi dixit: Tolle grabbatū tuum, & ambula.* Tantū non dicens eos deliros & inſanos, cum præciperēt ne eius qui tam graui & diuturno morbo ipſum liberauerit, mādatis parēret, & magiſtrū ſectaretur. At ſi malignius reſpōdere voluiſſet, poterat: non ſpōte ſua, ſed alterius iuſſu id facere: neq; id ſuum, ſed imperātis peccatū, & depoſito lecto acceptū occultare beneficiū. Norat enim, non tam propter ſabbati pręuaricationē, quàm propter morbi curā Iudæos id reprehēdere. Verū neq; beneficium ſiluit, neq; deprecatus eſt, ſed clara voce quid acceperit, pfitetur & prædicat. ita paralyticus. Illi autem (conſidera quæſo hominum malignitatē) non dixerūt, Quis te ſanum fecit? ſed hoc omiſſo in calūnia aſſidue verſantur: *Quis eſt homo ille, qui dixit tibi: Tolle grabbatū tuū, & ambula? Is autē qui ſanus fuerat effectus, neſciebat quis eſſet. Ieſus enim declinauit à turba conſtituta in loco.* Quare declinauit? Primùm, vt ſe abſente minime ſuſpicioſum eſſet teſtimoniū: qui enim ſe ſanum intelligebat, certior accepti beneficij teſtis erat futurus: inde ne illorū inſania vehemētius accēderetur. Neq; ignarus erat inuidioſi, ſolum præſentiam non paruā inuidorū animis furoris ſcintillā excitare. Diſceſſit igitur, vt ipſi inter ſe de miraculo quęrerēt, diſceptarētq;: ipſe nihil de ſe, ſed qui ſanatus fuerat, & ipſi calūniatores loquerētur. Ipſi enim iam miraculum teſtātur, cum non dicerēt, cur fieri ea in ſabbato pręciperet, ſed cur faceret: neq; pręuaricationē ægreferrent, ſed paralytici inuiderent ſanitati. Atqui quātum ad humanū opus, paralyticus magis legem ſoluerat, quàm Chriſtus, qui tantū verba protulerat: ille re ipſa legē pręuaricatus eſt. Alibi ipſe Ieſus operatus eſt, cum cęci nati oculis lutū illiniuit: fecit autē nō in *legis contemptū, ſed augmentum. ſed de his aliàs: neq; enim ſemper eodē modo de ſabbati trāſgreſſione ab illis accuſatus reſpōdet, quod diligēter eſt obſeruandū. Verū iam videamus quantum mali afferat inuidia, quo pacto mētis oculos contra progem, ſed priam ſalutē perſtringat. Nam quēadmodum inſani aduerſus ſeipſos frequenter gladios impellūt: ita & inuidi ſolā inuidioſi miſeriā diſquirentes, in propria læduntur ſalute. Hi feris etiā ſunt fœuiores: illæ enim fame impulſæ aut à nobis prius irritatæ nos appetūt, hi beneficos nonnunquā inimicorū loco habēt. Feris, inquā, fœuiores, dæmonibus pares, & fortaſſe iniquiores. Ipſi nanq; nos nullo amicitiæ fœdere hoſtiliter perſequuntur, ſuo generi minime inſidiantur: ideóq; horū exēplo in Iudęos Chriſtus inuectus eſt, cum in Beelzebub eum eiicere dæmonia dixiſſent:) homines autem neq; naturæ ſuæ participes reueriti, eos infeſto animo impetūt, atq; ſeipſos prius, quàm quibus inuidēt ſupplicio afficiūt, animúmq; perturbationibus & anxietatibus temere cruciāt. Quāobrem miſer proximi tui cōmodis perturbaris? dolendum eſt cum malis afficimur, nō cū proximi fœlicitatem intuemur. Idcirco †omnis venia inuido deſperanda eſt.] Nam ſcortator voluptatis ſtimulos in excuſationem affert, fur paupertatē, homicida furorē, friuolas quidē neq; admittendas, qualeſcunq; tamē excuſationes: tu vero quā affers quæſo? nullā profecto, niſi animi prauitatē, atq; maliciam. Nam ſi inimicos amare iubemur, quámnam pœnā ex amici odio daturos nos arbitramur? Et ſi amicos diligēdo, nihil gētilē ſuperamus: ſi nihil de nobis mali meritos perſequimur: quā merebimur veniam? Audi Paulū, Et ſi tradidero corpus meum ita vt ardeā, charitatē autem non habuero, nihil mihi prodeſt. Quòd autem inuidia charitatē prorſus tollat, perſpicuum eſt. Hic affectus & fornicatione & adulterio grauior: alterū enim in ipſo authore conſumitur, inuidiæ autem vis vniuerſos populos perdidit, vniuerſum orbē terrārum coinquinauit, ipſa cędis mater, ipſius ſuaſu Cain fratrē interemit, ipſi Eſau in Iacob, fratrū in Ioſeph, diaboli in humanū genus, odium & inſidię tribuendæ ſunt. At tu neminem interficis, ſed lōge grauiora patras, cum fratris ignominiā cōcupiſcis, cum vndique laqueos tendis, †cum perſequeris ne virtutibus inuigilet,] cum ægrefers orbē terrarum debitū deo exhibere ſeruitiū. Non igitur cum illo, ſed per illum cum deo bellum geris, deo iniuriam facis, cum tuū honorē ipſius honori præferas: & quod grauiſſimū eſt: licet miſericors ſis, licet in vigiliis aſſiduus, ſi fratri inuides, omniū maliciam exceſſeris: quod vel inde conſtat: Scortatus quidā apud Corinthios breui vitā emēdauit: Cain fratri inuidēdo, nunquā odium poſuit: ſed quanto frequentius à deo admonitus eſt, tanto magis dolebat, magis cruciabatur, & properabat ad cędē. Hic ergo quàm ille grauior morbus, qui niſi magna adhibita diligētia, nō facile remedia admittit. Eia igitur radicitus euellamus illum, ſcientes quòd quēadmodum alienis bonis inuidendo deum offendimus, ita cōgratulando ei gratificamur, & participes nos facimus bonorum quæ rectè operātibus reponuntur. Idcirco Paulus gaudere inquit cū gaudentibus, flere cum flentibus. ex vtroque enim magnum lucrum cōſequimur. Intelligētes igitur, quòd etſi nihil laboremus, itidem tamen cum proximis affecti præmiorum participes efficimur: omni liuore abiecto, fraterna omnes dilectione complectamur, & eorum cōmodis congratulati, præſentia & futura bona cōſequamur, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem & cum quo patri gloria, ſimul & ſpiritui ſancto, in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia xxxvij. ex cap. quinto.

POſtea inuenit eum Ieſus in tęplo, & dixit ei: *Ecce ſanus factus es, iam noli peccare, ne deterius aliquid tibi cōtingat.* Res profecto grauis eſt peccatū, grauis inquā res, & animi pernicies, vt nōnunquam vi & exuperātia ſua corpora quoq; inficiat. Sed cum grauiter ægrotante anima nullo dolore afficiamur, paruo corporis morbo ſumma diligentia medicinā perquiramus: ideo deus ob animi peccatum corpus flagellat, vt deterioris partis ſupplicio, melior ad quę rendū remediū conuertatur. Ita Corinthiū fornicatorē Paulus corrigit, interitu carnis, & ſectione corporis animi morbū coërcens tanquā optimus medicus, qui cū hydropiſim vel ſplenē potionibus & leuioribus medicinis ſanare nō poſſit, extrinſecus ferro & igni vtitur: hāc artē Chriſtus in paralytico exercuit: quod ſignificans dixit, Ecce ſanus factus es, iam noli

† Et quod poſtea fecit, multo maius erat. Quòd enim principio cum nullus reclamaret, ipſe obediuerit, non valde admirandū: quòd vero poſtea, cū furorēt Iudæi vndique]

Infra 9.b

** ὁ παραβαίνων τὸν νόμον ἐκ ὑπεύθυνος. i. nō præuaricās legem, ſed ſuperans.*

† peccatū hoc omnis excuſationē ſpoliatur.

† ſed peccatorum natura] *1. Cor. 13.b*

† nullo affecti ſupplicio]

† cū Labores pro virtute ſuſceptos diſſoluis.]

2. Cor. 2.b

1. Cor. 11.g

† vt in libris Regū quendam videmus propterea podagra laborare.] Iob. 33.d Matt. 9.a

Rom. 12.d

1. Cor. 5.c

noli peccare, ne deterius tibi aliquid cōtingat. Quid hic admonemur? Primū, q ex peccatis morbi generātur, inde quod verum eſt, apud gehennā maximū & perpetuū eſſe ſuppliciū. Vbi nunc ſunt qui dicūt, breui ſpacio hominē interfeci, breui adulteriū commiſi, ob admiſſum breui tēpore peccatū perpetuas pœnas daturus ſum? Ecce hic nō tot annis peccauit, quot pœnas dedit. Breui peccatum patratur, morbi torměta diuturna ſunt. Nō enim tempore peccata, †ſed peccantiū animus] iudicatur. Illud præterea cō ſiderandū, q ſi grauē priorum ſcelerū pœnam dedimus, deinde hiſdē inciderimus, dabimus longe maiorem: & meritò ſanè. Qui enim ſupplicio nō fit melior, tanquā ſtupidus quidam & contēptor, grauiorē ſibi pœnam præparat. Ipſum nanq; peccatum ſemel lapſum ſatis ſuperq; cohibere, & ſapientiorē reddere debebat, ne iterum in idem prolaberetur. Verum cum neq; ſupplicium ſontē corrigit, non iniuria flagello vtitur vehemētiore. Quòd ſi poſt datas pœnas in eadē iterum crimina prolapſi, grauiori pœna affi- cimur: quid his ſperandū eſt, qui †in ipſo ſupplicio] in iiſdem ſceleribus pertinaciter perſeuerāt? Et qua gratia, inquies, non omnes puniūtur? Etenim multos videmus, & quidē ſceleſtiſsimos, bona corporis valetudine, & proſpera fortuna laſciuientes: nolimus propterea eos admirari, ſed deplorare potius. quòd enim in hac vita nihil aduerſi patiuntur, maioris in futura ſupplicij eſt argumentum. Hoc & Paulus his verbis ſignificauit: Dum iudicamur à domino, corripimur, vt nō cū hoc mundo dānemur. hic enim correctio eſt, illic ſupplicium. Quid ergò? omnes morbi propter peccata? Non omnes, ſed pleriq;. Siquidē & ex deſidia, & nimio cibo, ebrietate, ocio, nōnulli generantur. Vnū autē vbiq; cōſeruandum eſt, vt æquo animo, & cum gratiarū actione omnia perferamus. Veniūt & morbi propter peccata: †vt magnos viros podagra laborātes videmus.] Veniunt & probandæ patientiæ cauſa: vt Iob dicitur, Noli putare me aliter te tractaſſe, quàm vt iuſtus appareas. Sed quæ huic paralytico morbi cauſa? Peccata, Chriſti teſtimonio. Nā & illi cuius Matthæus meminit, Cōfide, inquit, fili, remittūtur tibi peccata. Et huic, Ecce ſanus factus es, iam noli peccare. Haud ignarus ſum quoſdā opinari hunc paralyticū accuſaſſe Chriſtū, & idcirco ab eo admonitū ne peccaret. ſed quid de illo apud Matthæū, qui eadē ferè admonitus eſt, dicemus? Cōſtat igitur non ea cauſa ne peccaret admonitū: quod & aliūde cognoſci licet, cum inuenit eum Ieſus in tem plo, magnæ profecto & reuerētiæ & pietatis ſignū: non enim in forū, nō in porticus cōceſſit: non voluptati, nō ocio indulſit, ſed in tēplo verſatur: & quanuis omniū in ſe impetū & maledicta expectaret, nihilominus à tēplo auerti nō potuit. Itaq; cū inueniſſet eum Ieſus, & poſtquā Iudæis locutus eſt, nihil tale in eo reprehēdit: dixiſſet enim, †Adhuc cum iiſdē verſaris,] neq; in bonam reſtitutus valetudinē factus es melior? ſed tantum in poſterū cautiorem reddit. Quid igitur, cū claudos & cæcos curauit, id non admonuit? Ita mihi perſuadeo, ſuū hūc morbū propter peccata, illos corporis imbecillitate proueniſſe, ſiue per hos & horū admonitionē, & illos corripit. Cum enim hic morbus grauior ſit, per eum & minoribus remediū præbet: ſicut enim cum ſanato alij iuberet dare gloriā deo, non illū tantum, ſed omnes idē admonuit: ita per hos cæteros hortatur & conſulit, vt peccatis abſtineāt. Ad hæc, norat eius animi fortitudinē, & tanquā mādati ſeruatorē: quod facturus ſit, admonet, & beneficij memoria, & futurorū malorū metu in ſanitate cōfirmat. Et intuere Chriſti humilitatē. non dixit, ſanū te feci: ſed, ſanus factus es, iā noli peccare. Neq;, ne tibi quid deterius faciā: ſed, ne deterius tibi aliquid cōtingat. In neutro perſonā addu cit, oſtēditq; gratia & benignitate potius quàm meritis in ſanitatē reſtitutū: quod niſi ita eſſet, dixiſſet, Ecce dediſti debitā peccatorum pœnā, iam caueas: verū inquit, Ecce ſanus factus es, iam noli peccare. Hæc & nobis frequēter in ore ſint verba, † his & alter alterū admoneamus:] Ecce ſanus factus es, iā no li peccare. Quòd ſi in peccatis perſiſtēdo nullā pœnā dederimus, illud apoſtolicū meminerimus, quòd benignitas dei ad pœnitentiā te adducit: ſecundum duritiā autē tuā, & impœnitēs cor tuū, theſaurizas ti bi irā in die iræ. Neq; ſanādo duntaxat corpus, aliūde etiā magnū præ ſe tulit Chriſtus diuinitatis argumentū. Illa enim particula, Iam noli peccare: omnia ipſum vidiſſe indicat, quæ ille ſuperiori tēpore commiſit, vnde in poſterū ſibi fidē cōparauit. *Abijt ille homo, & nunciauit Iudæis, quia Ieſus eſſet qui fecit eum ſanum.* Intuere hominē in pietate perſeuerantē: nō dixit Ieſum præcepiſſe vt grabbatū tolleret, & cum illi creditum ſemper crimē adduceret, hic ſemper excuſationē, & medicū profitetur & prędicat, vt populū ad eius cognitionē & familiaritatē alliciat. nō enim tā ſtupidus erat, neq; tam inhumanus, vt tāti beneficij oblitus & admonitionis, benefactorem proderet, ac maleuolo id animo loqueretur. Beneficiū nanq; & metus facile vel inhumaniſſimū poterat cohibere: nā cum manifeſte minas accepiſſet, timuit ſanè peiora, & maxime cū minātis poteſtatē eſſet expert⁹. Ad hæc, ſi accuſandi gratia id dixiſſet, nō ſanitatem, ſed mādati tranſgreſſionē meminiſſet: ſed profecto magno & fideli animo medicū, & acceptū beneficium profeſſus eſt, quēadmodū & cęcus cum inquit, Fecit lutū, & vnxit oculos meos. ita & hic, Ieſus eſt qui fecit me ſanū. *Propterea perſequebātur Iudæi Ieſum, quia hæc faciebat in ſabbato.* Quid Chriſtus? *Pater meus vſq; modo operatur, & ego operor.* Quādo pro diſcipulis reſpōdebat, eorū cōſeruilis Dauid teſtimonio vtebatur: Nūquid legiſtis, inquit, quid fecerit Dauid, quādo eſuriuit? Pro ſe vero ad patrē cōfugit, cui ſe in omnibus ſimilē indicat: & cum priuatim patrē appellat, & cū eadem operari oſtendit. Et quare non meminit, quæ apud Hiericho facta ſunt? Erigere eos à terra voluit, ne amplius de ipſo tanquā homine, ſed deo & legiſlatore ſentirēt. Quòd niſi verus filius, & eiuſdē eſſet ſubſtātiæ, excuſatio †excuſatione] maior eſſet. Neq; enim princeps regiū inſtitutū abrogās, & in iudiciū vocatus, ſi à rege idē abrogatū in defenſionē ſuā adduceret, abſolueretur, ſed maiori crimini eſſet obnoxius: verū cū dignitates, vt in hoc loco æquales ſunt, proculdubio †cōparatio] conuenit. Quibus, inquit, criminibus deū, hiſdē me abſoluitis. Ideo primū patrē appellauit, vt etiā inuitis eadē ſibi cōcedi perſuaderet, paternā charitatē reueritis. Quòd ſi percontareris, & quomodo pater operatur, cū ſeptimo die ab omni opere ceſſauerit: accipe quomodo prouidet, cōtinet, tēperat omnia quę fecit. Cū igitur ſolē oriētem, lunæ curſum, ſtagna, fontes, fluuios, pluuias, naturæ vim in ſeminibus, in noſtris & brutorū corporibus progreſſum, cætera omnia quib⁹ hoc totū cōſtat

† & cū ſuppliciis liberati fuerimus, vnuſquiſque ſibi ipſi dicat] Rom. 2.a

† accuſatione]

† excuſatio]

Infra 9.a

Lucæ 6.a

† Rurſuſque eadem aggreditur]

Universidad de Deusto Biblioteca

ſtat, vides: intellige perpetuā patris operationē, qui
Matt. 5.g ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit
Ibidē 6.a ſuper iuſtos & iniuſtos. Et iterū: Si autē fœnum agri
quod hodie eſt, & cras in clibanū mittitur, deus ſic
veſtit: quāto magis vos minimæ fidei? Et de volatili-
Luc.12.d bus, Pater veſter, inquit, cęleſtis paſcit illa. Vbi igitur
verbo dūtaxat operatur in ſabbato, à ſacrificiis & his
quæ illi faciebant crimina obiecta purgat: vbi vero
†etiā opus fieri præcipit, vt grabbatū tollere, q(uo)d nō multū ad rē conferret, ſed illud vnū oſtēderet, manifeſtā ſabbati ſolutionē.]
†operari præcipit, vt verbi gratia hoc in loco, Tolle
grabbatum tuum: vt non graue quiddā eſſe ſabbati
præuaricationē oſtēdat] altiora loquitur, vt paterna
authoritate illos perterreat, & ad ſupernā trahat con
templationē. Qua de cauſa cum de ſabbati trāſgreſ-
ſione diſceptaretur, nō vt tātum homo, neq; vt tan-
tum deus, ſed alterutrū cōmiſcendo obiecta confu-
tat. voluit enim vt vtrūq; crederetur, & incarnatio-
nis humilitas, & excellētia diuinitatis. Nā ſi ſemper
vt homo locutus eſſet, oēs in eadē perſtitiſſent humi
litate: hac gratia patris meminit, cum & creaturæ in
ſabbato operantis meminiſſe potuiſſet. Nā & Sol ab
oriēte in occidentē fertur, flumina labuntur, fontes
ſcaturiunt, pariunt mulieres: ſed vt ipſum nō creatu-
ram intelligeres, non attulit creaturæ operantis exē-
plum: ſed, *Pater meus*, inquit, *vſque modo operatur, & ego*
operor. Propterea ergo magis quærebant eum Iudæi interficere,
quia nō ſolum ſoluebat ſabbatū, ſed & patrē ſuum dicebat deū,
æqualē ſe faciēs deo. Neq; dixit, dicens: ſed, faciens: non
enim verbotenus, ſed frequētius operibus ſe deo æ-
qualem oſtenderat. Quid tandē? quia in ſolis verbis
inſolentiā accuſare potuiſſent, operū autē veritate,
& potētia perſpecta nihil cōtradicere poterāt. Sunt
tamen qui perperā & impiè Chriſtum nō ſe æqua-
lē deo feciſſe, ſed ſuſpicatos Iudæos intelligāt. Quā-
obrem ſuperiora tranſigamus: perſequebātur ipſum
Iudæi, an non? Perſpicuū eſt, perſequebātur. nūquid
hac gratia perſequebātur, an alia? In hoc quoq; con-
uenimus. Soluit ſabbatū, an nō? neq; in hoc diffide-
mus. Patrē ſuum deum appellauit, an non? neq; hoc
dubium. Cætera igitur in hunc modū cōſequuntur.
Quēadmodum igitur q; patrē ſuum deum dixerit,
quòd ſabbatū præuaricatus ſit, quòd Iudæi ipſum &
hac, & illa magis ratione perſequerētur, nō erat opi-
nio, ſed veritas: ita cum ſe æqualē deo facit, quod ex
ſuperioribus cōſtat manifeſtius, Pater meus, inquit,
operatur, & ego operor. Hęc verba ſunt æqualem ſe
patri faciētis. Nulla enim in his verbis differētia eſt.
Nō dixit, Pater operatur, ego ſubminiſtro: ſed idem
verbū, Operor, & æqualitatē magnā demonſtrauit.
Quòd ſi aliter ſenſiſſet, ſed Iudæi ſic perperā intelle
xiſſent, falſam correxiſſet opinionē: neq; id euāgeli-
ſta ſilētio prætermiſiſſet: quēadmodum alio in loco,
Supr. 2.d cum videret particulā illam: Soluite tēplum hoc, &
in tribus dieb⁹ excitabo illud: aliter à Chriſto dictā,
hoc eſt de carne ſua: aliter à Iudæis intellectā, de ſuo
videlicet tēplo, ideóq; dixerint: Quadraginta & ſex
annis ædificatum eſt hoc tēplum, & tu tribus diebus
excitabis illud? Cū igitur aliud ipſe dixiſſet, illi ve-
rò aliud ſuſpicarētur, hoc innuēs euāgeliſta, & illorū
corrigēs ſuſpicionem, ſubiunxit, Ille autē dicebat de
templo corporis ſui: ita ſi hoc in loco aliter Chriſtus
ſenſiſſet, quàm illi eſſent ſuſpicati, profecto dixiſſet
Iudæos quidē credidiſſe Chriſtum æqualem ſe deo
facere, ipſum autē non de eiuſmodi æqualitate locu
tum. Neq; hoc in loco, neq; hic duntaxat, ſed alibi
alius euāgeliſta hunc ſuſpicionis corrigēdæ morem

A ſeruat. Cū enim dixiſſet diſcipulis Ieſus, Cauete vo- Mat.16.a
bis à fermento Phariſæorū, & Sadducæorū: & illi co
gitaſſent inter ſe dicētes, quia panes nō accepimus:
Ieſus autē pro fermento doctrinā caperet, ipſe Ieſus
eos arguendo ſuam ſententiā exponit: Quid cogita- Ibidem.
tis inter vos modicæ fidei? Nōdum intelligitis, quia
nō de pane dixi vobis? hic vero nihil corrigit. Atqui
cōtrà, dicet Arrianus aliquis, iſtud ipſum tollens ad-
didit: *Non poteſt filius à ſeipſo quicquam facere.* Omnino
cōtrà: non enim vt tolleret, ſed vt magis cōfirmaret
æqualitatē, id dixit. Verum perquā diligenter atten-
dite, non enim parua eſt quæſtio: hāc particulā, A ſe:
frequenter in ſcripturis & pro Chriſto & pro ſpiritu
ſancto poſitā inuenimus: & vis eius intelligenda eſt,
ne in grauiſsimū errorē incidamus: nam ſi eam ſim-
pliciter, & vt primū ſe nobis offert quiſpiā accipiat,
B quantus error ſequeretur, animaduertite. Non dixit
alia à ſe poſſe facere, alia nō poſſe: ſed generaliter nō
poteſt filius à ſeipſo quicquā facere. At maximū bo
norū fecit, & Paulus clamat: Qui cum in forma dei Philip.2.a
eſſet, nō rapinā arbitratus eſt, eſſe ſe æqualē deo, ſed
ſemetipſum exinaniuit, formā ſerui accipiēs. Et ipſe
Chriſtus: Poteſtatē habeo ponendi animam meā, & Infr.10.d
poteſtatē habeo iterum ſumendi ipſam: & nemo tol
lit eam à me. Vides eum & mortis & vitæ poteſtatē
habere, & tantam rem à ſeipſo operantē? Et quid de
Chriſto dico? Nos quibus nihil vilius vel abiectius,
ſæpenumero à nobiſipſis operamur, maliciā reiecta
virtute deligimus. Quòd ſi nullā haberemus pote-
ſtatē, neq; peccādo gehēnæ ſupplicio torqueremur,
neq; regnū cœlorum bene operādo cōſequeremur.
Quomodo ergo intelligitur, nō poteſt filius à ſeipſo
C quicquā facere? Quoniam quod nulla in re eſt patri
contrarium, nihil ab eo alienum poteſt facere: quod
maximā æqualitatem & cōuenientiam oſtendit. Et
quánam gratia non dixit, nihil contrarium facit, ſed
non poteſt facere? Vt hinc *indiſcretionē, & veram
æqualitatē demōſtret. Neq; enim hæc particula im-
becillitatis eum arguit, ſed poteſtatis immēſæ. Nā &
alibi de patre inquit Paulus, vt per duas res immobi
les, quibus impoſſibile eſt mētiri. Et iterū: Si negaue- Hebr.6.d
rimus, & ille negabit nos. Si nō credimus, ille fidelis 2.Timot.2.b
manet: negare ſeipſum nō poteſt. Etenim illud quod
impoſſibile dicit, nō imbecillitatis eſt, ſed poteſtatis,
& quidē immenſæ. quod ita intelligēdum eſt: †adeo
illā ſubſtantiam incōprehenſibilem eſſe, & talem] vt
cum deum peccare impoſſibile dicimus, nō imbecil
litatē arguimus, ſed ineffabilē eiu's quandā poteſta-
D tem cōfitemur. ita hoc in loco. Nō poſſum à meipſo
facere quicquā: hoc eſt, impoſſibile eſt, vt patri con-
trarium faciā. Et vt hanc ſententiā intelligas, ex his
quæ ſequuntur cōſideremus, vtrū Chriſtus compro
barit. Tu dicis illam particulā Chriſti auferre pote-
ſtatem, & virium defectū arguere: ego indiſcretā æ-
qualitatē & ſentētiæ & poteſtatis ſignificare: ipſum
percōtemur, & vtrā confirmet ſententiā videamus.
Quid dicit? *Quæcunque ille fecerit, hæc & filius ſimiliter fa*
cit. Vides quomodo veſtrā prorſus tollit ſententiam,
& noſtrā confirmat? Nam ſi à ſeipſo nihil facit, neq;
pater à ſeipſo facit quicquā, ſi quæ pater & ipſe ſimi-
liter facit. Quòd ſi à ſeipſo omnia faciet pater, & fi-
lius faciet, vt ſtet ſimilitudo: quod niſi ita eſſet, aliud
ſequeretur, quod eſſet abſurdiſsimū. Nō enim dicit,
quæ vidit patrē facere, ea facit: ſed, niſi qđ viderit fa
cientē, tēporis continuationē ſignificās. veſtra autē
ſententia

* τὸ ἀπαράλλακτον, quod nullā habet differentiam.
† quòd ſubſtātia illa talis non eſt capax, nec ſuſceptiua.

ſentētia ſemper eadē diſcet. Vides ſenſus profundi- A
tatē, verbi autē humilitatē? quæ tamen & impuden-
tiſſimos & detrectātes cogit, vt nihil vile, nihil ab ei⁹
dignitate abhorrēs, alienū've ſuſpicētur. Quis adeo
ſtultus, adeo infœlix eſt, qui dicat filiū ſingulis dieb⁹
Pſal.101.d. diſcere, quę facere oporteat? Quomodo illud cōſta-
ret: Tu autem idem ipſe es, & anni tui nō deficient?
Supr.1.a quomodo oīa per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factū
eſt nihil? †ſiquidē quæ pater facit, eadē] ipſe videns
imitatur. Vides quomodo his quæ dicta ſunt, & ad-
huc dicūtur, eius authoritas demonſtratur? Quòd ſi
humilius quædā loquitur, noli admirari: nā cum ex-
puliſſent eū Iudæi, q; altiora loqueretur, & deo con-
trariū arbitrarētur, verbis tantū paulū ad humiliora
deſcēdit: rurſus tamen & exurgit, & rurſus deprimi-
tur, ſuā varians orationē, vt facilius etiā ab improbis
reciperetur. Et animaduerte, quæſo, cū dixiſſet: Pa- B
ter meus operatur, & ego operor, & ſe deo æqualem
oſtēdiſſet, rurſus dicit: Nō poteſt filius à ſe quicquā
facere, niſi quod viderit patrē facientē. Et inde rur-
ſus altius erigitur, *Quæcūque facit ille, hæc & ſimiliter fi-*
lius facit. Et rurſus in humilitatē declinat, *Pater enim*
diligit filiū, & omnia demōſtrat ei quæ ipſe facit: & maiora
his demōſtrabit ei opera. Ecce & aliā incredibilē humi-
litatem: & merito ſanè. Quod enim & dixi, & dicere
nunquā ceſſo, id repetā: cum aliquid de ſe humile &
abiectū Chriſtus loquitur, per exuperātiā loquitur,
vt & ſtultis & temerariis perſuadeat, non verba, ſed
piè ſenſum intelligendū. Aliter conſidera, quęſo ex
ipſis verbis, q̃ id abſurdum ſit & ridiculum. Nam cū
diceret, Et maiora his demōſtrabit ei opera, inuenie-
tur nondum multa didiciſſe. Quod ne de Apoſtolis
quidē dicendū eſt, qui accepta ſemel ſpiritus gratia, C
repente omnia & nouerūt, & potuerūt, quæ & ſcire
& poſſe eos oportebat: hic autē multa ſcitu neceſſa-
ria nondū didiciſſe deprehendetur. quo nihil abſur-
dius. Quid illud igitur, maiora his demonſtrabit? Cū
ſanaſſet paralyticū, & mortuū eſſet ſuſcitaturus, in-
quit: Miramini me paralyticum liberaſſe? maiora his
videbitis: ſed humilius quodāmodo locutus eſt, vt
eorū placaret temeritatē. Et vt intelligas illud ver-
bū, Demonſtrabit, non proprie dictum, audi quæ ſe-
quūtur: *Sicut pater ſuſcitat mortuos & viuificat, ſic & fili⁹*
quos vult viuificat. Atqui nihil poteſt à ſe facere, ſi facit
qđ vult, cōtradicit: nā ſi quos vult viuificat, poteſt à
ſe facere. velle enim poteſtatis eſt: q; ſi nō poteſt à ſe-
ipſo, iam quos vult nō viuificat. Illa enim particula,
Sicut pater ſuſcitat mortuos, indiſcretā poteſtatē: illa
autē, Quos vult, æqualē demonſtrat. Intelligis quo- D
modo hæc particula, non poteſt à ſe facere, nō tollit
† coniungit] potentiā, ſed potentiā & volūtatem†æquiparat.] Ita
& illud verbū, Demonſtrabit, eſt intelligendum. Et-
enim alio in loco ait: Et ego reſuſcitabo eū in nouiſ-
Infr.6.d ſimo die. Et iterū, vt non aliunde vim operādi ſe ac-
Ibid.11.e cipere oſtēdat: Ego, inquit, ſum reſurrectio & vita. Et
ne quis diceret mortuos tātū quos vult ſuſcitare, &
viuificare, alia autē in ſua nō eſſe poteſtate, hāc præ-
ripit ſuſpicionē, inquiens: Quæcunq; enim ille fece-
rit, hæc & filius ſimiliter facit: vt & omnia quæ ille, &
vt ille facere intelligatur, ſiue mortuorū reſurrectio-
nem, ſiue corporū opificium, ſiue peccatorum remiſ
ſionē, ſiue quiduis aliud, ſimiliter patri operatur. Sed
omnia hæc negligūt qui ſuā negligunt ſalutem: tan-
tū officit potioris loci cupiditas, & prælatio: hæc hæ-
reſes peperit, hæc gentiliū confirmauit impietatem.

† ſi quædā pater facit, quædā vero]

A Deus enim inuiſibilia ſua per huius mundi creaturā
intelligi voluit: illi hanc doctrinā ſectari dedignati,
aliam excogitarunt, verā neglexerunt. Iudæi autem
gloriæ humanæ ſtudio diuinā contemnētes credere
noluerūt. At nos dilectiſſimi, quāta poſſumus diligē
tia morbū hūc fugiamus. nam licet innumera bona
opera egerimus, ſufficiēs eſt inanis gloriæ lues, quæ
oīa deleat. Si laudū deſiderio tenemur, à deo eas ꝑ-
quiramus. Humanæ laudes qualeſcūq; ſint, ſimul &
apparent & euaneſcūt: & ſi non euaneſcūt, nihil affe
rūt vtilitatis, & præter veritatē ſæpenumero iudicā-
tur. Quid eñ ī hac noſtra gloria admirabile eſt, quā
ſaltantes iuuenes, impudicæ mulieres, auari raptores
cōſequētur? Qui vero apud deū glorioſus eſt, nō ta-
les laudis ſocios, ſed ſanctos prophetas, apoſtolos, &
angelicæ vitæ præceptores habet. Quòd ſi coronis
B hominū cingi, & cōſpici deſideramus, quid id ſimpli
citer ſit cōtemplemur. Nihil profecto in eo dignum
inueniemus. At ſi multitudinem deſideras, angelos
quæras: quorū ope formidoloſus dæmonib⁹ efficie-
ris: ita homines paruifacies, & humana omnia tan-
quā lutū peſſundabis. Tūc manifeſte cognoſces, ni-
hil ita labefactare animā, q̃ gloriæ cupiditatē: quam
qui affectat, nullo pacto in hac vita† & doloribus & † crucem
cruciatu carere] poterit: quēadmodū qui peſſundat, ſuā ferre]
etiā plurimos peſſundat affectus. qui humanā laudē
vincit, inuidiā vincit, auariciā vincit, graues omnes
affectus vincit. Et quónā pacto, inquis, hāc vincem⁹?
Si aliā ſpectabimus gloriam, hoc eſt cœleſtem, quā
hæc auferre nobis conatur: illa in hac vita claros fa-
cit, ad futurā perducit, omni nos carnis ſeruitio libe-
rat. Carni enim q̃ miſerrimè ſeruimus, cū & terræ, &
C terrenis rebus tanto ſtudio inuigilamus. Si in forū te
conferes, ſi domū ingredieris, ſi egredieris, ſi nauiga-
bis, ſi villam, ſi hoſpitiū, ſi regiā, ſi ſenatū, ſi iudicia pe
tes, omnia ſeculariū curarū plena: venientes, abeun-
tes, manētes, nauigantes, qui rura, qui ciuitates habi-
tant, oēs his implicitos & attonitos intueberis. Quę-
nam igitur nobis ſalutis ſpes, quando à deo datā ter-
ram habitantes, nihil diuinū ſapimus? ſed cū iubea-
mur eſſe huius mūdi hoſpites, hoſpites cœli ſum⁹, &
mūdi ciues? Quid huic ſtulticiæ ęquiparandū? Quo-
tidie de iudicio, de cœlorū regno audimus: Noë au-
tem ac Sodomorū ætates imitamur, & volumus ex-
periri. Atqui ꝓpterea illa ſcripta ſunt, vt ſi quis futu-
ris diffidit, ex præteritis futurorū accipiat certitudi-
nē. His igitur cognitis, dilectiſſimi, paululū ſaltē hoc
graui ſeruitio leuati, aliquādo de anima cogitemus,
D vt & præſentia & futura bona conſequamur, gratia
& benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria
& imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia xxxviij. ex cap. quinto.

*NEque pater iudicat quenquā, ſed omne iudiciū dedit
filio: vt omnes honorificēt filiū, ſicut honorificāt pa
trem.* Summa nobis in omnibus vtendū eſt
diligentia dilectiſſimi, quia reddēda ratio eſt & ver-
borum, & operum, & proculdubio pœna ſubeunda.
Nō enim in præſenti vita finis nobis eſt, ſed alia no-
bis cōditio expectanda, formidoloſo iudicio aderi-
mus. Omnes eñ nos manifeſtari oportet ante tribu- 2.Cor.5.b
nal Chriſti, vt referat vnuſquiſq; ꝓpria corporis, ꝓ-
ut geſſit ſiue bonū ſiue malū. Hoc iudicium ſemper
præ oculis habeamus, ita ſemper virtuti vacare po-
terimus. Nā ſicut qui diei illius obliuiſcitur, tāquam
fræno abiecto in præcipitiū defertur, (inquinatæ eñ
f ſunt

Psal.9.c sunt,inquit, viæ illius in omni tēpore, & causam affert. Auferūtur iudicia tua à facie eius,ita quē continuus hic percellit timor, modeste viuēdi viā ingreditur. *Eccli.7.d* Recordare,inquit,nouissima tua, & in æternū nō peccabis. Qui enim dimittit nobis peccata nunc miserādo,is tum iudicādo pandet. Qui propter nos mortuus est,is vniuersæ naturæ iudex apparebit. Iterū,inquit,sine peccato videbitur suscipiētibus eū ad salutē. Quāobrem hoc in loco inquit: Neq; enim pater iudicat quenquā,sed omne iudiciū dedit filio,vt omnes honorificent filiū,sicut honorificant patrem. *† patrem etiam ipsum appellabimus]* Igitur†patrē prępponemus,]inquies? Absit:propterea enim dixit filiū,vt manentē filium tanquam patrem honoremus. Qui enim patrē ipsum dicit,non iam filium tanquā patrē honorat,sed totum confundit. Et quoniā beneficia accepta homines nō ita sentiunt, omne iudiciū,inquit, dedit filio, vt saltem metus in eius honorē trahat. Illud autem verbū,Omne:& puniendi,& honorādi quoslibet potestatem habere signat. Dedit autē, ideo dixit,vt neq; ingenitum filiū, neq; duos patres suspicareris. Quicquid enim pater est,idem est & filius genitus,& manens in esse filius. Et vt intelligas hāc particulā, dedit: idem quod,genuit, *Hic infra d.* significare:audi quid alio in loco dicit: Sicut pater habet vitā in semetipso, sic dedit & filio habere vitam in semetipso. Quid igitur?prius ipsum genuit, inde vitam dedit?qui enim dat vitam,alicui dat:erat igitur sine vita genitus? Hoc neq; dæmones ipsi suspicarentur. Simul enim cū impietate maxima stulticia deprehēditur. Quēadmodū enim illud verbū, *†genuit]* Dedit vitā:q; eum vitā† fecit,]signat:sic,Et dedit iudicium:q; eum iudicē † fecit,]intelligendum est. *†genuit]* Vt enim audiendo eū authorem patrē habere, nō propterea mutatā substantiā,& diminutum honorē crederes,ipse te iudicatū venit,& hinc suam prę se ferēs excellentiā. Qui enim & honorādi & puniēdi quos vult habet potestatē,is eadē potest quę pater. Quod si hoc nō esset, sed posterius factus honorē accepisset:quę causa fuit quin posterior honoraretur? Vnde in hāc venit dignitatis prærogatiuā? Nónne vereris humanos hos,&indignos deo intellectus,immortali,& nihil † nobiscum cōmunicanti]naturæ tam impudenter tribuere? *†aduenticium siue ascititium habenti.]* Sed cur ita loquitur? vt magis crederetur,& ad maiora auditorū animos præpararet, & ideo hæc miscet. Cōsidera à principio: Pater meus operatur,& ego operor. Aequalitatem ostendit,sed voluerunt eum Iudæi interficere. Quid ergo? Verbis altioribus abstinet,sensus seruat: Non potest filius à se facere quicquam. inde altius ascendit: Quæcunq; ille fecerit,hæc & filius similiter facit. Rursum ad humiliora descēdit: Pater enim diligit filium, & omnia demonstrat ei quæ ipse facit, & maiora his demonstrabit ei opera. deinde rursus ad sublimiora. Sicut enim pater suscitat mortuos, & viuificat: sic & filius quos vult viuificat. Et rursum vtrūq; complectitur: Neq; enim pater iudicat quenquam,sed omne iudicium dedit filio. inde erigitur, Vt omnes honorificēt filiū,sicut honorificant patrē. Vides quomodo vicissim & humi repit,& alte tollitur,vt & præsentes melius intelligerēt,& futuri tēporis homines nō offenderentur,& debite de ipso sentirent? Quòd si nulla esset causa,neque vt facilius persuaderet ita locutus esset:quānā gratia hæc cōmiscuit? Qui enim magna de se polliceri potest,siquidē humilius & præter dignitatem suā dixerit,aliqua causa merito potest ex-

A cusari:qui autē nihil habet quod iactet,quánam gratia q̄ præstare possit magnificentius de se loquitur? sanè stultissimū & impiissimū est. Quamobrē † merito nos humilia de nobis polliceri, & modeste loqui decet. Et hinc promissam nobis salutem cōparamus,] *†nos quidē humilium istorū verborum causam iustā & deo cōgruentem dicere possumus,vt videlicet ad auditorū imbecillitatē demitteret,atque modestiā doceret,& quā salutem nos cōparamus.]* quod ipse Christ⁹ alio in loco his verbis significauit: Hoc autē dico vobis,vt vos salui sitis. Nā cū suo omisso,ad Ioānis testimoniū cōfugeret, idq; sua excellētia esset indignū, tātæ humilitatis causam affert,se id dicere,vt ipsi salutē cōsequerētur. Vos autem cum filiū non eandem quam patrē habere potestatē dicitis:quid eius verbis respōdebitis, quibus se æqualem patri potestatē, virtutē, gloriam habere profitetur? *Qui non honorificat filiū,non honorificat patrem qui misit illū.* Ecce quomodo filij honor paterno honori confunditur & coniungitur. Et quid hoc,dicet aliquis, nōne in Apostolis iisdē ferè verbis vsus est? B Qui suscipit,inquit,vos,me suscipit. Sed illic discipulos rebus suis adnumerat, hic autē vnam dicit substantiam,& vnā gloriam:ideo de discipulis non inquit,vt honorificēt. Nā ex duobus regibus altero cō tumelia affecto,& alter læderetur: maxime vero si filius læditur, *Hic infra Luc.9.f* & sui militis etiā ignominia: nō tamē itidē,sed vt † mediator,illic ipsa dignitas] læditur. *† per mediatorē illic vere vt per se ipsum.* Propterea id præoccupauit,vt honorificēt filiū,sicut honorificant patrē, vt honoris æqualitatem intelligas. Nō enim simpliciter dixit, Qui nō honorificat:sed, qui nō ita honorificat,nō honorificat patrē. Et quomodo eiusdē substātię est,qui mittit,& qui mittitur? Iterū in humana prolaberis,neque alia vlla de causa hæc omnia dici intelligis, q̄ vt authorem cognoscamus,neq; in Sabellij errorē incidamus? hoc etiā pa- C cto Iudæorū imbecillitati occurrit,ne deo contrariū opinentur,(dicebant enim, Hic nō est à deo, hic à deo non venit.)quam vt tolleret opinionem,non ita in magnis vt in humilib⁹ versatur: ideo frequēter se missum dicit: non vt vlla ex parte eū minorē suspiceris,sed vt illis silentiū imponeret: hac gratia sæpenumero ad patrē confugit, & interim propriam interserit dignitatē:siue em̄ in omni sermone Iesus magnifice locutus esset,nō sanè † intellexissent] Iudæi: *†suscepissent]* quandoquidē paucis etiā verbis eum persequebantur,& lapidabant:siue eorū gratia semper humi procubuisset, multū futuri homines detrimētum accepissent. Cōfundit igitur doctrinā suam,& verborum vilitatē sensus splēdore apud prudentiores minime sibi conuenire ostendit. Missum esse autē,translationis verbū est:vbiq; enim præsens est deus,quare er- D go missum se dicit? Crassiori hoc verbo eiusdē cū patre volūtatis se esse demōstrat,quod & sequētia confirmāt. inquit enim: *Amen amen dico vobis, quia qui verbum meū audit,& credit ei qui misit me, habet vitā æternā.* Ecce q̄ frequēter idem repetit, vt suspicionē tollat, & in hoc loco,& sæpe in sequētibus,& metu,& præmij promissione,vt sibi credatur admonet,& hic rursus ad humilia descendit. Non enim inquit, Qui audit verba mea, & credit mihi, arroganter nanq; dictū existimassent: nam cum lōgo pòst tempore,post tot signa & miracula cū eiusmodi diceret,id opinati sunt,longe magis in præsentia. tunc enim dixerunt: Abrahā mortuus est,& ꝓphetæ mortui sunt:& tu dicis,si quis sermonē meum seruabit,mortem non gustabit in æternū. *Infr.8.g* Vt ergo tunc non exasperarētur,inquit,Qui verbū meum audit,& credit ei qui me misit,habet vitā æternam. Hoc nō difficile erat persua-

su:quæ

su:quę tamē si prōpte accepissent,in reliquis facilius erudiri potuissent. Hæc itaq; magnorū & humilium cōfusio perquā vtilis est. hic ergo,inquit, Videbit vitam æternā, & in iudicium non veniet,sed transiit à morte in vitā. His duobus fidem sibi cōciliat,cum & patri credendū,& credenti tantum præmij propositum dicit. In iudicium autē non veniet,hoc est,non punietur. Mortē autem non huius seculi,sed æternā intelligit,quēadmodum & vitā. *Amen amē dico vobis, quia venit hora,& nūc est,quādo mortui audiēt vocē filij dei: & qui audierint viuent.* Verba re cōprobat. Nam cum dixisset: Sicut pater suscitat mortuos, & viuificat: sic & filius quos vult,viuificat. Ne videretur superbe & arrogāter loqui,etiā operū veritatē enarrat,cum inquit, Venit hora: quam ne lōgo post tempore futurā arbitreris,subdit, Et nunc est,quādo mortui audient vocē filij dei,& viuēt. Intueris incredibilem eius potestatē? Sicut in resurrectione,ita &nunc erit,inquit: tūc enim audita imperātis voce,resurgemus. *1.Thes.4.d.* In pręcepto dei,inquit, mortui resurgēt. Et vnde constat nō perperā dictū? quoniā nunc adesse dicit. Nā si futura tantū annunciaret, nō immerito esset dubitandum:sed se in terris cū ipsis conuersante hæc ventura dicit. Neq; enim nisi potestatē habuisset, id polliceretur,ne ridiculus omnibus esset. Inde firmissima ratione cōprobat: *Sicut pater habet vitā in semetipso, sic dedit & filio vitā habere in semetipso.* Ecce quomodo in nullo prorsus differunt, præterquā q; alter pater est, alter filius. Verba hanc tantū vidētur facere differētiā,cætera æqualia & indiscreta: vnde perspicuū est, tam potenter omnia filiū,quàm patrem facere. Sic enim habet vitā vt pater, propterea statim additur, vt ex hoc illud intelligamus. Quidnam? *Et potestatem dedit ei iudicium facere.* Et qua gratia resurrectionem & iudiciū frequēter meminit? Sicut pater,inquit,suscitat mortuos,& viuificat: sic & filius quos vult,viuificat. Et iterū: Neq; pater iudicat quēquā,sed omne iudiciū dedit filio:&,sicut pater habet vitā in semetipso,sic dedit & filio habere vitā in semetipso. Et iterū: Qui audiūt vocem filij dei,viuūt. Et hoc in loco,potestatē dedit ei iudiciū facere. Quænā,inquam, tam frequens iudicij,vitæ, resurrectionis cōmemoratio? quoniā hæc omniū maxima sunt,& quæ possunt difficilem etiā auditorem ad credēdum adducere. Qui enim credit resurrectionē,& scelerum pœnas etiam sine aliis signis hoc solo assentietur,& beneuolū sibi iudicē reddere curabit. *Quia filius hominis est, nolite hoc admirari.* Paulus Samosatēsis nō sic legit:sed potestatem dedit ei iudicium facere,quia filius hominis est. D quod minime sequitur. Nō em̄ propterea accepit iudicium quia homo est,nā nihil prohibuisset omnes homines iudices esse:sed quoniā ineffabilis illi⁹ substantię filius est,ideo iudex. Quāobrem ita legendū: Quia filius hominis est,nolite hoc admirari. Nā cum videretur id repugnare,& nihil aliud quàm purū hominem esse arbitrarentur,verba autē supra hominē, ac etiā angelos,& solius dei:hāc tollens obiectionē, addit: *Nolite mirari hoc,quia filius hominis est: Quia venit hora,in qua omnes qui in monumētis sunt,audiēt vocē filij dei: & procedēt qui bona fecerūt,in resurrectionem vitæ:qui vero mala egerūt,in resurrectionē iudicij.* Et quánā gratia nō dixit, Nolite mirari,quia filius hominis est: etenim dei quoq; est,vt superius, Audiēt vocē filij dei:sed resurrectionis tantū meminit? Ne admireris nullā hic dei mētionem habitam. Qui enim quod propriū dei est

A narrat; satis admonet auditores,vt reliquum intelligant:q; scilicet & deus,& dei filius est. Nam si verbis frequēter repetisset,quod miraculis ostēdebatur: visus esset causæ tanquā imbecilliori diffidere. Etenim qui syllogismos faciūt,positis partibus sine cōclusione sæpenumero aperte demōstrāt quod quęritur:& cum attētiores auditores reddāt,& victoriam splendidiorē efficiant, ipsum repugnantē in suā adducūt sententiam. Itaque præsentes melius iudicium ferre possunt,cum aduersarij se victos profitentur. Et Lazari resurrectionē memorans, iudicium tacuit: non enim ꝓpterea suscitatus est. Huic autē vniuersali resurrectioni addidit, Qui bona fecerūt, ꝓcedēt in resurrectionē vitæ:qui vero mala egerunt, in resurrectionē iudicij. Hac iudicij appellatione Ioānes auditorē vrgebat, *Supr.3.e* atq; etiam dicendo q; qui nō credit in filium,nō videbit vitā, sed ira dei manet super eum. B Sic & ipse Nicodemū,dicens ei,qui credit in filium, nō iudicatur: qui autē non credit,iam iudicatus est: ita & in hoc loco,& iudicii, & malorū supplicij meminit. Nam cum dixisset, Qui verbū meum audit,& credit ei qui misit me,nō iudicatur:ne quis hoc solū satis esse ad salutē arbitraretur,& opera addidit: Qui bona fecerunt,procedent in resurrectionē vitæ:qui vero mala egerūt,in resurrectionē iudicij. Et cum orbem terrarū ipsius voce resurrecturū,& redditurum rationē,nouum quidem,nec facile credibile,etiā fidelioribus,nedū Iudæis videretur: audi quónam id pacto confirmat,rursum in auditorū descēdens imbecillitatē: *Non possum ego à meipso facere quicquam, sicut audio,iudico,& iudiciū meū iustū est: quia non quæro voluntatem meā, sed voluntatem eius qui misit me,* patris.* Atqui ** hæc dictio patris hic nō habetur,nec paulo post in huius loci expositione.* C nō paruum iam resurrectionis dederat argumētum, cum paralyticum sanaret,quāobrem noluit prius de ea verbū facere,q̄ quod non multo erat resurrectione inferius,operatus esset:& cum paralyticū confirmauit, tunc iudicij fecit mētionē. Ecce sanus factus es,iam noli peccare,ne deterius tibi aliquid contingat. Veruntamen & Lazari, & orbis terrarū resurrectionē prędicit:sed Lazari mox,orbis diu post futurā:† & hanc per paralyticum,& Lazari resurrectionē ostēdit. Venit hora,& nūc est. Ex his] quę facta sunt, *†Et Lazari quidem credibilē reddit à paralytico, & tēporis propinquitate, dicens, Venit hora & nūc est:illā vero à Lazari resurrectione ex his]* nondū facta demōstrat:quem vbiq; morem seruare deprehēditur,quòd duabus vel tribus reb⁹ prędictis à factis semper futura cōfirmat. Sed tot &tātis verbis & operib⁹ suis Iesus cū adhuc imbecilliores essēt nō contentus, aliis etiā eorum pertinaciā mollire adnititur,dicens: Non possum ego à meipso facere quic- D quā,sed sicut audio,iudico, & iudiciū meū iustū est: quia non quęro voluntatē meam,sed voluntatē eius qui misit me. Nā cū aliena & à prophetarū sententia differētia,dicere videretur. Illi em̄ dicebant,q; deus iudicat terrā omnē,hoc est humanū gen⁹. Et Dauid hoc vbiq; prædicabat dicens, Iudicabit populos in æquitate. Et: Deus iudex iust⁹,fortis,& patiēs. Et idē prophetæ oēs,& Moses. *Psal 95.c* Christus atē, Pater nō iudicat quenquā,sed ego sum qui iudico. *Ibid.7.c* Hoc facile Iudæū perturbare, & in suspicionē adducere poterat, vt à deo alienū Christū arbitraretur: quāobrē ad humilia descēdit,quantū eorū imbecillitas postulabat, vt penitus quæ inde suboriebatur opinio tolleretur. Ego,inquit,nō possum à meipso facere quicq̄: hoc est,nihil à deo alienum vel differēs, nihil quod nolit pater factū à me videbitis, [nihil dictū audietis.] Et vt superius cum dixit,quia filius hominis est,ostēdit

 se hominem

Universidad de Deusto Biblioteca

se hominē existimatum:ita & in hoc loco. & quem-
admodū cū inquit: Quod audiuimus,loquimur:&
Supr.3.b quod vidimus,testamur.&Ioānes:Quod vidit testa-
tur,& testimoniū eius nemo accipit:de certa vtrūq;
cognitione,nō de auditu & visu locutus est.Ita& hic
per auditū nihil aliud intelligitur, quàm nihil aliud
† velle] †posse,quàm qđ pater: verū nō tam manifeste,quo-
niam primū fidem non adhibuissent, nisi humiliter,
Supr.3.b & vt homo locutus esset.Sicut audio,iudico.Neque
dicit,sicut disco:sed,audio:nō tamen ꝙ audire indi-
geat.Neq; enim vlla tantū doctrina indiget, sed ne
auditione quidem:ex quo vnā & eandem sententiā
demonstrat:quasi dicat,ita iudico,ac si pater ipse iu-
dex sit.Inde prosequitur: Et noui ꝙ iudiciū meū iu-
stū est,quia non quæro voluntatē meam,sed volun-
tatē eius qui misit me,patris.Quid dicis? Habes aliā
Infr.18.b à patre voluntatē? Etenim alibi: Sicut ego & tu vnū
sumus:de voluntate & cōcordia loquens:da eis vt&
ipsi in nobis vnū sint, hoc est, in fide nostra. Ecce ꝙ
quæ maxime humilia vidētur,in his sensus latet pro-
fundissimus.his enim nō aliam patris, aliā suam esse
voluntatē significat: sed sicut vnius mentis vna vo-
lūtas est,ita patris & filij. Neq; admireris tātā patris
& filij conuenientiā, quādoquidem de spiritu idem
1.Cor.2.c dicit Paul⁹,Quis scit hominū quę sint hominis, nisi
spiritus hominis, qui in ipso est? Ita & quæ dei sunt
nemo cognouit,nisi dei spiritus:qđ nihil aliud signi-
ficat,nisi non aliā esse filij à patre voluntatē,sed ean-
dē.Sed si quid,inquit,pater vult,& ego volo: si quid
ego,& pater:& quēadmodū nemo patrem reprehē-
det iudicantē,ita neq; me:eadem enim vtriusq; sen-
tentia est.ꝙ si humilius hæc, & hominis more dicta
†ψιλὸν.i. nudū] siue simplicē & solū,hoc est qui tantū homo esset & non etiā deus. sunt,noli admirari:hominē enim adhuc,†ac etiā vi-
lem]arbitrabantur.Quāobrē non modo in his quid
dicatur, sed quid auditores senserint, inquirēdū est:
& secūdum eorum opinionē verba metienda sunt,
ac si ad ea respōderit, aliter multa sequerētur absur-
da.Considera quęso,nō quæro voluntatem meā:er-
go diuersæ est volūtatis,& lōge inferioris, nec infe-
rioris tantū,sed inutilis?Nam si salutaris est,cur non
quæris?homines merito hoc dicerēt,qui multa præ-
ter dei volūtatem sentiūt: tu autē qua gratia hoc in-
quis,cū in omnibus patri similis sis?Hæc neq; diligē
tis hominis, neq; grauis verba esse quis diceret. Nā
Gala.2.d si Paulus ita se diuinæ cōformat volūtati, vt dicat:Vi
uo autē iam nō ego,viuit vero in me Christus: quo-
modo omniū dominus non suam,sed eius qui se mi-
sit voluntatē quærit,ac si diuersa esset?quid ergo sibi
vult hic sermo?Tanquā homo & secundū auditorū
opinionē loquitur. Cū eñ superius partim vt deus,
partim vt homo verba fecerit, hoc iterū in loco ad
humanitatē descendit. *Iudicium*,inquit, *meū iustum est.*
Vnde id cōstat?quia nō quæro voluntatē meam,sed
eius qui misit me,patris.Sicut eñ homines,qui om-
ni in se affectu liberi sunt,de iniusto iudicio accusari
nequeūt:ita neq; ego.Qui eñ sui amore ducitur,nō
immerito suspectus est,ne ea gratia iustū trāsgredia-
tur:qui vero nullā suiipsius curam habet,quid eū im
pedire potest,ne iustā ferat sententiā?hac ratione in
me vtimini. Nam si non missum me à patre dicerē,
neq; operum meorum gloriā ad illum referrem:po-
tuisset fortasse aliquis suspicari ad aucupādū gloriā,
talem me falsò prædicare:sin in aliū gloriam refero,
† quo sermonē demiserit?] vnde potest aliqua oriri suspicio?Animaduertis † ra-
tionē,]& vnde iudicium suū iustum cōfirmat, vnde

A videlicet quiuis è vulgo defensionē sumeret. Vides,
quod sæpius dixi,quomodo clare interlucet? Quid
autē est quod dixi? Nimiā verborū humilitatē ma-
xime intelligentibus persuadere,non quæ in prōptu
& prima fronte sententia occurrit, eam accipiendā,
sed altiorē sensum inuestigādum, neq; humi immo-
randum.His igitur rationibus, dilectissimi, nolimus
verbaChristi temere transigere:sed in omnibus scri-
pturis sedulā inquirēdi diligētiā quare dicta sint,ad-
hibeamus.Neq; existimemus satis nobis ad excusa-
tionē esse ignorantiā,& simplicitatē. Nō enim sim-
plices tantū nos esse iussit Christus, sed & prudētes.
Vtamur ergo cū simplicitate prudentia in doctrina,
& vitæ integritate: & nosipsos in hac vita iudicem⁹,
ne postmodū cum mundo iudicemur: & tales erga
cōseruos nos exhibeamus,qualē erga nos deum cu-
B pimus. Dimitte, inquit, nobis debita nostra,sicut & Matt.6.b
nos dimittimus debitoribus nostris. Et profecto sci-
mus animā nō æquo animo castigationes tolerare,
veruntamē si nō† reprehēsoris,] sed nostræ consuli † offendētis]
vtilitati intelligemus, omnē indignationē depone-
mus.Etem qui centū denarios sibi obnoxio nō dimi Ibid.18.d
sit,nō conseruū,sed seipsum læsit,& tot milibus talē-
torum,quæ sibi dimissa erant,obnoxiū reddidit.Igi-
tur cum aliis non dimittimus,nō dimittimus nobis.
Quamobrem nolimus solū deo dicere,ne memine-
ris peccata nostra:sed etiā nobisipsis, ne memineri-
mus conseruorū inuicem peccata. Nam tu prior in
te cōmissa iudicas,inde sequitur deus. Tu legē scri-
bis de venia & pœna:tu fers sentētiā,& an deus tuo-
rum peccatorū recordetur,an nō recordetur,tu do-
minus.Propterea Paul⁹ dimittere iubet si quis quid 2.Cor.16.
C aduersus aliquē habet, quod queratur:atq; ita,vt ne c.& Co-
reliquiarum quidē minimum relinquatur. Siquidē loss.3.c
Christus non solū nostra peccata in mediū non pro-
tulit,neque obiecit,sed dimisit, & deleuit chirogra- Coloss.2.c
phū:neq; delicta nostra reputauit,vt meminit Paul⁹,
hoc & nos sequamur exemplū, offensas oēs animo
deleamus,officia dūtaxat reputemus, nullū odij ve-
stigiū relinquatur:ꝙ si nihil in nos officij proximus
cōtulerit,tāto magis dimittendo merebimur,& ma-
gis laudabimur. Alij vigilando, in nuda humo dor-
miendo,carnē assiduis laboribus macerando delent
peccata:tibi faciliori via,nemini succensendo, idem
cōsequi datur.Quid cōtra te ensem vt insanus & fu-
rēs stringis? Quid culpa tua futura gloria fraudaris,
cum ad eam consequendā totis viribus contenden-
dū sit? Nam si præsentis vitæ gloria tātopere optan-
D da est,quid de futura dicendū,vbi nullus dolor,nul-
la tristicia,nullus luctus,nullus mortis metus, nullus
bonorū finis?Beati,& ter & sæpius,inquā, beati, qui
superna illa sede fruuntur:quēadmodū miseri,& sæ-
pius miseri,qui ea se priuant.Sed quid illā nobis vitā
largiatur,audi Iesum ipsum adolescēti dicentē,quid
facturus sis.Nam cū ille rogaret, quid boni faciā, vt Mat.19.c
habeā vitam æternam?Cum alia mādasset, in proxi- & Mar.
mi tādem dilectionem euasit.At fortasse auditorum 10.b.&
quispiā seundū diuitem illū dixerit, † seruamus no- Luc.18.d
stra,]nō furamur,nō occidimus,nō fornicamur: sed † eadē seruauimus]
ꝙ proximū diligas, vt diligere decet, minime dicere
poteris.Nā nisi & inuidia & maledictis affecto pro-
ximo opē tuleris,nisi indigēti opes tuas impartiaris,
non diligis.Verum Christus non sola hac dilectione
cōtentus:Vēde,inquit,omnia quę habes, & da pau-
peribus,& veni sequere me. Quo verbo operū imi-
tationem

tationē significauit.Quid hinc discimus?ꝙ qui hæc
omnia nō operatur,supremā illā sedem consequi nō
potest.Nam cum ille dixisset, omnia feci, tanquam
maxima quadā parte deficiēte ad perfectionem in-
quit:Si vis perfectus esse,vēde omnia quæ habes, &
da pauperib⁹,& veni,sequere me. Hoc igitur primū
discendū:secundo autem in loco,ꝙ illum repreben-
dit frustra se gloriantē. Qui enim in tanta copia re-
rum viuebat,& pauperes contēnebat: quónā pacto
proximū diligebat? decipiebatur ergo. At nos & il-
lud & hoc faciamus, & summa diligentia nostras in
pauperes erogemus facultates, ac cœlū nobis ema-
mus.Nā si pro huius seculi dignitate oīa nostra nō-
nunquā exponimus,pro dignitate inquā,in hac dū-
taxat vita duratura:imò quæ interdū paulo pòst etiā
viuētes deserit,si multi pro ea vitā quoq; ponere nō
dubitarunt:quid nobis miserius est, qui pro illa quæ
in æternū permansura est gloria,quę nunquā aufer-
ri potest,nē parua quidem, & quæ paulo pòst vel in
hac vita velimus nolimus relicturi sumus,dare pati-
mur?Quāta hæc,quæso,insania,quę nobis inuitis eri
piūtur,ea in præsentia spōte dare,postmodū largiter
recipere nolumus?an si quis morti dānatus, omnib⁹
suis facultatibus vitā redimendi optionē acciperet,
nónne ad gratiā adscriberet? nunc autē cum vel di-
midio rerū nostrarū à gehēna liberari possimus,eius
ignibus torqueri, quàm quicquā erogare malumus,
†ac nostra frustra retinere vt ea amittamus. † ac si omnia amittamus.] Quā ergo excusationem,
quā veniā merebimur, cū tam facili ad vitā via præ-
cisa,nullo nobis fructu proposito deferamur in prę-
ceps,præsentibus & futuris bonis sponte iam priue-
mur,cū vtrisque facile perfrui possemus?Quòd si in
hunc vsq; diem nostrā spreuimus vtilitatē: nunc tā-
dem ad nos reuersi,res nostras ad necessaria diriga-
mus,vt futura bona cōsequamur, gratia & benigni-
tate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri glo-
ria,simul & spiritui sancto,in secula seculorū,Amen.

Homilia xxxix.ex cap.quinto.

SI ego testimoniū perhibeo de meipso, testimoniū meū non est verū. Ali⁹ est qui testimoniū perhibet de me, & scio quia verū est testimoniū eius,&c.Qui me-
talla fodere aggreditur,artis ignarus auri venas non
inuenit,sed omnia miscet & cōfundit,& laborē sub-
it incassum:ita qui diuinarū scripturarū ordinē non
intelligunt,qui earū proprietates,qui leges non dis-
quirunt,sed omnia ad verborū sonū accipiunt,aurū
terræ cōfundentes, nunquā reconditum in his the-
saurū assequuntur. Hoc mihi nunc in mentē venit,
quoniā ꝓpositus nobis locus est multi auri plenus:
quod tamē non omnibus in promptu est,sed arcana
quadā obscuritate obrutū:quamobrē effodiēdo, &
diligenter purgando, ad verū sensum perueniendū
est.Quis enim nō statim perturbaretur audiēs Chri
stum dicentē: Si ego testimoniū perhibeo de meip-
so,testimoniū meum nō est verum?Nā multis in lo-
cis de seipso testimoniū perhibētem videmus,siqui-
Supr.4.c dem Samaritanæ dixit, Ego sum Christus. Et cæco:
Infr.9.b Ibid.10.f Qui loquitur tecum, ipse est.Et Iudæis: Quomodo
vos dicitis,quia blasphemas,quia dixi filius dei sum?
Et alibi sæpenumero.Si ergo hæc oīa mēdacia sunt,
quæ nobis salutis spes futura est?vnde verū inuenie-
mus,quādo ipsa veritas dicit:Testimoniū meum nō
est verū? Hoc autem nō modo contrarium videtur,
Infra 8.b sed & aliud nō minus.Nam & alibi,Si ego testimo-
nium,inquit,perhibeo de me, testimoniū meū verū

A est.Vtrum horū vt verum recipiam,vtrum vt falsum
reiiciā?Si verba ipsa simpliciter accipiātur,neq; per-
sonā,neq; causam perscrutabimur. Si enim testimo-
niū eius nō est verū, neq; hoc verum: vtrunq; ergo
falsum.Quid sibi vult hic sermo? Diligenter inuigi-
lādū,vel potius diuina gratia opus est,ne nudis ver-
bis insistamus.Ita hæretici in errorē incidunt,neque
† sententiā,]neq; audientis habitum inquirētes.Nisi † mentem dicentis]
enim tēpora,locos,auditorē,& alia huiusmodi con-
sideremus,multa sequētur absurda.Quęnā ergo sen
tentia?Dicturi erāt Iudæi: Si tu testimoniū perhibes
de teipso,testimoniū tuum nō est verū:idcirco præ-
occupauit Iesus,quasi dicat:fortasse dicetis vos mihi
nō credituros,nemo enim qui repēte de seipso testi-
moniū perhibet, habet apud homines authoritatē.
Illa autē particula, Nō est verū: nō est temere legē-
B da,sed ad illorū opinionē referēda:hoc est,vobis nō
est verū.Nō enim ex authoritate sua,sed pro audito-
rum suspicione loquitur,quā arguit,eorum adducēs
obiectionē.Verum cum dicit,Si ego de meipso testi
moniū perhibeo,verū est testimoniū meum. qui sit,
& qualis existimari debeat,ostēdit,& ꝙ de se loquēs
tanquā deus fide dignus haberi debet. Cū eñ mor-
tuorum resurrectionē & iudicium annūciasset:& ꝙ
qui credit in ipsum,non iudicatur,sed venit ad vitā:
ꝙ sedebit ab omnibus rationē exacturus: ꝙ æqualē
habeat patri potestatē,atq; virtutē:hęc omnia cōfir-
maturus, necessario eorū primū obiectionē posuit.
Dixi inquit,Sicut pater suscitat mortuos,&viuificat: Hic sup.d
sic &filius quos vult,viuificat.Dixi,Neq; pater iudi- Ibidem.
cat quenquā,sed omne iudiciū dedit filio. Dixi ho-
norandū filium sicut patrē: & qui nō honorificat fi-
C liū,nō honorificat patrē.dixi, Qui verbū meum au-
dit,& credit ei qui misit me,nō veniet in iudiciū,sed
transiit de morte in vitā, ꝙ vox mea mortuos susci-
tabit,quosdā quidē nunc, quosdā vero postea.Dixi
ꝙ peccatorū rationem exigā ab omnibus,& ꝙ iuste,
& pro vniuscuiusq; meritis iudico.Cū igitur hęc om
nia quidē magna asseruisset,neq; Iudęi credidissent,
obscuriora prius adducit,mox rē cōfirmaturus,qua-
si ita dicit:Dicetis fortasse me de meipso testimoniū
perhibere, neq; fidem mihi adhibendā. quibus ver-
bis eorū ponens obiectionē, soluit, ostenditq; eorū
mentis abscōdita non ignorare. Ita primū virtutem
suā indicat,inde probationes affert perquā manife-
stas:triplex testimoniū ad verborum suorum proba-
tionē adducēs,opera sua,patrē testem, Ioannis præ-
coniū. & primū imbecillius ponit, testimoniū scili-
D cet Ioānis.Cum enim dixisset,Alius est qui testimo-
nium perhibet de me: & scio ꝙ verū est testimoniū
eius,subdidit,*Vos misistis ad Ioānē,& testimoniū perhibuit veritati.*Quòd si nō est verum testimoniū eius, quo-
modo dicit:Scio ꝙ verum est testimoniū Ioannis,&
testimoniū perhibuit veritati?Ecce manifeste cōstat,
cum dixit, testimoniū meum non est verū,secūdum
illorū opinionē locutū.Quid si ille ad gratiā testatus
est?Ne hoc dicerēt,non inquit, Ioannes testimoniū
perhibuit de me: sed prius vos misistis ad Ioānē. Nō
misissetis, nisi dignum arbitraremini cui fides esset
adhibenda.Et quod maius est,nō miserunt interro-
gatum de Christo Ioannem,sed de seipso.Cuius igi-
tur in propriis rebus testimoniū fide dignum puta-
bant,longe magis in alienis. Solent enim homines,
vt ita dicam,nō perinde credere iis qui de se loquū-
tur,atq; iis qui de aliis testantur.Ioannes autē tantæ

Universidad de Deusto Biblioteca

apud Iudæos erat opinionis, vt de se alterius nõ indigeret testimonio. Nõ enim qui missi sunt dixerũt, quid dicis de Christo? sed, tu quis es? Quid dicis de teipso? adeo ipsum admirabantur. Hoc totum significauit Iesus his verbis, Vos misistis ad Ioannẽ. propterea euãgelista nõ missos tantũ dixit, sed missorũ personas diligẽtius exponit: non ex infima plebe viros, nõ abiectos & viles, non qui corrumpi & decipi possent: sed sacerdotes & pharisęos, qui sanè ei⁹ verba intelligerent. *Ego autẽ non ab homine testimoniũ accipio.* Qua ergo gratia Ioãnis adducis testimoniũ? Nõ erat hominis, Ioannis testimoniũ. Qui misit me, inquit, baptizare in aqua, ille mihi dixit. Erat itaq; dei, nõ Ioannis testimoniũ. Nam ab eo id didicerat. sed ne dicerẽt, vnde à deo didicit? & reprehẽderẽt, maiorem in modũ ad eorum suspicionẽ respiciens, imponit silentiũ. Neq; enim credibile erat, multos scire id Ioannem à deo accepisse, sed tanquã ipse ex se diceret, fidẽ ei adhibebant: ideo inquit, Ego non ab homine testimoniũ accipio. Sed ne dicerent, Si non accipis ab homine testimonium, cur adducis? Vide quo pacto obiectioni occurrit. *Sed hoc dico, vt vos salui sitis.* Hoc est, ego hominis nõ indigeo testimonio, cũ deus sim: verũ cũ Ioãnes tãtæ apud vos authoritatis sit, cũ tanquã prophetã admiremini, (etenim ciuitas omnis ad Iordanẽ ipsum auditũ effundebatur:) mihi autem & miracula facienti non creditis, idcirco eius vobis testimoniũ in memoriã reduco. *Ille erat lucerna ardens & lucẽs, vos autem voluistis exultare ad horam in luce eius.* Ne dicerent, Quid ad nos, si ille testimoniũ perhibuit? id nos nõ recepimus: recepisse ostẽdit. Neq; enim contẽnendos miserunt nuncios, & voluerunt exultare: adeo illum admirabantur, neque poterant tunc cõtradicere. Illud autẽ verbum, Ad horam, facilem eorum mutationem, & fluxum & infirmũ studiũ indicat. *Ego autem habeo testimoniũ maius Ioanne.* Nã si velletis rem ipsam, & opera considerare, ipsa lõge magis vos adducerent ad credendũ: at quoniam nõ vultis, ad Ioannem vos relego: nõ q; ego indigeam, sed quoniã omnia facio vt vos alliciam, vos saluos faciam. Habemus enim operũ testimonium Ioanne maius, tamẽ quod vobis proprius est & familiarius, quod vos magis admiramini, vtor. Deinde cum illos notasset, dixissẽtq; ad horam exultare voluisse in ipsius luce, illorũ temporarium & inconstans studium demõstrans, lucernã ipsum Ioannem appellauit, vt ex se lucẽ nõ haberet, sed à spiritus gratia demõstraret, quod ad sui differentiã † posuit: sed nõ ita manifeste dixit, q; esset sol iusticiæ: sed tantum] eos acrius tetigit, q; quemadmodum illum contempserunt, se quoq; cõtemnerent. Etenim quem tanti faciebãt, ad horã admirati sunt: quod nisi fecissent, quãprimum Christo illius persuasione credidissent. Vt igitur eos omni venia indignos ostendat, addidit: Ego habeo testimoniũ maius Ioanne. Quale? operũ. *Opera enim,* inquit, *quæ dedit mihi pater vt perficiã ea, ipsa opera quæ ego facio, testimoniũ perhibẽt de me, quia pater me misit.* Hic paralytici, & filij reguli sanati, & aliorũ pluriũ meminit. Nam diceret fortasse quispiã, magnifica Ioãnis verba de Iesu ad gratiã dicta: quãuis neq; huiusmodi de Ioãne viro optimo, & tãtæ apud Iudæos admirationis, suspicio oriti posset. Verũ opera etiã insanis persuaderẽt, ideo eorũ adduxit testimoniũ, & respõdet obiectioni, q; non esset à deo, qui sabbatum non custodit. Hac gratia inquit: Opera quæ dedit mihi pa-

†iã nõ posuit, quia ipse sit sol iusticiæ, sed iterim occulte tãtum innuens]

ter. atqui suapte authoritate ea operabatur, sed ad maius indiciũ, quòd nihil cõtra patris voluntatẽ faceret, humilius locutus est. Sed quãobrem nõ dixit, Opera quæ dedit mihi pater, testãtur me æqualẽ patri? Vtrũq; enim ex operibus ostẽdisset, & se æqualẽ patri, qđ alio in loco his verbis confirmauit: Si mihi nõ creditis, operib⁹ credite, vt cognoscatis q; ego in patre, & pater in me est. Vtrunq;, inquam, ostẽdisset, & se æqualẽ patri, & minime illi contrariũ. Quamobrem ergo nõ ita dixit, sed potiori parte relicta, minorem posuit? quoniã †id nimium à principio visum esset. Nam si] longe minus est credi à deo venisse, q̃ deo æqualẽ esse: alterũ enim etiam prophetarũ erat, alterum minime: pro minori tamen magnã adhibet diligentiã, intelligens q; si hoc auditores reciperent, reciperent etiam alterum: & maius memorans testimoniũ, quod minus est posuit, vt & id reciperetur. *Et qui misit me pater,* inquit, *ipse testimoniũ perhibuit de me.* Et quónã pacto? Hic est filius me⁹ dilectus (in Iordane) ipsum audite. sed hoc ꝓbatione indigebat: Ioãnis vero testimoniũ manifestũ erat. Ipsi enim ad eũ miserãt, nec inficiari poterãt, & signa similiter viderãt, & ipsum sanatũ audierant, & crediderãt, & propterea eũ accusabãt. Relinquebatur ergo, vt patris testimonium demonstraret, quod cõfirmaturus, inquit: *Nec vocem eius vnquã audistis.* Et quomodo Moses dicit, Deus locutus est, Moses autẽ respõdit? Quomodo Dauid, linguã (inquit) quam nõ nouerat audiuit? Iterũ Moses: Si est gens talis, quæ audiuit vocem dei. *Neque speciem eius vidistis.* Atqui & vidisse eam Esaias, Hieremias, Ezechiel, & alij cõplures dicuntur. Quid ergo inquit Christ⁹? In philosophicã paulatim introducit disciplinã, ostẽdens deum neq; vocẽ habere, neq; speciẽ, sed esse omni figura, omni voce superiorem. Nã sicut dicendo, Neq; vocẽ eius audistis: non vocẽ quidem proferre inquit, sed nõ audiri: ita neq; speciẽ eius vidistis, non formam habere & nõ videri, verũ neutrum id habere intelligit. Etenim ne se iactatorẽ appellarent, & tantum ad Mosem deum locutũ dicerent, vt & dixerunt: Nos scimus quia Mosi locutus est deus: hũc autẽ nescimus vnde est: inquit neq; vocẽ deum habere, neq; speciẽ. Et quid hoc dico? Nõ modo neq; audistis deũ, neq; vidistis, sed qđ maxime gloriamini, quæ accepistis à deo præcepta, ea vos habere nõ potestis gloriari. ait ergo: *Et verbum eius non habetis in vobis manens.* Hoc est, institutiones, pręcepta, legẽ, prophetas: nã licet ea deus instituerit, non tamẽ apud vos sunt, quoniam mihi nõ creditis. Nã si vbiq; scripturæ mihi necessario credẽdũ testãtur, vos autẽ mihi nõ creditis, eius vocẽ à vobis longe abesse perspicuũ est. Ideo subdidit, *Quia quem misit ille, huic vos nõ creditis.* Deinde ne dicerẽt, & quo pacto si vocẽ eius non audiuimus, tibi testimonium perhibuit? his verbis occurrit: *Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitã æternã habere. Illæ sunt quæ testimonium perhibẽt de me.* †Scripturarum testimoniũ adducit,] atqui & apud Iordanẽ, & in mõte perhibuit deus testimonium: nõ tamen hoc adducit, non enim fortasse credidissent. Vocem nanq; ex monte nõ audierant, apud Iordanẽ vero audiuerant quidem, non tamen attenderant: idcirco relegat eos ad scripturas, vbi sit patris testimoniũ. prius tamen antiqua tollit, in quibus gloriabãtur tanquam deũ viderint, & audierint. Cum enim consentaneũ esset, Iudæos, quæ in mõte facta sunt nõ credituros, eorum primò suspicionem reprehendit,

Ioan. 10.g

† in primis vt istud persuasum esset quærebatur. Nã etsi.

Exod. 19. & 20. Psal. 80.a

Infr. 9.f

†Per illas enim testimonium perhibuit]

reprehendit, & consentire scripturis demonstrat, ad quarũ eos testimoniũ relegat: hoc nos exemplo aduersus hæreticos hinc arma sumamus. Omnis enim scriptura diuinitus inspirata, vtilis est ad docendum, ad arguendũ, ad corrigendũ, ad erudiendũ in iusticia, vt perfect⁹ sit homo dei ad omne opus bonũ instructus: nõ aliis abũdet, aliis careat. hic enim nõ est perfectus. Quæ vtilitas, dic quęso, cum quispiã intẽte orationibus vacat, nõ autẽ affatim calamitosis miseretur: vel si miseretur, cupidus tamẽ est, & violẽt⁹: vel si his abstineat, ad ostẽtationẽ abstinet: vel si optimo animo miseretur, inde postmodum in superbiã effertur: vel si humilis sit, & ieiuniis se macerat, auariciæ studiis & terrę incũbit, atq; omniũ malorũ matrem in animũ suum inducit? Radix enim & mater omnium malorũ auaricia est. hanc formidemus, hãc fugiamus: hoc peccatũ orbem terrarũ perdidit, hoc omnia cõfudit, hoc à fœlicissimo Christi seruitio nos abducit. Nõ enim potestis, inquit, seruire deo & mãmonæ, qui cõtraria Christo præcipit. Siquidẽ Christus dicit, Da indigẽtibus: mãmona, rape ab indigẽtibus. Christus, Insidiantibus & iniuriam faciẽtibus ignoscas: mammona, qui tibi nullã iniuriam intulerũt persequaris. Ille, pius esto & mãsuetus: hic, crudelis & immanis: nihil te moueant lachrymæ pauperũ, vt in illa die seuerũ nobis iudicẽ † non cõciliemus:] tunc enim omnia opera nostra in omniũ conspectũ ꝓferẽtur: & illi quos iniuria affecimus, quos spoliauimus, omnẽ nobis auferẽt excusationẽ. Nam si Lazarus diuitem, non q; vllam ab eo iniuriam acceperit, sed q; nõ inuenerit misericordiam, tam acerrime accusauit, vt nullã cõsecutus sit veniam: quámnam hi consequentur, qui nõ modo nulla in calamitosos misericordia vsi sint, sed vim inferũt, & pupillorũ diripiunt facultates? Si qui Christũ esurientem non pascunt, tantũ eos manet supplicium: quid de his æstimandũ est, qui rapiũt aliena, qui multis vim inferũt, qui omnia operãtur iniuste? Hanc nos cupiditatẽ caueam⁹ dilectissimi. cauebimus autẽ si iniustos homines, & iniuste locupletatos, qui iã obierũt cõsiderabimus: quorũ pecuniis & laboribus alij fruũtur, ipsi verò igni & suppliciis cruciantur intolerabilibus. Et quænã demẽtia in hac vita anxie semper, & in summis laboribus viuere, vt mortui pœnis immortalib⁹ torqueamur? Licet nobis & in hac vita in deliciis & in voluptatibus viuere, quas nihil adeo parit, q̃ eleemosynæ cõsciẽtia: & cũ hinc migrabimus, viciorum sordibus vacuos, bona assequi sempiterna. Nã sicut malicia & viuẽtes & mortuos affligit, & torquet: ita virt⁹ ante cœlestis regni participationem sectatores suos & spe bona, & incredibili fouet voluptate: quã vt & in hoc, & futuro seculo cõsequamur, bonis operib⁹ muniamur: sic futurã nobis coronã cõparabim⁹, gratia & benignitate dñi nostri Iesu Christi, cũ quo patri & spiritui sancto, gloria ĩ secula seculorũ, Amẽ.

2.Tim. 3.d.

Mat. 16.d

† efficiat]

Luc. 16.e

Homilia. xl. ex cap. quinto.

Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitã æternã habere: & illæ sunt quæ testimoniũ perhibẽt de me: & nõ vultis venire ad me, vt vitã æternam habeatis. Longã ad vos de spiritalibus rebus orationẽ habemus, dilectissimi, neq; tamẽ † eã nobis satis esse ad salutẽ arbitramur, etiã si pro viribus insistamus.] Nam si in rebus secularibus & in cõparandis diuitiis nemo sibi satisfacere videatur, cũ his obiter ac præter rationẽ & modũ vtamur, longe magis in spirita-

†ad salutem nobis satis esse arbitramur, si eas quomodocũque percurram⁹]

libus id vsuuenerit. Siquidẽ longe hæc maiori indigent studio. Propterea Christus Iudęos ad scripturarum nõ simplicẽ & nudã lectionẽ, sed ad inuestigationẽ perquam diligentẽ relegauit. Nõ enim dixit, legite scripturas: sed, scrutamini. † Diuina enĩ] summa indigent diligẽtia: in vmbra enim maioribus illis nõ ab re locutus est. Idcirco effodere profundius iubet, vt quæ altè delitescũt, inuenire possimus. Nõ enim rẽ in superficie & in prõptu positã effodimus, sed quæ tanquã thesaurus profundè recõditur. Qui enĩ huiusmodi quærit, nisi summã adhibeat diligẽtiam & laborẽ, nũquam quæsita inueniet: quamobrẽ inquit, Scrutamini scripturas, quia vos putatis in eis vitã æternam habere. Nõ inquit habetis: sed, putatis habere: vt demonstraret nihil eos sola lectione ꝓficere, nisi fides accedat. Dicit igitur: Nũquid scripturas admiremini? Nũquid inde vitã consequi arbitramini? Illæ de me perhibẽt testimoniũ, & nõ vultis venire ad me, vt vitam æternã habeatis. Non immerito inquit putatis: quoniã ipsi credere nolebant, sed in sola lectione gloriabãtur. Deĩde ne nimio studio glorię suspicionẽ incurreret, & id dicere putaretur vt sibi authoritatẽ conciliaret: etenim Ioannis & patris testimoniũ, & opera sua meminerat, & omnia conatus est vt eos alliceret ad credẽdum: † ne inquã credibilem multis suspicionem incuteret,] subdit:

Claritatem ab hominibus non accipio. Hoc est, non egeo humana gloria, sol enim à lucerna lucẽ non accipit. Qua igitur gratia hoc dicitur? Vt salui sitis, vt superi⁹ inquit. significauit tamẽ & hic etiã, cum dixit, Vt vitam habeatis. Affert autẽ & aliã causam. Sed cognoui vos, quia dilectionẽ dei non habetis in vobis: cum tãquã dei amatores Iudæi Christum persequerẽtur, q; se æqualem deo faceret, sciretq; non esse credituros, ne quis percontaretur cur id diceret, vt vos reprehendã, inquit, q; non pietate in deum me persequimini. Nam si ipse & operibus & scripturis mihi perhibet testimoniũ, quẽadmodũ ante hac me deo cõtrarium arbitrati, expulistis: ita ex quo vobis veritatem ostẽdi, recipere deberetis, si deum diligeretis, sed nõ diligitis: ꝓpterea hoc locutus sum, vt temere vos elatos ostendã, & inuidiã obtegere. quod etiam ex sequẽtibus cõfirmat. *Ego enim veni,* inquit, *in nomine patris mei, & nõ accepistis me: si alius venerit in nomine suo, illum accipietis.* Animaduerte, vt omnibus in locis propter hoc missum, & à patre accepisse iudiciũ, & nihil posse à seipso facere profitetur, vt omnẽ tollat incredulitatis excusationẽ. Sed quémnam non in nomine patris venturũ dixit? Antichristum, & perfidiam eorũ sine contradictione demõstrat. Nam si tanquã dei amatores me persequimini, lõge magis Antichristum persequi oportuerit. Ille enim neq; se missum à patre, neq; eius voluntate venire dicet: sed omnẽ sibi potestatẽ tyrannice vendicabit, se omniũ deum profitebitur: vt Paul⁹ inquit, supra omnẽ qui dicitur deus aut colitur: ostẽdentẽ seipsum deũ esse, hoc est q; proprio nomine venerit: ego autẽ me in nomine patris mei venire ꝓfiteor. Satis id indicare poterat, q; deum nõ amarent, cum ab ipso missum nõ reciperent. Verũ ex Antichristo etiam eorũ impudentiam coarguit, cum eum qui se à deo missum prædicat, nõ recipitis: coletis autẽ, q; se deũ nescire, & se maximũ deorũ esse gloriabitur. Perspicuum erat q; inuidia & dei odio ipsum persequebantur, ideo duas affert sermonis sui causas, & prius vtiliorẽ. Vt salui sitis, & vitã

†Quæ enĩ de ipso dicuntur.

Lectio sacrarum literarũ absque fide non valet.

†Cum igitur verisimile esset multos suspicari eũ gloriæ cupiditate ista dicere]

2.Thessal. 2.b

Universidad de Deusto Biblioteca

habeatis.Et licet non eſſent audituri, grauiorē tamē ponit,†vt aſſolet.]Et quidē Paul⁹ de Antichriſto diſputans, prophetauit, ꝙ mittet illis deus operationē erroris,vt credant mēdacio, vt iudicētur omnes qui non crediderunt veritati,ſed cōſenſerunt iniquitati. Chriſtus autem non dixit venturũ:ſed, ſi venerit:vt minus auditores offenderet.nam propterea ꝙ nōdũ ad ſummã illi peruenerãt perfidiam, Antichriſti aduentum tacuit.Paulus autē intelligētibus aperte eũ manifeſtauit,qđ illos inexcuſabiles facit.Deinde,incredulitatis cauſam his verbis exequitur:*Quomodo poteſtis vos credere,qui gloriam inuicem accipitis: & gloriã quæ à ſolo deo eſt,non quæritis?* Hic iterũ oſtendit nullã eos diuinorũ conſideratione habere, ſed eorũ prætextu proprium affectum obtegere: tantũ autē à quærēda dei gloria abeſſe,vt humanam potius q̃ diuinã optarent. Qua ergo ratione tantũ odij pro dei gloria ſuſciperent:quã adeo cōtemnebant,vt etiam humanã præponerent?Cum itaq; ſimulatam eorum in deum dilectionem arguiſſet & ex his quæ in ſe facerent,& quæ in Antichriſtũ eſſent facturi, oſtendiſſetq; nulla venia dignos:iterũ Moſem,qui eos accuſat in medium adducit. *Nolite putare,quia ego accuſaturus ſum vos apud patrē:eſt qui accuſat vos Moſes, in quo vos ſperatis. Si enim crederetis Moſi,crederetis†forſitan &]mihi:de me enim ille ſcripſit.Si autē illius literis nõ creditis,quomodo meis credetis verbis?*Hoc eſt,ante me ille†vos veſtri in me animi reprehēdit.Moſi enim magis creditis,q̃ mihi.]Ecce quomodo omnē eis aufert excuſationē. deũ vos diligere profitebamini me perſequēdo,oſtendi ꝙ eius odio hoc facitis.Dicebatis me ſabbatũ ſoluere, legē tranſgredi:purgaui calumniã. cōtra me hæc audere aſſerebatis,vt Moſi crederetis:demonſtraui hoc vos pacto maxime Moſi cōtradicere. Tantũ eñ abſum vt Moſi legi repugnē,vt nemo alius ęque vos accuſaturus ſit,q̃ ipſe qui legem vobis dedit. Vt igitur de ſcripturis,inquit,in quibus putatis vitã æternam habere:ita & de Moſe in quo vos ſperatis. vbiq; ipſorũ armis eos cōfodiens.Et vnde conſtat,dices, Moſem accuſaturũ,vt te iactare non credamus?Quid tibi cũ Moſe? ſabbatũ ſoluiſti, quod ille obſeruandũ mandauit.Quomodo nos accuſaturus eſt? Quo vteris argumento,ꝙ in aliũ ſuiipſius nomine veniente ſimus credituri?ad hæc nullũ adducis teſtimonium.Atqui omnia hæc ex ſuperioribus cōfirmantur: cũ enim ſe à deo veniſſe ab operibus,à Ioãnis & patris teſtimonio aſſeueret,conſtat Moſem eos accuſaturũ. Quid eñ ille inquit?Si quis venerit ſigna faciēs, & ad deũ adducens,& futura vere prædicens,ei promptiſſimo animo parēre oportet. Chriſtus omnia hæc fecit:ſigna veriſſima operatus eſt,ad deũ oēs traxit: & quæ prædixit rerum euentu cōfirmata ſunt.† Quòd autē ob Chriſti odiũ alium ſuſcepturi ſint,inde perſpicuũ eſt:quoniã qui]diuina volũtate venientem fugant, contrariũ recipiunt.Neque id tibi admirationi ſit,ꝙ Moſi adducat teſtimoniũ,cũ ab homine ſe teſtimonium non accipere dixerit: nõ enim ad Moſem, ſed ad diuinã eos ſcripturam relegat.Verũ cum ſcripturis minus mouerentur, ſe ad ipſum refert legiſlatorē qui eos accuſat,& expreſſius metum incutiens, ſingula eorum verba coarguit.Conſidera quæſo.Dicebant ꝙ dilectionis in deum gratia Chriſtũ perſequebantur:oſtendit contrarium,ꝙ odio dei. Dicebant ꝙ Moſem defenderent: oſtendit ꝙ oppugnant, & quia ei non credunt,id faciunt. Nam ſi legis aſſerto-

† oſtendēs quòd etiã ſi auditores nõ ſint credituri, ſuas tamē partes deus vbique explere cōſueuit]
Ibidem.c
† vtique]
† à vobis iniuria in his quæ ad me pertinent,affectus eſt. Moſi enĩ potius quàm mihi increduli eſtis]
†Vnde autē conſtat quòd alteri ſint credituri?Ex eo quòd Chriſtũ oderint. Qui enĩ]

A res eſſent, oportebat vt qui legem impleret, probarent:ſi deum diligebant,ei credere qui ad deum eos traheret:ſi Moſi credebãt, quem Moſes prædixerat, adorare:quod ſi illi qui ante me fuit,fides non adhibetur: minime mirũ ſi me ab eo iam pridem prænũciatum expellitis. Quemadmodũ ergo qui ſe Ioannem admirari arbitrabantur,eos potius contemnere ex his quæ in ipſo facerent, demonſtrauit:itidē & in Moſe vſu eis venire oſtendit, & ſemper in eorum caput omnia quæ pro ſe adducere opinabantur,retorquet.Tantum enim abſum,inquit, vt à lege Iudaica vos abducã, vt ipſum legiſlatorem cōtra vos teſtem adducã.Dicit ergo ſcripturas de ipſo teſtari:vbi autem,nondũ aperuit,vt maiorem eis formidinem incuteret, & ad inueſtigandum interrogandúmq; excitaret.Nã ſi non rogatus dixiſſet,facile contempſiſſent:hoc autem pacto eos rogare,& diſcere oportebat,ſi attentionę præſtabãt. B Ideo nõ in demõſtrationibus tantũ,ſed in ſententiis & minis vehemens eſt, vt vel hoc ſaltem pacto metu trahat ad credendũ.Illi autē tacent. Talis enim malicia eſt,quicquid dicatur,fiátve,non exurgit,ſed propriũ ſeruat venenum: ſed omnis ab animo eiiciēda eſt,nec vlli innectēdus dolus.Ad prauos enim prauas vias deus mittit:& ſpiritus ſanctus ſapiētiæ fugiet dolũ,& diſcedet à rationibus imprudētiũ. Nihil enim tam ſtultos homines facit,q̃ malicia.Fraudulentus enim, perfidus, ingratus(hæ nanq; maliciæ ſpecies ſunt) cum non lædentem lędit,cum nectit dolos,cum beneficiorum obliuiſcitur, nónne ſummæ præ ſe fert ſtulticiæ indiciũ? Nihil ſapientiores reddit,q̃ virtus:etenim gratos,benignos,mites,humanos,mãſuetos,lenes,cæteris virtutibus C præditos efficit. Quid ita affectis prudētius? fons,mater,radix ſapientiæ,virtus,nõ ſecus ac malicia omnis ex ſtultitia oritur.Siquidē ſuperbus & iracundus,quoniam ſapientia carēt,his affectibus abſumũtur.ideo inquit propheta,Nõ eſt ſanitas in carne mea à facie inſipiētiæ meæ:vt omne peccatũ è ſtulticia ortũ habere demõſtret. nam qui virtuti ſtudet, qui deum timet,is ſapientiſſimus eſt.Initium,inquit, ſapientiæ, timor domini. Quòd ſi ita eſt,malus,qui dei timorem nõ habet,ſine dubio non eſt ſapiēs: qui hac vera caret ſapientia,ſtultiſſimus eſt.Atqui multi malos admirantur,ꝙ & iniuriam facere,& offendere poſſint:non intelligentes eos maxime miſeros exiſtimandos,qui cum alios ſe lædere arbitrentur, in ſe enſem ſtringunt:quod vltimæ eſt dementiæ,vt ſeipſum lædendo quis non cognoſcat,ſed ſibi alium læ- D dere videatur.Quod Paulus ſentiens,inquit:Quare non potius iniuriam accipitis?quare non magis fraudem patimini?Non accipere iniuriam, in non inferendo eſt,ſicut nõ pati malũ, in non faciendo male, quanuis multi ambigant,nec ſapientiã amplecti velint.Hæc cōſiderantes dilectiſſimi,non qui accipiũt, ſed qui inferunt iniuriã,eos miſeros dicamus,deplorémuſq;,cum ipſi maxime accipiãt,& cum deo bellum gerant,cum omnium contra ſe ora aperiant, cũ in hoc ſeculo mala laborent fama,& in futuro perpetuum ſibi pariant ſuppliciũ:qui autem accipiunt, & magno animo omnia perferũt, deum propitium habeant, omnes eis cōmiſereantur, omnes laudent, omnes benigne ſuſcipiãt. Ipſiq; in hac vita maximũ ſapientiæ exemplũ præbeant,& in futuro gloriã expectent ſempiternã:quam vtinam omnes cōſequamur,gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti,

cum

Pſal.37.b
Eccli.1.b
1.Co.6.b

cum quo patri gloria, ſimul & ſpiritui ſancto, in ſecula ſeculorum,Amen.

Homilia xlj.ex cap.ſexto.

Poſt hæc abijt Ieſus trans mare Galilææ,quod eſt Tiberiadis,& ſequebatur eum multitudo magna,quia videbãt ſigna quæ faciebat ſuper his qui infirmabantur, &c. Nolimus dilectiſſimi prauos & maledicos homines proſequi, & inſectari:ſed eos & eorum maliciã toleremus,cùm nihil ab his virtus noſtra offendatur,nihil detrimenti accipiat:ita enim omnis eorũ impetus frangitur.Et quēadmodum ſagittæ in durũ aliquod ſignum immiſſæ,magno impetu † huc illuc diſpergũtur,] mollius verò aſſecutæ,figuntur,& deſinunt:ita & maledicos & feros repugnãdo magis exaſperamus,cedēdo mitigamus facilè,& eorũ mollimus inſaniã. Idcirco Chriſtus,cùm audiſſent Phariſæi ipſum plures quàm Ioãnes diſcipulos habere & baptizare,abiit in Galilæã,vt eorum inuidiã & furorem quē ex ſe audito ortũ credibile erat, extingueret:non tamen eundem locũ,quem ante petiit: non enim in Cana Galilęæ,ſed trãs mare cōceſſit.Sequebatur autē eum multitudo magna,quia videbant ſigna quæ faciebat.Quænã? cur nõ enumerat? Quoniam hìc euãgeliſta plurimũ in Chriſti ſermonibus & doctrina verſatur,conſidera in toto anno:etenim nunc in feſto Paſchæ non aliud quàm paralytici, & filij reguli nobis ſignũ expoſuit.Neque enim omnia narrauit,neq; potuiſſet,ſed ex multis & magnis pauca.Sequebatur eum multitudo magna,quia videbãt ſigna quę faciebat.Non philoſophicis admodũ ſubtilitatib⁹ vtitur : ad tantã enim doctrinã magis ſignis adducebãtur,& rudiores maximè.Signa eñ,inquit, nõ fidelibus,ſed incredulis: ſed nõ huiuſmodi apud Matthæũ populus,verùm ſtupebãt omnes doctrinã eius, quia docebat eos tanquã poteſtatem habens. *Quid autem montem ſubijt, & ibi ſedebat cum diſcipulis ſuis?* Propter futurũ ſignum.Quòd autē ſoli cum ipſo diſcipuli aſcēderunt, multitudinis nõ ſequētis deſidiã coarguit.Ad hoc etiã nos admonet à perturbationibus & tumultu diſcedendũ. Idoneus ſiquidē ad philoſophiam locus ſolitudo:aliquando Chriſtus ſolus montem aſcēdit, & pernoctat,& orat:vt oſtēdat qui deo vult frui, eum ab omni cura & ſolicitudine vacare, & quietũ locum quærere oportere. *Erat autem proximũ Paſcha dies feſtus Iudæorũ.* Quánã gratia omnibus ad ſolennitatē Hieroſolymã properãtibus ipſe in Galilęã,& inde in Capernaũ,non modò abiit,ſed & ducit diſcipulos?Vt paulatim legē ſoluat,cùm Iudæorum malicia occaſionē acceperit. *Cùm ſubleuaſſet Ieſus oculos,vidit quòd multitudo magna venit ad eum.* Nõ ab re cum diſcipulis ſedere oſtēdit, ſed aliquid diligentius & magna omniũ attētione diſſerere.Ex quo Ieſu ſtudiũ & humilitatē in diſcipulos videre licet. Sedebant intentis in magiſtrũ oculis.Inde cùm ſubleuaſſet Ieſus oculos, vidit multitudinē venientem. alij euãgeliſtæ dicũt diſcipulos obſecraſſe Ieſum, ne ieiunos dimitteret:Ioannes autē,Ieſum Philippũ rogaſſe.Vtrunq; mihi verũ videtur,alio & alio tēpore: illud,quàm hoc antiquius. Sed quamobrē Philippũ interrogat? Norat qua diſcipuli magis doctrina indigerent. Hic eſt qui poſtmodũ ait.Oſtēde nobis patrem,& ſufficit nobis. Propterea eum rogauit,vt magis appareret miraculũ, & coactus cōfiteri penuriã, melius intelligeretur miraculi magnitudo, quàm ſi ſimpliciter id feciſſet. Ait ergo : *Vnde ememus panes, vt*

† in eos qui emiſerant remittũtur]
Matt.7.d
Lucæ 6.b
Matt.14. & Luc. 9.b
Infr.14.a

A *mãducēt hi?* Sic & in veteri teſtamēto non prius ſignũ fecit deus quàm Moſem interrogaret, Quid eſt hoc quod tenes in manu tua? Nam cùm admirabile aliquid & repentinũ priorum nõnunquã obliuionem facere ſoleat, primũ eum propria cōfeſſione alligari voluit,vt nullo ſtupore obliuiſci iã poſſit. Vult præterea cōparatione ſigni magnitudinē intelligi.quod ſanè & hic fit.Et interrogatus ille ait: *Ducentorũ denariorum panes,*inquit, *non ſufficiũt his,vt vnuſquiſque modicum quid accipiat.Hoc autē dicebat tentãs eum,ipſe enim ſciebat quid eſſet facturus.* Quid ſignificat, Tentans eum? Nũ quid eſſet reſpōſurus,ignorabat? Minimè. Quid igitur? Ex veteri teſtamēto licet intelligi,vbi inquit: Quæ poſtquã geſta ſunt,tentauit deus Abrahã. †Ille reſpōdit, Adſum. Ait illi:]Tolle filium tuũ † vnigenitum]quē diligis Iſaac. Nõ dixit hoc,vt an parēret ex- B periretur,cùm omnia deus videat priuſquã fiãt: ſed hominis more vtrũq; dictũ eſt. Sicut enim cũ dicit, Scrutatur corda hominũ:nõ ignorationis eſt,ſed certiſſimæ cognitionis:ita tētauit nihil aliud quàm certam ſcientiã ſignificat,vel ꝙ probatiorē ipſum fecit. Vt ergo Abrahã,ita & Philippũ interrogando admonet vt miraculũ diligentius conſideret. Ideo euãgeliſta ne quid his verbis abſurdũ de Chriſto ſuſpicareris,& in magnum prolabereris errorē,Ipſe(inquit) ſciebat quid eſſet facturus.Cęterũ illud maxime obſeruandum eſt,ꝙ quãdo praua ſubeſt ſuſpicio, illam protinus euãgeliſta ſtudioſe amolitur. Vt igitur hoc loco ne quid tale ſuſpicarētur auditores, correctionem addidit, dicens:Ipſe enim ſciebat quid eſſet facturus:ſic & illic cùm inquit,Propterea magis quærebant eum Iudæi interficere, quia nõ ſolũ ſoluebat C ſabbatũ, ſed & patrem ſuũ dicebat deum, æqualē ſe faciens deo : niſi ea eſſet Chriſti operibus cōfirmata ſententia,eam quoq; correxiſſet ſuſpicionē.Nã ſi in Ieſu verbis timet euãgeliſta,ne quid perperam ſuſpicemur:multo magis in aliorũ ſermonibus,ſi non verum id eos opinari intelligeret.Sed nihil dixit.norat enim eam fuiſſe Chriſti ſententiã,quòd eſſet ęqualis deo,nec eos perperã opinatos. *Cum igitur interrogaſſet Philippũ,dixit Andreas frater Simonis:Eſt puer vnus hic,qui habet quinq; panes ordeaceos, & duos piſces:ſed hæc quid ſunt inter tantos?* Prudētior quàm Philippus Andreas,non tamen penitus rem intellexit. Puto autē eum adductum prophetarum miraculis:vt Heliſęi ex panibus. pręceſſit ergo Andreas Philippũ,non tamē in ipſum cacumen euaſit. Hinc deliciis dediti intelligãt,quid magni illi viri & admirabiles comederint, quã vilis D & modica eorũ mēſa fuerit. Intueamur eorũ in omnibus abſtinentiã,& imitemur. Sequentia etiã multam declarãt imbecillitatē. Cum enim dixiſſet, Habet quinq; panes ordeaceos:ſubdidit,Sed quid hæc inter tãtos? Putabat enim ex paucioribus pauciora, ex pluribus plura facturũ miraculorũ authorem. in quo decipiebatur. Similiter enim & ex pluribus, & paucioribꝰ panes multiplicare poterat:neq; eñ ſubiecta materia indiget deus.Sed ne creatura ab ipſius ſapiētia aliena videretur,vt ſecuti homines Marcionis opinione infecti calũniati ſunt,ipſa vſus eſt creatura in miraculorũ ſubiectũ. Et cùm ambo diſcipuli nihil ſperarēt,ſignũ oſtendit:ita prius rei difficultate confeſſa,maius lucrũ conſequitur.Diuina enim demonſtrabatur potentia. Cum enim ſignũ ſuperiori tempore à prophetis factũ,licèt non eodē modo facturus eſſet,& gratias prius actur⁹,ne ſtultè eius imbecillitatem

Exod.4.a
Gen.22.a
† & dixit.]
† dilectũ.]
Rom.8.e
Supr.5.c
4.Reg.4.g.

Universidad de Deusto
Biblioteca

becillitatē opinarentur, cōsidera quónam pacto ex omnibus mentes erigit, & differentiam demōstrat. Siquidē nondū visis panibus, vt intelligas quæ non sunt, sicut ea quæ sunt, ei subdita esse: vt Paulus testatur, Vocās quę non sunt, tanquā ea quæ sunt, tanquam paratis epulis præcepit illos statim discūbere, vt hinc discipulorū animos excitaret. Cùm enim ex sermone illo lucrati essent, cōtinuo paruerunt, neq; perturbati sunt, dicentes: Quid hoc est? quid iubes discūbere? nihil est paratū. Sed ante miraculum credere cœperunt. Et qui paulò antè adeò diffidebāt, vt vnde emerēt panes nescirent, iam fidenter discūbere turbā faciūt. Sed quid tandē cùm sanaturus esset paralyticū, cùm suscitaturus mortuū, cùm maris sedaturus tempestatē, nō agit gratias, hīc agit? vt ostendat ante cibū gratias deo agendas. Accedit ad hoc, q; in minoribus maximè gratias agit, vt non indigentiam intelligas. Nam si indiguisset, lōgè magis id in maioribus fecisset: quæ si authoritate & virtute propria operabatur, & illa operatū constat. Præterea & multitudo magna aderat, quā persuaderi oportebat diuina id fieri voluntate. Quamobrem cùm solus facit signa, nihil eiusmodi dicit: præsente autē multitudine, ne deo & patri aduersari putaretur, gratias agēdo omnem penitus aufert suspicionem. Et dedit discumbentibus, & impleti sunt. Ecce inter dominū & seruum differentia. Illi enim ad mensuram habentes gratiā, dimensa faciebant miracula: deus autē absoluta potestate, per quam abundè operatur. Et superfuerunt, inquit, fragmēta, quæ non fuerūt ad superfluam ostentationē: sed hoc ideo factū, ne imaginatio quędā existimaretur. Et idcirco ex subiecta quoque materia operatus est. Sed quánam gratia nō dedit turbæ vt ferrēt, sed discipulis? Quoniā hos magis erudiri volebat, qui totius orbis magistri erāt futuri. Multitudo enim parū emolumenti è miraculis erat consecutura: mox nanq; obliti sunt, & petunt aliud signū. Discipuli vero plurimā consecuti sunt vtilitatem. Erat autē & hoc non parū ad Iudæ dānationē, qui cophinū portabat. Sed quòd eorum eruditionis gratia id fecerit, in sequētibus in memoriā his verbis reducēs, significat. Nōdum scitis quot cophinos accepistis? & quòd æquali numero discipulis fuerint cophini fragmentorū: aliàs verò cùm non amplius admonendi essent, non duodecim cophini, sed septem sportę superfuerūt. Ego autē non panis modo copiā & multiplicationē admiror, sed q; tantū quę duodecim sportulę caperent fragmēta superfuerunt, quòd nec plus nec minus superesse fecerit, quòd prouiderit quantū essent consumpturi: tantū enim superesse voluit. quod profectò ineffabilis potētiæ est. Confirmarunt igitur fragmenta miraculū vtrunq; indicantia, neq; imaginationē esse, & ex illis quæ comederant superasse. Piscīū reliquiæ nullæ superfuerūt, sed post resurrectionem non amplius est subiecta materia: quamobrē? Vt intelligas nūc materia vsum non propter necessitatē, neq; q. ea pro fundamēto indigeret, sed vt hæreticis silentiū imponeret. *Turbæ autē dicebant: Quia hic est verè propheta.* O gulæ incredibilē auiditatē. Maiora his miracula, & quidem innumera operatus est Iesus, neq; hoc vnquā confessi sunt, nisi nunc exaturati. Vnde cōstat q. prophetam aliquem eximium expectabāt. Etenim illi dicebāt, Tu es propheta. Et hi, *Hic est verè propheta, qui venturus est in mundum. Iesus autē cùm cognouisset quia venturi erant vt raperent eum, & facerēt regem: secessit iterum in mōtem ipse solus.*

Rom. 4. c

Supr. 4. c

Proh quāta gulæ vis, quàm mutabilis sententia, iam non amplius †calumniātur,] nec sabbati trāsgressionem curāt, neq; dei zelo mouētur: omnes has curas pleno vētre abiecerunt, propheta erat, regē volebāt: Christus autē fugit. Quid tandē? vt humanarum dignitatum contemptus nos admoneret, vt ostēderet nullis secularibus rebus indigere. Qui enim vilia elegerat, matrem, domum, patriā, victū, vestimēta, quid terrena appeteret? cœlestia illustria erant & magna, angeli, stella, pater & spiritus, testimonium perhibētes, prophetæ ipsum iam pridē annūciantes: terrena omnia ei vilia erant, vt hoc pacto clarius eius potestas appareret. †Secessit igitur in montē] eruditurus nos, vt secularia contēnentes, neq; huius vitæ claritudinem admiraremur: sed cōtemptis his omnibus futura optaremus, cōplecteremur, amaremus. Qui enim humana admiratur, nulli erit in cœlis admirationi. Quocirca inquit Pilato, Regnum meū non est de hoc mundo: ne videretur humano metu & viribus ad persuasionē vti. Quare ergo inquit prophetа: Ecce rex tuus venit māsuetus, & sedens super asinam? Regnum suū illic non huius seculi, sed cœli dicit: propterea inquit, Gloriā ab hominibus non accipio. Assuescamus igitur dilectissimi, huius seculi honorem contēnere, neq; eum desideremus, honorati sumus honore maximo: cui hic cōparatus, infamia, nugæ, ignominia est: sicut mundi diuitiæ supernis illis collatæ, paupertas: & vita hæc †sine illa] mors est. Dimitte, inquit, mortuos sepelire mortuos suos. Sic & gloria hæc si ad illam cōferatur, pudor est & risus. Hanc igitur gloriā aucupari nolimus, quā qui exhibent, vmbræ sunt, & somniū, & lōgè magis hæc ipsa gloria. Gloria enim hominis tanquā flos fœni. Quid autē flore fœni corruptibilius? Sed esto sit diuturna, quid animæ cōferret? Nihil sanè, verùm maiorem in modū officit, quippe quæ seruos efficiat, & quidem emptis viliores seruos, nō vni addictos domino, sed duobus, tribus, innumeris, quibus diuersa imperātibus parēt: quantò melior libertatis cōditio est quàm seruitutis, dei seruū ab hominū seruitio liberemus: at si omnino gloriam quæris, immortalē aucupare, quæ longè vtilior est, & magis expetēda. Seculi homines damno suo suam quærunt vtilitatē: Christus contrà centuplum reddit quàm dederis, & tandem vitam æternā elargitur. Quid ergo satius, quid expetibilius, in terra an cœlo, hominibus an deo admirabilem apparere? damnū an lucrum consequi, ad vnā diē, an ad sempiterna secula coronari? Da indigenti, non histrioni, ne cum tuis pecuniis & animam illius perdas. Tu enim stulta ambitione perditionis eius causa es. Siquidē qui se in orchestra exercent, si artē suā sine lucro futurā scirent, iampridem destitissent: verùm cùm te plaudentē, accurrentē, multa largientem videant, etiāsi artis pigeret, lucri cupiditate adducuntur. Si verò scirent neminē laudaturum, non amplius irritos labores subirēt: verùm cùm omnibus se admirationi esse intelligant, multitudinis laude alliciuntur. Abstineamus dilectissimi his impēsis, quæ nullā afferunt vtilitatē: discamus in quibus & quando consumere oporteat, ne vtrinque deum ad iram prouocemus, & congregando vnde non licet, & dispergendo in quæ non licet. Qua enim in te ira, qua vindicta indignus sis, cùm in meretricē eroges, mendicū expellas: nam etiā si iusti laboris mercedē solueres,

Roma. 1. † hæc faciunt, sed etiā facientibus assentiuntur.

† legem vt ei scitur.

† Venit autem etiā.

Infr. 18. g

Zach. 9. b

Supra 5. g

† ad illam cōparata

Matt. 8. c

1. Pet. 1. d

ueres, nónne crimini tibi asscribendum esset, merce dem sceleri, & pro merita pœna honorē impēdere? Cùm autem spoliatis orphanis & viduis impiorū luxuriam foues, considera qui ignis, quod te suppliciū maneat. Audisti Paulū, Nō tantùm † qui hæc faciūt, sed laudant faciētes.] Fortasse acrius vos arguimus, q. si non argueremus: operū tamen supplicia manēt eos qui nunquā emēdantur. Quid vtilitatis, si ad vestram loquerer voluntatē, cùm punienda sint scelera? probas saltantem, laudas, admiraris: nónne illo pe ior efficeris? Siquidē eum inopia excusat, cui omnia vidētur licere: tu hac cares excusatione: ille rogatus cur aliis omissis artibus huic se dediderit, non negabit turpē & iniustam esse, sed multa paruo labore lucrari dicet: tu rogatus, quare luxuriosum, sordidum, multorum perniciem admireris, non itidem poteris excusari, sed opus erit vt deiecto vultu erubescas. Quòd si nobis quā reddas rationē non habes, quomodo apud horrendū illud tribunal, & iudiciū inexcusabile, vbi cogitationū, verborū, operū omniū reddituri sumus rationē, constabimus? quibus oculis iudicē intuebimur? quid dicemus? quam causam, quam excusationem aptā, aut ineptam saltem excogitabimus? quam inutilis impensæ, quam voluptatis, quā proximorū quos illa arte perdidimus? Nihil te defendet, punieris sine dubio, & quidē quod omni caret fine supplicio. Quod ne accidat, summo studio caueamus, vt spe firma hinc migrātes, sempiterna bona cōsequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quē, & cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

Homilia xlij. ex cap. sexto.

VT autem sero factū est, descēderunt discipuli eius ad mare. Et cùm ascendissent nauim, venerūt trās mare in Capernaū. Et tenebræ iam factæ erant, & non venerat ad illos Iesus, &c. Non præsens tantùm discipulis suis Iesus, sed & lōgè absens, eorū studet vtilitati: etenim cùm vbiq; affluere & operari posset, & contrariis idem effecit. Contēplare igitur, dimissis discipulis Iesus ascendit in montē. Vt autem sero factum est, descenderunt discipuli eius ad mare, & ad vesperum vsq; Iesu reditum expectarunt, fore sperātes vt ad ipsos rediret. Cùm autē aduenisset vespera, diutius ferre non poterant quin magistrū ob immēsum in ipsum amorē quærerent. Nec dicunt, Vesper est, tenebræ nos cōprehendent. Quò ibimus? loca periculosa sunt, periculosum tēpus: sed magistri desiderio nauē ascendunt. Neq; ab re euangelista tempus significauit, vt ex eo vehementissimā eorū dilectionem ostenderet. Quamobrē autem dimisit discipulos Iesus, & rursus apparet solus super mare ambulās? Vt eos erudiret, quā graue ipsis esset solos relinqui, & maius sui faceret desideriū, necnon & suā demonstraret potestatē. Sicut enim non omnem doctrinā eis cum multitudine communicauit, ita neq; signa. Oportuit enim eos aliter initiari, quibus cōmittenda erat cura orbis terrarū, vt aliquid amplius haberent. Priuatim ergo ipsi transfiguratione in monte, nunc super mare ambulantē, multa & miranda post resurrectionem viderunt, & alia præterea arbitror. Iuerunt autē in Capernaū, non q. ibi eum esse scirēt, sed inuenire vel inter nauigandū opinati. Timuisse autē eos significat euangelista, & à tēpore, tenebræ enim iam factæ erant: & à tempestate, quia mare magno flatu exurgebat: & à loco, quia longè à terra recesserant. *Cùm remigassent quasi stadia vigintiquinque, aut triginta:* Et à re incredibili. *Vident enim Iesum ambulantem super mare, & perturbatis eis dixit: Ego sum, nolite timere.* Sed qua gratia ita apparuit? vt cōponendæ tempestatis authorē se esse ostenderet. Hoc significat euangelista, cum inquit: *Voluerunt ergo accipere eum in nauē, & statim fuit nauis ad terrā quam ibāt.* Non enim tutū duxerat, sed & secundum vētum præstitit. Multitudini autem super mare non apparuit: nam maius signum erat, quàm eorum imbecillitas pateretur: sed neque discipulis diutius se ita videndū præbuit, sed simul & visus est, & euanuit. Quod autē apud Matthæum signum est, alterum fuisse arbitror. quod multipliciter cōstat. Sæpe etenim similia fecit signa, nō tantùm vt admirarētur, sed tanquā non nimium inusitata spectātes firmiter crederēt. Ego sum, nolite timere. Verbo timorē pellit. non ita aliàs cùm dixit Petrus: Si tu es, iube me venire ad te. Sed vnde tunc non statim crediderunt, nunc crediderūt? Quoniā tunc tempestas manebat, & agitabat nauē, nunc vnà cum voce sedata est. Vel illud prius signū ostendit, cuius exemplo hoc facilius crediderunt. Quid autē nauem non ascendit? Vt maius appareret miraculū, & suā apertius reuelaret diuinitatē: néve videretur necessitate, sed benignitate & gratia ad eos venisse. Et permisit tempestatem oriri, vt ab eis inquireretur: sedauit, vt virtus & potestas cognosceretur: non ascēdit nauē, vt clarius esset miraculū. *Altera autē die turba quæ stabat trās mare, vidit quia nauicula alia nō erat ibi nisi vna, & quia non introiisset cum discipulis suis Iesus in nauē, sed soli discipuli eius abiissent.* Qua de causa tanta in hoc narrando diligentia vtitur Ioannes? quare non dixit, Altera autem die turba traiecto mari abiit? Vt licèt nō tam manifestè, admoneat tamen turbā miraculum intelligere potuisse. Vidit, inquit, vnā duntaxat nauiculā, qua discipuli traiecerant, & Iesum cū discipulis non fuisse, & abeūtes inuenerūt eum in Capernaū. Quid aliud hinc erat existimandū, quàm quòd mare pedibus vadauerat? nō enim alia naui traiecisse poterat, cum vna tum discipulorū appulisset. Verùm nihil de tāto miraculo percōtati sunt, Quomodo huc venisti? sed tantùm quādo venerit, rogarunt: nisi quando pro quomodo quis velit intelligi. Operæpreciū autē hoc in loco cōsiderare instabilē multitudinis voluntatē: qui enim paulò antè dixerāt, Hic est verè propheta: qui eum rapere & facere regē volebant, iam refrigerāt, & obliti miraculi non amplius admirabantur, sed quærebant arbitror, aliàs cibū accipere. Transierūt quidē duce Mose mare rubrū Iudæi, sed magna hic differētia: ille tanquā seruus supplicādo; Iesus propria & absoluta potestate transiuit: illi Austro tunc spirāte paruit aqua, & aridā præbuit transeuntibus, Iesum nihil à sua natura motū mare, vt dominum admirabilius pertulit, illud testatū reddens, Ambulās super mare tanquā super pauimentū. Iure autē venturus in Capernaū gentem durā & minimè persuasibilē, signū panis operatus est, nō solùm incolis, sed peregrinis admirantibus, vt eorū molliret incredulitatem. Siquidē cùm tanta turba tanto feruore & studio conueniisset, nónne vel lapis moueri debuisset? non tamen moti sunt, iterū cibum carnalem quærebant, ideo à Iesu reprehēduntur. Nos autē his cognitis, tum sensibilium, tum etiam ac multo magis spiritalium gratia munerum gratias deo agamus. Sic enim ipse vult, & propter hæc illa dat. Imperfectiores

Mat. 14. c & Marc. 6. g

Mat. 14. d

Exod. 13. & 14. d. e

Hic sup. b

Universidad de Deusto Biblioteca

ctiores ſenſibilibus allicit,& præmonet cùm his ad-
modũ adhuc inhiẽt,quibus acceptis,cùm altius eri-
gi negligũt,grauiter accuſantur. Nam & paralytico
illud primũ dare voluit, ſed non paſſi ſunt qui tum
Matt.9.a aderãt præſentes. Siquidẽ cum diceret, Remittũtur
tibi peccata tua, blaſphemiã calumniabantur. Idem
nos ſentire nolimus, ſpiritaliũ nobis potior ratio ſit.
Nam ſi ſpiritalia aſſequimur,amiſſis corporeis nullũ
patimur detrimentum:ſine illis autẽ,quæ nobis reli-
qua ſpes eſt?quod ſolatiũ? Quocirca ſpiritalia nobis
à deo petenda & optãda ſunt. Hæc nos poſtulanda
docuit,& ſi explicemus,in ea oratione quã nobis in-
ſtituit,nihil ad carnẽ,omnia ad ſpiritũ pertinẽtia in-
uenimus, & ſi quid in ea ſenſibile eſt, id quodãmo-
do fit ſpiritale. Nam ſi nihil amplius quęrimus quàm
*ἐπιούσιον. panẽ *conſubſtantialẽ,hoc eſt quotidianũ, ſpiritalis
Matt.6.b animi & ſapiẽtis eſt. Priora autẽ, Sanctificetur nomẽ
tuum, adueniat regnum tuũ, Fiat voluntas tua ſicut
in cęlo & in terra:omnia ad ſpiritũ referũtur. Et poſt
illã particulã, Panem noſtrũ quotidianum da nobis
hodie: ad ſpiritũ redit, Dimitte,inquit,nobis debita
noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.
Non principatũ,non diuitias,non gloriã,non poten
tiam,ſed animæ tantum vtilitatẽ poſtulandam, non
terrena,ſed cœleſtia petẽda mandauit. Nam ſi ſecu-
laribus abſtinere iubemur,quæ miſeria, quæ amẽtia
eſt ea à domino poſtulare,quæ habita abiiciẽda:de-
ſiderare in quibus nullã omnino curam adhibendã
præcipit? *Iniuſta petimus,ideo nihil proficimus. Et [* τοῦτο γάρ ἐστι βαττολογεῖν, id eſt, iſtud enim eſt multiloquũ eſſe.]
quomodo,inquis,mali,iniuſti,raptatores,auari dite-
ſcunt? Nõ deus id exhibet, abſit:ſed rapina & cupi-
ditate diuites efficiũtur. Cur deus permittit? Quoniã
permiſit & diuiti, vt ad maius eum reſeruaret ſuppli
ciũ. Audi quid ei dicatur: Fili accepiſti bona in vita
Luc.16.f tua,& Lazarus ſimiliter mala: nũc autẽ hic conſola-
tur,tu autẽ cruciaris. Quod nos in deliciis & pecca-
tis ſeculi laſciuiẽtes,ne iubeamus ſuppliciũ,veras no
bis cõparemus diuitias, & veram ſapientiã comple-
ctamur,vt promiſſa bona cõſequamur, gratia & be-
nignitate dñi noſtri Ieſu Chriſti,cũ quo patri gloria,
ſimul & ſpiritui ſancto,in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia xliij.ex cap.ſexto.

R*Eſpondit eis Ieſus,& dixit: Amen amẽ dico vobis,
quæritis me,non quia vidiſtis ſigna,ſed quia mandu
caſtis ex panibus,& ſaturati eſtis. Operemini non ci
bum qui perit,ſed qui permanet in vitam æternã.* Non ſem-
per clemẽtia vtendum eſt & lenitate, ſed ignauus di
ſcipulus,& ingenio pinguior,acrioribus magiſtri ſti
mulis ab ignauia excitãdus eſt:quem morem & hîc
& alibi ſæpenumero dei filius ſeruauit. Accedẽtibus
enim turbis,& applaudẽtibus, *Rabbi quãdo huc veniſti?*
vt humanã ſe gloriam contẽnere,& eorum tantum
ſalutis curã habere oſtendat,aſperius reſpõdet,neq;
tam hac quàm eorũ animi detegendi gratia,vt pate-
ret omnibus. Amen,inquit,amẽ dico vobis,quæritis
me,non quia vidiſtis ſigna, ſed quia manducaſtis ex
panibus,& ſaturati eſtis. Modeſtius coarguit,nõ gu-
læ & vẽtris ſeruos appellauit:non tot miracula, quæ
neq; ſecuti erãt neq; admirati,exprobrauit:non tam
alia quàm paulo antè factũ miraculũ meminit,quod
non admirabantur:ſed quia ſaturati erant,ſequebã-
tur,vt iterũ ſaturarentur,& ea gratia reuertebantur.
Propterea dixerũt: Patres noſtri comederunt mãna
in deſerto. Quòd eos corporeo cibo inhiare indica-
bat,rem ſanè maximè reprehendẽdam. Ieſus autem

A non reprehẽſioni tantùm immoratur, ſed doctrinæ
incũbit. *Operemini,*inquit,*non cibũ qui perit,ſed qui perma
net in vitam æternã,quem filius hominis dat vobis. Hũc enim
pater ſignauit deus.* Hoc eſt,nolite corporis cibum cu-
rare, ſed ſpiritus. Nonnulli autẽ ignauiæ & deſidiæ
dediti,his verbis abutũtur,ac ſi Chriſtus laborũ ope-
ra tolleret. quibus neceſſariò reſpõdendum eſt. To-
tam enim, vt ſic dicam, Chriſtianam calumniantur
religionem,†vt ſuam ſocordiã tueantur.]Sed audiãt [† & vt ob ignauiã reprehendatur efficiũt.]
Paulum: Recordamini domini dicentis,Beatius eſt
dare quàm accipere. Atqui vnde poteſt dare,qui nõ
habet? Quomodo igitur Marthæ inquit Ieſus,ſolici
ta es,& turbaris erga plurima,porrò vnum eſt neceſ Act.20.g.
ſarium,Maria optimam partẽ elegit? & iterũ,Nolite
curare de craſtino? Hæc omnia ſoluẽda ſunt,non ſo Luc.10.g
lùm vt pigros excitemus,ſed ne pugnare videatur di Matt.6.d
B uina ſcriptura. Etenim alibi inquit Paulus: Rogamus 1.Theſſal.4.c
autẽ vos fratres, vt abundetis magis, & operã detis,
vt quieti ſitis,& vt veſtrũ negocium agatis,& opere-
mini manibus veſtris,ſicut præcepimus vobis, vt ho
neſtè ambuletis ad eos qui foris ſunt. Et iterũ: Qui Ephe.4.f
furabatur,iam non furetur:magis autẽ laboret ope-
rando manibus ſuis quod bonũ eſt, vt habeat vnde
tribuat neceſſitatẽ patienti. Hîc Paulus non ſimpli-
citer præcipit operari, ſed ita, vt indigẽti ſubueniat.
Et alibi: Et neceſſitatibus meis, & eorum qui mecũ Act.20.f.
ſunt, miniſtrauerunt manus iſtæ. Et ad Corinthios:
Quæ eſt ergo merces mea? vt euangeliũ prædicans, 1.Cor.9.d
ſine ſumptu ponã euangeliũ. & in ciuitatem illã ve-
niens manſit apud Aquilam & Priſcillã,& operaba- Act.18.a
tur,erant enim ſcenofactorię artis. Hęc omnia,quã-
tùm ad verba,pugnare maximè videntur. Sunt ergo
C exponẽda. Sed quid dicemus? †Non curare & non [† quòd cũ non eſſe ſolicitos vetat, nõ vt non operemur intelligendum eſt,ſed.]
operari intelligendũ eſt] ne toto animo ſecularibus
rebus inhiemus, neq; de quiete craſtina tanquã ſu-
peruacua cogitemus. fieri enim poteſt vt quis ope-
retur & nõ theſaurizet in craſtinũ: poteſt operando
non eſſe ſolicitus. Neq; enim idẽ eſt cura & opera-
tio. Neq; vt operi cõfidat quiſpiam operetur, ſed vt
cõmunicet indigẽti. Quòd autẽ ad Marthã locutus
eſt Ieſus,non in operãdo reprehenſionem dixit, ſed
quòd tempus cõſiderandum ſit,& diſtribuendũ, ne
audiendi verbi dei occaſio in carnalium rerum cura
conſumatur. Non ergo deſidiam laudat Ieſus,ſed ad
audiẽdum allicit. Veni,inquit,vt vos neceſſaria do-
cerem, tu autẽ circa prandium occuparis. Variis ci-
borum generibus me vis accipere, aliũ cibum para.
Sermonibus meis attende,ſororis deſideriũ imitare.
D Neq; coarguebat Ieſus hoſpitalitatẽ, abſit, ſed do-
ctrinæ tẽpore aliis non eſſe vacandũ negociis admo
nebat. Illa autẽ particula, *Operamini non cibũ qui perit,*
Non in deſidia viuendum ſignificat:hic enim cibus
eſt qui maximè perit, ſiquidẽ omnis maliciæ fomes
eſt deſidia:ſed operandũ & erogandũ indigentibus,
qui cibus minimè perit. Qui pigriciæ deditus,ventri
viuit,deliciis vacat,is cibum operatur qui perit: qui
verò ex labore ſuo Chriſtũ nutrit, potum dat,veſtit:
quis adeò ſenſu caret, vt eum cibũ pereuntem dicat
operari,per quem & cœleſte regnum, & illius bona
nobis promittuntur? Hic enim cibus perpetuo ma-
net. At cum Iudæi nullam fidei rationem haberent,
cùm nihil cogitarent, vnde & qua virtute ille cibus
veniſſet:ſed tantùm nihil operando ſatietatem quę-
rerent, meritò huiuſmodi qui perit cibũ appellauit.
Paui vos,inquit,vt inde permanentem cibum quæ-
reretis,

reretis,quo nutriretur animus,vos terreno attẽditis. A
Ideo hunc vobis vilẽ dare nolo, qui caducã & fluxã
vitam,ſed qui ſempiternã præbeat: qui non corpus,
ſed animã paſcat. Sed cùm magnificè de ſe locutus
eſſet daturũ ſe cibum pollicendo, ne iterum calum-
niandi illis materiã præberet, vt ſibi fidẽ faceret, in
patrẽ id refert. Nam cùm dixiſſet, Quem filius homi
nis vobis dabit:ſubdidit, *Hunc enim pater ſignauit deus.*
Hoc eſt, Propterea miſit qui hunc vobis cibũ ferret.
Quòd & aliter poteſt interpretari. Alibi inquit Chri
Supr.3.d ſtus, Qui audit ſermones meos, ſignauit q̃ deus ve-
rax eſt:hoc eſt,manifeſtè oſtẽdit. Quam mihi ſignifi
cationem & in hoc loco habere videtur hęc particu
la, Signauit pater, hoc eſt,oſtendit, & ſuo reuelauit
teſtimonio. Etenim ipſe ſe oſtẽdit,& Iudæos affatus
patris in mediũ protulit teſtimonium. Ea igitur dile-
ctiſſimi dominũ poſtulemus,ea oremus,quę iure no B
bis ab eo negari nequeãt. Secularia enim, vtcunque
acciderit, nihil habẽt põderis. ſiue enim ditabimur,
hîc tantùm deliciis fruemur: ſiue pauperes erimus,
nihil officiet. Siquidẽ neq; quę aut optãda in hac vi-
ta,aut moleſta vidẽtur,ad voluptatẽ aut triſtitiã vim
vllam habere debẽt,ſed vtraq; contẽnenda. Defluũt
Matt.7.b enim quã celerrimè:quare viæ appellantur à deo,al-
tera lata & facilis, altera anguſta & aſpera. Futura
verò vtraq; immortalia perſiſtunt, ſiue ſuppliciũ ſit
ſiue regnũ. Vt ergo alterum vitemus, alterum verò
aſſequamur,ſummã adhibeamus diligentiam. Quæ-
nam ſecularium quæſo voluptatum vtilitas? Hodie
ſunt,cras elabuntur:hodie flos pulcherrimus,cras a-
ridus puluis: hodie ignis ardẽs,cras cinis extinctus:
ſpiritalia autẽ perpetuò clara,floridáq;,& in dies ſplẽ
didiora permanẽt. Nunquã illæ ceſſant diuitiæ, nũ- C
quam trãsferuntur,nunquã deſinunt,nunquã ſolici
tudinem,inuidiã,calumnias afferunt. Non perdunt
corpus, non corrũpunt animum: quæ omnia in his
reperiuntur diuitiis. Gloria illa non in ſuperbiæ ſtul
titiam tollitur,non tumet,nunquã ceſſat, nunquam
fit obſcurior. In cœlo voluptas & deliciæ ſempiter-
næ,immortales,nullo fine, nullo termino cõprehen
dẽdæ. Has deſiderio proſequamur,præſentia omnia
præ futuræ beatitudinis ſpe, vt ridicula, etiam in re-
gum aulas & familiaritatem acciti, contemnamus.
Quibus licèt nihil beatius videatur, parua tamen &
vilia, & nullius momẽti ducunt qui cœleſtia animo
cõplectuntur. Quicquid finẽ habet,non admodum
precioſum eſt:quicquid ceſſat,& hodie eſt, cras de-
ſinit,etiã maximũ, quàm viliſſimũ eſt exiſtimãdum.
Non igitur quæ fugiunt & elabũtur,ſed quę perma- D
nent & nunquam mutantur,bona proſequamur. Vt
omnes ea conſequi mereamur,gratia & benignitate
domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo patri gloria,ſi-
mul & ſpiritui ſancto,in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia xliiij.ex cap.ſexto.

D*Ixerunt ergo ad eum: Quid faciemus vt operemur
opera dei? Reſpondit Ieſus,& dixit eis: Hoc eſt opus
dei, vt credatis in eum quẽ miſit ille. Dixerunt ergo
ei: Quod ergo tu facis ſignum, vt videamus & credamus tibi?
Quid operaris?* Nihil gula pernicioſius, nihil ignomi- [Gulæ vitium excæcat valde.]
nioſius eſt. hæc obtuſum & craſſum ingenium, hæc
carnalem animã reddit, hæc cæcat intellectum,nec
ſinit vt quicquã perſpiciat:quod vt in Iudæis vſuue-
nerit,intuere quæſo. Cùm enim gulæ inhiarẽt, cùm
ſecularibus affixi,nihil ſpiritale contẽplarentur,mul
tiſeos verbis & aculeis impellit,multùm ſuadet, ne-

que tamen excitãtur,ſed adhuc humi iacẽt. Dixerat
enim, Quæritis me,non quia vidiſtis ſigna: ſed quia
mãducaſtis ex panibus,& ſaturati eſtis: reprehẽſio-
ne eos perterruit,quinã quærẽdus eſſet cibus oſten-
dit. Nam dicẽdo,operamini non cibũ qui perit: ad-
didit præmiũ, Sed qui permanet in vitam æternã:&
ad id quod eis obſtabat occurrit,q̃ à patre miſſus ſit.
Quid illi? Tanquã nihil audiſſent:quid faciemus,in-
quiunt,vt operemur opera dei? Quod dicebãt, non
vt diſcerẽt & facerent, ſed vt iterũ ſaturarẽtur:vt ex
ſequẽtibus apparet. Quid ad hæc Chriſtus? Hoc eſt
opus dei,vt credatis in eũ,quẽ miſit ille. Ad hæc illi,
Quod ſignũ facis, vt videamus & credamus? *Patres
noſtri mãducauerunt manna in deſerto.* Nihil his ſtultius,
nihil inſipiẽtius,cùm ſignũ in manibus haberẽt,tan-
quam nullum fecerit rogant, quod ſignũ facis? neq;
in eius poteſtate ſignũ relinquunt, ſed neceſſariò ei
præſcribũt, vt nullum aliud faciat,quàm qđ maiorũ
ſuorum tẽporibus factũ eſt. Patres noſtri mãducaue
runt manna in deſerto. Hoc exẽplo moueri Chriſtũ
arbitrati, vt idẽ faceret, quo carnaliter paſcerentur.
Sed quidnam nullũ aliud ex prioribus ſignis memi-
nerunt,cùm plurima tunc tẽporis in Aegypto,in ma
ri,in deſerto facta eſſent,ſed hoc dũtaxat? Quia hoc
maximè impulſu vẽtris deſiderabãt. Quid autẽ qui
prophetã eum appellaſtis,& regem facere voluiſtis,
poſt viſum ſignũ,ac ſi nil fecerit, ingrati & perfidi fa
cti eſtis,& ſignũ quæritis,paraſitorũ & famelicorum
more loquẽtes? Nunc vobis mãna admirationi eſt:
nõ adhuc anima veſtra debilitata eſt? Et aduerte irri-
ſionem. Non dixerũt,Moſes ſignum fecit,tu quid fa
cis?*perturbari eum arbitrabãtur: ſed adhuc hono- [*hic locus ex Euthymio intelligi poterit. Verũ quoniã in hac homilia Græco codice deſtitueremur, nihil auſi ſumus mutare.]
tificè loquuntur, cibi expectatione: neq; dixerunt,
deus hoc fecit,ne huic æqualem illo humiliorem fa
cere viderẽtur,ſed medium quoddã tenuerunt,Pa-
tres noſtri mãducauerunt manna in deſerto. Et pro-
fectò ad hæc Chriſtus dicere potuiſſet, ſe maius fe-
ciſſe miraculum, non virga,nõ precibus eguiſſe, ſed
propria omnia feciſſe virtute.q̃ ſi mãna meminiſtis,
ecce panẽ vobis præbui. Verùm non erat nunc his
verbis locus,ſed vnũ curabat,vt ad ſpiritalẽ cibũ eos
adduceret: & conſidera immenſam Chriſti pruden-
tiam,quo pacto reſpõdeat: *Non Moſes dedit vobis panẽ
de cœlo,ſed pater meus dat vobis panem de cœlo verum.* Sed
quid non dixit,nõ Moſes dedit,ſed ego:ſed pro Mo-
ſe deum,pro mãna ſeipſum poſuit? quia magna erat
auditorũ imbecillitas,vt ex ſequentibus conſtat. Et-
enim ita dicendo, non tamẽ cohibuit. Atqui primũ
dixit: Quæritis me,non quia vidiſtis ſigna,ſed quia
mãducaſtis ex panibus,& ſaturati eſtis:non tamẽ illi
reprehẽſi deſtiterunt. Verùm cùm Samaritanæ ſe a-
quam daturũ pollicitus eſt,patris non meminit: ſed,
Si ſcires,inquit,donum dei, & quis eſt qui dicit tibi,
Da mihi bibere:tu forſitan petiſſes ab eo, & dediſſet Supr.4.b
tibi aquam viuã. & iterũ, Aqua quã ego dabo:& non Ibidem.
refert ad patrẽ. Hoc autẽ in loco patris meminit, vt
quanta fuerit Samaritanæ fides, quãta Iudæorũ im-
becillitas,intelligeres. Non de cœlo erat mãna,quo- Cœlũ pro aere.
modo ergo de cœlo dicitur? quẽadmodũ, Volucres
cœli:&,Tonuit de cœlo deus. Panem autẽ ſimplici- Pſal.8.b
ter, & non verum illum appellat, non quòd falſum Ibid.17.b
eſſet in manna miraculũ, ſed quòd figura eſſet, non
veritas. Et cùm Moſi meminiſſet, ſe illi non cõtulit,
neq; ſe adhuc illi præponit,cùm maiorem adhuc de
illo haberẽt opinionem. Ideo inquiens, Non Moſes
dedit:

Universidad de Deusto
Biblioteca

dedit:non se,sed patrem dedisse testatus est. *Tum illi, Da nobis panẽ hunc.* Adhuc enim sensibile quiddã suspicabãtur, adhuc ventrẽ implere expectabãt: ideo quãprimùm obuiam facti sunt. Quid Christus? Alliciens eos paulatim, inquit, Panis dei est, qui descendit de cœlo, & dat vitã mundo: non Iudæis tantùm, sed vniuerso orbi: neq; simpliciter cibũ, sed alteram quandam vitã, & legem diuersam. Vitam autẽ dicit, quoniã omnes mortui erant. illi humi incumbẽtes, Da nobis, inquiunt, hunc panẽ. Cùm autẽ intelligeret Christus, q. donec sensu perceptibilẽ mensam arbitrarentur, cõcurrerent: cùm spiritalem, discederẽt: *Ego*, inquit, *sum panis vitæ. qui venit ad me, non esuriet: & qui credit in me, non sitiet vnquã. Sed dixi vobis, quia & vidistis me, & non credidistis.* Hoc & Ioãnes superius prædixit: Quod nouit loquitur, & quod vidit testatur, & testimonium eius nemo accipit. Et ipse iterũ: Quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur, & non creditis mihi. Quod facit præoccupãs eos, & ostendens nõ propterea perturbari, neq; gloriã desiderare, neq; cordis arcana ignorare, neq; præsentia, neq; futura. Ego sum panis vitæ. Iam in mysteriorũ traditionem deuenturus est, & primum de diuinitate sua sic disputat: Ego sum panis vitæ. Neq; enim de corpore hoc dictũ est, de quo circa finem inquit, Panis quẽ ego dabo, caro mea est: sed adhuc de diuinitate. Etenim illa propter deum verbũ panis est, quemadmodum hic panis propter aduenientẽ ei spiritũ, panis cœlestis efficitur: hic autem non vtitur testibus, quemadmodũ in priori disputatione: habebat enim ipsum panũ opus in testimoniũ, quanuis credere dissimularent: illic contradicebant & arguebant, ideo hoc in loco suam decernit sententiam: illi verò cùm corporis cibum sperarẽt, non sunt perturbati, quoad spe deciderũt: neq; tamẽ tacuit, sed arguit vehementer. Qui enim cùm panẽ comederent, prophetã appellabant, & regem facere volebãt, hoc in loco indignati, fabri filium dicunt: & quidẽ videbantur indignari, quòd de cœlis descẽdisse diceret: non tamen hæc erat causa, sed quòd corpus non pasceret. quòd si verè indignabãtur, rogare eos oportebat, quomodo panis vitæ esset, quomodo de cælo descendisset. Nunc autẽ minimè hoc rogant, sed murmurant, & quòd hoc eos non perturbasset, inde perspicuũ est. Dicente enim Iesu, Pater meus dat vobis panẽ: non dixerunt, roga vt det, sed da nobis panem. Atqui nõ dixerat, ego do: sed, pater meus dat Ea enim erat cupiditas cibi, vt inde se saturari posse arbitrarentur. Quo dato, quomodo postmodum scãdalizari debebant, & maximè cùm patrẽ dare intelligerent? quæ nam ergo causa? Cùm audirẽt non amplius edendũ, incredulitatis prætextũ inuenerunt, quòd altius loqueretur. Propterea dixit: Et vidistis me, & non creditis: Cùm signa, tum scripturarum testimonia significans: Illæ enim sunt, inquit, quæ testimoniũ perhibent de me: &, quòd veni in nomine patris mei, & non accipitis me: &, quomodo potestis credere, qui ab hominibus gloriã accipitis? *Omne quod dat mihi pater, ad me veniet: & eum qui venit ad me, non eiciam foras.* Vide quomodo omnia ad hominũ salutẽ conatur. Propterea enim hoc addidit, ne curiosus esse, & frustra hæc dicere videretur. Sed quid hoc significat, Omne quod dat mihi pater, ad me veniet, vt resuscitem illud in nouissimo die? Qua gratia cõmunis resurrectionis, cuius & impij participes sunt, vt præcipui credentium in se muneris meminit? quoniã non simpliciter resurrectionis, sed talis meminit. Nã cùm prius dixisset, non eiiciã, & non perdam ex eo, mox subdidit resurrectionẽ. In resurrectione enim alij eiiciuntur, vt inquit, Tollite eum, & mittite in tenebras exteriores. Alij perduntur, Timete, inquit, magis eũ qui potest animã & corpus in gehennã perdere: & illud, Vitã æternã do, hoc significat. Ibunt enim qui mala egerũt, in resurrectionẽ iudicij: qui verò bona, in resurrectionẽ vitæ. Hanc hoc in loco resurrectionem ostendit, quæ est bonorũ. Sed quid sibi vult ea particula, Omne quod dat mihi pater, ad me veniet? Eorum tangit incredulitatẽ, ostendens quòd qui nõ credunt, non se tantùm, sed & patrem offendunt, & eius transgrediuntur voluntatem: non tamen tam apertè id dicit, vt semper facit: quòd si hæc eius voluntas est, & propterea venit, vt saluum hominem faceret: qui non credunt, eum oppugnant. Cùm enim pater, inquit, aliquem dirigit, nihil prohibet eum ad me venire: & alibi, Nemo potest venire ad me, nisi pater traxerit eum. Et Paulus, Ipse tradidit eos patri. Cùm enim tradet regnũ deo, & patri: & quẽadmodum pater dãdo non se priuat, ita & filius tradendo. Dicitur autem tradidisse, quòd per ipsum accessum habuimus. Illa autẽ particula, Per quem, etiam de patre dicitur: vt illic, Per quẽ vocati estis in cõmunicationem filij eius, & per voluntatẽ patris: *& iterum, Beatus es Simon Bar-Iona, quia caro & sanguis nõ reuelauit tibi. Quod significat non paruam rem esse fidẽ, sed superno indigere auxilio: quod per totum euangeliũ generosæ cuiusdã animæ, & inspirationis diuinæ esse contendit. Sed dicit fortasse quispiam, Si omne quod dat pater venit ad me, & quoscunq; traxerit: & nemo potest venire ad te, nisi datũ sit ei desuper: quibus pater non dat, hi nullo crimine tenentur. Verba hęc inania & friuola: opus est enim volũtate nostra. Doceri enim credere voluntatis est: hîc autẽ nihil aliud ostendit his verbis, Quod dat mihi pater, quàm non paruum quiddam esse credere, atq; humanã cogitationẽ superna indigere reuelatione, & anima quæ eã fideliter accipiat. Et illud, Qui venit ad me saluus fiet: hoc est, multam adhibebit diligentiam. Pro his veni, & carnẽ & serui formã accepi. Deinde subdit: *Descẽdi de cœlo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me.* Quid dicis? Aliãne tua, alia illius volũtas est? Ne igitur hoc quispiã suspicaretur, addidit: Hæc est autẽ voluntas eius qui misit me, vt omnis qui videt filium, & credit in eum, habeat vitam æternã. Hæc nunquid voluntas tua est? Et cur alibi dicis, Ignẽ veni mittere in terrã, & quid volui nisi vt iam ardeat? Quòd si tu hoc vis, cõstat vnã esse voluntatẽ. Etenim alio in loco, Sicut pater, inquit, suscitat mortuos & viuificat: sic & filius quos vult viuificat. Quæ est volũtas patris? ne perdã ex eo quenquã: hoc & tu vis. Non est igitur alia voluntas & alia. Etenim alibi, Sæpe volui cõgregare filios tuos, & noluisti. Quæ ergo hæc est sentẽtia? Hoc est, non veni vt aliud facerem, quàm patris voluntatem, neq; ego aliud sentio. Omnia enim quæ patris sunt, mea sunt, & quæ mea, patris. Si igitur patris & filij omnia cõmunia sunt, nõ immeritò inquit, Non vt faciam voluntatẽ meam. Sed hoc in loco nõ ita inquit, sed in finẽ remittit. Alta enim & sublimia, vt dixi, adhuc tegit, & obũbrat. Nam si dixisset, voluntas mea hæc est, cõtempsissent illi. dicit itaq; se operam

eius

eius volũtati præstare, vt eos magis perterreret: quasi dicat, Quid putatis? an quod me irritatis? Nisi credetis, patrem meũ in indignationẽ mouetis. Hoc enim significat voluntatem eius qui misit me. *Vt omne quod dedit mihi pater, non perdã ex eo.* Vbi se eorum non indigere obsequio, neque vt sibi ministraretur aduenisse signat, sed propter eorum salutẽ, quod in superiore dixit disputatione, Gloriam ab hominibus non accipio. Et iterum: hæc dico, vt vos salui sitis. Hoc enim omnibus modis contendit persuadere, quòd eorum salutis gratia aduenerit, quòd patris gloriã quærat, vt nulla de se oboriatur suspicio: & quòd hoc dicat, in sequẽtibus manifestius indicauit. Qui voluntatẽ suã quærit, gloriam propriã quærit: qui autẽ quærit gloriã eius qui misit illum, hic verax est, & iniusticia in illo nõ est. *Hæc est enim volũtas patris mei, vt omnis qui videt filiũ, & credit in eum, habeat vitam æternã, & ego resuscitabo eum in nouissimo die.* Frequẽter resurrectionis meminit, ne præsentibus tantùm rebus diuinã præscribant prouidentiã: vt si his non fruãtur, non propterea pigriores fiant: néve quòd in hac vita non puniuntur, ideo cõtemnant, sed futurã expectent. Verùm illi nihil lucrati sunt, nos verò lucramur, cũ frequenter nostris auribus resurrectio insonat: & si diteſcere, si rapere, si absurdũ aliquid facere voluerimus, è vestigio dies illa & iudicium animo inscribatur, & omni fræno vehemẽtius absurdos affectus cogitatio hæc cohibebit. Atq; inuicẽ, & nobiscũ semper dicamus: Resurrectio est, & horrendũ illud nos iudicium manet. Et si quem gestientẽ viderimus, & præsentibus bonis inflatũ, idem dicamus, & reducamus in memoriã omnia hîc remãsura: & si alius dolore & calamitatibus affectus occurrerit, ad eũ quoque iisdẽ verbis vtamur, doceamúsq; has miserias finem aliquando habituras. Inertis autẽ & pigri auribus insonemus desidiæ suæ pœnas daturũ. Sufficiẽs hoc verbum, quod omni medicina nostrã animam vehementius curet. Est enim resurrectio non longè, sed in portis. Adhuc modicũ, iamiam veniet, & non tardabit. Et, omnes oportet nos manifestari ante tribunal Christi, & malos & bonos: illos, vt meritò ignominia afficiãtur: hos, vt in gloria effulgeãt. Quemadmodũ enim in hac vita iudices, malos supplicio, bonos honore publicè afficiunt: ita & illic, vt malos maior ignominia, bonos clarior gloria cõsequatur. Hęc nos singulis diebus nostris mentibus subscribamus, hæc semper animo versemus. Hoc pacto nulla nos præsentiũ cura poterit perturbare: nã quæ videntur, caduca sunt: quæ nõ vidẽtur, æterna. Hæc inquã frequẽter nobiscũ loquamur, & cum aliis: Resurrectio est, & iudiciũ & operũ examina. Et quicunq; fatum esse arbitrãtur, hoc dicant, & mox huius morbi tabe curabũtur. Nam si resurrectio est & iudiciũ, non est fatũ, quanuis plurimi id cõtendant. Atqui Christianos resurrectionis admonere erubesco. Qui eñ docẽdus est esse resurrectionẽ, & sibi nõ omnino persuadet, q. non necessariò & simpliciter & vtcunque cõtigerit, res ferãtur: is profectò nõ est Christianus. Quamobrem hortor vos, & oro, omni nos malicia mũdos reddamus, & omnia faciamus vt veniã consequamur, & excusatio nostra admittatur in illa die. Sed dicet fortasse quispiam, Et quãdo finis? Quãdo erit resurrectio? Ecce quantũ tẽporis præteriit, & nihil tale cõtigit. Sed erit, credite. Etenim ante diluuiũ & hos incredulos reprehẽdit: qui credidit, is solus liberatus est. Et tẽporibus Loth dirã illam plagã non expectabãt, donec fulgura illa & fulmina delata oẽs perdiderũt. Neq; his, neq; tẽporibus Noë ne minima quidem futurorũ malorum particula cõtigit: sed quemadmodũ tum deliciis & ebrietati indulgẽtes, meritũ repẽtè supplicium oppressit: ita & resurrectio non in principio, sed in medio fœlicitatis superueniet. Ideo Paulus inquit, Cùm enim dicent pacẽ & securitatẽ, tunc repẽtinus eis superuenit interitus: sicut & dolor in vtero habẽtis, & non effugient. Hoc autẽ fit, vt semper simus in timore, & nunquã confidamus. Quid dicis non expectandã futurã resurrectionem & iudiciũ? Dęmones hæc confitentur, & tu confiteri erubescis? Venisti, inquiunt, huc vt nos cruciares ante tempus? Qui futurum cruciatum dicũt, & iudicium, & examen, & supplicium futurũ intelligunt. Nolimus ergo prouocare deũ stulta audendo, resurrectioni diffidẽtes: quemadmodũ in aliis nobis principium fuit Christus, ita & in hoc. Siquidem primogenitus idcirco dicitur ex mortuis. Quòd si resurrectio nõ est, quomodo primogenitus esset mortuorum, cùm nemo post ipsum resurgeret? Quomodo dei iusticia seruaretur, tot malis in fœlicitate, tot bonis in miseria vitã degentibus, vbi quisq; secundum merita remunerabitur? Nemo rectè viuentiũ resurrectioni diffidit, sed quotidie precantur, sanctã illam vocẽ proferentes: Adueniat regnũ tuum. Qui sunt igitur qui resurrectioni non credũt? qui scelesti, inquinatã vitam & impurã viuũt, vt Propheta inquit, Inquinatæ sunt viæ eius in omni tẽpore; auferuntur iudicia tua à facie eius. Non potest, nõ potest inquã homo purè viuere, qui non credit resurrectionẽ, vt qui nullius sibi cõscij sunt criminis, eam non modò profitẽtur, sed & volunt & credũt, vt remunerationem accipiant. Nolimus ergo deum prouocare, sed & audiamus dicentẽ: Timete eum qui potest animã & corpus perdere in gehennã: vt metu meliores & hoc malo liberati, regno cœlorũ digni efficiamur: quod vtinã omnes consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quẽ, & cum quo patri gloria, simul & sempiterno viuificãtiq; spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

Homilia xlv. ex cap. sextũ.

NVmurabant ergo Iudæi de illo, quia dixisset: Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi, & dicebant: Nonne hic est Iesus filius Ioseph? &c. Quorũ de vetere est, & gloria in ignominia eorũ, inquit Paulus de Iudæis: quod ex prædictis cõstat, & ex sermone quẽ ad Christũ accedentes habuerũt. Nã cùm pane saturati sunt, prophetã appellabant, & regem facere cogitabãt: cùm verò spiritalem cibũ, & vitam æternã edocti, & à rebus sensibilibus abducti, resurrectionẽ & altiora acceperunt: cúmq; maximè admirari eos oportuerat, tunc murmurabãt & resiliebãt. Atqui si hic est propheta, vt dicebatis: Hic est, de quo inquit Moses: Prophetã vobis suscitabit dominus deus de fratribus vestris tanquã me, ipsum audite: oportuit ipsum audire dicentẽ, De cœlo descẽdi: non tamen audiebant, sed murmurabãt: adhuc enim eum verebantur propter nouũ panis signũ, ideo non manifestè contradixerunt, sed murmurando indignationẽ præ se tulerunt, quòd cibum non accepissent, quem cupiebant. Murmurabant ergo & dicebant: Nónne hic est filius Ioseph? Ex quo perspicuũ est, quòd nõdum admirabilem eius norant generationẽ, idcirco

adhuc

Universidad de Deusto Biblioteca

adhuc Ioſeph eum filiũ dicunt.Nec increpãtur, ne- A
que negat ſe filiũ Ioſeph eſſe, nõ quia filius ipſius eſ-
ſet,ſed quia nõdum illi tantã rem audire poterãt,ne-
que ſecundũ carnem quidẽ.Quòd ſi non hanc,lõgè
minus ſupernam illam & ineffabilẽ generationem.
Si rem humiliorẽ non aperuit,multò minus illã.At-
qui hoc eos maximè perturbabat,quòd vili patre &
fabro natus eſſet.Attamen Chriſtus rem ipſam ſubti
cuit,ne alio ſublato,aliud ſcandalum excitaſſet: ſed
quid murmurãtibus illis Chriſtus? *Nemo poteſt venire*
ad me, niſi pater qui miſit me,traxerit eum. Hîc inſurgunt
Manichæi, nihil nos ex nobiſipſis poſſe,huius parti-
culæ teſtimonio contendentes. Sed planè nos poſſe
quæ volumus,per hoc oſtẽditur:inquiũt enim,Si q̨s
venit ad eum,quid opus eſt vt trahatur? Verùm hoc
Liberũ arbitriũ non tollitur. noſtrũ non tollit arbitrium,ſed diuino egere auxilio
oſtẽdit:& non inuitũ, ſed omni conatu contenden- B
tem venire.Inde quo pacto trahat,ne quid ſenſibile
de eo ſuſpicarentur,his verbis proſequitur. *Non quia*
*patrẽ vidit quiſquã,niſi is qui eſt à deo,hic vidit patrẽ.*Quo-
Eſa.54.d modo trahat,inquit,hoc propheta prędixerat,quòd
erũt omnes docibiles dei. Vides fidei dignitatem,ꝙ
non ab hominibus, neq; per hominẽ, ſed per ipſum
deũ ea imbuendi ſunt?Idcirco vt fidẽ verbis ſuis cõ-
paret,eos ad prophetas relegat.Nam ſi erunt omnes
docibiles dei,quare aliqui nõ credũt?Quoniam hoc
de pluribus dictũ eſt.Et prẹterea illud propheticum
omnes volentes ſignificat. Magiſter enim omnibus
proponitur paratus ad docendũ & communicandũ
doctrinã ſuã. *Et ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die.*Non
parua hoc in loco filij dignitas.Siquidẽ pater trahit,
& hic reſuſcitat. Neque diuidit patris & filij opera.
Quónã enim pacto?ſed poteſtatis æqualitatẽ oſten C
Supr.5.f dit: vt in illo loco, Et qui miſit me pater,teſtimoniũ
perhibet de me. Quod ne rogãdo inſiſterẽt, ad ſcri-
pturas relegauit:ita hoc in loco,ne quid ſuſpicaren-
tur,ad prophetas eos relegat: prophetarum ſubinde
adducẽs teſtimonia oſtẽdit ſe patri non eſſe contra-
rium.Quid autẽ qui antehac fuerũt? nunquid doci-
biles erãt dei?Quid hoc in loco eximium eſt?Quòd
tunc per homines res diuinas diſcebãt, nũc per vni-
genitum & ſpiritum ſanctũ. Deinde inquit, *Non quia*
patrẽ vidit quiſquã,niſi is qui à deo eſt. Non ſecundũ cau-
ſæ rationẽ hîc loquitur, ſed ſecundũ modũ ſubſtan-
tiæ.Nam ſi id diceret,Omnes à Deo ſumus:vbi prẹ-
ſtantia & differẽtia filij? Sed quare nõ apertius dixit?
Propter illorũ imbecillitatem. Etenim ſi dicẽdo,de
cœlo deſcẽdi, tantùm ſcãdalizati ſunt:quídnã feciſ-
ſent ſi id addidiſſet?Panem autẽ vitæ ſeipſum appel- D
lat,quoniam vitã noſtram & hanc & futuram corro
borat.Et inquit: *Si quis manducauerit ex hoc pane,viuet in*
*æternũ.*Panem verò ſiue doctrinã hoc in loco & ſalu-
tem & fidẽ in ſe ſiue corpus ſuũ dicit. Vtrunq; enim
Infr.8.g animam fortiorẽ reddit.Atqui alibi dixit:Si quis ſer-
monem meũ audierit,mortem non guſtabit.& per-
turbati ſunt:hîc non itidẽ,quia iam ob panis miracu
lum eum reuerebãtur.Animaduerte autẽ quã faciat
huius panis & mãnæ differentiam , ab vtriuſq; ſcili-
cet fine. Quòd enim manna nihil magnũ præberet,
addidit. *Patres veſtri manducauerunt manna in deſerto, &*
mortui ſunt. Inde ſubdit maximã perſuaſionẽ, quòd
longè pluris maioribus illis patribus Moſe & claris
illorum temporũ viris ipſi habiti ſint.Cùm enim di-
xiſſet mortuos qui manna comediſſent, proſecutus
eſt: *Hic eſt panis de cœlo deſcẽdens,vt ſi quis ex ipſo mãduca-*

uerit,non moriatur.Ego ſum panis viuus,qui de cœlo deſcendi.
qui mãducat ex hoc pane, viuet in æternũ. Illa præterea par
ticula,In deſerto: mãna non diu duraſſe,neq; in ter-
ram promiſſionis veniſſe ſignificat.Hic autem panis
non eſt eiuſmodi. *Et panis quẽ ego dabo , caro mea eſt pro*
mundi vita. Meritò hoc in loco dubitare quiſpiã poſ- *Infra 9.*
ſet,cur hæc nũc Chriſtus loqueretur,cùm nihil pro-
ficeret,nihil ędificaret,imò eſſet ædificatis nocumẽ-
to?Ex hoc enim,inquit,multi ex diſcipulis ſuis retrò
abierunt:†&,] Durus eſt hic ſermo, quis poteſt eum *†dicẽtes.]*
audire?Erant igitur hæc ſolis diſcipulis cõmunican-
da , vt Matthæus priuatim cum ipſis loqui teſtatur. *Mat.26.c*
Quid ad hoc dicemus?Quænam horum verborum
vtilitas?Magna quidẽ & neceſſaria.Cùm enim in pe
tendo cibo inſtarent,& patribus ſuis datũ memora-
rent,& manna tanquam magnũ quiddam laudarẽt,
omnia illa figuram & vmbram fuiſſe , rerum autem
veritatem præſentẽ oſtendit:Ideo ſpiritalis cibi me-
minit. Sed erat,inquit,dicendum:Patres veſtri man
ducauerunt manna in deſerto,ego autem vobis pa-
nem prębui.Sed magna ſanè differẽtia:minus enim
hoc quàm illud viſum eſſet. †Mãnæ miraculum ex- *†propterea quòd manna ex alto laberetur, panum autẽ miraculũ infernè geſtũ eſſet.]*
tuliſſet,ſuum de panibus depreſſiſſet.] Cum ergo de
cœlo cibum quærerent, ideo frequenter de cœlo ſe
deſcẽdiſſe teſtatur. Quòd ſi quis percontaretur,cur
myſteriorum ſermonẽ adduxerit ? Reſpondebimus
quòd horum nunc maximè tempus erat.Obſcurius
enim dictum ſemper auditorem erigit,& attentiorẽ
reddit.Non ergo perturbari debebãt,ſed interroga-
re & quærere.Sed abierunt. Quòd ſi prophetã eum
arbitrabantur,credere eius verbis oportebat.Itaque
ſtulticia ſua,nõ ſermonis Chriſti obſcuritate pertur-
babantur:tu autẽ conſidera quomodo eos ad ſe pau
latim trahit. Nam ſe,non patrem dare dicit:&,panis
quem ego dabo,caro mea eſt †pro mundi vita.]Sed *†quã ego dabo pro mũdi vita.]*
aliena quædã doctrina erat, inquies, & diuerſa. At-
qui Ioãnes ſuperius hoc ſignificarat,agnũ ipſum ap-
pellans,ſed non intellexerũt.Non me latet,†non ta- *Supr.1.d*
men diſcipuli diffidebant.] Nam ſi de reſurrectione *†ſed neque diſcipuli ſciebant.]*
nondum quicquã norant, & propterea ignorabant
quid ſibi vellet,Soluite tẽplum hoc,& in tribus die-
bus ſuſcitabo illud : multò magis quæ hic dicuntur,
quæ obſcuriora ſunt.Quòd enim prophetæ ſuſcitaſ- *Supr.2.d*
ſent,norant,quanuis non tam manifeſtè locutæ ſint
ſcripturæ:quòd autẽ carnẽ quis comederit,nunquã
quiſquã illorum dixerat.Veruntamen perſuaſi ſunt,
& ſequebãtur,& habere eum verba vitæ confiteban
tur.Hoc diſcipuli eſt,quæ magiſter aſſerit,nõ curio-
ſius inueſtigare,ſed audire & credere, & idoneũ ſo-
lutionis tẽpus expectare.Quid igitur,aiunt,contra-
rium accidit,& abierunt retro?hoc propter eorũ ſtul
ticiã. Quãdo enim ſubit quæſtio quomodo aliquid
fiat,ſimul ſubit & incredulitas.Ita & Nicodemus per-
turbatus eſt,inquiẽs:Quomodo poteſt homo in vẽ- *Supr.3.d*
trẽ matris ſuæ iteratò introire?Itidẽ & hi nũc pertur
bãtur dicẽtes:Quomodo poteſt hic nobis carnẽ ſuã
dare ad mãducandũ?Nã ſi hoc inquiris,cur non idẽ
in q̨nq; panũ miraculo dixiſti,quomodo eos in tãtũ
auxit? Quia tũc tãtùm ſaturari curabãt,non conſide
rare miraculũ:ſed res ipſa tunc docuit,inquies.Ergo
ex eo & hæc credere oportuit ei facilia factu eſſe.
Propterea id prius fecit miraculũ,vt per illud nõ eſ-
ſent amplius increduli his quæ poſtmodũ diceret.Illi
quidem tunc tẽporis nihil ex his dictis,nos ipſius be
neficij vtilitatẽ cepimus.Quare neceſſario diſcendũ
quàm

quàm admirãda myſteria,& cur data ſint , & quænã A
eorũ vtilitas. Vnũ corpus ſumus,& mẽbra ex carne
& oſſibus eius.† Quare initiati eius præceptis parẽre *† Initiati autem ea quæ dicũtur diligẽter cõſiderẽt & ſequantur.*
debent.]Vt autẽ non ſolũ per dilectionẽ , ſed reipſa
in illam carnẽ conuertamur: per cibum id efficitur,
quẽ nobis largitus eſt . Cùm enim ſuũ in nos amorẽ
indicare vellet,per corpus ſuũ ſe nobis commiſcuit,
& in vnũ nobiſcũ redegit,vt corpus cum capite vni-
retur.Hoc enim amãtiũ maxime eſt.Hoc Iob ſigni-
ficabat de ſeruis,à quibus maximè amabatur,qui ſuũ
Iob 31. amorem præ ſe ferentes dicebant: Quis daret nobis
vt eius carnibus impleremur?Quod Chriſtus fecit,vt
maiori nos charitate adſtringeret, & vt ſuum in nos
oſtenderet deſideriũ,non ſe tantùm videri permit-
tens deſiderãtibus,ſed & tãgi,& mãducari,& dentes
carni ſuæ infigi,& deſiderio ſui omnes impleri. Ab
illa igitur menſa tanquã leones ignem ſpirantes,ſur-
gamus diabolo formidoloſi,& caput noſtrũ intelliga- B
mus,& quã in nos prę ſe tulit charitatẽ.Parentes ſæ-
penumero liberos ſuos aliis alẽdos dederũt,ego au-
tẽ mea carne alo,me vobis exhibeo,omnibus faueo,
omnibus optimã de futuris ſpẽ præbeo. Qui in hac
vita ita ſe nobis exhibet,multò magis in futura. Ve-
ſter ego frater eſſe volui,& cõmunicaui carnẽ ꝓpter
vos & ſanguinẽ:& per quæ vobis cõiunctus ſum,ea
rurſus vobis exhibui.Hic ſanguis facit,vt imago ĩ no
bis regia floreat:hic ſanguis pulchritudinẽ atq; nobi
litatẽ animæ,quã ſemper irrigat & nutrit , lãgueſce-
re nõ ſinit.Sanguis enim à cibo nõ fit repẽtè,ſed prius
aliud quiddã: hic quãprimùm irrigat animã , eámq;
vi quadã magna imbuit. Hic myſticus ſanguis dæ-
mones procul pellit,angelos & angelorũ dominum
ad nos allicit. Dæmones enim cùm dominicũ ſan- C
guinẽ in nobis vident,in fugam vertũtur, angeli au-
tẽ concurrũt.Hic ſanguis effuſus , vniuerſum abluit
orbẽ terrarũ,de quo multa Paulus ad Hebræos pro-
ſequutus eſt.Hic ſanguis abdita & ſancta ſanctorum
purgabat.Quòd ſi eius figura tantã habuit vim in tẽ
Exo.12.d plo Hebræorũ,in media Aegypto liminibus aſperſus,
lõgè magis veritas.Hic ſanguis aureũ altare ſanctifi-
cauit.Sine hoc princeps ſacerdotũ in penetralia in-
gredi non audebat.Hic ſanguis ſacerdotes faciebat,
hic ſanguis in figura peccata purgabat: in qua ſi tãtã
habuit vĩ,ſi vmbrã ita mors horruit,quãtopere quæ-
ſo ipſam formidabit veritatẽ? Hic noſtrarũ animarũ
ſalus eſt,hoc lauatur anima,hoc ornatur,hoc incen-
ditur,hic igne clariorẽ noſtram mentẽ reddit,& au-
ro ſplendidiorẽ. Huius ſanguinis effuſio cœlũ per-
uium fecit. Admirãda ſanè eccleſiæ myſteria, admi- D
rabile ſacrariũ.Ex paradiſo fons ſcaturiit,à quo ſen-
ſibiles fluuij emanarent. A mẽſa hac prodiit fons qui
fluuios ſpiritales diffundit:iuxta hunc fontẽ nõ ſte-
riles ſalices germinant,ſed arbores cœlũ ipſum attin
gẽtes,quæ fructus tẽpeſtiuos & ſolidos ſemper pro-
ducunt:ſi quis æſtuat,ad hunc fontẽ ſe cõferat,& re-
creabitur.Mundat ſqualorẽ & ſordes,æſtus mitigat,
nõ ſolares,ſed quos ignitę ſagittæ imprimũt.Etenim
ortum ſuũ ſupernè habet , inde radicẽ vnde & irri-
gatur.Multi huius fontis riui,quos paracletus diffun
dit,& filius arbiter eſt,neq; bidente,aut ligone viam
facit : ſed animos noſtros aperit. Hic fons lucis eſt,
fons diffundẽs radios veritatis,huic ſupernę adſtite-
runt virtutes fluctuũ eius pulchritudinem inſpiciẽ-
tes. Nã manifeſtius q̃ nos illæ propoſitorũ virtutem
& fulgorem inacceſsibilẽ intuentur.Quemadmodũ

enim ſi quis liquefacto auro manũ vel linguã inii-
ciat,quãprimùm deauratur:ita hæc nobis propoſita
animã aureã reddunt . Reſurgit enim vehementius
igne fluuius,neq; incẽdit,ſed abluit tantũ quicquid
cõprehendit.Hic ſanguis præfiguratus eſt ſemper in
altaribus, in iuſtorũ cædibus:hic orbis terrarum de-
cus eſt:hic eſt quo Chriſtus emit,quo vniuerſam or-
nauit eccleſiam.Vt enim homo ſeruos auro emit,&
ornat:ita nos ſanguine ſuo Chriſtus. Qui huius ſan-
guinis ſunt participes,cũ angelis & archãgelis & ſu-
pernis virtutibus cõmorantur:ipſam regiam Chriſti
ſtolã induti,ſpiritalibus armis muniti.Sed nihil dixi,
imò ipſum induti ſunt regẽ.Sed ſicut magnũ eſt , &
admirabile:ita ſi purè acceſſeris, ad ſalutẽ acceſsiſti:
ſin praua cõſcientia,ad pœnã & ſuppliciũ.Qui enim
manducat & bibit indignè ſanguinem domini,iudi- *1.cor.11.g*
cium ſibi mãducat,& bibit.Nam ſi qui regiã purpu-
ram coinquinãt,haud ſecus q̃ qui ſcindũt , puniun-
tur:quid mirũ ſi qui immũda cõſcientia Chriſti cor-
pus accipiunt,idem ſuppliciũ ſubeant , quod qui eũ
clauis cruci affixerunt? Vide q̃ formidandã pœnam
his minetur Paulus:Irritã quis faciens legẽ Moſi , ſi- *Deu.17.b*
ne vlla miſeratione duobus vel tribus teſtibus mori- *& Hebr.*
tur : quãtò magis putatis deteriora mereri ſupplicia, *10.e*
qui filiũ dei conculcauerit,& ſanguinem teſtamenti
pollutũ duxerit,in quo ſanctificatus eſt? Conſidere-
mus igitur rem noſtrã dilectiſsimi , cũ tãtis fruamur
bonis,& cũ turpe aliquod animũ ſubit, cũ ira, vel re
vel verbis rapimur:† quid mereamur,] quẽ ſpiritum *†quibus nos digni ſimus habiti.]*
acceperimus nobiſcum reputemus,& irrationabiles
noſtros cohibeamus affectus . Hæc cogitatio noſtra
ſit,Quouſq; rebus præſentibus incũbemus? Quouſ-
que nõ excitabimur?Quouſq; nullã ſaluti noſtræ cu
rã adhibebimus?Intelligamus quot in nos beneficia
contulit Chriſtus.Gratias habeamus , glorificemus,
non fide tantùm,ſed & operibus,vt futura bona cõ-
ſequamur , gratia & benignitate domini noſtri Ieſu
Chriſti,per quem & cum quo patri gloria , ſimul &
ſpiritui ſancto,in ſecula ſeculorum,Amen.

Homilia.xlvj.ex cap.ſexto.

DIxit ergo eis Ieſus:Amẽ amẽ dico vobis,niſi mãdu-
caueritis carnẽ filij hominis,& biberitis eius ſangui-
nem,nõ†habebitis] vitã in vobis,&c. Cũ de re- *†habetis]*
bus ſpiritalibus diſputamus, nihil ſeculare ſit in ani-
mis noſtris,nihil terrenũ:ſed oĩa huiuſmodi abeant, *† Amen enim, inquit, dico vobis: Niſi quis mãducauerit carnẽ meã & biberit ſanguinẽ meum, nõ habet vitam æternam.]*
omnia relegẽtur.Diuinos dũtaxat ſermones audia-
mus. Nã ſi aduenięte rege omnis ſedatur tumultus,
multò magis ſpiritu nos alloquẽte,multo nobis ſilẽ-
tio,multa admiratione opus eſt.Admiratione nanq;
digna ſunt,quę hodie exponũtur.†Amẽ,inquit,amẽ
dico vobis,niſi mãducaueritis carnẽ meã,& biberi-
tis ſanguinẽ meũ, nõ habebitis vitã in vobis.] Etenĩ
cùm id fieri poſſe negarẽt,non ſolũ non impoſsibile
ſed & neceſſariũ aſſerit. Qui mãducat carnẽ meã,&
bibit ſanguinẽ meũ,habet vitã æternã,& ego reſuſci
tabo eũ in nouiſsimo die. Nam cùm dixiſſet:Si quis
mãducauerit ex hoc pane,nõ morietur in æternũ:& *Infra 8.g*
credibile eſſet eos dicturos queadmodum ſuperius: ** εἰς τέλος i. perpetuo*
Abrahã mortuus eſt,& ꝓphetę mortui ſunt:& quo- ** ἀληθὴς.i. verus,ſic & paulò pòſt,alij legũt ἀληθῶς.i.vere, aduerbia liter.*
modo tu dicis,nõ guſtabit mortẽ? Reſurrectionem
ponit,per quã ſoluit quæſtionem ꝙ nõ morietur* in
fine.Frequenter autẽ in myſteriis verſatur, & omni-
no id fieri oportere demonſtrat.Quid autem ſignat,
Caro mea * verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt
potus? Aut ꝙ is eſt verus cibus,qui ſaluat animã, aut

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt eos in prædictis cõfirmet,ne obſcurè locutũ in parabolis arbitrarẽtur, ſed ſcirẽt omnino neceſſariũm eſſe vt corpus comederẽt. Deinde inquit: Qui mãducat carnẽ meã, & bibit ſanguinẽ meũ, in me manet: qđ dicit, vt cũ ipſo ſe admiſceri oſtẽdat. Quod autẽ ſequitur, nõ bene ſuperioribus iungi videtur. Quæramus igitur quænã hæc ſit cõſequẽtia. Cũ diciſſet, Qui mãducat carnẽ meã & bibit ſanguinẽ meũ, in me manet: nõ abſurdè ꝓſequitur, Sicut miſit me viuens pater, & ego viuo propter patrẽ. Nam cũ ſæpe repetiſſet vitam æternã, ad id cõfirmãdum addit, In me mantet. Si eñ in me manet, & ego viuo: qui me ſumit, & victurũ perſpicuũ eſt. Inde inquit, Sicut miſit me viuens pater, & ego viuo propter patrẽ. Hæc cõparatio eſt & ſimilitudo, hoc eſt, viuo ego ſicut & pater. Et ne ingenitũ arbitrareris, addidit, Propter patrem: non ꝙ operationis alicuius neceſsitatẽ ad vitã habeat. ſuperiùs enim eam amouit ſuſpicionẽ. Sicut *ſuprà 5.d* pater habet vitã in ſemetipſo, ſic dedit & filio vitam habere in ſemetipſo. Quòd ſi operatione indigeret, inuenietur aut pater nõ ita dediſſe, & falſa eſſet oratio: aut ſi ita dedit, nullo alio indigebat auxilio. Quid ergo ſignat, propter patrẽ? cauſam tantũ. Quod autẽ dicit, tale eſt: Sicut viuit pater, ita & ego. Et qui manducat me, & ille viuit ꝓpter me. Vitã autẽ in hoc loco nõ qualemcunq;, ſed probatam dicit: quod inde conſtat, ꝙ & infideles omnes, & non initiati, & qui eius carnẽ non manducant, viuũt tamẽ. Quare minimè dubiũ eſt, quin illam intelligit. Dicit ergo, qui manducat carnẽ meã, in morte nõ peribit, neq; dãnabitur. Sed neq; de cõmuni dicit reſurrectione (ſiquidẽ oẽs reſurgẽt) ſed de clara illa & glorioſa, quæ præmiũ meretur. *Patres veſtri manducauerunt manna in deſerto, & mortui ſunt: qui mãducat hunc panẽ, viuet in æternũ.* Frequenter idem repetit, vt auditorũ animis imprimatur. Vltima enim hæc erat doctrina, vt reſurrectionis & ęternę vitæ fidẽ cõfirmaret. Quocirca poſt vitæ æternæ promiſſionẽ, reſurrectionem proponit, poſt quam illã futurã oſtendit. Et vnde hoc conſtat? A ſcripturis ad quas eos ſemper relegat, vt inde erudiantur. Cùm autẽ dare vitam mundo dicit, in ærumnationẽ eos adducit, vt ſi aliorũ bono mouentur, nolint ipſi excludi. Frequenter autem mãnæ meminit, & differẽtiam conferendo, ad fidẽ allicit. Nam ſi poſſibile fuit, vt quadraginta annos ſine meſſibus & frumẽto, & aliis ad victũ neceſſariis viuerẽt: lõgè magis nunc cùm ad maiora venerint. Nam ſi in illis figuris ſine labore expoſitum colligebãt: nunc profectò magis, vbi nulla mors, & veræ vitæ fruitio. Vitæ autem vbiq; meminit, nam eius trahimur cupiditate, & nihil ſuauius q̃ non mori. Etenim in veteri teſtamento lõga vita & multi dies promittebãtur: nunc verò nõ ſimpliciter vitæ lõgitudo, ſed vita ſine fine promittitur. Simul & oſtendere vult, ꝙ ſuppliciũ ex peccato inductũ nũc reuocat, ſententiam illã mortis ſoluendo, & vitæ ſempiternę inducendo, contra ſuperiorũ temporũ inſtitutionẽ. *Hæc dixit in ſynagoga docẽs in Capernaum.* Vbi multa miracula fecerat, quare maximè audiendus erat. Quãnã autẽ gratia in ſynagoga docuit & in tẽplo? Cũ vt multitudinẽ traheret, tũ vt patri ſe nõ eſſe contrariũ oſtenderet. *Multi ergo ex diſcipulis eius audientes, dixerunt: Durus eſt ſermo hic:* hoc eſt, aſper, †difficilis intellectu.] Atqui nihil tale dicebat. †*laborioſus ardu⁹*] Neq; eñ de vita, ſed de doctrina diſſerebat, vt in ſui fidem traheret. Quid ergo, durus eſt hic ſermo? Nũ quòd vitã annũciat & reſurrectionẽ? Quòd ex cœlo ſe dixerit deſcendiſſe, an ꝙ ſaluus fieri nemo poſſet qui eius carnẽ non mãducaret? Num hæc dura ſunt? Et quis dixerit? Quid ergo eſt, durus? Difficilis intellectu, & quẽ capere eorũ non poſſet imbecillitas, plenus formidinis. Putabant enim eũ ſupra vires ſuas loqui: & dicebãt: *Quis poteſt eũ audire?* pro ſe reſpõdentes, cùm eſſent diſceſſuri. *Sciens autẽ Ieſus* † *apud ſemetipſum quia murmurabant*] *de hoc diſcipuli eius:* Hoc enim eius erat diuinitatis argumentum, ꝙ cordis ſecreta reuelaret, *dixit eis: Hoc vos ſcandalizat? Si ergo videritis filiũ hominis aſcendentẽ, vbi erat prius?* Idem & ad Nathanaẽlẽ, Quia dixi tibi, inquit, vidi te ſub ficu, credis? maiora his videbis. Et ad Nicodemũ: Nemo aſcendit in cœlum, niſi filius hominis, qui in cœlis eſt. Quid igitur dubitationes dubitationibus annectit? Minimè, abſit hoc, ſed doctrinæ magnitudine & copia eos allicere conatur. Si enim ſimpliciter diciſſet, de cœlo deſcẽdi, neq; aliud addidiſſet, magis perturbaſſet auditores: cũ autem addidit ſuũ corpus mundi vitã eſſe: &, Sicut miſit me viuens pater, & ego viuo propter patrem: omnẽ ſoluit dubitationẽ. Nam qui magnum aliquod vnũ de ſe prædicat, & fingendi ſuſpicio ſubeat: tollitur tamen ſi plura ad eius confirmationem colligãtur. Omnia autẽ & facit & dicit, ne Ioſeph filius exiſtimetur, non vt ſcandalũ augeat, ſed vt tollat. Nam ſi Ioſeph filiũ putaſſent, nullã eius verbis fidem adhibuiſſent: ſi verò de cœlo deſcendiſſe, & illuc aſcenſurũ, audiſſent attentius. Inde aliã adducit ſolutionẽ: *Spiritus,* inquit, *eſt qui viuificat, caro non prodeſt quicquã.* hoc eſt, ſecundũ ſpiritum verba mea audienda ſunt. Qui ſecundum carnem audit, nihil lucratur, nihil vtilitatis accipit. Carnale eſt dubitare quomodo de cœlo deſcendit, & Ioſeph filium arbitrari, & quomodo poſſit nobis carnem ſuã dare ad manducandum. Hæc inquam omnia carnalia, quæ myſticè & ſpiritaliter intelligenda ſunt. Et quomodo potuerunt intelligere quid eſſet carnem mandducare? Expectare igitur temporis opportunitatẽ eos oportuit, nõ diſcedere: interrogare, nõ deſperare. *Verba quæ ego locutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt.* Spiritus, hoc eſt ſpiritalia, nihil carnale, nullã naturalem conſequentiam habentia, ſed omni hac terrena neceſſitate, & huius vitæ legibus libera. Eſt & alius ſenſus: Sicut in hoc loco ſpiritus pro ſpiritalibus poſuit, ita cùm carnẽ dicit, nõ pro carnalibus, ſed pro carnaliter audire, eos ſignificãs qui ſemper carnalia deſiderabant, cũ ſpiritalia deſiderari oporteat. Nã ſi carnaliter ea quis acciperet, nihil ſanè lucraretur. Quid igitur? an caro non eſt caro? maxime certe. Quomodo igitur ait, Caro nõ prodeſt quicquã? Nõ de ſua carne dicit, abſit: ſed de his qui carnaliter accipiũt quæ dicũtur. *Carnaliter intelligere quid.* Quid autẽ eſt carnaliter ĩtelligere? Simpliciter vt res dicuntur, neq; aliud quippiã excogitare. Non enim ita iudicãda ſunt † quæ videtur, ſed myſteria omnia] *†viſibilibus & externis myſteria omnia, ſed]* interioribus oculis cõſideranda, hoc eſt ſpiritaliter. Qui nõ manducat carnem meã, & bibit meum ſanguinẽ, nõ habet vitã in ſemetipſo. Quomodo igitur nihil ꝓdeſt caro, ſine qua nemo poteſt viuere? Vides ꝙ ea particula, Caro nõ prodeſt quicquã: non de ipſa carne, ſed de carnali auditione dictum eſt. *Sed ſunt quidã ex vobis qui non credunt.* Iterũ pro ſua (vt ſolet) dignitate loquitur, & futura prædicit, oſtenditq; nõ illorum gloriæ deſiderio hæc dicere, ſed ꝙ eorũ curã haberet. Dicendo autem, Quidam, diſcipulos ſubtraxit.

traxit. Superius eñ dixerat, Et vidiſtis me & nõ credidiſtis mihi. hic vero, *Sed ſunt quidã ex vobis qui nõ credũt. Sciebat enim ab initio Ieſus qui eſſent nõ credẽtes, & quis traditur⁹ eſſet eũ. Et dicebat: Propterea dixi vobis, nemo poteſt venire ad me, niſi fuerit ei datũ à patre meo.* Spontaneã diſpenſationẽ hoc in loco euangeliſta, & eius patientiã ſignificat. Et illa particula, Ab initio, non ſimpliciter hic ponitur, ſed vt eius pręſciẽtiã intelligas, & ꝙ ante hæc verba, non poſt eorũ murmurationẽ & ſcandalum, proditorem norat: quod diuinitatis erat. Inde inquit, Niſi fuerit ei datũ * à patre meo: ſuadẽs eis vt ſuum patrem deum, nõ Ioſeph arbitrarentur: & in ſe oſtendẽs nihil ſua intereſſe, ſi nõ crederẽt: quaſi dicat, nõ mouent me, neq; perturbãt, qui mihi nõ credũt, noui ea omnia antequã fierẽt, noui quibus dedit pater. Cũ autẽ audieris dediſſe patrẽ, noli ſimpliciter priuilegiũ arbitrari, ſed illud crede, ꝙ qui ſe accipiendi dignũ exhibet, ipſe accipit. *Ex hoc multi diſcipulorũ eius abierũt retrò, & iam non cũ illo ambulabant.* Rectè euangeliſta nõ dixit, diſceſſerũt: ſed, abierunt retrò: hoc eſt, nõ proficiebant in virtute, & quam iam habebant fidẽ perdiderunt, cũ ſe ſcinderent, ſed nõ duodecim. Quid ergo dicit ad eos? *Nunquid & vos vultis abire?* vt iterum ſe eorum miniſterio non egere oſtẽdat. Neq; eos laudauit. Quãobrem? Cùm vt magiſtri dignitatẽ ſeruaret, tum ꝙ ita cõtineri magis oportebat. nã ſi laudaſſet, arbitrati ſe ei rẽ gratã facere aliquo ſaltẽ humano affectu moti eſſent: cũ verò ſe eorũ miniſterio egere minimè oſtẽderet, magis eos cõtinuit. Et animaduerte q̃ prudẽter locutus eſt. Nõ dixit, abite, ne expellere videretur: ſed rogauit, num vellent abire: vt & vim omnẽ & neceſſitatem auferret, & ne pudore quodã nutarẽt, ſed etiam gratiam haberẽt. Neq; apertè eos accuſauit, ſed modeſtè tetigit, vt quid faciendũ eſſet, intelligerẽt. Nobis autẽ cõtrariũ accidit, nec immeritò: quoniã propriæ gloriæ cauſa omnia facimus, ideo familiariũ abitu nos & noſtra minui arbitramur. Ieſus verò neque adulatus eſt, neq; expulit, ſed interrogauit, non vt eos contemneret, ſed ne vi teneri viderentur. nam ſi inuiti mãſiſſent, haud ſecus ac ſi abiſſent fuiſſet. Quid ad hoc Petrus? *Domine ad quẽ ibimus? Verba vitæ æternæ habes. Et nos credimus & cognouimus, quia tu es Chriſtus filius dei viui.* Vides non verba, ſed temeritatẽ & perfidiam auditorũ, ſcandalũ peperiſſe? Niſi enim ita diciſſet, non deſtitiſſent cibum corporeũ efflagitare: & cùm duodecim vnà cum illis eadẽ verba audiſſent, contrariè tamen affecti ſunt, dicentes: Ad quem ibimus? Quãti amoris verbum? quo & patribus & matribus & omnib⁹ rebus Chriſt⁹ precioſior oſtẽditur: quódque qui ab eo diſcedũt, non habẽt amplius quò confugiant. Sed ne propterea, ad quẽ ibimus, dixiſſe videretur, ꝙ non haberẽt qui ſe acciperent: ſubdidit, Verba vitæ æternæ habes: quę illi carnaliter & ſecũdum humanam rationem, hi ſecundum ſpiritũ & fidem intellexerũt: idcirco dicebat: Verba quæ locutus ſum vobis, ſpiritus ſunt. Doctrinã meam rerũ cõſequẽtiæ & neceſſitati ſubiacere ne arbitremini. Spiritalia terrenis legibus ſeruire nõ patiuntur, quod & *Rom.10.b* Paulus inquit. Ne dicas in corde tuo, quis aſcẽdit in cœlũ: hoc eſt Chriſtũ deducere. Vel quis deſcẽdet in abyſſum: hoc eſt Chriſtũ ex mortuis reuocare. Verba vitæ æternæ habes. Iam reſurrectionẽ acceperãt, † & *illi* † in qua quieſcebãt.] Et vide, quæſo, fratrũ amatorẽ *quietem.*] & ſtudioſum, pro omnibus reſpõdet. Non dixit, cognouiſti, ſed cognouimus. Et cõſidera eũ de magiſtro non vt Iudæos locutũ: ſiquidem illi dicebãt, Hic eſt filius Ioſeph: hic autẽ, Tu es Chriſt⁹ filius dei viui: &, Verba vitæ æternæ habes. quia audierat magiſtrũ dicentẽ, Reſuſcitabo eũ, & habebit vitam æternam. Ex quo præfert attentionẽ, qua eius verba acceperit, cũ ea meminerit. Quid Chriſtus? Neq; laudauit Petrũ, neque admiratus eſt, quanuis id alio in loco feciſſet: ſed, *Nonne ego,* inquit, *vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus eſt?* Cũ enim diciſſet Petrus, & nos credidimus, eximit è numero Iudã. Alibi enim nihil de diſcipulis dixit, ſed cũ Chriſtus diceret: vos autẽ quem me dicitis? reſpõdit, Tu es Chriſtus filius dei viui. hìc *Mat.16.b & Marc. 8.c.* autẽ dicẽte eo, Et nos credidimus: meritò ex ipſorũ numero Iudã exemit: hoc autem dixit, vt longè proditoris maliciam propulſaret, & cũ nihil ei proficere videret, † ei tamen cõſulebat.] Et intuere Chriſti ſa- *†attamen quod ſuũ erat faciebat.]* pientiã. Neq; eum manifeſtauit, neq; latere voluit. Illud, ne impudentius cõtenderet: hoc, ne latere arbitratus, licentius auderet: quare in ſequẽtibus apertius reprehẽdet. Prius ergo eum aliis annumerauit, cũ diceret: Sunt quidam ex vobis qui non credunt: quod his verbis cõfirmat euangeliſta, Sciebat enim ab initio Ieſus qui eſſent credẽtes, & quis traditurus eſſet eũ. Cùm autẽ in malicia perſeueraret, vehemẽtius eũ arguit, Vnus, inquit, ex vobis diabol⁹ eſt. quẽ tamen vt tegeret, omnibus metũ incuſſit. Hoc autẽ in loco non immeritò dubitandum, cur nihil dicant diſcipuli, aliàs autẽ timent & dubitant, & inuicem ſe aſpiciũt rogantes, Nunquid ego ſum domine? Et Io- *Mat.26.b* anni petrus innuit, vt magiſtrum percõtaretur quis eſſet proditor. Quænam cauſa eſt? Nõdum audierat C Petrus, Vade poſt me ſatana. ideo nõ timuit: poſtquã *Matt.16.* autem increpatus eſt, & inde audiſſet, Vnus ex vobis *& Marc.* me tradet: meritò formidauit. Neq; hoc in loco di- *8.d* cit, vnus tradet me: ſed, vnus eſt diabolus: quare non *Mat.26.* intelligebant quid diceret, ſed tantum maliciam ſuã *b.* reprehendi arbitrabãtur. Quid autẽ ſignificat, *Nonne ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus eſt?* Vt omni aſſentationis ſuſpicione careret. Nam cũ omnes eũ præter duodecim reliquiſſent, † & Petrus eũ confeſſus eſſet: ne quis aſſentationẽ ſuſpicaretur, ita lo- *†& ipſe per Petrũ* cutus eſt: quaſi dicat,] nihil mihi perſuadet ne malos *cum Chriſtũ eſſe cõfiteretur, ne exiſtimẽt quod* arguã. Nolite putare me laudũ veſtrarũ gratia vobis adulaturũ, vel vt me ſequamini, malos nõ reprehenſurũ. Quod enim multò magis eſt ad perſuadendũ, id mihi nõ perſuadet. Qui enim in amore perſtiterit, *propterea* ipſe ſui amoris præbebit argumẽtum. Electus vero à *ipſis aſſentaturus eſſet, ab ea* magiſtro † gloriã, reprobus ſtulticiæ apud ſtultos o- *ſuſpicione abduxit,* pinionẽ accipiet.] Veruntamẽ neq; hoc me à repre- *tale quid dicens.]* henſionibus abducit. Hoc nũc reprehendũt in Chriſto Gẽtiles frigidè & ſtultè. Nõ eñ vi & neceſſitate *†ſtulticiæ opinionẽ* quadã deus bonos facere cõſueuit, neq; electio eius *acquirit, diu apud* violẽta eſt, ſed ſuaſoria. Vt eñ intelligas, inquit, non *ſtultos reprobus habetur:]* cogere vocationẽ, multos vocatos perire continget. Quãobrem conſtat, in noſtro eſſe arbitrio, an ſaluemur; an perdamur. His igitur admonitionibus & ſobrij eſſe, & vigilare contendamus. Nã ſi is qui in ſanctum illum chorũ connumeratus erat, qui tantũ do- *Liberum arbitriũ.* num cõſecutus, qui ſigna fecerat (etenim ipſe Iudas cum aliis ad ſuſcitandos mortuos, & mũdandam lepram mittebatur) ex quo grauiſſimo auariciæ morbo captus eſt, nihil ei neq; beneficia neq; dona, neque Chriſti conſuetudo, nõ obſequium, nõ lotio pedum, nõ menſæ participatio, non loculorũ cuſtodia

Universidad de Deusto Biblioteca

profuit, sed omnia hæc aditus ei ad suppliciũ fuerũt. Timeamus & nos, nequando per auariciã Iudã imitemur. Non prodis Christum? sed qui pauperẽ fame confectũ vel frigore contẽnit, eiusdẽ reus erit supplicij: & cũ indignè mysteria participamus, eodẽ modo quo Christi interfectores puniemur. Quando rapimus, quando opprimimus inferiores, maximũ nobis suppliciũ adsciscimus: & meritò sanè. Quousque eñ terrenorũ amor nos detinet, quæ superflua sunt & vana? Diuitiæ eñ superfluę sunt & inutiles. Quousque huius mũdi ineptiis inhiabimus? Quousq; ita grauati erimus, ne cœlũ suspiciamus? Quousque nõ sapiemus, neq; terrenarum rerũ, atq; fluxarũ satietatem capiemus, neq; experientia earũ vilitatem intelligemus? Consideremus qui ante nos diuites fuerũt: nõne omnia somniũ? nónne vmbra & flos? nonne verba & fabulæ? Ille locuples, vbi nũc diuitiæ? perierunt: peccata autẽ quæ in his comparandis patrauit, remanẽt, & propter peccata suppliciũ. Imò si nõ esset suppliciũ, non proponeretur & regnum, quod idẽ genus & naturam cõmunicat, reuereri oportuit. Nũc autem canes quidem educamus, multi & onagros, & vrsos, & alia ferarũ genera, hominem autem fame confectũ negligimus: & pluris * alienum facimus, quàm cognatum: & indigniorẽ domesticum, q̃ incognitum ducimus. Sed splendidas domos ædificare, & familiariũ caterua stipari, & aurea laquearia iacẽtes spectare, q̃ pulcherrimum est, imò superfluũ & inutile. Sunt splendidiores ædes, & longè his clariores: in his oblectare, & oculos pasce, nemo prohibebit. Vis tectum q̃ pulcherrimum intueri? Vespere adueniente cœlũ stellis rutilans suspicias. Sed nõ est meum, inquies. Imò magis tuum q̃ illud. Siquidem propter te factum est, & cõmune cum fratribus est: hoc autẽ tectum non est tuum, sed post mortem tuã hæredes occupabunt. Et cœlum quidẽ multum tibi vtilitatis afferre poterit, cùm per eius pulchritudinẽ ad opificis contẽplationem ascenderis: illud autem tectum plurimum oberit, & te maximè in die iudicij accusabit, cùm ipsum auro vndiq; fulgeat, Christus ne† minimũ] quidem habeat vestimẽtum. Ne igitur tantæ stulticiæ arguamur, neq; fugientia prosequamur, neq; permanẽtia fugiamus, neq; nostrã ꝑdam⁹ salutẽ: sed futura speremus, siue senes, vtpote qui planè nos breui victuros intelligamus: siue iuuenes, tanquã planè persuasi, ꝙ nõ multũ nobis tẽporis relinquatur. Vt eñ fur in nocte, ita dies ille adueniet. Et mulieres viros, viri mulieres hortẽtur: castigemus & iuuenes, & virgines admoneamus: Ita alter alterum erudiamus, vt cõtẽptis præsentibus futura desideremus, eáq; cõsequi possim⁹, gratia & benignitate dñi nostri Iesu Christi, per quẽ, & cum quo patri gloria simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

** ἀλλότριον. i. alienũ, extraneum, & alteri⁹ generis animal hic intelligi puto, vt feras, &c.*

† necessarium.

** ἤθελεν. i. volebat, hoc quidẽ loco scribebatur: sed aliter legisse videtur Chrys. Nã in interpretatione sua subinde ponit, εἶχεν ἐξουσίαν. i. potestatẽ habebat, siue, valebat: quomodo secũdũ Chrys. legendum esset. vide Erasmum in annotat.*

Homilia xlvij. ex cap. septimo.

*Post hæc autẽ ambulabat Iesus in Galilæã: nõ enim * volebat in Iudæã ambulare, quia quærebant eũ Iudæi interficere. Erat autẽ in proximo dies festus Iudæorũ scenopegia.* Nihil liuore, nihil inuidia grauius, per ea mors in mundũ venit. Nam cùm hominẽ honorari diabolus cõspexisset, eius boni impatiẽs, omnia molitus est, vt eũ perderet: semperque ex hac radice hũc fructum erupisse videre licet. Propter hãc Abel interẽptus est, propter hãc Dauid cędis periculũ subiit, propter hãc & alij multi perẽpti sunt iusti. Hinc Iudæi Christũ interfecerũt. Quod his verbis euãge-

A lista significat, Post hæc ambulabat Iesus in Galilæã: nõ enim habebat potestatem in Iudæam ambulare, quia quærebãt eũ Iudæi interficere. Quid dicis beate Ioãnes? Non habebat potestatẽ in Iudæam ambulare, qui potest omnia quæ vult: qui cũ diceret, quẽ quæritis? repulit eos retrò: qui præstò est & nõ videtur, is non habet potestatẽ? Quomodo autẽ postmodum per mediũ eorum in medio tẽplo, & die festo transibat, cùm plurimi conuenissent, & præsentibus illis qui interficere cupiebant, disputabat, quæ magis eos irritarent, quẽ illi admirabantur, dicentes: Nõne hic est quem quærunt interficere? Et ecce palàm loquitur, & nil ei faciunt. Quænã hæc sunt ænigmata? Absit, sed illud dicendũ est, partim diuinitatis, partim humanitatis opera demonstrari. Cũ enim nõ habere eum potestatem dicit, tanquam de homine qui humanè operaretur dicit: cũ autem in medio eorũ B stetisse, neq; comprehẽsum narrat, diuinitatis nobis potentia indicatur. Fugit tanquã homo, apparuit tãquam deus. Vtrunq; verè narratum est. Quòd enim in medio insidiantiũ non esset comprehẽsus, inuincibilem se, atque inexpugnabilem significauit: & ꝙ delituerit, incarnationẽ certò confirmauit. Vt neq; Paulus Samosatẽsis, neque Marcion cum aliis eodẽ morbo laborantibus haberent quid dicerent, quorũ vtriusq; os obstruit. †*Erat autẽ in proximo] dies festus Iudæorũ scenopegia.* Particula ista, Post hæc, nihil aliud significat, q̃ multum interea tẽporis processisse: quod inde constat. Cũ subiit Iesus in montem, inquit, Erat proximum pascha dies festus Iudæorũ. Hîc autẽ scenopegiæ meminit, & in quinq; mensibus nihil aliud nobis narratur, neq; nos aliud docuit, q̃ quinq; panũ C miraculum, & habitum cum illis qui panes ederant, sermonem. Quòd autem neq; signa facere, neq; vnquã disputare die, vesperi sæpe etiã noctu omiserit, † coram discipulis saltẽ] constat, vt omnes euangelistæ testantur. Quid tandẽ id omiserunt? Quoniã non omnia dici poterant. Præterea ea dicere properabãt, in quibus vel accusabatur, vel respõdebat Iudęis. Multa enim prioribus similia fecit. Quòd enim ægrotos curauerit, & mortuos suscitauerit, & miracula fecerit, sæpe audiuimus. Cùm autem aliquod nouum dicit, vel aliquid quod cõtra ipsũ fore videatur occurrit, ea prosequũtur: quale nunc est, quòd fratres ei⁹ in eum non credebant. Neque enim parum hoc reprehẽdi posse videtur, & dignum sanè est admiratione, quod tam apertè, tam vere loquãtur, vt neque pudeat dicere quæ magistro cõtumeliosa esse vide- D rentur. Verùm omnium maximè ea narrare festinarunt. Et nunc multis signis & miraculis ac concionibus omissis, ad hoc quamprimùm venit euangelista. *Dixerunt, inquit, ad eum fratres eius, Transi hinc, & vade in Iudæam, vt & discipuli tui videant opera tua, quæ facis. Nemo quippe in occulto aliquid facit, & quærit ipse palã esse. Si hæc facis, manifesta teipsum mũdo. Neque enim fratres eius credebãt in eum.* Et quódnã verbũ incredulitatis protulerunt, si rogabant vt signa faceret? Maxima quidem & aspera & intempestiua quadam confidentia locuti sunt: putabant enim cognationis gratia oportere se fidẽter loqui. Et videtur quidem principium amicorum esse: verùm asperrimè dicunt. Nam & formidinis & inanis gloriæ eum insimulant. Siquidem cum dicunt, Nemo in occulto aliquid facit: & formidinis arguere, & suspicari videntur, an quæ faceret Iesus, verè faceret. Illa autem particula, Et quærit ipse

Infr. 18.b — *Luc. 4.c* — *Infra.d* — *† Post hæc erat.]* — *Supr. 6.a* — *† corã discipulis saltẽ, ita.]*

ipse palàm esse: habet inanis gloriæ suspicionem. Tu autem Christi virtutem considera. Ex his qui hæc dixerãt, Iacobus primus Hierosolymorũ episcopus ordinatus est, de quo Paulus ait: Aliũ autem apostolorum vidi neminẽ, nisi Iacobum fratrem domini. Dicitur & Iudas mirabilis fuisse. Atqui hi in Cana affuerãt cùm aquã in vinũ conuertit: sed nihil adhuc profecerũt. Vnde igitur eis tãta incredulitas? A volũtate & inuidia. Consanguinitas enim solet quodãmodo inuidiæ haberi. Sed quósnã hoc in loco discipulos appellat? Turbã sequentem, nõ duodecim. Quid Christus? vide q̃ accommodatè non dixit, qui estis vos qui mihi cõsulitis & me docetis? sed, *Tempus meum nondum aduenit*. Hîc & aliud quiddam videtur posse significari. Fortasse enim eum tradere Iudæis consultabant, & ob hoc respondit: Tempus meum nondũ aduenit, hoc est, crucis & mortis. Quid ante B tempus, vt moriar, properatis? *Tẽpus autẽ vestrum semper paratũ est.* Vos etsi semper cum Iudæis versemini, nõ interficient vos, qui eiusdẽ estis sentẽtiæ: mihi autem quãprimùm mortẽ machinabũtur. Itaq; vobis quidẽ semper tempus est, cùm nõ impẽdeat periculum: mihi autẽ tunc tempus erit, cùm ero crucifigẽdus, & moriturus. Et ꝙ hoc intelligat, ex sequẽtibus perspicuum est. *Non potest mundus odisse vos.* Quomodo enim qui eadẽ vultis, & ad idem tenditis? Me autem odit, quia reprehendo eũ, quòd mala sint opera eius. Hoc est tangere, & benignè reprehẽdere. Hinc irã vincere, & nõ indignari, etiam si abiecti sint, qui nobis cõsulant, erudimur. Nam si non credentium, & iniquum, & à charitate abhorrens cõsilium æquo animo tulit: quam nos cõsequemur veniam, qui terra sumus & puluis, cũ consulentes iniquo animo fe- C rimus, maximè si paulò abiectiores sint, tanquã indignum arbitrantes? Considera hîc quæso, q̃ benignè illatam confutat contumeliam. Dicẽtibus illis, *Manifesta teipsum mundo, respondit, Me mundus odit.* Tantum enim abest, inquit, vt quæram ab hominibus gloriã, vt non desistam eos reprehendere: & cùm sciam & odium ex hoc mihi & mortem comparari. Et vbi reprehendit, inquit? imò quãdo cessauit? Nónne dixit, nolite putare, quia ego accusaturus sum vos apud patrẽ, est qui accusat vos Moses? &, Ego cognoui vos, quia dilectionẽ dei non habetis: &, Quomodo potestis vos credere, qui gloriã † ab inuicem] accipitis, & gloriã quæ à solo deo est nõ quæritis? Ex his & aliud innuitur, ꝙ ex libera Christi reprehensione, non ex solutione sabbati Iudæorũ odium in eum oriebatur. Sed quid eos ad diem festum mittit, cùm dixit: *Vos* D *ascendite ad diem festũ hunc, ego non ascendam adhuc?* Vt ea se dixisse ostenderet nõ rogandi * aut adulandi gratia, sed vt eis Iudæorũ ceremonias permitteret. Sed cur ascẽdit, cùm se ascensurum negasset? Non dixit simpliciter, Non ascẽdam: sed adhuc, id est vobiscũ, quia tempus meum nõdum impletum est. Atqui in futuro paschate crucifigẽdus erat. Cur ergo non ascẽdit? Et si quia tempus nõ erat, non ascendit, nullo pacto erat ascendẽdum. Sed non propterea ascendit vt pateretur, sed vt doceret. Cur clam, cũ apertè posset in medio eorũ esse, & iram & furorẽ sedare, quod sæpe fecit? Noluit frequenter hoc facere, fuisset sanè maius diuinitatis argumentũ, sed cum metu remansisse putaretur, & incarnationem & fiduciam confirmauit: ꝙ cum passionis tempus præuideret, id maximè eligeret, vt ascenderet Hierosolymam. dicẽs au-

Gal. 1.d — *Supra 5.g* — *Ibidem.* — *Ibidem.* — *† ab hominibus.]*

** δεόμενος αὐτῶν, rogans eos, vel indigens ipsis, vt ostẽdat se ipsorum comitatu non opus habere. & posterior sensus aptior videtur.*

A tem, Ascendite ad diem festũ: id dicit, nolim arbitremini, ꝙ nolẽtes cogere velim mecum maneatis. Ea autem particula, *Quia nõdum impletum est tempus meum*, significantis est oportere adhuc & signa fieri, & conciones haberi, vt per † audiẽtiam & passionem eius] plures crederẽt, vt discipuli magis confirmarentur. Hinc nos benignitatẽ, hinc mãsuetudinem erudiamur dilectissimi. Discite, inquit, à me, quia mitis sum & humilis corde: & omnem molestiã abscindamus: & si quis nobis insultauerit, humiliemur: si quis exasperatur, mitigemus: si quis mordet & lacerat, & cõtumeliis ꝑsequitur, nolimus cõmoueri, ne † victi] nosipsos perdamus. Etenim ira fera est vehemẽs, & furibũda. Incãtemus eam diuinæ scripturæ carminibus: dicentes, Terra & puluis es, & quid superbit terra & puluis? Et impetus iræ eius casus ei. Et vir iratus im- B modestus est. Nihil turpius aspectu irati, nihil visu grauius. Quòd si aspectus, multò magis anima. Quẽadmodũ enim cœnũ si cõtrectetur, grauius olet: ita & anima cũ perturbata est, & multis intrinsecus fluctibus agitata. Sed nõ possum, inquis, inimicorũ contumelias tolerare. Qua gratia? Nam si verè accusaris, etiam corã compungi deberes, & gratiam ei habere. Si falsò, deride: dixit pauperẽ, ride: dixit mendicum, ride: dixit degenerem vel stultũ, iam illum defle. Nã qui dicit fratri suo, fatue: reus est gehẽnæ ignis. Iniuria ergo affectus, in mentem veniat, quod illi supplicium maneat. & non modo nulla in proximũ ira fereris, sed deplorabis vicem eius. Neq; enim febribus laboranti, aut graui inflãmatione quisquã irascitur, sed his morbis affecti, sui misericordiã & lachrymas mouẽt: huiusmodi est irati anim⁹: qui si in te ꝓsiliet, C tace, & opportunã ei plagam infliges. Si contumeliã cõtumelia prosequeris, ignem excitabis. Sed pusilli animi arguemur, inquies, si tacebimus: imò tuã admirabuntur sapientiã. Quòd si cõtrà cõtumeliosè respõderis, materiã dabis vt vera putentur, quorum argueris. Quare enim diues, si pauper appellatur, ridet? quoniã falsum id nouit. Itidẽ si nos iniurias ridebimus, magnũ erit argumentũ, ꝙ falsò reprehẽdamur. Ad hæc, quousq; hominum iudicia formidabimus? Quousq; communẽ dominũ despiciemus, & carni vacabimus? Cũ enim inter vos cõtentio est, & æmulatio, & seditiones, nónne carnales estis? Fiamus igitur spiritales, & sæuissimã hãc beluã fræno cohibeamus. Inter irã & insaniã nihil differt, sed tẽporarius quidã dæmon est, imò q̃ qui dæmonio vexatur grauior. Ille enim venia dignus est, iratus nulla, sed sup- D pliciis innumeris, qui sponte sua in profundũ perditionis defertur, & etiã ante futurã gehennã pœnas dat. Tumultu enim quodam & æstu intolerabili, die noctúq; variis cogitationibus anxius iactatur. Vt igitur & præsenti supplicio & futuro liberemur, abiecto penitus hoc affectu oẽs mansuetudinẽ induamus, & modestiã, vt & in hac vita, & in regno cœlorũ tandẽ animis nostris requiẽ inueniamus. Quã vtinam omnes cõsequi possimus, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quẽ, & cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

† libertatẽ loquendi, & patiẽtiã eius.] — *Mat. 11.d* — *† nosipsos vlciscẽtes]* — *Matt. 5.d* — *1. Cor. 3.a*

Homilia. xlviij. ex cap. septimo.

Hæc cùm dixisset illis, ipse mãsit in Galilæa. Vt autẽ ascẽderunt fratres eius, tunc & ipse ascẽdit ad diem festũ: nõ manifestè, sed quasi in occulto. Quæ secũdũ humanã imbecillitatẽ à Christo facta sunt, nõ tãtùm incarnationẽ confirmant, sed etiã ad virtutem instituũt.

Universidad de Deusto Biblioteca

inſtituunt. Nam ſi omnia tãquam deus feciſſet, quid ſcire potuiſſemus in humanis rebus incidẽtes, quid facere nos oporteret? Vt exẽpli gratia, Si hoc in loco homicidis Iudæis obuius iram ſedaſſet, & hoc frequenter feciſſet, nos autẽ idem non potentes offenderemus: vnde nobis conſtaret quid eſſet faciendũ, vtrum interimere eos, an moderatione vti, vt ſermo procederet? Hoc nos Chriſtus docet, cũ inquit: Hæc cùm dixiſſet Ieſus, manſit in Galilęa. Vt autem aſcenderunt fratres eius, tunc & ipſe aſcendit ad diem feſtum, non manifeſtè, ſed quaſi in abſcondito. Hæc particula, Vt aſcenderunt fratres eius: oſtendit noluiſſe ſe cum illis aſcendere, & ideo manſiſſe. Neque

† ſeipſum manifeſtũ effecit, vt illi volebant]

†palàm cum eis verſatus eſt, vt volebant] ſed cùm liberè ſemper aliàs verſat⁹ eſt, hic quaſi in occulto aſcẽdit. Nõ dixit, occultè: ſed, quaſi in occulto. Ita eñ videbatur, quemadmodũ dixi, vt nos doceret in huiuſmodi rebus moderatione vti. Præterea non erat par, iratis illis & excandeſcentibus ſe ita exponere. *Finito autem feſto, Iudæi quærebant ipſum, & dicebant: Vbi eſt ille?* Bona quidẽ eorum opera. In die feſto in cædẽ ſemper ferebantur, & feſtis eũ diebus capere tentabant. Nã & alibi dicunt. *Infra 11.g* Quid putatis quia nõ venit ad diẽ feſtũ? Et dicebant, Vbi eſt ille? Ex nimio odio eũ nominatim appellare non patiebantur. Diem feſtum maximè reuerebantur, & tamen capere conabantur. Et murmur multum erat de eo in turba. Ego autem loci gratia vbi miraculũ fecerat, Iudæos maximè irritatos timuiſſe arbitror, nõ tam iratos tranſeunti, quã veritos ne aliud ſignũ faceret. De eo autẽ vel inuiti prædicabant, & clarũ reddebãt. *Quidã dicebãt, quia bonus eſt: alij autẽ dicebant, Non, ſed ſeducit turbas.* Illam puto multitudinis opinionẽ, hanc principum & ſacerdotũ fuiſſe. Illud enim verbum, Non, ſed ſeducit turbas: hoc ĩdicat. Sed quomodo ſeducit, quęſo? Nũquid pręſtringit aciẽ, vt ſigna facere videatur, re autẽ nulla ſint? Verùm cõtrarium experientia deprehenditur. *Nemo tamen palàm loquebatur de illo propter metum Iudæorum.* Vides vbiq; optimates quidem corrupto, turbam verò ſano fuiſſe iudicio? non tamen fortes, vt decebat, qđ maximè multitudinis eſt. *Iam autẽ die feſto mediante, aſcendit Ieſus in templum, & docebat.* Ob dilationem attẽtiores reddidit. Nam qui primis eum diebus quærebant, repentè præſentem alij bonum, alij malum iudicabant, illi vt aliquid lucrarentur, hi vt comprehẽderent. Illud autem verbum, Seducit turbas: propter eius doctrinam dicebant, cùm eam nõ intelligerent. Illud autem, Quia bonus: propter ſigna. Eorum igitur iram molliens, ita inſtitit, vt verba ſua diligẽter audirent, neq; amplius indignati aures obſtruerent. Quid doceret, ſilentio præteriit euangeliſta. Quòd autẽ tam mirabiliter, vt eos mouerit, & vi orationis eorum mutarit ſententiã, id tantum dicit. Nam qui turbas ſeducere dixerant, iã mirabantur quomodo literas ſciret, qui non didicerit. Vides eorum plenam maliciæ admirationem? Non enim doctrinam admirabantur, neq; capiebant. Sed alia eos mouebat admiratio, vnde id ſciret: cùm potius hinc cognoſcere debuiſſent, nihil humani in eo eſſe: ſed cùm nollent hoc confiteri, ſed tantùm admirarentur, audi quid Chriſtus dixerit: *Mea doctrina nõ eſt mea.* Ad eorum reſpondet ſuſpicionem, ad patrem id referens, vt eis ſilentium imponeret. *Qui facit volũtatem eius, is cognoſcet de doctrina, vtrum ex deo ſit, an ego à meipſo loquar.* Ac ſi dicat, hanc amouete dubitationẽ,

A & iram, & inuidiam, & inane contra me odium, & nihil vos impediet quin cognoſcatis dei verè verba mea eſſe. Nunc hæc vobis tenebras & offundunt, & rectum verúmq; iudicium corrumpũt: quæ ſi reiiceretis, non in hac eſſetis ſentẽtia. Verùm non his verbis vſus eſt, ne vehemẽtius eos irritaret, ſed hoc totũ ſignificauit, cũ inquit: Qui facit volũtatem eius, cognoſcet de doctrina, vtrũ ex deo ſit, an ego à meipſo loquar: hoc eſt, an alienum aliquid, & ei cõtrarium, dicam. A meipſo autem, ſemper ad hoc refertur, ꝙ nihil præter dei voluntatem loquitur, ſed quæ pater vult. Qui autem facit voluntatẽ eius, cognoſcet de doctrina: hoc eſt, ſi quis ſit amator virtutis, verborũ meorũ vim intelliget: ſi quis voluerit ꝓphetias perſcrutari, an ſecũdum eas loquar, cognoſcere poterit. Et quonã pacto ſua eſt, & non ſua? Non enim dixit,
B doctrina ipſa nõ eſt mea: ſed cùm ſibi eam tribuiſſet dicẽdo, Doctrina mea: addidit, nõ eſt mea. Quomodo idẽ eiuſdẽ poteſt eſſe & non eſſe? Eſſe, quia à nullo doctus loquebatur: non eſſe, quia patris doctrina erat. Quomodo igitur dicis: Omnia quæ ſunt patris, *Infr.17.b* mea ſunt: & quæ mea, patris? Si quia patris doctrina eſt, ꝓpterea nõ eſt tua, falſum illud eſt. Ideo eñ tua eſſe debuit. At hoc verbũ, Non eſt mea: maiorem in modũ patris & ſuã vnã eſſe doctrinã indicat: quaſi dicat, nihil habet diuerſum tanquã alterius. Quòd ſi perſona alia ſum, idẽ tamen & dico, & facio: vt non exiſtimetis aliud à patre, ſed idẽ me & dicere & facere. Inde aliam adducit rationẽ, cui contradici non poteſt, humana quadam vtens conſuetudine. Qui propriam quandam doctrinam inſtituere vult, nulla alia ratione ſe velle dicit, quàm vt gloriã ſibi com-
C paret.† Nam ſi ego gloriam meã quæro, quare propriam quandam doctrinam non conſtituo?] *Qui à ſeipſo loquitur.* Hoc eſt, proprium quiddam & ſeparatum loquitur, idcirco loquitur, vt gloriam ipſe aucupetur: ſed quia mittentis gloriã quæro, ideo eius doctrinã doceo. Vides cauſam cur nihil à ſemetipſo facere dicat? Vt neq; gloriam, neq; principatum deſiderare credatur, propterea cùm humiliter loquitur, *Ego patris gloriam quæro*, inquit: vt perſuadeat ſe gloriã nullã quęrere. Sũt & alię cauſæ, ne ingenitus, ne deo contrarius, ne carnem noſtram nõ accepiſſe putaretur: vt auditorum imbecillitati conſuleret, vt deniq; eos modeſtiam ſeruare, & minimè ſe iactãdo extollere doceret. Se verò efferendi vna dũtaxat cauſa inueniri poteſt, naturæ pręſtantia. Nã ſi dicendo ſe ante Abrahã fuiſſe, ſcãdalizati ſunt: quídnam feciſſent

† ſi autẽ ego gloriã meam nõ quæro, quare propriã quãdã doctrinam cõſtituo?]

D ſi ſemper magna audiſſent? *Nõne Moſes dedit vobis legẽ, & nemo ex vobis facit legẽ? Quid me quæritis interficere?* Quã habet hoc à ſuperioribus cõſequentiam? Quid cum his cõmunicat? Duo Iudæi in Ieſu reprehendebant: vnum, ꝙ ſabbatũ ſolueret: alterum, ꝙ patrem deum diceret, & ei ſe æqualẽ faceret, nõ ipſorũ ſuſpicione, ſed propria Chriſti ſententia. Quòd autem non vt multi ſolent, ſed eximiè & propriè patrem appellaret, inde conſtat. Multi ſæpe deum patrem ſuum dixerũt, quale eſt: Deus vnus crearit nos, & pater vnus *Mala.2.b* omnium noſtrum: non tamen propterea æqualis eſt populus deo. Quare non fuiſſent ſcãdalizati. Et quẽadmodum cum dicebant eum ex deo non eſſe, & ſabbatum tranſgredi, ſæpenumero eorum reſpondit ſuſpicioni: ita ſi hoc illi eſſent ſuſpicati, ipſe autem id non ſentiret, eos falsò id opinari profectò docuiſſet, dixiſſetque: Quid me deo æqualem arbitramini? nõ ſum

Supra.5.d ſum æqualis. Sed nihil tale dixit, imò ſe omnino æ-
Ibidem. qualẽ profeſſus eſt ex ſequẽtibus. Illa eñ particula, Sicut pater ſuſcitat mortuos & viuificat, ſic & filius
Ibidem. viuificat: & illa, Vt oẽs honorificent filiũ, ſicut honorificant patrẽ: &, Opera quæ ille facit, hæc & filius ſimiliter facit. Hæc omnia æqualitatẽ cõſtituũt. Et de
Matt.5.b lege ait: Nolite putare quia veni ſoluere legẽ, aut ꝓphetas. Hoc pacto malas è mẽtib⁹ ſuſpiciones norat euellere. Hic cũ patre æqualitatẽ nõ ſolũ non tollit,
Infr.10.f ſed etiã confirmat. Quare alibi cũ illi dicerent, Quia te deũ facis: minimè ſe purgauit, ſed id eſſe aſſeuera-
Matt.9.a & Mar.2 & Ioã.5.b. uit inquiens: Vt autẽ ſciatis, ꝙ poteſtatẽ habet filius hominis dimittẽdi peccata in terra, dicit paralytico: Tolle grabbatum tuũ, & ambula. Illud igitur primũ intendit, vt æqualẽ ſe deo faciat: & ꝙ nõ ſit contrarius, ſed idẽ quod ille & dicat & doceat. Inde circa
Supr.6.d ſabbati tranſgreſſionẽ inſtat, dicens: Nõnne Moſes dedit vobis legẽ, & nemo ex vobis ſeruat legẽ? quaſi dicat, ſancit lex, nõ occides: vos occiditis, & me tanquã tranſgreſſorẽ accuſatis. Quare autẽ dixit, nemo? Quoniã omnes quęrebant eũ interimere. Ego ſi ſolui legẽ, inquit: hominẽ tamen liberaui, vos ad malũ ſoluitis. Ego ſi tranſgredior, ſaluti conſulo. Neq; à vobis qui in grauibus rebus legem ſoluitis, me accuſari oportuit, vos omnino legẽ euertitis. Deinde etiã certat: atq; cùm multa & diu diſputauerit, ſed tunc quidem altius & ſecundũ dignitatem ſuã, nunc autẽ humilius. Quid tandẽ? Noluit frequentius eos irritare. Nunc ira incanduerat, & in cædẽ proceſſiſſent. quare remiſſius loquitur, & duobus his eos ſedat: arguẽdo audaciã, cur ipſum vellent interficere: & mãſuetè loquẽdo ꝙ homo eſſet qui veritatẽ locutus eſſet, ac oſtendẽdo homicidas indignos eſſe, qui alios iudicent. Tu autẽ humilẽ Chriſti interrogationẽ, & aſperum eorũ reſponſum animaduerte. *Dæmonium habes, quis te quærit interficere?* Verbũ iræ, & furoris, & impudentię plenũ, cùm præter opinionẽ reprehẽderẽtur, & ipſum ſe perterrere exiſtimarẽt: Vt enim latrones in inſidiis, ne inſidiari videãtur, concinũt vt incuſtoditũ aggrediãtur: ita & hoc in loco Iudæi. Ipſe autẽ omiſſa reprehenſione, ne impudẽtiores eos faceret, iterũ de ſabbato ſe excuſat, à lege eos arguens. Et intuere prudentiã. Non mirũ, inquit, ſi mihi non auditis, cũ ne legi quidẽ, quam à Moſe latã arbitramini, audiatis. Quid ergo nouũ, ſi verbis meis nõ acquie-
Infra 9.f ſcitis? Cũ enim dixiſſent, Moſi locutus eſt deus, hunc autẽ neſcimus vnde ſit: oſtendit, ꝙ illi etiam contumeliam inferũt, etenim legẽ ille dedit, & non audiſtis. *Vnũ opus feci, & omnes miramini.* Propterea vbi me excuſari oporteret, etiam vicio datis. Quod enim pater fecerit, nõ meminit, ſed ſuã inducit perſonam. Vnum opus feci, quo innuit, ſi nõ feciſſet ſe legẽ ſoluiſſe, & multa eſſe * magis propria q̃ lex, & cõtra legem Moſem mandatũ magis propriũ accepiſſe. Siquidem circuncĩſio, q̃ ſabbatum, magis propria eſt, quanuis non legis ſit, ſed patrũ. Ego autẽ magis propriũ feci, & melius q̃ ſit circuncĩſio. Inde legalis mãdati non meminit, videlicet ꝙ ſacerdotes ſabbatum coinquinarent, vt iam dixit, ſed ex maiori abundantia locutus eſt. Miramini autẽ, hoc eſt perturbamini. Nam ſi legem firmã eſſe oportebat, non ſanè circuncĩſio * magis propria fuiſſet, neq; ſe circuncĩſione maius quiddã feciſſe dixit, ſed ſignificauit his verbis: *Si circuncĩſionẽ accipit homo in ſabbato.* Vides quo pacto tunc maximè ſtat lex, cùm ſoluitur? & ſabbati ſo-

** κυριώτερα. i. valẽtiora, potiora & maioris authoritatis, ſic & in mox ſequentibus intelligere licet.*

** κυριωτέρα, potior, præſtantior, vt prius dictum eſt.*

A lutio, legis ſeruatio eſt, vt niſi ſabbatũ ſoluatur, neceſſarium ſit legem ſolui. Itaq; ego quoq; eam confirmaui. Et non dixit, mihi iraſcimini, ꝙ circuncĩſione maius quiddam feci: ſed rem tantũ oſtendit, illíſque iudicium reliquit, an magis neceſſaria ſit totius hominis ſanitas, q̃ circuncĩſio: † vt intelligat homo nihil ad ſanitatem conferre, ſoluitur lex: an quòd tãto morbo liberatus ſit, indignamini.] *Nolite iudicare ſecundum faciem.* Hoc eſt, nõ propterea ꝙ Moſes apud vos maioris eſt authoritatis, feratis ſententiam, ſed à rerũ natura: hoc eſt enim verum iudicium. Quare nemo accuſauit Moſem, quare nemo nõ credidit iubenti vt ſabbatũ addito extrinſecus legi mandato ſolueretur? Verũ ille mandatum non ſub lege, ſed extrinſecus inductũ propria lege firmius ducit, quod permiſſum eſt: vos autem qui non legiſlatores eſtis, præter

† vt ſignũ accipiat homo nihil ad ſanitatẽ cõferens ſoluitur lex, vt à tãto morbo liberetur, indignamini?]

B modũ legẽ defenditis: ſed maioris q̃ vos authoritatis eſt Moſes, qui ſolui legem per mandatũ non legitimum iubet. Illa autẽ particula, Totum hominem: particularem ſanitatẽ circuncĩſionẽ afferre oſtẽdit. Et quænam circuncĩſionis ſanitas? Anima, inquit, hominis ſine circũcĩſione peribit. Ego autẽ nõ ex parte, ſed totum corruptũ ſanitati reſtitui. Nolite igitur ſecundũ faciem iudicare. Hoc autẽ non illius ſeculi hominibus tantùm dictum eſt, ſed & nobis, vt nullo pacto iuſticiã oppugnemus, ſed totis viribus eã defendere contẽdamus. Nullus ſit nobis reſpectus, an pauper quis ſit, an diues. Rem ipſam inueſtigemus. Nõ miſereberis, inquit, pauperis in iudicio: hoc eſt, *Exo.23.a* noli flecti, noli moueri inquit, ſi pauperẽ iniuſtũ iudicaturus es, cui ſi non eſt ignoſcendũ, longè minus diuiti. Hanc ego non ad iudices tantũ, ſed ad omnes
C homines orationẽ habeo, ne quis iuſticiã tranſgrediatur, ſed integrã ſeruet. Diligit enim iuſticiã dominus. Qui autẽ diligit iniuſticiã, odit animam ſuam. *Pſal.10.b* Nolimus quæſo, odio habere animas noſtras, nolimus diligere iniuſticiã: cui quãtulum lucri eſt? parũ, imò nihil: nã paulopòſt malè peribimus, vel potius in hac vita minimè iniuſticia noſtra fruimur. Nõne ſi malè nobis cõſcij ſumus, omnes delicię pœna ſunt, & ſuppliciũ? Amplectamur ergo iuſticiã, cuius legẽ nullo pacto tranſgrediamur. Quẽ enim ex præſenti vita fructum reportabimus, niſi hinc virtute præditi migrauerimus? Quid illic amicicię, quid neceſſitudines, quid clarorũ virorum gratia nobis proderit? Et quid ego cuiuſpiã gratiam memoro? ſi Noë, ſi Iob, ſi Daniel nobis pater eſſet, nihil cõferrẽt, ſi ꝓpriis meritis vacui reperiemur: ſed ſola animæ virtute opus
D eſt, ipſa nos ſaluos facere, & ſempiterno igni liberare ſola poterit, ipſa nos ad cœlorũ regnum tranſmittet. Quod vt oẽs cõſequamur, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, per quẽ & cũ quo patri gloria, ſimul & ſpiritui ſancto, in ſecula ſeculorũ, Amen.

Homilia xlix. ex cap. ſeptimo.

DIcebant ergo quidã ex Hieroſolymitanis: Nonne hic eſt quẽ quærunt interficere? Et ecce palã loquitur, & nihil ei dicũt. Nunquid verè cognouerunt principes quia hic eſt verè Chriſtus? ſed hunc ſcimus vnde ſit. Nihil in diuinis ſcripturis temerè poſitũ eſt, quippe quæ ſpiritu ſancto prolatæ ſunt. Quãobrem omnia diligẽter inueſtigemus: etenim ex vna particula, totam poſſumus inuenire ſententiã, quale etiã vtiq; eſt quod nobis in pręſentia proponitur. Multi enim ex Hieroſolymitanis dicebant: Nõnne hic eſt quem quærunt interficere? & ecce palàm loquitur, & nihil ei dicũt.

Universidad de Deusto Biblioteca

Cur ex Hierosolymitanis dixit? Vt ostẽderet euãge-
lista, q̃ qui multa & magna viderãt miracula, hi mi-
serabiliores erant. Qui maximũ diuinitatis signũ ac-
ceperant, perditorum principũ iudicium sequeban-
tur: nónne maximũ fuit signum, insanientiũ homici-
darũ, & insidiantium, & quærentiũ se interimere, &
iam cõprehendentium furorẽ repente sedare? Quis
hoc fecisset? Quis tantã tũ facilè extinxisset insaniã?
Tamen post tot signa stulticiã eorum atque insaniã
intuere. Nónne hic est quẽ quærũt interficere? Vide
quo pacto seipsos accusant. Quærunt interficere, &
nihil ei dicũt. Ecce palàm loquitur. Quæ loquẽdi li-
bertas magis eos irritabat, sed nihil faciebant. Nun-
quid vere cognouerunt principes, quia hic est verè
Christus? Vobis autẽ quid videtur? quã de eo fertis
sententiã? Contrariã inquit, propterea dicebant: Sed
† o cõtra- hũc scimus vnde sit. O maliciam, † ô pertinaciã.] nõ
dictionẽ.] sequuntur principũ sententiã, sed aliã corruptã affe-
rũt propriæ stulticiæ cõsentaneam. Scimus hunc, in-
quit, vnde sit, Christus autẽ cum venerit, nemo scit
vnde sit. Atqui principes vestri interrogati, dicebant
Hic infr.f in Bethlehẽ nasciturũ. Et iterum quidã alij: Nos sci-
Infra 9.f mus q̃ Mosi locutus est deus, hunc autem nescimus
vnde sit. Scimus vnde est, & nescimus inquiũt: verba
profectò ebriosorũ: & iterũ, Nũquid ex Galilæa ve-
nit Christus? nónne de Bethlehẽ castello? Ecce insa-
Michea.5 norũ sententia. Scimus & nescimus. A Bethlehẽ ve-
& infr.f nit Christus. Et cũ veniet Christus, nemo nouit vn-
de sit. Quid hoc magis contrarium? Id enim tantùm
sibi persuaserant, ne crederent. Quid ergo ad hoc
Christus? *Et me scitis, & vnde sum scitis: & à meipso nõ ve-
ni, sed est verus qui misit me, quem vos nescitis*. Et alio in lo
Infr.14.a co: Si me sciretis, & patrem meũ sciretis. Quomodo
ergo dicit, à Iudæis sciri vnde sit: & iterũ: neq; se, ne-
que patrem ab iisdem sciri? num contraria loquitur?
Absit, sed valde sibi cõstat, alteram autẽ dicit scien-
1.Reg.2.b tiam, dicendo: Nescitis, quemadmodum cùm dicit:
† Pestilen Filij Heli, filij † Belial] nescientes dominũ: & iterum,
tes] Israël autẽ me non cognouit. Et Paulus: Cõfitentur
Esa.1.a se nosse deum, factis autẽ negant. Stat igitur, vt qui
ad Tit.1. sciat, nesciat. Inquit ergo, Si me scitis, scitis quia dei
d. filius sum. Illa autem particula, Vnde sum: locũ non
denotat, vt ex sequentibus constat. Et à meipso non
veni, sed verus est qui misit me, quẽ vos nescitis. Ex
quo notat operũ inscitiã, sicut & Paulus inquit: Con
fitentur se nosse deum, factis autem negant. Neque
enim inscitiæ peccatũ erat, sed praui animi, qui cùm
scirent, scire nollent. Sed quænã hæc consequentia?
Quomodo enim reprehendendo eorũ dicta confir-
mat? Nam cũ illi dicerent, Hũc autem scimus vnde
est: addidit, Et me scitis. Quid enim dixerunt illi? q̃
nescirent? Minimè, sed se quoq; scire profitebantur,
Mat.13.g verùm ea sententia, quòd solùm è terra esset, & fabri
filius: ipse autẽ in cœlum eos erexit, inquiens: Scitis
vnde sum, hoc est, nõ ex hoc mũdo, vt suspicamini,
sed vnde ille qui misit me. Dicendo enim, A meipso
non veni: significat eos scisse à patre missum, licèt nõ
cõfiterentur. Dupliciter ergo eos reprehẽdit. Et pri-
mũ quidẽ quæ secretè loquebãtur in mediũ addu-
cit, apertè eos confundens. Deinde etiã mentẽ eorũ
aperit: quasi dicat, Nõ sum vilis, nõ sum abiectus, nec
temere veni: sed verus est qui misit me, quẽ vos ne-
scitis: hoc est, si verus est, in veritate misit. Si verus est
qui misit, verũ esse & qui mittitur, nõ est ambigẽdũ.
Præterea & propriis eos conuincit rationibus. Cùm

A enim dicerẽt, Christus cùm venerit, nemo scit vnde
sit: hinc ostẽdit se esse Christũ. Etenim illi hãc parti-
culam, Nemo scit: ad distantiã localis cuiusdam de-
finitionis dicebãt. Vnde se Christum esse, & à patre
venisse ꝓfitetur, & semper sibi dũtaxat patris cogni-
tionem esse testatur, dicens: Non q̃ patrem quis vi-
dit, nisi qui est à patre. quibus verbis irritati sunt. Di-
cẽdo enim, Nescitis eũ, & sciẽtes, scire dissimulatis:
nõ immeritò eos tãgebat & irritabat. *Quærebãt ergo eũ
apprehendere, & nemo misit in illũ manum, quia nondũ vene-
rat hora eius*. Vidésne eos inuisibiliter detentos, & fu-
rorẽ eorum cohibitũ? Cur autem non apertè dixit, q̃
inuisibiliter eos detinebat, sed tantũ, Nõdũ venerat
hora eius? Humilius loqui voluit, vt homo credere-
tur. Cũ enim frequẽter sublimia de se loquatur, hac
gratia hæc nõnunquã interserit. Cùm autẽ dicit, Ab
B ipso sum: nõ vt ꝓpheta qui ab eo discit, sed vt qui eũ
† viderit, & cũ eo fuerit] loquitur. Noui eum, inquit, *†videat,*
quia ab ipso sum. Vides quo pacto vndiq; id dictum *& cum*
confirmat? A meipso nõ veni: & illud, Qui misit me, *eo sit.]*
verus est. Id cõtendens, ne deo alienus putaretur. Et
considera quantũ in hac verborũ humilitate existat
vtilitatis. Post hæc multi, inquit, dicebãt: *Christus cùm
venerit, nũquid plura signa faciet, quàm quæ hic facit?* Quæ-
nam signa? Atqui tria tantũ ab euangelista memorã-
tur, vini, paralytici, & filij reguli. Ex quo cõstat, quod
sæpe aliàs dixi, multa prætermissa ab euangelistis, &
principũ maledicta pluribus verbis enarrata. Quæ-
rebant ergo eũ apprehẽdere & interimere: Quinã?
nõ multitudo, quæ nõ affectabat principatum, neq;
capiebatur inuidia, sed sacerdotes. Multitudinis ea
erãt verba: Christus cùm venerit, nũquid plura signa
C faciet? Verũtamen non firma eorum fides, sed qualis
abiectæ solet esse multitudinis. Illa enim particula,
Cùm venerit: non multum credentium erat q̃ esset
Christus. aut ergo hac sententia, aut per concessionẽ
dictum est à turba, ac si conantibus principibus sem
per persuadere eum non esse Christum, ipsa diceret:
Esto non sit Christus, at cùm venerit, num melior e-
rit? Nam vt frequenter dico, qui crassiori sunt inge-
nio, non doctrina & oratione, sed signis alliciuntur.
*Audierunt ergo Pharisæi turbam murmurantem, & miserũt
ministros, vt apprehenderent eum*. Vides quòd sabbati so-
lutionem causabantur, sed quod maximè eos ange-
ret, hoc erat? Nunc enim nihil habebant quod accu
sarent neq; re, neque verbis, propter turbam, tamen
eum apprehendere voluerũt. Ipsi autem propter pe-
riculum non sunt ausi, sed miserunt ministros. O vio
D lẽtiam, † ô stulticiam, vel insaniam potius.] Cùm sæ- *† o insa-*
pe conati eum apprehendere non potuerint, mini- *niam, vel*
stris mandarunt temere animo suo indulgentes. At- *stulticiã*
qui multa apud piscinã locutus est, & nihil tale mo- *potius.]*
liti sunt. Quæsiuerunt quidem, non tamen tentarũt: *Supra.5.a*
nunc non amplius perpetiuntur, cùm turba eum es-
set consecutura. Quid ergo Christus? *Adhuc modicum
tempus vobiscum sum*. Cùm posset & flectere, & per-
terrere audientes, quantauis loquitur humilitate:
quasi dicat, Quid me interficere quæritis? quid me
persequimini? Modicum expectate, & non quæ-
rentibus vobis me vobis capiendum exponam. In-
de ne quis communem mortem arbitraretur, cùm
dixisset, Adhuc modicum tempus vobiscum sum,
ita enim arbitrabantur: vt hanc tolleret opinio-
nem, quia nemo post finem prohibet: subdit.
Et vbi sum ego, vos non potestis venire. Nam si perman-
surus

surus fuisset in morte, ire sanè potuissent, eò nanque A
omnes proficiscimur. Simplicior autẽ multitudo his
verbis mouebatur, audacior timebat, studiosior festi
nabat ad audiendũ, ac si breue sibi tẽpus relinque-
retur ad eius doctrinã percipiendã. Et non dixit, hic
sum: sed vobiscũ: hoc est, quãuis me persequamini,
quãuis exagitetis, non cessabo tamen quin vos ædi-
ficem, & quæ saluti vobis sunt prędicẽ, & admoneã.
Et vado ad eum qui misit me. Hæc particula sufficiens
erat, quæ terrorẽ incuteret, & solicitudinem. Quòd
enim se indigerent, ostendit. *Quæretis enim me*, inquit,
Non solũ obliuioni non mãdabitis, sed quęretis me,
Et nõ inuenietis. Et vbinam quæsierũt eum Iudæi? Di-
Luc.23.d cit Lucas, q̃ plangebãt mulieres super eo, ita & alios
multos credibile est, & statim captis Hierosolymis,
Christi & miraculorũ eius meminisse, & eum deside
rasse cõsentaneum est. Hæc autẽ ait Iesus, vt eos alli-
ceret. Quòd enim modicũ tempus relinqueretur, & B
post abitũ suũ desideraretur, neq; tamen posset am-
plius inueniri, satis eos allicere debuisset. Nam si nõ
erat futurum vt desideraretur, nihil admiratione di-
gnum dixisset: si verò desiderãdus erat, & tamen po-
tuisset inueniri, nõ multùm eos mouisset. Ad hæc, si
diutius cum his permãsurus fuisset, hoc etiã eos ne-
gligentiores reddidisset: his autem verbis plurimùm
eos excitat, & perterret. Hæc autem particula, Vado
ad eũ qui misit me: nihil sibi detrimẽti eorũ insidias
allaturas, & spõte sua se passionẽ subiturũ significat.
Duo ergo prædixit, & se paulopost abiturũ, & illos
ad ipsum nõ vẽturos, quod non fuit humanitatis vt
Psal.38.a finem suũ prædiceret. Quare Dauid: Notũ mihi fac,
inquit, finem meũ, & numerum dierũ meorum quis
est, vt sciã quid desit mihi. & profecto nemo hoc no C
uit. Ex vno autẽ & alterũ confirmatur. Ego autẽ hęc
verba ad ministros dicta arbitror, vt eos maximè alli
ceret, ostẽdendo se aduentus eorũ causam intellige-
re: quasi diceret, Expectate paululũ, & abibo. *Dicebãt
ergo Iudæi ad semetipsos, Quò hic iturus est?* Atqui illi desi-
derabant, & totis viribus nitebantur vt abiret, ne eũ
viderẽt. Quamobrẽ non erat eis quærendũ, quò es-
set iturus, sed præferẽda læticia, & rogandũ quando
abiret. Verùm mouentur his verbis, & secum stultè
suspicãtur, quò abiturus sit. *Nunquid in dispersionẽ gen-
tiũ?* Quid autẽ est, dispersionem gentium? Sic Iudæi
gentes appellabãt, quia vbiq; dispersæ essent, & pro-
miscuò inuicẽ miscerentur: quã ignominiã ipsi post-
modum subierũt, ipsi nanq; facti sunt dispersio. An-
tiquitus enim Iudæorum natio in sola Palæstina, &
nusquã alibi inueniebatur. Propterea dispersionem D
Gẽtiles vocabãt eis exprobrãdo, se iactando. Quòd
autẽ dicit, Quò ego vado, vos nõ potestis venire: il-
lis autẽ omnes tunc cõmixti erãt, & vbiq; terrarum
erãt Iudæi. Non ergo si Gentes significaret, diceret:
Quò vado, vos non potestis venire. Cum autẽ dice-
rent, nunquid in dispersionẽ gentium iturus est, nõ
dixerũt, & perditurus eas, sed docturus: sic iam miti-
gata erat illorũ ira, & ipsius verbis crediderunt, neq;
enim aliter quæsissent inuicẽ, quid diceret. Verùm
hæc illis dicta sunt, sed timendũ ne in nobis quoque
ea verba locũ habeant, q̃ vbi est, venire non possu-
mus. Siquidẽ vita nostra scelerũ plena est. De disci-
Infr.17.d pulis enim ait: Volo vt vbi ego sum, & illi sint mecũ.
De nobis cõtrà timeo, ne dicatur, Vbi ego sum, vos
nõ potestis venire. Quomodo enim poterimus, cùm
cõtraria quàm præcipiãtur, operemur? Etenim inter

seculi homines, si quis militũ præter regis voluntatẽ
facit, ad regẽ nõ admittitur, sed munere & dignitate
exautoratus, vltimo afficitur supplicio. Itidẽ & nos
cùm cupiditati seruimus, cùm rapimus, cùm vim in-
ferimus, cùm verberamus, cùm nõ facimus eleemo-
synam, illuc nullo pacto admittemur: sed id nobis,
quod & virginibus, accidet, quibus ad spõsum ingre *Mat.25.a*
di non licuit: sed extinctis lãpadibus, hoc est, gratia
deficiente, abierũt. Etenim ignem illum quẽ spiritus
gratia statim accipimus, modò velimus, augebimus:
sin minus, extinguetur, quo extincto solæ tenebræ
animas nostras occupabũt. Vt enim ardente lãpade
lux vndique diffunditur: ita extincta occupãt tene-
bræ. Ideo inquit, Nolite spiritum extinguere. Extin- *1.Thessal.*
guitur enim cum oleũ deficit, cũ vehemẽtior quæ- *5.d*
dam vis venti perflat, cum cõprehenditur, & arctim
cogitur. Sic enim ignis extinguitur. Cõprehenditur
nanq; à curis secularibus, extinguitur malis cupidi-
tatibus. Nihil præterea ita eum extinguit, vt inhuma
nitas, rapina, crudelitas. Quando enim olei defectui
aquã etiam frigidã superaddimus, hoc est, cupidita-
tem, iniustorũ animas perdentẽ: quomodo iterũ po-
terit accendi? Cum ergo hinc migrabimus, & cinerẽ
& puluerẽ referemus, atq; etiam fumũ densiorẽ, qui
nos accusabit, q̃ lampades extinxerimus. Vbi enim
fumus est, necessariò illic ignis est extinctus: sed ab-
sit vt hanc quispiam vocẽ audiat, Nescio vos. Audie
mus enim, si viso paupere, itidẽ ac si non videremus
afficimur: si esurientẽ Christum ignorabimus, igno-
rabit & ipse nos, cum misericordia indigebimus: &
meritò quidẽ. Qui enim miserũ negligit, qui de suo
nõ opitulatur indigẽti: quo vultu aliena postulabit?
quamobrẽ curemus quæso, adnitamur ne † decida- *†oleũ no-*
mus à misericordia,] sed impleamus lampadas, ad *bis desit.]*
sponsum in thalamum ingrediamur: ad quẽ vtinam
omnes admittamur, gratia & benignitate domini no
stri Iesu Christi, per quem & cum quo patri gloria,
simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

Homilia l. ex cap. septimo.

IN *nouissimo autẽ die magno festiuitatis, stabat Ie-
sus, & clamabat, dicẽs: Si quis sitit, veniat ad me et
bibat, &c.* Qui ad diuinã accedunt prędica-
tionem & fidei vacant, sitientiũ eos desiderium præ
se ferre oportet, ac tantã in seipsis accendere cupidi-
tatem: ita enim quam audient doctrinã, poterunt fi-
deliter cõtinere. Etenim qui sitiunt, arreptũ poculũ
quàm cupidissimè hauriunt, & ita recreãtur: itidẽ &
qui diuinos sermones audiũt, si sitientes acceperint,
D nunquã fatigabuntur quoad totum biberint. Quòd
enim semper esurire & sitire oporteat: Beati, inquit, *Matt.5.a*
qui esuriũt & sitiunt iusticiã. Et hoc in loco: Si quis
sitit, veniat ad me & bibat: Hoc est, nemini vim fa-
cio, neminẽ traho: sed si quis libẽs & promptus acce
dit, si quis ardet desiderio, hũc ego aduoco. Sed quã-
nam gratia euãgelista nouissimũ diem magnũ festi-
uitatis fuisse admonuit? Etenim primus & vltimꝰ ma
gnus erat, medij autẽ potius in deliciis consumeban
tur. Cur igitur in nouissimo? quia in illo omnes cõue
niebant, † nõ ita in primo,] & causam dixit fratribus: *†in primo*
sed neq; secundò, neq; tertio quicquã tale locutus *erit non*
est, ne irrita verba caderẽt, cũ deliciis vacaturi essent. *aderat.]*
Nouissimo autẽ quoniã domũ erant redituri, prębet
eis ad salutẽ viatica: Et clamabat, hoc est, fidẽter lo-
quebatur, & hoc etiam propter magnã turbã. Et vt
de spiritali potu loqui se ostenderet, addidit: *Qui cre-
dit in*

Universidad de Deusto
Biblioteca

dit in me,sicut dicit scriptura,flumina de vētre eius fluēt aquæ
Psal.39.b viuæ. Ventrē cor dicit: vt alio in loco, Et legē tuam in
medio vētris mei. Et vbinam dicit scriptura flumina
de vētre eius fluent aquæ viuæ? Nusquā. Quomodo
igitur hic textus intelligitur? Hoc in loco post hæc
verba, qui credit in me sicut dicit scriptura, distin-
guendū est, vt hęc particula, Flumina de ventre eius
fluēt aquæ viuę, Christi sentētia sit. Cùm enim mul-
ti dicerēt, Hic est Christus: Christus quādo venerit,
nūquid plura signa faciet? rectā habendā cognitio-
nem, neq; ita signis, vt scripturis, credendum asserit.
Nam multi cùm miracula facientē viderēt, Christū
†Dicturi autē erāt, nōne scri- tamē esse non arbitrabātur. †Debebāt nanq; dicere]
pturæ di- Christum à semine Dauid venire, vt frequēter dice-
cunt.] bant: quare vult innuere eorū se nō fugere assertio-
Supra 5.f nem. Ideóq; ad scripturas iterū relegat. Superius eñ
Supra 6.e dixerat, Scrutamini scripturas: & iterū, Scriptū est in
& Esaiæ prophetis, Et erūt omnes docibiles dei: &, Moses vos
54.d. & accusat. Et hoc in loco sicut dicit scriptura, Flumina
Hier.31.f de ventre eius fluēt aquæ viuæ. Vt abundantiā & co
Supra 5.g piam gratiæ significet: vt & alibi, Fōs aquæ saliētis in
Supra 4.b vitā æternam: Hoc est, multā gratiam consequētur.
Alibi vitam æternā, hīc aquam viuam dicit, hoc est,
semper operantē. Spiritus enim gratia, cùm mēti il-
lapsa est, eámq; irrigarit, omni fonte vberius scaturit,
nunquam deficit, nunquā vacuatur, nunquā stat. Si-
mul igitur & indeficientē copiam & incredibilē o-
perationem, & fontem & fluuios appellauit, & non
vnū, sed innumeros. Et illic, salientis, pro inundātis,
positū est: quod facilè quiuis deprehendere poterit,
si Stephani sapientiā, Petri linguā, Pauli vim consi-
†ferebat, derauerit. Quo pacto nihil eos † extulit, nihil deie-
aut sustī- cit,] non populorū furor, nō tyrannorū persecutio-
nebat, ni- nes, non dæmonū insidiæ, non quotidianæ mortes:
hil illorū sed more fluminis veheméti lapsu delati, omnia tra-
impetū co hentes euaserūt. *Hoc autē dixit de spiritu, quem accepturi
hibebat.] erāt credētes in eum. Nondū enim erat spiritus datus.* Quo-
* ἅγιον. i. modo ergo prophetæ ꝓphetarūt, & innumera ope-
sanctus. rati sunt miracula? Apostoli enim nō spiritu, sed eius
sic autem virtute eiiciebant, vt ipse dicit: Si ego in Beelzebub
Græci le- eiicio dæmonia, filij vestri in quo eiiciunt? Hoc autē
gunt, & dicebat, vt non omnes spiritu ante crucē, sed ipsius
annotant virtute eiecisse ostēderet. Sed cum dimissurus eos es
subintelli- set, tunc dixit: Accipite spiritū sanctū. & iterū, Venit
gi, datus: super eos spiritus sanctus. & tunc signa fecerūt. Cùm
vt cum autē misit, non dixit, Dedit eis spiritū sanctū: sed, de-
Chrysost. dit eis potestatē, dicens: Leprosos mūdate, dæmonia
habent eiicite, mortuos suscitate: gratis accepistis, gratis da-
Theophyl. et Euthy. te. Prophetis autē ab omnibus cōfessum est, spiritum
Mat.12.b sanctū datū. Verùm ipsa gratia contracta & separata
Infr.20.f erat, & à terra discesserat, ex quo dictū est: Relinqui-
Mat.10.a tur domus vestra deserta. & ante illam diē iam defi-
Mat.23.d cere cœperāt. Siquidē nō amplius apud eos propheta erat, neq; gratia eorū sacra tuebatur. Cū igitur spi-
& Luc. 13.g ritus sanctus cohibitus esset, futurū autē erat vt de-
inceps largiter effunderetur, quod post crucē cœpit exordiū, non tātùm vt largius, sed vt maioribus gratiis abundaret: etenim mirabilius donū erat, vt cùm
Luc.9.g dicit: Nescitis cuius spiritus estis. & iterū: Non enim
Rom.8.c accepistis spiritū seruitutis, sed adoptionis. Nam & antiquitus spiritū habebant, sed aliis non largiebantur, apostoli autē innumeros implebant. Cùm igitur hāc essent accepturi gratiā: nondum autē erat data: ideo dicit: Nondū enim erat spiritus sanctus. Cū igitur dominus de hac gratia loqueretur, euāgelista di-

A cebat: *Nōdū enim erat spiritus sanctus, datus videlicet, quia Iesus nondū erat glorificatus.* Hoc est crucifixus. Cùm enim inimici & peccatores & diuino munere priuati, & odio digni essemus, gratia autē reconciliationis esset indiciū: cúmq; munus non inimicis, non hostibus, nō odio habitis, sed amicis & familiarib⁹ detur: oportuit primùm pro nobis sacrificium offerri, & in carne inimicitias dissolui, & deo amicos fieri, & inde munus accipere. Nā si hoc in promissione Abrahæ factū est, multò magis in gratia: quod significās Pau-
Rom 4.c lus inquit, Si enim qui ex lege hæredes sunt, exinanita est fides. Lex enim ità operatur, hoc est, ꝓmisit deus Abrahæ & semini eius daturū terrā, & nepotes eius promissione indigni reperti sunt, & propriis laborib⁹ placere nō potuerūt. Propterea accessit fides, res facilis, quæ gratiā adduceret, neq; incassum caderent promissiones. Ideo ex fide dicit, vt secūdum
B gratiā firma esset promissio: secundum gratiā autē, quoniā labore suo non poterāt. Sed quānam gratia, cùm inquit secundū scripturas, non adducit earū testimonium? Quoniā corruptæ erāt ipsorū sententię. *Alij enim dicebāt, Hic est verè propheta. alij dicebāt, Seducit turbā. quidā, Nunquid ex Galilæa venit Christus? Nónne scriptura dicit, quia ex semine Dauid, & de Bethlehem castello?* Et varia erat sentētia, vtpote in turba. Neq; enim diligenter verbis eius attēdebant, neq; vt discerēt: propterea nihil eis Christus respōdit, quanuis dicerent, Nunquid ex Galilæa Christus venit? At Nathanael *Supr.1.g*
contumeliosius dicentē, A Nazareth potest aliquid boni esse? laudauit tanquā verū Israelitā. Siquidē hi & illi qui ad Nicodemū dixerāt: Scrutare, & vide q; ex Galilæa nō surrexit propheta: non discēdi gratia
C quærebāt, sed vt Christi gloriā penitus euerterēt: ille autē desiderio tantùm veritatis, & diligēti veterum scripturarū scientia, id dicebat: isti verò ad id vnum spectabant, vt eorū sententiam euerterent qui Christum esse dicerēt. Quare hoc in loco nihil eis aperit, nihil exponit. Qui enim sibiipsis cōtraria loquebantur, & nūc neminē vnde veniret scire, nūc ex Bethlehem esse asserebāt, cōstat etiam si didicissent contradicturos. Esto enim locū ignorarēt, q; ex Bethlehem, quoniā esset educatus in Nazareth, non tamē ꝓpterea excusabātur. †Nónne enim illic natus est?] †nō enim illic natus est.]
Nūquid & genus ignorabant, q; ex domo & patria Dauid? Quomodo ergo dicebāt, Nūquid ex semine Dauid venit Christus? Sed hoc illo modo abscōdere volebāt, & versutè omnia loquebātur. Sed qua gratia Christū non interrogarūt, dicētes: Cùm alia quidem omnia in te admiremur, iubes autē tibi secūdū scripturas credi, Dic nobis quomodo? Scripturæ
D enim dicunt ex Bethlehē Christum venturū, tu autem ex Galilæa venisti. Verùm nullis huiusmodi verbis vsi sunt, sed omnia peruersè loquūtur. Quòd eñ nollent quicquā discere, statim significat euāgelista: q; quidā ex ipsis volebāt eum apprehendere, sed nemo misit super illū manus. Nam etsi nihil aliud, hoc saltē eos cōpungere debuisset: verùm non sunt compuncti, vt inquit propheta: dissipati sunt, & non sunt *Psal. 34.c*
compūcti. Eiusmodi enim malicia est, nulli vult cedere: ad vnū tantum respicit, vt eum cui insidiatur, perdat. Sed quid dicit scriptura? Qui fodit foueā ꝓ- *Psal.26.d*
ximo, in eam incidet. quod vsu tunc venit. Ipsi enim volebāt Christū ĩterimere, vt prædicationē tollerēt, sed contrà euenit. Siquidē prædicatio Christi gratia floruit, illorū verò doctrina extincta periit: patriā, libertatem,

bertatem, & licentiam, & cultū veterē perdiderunt, A
& omni priuati sunt fœlicitate, in seruitutē & captiuitatē adducti. Quibus admoniti, nulli insidias tendamus, scientes quòd in nos ipsos ensem acuimus, & maiorē nobis plagā infligimus. Sed ægrè tulit quispiam se offendi, & vult vlcisci: noli quæso, non vlciscendo enim, vlcisci poteris: vlciscēdo verò, non vlciseris. Nec quæ dico nugas arbitrare, sed veritatē.
Quomodo? quoniā qui non vlciscitur, deo relinquit
Deut.32.f vltionem: qui vlciscitur, minimè. Mihi enim, inquit, vindictam, & ego retribuam, dicit dominus. Nam si serui nostri rixātes inuicem, nulla nostri ratione habita, ipsi ad vindictā vertuntur: etsi sępius postmodū nos rogent, non solùm non eos vlciscimur, sed indignamur, scelestos & flagitiosos appellamus, & nobis id cognoscendū relinqui ¦oportuisse dicimus: cùm enim tibi vltionē præsumpsisti, nihil amplius in illū
B indignatur dominus: hoc longè magis deus dicet, qui nos admonet, vt sibi omnia permittamus. Quî enim non absurdum sit, vt qui à seruis & pueris nostris tantam modestiā, tantam obedientiā exigimus, eandem domino nostro non exhibeamus? Hoc autē dico, quoniā tam prōptè inuicē vlcisci cōtendimus:
Vere pius ne diuinā quidē vltionē exoptat. sed verè philosophantē ne hoc quidem facere oportet, sed ignoscere & dimittere quòd in nos peccatur, etiam si illud non esset magnū præmiū, veniam pro eo accipere. Sed dic quęso, si peccantē reprehendis, cur ipse peccas? cur eadē admittis? Iniuriam tibi intulit, noli cōtrà inferre: teipsum enim iniuria afficeris.
†Percussit, noli repercutere.] †Perterruit, noli perterrere,] cùm nullam inde assequaris vtilitatē: mœrore te affecit, noli vicē reddere: nam illi similis efficeris, & tu nihil lucraris: sed si mānsuetè perfers, fortè ipsum corriges: ita enim pudorē
C incuties, ita iram sedabis. Nemo malo malum sanat, sed bono malum. Hæc apud Gentes nōnulli philosophantur: qui cùm erroris stultitia tantā præ se ferant sapientiā, pudeat nos si inferiores deprehendamur. Multi iniuria affecti, ęquo animo tulerūt. Multi falsò accusati in vltionē non proruperunt. Insidiatores beneficiis prosecuti sunt. Non parū verendum est, ne apud illos qui vita nobis præstātiores sint, inueniantur, néve nos maiori cruciatui obnoxios faciāt. Nam si qui participes sumus spiritus, qui dei regnum expectamus, qui cœlestium cognitionē habemus, qui non formidamus gehennā, qui angeli fieri iubemur, qui diuinis fruimur mysteriis, ne ea quidē qua illi virtute pollemus: quid nobis sperādum est?
Matt.5.c Quòd si Iudęi nobis superādi sunt: (Nisi, inquit, abūdauerit iustitia vestra plus quàm scribarum & Phari
D sæorum, non intrabitis in regnū cœlorū) longè magis Gētiles: si Pharisæi, multo magis infideles. Si eñ non superantibus nobis illorum vitā, cœlorū regna clauduntur: quomodo ea cōsequemur, si Gētilibus peiores inueniemur? Abiiciamus ergo dilectissimi, omne odiū, iram, indignationē. Eadem dicere mihi
†pigrum] quidem non †molestum,] vobis autem tutū. Etenim
vt est ad medici eadē sæpe medicina vtuntur: & nos eadem
Philip.3.a vestris auribus instillare, in memoriā reducere, docere, hortari non cessabimus. Etenim in magna secularium rerum turba, horum obliuiscimur. Quare ne incassum hic colligamus, opere cōfirmentur, vt futura bona consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quē, & cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto in secula seculorum, Amen.

Homilia lj. ex cap. septimo.

Venerunt ergo ministri ad pōtifices & Pharisæos, & dixerunt eis illi: Quare non adduxistis eū? Responderunt ministri: Nunquā sic locutus est homo. Nihil veritate clarius, nihil simplicius, nisi maligni esse velimus: quemadmodū nihil malignis obscurius, nihil versutius. Ecce vt Pharisæi & Scribæ, qui sapientia præstare videbātur, qui cū Christo semper versaban tur, vt ei insidiarentur, licèt miracula viderint, & scripturas legerint: non modò nihil vtilitatis, sed damni plurimum acceperūt: ministri autē etsi nullam eiusmodi materiā haberēt, vno tātùm sermone persuasi sunt: & qui ad Christū capiendū ierant, eius admiratione capti redierunt. Neq; eorum tantùm sapientia admiranda est, q; signis non eguerunt, sed quòd sola doctrina crediderunt. Non enim dixerūt neminem vnquā ita miracula fecisse, sed neminē vnquam sic locutū. Non igitur ipsorum sapientia tantùm, sed & audentia admirāda. Siquidē his qui se miserāt, ita loquuntur, Pharisæis videlicet, qui omnia faciebāt & conabantur vt caperetur. Venerūt enim, inquit, ministri ad pontifices & Pharisæos, & dixerunt eis illi: Quare non adduxistis eum? Quòd autem venerint, lōgè maius fuit quàm si apud Christū remansissent. Sic enim liberati fuissent eorū molestia, nūc præcones fiunt sapiētiæ Christi, & maiorē prę se ferunt animum: neq; excusant se propter turbā non potuisse, quæ eum tanquā prophetā sequuntur: sed, Nunquā sic locutus est homo. potuissent sanè ita se excusare, sed animi ostendunt rectitudinē. Neque tantùm se illū admirari, quàm qui se miserāt ad eum ligādum, quē audire debuissent, accusare visi sunt. Atqui breuem Christi audierunt orationē. Tanti enim veritas est, vt incorrupto animo longis sermonibus minimè opus sit. Quid ad hoc Pharisæi? Cùm cōpungi & mutare sententiā oportuisset, contrà faciunt, inuicē eos accusant, dicētes: *Nūquid & vos seducti estis?* Adhuc eis blādiuntur, neq; in eos grauius inuehūtur, veriti ne tandem discederent: tantùm indignationē præ se & lenitatē ferunt. Sed interrogandū erat quid admiratione dignū loqueretur: quod cauerint, quippe qui sine dubio se captū iri intelligebant. Perquam stulta autē coniectura dicunt: *Nunquid aliquis ex principibus credidit in eum?* Ita Christū accusatis, & non incredulos. *Sed turba hæc quæ non nouit legē, maledicti sunt.* Hoc enim magis vos accusat, q; turba credidit, vos verò minimè. Etenim illi cognoscentiū legē opera faciebant. Quomodo ergo, nónne vos maledicti, qui nō seruatis legē, & non illi qui legē seruabant? Oportebat autē non ab incredulis † quæ non credebantur, † *eum eius non credebatur.*]
accusari. Neq; enim rectus hic modus. Nā & vos nō *Rom.3.a*
credidistis deo, vt Paulus inquit: Quid enim si non *Esaiæ 1.c*
crediderunt quidā? Nunquid incredulitas eorū fidē *Thre. 4.b*
dei euacuabit? Absit, etenim prophetæ semper eos *Mich. 3.a*
accusant, dicentes: Audite principes Sodomorū: &, Principes tui non credunt. & iterū: †Non vestrū est †*vestrum est nosse iudicium.*]
nosse iudicium?] Et vbiq; vehementius accusantur. Quid igitur? Deúmne propterea quispiā accusaret? Absit: illorū enim hoc crimen. Quòd autē aliud esse posset argumentū, q; legem non cognoscitis, quàm quòd non creditis? Cùm autē dixissent, quòd nemo principū credebat in eum, sed qui legem ignorabāt: meritò eos arguit. *Nicodemus inquiēs: Nūquid lex nostra iudicat hominē, nisi audierit ab ipso prius?* Ostendit enim eos neq; scire legē, neque seruare. Nam si lex iubet neminē interfici, nisi prius audiatur: ipsi autem ante

auditam

Universidad de Deusto
Biblioteca

auditam causam iudicabant,certè legis trãsgressores erant. Et cùm dixissent neminē principũ credidisse in eum, ideo innuit euangelista eum è principũ numero fuisse,ostendens etiam quosdã ex principibus credidisse. Nondum autem palàm facere audebãt, erant tamen Christo familiares. Vide autem quàm parcè arguit.Non dixit,Vos autē vultis eum interficere,& temerè hominē vt errantē condemnatis:sed benignius,vt nimium eorũ temerarium impetũ,crudelémq; sedaret. Quamobrē ad legem suam vertit orationē,dicens:_Nisi audierit diligēter,& cognouerit quid faciat?_ Quare non solus & nudus requiritur auditus, sed diligens : quod hac particula significatur,Et cognouerit quid faciat, quid velit, & quare, & cui, an tanquã hostis mores peruertat.Dubitãtes ergo cùm dixissent,neminē principũ in eum credere,neq; vehementer,neq; remissè ad eũ se contulerũt.Et quænam hæc cõsequentia,dic quæso,dicēte illo:Lex nostra non iudicat quenquã,vt respondeant:_Nũquid tu Galilæus es?_ Ostendendũ nanq; erat non ab re pro eo misisse,vel si asperius,minimè ei esset respondendũ.

†surrexit.]

Scrutare & vide,quia à Galilæa propheta nõ †surgit.]Quid enim dixit homo?Quòd propheta est?immo ꝙ non iudicatus non esset morti tradēdus : illi verò contumeliosè,tanquã inscio scripturarũ respõdent,ac si dicerent,†acquiesce nobis] & disce: hoc enim innuũt dicentes:Scrutare & vide.Quid Christus,cùm multifariam de Galilæa & propheta locuti essent,vt hãc alienã tolleret suspicionē,ꝙ vnus prophetarũ, & nõ mundi dominus putaretur?_Ego,inquit,sum lux mundi._ Non Galilææ,non Palæstinæ,non Iudææ. Quid Iudæi?_Tu de teipso testimoniũ perhibes,testimonium tuũ non est verũ._ O insaniã, †scripturas vbiq; adducit,] & dicũt: Tu de teipso testimoniũ perhibes. Quod autē perhibuit testimoniũ? Ego sum lux mundi. Magnũ dictũ, & verè magnũ, sed non nimium,ipsi admirati sunt. Quoniã non se patri æquiparauit,neq; se eius filium dixit,neq; deũ, sed lucē, reprehēdere tamen voluerunt : nam maius hoc erat quàm dicere. _Qui sequitur me,non ambulat in tenebris._ Lucē & tenebras intellectu perceptibiles dicit : hoc est,nõ manet in errore.Vbi & Nicodemũ allicit,vt valde prõptum & fidentē,& ministros laudat,qui id fecerint : hoc enim clamare significat,& eos ad audiendũ confirmare vult,simul & eos dolos struere , & in tenebris & errore versari, neq; lucē attingere ostēdit. Nicodemo præterea in memoriã reducit,quę antè dixerat:Omnis qui malè operatur,odit lucem:& non vadit ad lucē, ne opera eius appareãt. Cùm enim neminē ex principibus in eũ credere dicerent,ideo inquit:qui malè operatur, in lucē non prodire:non ex lucis defectu, sed mētis vicio. Respõderunt ei:Tu de teipso testimoniũ perhibes.ad quod ille:_Et si ego testimoniũ perhibeo de meipso, testimoniũ meum verũ est:quia scio vnde †veni,] & quò vado : vos autē nescitis vnde venio,aut quò vado._ Quod iam dixi,hoc Iudęi tanquã cõsulto & ex proposito dictũ proponũt,quod Christus arguit,sed id dixisse asseuerat propter eorũ suspicionē , qui purũ eum hominē suspicabãtur. Et si ego testimoniũ perhibeo de meipso, testimonium meũ verũ est : quia scio vnde venio. Quid istud est ? Ex deo sum, inquit, & deus,& dei filius:deus autē sibiipsi idoneus testis,vos autem nescitis,& spõte vestra mali estis, & sciētes scire dissimulatis,& omnia secundũ humanam sententiam loquimini, neq; quicquam amplius quàm quod appa-

†vade.]
Cap.VIII
†ad scripturas subinde emisit.]
Supr.7.f
Supr.3.c
†venio.]

A ret,intelligere vultis._Vos secundũ carnē iudicatis._Et quēadmodum secundum carnē viuere,malè viuere est: ita & secundum carnem iudicare , iniustè iudicare. _Ego non iudico quenquã : & si iudico, iudicium meũ verũ est._ Hoc est,iniustè iudicatis:& si iniustè iudicamus, inquiunt,quid nos non arguis?quid non condemnas? Quia nõ veni ad hoc,id enim est quod dicit,Ego nõ iudico quenquã. attamen si iudicē, verum est iudicium meũ.nam si iudicare vellē, ex damnatorũ numero essetis. hoc autē non ꝙ iudicē dico,neq; ideo non iudico,quòd nõ fidã. Nam si iudicarē, vos sanè conuincerē quòd iustè iudicarem : sed nunc iudicij tēpus non est.Significat etiam futurũ iudicium._Quia solus non sum,sed ego & qui misit me pater._ Vbi innuit,nõ solum se iudicare,sed etiam patrē : quod subtexit in testimoniũ eius inducens:_In lege autē vestra scriptũ est, quia duorũ hominũ testimoniũ verũ est._ Quid hoc in loco _Deut.17. & 19.b_ B hæretici dicerēt?Quid Christus hominibus præstaret,si hoc simpliciter acciperemus? In hominibus enim ita institutũ est,quoniã nemo per se fide dignus est:in deo autem quomodo hoc esset consentaneũ? Quomodo ergo hæc particula intelligēda est?Nunquid quoniam duo , an quoniã homines, propterea duo?Nam si quoniã duo sunt,qua gratia non confugit ad Ioannē?Non enim dixit,testimoniũ perhibeo ego de meipso,& de me Ioãnes: cur non ad angelũ, cur non ad prophetas?Inuenisset enim & alia innumera testimonia,† sed voluit hoc tãtùm significare, non ꝙ duo,] sed quòd eiusdem substantiæ._Dicunt ei: Quis est pater tuus?Respõdit Iesus : Neq; me scitis,neq; patrem meũ._ Cùm enim scientes tanquã inscij,& vt eum tentarent,percõtarentur : indignos quibus respondere- C tur , arbitratus est. Propterea iam omnia apertius & audentius loquitur,quippe qui à signis,& sequentiũ se doctrina accipiebat testimoniũ , & quia iam crux appropinquabat.Noui,inquit,vnde venio,quod nõ nimiũ eos offendit : quod autē addidit, Et quò ego vado, magis eos perterruit , ac si non esset in morte permãsurus.Sed cur non dixit,se scire deũ esse : sed, vnde veniret ? Quia semper humilia magnis admiscet,eáq; vicissim cohibet. Nã cùm dixisset, Ego testimonium perhibeo de meipso, ídq; ostendisset:ad humiliora descēdit,quasi diceret, Scio à quo missus sum,& ad quē vado. Quib⁹ verbis nihil habebãt qđ contradicerēt. Nihil enim falsi locutus sum,inquit, cùm inde venerim , & illuc ad verũ deũ vadã quem vos nescitis,ideo secundũ carnem iudicatis. Nam si post tot argumenta & signa adhuc verũ non esse di- D citis, & Mosem de aliis & de se testantē fide dignũ iudicatis,Christũ verò minimè,hoc est secundũ carnem iudicare.Ego non iudico quēquam.Atqui etiã patrē neminē iudicare testatur:quomodo hic dicit, Et si iudico ego,iudiciũ meum verũ est,quia nõ sum solus ? Iterum ad illorũ loquitur suspicionē,hoc est, iudicium meũ patris est, néq; aliter quàm ego pater iudicat : neq; aliter ego quàm pater.Sed quãnã gratia patris meminit?Quia nõ dignũ filium cui crederetur arbitrabantur, nisi patris assumpsisset testimonium.Aliter nõ staret sentētia. In hominibus enim, cùm super alieno negocio duo testificãtur,tũc testimoniũ est verũ:hoc enim est duos testimoniũ perhibere : sed si quis sibiipsi testimoniũ sit perhibiturus, iam nõ sunt duo.Vides nulla alia ratione hoc dictũ, ꝗ vt patri consubstãtialis,& alterius non egere testimonio , & nulla alia ex parte patri inferior ostendatur?

†sed non hoc tantũ significare vult quod duo.]

De his vide Theophylactũ clarius disserentem.

tur?Animaduerte præterea quanta cum authoritate loquitur:_Ego sum qui testimoniũ perhibeo de meipso, & testimoniũ perhibet de me, qui misit me pater._ Quòd si substãtia minor esset,nõ sanè dixisset. Nunc autē ne numeri gratia id positũ arbitreris, nihilo inferiorē potestatē intuere. Testimoniũ perhibet homo cùm fide dignus est, nõ cùm testimonio indiget, & hoc in re aliena:in propria autē ab alio accipit, ipsi in re sua nõ creditur : hic autē cõtrà,in suo enim negocio testimonium perhibēs, & ab alio se habere asserēs, dignum se fide dicit,vndiq; suã proponēs authoritatē. Sed qua gratia,cùm dixit:Non sum solus,sed ego & qui misit me pater,Et duorũ hominũ testimoniũ est verũ : addidit, Ego sum qui testimoniũ perhibeo de meipso?vt scilicet quãtę esset authoritatis ostēderet, & primùm quidē seipsum posuit,vt æqualitatē indicaret,& nihil eos adepturos,qui se patrē scire,ipsum autē nescire dicerent:& hanc causam dicit,ꝙ ipsum cognoscere non velint.Ait enim impossibile sine sui cognitione quēpiam nosse patrē, vt hoc saltē pacto ad se cognoscendũ eos alliciat:ipso enim cõtempto patrē semper quærebãt,quare inquit : Non potestis nosse patrē sine me.Itaq; qui filio maledicũt, nõ ipsi tãtùm,sed & patri maledicũt. Hęc nos caueamus,& glorificemus filiũ, quippe qui nisi eiusdē esset naturæ,nõ ita dixisset.Quòd si tãtùm†admonuit,alterius autē non erat substãtiæ,poterat etiã ignorãs patrem cognoscere:neque fuisset omnino cognoscere, si patrem nosset.]Neq; enim qui hominē nouit,nouit & angelũ:immo inquit, Etenim qui creaturã nouit,nouit & deũ?minimè.multi enim,vel potius omnes homines creaturã norunt, vident enim ipsam,& deum ignorãt. Glorificemus ergo dei filiũ, non oris tãtùm gloria,sed operibus,sine quibus ea nihil proficit. Vide tu, inquit, Iudæus cognominaris & requiescis in lege,& gloriaris in deo:qui ergo aliũ doces,teipsum non doces? qui in lege gloriaris,per præuaricationē legis deũ inhonoras ? Vide ne quãdo & nos in rectitudine fidei gloriãtes, non exhibēdo vitã fidei conuenientem, deũ inhonoremus , † mendacē eum facientes.] Etenim orbis terrarũ magistrũ, fermētum, lucē,salem vult esse Christianũ.Quid significat lux? vitæ claritatē , nihil obscuritatis in se continentem: non lux sibiipsi vtilis est, neq; sal,nec fermentũ, sed in alios confert vtilitatē: ita nobis non nostra tãtùm vtilitas,sed aliorũ exigitur. Sal nisi salsum reddat,nõ sal,sed aliud esse deprehenditur.Nam si ipsi benefecerimus,aliis erimus benefaciēdi exemplũ. Quousque à bonis operibus desistemus,nihil aliis conferre poterimus:nihil fatuũ apud nos,nihil molle sit & solutũ,qualia mũdi opera sunt,& curæ seculares. Propterea virgines fatuæ sunt appellatæ,quoniam circa fatuas mundi curas vacabant,hic congregantes, vbi minimè est reponendũ.Verēdum sanè ne idem nobis accidat, ne sordidis vestibus eò accedamus, vbi mũdas & nitidas oēs induti sunt. Nihil enim peccato sordidius,nihil immũdius,cuius naturã propheta interpretatus clamabat: Putruerũt,& corruptæ sunt cicatrices meæ. Quòd si peccati placet cognoscere turpitudinē,cõmissum cõsidera, cùm liber non amplius eius perturbaris affectu,tũc id cognosces. Cõsidera irã cùm sedata est:auariciã,cum ea nõ afficeris: intelliges profectò nihil turpius, nihil scelestius rapina & auaricia.Ideo frequēter repetimus,non vt vos perturbemus, sed vt maiorē in modũ prosimus. Nã

†docebat, alterius autē erat substãtiæ, fieri poterat vt qui ipsũ ignoraret, patrē tamen cognosceret: & cõtrà qui ipsum cognosceret, nõ omnino patrem cognosceret.]
Rom.2.c
†efficientes vt ipse blasphemetur.]
Mat.25.a
Psal.37.a

A qui vna nõ corrigitur admonitione , corrigetur fortasse altera:& quē altera præterit,non pręteribit tertia. Vtinam autē omnes omnibus malis liberi, Christi suauitatē degustemus,cui gloria cum patre,simul & spiritui sancto,in secula seculorum, Amen.

Homilia lij.ex cap.octauo.

HAec verba locutus est Iesus in gazophylacio, docēs in tēplo. Et nemo apprehēdit eum, quia non venerat hora eius._ O Iudaicã dementiã,ante Pascha Iesum quærebant,& in medio inuentũ, conati eum & per se,& per ministros frustra cõprehendere , nõ tamen eius virtutē formidarunt, sed in malicia persistebant.Quòd autē id semper tentarēt,inquit. Hęc locutus est Iesus in gazophylacio , docens in tēplo, & nemo apprehēdit eum.In tēplo loquebatur more magistri , quòd magis eos mouere debuisset, † & ad eos qui ipsum reprehendebãt & calumniabãtur,] ꝙ B se patri æqualem faceret.Illud enim,duorũ hominũ testimonium verum est,hoc significat. Veruntamen hæc, inquit, locutus est in templo tanquã magister, & nemo apprehēdit eum,quia nondum venerat hora eius:hoc est, nondum erat tempus idoneũ in quo crucifigi voluit. Quamobrē cùm passus est, non eorum potestati, sed diuinæ dispēsationi adscribēdum est:ipsi enim iampridē voluissent, non tamen potuerũt:neq; tũc potuissent,nisi ipse permisisset._Iterũ igitur inquit ad eos Iesus : Ego vado,& quæretis me._ Cur hoc frequenter repetit? Vt eorũ animos commoueat,atque perterreat.Considera quantum hoc terroris incutiat : cum enim vellent eum interficere, quærunt tamen quò vadat, tantam de eo opinionē conceperant.Aliud itē docere eos intendit, non in eorũ esse C potestate,sed iampridem præfiguratũ dicit,& resurrectionem iam his sermonibus descripsit. _Dixerũt ergo Iudæi,Nũquid interficiet semetipsum?_Quam mox tollit suspicionem : & ostēdens malum istud esse facinus, Vos,inquit,deorsum estis,ego de supernis sum.Hoc est,haud mirũ si vos carnales homines hæc, & nihil spiritale suspicemini , ego tamen talia non faciã. _Vos deorsum estis,ego de supernis sum.Vos de mũdo hoc estis._ Iterũ mundanas & carnales eorũ aperit sententias. Vnde constat illam particulam, _Ego nõ sum de mũdo hoc,_ Non ideo dictam,quòd carnem non acceperit, sed quòd longè ab eorũ abesset malicia.Etenim discipulos de mundo nõ esse dixit,habebãt tamen carnē. Quemadmodum igitur Paulus,dicendo: Non estis in carne : non sine corpore esse intelligit:sic discipulos nõ esse de mundo , nihil aliud quàm eorum sapientiam D testatur. _Dixi ergo vobis, quia si non creditis quia ego sum, moriemini in peccatis vestris._ Si enim propterea venit, vt tolleret peccata mundi, neq; aliter tolli poterãt,nisi per lauacrum:necessarium erat eum qui non crederet, cum vetere homine esse moriturum. Qui enim non vult seipsum mortificare per fidem , & sepelire, morietur in eo,& migrabit, priorum peccatorũ pœnas daturus. Propterea dicebat:Qui non credit,iam iudicatus est:non solum quia non credit,sed quia in prioribus peccatis moritur. _Dicebãt ergo ei : Tu quis es?_ O dementiã,post tantũ tēporis,tot miracula, & tantam doctrinã,quis sit interrogant. Quibus Christus: _*Principium †qui] & vobis loquor._ Hoc est,sanè indigni estis qui sermones meos audiatis,†& qui sim intelligatis.]Vos vt me tentetis semper loquimini,mihi autem non attenditis,& in his omnibus vos reprehendere nunc possem : hoc enim significat, _Multa habeo de vobis_

†Et ea dicebat quæ illi ægre ferebant & accusabant,]
Inf.15.e
Rom.8.b
Supr.3.e
*principium,siue primum, aduerbialiter. vide Eras.
†quia]
†nedũ vt quis ego sim discatis.

Universidad de Deusto Biblioteca

de vobis loqui, & iudicare: Non tãtùm reprehẽdere, sed punire. *Sed qui misit me*: Hoc est, pater non vult hoc.
Infr. 12.g Non enim veni iudicare mundũ, sed saluum facere.
Supr. 3.b Non enim misit deus filium suũ vt iudicet mundũ, inquit, sed vt saluũ faciat. Si ergo ad hoc me misit, & ille verax est, meritò neminẽ ego impræsentiarũ iudico: sed ad salutẽ loquor, nõ ad reprehensionẽ. Hęc autẽ dicit, ne metu desistere, néve eorũ mentes introspicere non putaretur. Illi autẽ de patre sermonẽ haberi non intellexerũt. O dementiã, nõ desistit de eo verba facere, neq; aduerterũt. Præterea cùm post multa signa & doctrinas nihil eis persuasisset, iam de cruce sermonẽ aggreditur. *Cùm exaltaueritis filiũ hominis, tunc cognoscetis quia ego sum, & à meipso non loquor: & quòd qui me misit, mecũ est, & non reliquit me solũ pater.* Ostendit se merito dixisse principiũ, qui & loquor vobis. Vsq; adeo non attendebãt ad ea quæ dicebãtur: Quãdo exaltaueritis filiũ hominis, nónne vos tunc maxime fore putatis, vt me sublato libere agatis, tũc me nihil metuentes? Ego autẽ dico ꝙ tunc maxime scietis quia ego sum: & per signa & resurrectionẽ & captiuitatẽ, quæ omnia sufficiẽtia erant eius virtutẽ demõstrare. Cùm videbitis, inquit, me nihil per mortem passurũ, tũc scietis quia ego sum, videlicet Christus & filius dei, & qui cũcta & fero & duco, & non sum cõtrarius illi. idcirco addit, *Et à meipso non loquor*. Siquidẽ vtrũq; cognoscetis, & virtutẽ meã, & cũ patre cõsensum. Hæc enim particula, A meipso non loquor: indiscretã cum patre substantiã, & nihil cõtra paternã voluntatẽ se loqui ostẽdit. Cũ enim à cultu excidetis, neq; vobis solita sacrificia permittẽtur: tũc diuinã in vos indignationẽ, vltionémq;, quia me nõ audistis, intelligetis. quasi dicat, Si ego alien⁹ essem, & deo cõtrarius, non adeò cõtra vos indignaretur.
Esa. 53.c Hoc & Esaias inquit: Dabit impios ꝓ sepultura eius.
Psal. 2.b & Dauid, Tũc loquetur ad eos in ira sua. & ipse, Ec-
Mat. 23.d ce relinqtur domus vestra deserta. & parabola, Quid
Ibid. 21.d faciet agricolis dñs vineæ illius? Malos malè perdet. Vides vbiq; propter eorum incredulitatẽ sic loqui. Quòd si ipse eos perdet, quẽadmodũ certe perdet:
Luc. 19.d (Adducite enim, inquit, ipsos huc qui me regnare nolunt, & interficite,) cur non suũ id opus, sed patris dicit? Quia tum ad eorum respicit imbecillitatẽ, tum patrem suũ reueretur: propterea nõ dixit, Relinquo domum vestram desertã: sed relinquitur, nõ addita
Luc. 13.g persona. Dicẽdo autẽ, Quoties volui congregare filios vestros, & noluistis: inde addẽdo, relinquitur, se desolaturũ eam ostẽdit: hoc est, cum obsequiis & beneficiis cognoscere me noluistis, suppliciis cognoscetis qui sum. *Et pater mecũ est.* Et ne hoc verbo, qui misit me, minor patre existimaretur, secũ esse dicit. Aliud enim dispẽsationis est, aliud diuinitatis. *Et non reliquit me solũ, quia ego quæ placita ei sunt, facio semper.* Rursus ad humiliora descẽdit, ad illud frequẽter instãs, quòd dicebãt ex deo nõ esse, neq; sabbatũ seruare: ideo inquit, Quæ placita ei sunt, facio semper. Indicans sabbati solutionẽ pręter eius nõ esse voluntatẽ.
Mat. 26.c Ita & in passione dicit: An putas quia nõ possum ro-
Infr. 18.b gare patrẽ meũ? Atqui dicẽdo solũ, quẽ quæritis? reiecit eos retrorsum. Qua ergo gratia nõ dicit, nõ putatis ꝙ possum eos perdere, cum id re ipsa ostẽderit? Ad eorũ descẽdit imbecillitatem. id enim maiorẽ in modum adnisus est, vt minimè patri contrarium se ostenderet, ita hoc in loco humanius loquitur. Et vt dixit, Nõ reliquit me solũ: ita &, Quæ placita ei sunt,

A facio semper. *Hæc illo loquẽte, multi crediderũt in eũ.* Cùm enim ad humiliora descẽdit, multi ad credendũ adducũtur: & tu adhuc ĩterrogas, qua gratia humiliter loquatur, cũ euãgelista apertè his verbis demõstret? Hæc illo loquẽte multi crediderũt in eum: tantũ nõ clamãs, Noli perturbari, cùm ad hanc verborũ humilitatẽ eum descẽdere audis. Siquidẽ qui superna illa doctrina nõ sunt persuasi, ꝙ à patre sit: meritò humilia audierũt quibus crederẽt, & hac ratione postmodum etiam huiusmodi vsus est verbis. Crediderunt ergo, nõ tamẽ vt oportuit: sed quodãmodo cùm intelligerent, & acquiescerẽt sermonis eius humilitati. ꝙ enim perfectã fidẽ nõ haberẽt, ex sequẽtibus euãgelista significat, cùm rursus ei maledicũt: & ꝙ hi iidem sint, ex sequẽtibus cõstat. *Dicebat ergo Iesus ad eos qui crediderũt ei Iudæos: Si vos mãseritis in sermone meo.* Hĩc
B enim perspicuũ est, nondum doctrinæ inhærere, sed tãtùm verbis vacare: quare vehemẽtius locutus est, illic enim simpliciter dixit, Quæretis me: nunc vero maius quiddã addit, In peccatis vestris moriemini. Supra 7.a
Ideo scilicet, ꝙ illuc migrantes, me amplius rogare nõ potestis hęc quæ loquor in mũdo, hinc se ad Gẽtes exiturũ ostendit. Cùm autẽ non cognouerint ꝙ de patre ad eos locut⁹ esset, rursum ad se redit, & humilitatis verborũ causam affert euãgelista. Hoc igitur pacto si scripturas diligẽter scrutari voluerimus, salutẽ assequi poterim⁹: si penitus in eis versabimur, & doctrinã rectam & vitã erudiemur. Et licèt durus sit quispiã & asper & immitis, licèt superiori tẽpore nihil profecerit: nunc saltẽ proficiet, & aliquam, etsi nõ statim sentiat, vtilitatẽ accipiet. Nã si vnguẽtario quispiã, aut vnguẽtariæ tabernę assideat, etiã inuitus
C illũ accipit odorẽ, lõgè magis qui ecclesiã frequẽtat. Vt enim ex desidia, negligẽtia: ita ex operatione alacritas oritur. Quãuis innumeris viciis sis obnoxius, quãuis immũdus, noli ecclesiæ vitare cõsuetudinẽ. Quid ergo, dices, si audita non facio? Nõ parũ consequeris, si te miserũ intelligis. Nõ inutilis hic metus, neq; intẽpestiua formido. modò ingemiscas ꝙ audita nõ facias, sine dubio aliquãdo bene facere incipies. Nõ enim fieri potest, vt qui deũ & audiat, & alloquatur, nõ assequatur vtilitatẽ. Statim enim cohibemur, manus lauamus, cùm librũ accipimus. Vides quãta ante lectionẽ reuerentia moueamur? Quòd si diligẽter accedemus, magna inde proueniet vtilitas. Nõ enim nisi reuerẽs anima manus lauerit. Et vxor si detectũ caput habuerit, quãprimùm tegit, interioris reuerẽtiæ pręferẽs indiciũ, vir autẽ tectum caput
D deteget. Vides quo pacto interiores affect⁹ exterior habitus indicat? Præterea qui diuinæ cõcionis auditor sedet, sæpe ingemit, sæpe vitã suã & mores reprehendit. Vacemus ergo scripturis dilectissimi, & saltẽ euãgeliis, ea frequẽter pertractemus. Aperto nãq; libro, euestigiò Christi nomẽ occurret, & protinus audies dicentẽ: Iesu Christi autẽ generatio sic erat. Cũ enim mater eius Maria despõsata esset Ioseph, inuen- Matt. 1.c
ta est in vtero habẽs ex spiritu sancto. Qui autẽ hæc audierit, quãprimùm miro virginitatis amore flagrabit, partũ admirabitur, terrena contẽnet. Neq; paruũ putandum est, dignatã spiritu sancto virginẽ, & angelum cum ipsa colloquentẽ, & hęc quidẽ in superficie. Quòd si diligẽter omnia perscrutaberis, euestigio cuncta contẽnes secularia, ridebísq;. Si diues fueris, nihil diuitias duxeris, cùm intelligas fabro nuptã, in humili domo & fortuna matrem domini factam esse.

esse. Si pauper, nõ erubesces, cùm vilissimã domum mundi author nõ aspernatus est: hoc persuasus, non rapina, nõ cupiditate fereris, non proximi rẽ capies, sed potius paupertatẽ amplexaberis, diuitias negliges, hac ratione omnẽ propulsabis maliciã: ad hæc cùm videris Iesum in præsepio iacentẽ, abiicies omnem curã ornãdi filium tuum auro, aut argento lectum excolendi. hæc studiose faciens, abiicies sanè omnẽ cupiditatẽ: multa consequeris, quę particulatim in præsentia dici non vacat: sciẽt autẽ qui experientur. Quamobrẽ hortor, †vt lectioni vacetis,] sensus imbibatis, eósq; vestris inscribatis mẽtibus: quod cùm Iudęi neglexerũt, libros manibus ferre iubebãtur. Nos verò non in manibus, sed domi habeamus, immo cordibus, vt oportet, inscribamus. Hoc enim pacto abstersis præsentis vitæ sordibus, futura bona consequemur, gratia & benignitate domini nostri B Iesu Christi, per quẽ, & cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto in secula seculorum, Amen.

†vt biblia cõparetis, & cum biblijs.]

Homilia liij. ex cap. octauo.

Dicebat ergo Iesus ad eos qui crediderũt ei Iudæos: Si vos mãseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis: & cognoscetis veritatẽ, & veritas liberabit vos. Multa nobis patiẽtia opus est, dilectissimi, quã tunc profectò consequemur, cùm sacrarum literarũ doctrina altius in cor radices egerit. Nam quemadmodum quercus altius demissis radicibus, nullius venti viribus sternitur: ita animã diuino cõnfixã timore, nullus tentationũ ventus euellet. clauis enim affixũ esse amplius est, quàm radicatũ esse. Idcirco inquit
Psal. 118.p propheta: Confige timore tuo carnes meas. ita & tu cõfigere quasi clauo quodã, & adhæreas: vt enim hi difficulter, ita aliter affecti facilè decipiũtur, & in labem procidũt: sicut cõtigit Iudæis. licèt enim audierint, crediderintq;, rursus ad deteriora prolapsi sunt. Quamobrẽ Christus vt eos in fide cõfirmaret, & nõ in superficie, sed altius fidẽ plantaret, asperius eos tãgit. Est enim credentiũ facilè reprehẽsiones tolerare, ipsi autẽ quãprimùm excanduerũt. Primùm ergo Iesus eos admonet: Si vos permanseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis: & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. *Tãtùm non dicẽs, Sum altius incisurus, sed nolite agitari. Vel potius his verbis eorũ sedat superbiã. A quo autem liberabit, dic quæso? A peccatis. Quid temerarij illi? *Semen Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus vnquã.* Statim defecerunt, quoniã terrenis inhiabãt. Si vos mãseritis in sermone meo: indicat cordis eorũ cogitationes se scire, ꝙ crediderunt quidẽ, non autem permanserũt, & ma- D gnum quiddã, eos videlicet futuros sibi discipulos, annũciat. Cùm enim nonnulli antè discessissent, eos notat inquiẽs, Sed si mãseritis. nam & illi audierant, crediderãt, discesserant, quoniã non permanserunt. Multi enim discipulorũ eius abierũt retrò, & iam nõ
Supr. 6.g cum illo ambulabant. *Cognoscetis veritatẽ*, hoc est, me.
Infr. 14.a Ego enim sum veritas. Iudaica enĩ dogmata omnia figura erãt. Veritatẽ à me intelligetis, quæ vos à peccatis liberabit. Quẽadmodũ enim illis dixit, In peccatis vestris moriemini: ita his, liberabit vos: & non dixit, vẽdicabo vos à seruitute, sed hoc eis cogitãdũ reliquit. Illi autem, semen Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus vnquã. Atqui si indignandũ fuisset, tolerabilius potuissent, cùm dixit, Cognoscetis veritatẽ: dicẽdóq;, Nũquid eam nescimus? lex igitur & cognitio nostra falsa est: sed illis neglectis de secularibus

* μόνους χί, tãtum nõ: hoc est, ferme, propemodũ. qua dictione hic author frequẽter vtitur. id addo propter rudiores, ne aliter accipiant.

A indignãtur, & mũdi verẽtur seruitutẽ. Sunt & hac ætate, sunt inquã qui in rebus * nõ propriis, & mũdi seruitute erubescũt, peccati seruitiũ nil verentur, & optarẽt huic potius obnoxij frequenter appellari, q̃ illi semel. tales illi erãt, & aliud seruitiũ ignorabãt, dicentes: Seruos appellas, qui ex semine Abrahæ sunt, qui generosi, qui serui minimè sunt appellãdi? Nunquam seruiuimus. Huiusmodi Iudæorũ iactationes, Semẽ Abrahæ sumus, Israelitæ sumus. Nunquã propria merita memorãt, ideo in eos clamat Ioãnes: No- Matt. 3.b
lite putare & dicere, Patrẽ habemus Abraham. Sed quare non reprehẽdit eos Christus, siquidẽ sępe seruierant & Aegyptiis, & Babyloniis, & aliis multis? quoniã nolebat cum his cõtendere, nisi ad salutẽ tãtùm & beneficiũ, ad quod tãtùm properabat. Potuisset nãq; in mediũ †eorũ quadraginta,] inde septuaginta, inde sub iudicibus nũc viginti, nunc duorum, nũc septẽ annorũ afferre seruitutẽ, præterea ꝙ nunquam serui esse desierint: sed eos nõ hominũ seruos ostẽdere voluit, sed peccati, quę seruitus est grauissima, à qua solus deus liberare potest. Dimittẽdi enim peccatũ potestatẽ nemo habet præter deũ: quod & ipsi confessi sunt, ideo ad hoc eos adducit, dicitque: *Omnis qui facit peccatũ, seruus est peccati.* Vt quã seruitutẽ dicat, intelligãt. *Seruus autẽ non manet in domo in æternũ, filius autẽ manet in æternũ.* Placidè per legem superiora tollit, ne his se verbis tueãtur: Sacrificia habem⁹ quæ Moses mãdauit, illa nos liberare poterũt. Hac gratia ista addidit: alioqui quámnã hæc consequentiã haberent? Omnes enim peccauerũt, & egẽt gloria dei, Rom. 3.c
iustificati gratis gratia eius, etiã sacerdotes ipsi. Propterea inquit Paulus de Pontifice, quòd debet quẽ- Hebr. 5.a
C admodũ pro populo, ita pro semetipso offerre ꝓ peccatis, quoniã & ipse circũdatus est infirmitate: quod significat dicẽdo, Seruus non manet in domo. Vnde & qualitatẽ ad patrem, & liberi & serui indicat differentiam: quasi dicat, nõ habet potestatẽ seruus: quod per †id verbũ, manet,] significatur. Quid autem cùm de peccatis sermonẽ habet, domus meminit? † Vt se tanquã dominũ domus, ita omniũ dominũ ostẽdat.] Ea autẽ particula, Non manet: hoc est, nõ habet largiẽdi quicquã potestatẽ, vtpote qui nõ est dominus. filius dominus est, quare manet in æternũ secũdum solitã rerũ humanarũ translationẽ. Ne dicerent, Tu quis es? Mea sunt omnia: sum enim filius, & in domo patris mei maneo. Domũ vocans potestatẽ. Nam & alibi principatũ vocat domũ patris, dicens, In domo patris mei mãsiones multæ sunt. cùm enim de liber-
D tate & seruitute sermo sit, meritò hac vtitur translatione dicẽs, ꝙ illi nullã habebãt dimittẽdi potestatẽ.
Si ergo filius vos liberauerit. Ecce eandem illi cum patre Infr. 14.a
substantiã. Si filius, inquã, vos liberauerit, nemo iam cõtradicet, sed verã habebitis libertatẽ. Si deus iustificat, quis condẽnat? Hic se mundũ à peccato ostendit, & nomine tantùm libertatẽ significat, quã & homines dãt, illã autẽ solus deus: & per hoc suadet eis ne propter hãc erubescãt seruitutẽ, sed propter peccati seruitutẽ, quo abiecto nõ sunt amplius serui: vel potius seruos ostẽdit, cùm futuros verè liberos dicit. significat enim eam verã non esse libertatẽ. Inde ne dicerent, peccatũ non habemus: nam credibile erat hoc dicturos, cõsidera quo pacto eos accusat. Omissis nãq; reliquæ eorũ vitæ criminibus, quod in manibus erat, & quod tunc facere cogitabãt, profert in mediũ, & ait: *Scio quia semen Abrahæ estis, sed quæritis me interficere.*

* ἀδιαφόροις, i. indifferentibus, & per se nec quę bonis neque malis.
†annorũ quadringentorũ,] Act. 7.a
†parabolam] interpres legisse videtur, παραμένει, pro παραβολή.
† ostendẽs quòd sicut dominus in domo, sic & ipse omniũ habeat potestatem.]

Universidad de Deusto Biblioteca

interficere. Placidè & pedetentim ab Abrahæ cognitione eos abſcindit, admonēs non eſſe propterea ſuperbiendū.vt enim libertas & ſeruitus ex operibus, ita & cognatio iudicatur.Neq; cōtinuò reſpōdit nō eſſe ex ſemine Abrahæ homicidas iuſti,ſed primùm aſſentitur : Scio quia ſemē Abrahæ eſtis.Sed hoc nō eſt quod quærimus,& iā aſperius inuehitur.Etenim eſt vt in pluribus obſeruandū,vt qui magnū aliquid facturus eſt, poſtquā fecerit,magis ſibi fidat, ac ſi operum ſuorū teſtimoniū omnibus ſilentiū imponat. Sed quæritis me interficere. Quid ſi iuſtè ? minimè. ideo affert cauſam , *Quia ſermo meus non capit in vobis.* Quomodo ergo inquit in ipſum crediſſe?quia mutati erāt,vt dixi,quamobrē vehementius eos tetigit. Nam ſi illius cognatione gloriamini,etiā & vitā pręvobis feratis oportet. Et nō dixit, Nō capitis ſermonem:ſed ſermo meus *nō capit in vobis,ad doctrinę magnitudinē ſignificandā : ſed nō propterea interimendus fuit,ſed potius honorandus,& colendus,vt diſcerent.Sed ne dicerēt,à teipſo hæc loqueris, ideo addidit:*Quæ ego vidi apud patrē meū,hæc loquor:et vos quæ audiſtis apud patrē veſtrū,facitis.* Quemadmodū,inquit, ego &†verbis & re oſtēdo patrē,ita & vos:]nō enim eiuſdē tantùm ſum cum patre ſubſtātiæ, ſed & veritatis.*Dicunt ei:Nos patrē habemus Abrahā.dicit eis Ieſus,Si patrē habetis Abrahā,opera eius facite.Nunc autē quæritis me interficere.* Frequēter hoc in loco eorū animos cædis arguit,& Abrahæ meminit:quod facit, vt ab eius cognatione ipſos abducat, & vanā gloriam tollat, perſuadeátq; nō amplius in illo ſalutis ſpē eſſe reponendam. Non enim à natura cognatio, ſed à voluntate. hoc enim vt ad Chriſtū accederent , prohibebat , ꝙ ſufficere ſibi ad ſalutē cognationē illam arbitrabantur.Quā autem veritatem dicit?quòd æqualis eſt patri,propterea quærebāt eum Iudæi interficere. *Quæritis me interficere,quia veritatem vobis locutus ſum, quā audiui à patre meo.* Vt non cōtraria patri dicere videatur, iterū ad patrem cōfugit. *Dicunt ei : Nos ex fornicatione non ſumus nati,vnū patrē habemus deū.* Quid dicitis?vos patrē deum habetis, & Chriſtū hoc dicentem perſequimini?Vides *præcipuè eum dixiſſe patrē ſuū eſſe deū?Cùm ergo eos ab Abrahę cognatione excluſiſſet, non habētes quid dicerent , aliud quiddā maius auſi,ſe ad deum referūt , à quo etiā honore excludit eos Ieſus,inquiēs : *Si deus pater veſter eſſet,diligeretis vtique me.Ego enim ex deo proceſſi & veni. Neq; à meipſo veni, ſed ille me miſit. Quare loquelam meā non coguoſcitis?quia nō poteſtis audire ſermonē meū.Vos ex patre diabolo eſtis,& deſideria patris veſtri vultis facere.Ille homicida erat ab initio,et in veritate nō ſtetit:quia nō eſt veritas in eo.Cùm loquitur mēdaciū,ex proprijs loquitur:quia mēdax eſt,& pater eius.* Excluſit eos à cognatione Abrahę:& cùm inde maiora auderent,maiorem etiam plagam infligit,quòd non ſolùm Abrahæ filij non ſint,ſed diaboli:ſecundū impudentiā vulnus incutiens,& teſtimonia reprehenſionibus miſcet. Interficere enim, inquit, diabolicæ maliciæ opus eſt. Neque ſimpliciter opera dixit,ſed deſideria: vt & illū,& eos maximè cædibus delectari,authore inuidia,ſignificet. Nā cùm nullā haberet præter inuidiā cauſam, Adā perdidit:quod id verbū ſignificat,Et in veritate nō ſtetit : hoc eſt, in vitæ rectitudine. Cùm enim frequenter ipſum accuſarent, quòd ex deo nō eſſet, hoc inde prouenire dicit. Ille nanq; primus mendacium peperit, inquiēs, In quacunque die comedeſtis,aperiētur vobis oculi.Men-

** χωρεῖ. i. capit, locū habet.*

†verbis oſtendo patrem , ita & vos factis:]

** ἐξαιρέτως. i. præcipue, eximie, peculiariter.*

Gene.3.a

A dacio ergo primus vſus eſt diabolus, homines non tanquā proprio, ſed vt alieno vtūtur, ille vt proprio. *Ego autē † ſi] veritatē dico,nō creditis mihi.* Vnde proceſſit,quòd ſine vlla cauſa vultis me perdere , niſi quia inimici eſtis veritatis?ſin minus,dicite peccatū meū: ideo addidit , *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Quod autē dixerunt,Nos ex fornicatione non ſumus nati: nónne multi illicito coitu miſcebantur?Tamen hoc omiſſo,illic inſiſtit.Poſtquā enim non ex deo,ſed ex diabolo eos eſſe oſtēdit : quòd interficere diabolicū eſt,& mendaciū dicere, quæ vtraq; illi faciebāt:iam contrà oſtendit,amorem,quòd quis dei ſit,eſſe argumentum. *Quare loquelā meā non cognoſcitis?* Cùm enim ſemper dubitarēt,dicētes:Quid eſt quod dicit,Quò ego vado, vos non poteſtis venire? ideo inquit,Loquelam meā non cognoſcitis : quia ſermonē dei nō
B habetis. Id autē vobis euenit propterea ꝙ mens veſtra humi repit, mei ſermones altè erigūtur. Quid ſi non poſſunt ? Non poſſe hoc in loco,nō velle eſt.In paruis eruditi eſtis, nihil magnū aggredimini. Cùm enim tanquā dei amatores ſe Chriſtū proſequi dicerent, ideo vbiq; probare conatur ſui perſecutionem dei odio,cōtrarium amore prouenire.Vnū patrē habemus deū.Ex honoribus,nō ex operibus gloriamini.Incredulitas veſtra, non me alienū à deo eſſe, ſed ꝙ deū non cognoſcitis, eſt argumentū. Cauſa autē, ꝙ mētiri vultis,& diabolū imitari,quod puſillanimi indiciū eſt,vt Apoſtolus teſtatur:Cùm enim ſit inter vos zelus & contentio,nónne carnales eſtis? Quare autē non poteſtis?Quia deſideria patris veſtri vultis facere.Curatis,contenditis,adnitimini. (Ecce quod non poſſe,nolle eſt) quod Abrahā nō fecit.Sed quę-
C nā ſunt eius opera?māſuetudo,modeſtia, obſequiū. Vos cōtrà immanes & crudeles eſtis. Et quænā fuit audacia ad deum confugere , qui Abraham indigni eſſent? †Cùm minus crimen euitare vellēt, in maius inciderunt.]Exprobrāte nanq; Ieſu illis cædē,ad ſui excuſationē,vt deum defendāt,id facere cauſantur. Quod contra deum eſſe demonſtrat.Illud enim verbū,proceſſi, ipſum inde eſſe, & ad nos veniſſe ſignificat. nam cùm illi dicere poſſent,eum aliena quędā & noua afferre,ideo ſe à deo venire dicit.Meritò ergo non auditis eum,inquit,cùm ex diabolo ſitis:qua enim gratia vultis me interficere? Quid in me reprehendere poteſtis?ſi hoc non eſt,cur mihi non creditis?Ita ex mēdacio & cæde,à diabolo eos eſſe oſtendens,infert,& ab Abrahā & à deo omnino eſſe alienos:& quia odio habēt nihil iniuriantē,& quòd eius
D ſermonem nolunt audire: & modis omnibus deo ſe non eſſe contrarium arguit,neq; propterea eos non credere,ſed quia ipſi contrarij ſunt deo. Etenim qui peccatū non fecit, qui ſe à deo venire, & à deo miſſum dicit, qui veritatem loquitur, & ita vt omnes in teſtimoniū aduocet:ſi non creditur ei,conſtat auditorū vicio prouenire , quòd carni dediti ſint. Nouit enim terrenis deditam animā procliuē eſſe ad peccandum:idcirco inquit,†Nā pigri facti eſtis auditionibus veſtris.] Quoties enim terrena nequit homo contēnere,quomodo poterit cœleſtia contemplari? Quāobrē adnitamur pro viribus dilectiſſimi,vt vitā noſtrā dirigamus,vt mentem expurgemus,vt nullæ nos ſordes impediāt, augete cognitionis lucē, neq; iacite ſemē inter ſpinas.Qui non intelligit malā eſſe auariciā, quomodo maiora cognoſcet ? qui his non abſtinet,quomodo illa cōplectetur?Bonū eſt rapere,
non

†quia.]

1.Cor.3.a

†Cum igitur hoc vellēt euitare, ad id quod maius eſſet, aſcenderunt.]

†Quoniā imbecilles facti eſtis ad audiendum.] ad Heb.5.d. vel, ſegnes auribus facti eſtis.

non ea quæ pereunt,ſed regnum cœlorum.Quippe quod vim patitur, & violēti rapiunt illud. Nō igitur deſidia acquiri poteſt,ſed cura & diligētia. Sed quid ſignat, † vim patitur?] vi opus eſt multa : anguſta eſt via,robuſta anima opꝰ eſt,& generoſa,raptores præoccupare adnitūtur,nihil reſpiciunt, non accuſationē,non damnationē,nō ſupplicium:illud ſolùm curāt,vt præcurrant cæteros.Rapiamus ergo regnū cœlorū:quæ rapina nō crimini,ſed laudi datur : crimen eſt,ſi nō rapimus.Non enim alterius damno diteſcimus , adnitamur ergo : & licèt ira & cupiditas nos perturbet,naturę vim inferamus,māſuetudini aſſueſcamus,parum laboremus,vt perpetuò quieſcamus. Noli aurum rapere , ſed diuitias quarū cōparatione aurum lutū eſſe apparet.Dic quęſo,plūbo tibi & auro propoſito,vtrū potius raperes?nónne aurum? vbi qui rapit punitur,maius honoras:vbi qui rapit honoratur,maius prodis:ꝙ ſi vtrinq; puniretur, num ſanè ad hoc magis veniſſes?Hîc nihil tale eſt,ſed beatitudo.Et quomodo poteſt quis rapere,inquit?Diſperge quæ habes in manibus.Quouſq; enim pręſentia ſeruas,illa rapere non poteris . Propone tibi hominem plenis argento manibus,quoad id tenuerit , nūquid aurū rapere poterit,niſi id prius proiiciat, & expeditus fiat?Rapientem bene expeditum eſſe oportet,ne quid eum impediat.ſiquidē etiam nunc cōtrariæ poteſtates ſunt obuiæ,vt id nobis auferāt . Quas fugiamus quæſo,fugiamus,& nullā extrinſecus anſam relinquamus,incidamus funes,nudi à ſecularibꝰ emergamus.Quis vſus precioſarū veſtium?Quouſq; tandem his ridiculis implicamur?quouſq; aurum defodiemus ? Volebā ab his ceſſare admonitionibus, ſed vos non permittitis,qui mihi ſemper admonēdi occaſiones & materias præbetis:ſed nunc ſaltem à vitiis deſiſtamus,vt vitæ exēplo alios erudientes,promiſſa bona cōſequamur,gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti , per quē & cum quo patri gloria,ſimul & ſpiritui ſancto,in ſecula ſeculorū,Amen.

Matt.11.b

†violēti?]

Homilia liiij.ex cap.octauo.

R*Eſponderunt ergo Iudæi, & dixerūt ei:Nónne bene dicimus nos , quia Samaritanus es tu, & dæmoniū habes?Reſpōdit Ieſus & dixit:Ego dæmoniū non habeo.*Impudēs quiddā & temerarium malicia eſt,quæ cùm magis cōfundi deberet,magis irritatur, vt in Iudæis vſuuenit.Oportuit enim vt Ieſu verbis placarētur,eius admirati fiduciā,& verborum conſtantiam: ſed maledicunt ei,& Samaritanum & dæmoniacum appellāt.Nónne bene dicimus,quia Samaritanus es tu,& dæmonium habes?Altior enim ſermo ſtulticia apud ſtultos videtur.Atqui nō meminit adhuc euāgeliſta Samaritanū Ieſum anteà à Iudæis appellatū: ex hoc tamē poteſt intelligi etiā ſæpius eo in Ieſum vſos vocabulo.Dæmoniū habes,inquiunt.Quis dęmoniū habet?num qui deum honorat,an qui honoribus deum proſequentem contumelia afficit?Quid Chriſtus?Māſuetudine & clemētia ſumma,*Ego dæmoniū*,inquit,*non habeo,ſed honorifico patrē meū,qui miſit me.* Nā vbi docere eos & humilitatis admonere oportuit,ne ꝙ Abrahæ ſemē eſſent ſe iactarent,vehemēs fuit:vbi autem cōtumeliæ ferendę erant,manſuetudine vtitur.Dicētibus enim illis,Patrē deū & Abrahā habemus:in eos inuectus eſt vehemētius : cū verò habere dæmoniū inſimulatur,leniſſimum ſe exhibet:ad nos erudiendum,vt quæ ad deum pertinent, maiorē in modum defendamus:quę ad nos,cōtem-

A namus.*Ego non quæro gloriam meam.* Hæc dixi,inquit, quoniam nō decet vt deum patrem appelletis , cùm ſitis homicidæ.Ob eius ergo honorem hæc locutus ſum,& propter illum hęc audio,& me propter illum inhonoratis.Sed nihil mihi curæ eſt hæc cōtumelia, illi pœnas debetis , cuius gratia hæc audio:ego non quæro gloriā meam,ideo omiſſa vindicta ad doctrinam vertor,& conſulo quæ faciatis , ex quibus non modò ſuppliciū vitabitis,ſed æternam vitam conſequemini.*Amen amen dico vobis, ſi quis ſermonem meū ſeruabit,non videbit mortem in æternū.*Hîc non modò fides intelligenda eſt,ſed vitæ etiā puritas. Et ſuperius ait, *Sup.6.d.e* vitā æternam habebit:hic,mortē non videbit: ſimul etiā ſignificat,nihil ſe ab eis poſſe accipere detrimēti.Nam ſi quis eius ſermonē ſeruat, nō moritur, longè minus ipſe.Tunc Iudęi:*Nūc cognoſcimus quia dæmo-*
B *nium habes.Abraham mortuus eſt, & prophetæ mortui ſunt.* Hoc eſt,qui dei ſermonē audierunt, mortui ſunt: & qui tuū audierint,non morientur?*Nunquid tu maior es patre noſtro Abraham?*O inanem gloriā,iterum ad eius cōfugiunt cognationē:atqui conſequens erat vt dicerent,nunquid tu maior es deo?aut qui te audiunt, maiores ſunt q̄ Abraham?Sed iſtud non dicūt,quādoquidē ipſum Abrahamo minorem eſſe arbitrabātur.Primū ergo eos homicidas arguit,hinc ab Abrahæ cognatione ſeparauit. Et cū perſiſterent , alia via aggreditur,oſtēdens fruſtra eos laborare:& de morte nullum facit verbum, neq; expoſuit quam mortē intelligeret. Admonet autem ſe quàm Abraham ſuperiorem,vt reuererētur,immo & qualiſcunq; eſſet, non tamen innocuū morte eſſe mulctādum. Quòd ſi veritatem vobis dico , & peccatum nō habeo,& à
C deo ſum miſſus,& melior quàm Abrahā, nónne inſanitis?nónne fruſtra laboratis,cum me tētatis interficere?Quid illi?Nunc cognoſcimus quia dæmoniū habes. Verùm nō ita Samaritana:Neq; illi dixit,Dę- *Supr.4.b* moniū habes,ſed tantùm, Nunquid tu maior es patre noſtro Iacob?Iudęi cōtumelioſi erant & ſuperbi: illa diſcendi cupida,ideo dubitauit, & debita cū modeſtia reſpondit,& dominum appellat.qui enim lōgè maiora pollicebatur,& dignus fide erat, non erat iniuria laceſſendus.Hi dęmonium habere dicunt.illa dubitātis,hæc incredulorum & malignorum verba erant.Nunquid tu maior es patre noſtro Abrahā? Itaque hoc maiorem eum facit,quàm Abrahā.Cùm autem abeuntem videritis, maiorem eſſe confitebimini:propterea dicebat,Cùm exaltaueritis me,tunc cognoſcetis quia ego ſum . Et intuere prudentiam. *Hic ſup.d*
D Primùm à cognatione eos abſcindit , & ſe maiorem illo oſtendit,vt ex multa excellentia prophetis quoque maior intelligatur : cùm enim ſemper prophetā appellarint,ideo inquit:Sermo meus nō capit in vobis.Illic nanq; dicebat quòd mortuos ſuſcitaret:hic autem non viſurum mortem qui credit:quod longè maius erat,quàm non permittere vt à morte retinerentur:quare magis exaſperati ſunt,dicentes: *Quem teipſum tu facis?* Et hoc contumelioſè,tu tibi blandiris inquiunt.Quibus Chriſtus: *Si ego glorifico meipſum,gloria mea nihil eſt.* Quid hoc in loco dicunt hæretici?Interrogatus,nunquid tu maior es patre noſtro Abraham:non auſus eſt palàm affirmare , ſed latenter innuit.quid igitur?Nihil eſt gloria eius?Ad illos nihil. Sicut enim cùm dicit, Teſtimonium meum non eſt *Supr.5.e* verum:ſecundum eorum opinionem locutus eſt:ita hoc in loco.*Eſt qui glorificat me.*Et cur non dixit,Pater

qui

Universidad de Deusto Biblioteca

qui misit me, vt prius dicebat, sed *quem vos dicitis, quia* A *Supr.5.e* *deus vester est, & non cognouistis eum?* Voluit ostendere quòd non solũ patrem ipsum ignorarent, verũetiam deum. *Ego autem noui eum.* Itaq; si me scire dicerẽ, non superbus essem: si nescire, mendax: vos autem qui eũ scire profitemini, mendaces estis: *Et itidem ego mendax essem, si eum me nescire dicerẽ.* Si ego glorifico me ipsum. Cùm dixissent, Quem teipsum facis? inquit: Si quem me ego facerem, gloria mea nihil est: quemadmodũ ego eum certè noui, ita vos ignoratis. Et vt non om- *Hic sup.d* nino eos ab Abrahã separauit, sed inquit, Scio ꝙ semen Abrahæ estis: vt magis in ipsos inueheretur: ita hîc nõ totum abstulit, sed inquit, Quem vos dicitis: & verbis gloriam tribuens, grauius crimen reddidit. Quomodo autem eum ignoratis? quoniam eum qui pro ipso omnia & facit & dicit, vt gloriosum reddat, contumelia afficitis, cùm ab ipso sit missus. hoc autẽ probatum non est, probabitur autem in sequẽtibus: *Et sermonem eius seruo.* Hoc, si quid habebant, poterant reprehendere: magnum nanque erat argumentũ, ab eo missum. *Abraham pater vester exultauit, vt videret diẽ meum: vidit, & gauisus est* Iterum illos Abrahæ alienos probat, si quidẽ ex his quibus ille gauisus est, tristantur. Diem autem meũ, hoc in loco crucem mihi significare videtur, quẽ in arietis oblatione & in Isaac *Gen. 22.c* præfigurauit. *Ad hæc illi: * Quadraginta annos nondũ habes, & Abrahã vidisti?* Ac si propè iam ad quadraginta annorum accederet ætatem. *Dicit eis Iesus: Priusquã Abraham fieret, ego sum. Et acceperunt lapides, vt iacerent in eum.* Animaduerte quomodo se maiorem Abraham confirmauit. Si enim gauisus est videre diẽ eius, ídq; operæprecium duxit, propter beneficium inde proueniens gauisum cõstat, & quòd longè maior esset. Nam cùm Iudæi fabri filium eum appellarent, neq; amplius quicquã de eo imaginarentur, paulatim eos ad maiorem sui cognitionem erigit. Cũ ergo audierunt se deum nescire, non ægrè tulerunt: cùm autẽ, priusquam Abraham fieret, ego sum, perinde ac si ipsorum nobilitas degeneraret, exasperãtur, & lapides iaciũt in Iesum. Vidit diem meũ, & gauisus est: signi- *Mat. 13.g & Mar. 6.a* ficãs non inuitum se ad passionẽ venire, siquidẽ laudat eum qui in cruce delectatus est, quæ salus mundi erat. Illi autẽ lapides iecerunt, adeò proni erant in cædes, & veritatem cognoscere negligebãt. Sed cur non dixit, Priusquam Abraham fieret, ego eram: sed, sum? Quemadmodũ pater hoc verbo, sum, vtitur, ita & Iesus: significat enim perpetuò esse ab omni liberum tempore, propterea blasphemum eis verbũ videtur. Quòd si ad Abraham cõparationem quanuis D paruam non tulerũt, quomodo tulissent ad patrem? *Fugit ergo iterum Iesus,* Vt hominem præstaret, *Et abscõditur,* Cùm satis eos admonuisset: & impleto officio suo, *Exiuit de templo.* Et se ad sanandum cæcum cõtulit, per opera se ante Abraham esse confirmans. Sed dicet fortasse aliquis, Qua gratia eorum conatus nõ cohibuit? ita enim credidissent. Paralyticum sanauit, & non crediderunt, innumera operatus est, & in ipsa passione strauit eos supinos, & visum abstulit, & non crediderunt: & quomodo si id fecisset, credidissent? Animo enim desperato nihil peius. quanuis signa, quãuis miracula videat, in eadẽ perstat pertina- *Exo. 8. & seq. vsque ad 15.* cia. Etenim Pharao multis acceptis plagis, dum affligeretur, tantùm sapiebat, ad vltimũ tamen diem idẽ perstitit, persecutus quos dimiserat. Quare Paulus, *Heb.3.c* vt non obduretur quis, inquit, ex vobis fallacia pec-

** τεσσαράκοντα, id est, quadraginta. & mox eundẽ repetit numerum, quin & Euthymi⁹ sic quadã exẽplaria habere dicit. Alij tamen legũt, quinquaginta.*

cati. Sicut enim vires corporis moriũtur, & omnem sensum amittunt: ita & anima cum multis detinetur affectib⁹, virtuti moritur: & si quid attuleris, nõ sentit, sed siue supplicium, siue quodcunq; aliud minaberis, nullo sanè sensu mouetur. Quamobrem dum habemus salutis spem, dilectissimi, dum cõuerti possumus, omnia faciamus. Qui enim non dolent, tanquam desperantes gubernatores naui ventis cõmissa, nihil sibi opitulantur. Cũ enim inuidus, vt cupiditatem suam expleat, tantũ intuetur, etsi pœna impendeat, si internecio, eo dũtaxat affectu possidetur: itidẽ & impudico & auaro vsuuenit. Quòd si affectuũ tanta vis est, lõgè maior virtutis: si propter illos mortem contemnimus, longè magis propter hanc: si illi animam suã contemnunt, quid nos pro salute nostra facere oportet? quæ nobis erit excusatio, si cum perditi homines tantopere perditioni suæ incumbant, B nos pro salute nostrã † nullam] adhibebimus diligẽtiam, sed inuidia consumemur, qua nihil peius? *† tantam non.]* Inuidus enim vt proximũ perdat, perdit & seipsum. Inuidi oculus consumitur dolore, morte viuit perpetua, omnes inimicos existimat, etiam nihil iniuriatos, dolet ꝙ deus honoratur: his lætatur, quibus & diabolus: honoratur aliquis apud homines: (sed hic nõ honor est) noli inuidere. si apud deum honoratur, æmulare: illi & similis efficiaris, an non vis? quid ergo & teipsum perdis? cur etiam quod habes proiicis? non potes similis illi fieri, neq; virtuti vacare. Cur malicia imbueris? Congratulandum est proximo, vt etsi in bonis operibus pariter laborare non possis, ex congratulatione saltem merearis. Sufficit nonnunquam voluntas ad magnũ bonum: ideo Ezechiel propter- *Ezec. 35. d.* C ea Moabitas punitos dicit, ꝙ lætati sunt super Israëlitis: & alios quosdam salutem cõsecutos, quòd alienis malis condoluerunt. Quòd si miserantibus aliorum malis est aliquod meritum, multò magis aliorũ honoribus congratulantibus. Reprehendit Moabitas, ꝙ super Israëlitis lætati sunt, quos deus vltus est: & quanuis ipse puniat, non tamen vult vt eorũ supplicio lætemur, neque enim vult eos vlcisci. quòd si condolendum est vltorum supplicio, multò magis honoratis non inuidendum. Sic enim Chore & Dathan perierunt: quibus inuident clariores reddunt, *Num. 26.* seipsos torquent. Fera enim venenosa inuidia est, fera immunda & morbus volũtatis, omni venia & excusatione indigna, omniũ malorum & mater, & author: quãobrem radicitus eam euellamus, vt & præsentibus malis liberemur, & futura bona consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

Homilia lv. ex cap. nono.

ET præteriens Iesus, vidit hominẽ cæcũ à natiuitate, & interrogauerũt eũ discipuli eius, dicentes: Rabbi, quis peccauit, hic, an parẽtes eius, vt cæcus nasceretur? Humanissimus dei filius, & nostræ cupidus salutis, & vt ingratorũ ora obstrueret, † neminẽ obuiũ omittit] quãuis nemo ei attẽderet. Quod ꝓpheta intelligẽs, dicebat: Vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cũ iudicaris. Propterea hoc in loco, cũ sermonum ipsius altitudinem nõ acciperẽt, sed dæmoniũ habere dicerent, & interficere conarentur, egressus è templo cæcum sanauit, cùm vt absentia sua eorum iram sedaret, tum vt miraculi beneficio eorum duritiem & immanitatẽ placaret, tum vt suam cõfirma- *Psal. 50.a* ret orationem

† nihil q̃ ad se attinet omittit] οὐδὲν τῶν εἰς αὐτὸν ἡκόντων, id est, nihil ad se pertinetiũ, hoc est, suas ipse partes implet.

ret orationem. Neq; paruum operatur miraculũ, sed *Hic infr.f* quod tunc primũ contigit. A seculo enim nõ est auditũ, inquit, quòd aperuit quis oculos cæci nati. Cęci enim fortasse quispiã oculos aperuit, sed cæci nati adhuc nemo. Et ꝙ egressus è templo ad illud dedita opera venerit, inde perspicuũ est. Ipse vidit cæcũ, non ad ipsum cęcus accessit: & tam diligenter eũ intuitus est, vt discipulos ad interrogandum cõuerteret. Viso enim Iesu adeò in illũ conuerso, interrogarunt: *Quis peccauit, hic, an parentes eius?* Absurda interrogatio. Quomodo enim peccauit antequam natus esset? Quomodo parẽtum peccatis punitus est? Quomodo ergo ad hanc venerũt interrogationẽ? Anteà *Supr.5.c* sanato paralytico dixit: Ecce sanus factus es, noli amplius peccare. Cognoscentes itaq; discipuli illũ propter peccatũ in paralysim incidisse, dicũt, cõcedatur illũ propter peccatum paralyticũ fuisse: de hoc quid dicis? hic peccauit? quod est absurdum, cũ esset à natiuitate cæcus. an parẽtes eius? sed neq; hoc, siquidẽ pro patre filius non punitur. Quemadmodum igitur puerũ aliquo morbo affectũ vidẽtęs, dicimus: Quid de hoc dicendũ est? quid commisit puer? non rogando, sed dubitando: ita nunc discipuli dubitãt potius quàm percontãtur. quid Christus? *Neque hic peccauit, neque parentes eius.* Hoc nõ absoluit eos à peccato. Nõ enim simpliciter dixit, Neq; hic peccauit, neq; parẽtes eius: sed addidit, *Vt cæcus nasceretur, vt glorificetur filius dei.* Peccauit nanq; hic, & parentes eius, sed non propterea cæcus est. Hęc autem dixit, non quòd hic propterea cęcus nõ esset, alij autẽ nonnulli propter has causas, propter parentum peccata visum amiserint. Neq; enim est peccante alio alium puniri: nam si hoc cõcesserimus, concedemus & ante natiuitatẽ peccasse. Vt ergo dicendo, Neque hic peccauit: non intelligit à natiuitate peccare quẽpiam, & puniri: ita dicendo, neq; parentes eius: non est intelligendum, quòd propter parentes aliqui puniendi sint filij. Nã Ezechielis testimonio hanc tollit dubitationẽ, Viuo *Eze.18.a* ego dicit dominus, si erit parabola hæc qua dicitur, Patres comederunt vuam acerbã, & dẽtes filiorum *Deu.24.c* obstupescunt. Et Moses inquit: Non morietur pater *Exo.20.a* pro filio. Et de quodam rege inquit, ꝙ propterea id non fecit, seruans legẽ Mosi: quòd si quis diceret, Et quomodo scribitur, qui reddit peccata parentum in filios, in tertiam & quartam generationem? Illud respondebimus, nõ esse communem omnibus sententiam, sed in quosdã qui ex Aegypto egressi sunt: hoc est, ex quo ex Aegypto egresi, post signa & miracula parẽtum peiores facti sunt illis qui nihil tale viderant, eadẽ quę patres sui patientur, cũ eadẽ audeant. Et quòd de his sermo habeatur, si quis diligẽtius leget, certò intelliget. Qua ergo gratia cęcus natus est? Vt manifestetur gloria dei. Occurrit alia dubitatio, an nõ aliter poterat gloria dei manifestari? Quid ni? Neq; enim dicit non potuisse, sed & in hoc vt manifestaretur. Ergo iniuriã propter dei gloriam accepit? Quam iniuriã, dic quæso, etiam si eum omnino non produxisset ac formasset? Ego verò etiam ex cęcitate beneficium accepisse dico. Vidit enim interioribus oculis. Quid oculi Iudæis cõtulerunt? Maius supplicium, cùm vidẽdo cæci essent. Quid cæcitas huic obfuit propter quã vidit? Itaq; vt mala huius vitæ mala non sunt, ita neque bona, sed peccatũ duntaxat malum. Cæcitas autem non est malum. Qui verò quod nõ erat vt esset effecit, poterat & sic dimittere. Qui-

A dam dicunt hanc particulam, vt, non esse causalem, sed euentus: vt illud, In iudicium veni in hũc mun- *Hic infr.g* dũ, vt non videntes videant: & qui vident, cæci fiãt. Non enim venit, vt videntes fierent cæci. Et Paulus: Quia quod notum est dei, manifestum est in illis, vt *Roma.1.c* sint inexcusabiles. At non propterea manifestauit, vt priuarentur, † sed vt consequerẽtur excusationẽ.] Et *† excusatione.]* alibi: Lex autem subintrauit, vt abundaret delictum. *Ibid.5.d* Verùm nõ propterea subintrauit, sed vt prohiberetur peccatũ. Ecce his in locis euentus aduerbiũ. tanquam enim optimus quidã domus dispensator partim perfecit, partim imperfectũ reliquit, vt per hæc de vniuerso incredulis rationẽ redderet: ita & deus tanquam domum quãdam ruinam minantem, corpus nostrũ conglutinat & perficit, manum aridã sanat, dissoluta mẽbra corroborat, claudos dirigit, le- B prosos mũdat, ægrotos excitat, debilia crura confirmat, mortuos ad vitã reuocat, † lippos oculos purificat,] non habentibus largitur: quæ omnia cũ natura- *† clausos oculos aperit.]* lis sint imbecillitatis, meliora Christus efficiẽs, suam indicat potestatem. Hanc autem particulam, *Vt manifestetur gloria dei,* de se, nõ de patre dicit. Patris enim gloria manifesta erat. Nam cùm ex limo formatum a deo hominẽ audissent, ideo Christus nunc ad eum modũ oculũ finxit. Si enim dixisset, Ego sum qui ex terra formaui hominẽ, arduũ visum esset auditoribus, re autẽ ostensum iam negari non poterat. Quãobrem ipse in sputo & puluere cõmixto absconditã gloriã manifestauit: neq; enim paruum erat, vt creaturæ opifex putaretur. Ab hoc enim & alia aggressus est, & à parte totũ est creditũ. Maioris nanq; fides, minus etiã cõfirmat. Vniuersæ enim creaturę homo C est præstãtissimus, & inter mẽbra nostra oculus: propterea nõ simpliciter, sed hoc modo oculos effinxit. Nã licèt portione paruus sit, maximè tamẽ necessarius, vt inquit Paulus: Et si dixerit auris, nõ sum ocu- *1.Cor.12.c.* lus, nõ sum de corpore: num ideo nõ est de corpore? Quæcũq; enim in nobis sunt, diuinæ sunt sapientiæ indiciũ: multò magis oculus, qui totũ corpus gubernat ac regit. Oculus ornat nõ os tantũ, sed totũ corpus. Oculus lucerna est omniũ mẽbrorũ. Quod enĩ sol mũdo, hoc oculus corpori. Extincto Sole omnia perduntur & perturbantur: ita amissis oculis, pedes inutiles sunt, & manus & animus. Corrũpitur enim cognitio. his enim deũ cognouim⁹. Inuisibilia enim *Roma.1.c* ipsius à creatura mũdi per ea quę sunt intellecta cõspiciuntur. Non enim corporis lucerna tantũ oculus est, sed animæ potius. Quare vt in regio quodã loco, D in altiore corporis parte sedẽ sortitus est, & cæteris præfertur sensibus. Hũc igitur formauit Christus, & ne materia eũ nunc, neq; in principio luto indiguisse arbitrareris: qui enim maiora, cũ nihil essent, sine materia effecit, lõgè magis & hæc effecisset. Vt ergo intelligas nõ necessitatis causa hoc fecisse, sed esse eorũ quæ in principio facta sunt opificẽ, illito luto inquit: *Vade, & * lauare.* Vt intelligas nihil mihi luto op⁹ ** νίψαι: lauare, vel laua, potius in voce deponẽtali.* esse ad fingendos oculos, sed vt manifestetur in eo gloria mea. Quòd autẽ de se dixerit, Vt manifestetur gloria dei, addidit, *Me oportet facere opera ei⁹ qui misit me.* Hoc est, manifestare meipsum, & facere eadẽ quę pater: nõ similia, sed eadẽ: quod maioris est cõuenientiæ, neq; de his etiam quę vel minimùm differũt dici potest. Quis ergo cõtradixerit, cùm eadẽ quæ pater operatus sit? Neq; enim tantùm finxit oculũ, aut aperuit, sed visum largitus est: quod sanè argumentũ

Universidad de Deusto Biblioteca

est etiam animam inspirādi,qua non operante, oculus etiam perfectus minimè videre potest. Quare & animæ vigorē,& membrū arteriis,neruis,venis,sanguine,& cæteris omnibus ex quibus corpus nostrū constat perfectum,largitus est. *Me oportet operari,dum dies est.* Quid hoc significat?quā habet consequentiā? Sanè magnā.tale enim est quod ait, Donec dies est, dū licet hominibus in me credere, dū hæc durat vita,laborādum est. *Venit nox.* Hoc est,futurū tempus. *Quando nemo potest operari.* Non dixit,quādo non potero operari:sed nemo potest operari:id est,quando non est amplius fides,neq; labores,neque pœnitentia. Quòd enim opus fidem appellet,dicūt ei: Quid *Supr. 6.* faciemus,vt operemur opera dei?Respōdet,Hoc est opus dei,vt credatis in eum quē ille misit. Quomodo ergo hoc opus nemo potest tunc operari?quoniā fides nō est,sed velint nolint omnes acquiescent veritati. Verùm ne quis ad ambitionē hæc referret,eorum gratia omnia facere profitetur,qui in hac tantū vita habent credendi potestatem,& non amplius ibi quicquā sibi possunt proficere. Ideo neq; accedentem ad se cæcum curauit. Nam q; curari mereretur, & si vidisset,credidisset,& ꝓcurrisset ad Iesum:neq; si præsentē à quoquā audisset, accedere neglexisset, ex sequētibus cōstat,ex eius videlicet fortitudine,& fide. Poterat eñ secū cogitare,& dicere,Quid hoc? lutū fecit,& liniuit oculos meos,& dixit,Vade,lauare,non potuit me prius curare, & inde ad Siloā mittere?Sæpenumero illic me laui, & multi mecū,& nihil profeci.Si quid posset,corā ostēdisset.Quēadmo- *4.Reg.5.c & Luc. 4.c* dū & Naamā aduersus Helisæū dicebat.Iussus enim lauare se in Iordane non credidit, cùm magna esset tunc Helisæi opinio.Cæcus autem nō diffidit verbis Iesu,neq; contradixit,neq; quicquam cogitauit huiusmodi,Quid lutū illinere oportuit?hoc potius cæcū redderet:Quis vnquā hoc pacto curatus est? Nihil tale reputauit.Ecce fides firma & prompta. Venit nox. Quod indicat post crucē, impios sibi curæ futuros,& multos alliciēdos. Adhuc dies est, post quē penitus eos abscindit, vt statim significauit. *Quādiu in mundo sum, lux sum mundi.* Quod & alio in loco dixit, *Infr.12.f* Credite donec lux vobiscū est.Cur ergo Paulus noctē pręsentē vitā appellauit,†Christus diē?]idē dicit, *†alteram vero diē?]* nō verbis,sed sentētia:inquit enim,Nox†pręcessit,] *Rom. 13.d* dies autē appropinquauit. Noctem præsentem vitā *†processit.]* appellat,quoniā in tenebris versamur,vel ꝓpter eius ad diem illam cōparationem.Christus autē noctem futurū tēpus appellat, quoniā peccatores nihil operari poterunt. Nox à Paulo præsens vita appellatur, quia in tenebris sunt,qui in peccatis &incredulitate ** προκέκοφεν, processit, siue progressa est.* degunt.Quāobrem fideles alloquens ait:Nox*præcessit,dies autē appropinquauit,ac si luce illa essent fruituri,& noctē veterē vitā intellexit. Abiiciamus, inquit,opera tenebrarū.Ecce quod illis noctem esse *Rom.13.d* dixit:quare ꝓsequitur,Vt in die honestè ambulem⁹, vt lucē illam cōsequamur.Nā si huius seculi lux tam pulchra est, cōsidera qualis illa futura sit: quātò eñ solaris lux lucernæ lumē excedit,tātò imò lōgè magis illa solarē,quod inde significauit: Sol obscurabitur,ad illius videlicet splēdoris comparationem, vt nō appareat. Quòd si in hac vita vt splēdidas nobis domos,& salubres cōparemus, magnam pecuniarū vim ædificādo anxij consumimus: cōsidera qui nobis subeūdi sint labores, vt clarisimā nobis in cœlis domū ædificemus,vbi lux illa ineffabilis. Hîc enim

A & pugnæ & cōtētiones de terminis & parietibus,illic minimè,nulla inuidia,nullus liuor, nulla de limitibus contentio:& hæc sine dubio relinquenda, illa perpetuò permansura est:hæc tempore consumitur, & multis subiecta est periculis,illa perpetuo manet: hanc pauper sibi comparare non potest, illā duobus potest obolis quiuis emere:vt vidua illa.Quamobrē *Luc.21.a* quàm iam molestisime fero, quòd tot nobis bonis ꝓpositis desidemus,animo deficimus:& vt hîc splēdidè habitemus, omnia facimus: vt autē in cœlo vel paruum comparemus hospitium,nihil curamus, vel laboramus.Dic quæso, vbi hîc domum habere velles,in deserto,an in aliquo paruo oppidulo?Non puto,sed in regiis & magnis ciuitatibus,vbi & rerū copia,&maior nobilitas.Ego tibi talem ciuitatem propono,cuius opifex & author deus est, in qua domū B minori q̃ hîc sumptu,minori labore condere atque ædificare poteris.Aedificāt eam manus pauperum, hęc optima ædificatio, summa sapiētia,sicut quā hîc facimus summa dementia.Etenim si quis te in Persidem visurum regionem illam,& mox reuersurū duceret,iuberétq; vt illic domum strueres: nónne eius amentiam reprehēderes, ac si inutilem suaderet impensam?cur non idē in hoc mundo facis:quē paulò pòst relinques? Sed filiis relinquā, inquies:at illi paulò pòst te etiam sequentur,nonnunquam præcedēt, itidem & eorum posteri,quod etiam te anxium reddet,cùm hæredes tuos non possessuros videas: illic autem nulla huiusmodi suspicio, sed immutabilis & tibi,& filiis,& nepotibus manet possesio, si eandem virtutem imitabuntur.Illam domum Christus ædificat,quo ædificante non opus est alium opificem ac- C cersere,neq; vlterius laborare.Cū deus opus faciendum suscipit,quid amplius curādum? Ille necessaria colligit,ille opus erigit:neq; hoc tantùm mirandum, sed quod etiam satis supérq; optimū, & suprà quàm optare posis ædificium construit: quippe qui optimus opifex est, & maximè tuæ studet vtilitati: Et si pauper es,& volueris hanc domum ædificare, nullā tibi pariet inuidiam:nemo enim inuidus illud domicilium intuetur,sed angeli tuis bonis lętantur:nemo †illud contemnere poterit,nemo] hoc morbo laborans illic habitat. Vicinos ibi sanctos,Paulum,Petrū, prophetas,martyres,angelorum cœtus & archangelorum habebis. Quibus rationibus omnia nostra in pauperes conferamus, vt illa habitacula consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi,per quem,& cum quo patri gloria, simul & spiri- D tui sancto in secula seculorum,Amen. *†illius limites progrediedo vsurpabit nullus enim vicinus]*

Homilia lvj. ex cap. nono.

HAec cùm dixisset, expuit in terrā, & fecit lutū ex sputo,& liniuit lutū super oculos cæci.* Qui aliquā ex lectionibus vtilitatem consequi volunt, nihil his prætermittendum est,propterea scrutari iubemur scripturas. *Supr.5.f* Multa enim quāuis prima facie facilia videantur,magnā tamen sententię profunditatem habēt latentē.Considera propositū textū. Hæc cùm dixisset, expuit in terrā.Cur hoc?Vt manifestetur gloria dei, & quia oportet me facere opera eius qui misit me.Nō enim ab re quę dixerat,reduxit nobis in memoriā euangelista,& subdidit,expuisse:sed vt verba sua operibus cōfirmasse ostenderet. Et cur non aqua,sed sputo ad lutū vsus est?Missurus eū erat in Siloā,ne quid ergo fonti adscriberetur,sed ex ore eius virtutē procesisse intelligeretur,quę illius oculos &

los & finxerit,& aperuerit,inspuit in terrā, hoc euāgelista significans inquit:Et fecit lutū ex sputo. Inde ne ex terra eam processisse virtutē suspicaretur,lauare iusit.Quare igitur istud illico nō fecit, sed ad Siloam misit?vt cæci fides pateret,& perfidiā Iudæorū argueret.Nam credibile erat à pluribus abeuntē illitis luto oculis visum,& re insolita omnium in se oculos conuertisse.Cū enim non facile esset creditu cęcū visum recuperasse,multos viæ lōgitudine testes, & diligētiores spectatores rei insolentia cōparat, vt attentiores facti,iam nō possent an is esset dubitare. Præterea veteri legi se nō repugnare ostēdit,cùm ad Siloam mittit.Neq; illud erat suspicādum , an aquæ illius virtute visum acceperit. Multi enim sæpe illic oculos lauerant,nullā gratiā consecuti, sed tunc fuit virtus Christi,quæ id operata est: ideo interpretatus *Siloa.* est euāgelista Siloā,quod est missus,vt intelligas illic *1.Cor. 10. a.* à Christo curatū,vt Paulus inquit: Bibebant autē de spiritali consequente eos petra, petra autē erat Christus.Quēadmodū ergo Christus petra erat spiritalis, ita & Siloa erat spiritalis. Mihi autē videtur* repentinam aquę efficaciam arcanū nobis significare mysterium.Quónam?Admirabilē,& præter omnium spem apparitionē.Sed intuere cæci animū in omnibus parentē, præbuit os, nihil solicitus an lutū esset, an sputū,&quid sibi Siloa opus esset,& si hoc,cur illo? Non cur lutū liniret super oculos, aut cur lauari præceperit,nihil tale reputauit: illud duntaxat curauit,vt parēret in omnibus operanti : & in nullo perturbatus est.Quòd si quis rogaret,quomodo obluto luto viderit,me modū nescire profiteor: & quid mirum si nescimus?Neq; enim euāgelista,neq; ipse qui curatus est,norat:sed factū nouit, modum deprehēdere nō potuit,quod interrogatus respondit: *Lutum imposuit oculis meis,& laui,& vidi.* Rationem dicere nō potuit licèt sæpius interrogatus. *Itaque vicini, & qui viderant eum prius,quia mendicus erat,dicebāt:Nónne hic est qui sedebat,& mendicabat? Alij dicebant,quia hic est.* Magnitudo rei ad incredulitatē trahebat, licèt tot modis essent ad credēdum allecti. Alii autem dicebant: Nónne hic est qui sedebat,& mēdicabat? Papæ quò dei descēdit humanitas? Benignissimè mēdicos curat,Iudæis silentiū imponit, quòd non claros & generosos viros,non principes,sed obscuros etiā † sua] dignos prouidētia ducebat. Venerat enim ad omniū salutē:& vt in paralytico,ita in hoc factum est. Neq; enim ille qui se curasset norat,neq; hic:quod ꝓpter Christi discessum accidit,† qui semper ad subueniēdum indigentibus properabat,] vt omnis signorum dubitatio tolleretur.Qui ergo eū non nouerāt,quomodo ad gratiā loquerentur? Sic confirmabant miracula:neq; enim ostiatim hic cæcus mēdicabat, sed sedebat ad tēpli ianuam. Dubitantibus ergo omnibus de ipso,respondit:*Ego sum.*Non puduit cæcitatis, neque populi furorem veritus est. Nihil dissimulauit beneficium pręedicare. *Dicunt ei:Quomodo aperti sunt tibi oculi? Respōdit eis:Ille homo,qui dicitur Iesus.*Quid dicis? huiusmodi homo operatur ? Sed nihil adhuc de eo magnū opinabatur. *Fecit lutū,& vnxit oculos meos.* Verax sanè,nō dicit vnde fecerit,quod nō viderat,sensit autem vngi. Et dixit mihi : Vade ad natatoriā Siloæ. Et vnde norat Iesum locutū? Ex sermone quem ad discipulos habuerat. Et hæc omnia dicēs,rē testificatur,modū ignorat.Quòd si autem in his quæ sensu & tactu percipiūtur,fide opus est, longè magis in

** τὸ ἀθρόον τοῦ ὕδατος παρουσίας, id est repentinū aquæ defluxū siue aduentū.* *† eadem.]* *† discedebat autem Iesus semper curās]*

A his quæ videri nō possunt. *Et dixerunt ei, Vbi est ille?ait, nescio.* Dicebant autē, Vbi est ille,† clamantes iam cōtra ipsum.]Intuere hîc Christi humilitatem. Curatos dimittebat,quippe qui non gloriā,non populi plausum,non digito monstrari volebat. Et vide quoniam verè cæcus ad omnia respōdet. Quærebāt illi ipsum inuenire,vt eum ad sacerdotes adducerēt:cùm non inuenirēt, illū ducūt vt melius interrogaretur. Ideo euangelista sabbatū fuisse dicit,vt prauam eorū mētem ostēdat,& cur Iesum quærerēt, vt ansam aliquā haberent calumniandi miraculū propter legis transgressionē:& hoc cōstat, q; statim, quomodo oculos ipsius aperuerit,interrogarūt. Et considera eorū verba. Non dicunt,quomodo vidisti:sed,quomodo aperuit tibi oculos?vt darent ei materiā † opus illud calumniandi.]Ille autē tanquam non ignaris rei, breuiter respondet. Neque enim Iesu meminit, neq; q; B dixerit, Vade,lauare:sed tantùm, *Lutum imposuit super oculos meos,& laui,& video.* Ac si maximo in crimine Christū deprehēdissent,ita mouētur:quasi dicerent, Ecce quæ Iesus operatur in sabbato, lutū illinit. Tu autē cæci constantiā intuere. Quòd enim primū ab illis interrogatus dixerit veritatē, minimè mirū est: nunc vero admirandum, q; perterritus neq; negat, neq; prioribus verbis contradicit. Quid Pharisęi,vel alij potius? Adduxerūt eum tanquam negaturū, sed contrà euenit, manifestius quod nolebāt intellexerunt:quod semper cōtingebat, vt apertius in sequētibus ostēdemus. Quid Pharisæi? *Quidā*(non omnes: sed pertinaciores)*dicebāt: hic homo non est à deo,quia sabbatū non custodit. Alij autē dicebant : Quomodo potest homo peccator hæc signa facere?* Ecce q; signis alliciebātur. Nā C qui anteà miserāt vt adduceretur:audi quid nūc,etsi non omnes,dicāt. Etenim licèt principes gloriæ cupiditate in incredulitate persisterēt,multi tamē crediderunt,quanuis nō confiterentur: populus autem inglorius erat,vtpote qui nihil in synagoga poterat, principes clariores difficilius acquiescebant. Hos igitur principatus amor,illos metus continebat: quare inquit,Quomodo potestis credere, qui gloriā ab hominibus accipitis? *Supr.5.g* Et ipsi quidē qui iniustè interficere conabātur,dei se esse dicebāt. Qui cęcos curabat, eū ex deo esse non posse,eo q; sabbatum non seruasset,quod alij negant: quoniā peccator hæc signa facere nō potest. Illi malignè omisso miraculo,quę videbatur transgressio,adducunt in mediū. Non enim dicunt,in sabbato curat: sed sabbatum nō custodit. Hi infirmè subticent,probandū nanq; erat non sol- D uisse sabbatū. Ex signis tantùm confirmant:neq; immeritò adhuc hominē eum arbitrabantur. Quòd si si deū nossent,aliter eū excusare potuissent,q; videlicet sabbati dn̄s esset, & ipse illud fecerit:sed nondū hoc sentiebant. Nemo tamen audebat sententiā suā palam facere,sed dubitabant,partim timore, partim ambitione. Schisma ergo erat inter eos, quod prius in populo ortū est, inde in principibus:& alij quidē bonū esse dicebant, negabant alij, q; deciperet turbam. Vides stultiores multitudine principes etiā se scindentes? Nō tamen generosum quicquam præ se tulerunt,cùm Pharisęos instare intelligerēt. Quòd si omnino se scidissent,cognouissent fortasse veritatē: potest enim quis rectē scindi,idcirco inquit:Nō veni mittere pacem in terram,sed gladium. *Mat.10.d* Est & mala cōcordia,& discordia bona. Siquidē qui turrim ędificabant,concordes erant in malo suo, inde etsi in- *Gene.11.a* uiti,ad

† eum iā interficere cupiētes] φονῶντες. interpres autem legisse videtur, φωνοῦντες. *† illū calūniādi propter operationem]*

Universidad de Deusto
Biblioteca

uiti,ad bonũ tamen diſſenſerunt.Et ſocij Chore ma-
Num.16. lè cõueniebãt,[ideo bene diuiſi ſunt.]Et Iudas cum
Iudæis prauè cõſenſit. eſt ergo bona diſcordia,& cõ
Matt.5.e cordia mala. Quãobrem ait:Si oculus tuus ſcandalizat te,erue eum:& ſi pes,abſcinde. Quòd ſi mẽbrũ malè coniunctũ abſcindendũ eſt, nónne longè magis praui amici?Quare concordia non ſemper bona, ſicut neq; diſcordia mala.Dico hoc,vt malos fugiamus,ſequamur bonos. Nam ſi mẽbrum inſanabile, metu ne reliqua corrũpat,incidimus, nõ q̃ illud negligamus, ſed vt ſeruemus cætera: quantò magis in his,qui malè nobis iuncti ſunt,ita faciendũ?Quòd ſi eos meliores reddere poſſemus, & nobis nõ officeremus,omnia eſſent faciẽda: ſin incorrigibiles ſunt, & nos lædũt,abſcindẽdi ſunt à nobis. Sæpe eñ hoc
1.Cor.5.d pacto magis proficiũt:vnde Paulus,Auferte malum
Ibidem.a de medio veſtrũ: &,vt tollatur de medio veſtrũ qui
hoc opus fecit. Grauis eteñ, grauis eſt conuerſatio malorũ. Nõ tam cito peſtis attingit,& ſcabies corrũ pit inquinatos & morbo correptos,vt prauorũ homi
1.Cor.15. num malicia. Corrũpunt enim bonos mores collo-
d. quia mala.Et pro pheta: Egredimini ex medio eorũ,
Hier.51.e & ſegregamini. Nemo igitur malũ amicum ſibi conciliet.Nam ſi perditos filios emãcipamus,neq; veremur naturam,neq; eius leges, neq; vllam neceſſitudinem:lõgè magis notos, & cõſuetudine deuinctos fugiemus,ſi mali erũt. Quanuis enim nullũ inde nobis proueniat detrimentũ, malas tamen ſuſpiciones vitare non poſſumus. Alieni enim vitã noſtram non perſcrutãtur,ſed à ſociis & cõſuetudinibus iudicant.
Rom.12.d Hæc cadẽ nuptas & virgines hortor. Prouidẽtes,inquit,bona nõ modò in cõſpectu domini, ſed & hominũ.Totis ergo viribus adnitamur, ne per nos ſcãdalizetur proximus: Vita etenim etſi rectiſſima ſit,ſi aliis erit ſcãdalo,totũ amittit.Et quomodo poteſt recta vita ſcãdalizare? Cũ peſſimorũ conſuetudo non bonã homini inurit opinionẽ. cùm enim nobis ipſis fidẽtes,cum malis cõuerſamur,etſi nos nõ offendimus,alios tamẽ ſcãdalizamus. Hæc viris,vxorib⁹, & virginibus dicta ſint,quorũ conſcientia,quæ inde mala ꝓueniãt,diiudicet.Ego nihil mali ſuſpicor,neque alius fortaſſe perfectiorũ: ſi ſimplicior frater in tua offendatur perfectione,oportet eius cõſulere imbecillitati.Quòd ſi ipſe nõ offenditur,offendetur ta-
1.Cor.10. men Gentilis.Paulus autẽ iubet vt ſimus ſine offen-
g. ſione & Iudæis & Græcis,& eccleſiæ dei. Ego nihil
1.Cor.13. mali de virgine ſuſpicor,diligo virginitatẽ.Dilectio malũ nõ cogitat.Maximè hanc veſtrã amo cõſuetudinẽ,neq; poſſum abſurdum aliquid de ea cogitare. Sed quomodo externis id perſuadebimus? Debem⁹ eorũ rationẽ habere.Quãobrẽ ita res noſtras diſponamus,vt nemo infidelium noſtra cauſa iuſte poſſit offendi.Nã ſicut qui rectè viuũt,deum glorificãt:ita qui prauè,occaſionẽ præbẽt,vt deus blaſphemetur.
Matt.5.b Sed abſit vt veſtrũ aliquis ſit eiuſmodi:verũ ita luceant opera veſtra, vt glorificetur pater veſter q̃ eſt in cœlis:& vos eius gloria perfruamini:quã nos oẽs vtinã cõſequamur, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem, & cum quo patri gloria, ſimul & ſpiritu ſancto,in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia lvij.ex cap.nono.

† *quia.*] *Icunt ergo cæco iterum:Tu quid dicis de illo,* † *qui*] *aperuit oculos tuos?Ille autem dixit: Quia propheta eſt.Non crediderunt ergo Iudæi.* Scripturæ non ſimpliciter,neq; temerè,ſed q̃ diligentiſſimè legẽdæ

A ſunt,ne quis ſcrupulus oboriatur:etenim nõ immeritò hoc in loco quiſpiã dubitaret,cur cum dixerint, Hic homo à deo nõ eſt,quia ſabbatũ nõ cuſtodit:inde eũ interrogarint,Tu quid dicis de illo,† qui]ape- † *quia.*]
ruit tibi oculos,& nõ † qui] ſoluit ſabbatũ?At excu- † *quia.*]
ſationẽ pro accuſatione poſuerũt.Quid ergo dicendũ?Nõ ſunt hi qui dicebãt,Hic nõ eſt à deo: ſed qui diſſentiebãt,dicẽtes: Homo peccator nõ poteſt hæc ſigna facere. Cũ ergo magis vellẽt illis ſilentiũ impo
B nere,ne Chriſtũ ipſi defendere viderentur,eum qui eius virtutẽ in ſe expertus erat,in medium adducũt, & interrogant. Tu autẽ intuere pauperis ſapiẽtiam, quæ cæteros ſuperauit.Cõfeſſus eſt prophetam eſſe, neq; prauũ Iudæorum iudiciũ ipſum perterrere potuit,cũ dicerẽt: Quomodo poteſt eſſe hic à deo, qui ſabbatũ nõ cuſtodit? *Et nõ crediderunt Iudæi quòd cæcus*
fuiſſet,& vidiſſet,donec vocauerunt parẽtes eius qui viderat.
Tu autẽ conſidera quot modis miraculũ tegere & abolere conantur. Verũ huiuſmodi eſt veritatis natura,vnde magis oppugnatur,inde magis confirmatur:& quò magis obtegitur, eò clarior euadit. Niſi enim iſta facta eſſent, miraculũ ipſum apud multos ſuſpectũ eſſe potuiſſet:nũc vero perĩde ac ſi ſtudioſe agerent vt veritatẽ nudarẽt & manifeſtarẽt,ita omnia faciunt:nec aliter facere potuiſſent, ſi in Chriſti patrociniũ omnia feciſſent. Etenim eũ etiã per modum calumniari tentarũt,dicentes: Quomodo aperuit tibi oculos?quaſi dicerẽt, nũquid magia aliqua? quod alibi cũ factum velare ac refellere nõ poſſent, ſanationis modũ calumniari tentarũt, dicentes, Nõ *Matth.12.*
eiicit dæmonia niſi in Beelzebub. Et hic rurſum cũ *& Luc.11*
nõ haberent quod dicerent,ad tẽpus & ſabbati ſolu
C tionẽ confugiunt, & q̃ peccator eſt. Atqui cũ ſuperius eum interficere,& opera eius arguere tentarent, audenter eos interrogauit,Quis ex vobis arguet me *Supr.§.f*
de peccato?& nemo reſpõdit, nemo eũ blaſphemiæ arguit,cũ ſe ſine peccato ꝓfiteretur.Quòd ſi ĩ aliquo argui potuiſſet,minimè tacuiſſent.Nam qui dicentẽ ſe ante Abrahã eſſe,lapidibus petierunt, & à deo nõ *Ibidem.g.*
eſſe:& ſe à deo eſſe gloriati ſunt,cũ eſſent homicidę: & tot miracula faciẽtem, deo cõtrarium, & ſabbatũ non cuſtodire obiecerunt:ſi vel vmbrã aliquam criminãdi habuiſſent,nõ ſanè tacuiſſent. Quòd ſi propterea peccatorẽ vocant,quoniã ſabbatum ſoluere videretur,friuolũ profectò hoc crimen,& † multam † *& vt frẽ*
eorum arguit temeritatẽ.]Quamobrem his diſtracti *gidum ac*
rationibuꝰ,impudẽtius quiddam aggrediuntur.*Non* *ineptũ ab*
*crediderũt,*inquit,*quòd cæcus fuiſſet,& vidiſſet.* Quomo- *eiuſdẽ or-*
D do ergo accuſabant q̃ ſabbatũ non cuſtodiret? Certè tanquã credentes. Nónne multitudini,& vicinis *dinis ho-*
qui eũ cognoſcebant,credidiſtis?ſed, vt dixi, mẽdaciũ etſi oppugnare veritatẽ videatur,ſeipſum tamen detegit,& veritatẽ reddit clariorẽ,vt in præſentia cõtigit.Ne quis enim diceret,nihil certi vicinos,& qui eum viderãt attuliſſe,ſed fuiſſe aſsimilẽ,aduocãt parentes, & inuiti miraculũ verum confirmarũt. Nam parentes maximè eũ norant, & cùm eum perterrere nõ poſſent,quin audenter acceptũ publicaret beneficiũ,per parentes infirmare miraculũ arbitrati ſunt. Et vide interrogationis prauitatẽ. aduocatis in medium parentibus,vt metum incuterent,vehementia quadã & indignatione interrogãt, *Hic eſt filius veſter?* Et non dicunt,qui cæcus fuerat:ſed,quem vos dicitis,quia cæcus natus eſt?ac ſi malè facerent,& opera Chriſti cõfirmarent.O ſceleſtos,& plus quàm ſceleſtos:&

ſtos: & quíſnã pater ità de filio mentiri optaret? tantùm nõ dicẽtes,quẽ vos cæcum feciſtis, imò & vbique cæcũ prædicaſtis,quomodo nunc videt? O dementiã:veſtra hæc malignitas, veſtrũ commentum. Dupliciter ergo ad negandũ eos impellere conãtur, dicendo:*Quem vos dicitis,& dicendo,quomodo nunc videt?* De tribus itaq; parentes interrogati,an filius eorum eſſet,ſi cæcus fuiſſet, & quomodo videt: duo tãtùm confitentur,tertiũ ſe neſcire dicunt,vt magis veritas probaretur, vt nemo præter ipſum curatũ, & maximè ad id teſtandũ idoneũ,rem ipſam cõfiteretur. Et quónam modo ad gratiam locuti eſſent parẽtes,qui eorũ quæ norant,aliqua conticebãt propter metum Iudæorum?Quid ergo dicunt? *Quòd hic eſt filius noſter,*
ſcimus, & quòd cæcus natus ſit: quomodo autẽ nunc videat,
aut quis aperuerit eius oculos, nos neſcimus. Ipſe ætatẽ habet,
ipſum interrogate,ipſe de ſe loquetur. Dignũ fide ducũt,ad
B ſui excuſationẽ,non eſt puer,neq; deſipit, poteſt de ſeipſo teſtimoniũ perhibere.hoc autẽ dicebant propter metum Iudæorũ.Ecce quomodo iterũ euangeliſta eorum mentem,ſententiámq; exponit.Hæc di-
Supra.5.c co,quia cùm ſuperius dixerunt,q̃ æqualem ſe deo faceret:ſi ea non Chriſti,ſed Iudæorum fuiſſet ſententia,addidiſſet ſanè euãgeliſta ita Iudæos intellexiſſe. Cùm ergo parẽtes rurſum ad ſanatũ eos remiſiſſent, iterum vocauerũt eum,& palam quidẽ ac impudẽter non dicunt,nega Chriſtum te ſanaſſe,ſed pietatis vmbra id tentant.*Da,*inquiunt,*gloriam deo.* Nam ſi parentibus dixiſſent,Negate filiũ veſtrum eſſe,& cæcũ natum,perquã ridiculũ fuiſſet:itidem ſi huic negare ſuaſiſſent, manifeſta fuiſſet impudentia: quare non ſic dicunt,ſed alia id aggrediuntur via,dicentes, Da gloriam deo,confitere nihil Chriſtum in te operatũ.
C *Nos ſcimus,quia hic homo peccator eſt.* Quare ergo ipſum
Supra.8.f non reprehendiſtis,cùm diceret,Quis me arguet de peccato?Vnde eum ſcitis peccatorem?& cùm illi dixiſſent,Da gloriam deo,& iſte reſponſum nõ dediſſet,obuiã Chriſto factus,non propterea reprehenſus eſt,ſed rogauit eum Chriſtus,*Credis in filium dei?* Vt intelligas ita dari gloriã deo.Quòd ſi non eſſet æqualis
† *qui hono-* patri,non eſſet æqualis gloria:ſed cùm † idem qui pa
rat filiũ, trem honorat,honoret & filium] meritò non argui-
ipſe eſt qui tur cæcus.Cùm ergo expectarent Iudæi,vt parentes
honorat miraculũ negarent,nihil tale dixerunt.Cùm verò ni
patrem.] hil ſe ex eo conſecutos vident,iam peccatorẽ eſſe calumniantur.Reſpondet ille: *Si peccator eſt,neſcio: vnum*
ſcio,quòd cùm cæcus eſſem,nũc video. Nunquid timuit cę-
D cus?minimè. & quomodo qui prophetã aſſeruerat, nũc dicit:Si peccator eſt,neſcio?Nõ ita affectus erat, neq; id ſibi perſuaſerat: ſed volebat rei ipſius teſtimonio,nõ verbis ſuis eum à crimine liberare, & defenſionẽ credibilem reddere,q̃ beneficij teſtimoniũ ipſos cõdemnaret.Nam ſi poſt multa verba dicente eo,quòd niſi eſſet dei cultor,non potuiſſet hęc ſigna facere:ita indignati ſunt,vt dicerẽt,*In peccatis natus es*
totus,& tu doces nos? Si hoc à principio dixiſſet,in quã non prorupiſſent inſaniam? Si peccator eſt, neſcio: quaſi dicat,nihil de hoc in præſentia dico,nihil pronuncio:illud quidẽ manifeſtè noui,&affirmare poſſum,ſi peccator eſſet,non hæc faceret. Quibus verbis neq; ſe, neq; teſtimonium ſuum ſuſpectum reddidit,q̃ ad gratiam loqueretur, ſed rem ipſam teſtificaretur.Quum igitur quod factũ erat,euertere aut tollere non poſſent,iterũ ad priora reuertuntur,modúmq; curationis diligentius percõtantur, more ca-

A num venatione ſibi propoſita, nunc huc,nunc illuc diſcurrentes,& ad † eundem redeuntes locũ,] vt aſ- † *priorem*
ſidua percontatione eum ad ſuam trahant voluntą- *redeũt ſer*
tem:& aiunt, *Quid fecit tibi? quomodo aperuit tibi oculos?* *monem.*]
Ille cõfundẽs eos,acriuſ iam inuehitur:donec enim miraculũ diſquiri & iudicari oportuit, verecundius locutus eſt:cùm autẽ planè patuit,bona cauſa fretus, eos audacter aggreditur,aitq;: *Dixi vobis ſemel,& me*
non audiſtis,quid iterum vultis audire? Conſidera mendici aduerſus ſcribas & Phariſæos fiduciã: tam valida eſt veritas,tam imbecille mendaciũ.illa enim etiam imbecilles corroborat,& claros reddit, hoc etiã fortes deprimit atq; debilitat:quaſi dicat mendicus, Verbis meis non attenditis,ideo nihil amplius dicam, neq; reſpõdebo, cùm me ſæpius fruſtra interrogaueritis: neq; vt rem ſciatis,velitis audire, ſed vt audita calũ-
B niemini. *Nunquid & vos vultis diſcipuli eius fieri?* Iam ſe diſcipulis adnumerat:hoc enim ſignificat,Nunquid & vos?eos præterea arguit,& vituperat,& meritò ſanè.Cũ enim intelligeret hoc eos maximè lædere,ita locutus eſt:indiciũ ſanè fidentis animi,& ad ſuperna euolantis,& illorũ contemnentis inſaniam. Ad hæc eius maximã oſtendit dignitatem, † cui maximè fi- † *ob id qđ*
dit,&] q̃ quem admirari & colere deberent,eum cõ *maxime ſi*
tumelia afficiunt:ille tamen non afficitur, ſed quod *dit & de*
ipſi ad contumeliam faciunt,honoris loco accipit. *mõſtrat.*]
*Tu diſcipulus illius,*inquiunt,*ſis, nos autem Moſi ſumus diſcipuli.*Sed non ſequitur,non enim Moſi,nec Chriſti eſtis.Si Moſi eſſetis,eſſetis & Chriſti. Idcirco ſuperi⁹ inquit Chriſtus:Si crederetis Moſi,crederetis & mi- *Suprà.5.g*
hi,de me enim ille ſcripſit.Cum enim ad hos ſemper ſermones cõfugerent: *Nos ſcimus quòd Moſi locutus eſt*
C *deus.*Cuius teſtimonio?Maiorũ,aiũt,noſtrorum. ſed nónne maioris authoritatis eſt,qui hæc per ſigna cõfirmat q̃ maiores veſtri?nam à deo venit, & cœleſtia loquitur.Et nõ dixerunt,Nos audiuimus quòd Moſi locutus eſt deus: ſed, ſcimus. Et audita vos Iudæi ſcire aſſeueratis,viſa autem auditis minora arbitramini?Atqui illa quidem minimè ſcitis, ſed audiſtis:hæc non audiſtis,ſed vidiſtis. *Cæcus autem, In hoc*
*enim,*inquit,*eſt mirabile,quòd vos neſcitis vnde ſit.* Et talia ſigna facit,quum nõ homo inſignis apud vos,neque clarus,neque glorioſus hæc poſſit:vt ſit vndique manifeſtum deum eſſe, neque vllo humano egere auxilio.*Scimus autem quòd deus peccatores non exaudit.* Cùm enim anteà dixiſſent: Quo modo poteſt homo peccator hæc ſigna facere,eorum innititur ſententiæ,& eadem verba commemorat.Opinio mea, inquit, & veſtra cõſentit,in ea permanete. Et intuere viri prudentiam.Semper in ore habet miraculũ, quod cùm carpere nõ poſſent,ab eo ratiocinatur.Vides illa verba,Si peccator eſt,neſcio,non eſſe dubitantis?Abſit. norat enim non eſſe peccatorem. Ecce nũc tempori
D quo modo reſpondet. *Scimus autem quòd deus peccatores*
non exaudit:ſed ſi quis dei cultor eſt,& voluntatem eius facit.
Vbi non modò eum à peccatis abſoluit,ſed acceptiſſimum deo, & omnia dei opera facientem demonſtrat.Nam cùm ſe Iudæi dei cultores dixiſſent, ideo addidit,Et voluntatem eius facit:quaſi dicat:non ſatis eſt deum cognoſcere. Inde miraculum extollit, *A ſeculo nõ eſt auditum,quòd aperuit quis oculos cæci nati.* Si ergo confiteamini deum nõ exaudire peccatores, & hic ſignum fecit,quale nemo vnquam alius,conſtat omnia virtute aſſecutũ,quæ humanã lõgè exuperat. Ad quem Iudæi:*In peccatis natus es totus, & tu doces nos?*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Donec eum negaturum ſperarunt,dignũ cui crederent exiſtimarũt,&ſemel atq; iterum eum vocarũt. Quòd ſi ei non credendũ ducebatis,cur aduocaſtis? cur iterũ interrogaſtis? Cùm vera nihil veritus locutus eſt,& ideo maxima erat admiratione obſeruãd⁹, tunc accuſant. Quid autẽ ſignat, In peccatis natus es totus? exprobrãt ei cæcitatẽ: ac ſi dicãt, A prima ætate ĩ peccatis es: quaſi ideo fuiſſet cæcus, q̃d nõ ſequebatur: quem cõſolatus Chriſtus, ait: In iudicium ego veni in hunc mundũ, vt non videntes, videãt: & qui vidẽt, cæci fiãt. In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Et quid dixerat? nunquid ſuã ſentẽtiam attulerat, & non potius cõmunem, cùm inquit: Scimus ꝙ deus peccatores non exaudit? *Et eiecerũt eum foras.* Ecce veritatis prẹconem, quomodo ſapientiã non impedit paupertas. Vides quot audiuit à principio, & quot pertulit, & quomodo verbis & operibus teſtatus eſt? Hẹc autẽ ſcripta ſunt ad imitationẽ noſtram. Nã ſi is qui mẽdicus erat, qui cẹcus, qui Chriſtũ non viderat, ante eius hortationẽ tantũ confirmatus eſt, vt in cõſpectu totius populi homicidæ, furentis, inſani, & eius voce Chriſtũ damnare cupiẽtis, nec aſſenſus ſit, nec acquieuerit, ſed perquã fidenter eorũ os obſtruxerit, & expelli maluerit, q̃ ſubticere veritatẽ: quãtò magis nos, qui tandiu in fide viximus, qui per fidem tot miracula intuiti ſumus, qui maiora q̃ ille accepimus beneficia, qui interiorib⁹ oculis arcana myſteria cõſpicamur? Nos igitur in tantum vocatos honorem, incredibilem pro Chriſto fiduciã prẹ nobis ferre oportet cõtra eos qui aliquid accuſare, & lo qui aduerſus Chriſtianos moliuntur: eorũ linguæ cohibendæ ſunt, neq; temerè eis parcẽdum. Hoc autẽ facere poterimus, ſi cõfidemus, ſi ſcripturis operã dabimus, neq; eas audire neglexerim⁹. Nã ſi quis attẽtionẽ huc ingreſſus adhibuerit, etiã ſine domeſtica lectione, annuo ſpacio ſatis proficere poterit. Neq; enim hodie vnũ, cras aliud legimus, ſed ſemper idẽ. Veruntamen nonnulli tã miſerè affecti ſunt, vt diutius audiẽdo ne nomina quidẽ librorum intelligãt, nec pudet, nec verẽtur tã negligẽter in dei concionẽ ingredi. Quòd ſi citharœdus, vel ſaltator, vel mimus aliquis ad ſcenã aduocaret ciuitatẽ, omnes frequenter cõcurrerent, & * admoniti gratias haberẽt, in quo ſpectaculo diei dimidiũ conſumunt, nulli alij negocio vacãtes: Deo autẽ nos per prophetas & apoſtolos alloquente, oſcitamus, deſidemus, hallucinamur, & plurimũ faſtidim⁹, quare in forũ egredimur: in hyeme verò cùm pluuia, & lutũ impeditet, domi ſedemus: at in * theatris ſine tecto, quo à pluuia defendamur. Maxima pars imbre, vento, frigore, luto, viæ lõgitudine contẽpta, inſani perſtiterũt, nulla eos cauſa domi cõtinet, nulla quin ad ſpectacula frequẽtes cõfluãt prohibet: huc ſub tectum ſine frigoris & pluuiæ iniuria, ad animæ ſuæ ſalutẽ nemo ea alacritate cõcurrit. Súntne hæc tolerãda? Ideo in illis apprimè edocti, in neceſſariis q̃ pueruli imperitiores ſum⁹. Quòd ſi quis te aut aurigã, aut ſaltatorẽ vocaret, cõtumeliã id duceres, eáq; pro viribus propulſares: ire autẽ ad eorum ſpectacula nõ recuſas, & cuius artis nomẽ fugis, eam ferè omnẽ proſequeris: cuius autẽ & nomẽ, & res, hoc eſt, eſſe & vocari Chriſtianus profiteris, quídnã ſit, nõ intelligis. Quid hac dementia peius? Hæc frequẽter vobis dicere ſtatui, verũtamen veritus ſum, ne fruſtra, & ſine fructu mihi odiũ cõparem. Video enim nõ iuuenes tantùm, ſed & ſe-

* τῆς κλήσεως, vocationis, id eſt quòd inuitati eſſent.

* ἱπποδρομίαις, ludis circenſibus, vbi equorum curſu res agitur. aurigæ enim poſtea mẽtionẽ facit.

A nes inſanire, quorũ gratia maiorem in modum erubeſco, cùm video virũ canicie venerabilem, eam labefactantẽ, & filium ſecum trahentẽ. Quid hoc magis ridiculũ? quid indignius? filius à patre impudentiã diſcit. Mordent hæc vos verba? hoc & ego volo. Verba vos mœrore afficiãt, vt per opera à turpitudine liberemini. Sũt enim nõnulli multò his frigidiores, quos iſtiuſmodi verborũ nõ pudet, ſed ꝓ re multa verba faciũt: quos ſi rogaueris quis Amos ſit, quis Abdias, quot prophetæ: quid reſpõdeant, neſciũt: de equis, aurigis, ſophiſtis, rhetoribus, quãuis reddãt rationẽ. Inde quæ hinc iactura, quod detrimentum ſequatur, interrogant. Propterea ingemiſco, quoniam quod ſit damnũ, quod malum, non intelligitis. Dedit tibi vitã deus, vt ſe coleres: tu eam incaſſum & inutiliter cõſumis. Quæris, quod ſit damnũ? Si vel parum argenti temere cõſumpſeris, id omnino damnũ
B appellas: ſin totos dies in diaboli operibus cõſumpſeris, nihil amiſiſſe opinaris. Opus eſt in ſacrificiis, & precibus vitã omnẽ impẽdere: tu ad clamores, perturbationes, obſcœna verba, cõtentiones, intẽpeſtiuas voluptates magicas vitã tuã temere cõſumis, & in tuum conuertis detrimentũ: & cùm hæc cõmiſeris, quod damnũ acceperis interrogas: neq; intelligis omnia potius amittenda, q̃ tempus. Aurũ amittis, poterit recuperari: amiſſum tẽpus difficulter. Breue nobis in præſenti vita præſtatur, quo niſi in neceſſariis vtamur, quid illuc migrãtes faciemus? Dic quæſo, ſi cui filiorũ tuorum prẹciperes, vt aliquã artem diſceret, ille autẽ vel domi, vel alibi tẽpus fruſtra cõtereret, poſſétne apud magiſtrũ excuſari? Nónne diceret, cõuenimus, tẽpus ſtatuiſti? Si tibi nõ curæ eſt,
C vt apud me arti incũbat filius, quomodo eũ erudiemus? Hæc & vobis dicenda ſunt. Nã exiget à nobis deus rationẽ. Vobis, inquiet, tempus dedi, vt pietatẽ, vt rectè viuendi artem erudiremini, cur incaſſum & inutiliter hoc tempus cõſumpſiſtis? Cur præceptorẽ frequẽter nõ petiiſtis, neq; doctrinæ vacaſtis? Quòd autem doctrina ſit dei cultus, audi prophetã cùm inquit, Venite filij audite me, timorẽ domini docebo vos. Et iterũ: Beatus vir quẽ tu erudieris domine, & de lege tua docueris eũ. Cũ verò tẽpus inutiliter cõſumpſiſti, quã habebis excuſationẽ? Et qua gratia nobis breue tẽpus præſcripſit deus? O ſtulticiã, ô inſipiẽtiã, pro quo maximæ gratiæ habẽdæ ſunt: q̃d labores nobis, & ſudores minuit, quod requiẽ nobis, & æternitatem largitur, id & reprehẽdis, & moleſto fers animo. Sed neſcio quomodo in tã longũ ſermo-
D nẽ venimus, qui iã finẽ deſiderat. Noſtræ nanq; imbecillitati & miſeriæ tribuendũ eſt, ꝙ longiuſculam faſtidimus orationẽ: in ſpectaculis autẽ à meridie ad noctẽ immorati, cum funabulis domũ reuertimur. Sed ne ſemper vos accuſemus, hoc nobis ac vobiſipſis impendite beneficium, vt aliis omiſſis omnibus, his incũbatis. Veſtro enim lucro & nos lucrabimur gaudiũ, læticiam, laudẽ præterea & remuneratione. Omne autẽ lucrũ veſtrũ erit, quòd tam ſtultè antehac ſaltationibus dediti, propter timorem dei & cohortationem noſtram, vos morbo illo liberaueritis: & vinculis ſolutis, ad deum feſtinaueritis. Neq; illic tantùm mercedem, verumetiã in hac vita veram cõſequemini voluptatẽ. Eiuſmodi nanq; virtus eſt, vt cum futuro præmio in præſenti quoque vita nobis ſuauitatẽ ſuggerat. Pareamus ergo ſcripturæ diuinæ prẹceptis, vt & prẹſentibus & futuris fruamur bonis, gratia

Pſal. 33.e

Ibid. 93.b

gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, cũ quo patri gloria, ſimul & ſpiritui ſancto, in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia lviij. ex cap. nono.

ET audiuit Ieſus quia eiecerũt eum foras: & cũ inueniſſet eum, dixit ei: Tu credis in filiũ dei? Reſpõdit ille, & dixit: Quis eſt domine, vt credã in eum? Qui propter veritatẽ & Chriſti confeſſionẽ malo & contumelia aliqua afficiũtur, hi maxime à deo honorantur. Vt enim qui propter deum pecunias diſpergit, is maxime eas inuenit: & qui odit animã ſuã, is vel in primis amat: ita cõtumelia affectus propter deum, is plurimũ honoratur à deo: quod cæco vſuuenit. Eiectus eſt è tẽplo à Iudæis, & à tẽpli domino inuentus eſt. A peſtifero cõcilio liberatus, ſalutiferũ eſt fontẽ cõſecutus. Contemptus à cõtemptoribus Chriſti, ab angelorum rege honoratus eſt. Hæc ſunt veritatis
B præmia, ita & nos diſperſis his rebus, & pecuniis noſtris, illuc fidẽter proficiſcemur. Si hic inopi largiemur, quieſcemus in cœlis. Si propter deũ nobis maledicetur, & in hac & futura vita laudabimur. Eiectũ è tẽplo inuenit Chriſtus, quẽ euangeliſta hac gratia veniſſe ſignificat vt illi occurreret. Et cõſidera quibus eum præmiis remunerat, ſummo omniũ bonorum. Se enim ei notũ fecit, à quo prius ignorabatur, eúmq; diſcipulis ſuis annumerauit. Et intuere illius diligentiã: dicẽte enim Ieſu: Tu credis in filium dei? reſpondet, Domine quis eſt? Nondũ enim ipſum viderat, quãuis ſanatus: antea nanque cæcus fuerat, ſanatus ad Iudæos adductus eſt, vt enim munerarius athletã victoria inſignẽ & coronatum, ita hũc Ieſus accipit. Tu credis, inquit, in filiũ dei? Quid hoc? Poſt tantã cum Iudæis cõtrouerſiã, poſt tot verba & con
C tentiones, an credat, interrogat: non quòd eius ignoraret animũ, ſed vt notũ aliis faceret, & eius ſe fidem plurimi facere demõſtraret. Cõtumelia me tãtus populus affecit, inquit, ſed nihilipendo, fides vna mihi curæ eſt. Pluris enim faciẽdus eſt vnus, qui domini facit voluntatẽ, quàm multi trãſgreſſores. Tu credis in filium dei? ac ſi præſens quæ dixerat, accepiſſet rogat, & ſui cõcitat deſideriũ. Neq; primum ait, crede, ſed interrogàuit. Quid ille? Et quis eſt domine, vt credam in eum? Deſiderantis & valde inquirẽtis animẹ verbũ, pro quo tãta locutus eſt, eum ignorat? vt veritatis eum amatorẽ eſſe intelligas: nondũ enim eum viderat. Dicit ei: *Et vidiſti eũ, & qui loquitur tecũ, ille eſt.* Nõ dixit, ego ſum: ſed remiſſius adhuc, & vidiſti eũ. Dubium verbũ, ideo manifeſtius ſubdit, Qui loquitur tecũ, ille eſt. At ille ait: *Credo domine: & procidẽs adorauit eum.* Neq; dixit, ego ſum qui te curaui: qui dixi tibi, Vade, lauare in Siloa: ſed his omnibus omiſſis, inquit: Credis in filiũ dei? ille affectũ ſuum eueſtigio adorãdo prætulit, quod pauci curati fecerunt, vt leproſi illi, & alij: hoc pacto diuinã eius virtutẽ demõſtrauit, ne quis eũ verbotenus dixiſſe arbitrari poſſit, opus etiã addidit. Eo autem adorãte, inquit Ieſus: *In iudiciũ ego veni in mundũ, vt non vidẽtes videãt: & qui vident, cæci fiant.* Hoc & Paulus inquit: Quid ergo dicemus? quòd gẽtes non ſequẽtes iuſticiã, acceperũt iuſticiam: iuſticiam autẽ quæ eſt ex fide: Iſrael autẽ ſequẽs legem iuſticiæ, in legẽ iuſticiẹ non venit. His verbis, in iudiciũ veni: magis illum in fide cõfirmat, & qui aderãt excitauit: hoc eſt, Phariſæos qui ſequebantur. In iudiciũ, id eſt, in maius ſupplicium: oſtendens qui ſe tanquã peccatorem damnarẽt, dãnatos

Luc. 17.d

Rom. 9.g

A eſſe: hoc in loco duos viſus, & duas meminit cæcitates, & quæ ſenſu, & quæ intellectu percipiuntur. Tũ quidã ex Phariſæis qui ſequebãtur, dixerunt: *Nunquid & nos cæci ſumus?* Vt in alio loco, Nemini ſeruiuimus vnquã, & ex fornicatione nati nõ ſumus: ita & nunc his ſenſibilibus tantũ inſiſtebãt, & huius pudebat cæcitatis. Inde oſtẽdens melius fuiſſe eis cæcos eſſe, quàm videre, inquit: *Si cæci eſſetis, non haberetis peccatũ.* Cum cæcitatẽ ignominiã putarent, in eos inuehitur, quòd ꝓpterea magis puniẽtur. Ita ſemper humani animi elationẽ comprimit, & ad magnorũ & mirabilium erigit cognitionẽ. Nunc vos videre dicitis, vt antea deũ veſtrum eſſe dicebatis, ſed non videtis: ita quod ſibi laudi arbitrabantur, id ſupplicio fore oſtẽdit. Et à priori quidẽ cæcitate cæcũ natum curauit, nũc de Iudæorũ diſputat cæcitate. Ne enim
B dicerẽt, non propter ſuam cæcitatẽ ad eum non accedere, ſed vt deceptorẽ vitare, huc omnẽ refert diſputationem. At non ſimpliciter euãgeliſta inquit audiſſe hæc Phariſæos, qui cum eo erãt, & dixiſſe, Nũquid & nos cæci ſumus? Sed vt tibi in memoriã reducat, hos illos eſſe qui antea Chriſtũ oppugnabãt, & lapidibus impetebãt. Sunt enim quidã in ſuperficie quidẽ ſectatores, qui facilè in contrariã mutãtur ſententiã: vnde ergo nõ deceptorẽ, ſed paſtorẽ probat, adducendo vtriuſq; indicia, & ſic eis rei veritatẽ inquirendã relinquit. Et primũ quis deceptor & fur ſit, demõſtrat inquiẽs: *Amen amen dico vobis, qui nõ ingreditur per oſtium in ouile ouiũ, ſed aſcendit aliũde, ille fur eſt & latro.* Ecce latronis ſigna: primùm palàm non ingreditur, neq; audet: inde non per ſcripturarũ teſtimonium, quod per oſtiũ ſignificatur. Hic & qui fue
C runt, & qui futuri ſunt notat, & Antichriſtũ, & falſos Chriſtos, & Iudam, & Theudã, & alios huiuſmodi. Merito autẽ oſtium ſcripturas appellat; quoniã nos ad deum ducũt, & eius nobis cognitionẽ aperiunt: ipſæ oues faciunt, ipſæ cuſtodiũt, neq; lupos irrũpere permittunt. Tanquã enim oſtium firmiſſimũ hæreticos arcent, & in tuto cõſtituunt: neq; nos, modò velimus, aberrare vnquã ſinent. Et niſi hoc oſtiũ infringamus, nunquã nos inimici noſtri poterunt expugnare, per hoc oſtiũ † & paſtores, & alij omnes ingrediemur:] in ouile autẽ, hoc eſt, ad oues, & earum curã. Qui enim ſacra non vtitur ſcriptura, ſed aſcendit aliũde: id eſt, non cõceſſa via, is fur eſt. Ecce cum patre conuenientiã, cum ſcripturas in medium proferat. Ideo Iudæis dicebat, Scrutamini ſcripturas. Et Moſem, & prophetas omnes adducit in teſtimoniũ.
D Omnes, inquit, qui audiunt ex prophetis, veniẽt ad me. Et ſi crederetis Moſi, crederetis & mihi: hic idẽ per tranſlationẽ ponit. Hac autẽ particula, Aſcendit aliũde: & ſcribas ſignificat: † qui cum docerẽt, & facienda præciperẽt,] ipſi legẽ trãſgrediebantur, quod ipſe exprobrauit, dicẽs: Nemo veſtrum facit legẽ. Et rectè inquit aſcẽdit, & non ingreditur: nam furis eſt ſepem vel parietẽ aſcẽdere, & cum periculo omnia moliri. Ecce quo pacto deſcripſit latronẽ. Cõſidera paſtoris ſigna. *Qui ingreditur per oſtium, hic eſt paſtor ouiũ, huic oſtiarius aperit, & vocem eius oues audiunt. Et proprias oues vocat nominatim: & cum proprias oues emiſerit, ante eas vadit.* Hæc paſtoris eſt & furis differẽtia. Videamus quo pacto ſequentia cõueniant: Huic, inquit, oſtiarius aperit. Manſit in trãſlatione, vt ſignificantius loqueretur. Quòd ſi ad verba parabolã vis accommodare, nihil prohibet hoc in loco per oſtiariũ Moſem ſignificari;

Cap. x.

† *qui ſint paſtores, et qui non ſint paſtores cognoſcemus*]

Supr. 5.f

Ibidem g.

† *quia docebãt præcepta, doctrinas hominũ &*]

Supra 7.e

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſignificari,cui eloquia dei credita ſunt,cuius vocem
oues audiunt. *Et proprias vocat nominatim.* Cũ enim fre
quenter eum deceptorẽ vocarent, ídq; ex incredu-
Ibidem g. litate ſua cõfirmarẽt,dicẽtes:Quis principũ credidit
in eum:non ex ipſorum pertinacia ſe,ſed illos dece-
ptores putandos,quòd ſibi non crederẽt, & merito
ab ouiũ numero expellẽdos oſtendit.Nam ſi paſto-
ris eſt per ſolitũ ingredi oſtiũ, ipſe per hoc ingreſſus
eſt,& omnes ſecuti poterũt oues eſſe: qui inde ſe a-
†non ipſi paſtorem eiecerũt,] uerterunt,† nõ ipſos paſtor,] ſed ipſi ſe ab ouiũ nu-
mero abdicarunt.Quòd autẽ ſe oſtiũ appellarit, ne-
mo perturbetur:ſiquidẽ & paſtorẽ ſe,& ouẽ dicit,&
variè ſuam prædicat diſpenſationẽ. Quãdo nos pa-
tri offert,oſtiũ:cum noſtri curã gerit,paſtorẽ ſe pro-
fitetur.Ne enim ipſum patri tantũ offerre nos putes,
etiã ſe paſtorẽ dicit.Et oues vocẽ eius audiũt,& pro-
prias oues vocat,& educit eas,& ipſe ante eas vadit.
At contrariũ paſtores faciunt,ſequuntur non præce
dunt. Sed vt ſe omniũ ad veritatẽ inueniendã ducẽ
oſtendat,contrariũ paſtoribus morẽ ſeruat: quẽad-
modum cum oues per orbem dimiſit,non extrà,ſed
in medio luporũ miſit. Lõge enim admirabilior ars
noſtra paſtoralis eſt. Videtur autẽ & cæcus hoc in lo
co ſignificari, quẽ è medio Iudæorũ vocauit, & au-
diuit vocẽ eius,& cognouit. *Alienũ autẽ non ſequũtur,*
quoniã alienorum vocẽ neſciũt. Siue de Theudæ & Iudæ
Acto. 5 f aſſertoribus hic loquatur, omnes, inquit,qui in eos
crediderunt diſperſi ſunt:ſiue de futuris, qui à pſeu-
dochriſtis decipiendi erãt. Et ne dicerẽt ipſum vnũ
illorũ eſſe,plurimũ ſe ab illis diuerſum oſtẽdit,& pri
mum à doctrina ſcripturarũ quibus eos adducit, illi
aliunde: inde ab ouiũ obediẽtia,quia omnes ipſi nõ
viuenti tantum, ſed & mortuo paruerunt, illos vero
quãprimum dimiſerunt. Præterea quod non paruũ
eſt,illi tanquã tyranni per ſeditionẽ omnia faciebãt:
Supr. 6.b à qua ſuſpicione tantũ hic aberat, vt cũ vellẽt ipſum
Mat.22.b regẽ facere,recuſaret:& cum rogarẽt an liceret cen-
† perſolui iuberet, et didrachma ipſe agnoſceret] ſum dari Cæſari, †afferri præciperet vt numiſma co-
gnoſceret.] Ad hæc ipſe pro ouiũ ſalute venit,vt vi-
tam haberẽt,& abundãtius haberent:illi etiam præ-
ſenti vita ſuos priuarũt, qui etiã tradiderunt ſibi cõ-
Mat.17.d miſſos,& fugerũt. Hic adeo generoſe perſtitit,vt ani
mam traderet: illi inuiti, coacti, fugientes quæ paſſi
ſunt pertulerũt,hic ſpõte omnia ſubiuit. *Hoc prouer-*
†quæ eſſent quæ] *biũ dixit eis Ieſus,illi autẽ nõ cognouerũt†quid] loqueretur eis.*
Et qua gratia obſcurius locutus eſt? Vt attẽtiores red
deret:quod mox exponit,inquiens, *Ego ſum oſtiũ: per*
me ſi quis introierit,ſaluabitur, & ingredietur, & egredietur,
& paſcua inueniet. Hoc eſt,ſecurus erit & liber. Paſcua
autem & pabulũ ouium poteſtatem atq; libertatem
ſignat,hoc eſt,nemo inde eũ expellit:quod & Apo-
ſtolis vſuuenit, qui audenter ingreſſi ſunt & egreſſi,
tanquã vniuerſi orbis domini, & à nemine eiici po-
tuerunt. *Omnes quotquot ante me venerũt,fures ſunt & la-*
trones,ſed non audierũt eos oues. Nõ de prophetis hoc in-
telligendũ,vt aiunt hæretici:illos enim audierunt,&
per eos Chriſto crediderũt: ſed de Theuda & Iuda,
& aliis ſeditioſis.Illud pręterea verbũ,non audierũt,
in ouium laudẽ dictum eſt: quod cõtrà eſſet,ſi pro-
phetas non audiſſent, fuiſſent enim maxime repre-
hendendi.Vnde cõſtat,quod ait,nõ audierũt,de ſe-
ditioſis illis dici. *Fur non venit,niſi vt furetur, & mactet*
& perdat. Vt tũc vſuuenit,ſiquidẽ oẽs mactati ſunt &
deperditi. *Ego autẽ veni vt vitã habeãt,& abundãtius ha-*
beãt. Et quid quæſo,vita abundãti is? Regnum cœlo-

A rum,ſed adhuc vitę nomine tanquã eis noto cõten-
tus eſt. *Ego ſum paſtor ille bonus.* Hic iam paſſionẽ inſi-
nuat,q; pro mũdi ſalute moriturus eſt, neq; inuitus.
Inde iterũ ad paſtoris & mercenarij † parabolã] ve- †indiciũ]
nit. *Bonus enim paſtor animã ſuam ponit pro ouibus:mercena*
rius autẽ qui non eſt paſtor,cuius nõ ſunt oues propriæ,videt lu
pum venientem,& dimittit oues,& fugit,& venit lupus,&
rapit eas. Hic ſuã paternę æquiparat poteſtati.Siquidẽ
paſtor ipſe eſt,& cuius propriæ ſunt oues.Intueris al
tiorem in parabolis ſenſum, vbi obſcurius loquitur,
neq; auditoribus cauſam calũniandi præbet. Quid
ergo hic facit mercenarius? Videt lupũ venientẽ, &
dimittit oues,& lupus venit, & rapit eas. Hoc illi fa-
ciebant,ipſe cõtrà.Etenim cum cõprehenſus eſt,in-
quit: Sinite hos abire,vt impleretur ſermo,quia ne- Infr.18.b
mo ex ipſis periit. Hoc in loco poteſt & ſpiritalis lu-
B pus intelligi,quẽ non ſinit vt oues auferat. Hic autẽ
nõ modo lupus,ſed & leo eſt. Nam aduerſarius no- 1.Petr.5.b
ſter diabolus,inquit,tanquã leo rugiẽs,circuit quæ-
rens quẽ deuoret.hic idẽ & ſerpẽs & draco, †ambu- Luc.10.c
labitis]enim ſuper ſerpẽtes & ſcorpiones.Quare vos †calcate]
hortor dilectiſſimi,ſub paſtoris noſtri cuſtodia in pa
ſcuis maneamus.Manebimus autẽ ſi vocem eius au
dierimus,ſi ei parebimus, ſi alienũ nõ ſequemur. Et
quænam vox eſt? Beati pauperes ſpiritu,beati mũdo Matt.5.a
corde,beati miſericordes.Hoc pacto ſub paſtore ma
nebimus, & lupus ingredi nõ poterit: & ſi ingrede-
retur,detrimentũ acciperet: paſtorẽ nanq; adeo nos
amantẽ habemus, vt animã ſuã pro nobis traderet.
Cũ enim & poſſit & amet, quid impedit ne libere-
mur? Nihil ſanè,niſi noſmetipſi deficiamus:qđ quo-
modo accidat,audi ipſum dicentẽ:Nõ poteſtis duo- Ibid.8.d
C bus dominis ſeruire, deo & mãmonæ: cui ſi ſeruie-
mus,grauiſſimæ ſubiiciemur tyrannidi. Omni enim
tyrãno grauior eſt pecuniarũ cupiditas. Nullã enim
voluptatẽ habet,ſed curas,inuidiã,inſidias, odia,ca-
lũnias,& innumera virtutis impedimẽta:deſidiã,lu-
xuriã,auariciã,ebrietatẽ, quæ liberos penitus in ſer-
uitutẽ redigũt,& ſeruis empticiis peiores efficiũt:&
non hominũ tantũ,ſed grauiſſimorũ affectuũ & mor
borũ animæ ſeruos.Hic multa audet,quæ neq; deo,
neq; hominibus placẽt,veritus ne quis hãc ſibi aufe
rat †ſeruitutẽ.] O amarũ ſeruitiũ,ô diabolicã poteſta †dominationem.]
tem.Hic omniũ affectuũ moleſtiſſimus eſt, cum tan
tis malis deuincti gaudemus, & catenas libẽter am-
plectimur,& tenebrarũ carcerẽ habitãtes, in lucem
prodire nolumus: ſed malis inhæremus,malis oble-
ctamur.Quare de nobis minime ſperandũ eſt,vt re-
D ſipiſcamus,qui peiori q̃ qui metalla effodiũt,condi-
tione ſumus. Miſerè eñ ſine vlla mercedis ſpe labo-
ramus. Et qđ grauius eſt, ſi quis nos hac captiuitate
liberare vellet, nõ pateremur, ſed ægrè ferremus,&
indignaremur:in nullo hac ratione melius affecti, q̃
q̃ inſania ſint correpti: imò illis omnibus tãto miſe-
riores, q̃ nolumus ab inſania liberari. Nũquid pro-
pterea in hũc mũdũ veniſti? nũ ꝓpterea homo fact⁹
es,vt æs & aurũ accumules? Nõ ideo te ad ſuã finxit
deus imaginẽ,ſed vt ſibi placeas, vt futura bona cõ-
ſequaris,vt cũ angelis pſallas.Quid hãc reiiciscogna
tionẽ? Quid te in extremã,& degenerẽ deiicis inſa-
niã? Qui eodẽ quo tu partu natus eſt,partu dico ſpi
rituali,fame tabeſcit,tu copia rumperis:frater nudo
corpore oberrat,tu veſtes veſtib⁹ addis,q̃ tineis con
ſumũtur:& quãto ſati⁹ foret,vt his egenorũ corpora
tegerẽtur:quæ ſi hoc pacto cõſumerẽtur,illa te cura
abſoluerent,

abſoluerent,& futurã tibi vitam largirẽtur. Quod ſi
non placet,à tineis cõſumptas tandẽ confer in pau-
peres,qui recte eas norunt excutere: etenim Chriſti
corpus,quauis arca honorabilius eſt & ſecurius,q̃p-
pe qđ non tantũ illas cuſtodit,& incorruptas conſer
uat,ſed pulchriores efficit. Arca nõnunquã cum ve-
ſtibus direpta,magno te afficit dãno:quæ pauperib⁹
damus cuſtodienda,neq; morte amittẽtur,neq; ſeris
aut vectibus indigent,non ſeruorũ vigilia,nulla hu-
iuſmodi cautione,omnibus inſidiis libera ſunt,& cu
ſtodita reponũtur, vt credibile eſt, quæ cõmendan-
tur in cœlis. Nulli eñ maliciæ locus ille peruius eſt.
His nos monitionibus nunquã ceſſamus,neque vos
vnquã paretis, cauſa q; puſilli ſumus animi,& terre-
nis inhiamus,& deorſum trahimur:imò abſit,vt vos
omnes damnẽ,tanquã incurabiliter ægrotetis.Nam
ſi diuitiis ebrij,his admonitionibus aures obſtruũt,
pauperes ſaltẽ attẽdere poterũt.Et quid hæc ad pau-
peres inquies? neq; enim aurũ habẽt, neq; tot veſti-
menta: ſed panẽ tamen habent,& aquam frigidam:
Sed & duos obolos, & pedes vt viſitare poſſint infir
mos:linguã etiã,vt ſermone conſolentur vulneratũ:
†caſam, ſiue tectum,] domum præterea vel †tegetẽ,] vt hoſpitẽ accipiant,
habẽt. Non enim innumera talẽta à pauperibus,ſed
diuitibus exigimus.Quòd ſi ad pauperis oſtium do-
minus noſter venerit, obolũ ab eo accipere hoc mo
do non pudebit, ſed maiora quàm à multa dantibus
accepiſſe profitebitur. Quot hic adſtantiũ illo tem-
pore fuiſſe optarent, quo Chriſtus in carne terram
peragrauit,vt cum eo verſati eſſent,& conuixiſſent?
Ecce nũc hoc nobis magis licet,vocare eum ad prã-
dium poſſumus, & cũ eo viuere,& magis proficere.
Eorũ nanq; qui cum eo viuebãt, nõnulli perierunt,
Act.1.c vt Iudas & huiuſmodi: eorum autẽ qui eum in do-
mum ſuã aduocant, & domũ & menſam cõmuni-
cant,vnuſquiſq; maxime laudabitur,& gratię his ha
Mat.25.c bebuntur. Venite,inquit,benedicti patris mei,poſſi-
dete præparatũ vobis regnũ à conſtitutione mundi.
Eſuriui enim,& dediſtis mihi mãducare:ſitiui,& de-
diſtis mihi bibere: peregrinus erã,& ſuſcepiſtis me:
infirmus,& viſitaſtis me:in carcere erã,& veniſtis ad
me. Quamobrẽ,vt audire hoc mereamur,veſtiamus
nudum, colligamus hoſpitẽ, cibum demus eſuriẽti,
ſitiẽti potũ,infirmos & carcere deuinctos viſitemus,
vt ſpe bona veniã conſequamur peccatorũ,& illorũ
bonorũ quæ omnẽ ſenſum excedunt,fiamus parti-
cipes:quæ vtinã omnes cõſequamur,gratia & beni-
gnitate domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria & im-
perium in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia lix. ex cap. decimo.

†& cognoſcor à meis.] *EGo ſum paſtor bonus,& cognoſco oues meas, †&*
cognoſcunt me meæ.] Sicut nouit me pater, & ego
†noui patrem, & animam meã pono pro ouibus.] *†agnoſco patrẽ, & animã meam pono pro ouibus*
meis.] Magnum quiddã dilectiſſimi,magnum inquã
eſt eccleſiæ prælatio; & quæ multa indiget ſapiẽtia,
& fortitudine,qualẽ Chriſtus propoſuit,vt animam
pro ouibus ponamus, & nunquã illas deſeramus,vt
lupo generoſe reſiſtamus.Hæc enim inter paſtorem
Paſtoris & mercenarij differentia. eſt & mercenariũ differentia. Alter propriæ,contem
ptis ouibus, alter ſua contẽpta, ouium ſemper ſaluti
inuigilat.Paſtoris ergo exemplo demonſtrato, dece
ptores duos meminit, furem mactantẽ & rapiẽtem
oues, & mercenariũ permittentẽ, neq; defendentẽ
commiſſas. Per illum Theudã & eius aſſertores, per
hunc Iudæorũ magiſtros ſignat, qui nullam curam

A commiſſis ouibus adhibebãt,quod ſuperiori tẽpore
Ezechiel his verbis inſectatus eſt:†Væ paſtoribus Iſ- Ezec.34.a.
rael,nónne paſcebãt ſemetipſos?] nónne greges pa-
ſcũtur à paſtoribus? ſed illi contrariũ faciebãt,quod †O paſtores Iſrael, nunquid paſcũt paſtores ſemetipſos?] ſic etiã habent lxx. Interpretes.
maximæ maliciæ genus eſt, & plurimorũ cauſa ma-
lorum:idcirco inquit,Neq; quod aberrabat,reduce-
bant:neq; quod perierat, quærebãt:neq; cõfractum
alligabãt,neq; infirmũ conſolidabãt:quoniã ſe, non
gregẽ paſcebant.Idẽ & Paulus alio verbo ſignificat:
Omnes quæ ſua ſunt quærunt,nõ quæ Chriſti Ieſu.
Et iterũ: Nemo quod ſuum eſt quærat,ſed proximi
vnuſquiſq;. Verũ ab vtroq; ſe diſſidere oſtẽdit Chri- Phili.2.c
ſtus: ab illis quidẽ qui in aliorũ perniciem veniunt, 1.Cor.10.e.
cum dicat ſe propterea veniſſe, vt vitam haberẽt, &
abundãtius haberẽt:ab his autẽ qui oues à lupis rapi
negligebãt,dicendo ſe propter eas animã ponere,ne
B oues perirẽt. Nam cum Iudæi ipſum interimere vel-
lent,nõ propterea deſtitit à doctrina,neq; credentes
tradidit,ſed perſtitit & pertulit mortẽ, ideo frequen
ter inquit:Ego ſum paſtor bonus. Quæ cũ nullo niti
teſtimonio viderẽtur, quòd enim poneret animam
ſuam,nõ multo pòſt re monſtratũ eſt:quòd autẽ vi-
tam haberẽt,& abundantius haberẽt, poſt huius vi-
tæ migrationẽ futurum erat,quid agit? alterum ab al
tero cõfirmat.Hoc eſt,quia dat animã,quòd det etiã
vitam:quod & Paulus dicebat, Si enim cum inimici Roma.5.b
eſſemus,recõciliati ſumus deo per mortem filij eius:
multo magis recõciliati,ſalui erimus. Et iterum: Qui Ibid.8.f
etiã proprio filio non pepercit, ſed pro omnibus nõ
bis tradidit illũ: quomodo non etiã cum illo omnia
nobis donauit? Sed qua gratia nunc quoq; eum non
accuſant,vt ſuperius,Tu de teipſo teſtimoniũ perhi- Supra 5.c & 8.b
C bes,teſtimoniũ tuum non eſt verũ? Quoniam ſæpe-
numero eos ſilere coẽgerat, & à ſignis maiorẽ de ſe
opinionẽ concitarat. Inde ne quis ad illam particu-
lam,Et oues vocẽ eius audiũt,& ſequuntur eum:di-
ceret,quid ad non credẽtes? audi quid addit,Et co-
gnoſco oues meas, & cognoſcũt me meæ. Quod &
Paulus his verbis ſignificauit, Non expulit deus po- Rom.11.a
pulum ſuum quẽ †prædeſtinauit.] Et Moſes:Cogno 2.Tim.2.c
uit deus qui erant ſui: hoc eſt,quos †prædeſtinauit.] †præſciuit.]
Ne autem parẽ eſſe cognitionis modũ exiſtimes,ani †præſciuit.]
maduerte quomodo illud per id quod ſubiũgit,cor-
rigit. Cognoſco meas, inquit, & cognoſcor à meis.
ſed non æqualis eſt cognitio. At vbínam eſt æqualis
cognitio? In patre & me: illic enim,Sicut cognoſcit
me pater,& ego cognoſco patrẽ. Quod niſi ſenſiſſet,
cur id addidiſſet? cum enim nõnunquã multitudini
D ſe cõnumeraſſet, vt non more hominis cognoſcere
putaretur,inquit:Sicut nouit me pater,& ego cogno
ſco patrẽ. Tã certò ipſum ſcio,vt ipſe me. Propterea
inquit,Nemo cognoſcit filiũ,niſi pater: & patrẽ,niſi Luc.10.d
filius: diſcretam quandam cognitionẽ indicãs,qua-
lem nemo alius habet: *Ego pono animã meã.* Hoc fre-
quẽter dicit,vt omnis deceptionis tollatur ſuſpicio.
Nam & Apoſtolus cum ſe verum magiſtrũ oſtẽde-
ret,& falſos cõfundere apoſtolos vellet, pericula &
mortes adduxit in mediũ. In plagis ſupra modũ, in 2.Cor.11.e.
mortibus frequẽter. Dicendo enim,lux ſum & vita,
ſuperbiã apud ſtultos arguere videbatur: velle autẽ Supra 8. & 14.b
mori,nullam inuidiam,nullum liuorem cõcipiebat.
Propterea hoc in loco non dicũt eum de ſe teſtimo-
niũ perhibere,& verũ nõ eſſe: hoc autẽ verbo mul-
tam curam atq; diligentiã indicat, ſiquidẽ pro lapi-
dantibus vellet ſeipſum tradere. Propterea etiam de
gentibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

gentibus opportune sermonem inducit. *Etenim alias oues habeo*, inquit, *quæ non sunt de hoc ouili, & illas oportet me adducere.* Ecce iterū hoc verbū, oportet, non necessitatis esse, sed futuri omnino significatiuū: quasi dicat, quid admiramini, si me oues hæ secuturæ, & vocem meā audituræ sunt? cum & alias me sequi, & vocem meā audire videritis, tunc maiorē in modū admirabimini. Neq; te perturbet quod dicit, Quæ nō sunt ex hoc ouili. Differētia enim in lege dūtaxat, vt
1.Cor.7.d & Gala. 5.a inquit Paulus: Neq; circūcisio aliquid valet, neque præputiū. Et illas oportet me adducere. Vtrosq; dispersos ostēdit & mixtos, neq; habētes pastorē, hos videlicet atq; illos, nondū bono aduenientē pastore. Inde futurā eorum cognationē prædicit: *Et erit vnū*
Ephes.2.c ouile. Quod iterum Paulus his verbis significauit: Vt duos cōdat in semetipso in vnum nouū hominem. *Propterea me diligit pater, quia ego animā meā pono: vt iterū accipiam eam.* Et quid hoc verbo humilius? Siquidem B propter nos dominus noster amādus est, quoniā pro nobis moritur. Quid igitur? dic quæso, superiori tempore non amabatur, sed nūc ipsum pater amare cœpit, & nos primum eius amorē cōciliauimus? Quid hoc sibi vult? Cum alienū eum à patre, & deceptorē esse, & in detrimentū & iacturā venisse dicerēt, ait: Si nihil aliud, vel hoc saltē mihi persuadet, vt vos di-
†sic à patre vos diligamini, vt ego etiam propterea diligar ab eo, quia pro vobis morior.] ligam, q† eo quo me amore vos pater prosequitur, & hac gratia pro vobis morior.] Præterea & illud probare intēdit, q non inuitus moritur: Neq; enim fuisset charitatis officium, & q ea maxime est patris sentētia. Quòd si tanquam homo hoc loquitur, noli admirari. Sæpenumero enim causam exposuimus, idē repetere & molestū est, & superfluū. *Ego pono animam meā, vt iterū sumā eam: & nemo tollit eam à me, sed ego pono eam à meipso. Potestatē habeo ponēdi eam, & potestatem habeo iterū sumendi eam.* Cum voluissent frequēter eū interimere, indicat, nisi ipse vellet, incassum eos laborare: & à primo secundū cōfirmat, à morte videlicet resurrectionē: hoc enim admirandū est. Siquidē vtrūq; nouū fuit, & præter cōmunem consuetudinem. Attēdamus ergo diligēter: Potestatē habeo, inquit, ponēdi animam meā. Et quis non habet hanc potestatē? Quisq; enim potest se interimere: sed non ita intelligitur. Quomodo ergo? Sic habeo ponendi potestatē, vt nemo me inuito id facere possit: quod non cōtingit nobis. nos tantum interimere nosmetipsos possumus: sed si in latronum insidias inciderimus, nō habemus liberā faciendi quod volumus potestatem: velimus nolimus, nos interficiūt. Christus autē etiam insidiis circunuētus, sui iuris erat morien D di, nécne. Cum igitur dixisset, Nemo tollit eā à me: tūc addidit, Potestatē habeo ponēdi eā: hoc est, ego solus habeo hāc potestatē, quæ vobis nō est. Etenim alij multi, vitæ nostræ sunt domini: quòd à principio nō dixit, neq; enim creditum esset: sed cum à re ipsa testimoniū cōfirmarit, cum multis circūuentus insidiis cōprehendi nō potuerit: sæpius enim ex eorum manibus elapsus est: tūc inquit: Nemo tollit eā à me. Quod si verū, & illud sequetur, spōte ad hoc venisse, per quod & aliud cōfirmatur, quādocunq; voluerit vitā sumere posse. Nā si ita mori humanas vires excedit, non est reliquū dubitandū. Quòd enim solus esset vitā ponendi dominus, etiā sumendi in sua esse potestate ostēdit. Ecce quomodo à priori secūdum cōfirmat, & a morte indubitatā ostēdit resurrectionem. *Hoc præceptū accepi à patre.* Quódnam? Mori pro A mūdo. Priúsne ergo accepit, & inde paruit, & prius quid esset faciendū vt disceret opus habuit? & quis nō expers rationis hoc dixerit? Sed quemadmodum superius dicēdo, Propterea me diligit: spontaneā indicauit voluntatē, & contrariā amouit suspicionem: ita hoc in loco præceptū à patre se accepisse dicens, nihil aliud ostēdit, quàm idē patri videri, quod ipse facit: ne postmodū eum crucifixū putarēt derelictū à patre atq; traditū, néve exprobrarēt, quæ tamē exprobrauerunt: Alios saluos fecit, seipsum non potest *Mat.27.e* saluū facere. Et si filius dei es, descēde de cruce. Neq; propterea descēdit, quoniā filius est dei. Inde ne audiendo mandatū eum à patre accepisse, præclarum hoc opus à se alienū esse existimares, prosequitur: Pastor bonus animam suā ponit pro ouibus suis: hinc suas oues, & quicquid rectè factū est, suū opus esse, & præcepto nō indigere ostendēs. Quòd si indigeret, quomodo à seipso ponere dixisset? Qui à seipso ponit, præcepto non indiget: & causam cur faciat affert, q scilicet pastor sit, & bonus pastor. Bonus autē pastor ad ouium custodiam hortatore non indiget. Quod si in hominib⁹ vsuenit, multo magis in deo. Ideo Paulus inquit, q seipsum exinaniuit. Nihil au- *Phili.2.a* tem aliud hoc in loco præceptū signat, quàm cum patre cōcordiā. Quod si humiliter & humanè locutus est, auditorū imbecillitati tribuēdū. *Dissensio itaq; facta est inter Iudæos propter sermones hos. Dicebant autem multi ex ipsis: Dæmoniū habet, & insanit, quid eum auditis? Alij dicebant: Hæc verba non sunt dæmoniū habentis. Nunquid dæmoniū potest cæcorū oculos aperire?* Cū enim supra hominē, neq; secundū communem cōsuetudinem loquatur, dæmonium habere dicebāt: & quater hoc iam nomine eum appellarunt, siquidē superius etiā C *supra 7.c* dixerūt, Dæmoniū habes, quis te quærit interficere? *ibid.8.f* Et iterū: Nónne bene †dicimus] quoniā Samarita- *†dicebamus]* nus es tu, & dæmoniū habes? Et hoc in loco, dæmonium habet, & insanit, quid eum auditis? Imò & sæpius ea verba dixisse vel inde cōstat, cum inquiunt, Nónne bene †diximus] quia dæmoniū habes? Alij *†dicebamus]* dicebāt: Hæc verba non sunt dæmoniū habētis. Nūquid dæmoniū potest cæcorū oculos aperire? Cum à verbis eos cōuincere nō possent, ab operibus eum dæmonium non habere demōstrant. Imò nec verba erant dæmoniū habentis: sed si verba vobis persuadere non possunt, opera reuereamini. Quòd si dæmonium habētis nō sunt, sed supra humanā virtutē, cōstat diuinæ cuiusdā esse potētiæ. Ecce syllogismū. Quòd supra hominē operetur, inde cōstat quòd inquiunt, dæmoniū habere. Quòd dæmoniū non habeat, ex operibus manifestat. Ad quę in præsentia nihil dicit. Iam enim superius se dæmoniū nō habere respōderat, nunc autem minime. Siquidem cum re ostēdisset qualis esset, de cætero cōticet. Neq; enim digni erāt quibus respōderetur, qui dæmonium habere dicerent, ex his quibus eum admirari, & deum omnes arbitrari debebant. Et quid opus erat, vt amplius à Christo arguerētur, cū inuicē ipsi dissiderēt, & se reprehenderēt? Ideo nullum verbū fecit, & omnia æquo animo tulit. Neq; hac tātum gratia, sed vt nos erudiret manſuetudinē & patientiā. Hunc nos imitemur: neq; enim tantū conticuit, verumetiā iterum adest, & interrogatus respōdet, & suam indicat quidentiā: & dæmoniacus & insanus appellat⁹, quibus innumera cōtulerat beneficia, nō semel aut iterū, sed sæpenumero non modo nō vltus est, neq; remisit

Lucæ 23.c misit beneficia, sed pro his animā suā posuit, & cru- A cifixus patrem pro his rogauit. Hæc nobis imitanda sunt. Hoc pacto Christi erimus discipuli, si manſueti erimus, & mitis ingenij. Vnde autem tales erimus? Si nostra frequēter peccata reputabimus, si lugebim⁹, si flebimus. Neq; enim anima tanti doloris particeps irritari, atq; irasci patitur: vbi fletus, ira esse non potest: vbi dolor & cōtritio, longe omnis abit irritatio. *†non dat locū irritationi,]* Mens enim dolore perculsa †nō studet elationi,] sed amarè ingemiscit, amarius flet. Scimus nōnullos ridere quæ dicimus, quos ego flere non desino: fletus enim hoc tēpus est, plāctusq; & lamentationū. Multa & verbis, & re peccamus: qui autē ita peccat, in gehennam & ardentē, & igneum fluuium recipitur, & quod omnium grauissimū est, regnū cœlorum amittit. His igitur minis, etiā risu, & deliciis dissolueris, & domino tuo irato, & mināte nihil curas, nihil vereris, ne tibi ipsi suppliciū ascisceas? Nō audis quid quo- B *Mat.25.d* tidie clamat? Esurientem me vidistis, & non dedistis mihi māducare: sitientē, & nō dedistis mihi bibere. Discedite in ignē paratum diabolo & angelis eius. Hoc singulis minatur dieb⁹. Sed cibū dedi, inquies. Quando & quoties? Decē & viginti dies: sed per to- *Ibidem a.* tam vitam egenos pascas oportet. Nam & virgines oleum habebāt, sed non suffecit eis ad salutē: etenim ipsæ accēderunt lāpades, exclusæ tamen sunt à sponso, & meritò sanè: sciuerūt enim, vt ante spōsi aduētū extinguerētur. Propterea multo nobis oleo, mul- *Psal.50.a* ta liberalitate opus est. Audi prophetā: Miserere mei deus secundū magnā misericordiā tuam. Ita & nos propinquorū misereri oportet, secundū misericordiam magnam. Quales enim erimus erga proximos nostros, talem dominū in nos experiemur. Sed quæ C nam magna est misericordia? Quādo nō ex his quæ superfluūt nobis, sed ex his quibus indigemus, egenis damus. Quòd si ne ex superfluo quidē exhibemus, quid nobis sperandū est, quid nobis erit? Quò confugere, vbi salutē inuenire poterimus, si virgines post tot & tātos labores nihil profecerūt? Quis sibi fidet, cum audierit formidolosa & horrēda illa iudicis verba dicētis, atq; exprobrātis: Esuriui, & nō dedistis mihi manducare? Quādiu, inquit, non fecistis vni de his minimis, neq; mihi fecistis. Neq; de discipulis hoc tantū, aut solitariam vitā agentibus, sed de omnibus fidelibus intelligitur, qui siue seruus sit, siue in foro mendicet, si in deū crediderit, merito fouendus, & cōplectendus est. Si nudū, esurientémq; despexerim⁹, hęc audiemus verba, nec iniuria. Quid enim graue, quid molestū postulat? quid non facilli- D mum? Non, inquit, infirmus erā, & non me sustentastis: sed, non visitastis: neq; in carcere erā, neq; eduxistis: sed, non venistis ad me. Quanto ergo faciliora nobis præcipiuntur, tanto his contēptis grauius puniemur. Quid enim leuius, quàm captiuos visitare? quid facilius? Cum enim hos ligatos, pannis illos & squalore obsitos, alios laborib⁹ cōfectos, alios fame, & ad pedes canū more accurrētes, alios perfosso latere, alios ex foro ligatos adduci tota die mendicando, ne necessariū quidem victū inuenientes, vesperi vero à custodibus tum male & crudeliter acceptos videris, etiā si lapideus esses humanior efficereris: & *†præsentabitur, vel in mētē veniet]* si vel perditissimus esses, humanas in alienis malis calamitates reputādo mouereris. †Subueniet] tibi tremendus ille dies, & futura supplicia. Hæc animo volutans, & frequēter agitans, & cupiditatem omnē, & A voluptatē, & secularium omniū amorē dubio procul abiicies, & omni portu trāquilliori animo frueris: de iudicio cogitabis, cum tātopere prouidēdum, curandum, formidandū sit ab hominibus, longe magis à deo intelliges. Nulla potestas est, nisi à deo: qui *Rom.13.a* ergo tāta principibus ordināda cōmittit, multo magis ipse exequetur. Quòd nisi hic nos timor cōtineret, omnia sanè perirent: Siquidem in tantorum suppliciorum metu multi maliciam cōplectuntur. qui hęc cogitabit, & ad eleemosynā prōptior erit, & lōge maiori quàm qui spectaculis adsunt, fruetur voluptate. Illi nanq; libidine incēduntur, cum aduolātes in scena mulieres vidēt, & innumera inde accipiūt vulnera, nō secus ac iactatū ventis mare perturbati. Oberrat enim eorū oculis, oris figura, ornatus, verba, incessus, & cætera quæ antea viderāt, quæ omnia B eorum animū expugnāt: qui vero ab hoc nostro redeunt spectaculo, nihil tale patiuntur, sed in summa quiete & tranquillitate versantur: cōpungit nanque animū, ligatorum & calamitosorū aspectus, & omnē extinguit ignē atq; cupiditatē. Et si scortū vel lasciuior mulier obuia fiet ex carcere exeunti, nihil eum mouebit. Tanquā enim iam simplicitatē quandam edoctus, eius retibus & impudico non decipietur aspectu, præpositi iudicij formidine: quare qui omne deliciarū †genus contēpsit,] dicebat, Bonū ire in do- *†recēsuerat,]* mum luctus, quàm in domū risus. Et qui in hac vita tantā præ se feret virtutē, illic maiorem in modū laudabitur. Nolimus ergo hoc opus contemnere: licet enim nihil possimus eis conferre, neq; cibū, neq; argentū dare, cōsolari tamen, & bono animo esse hortari, & aliis multis opē ferre nobis licebit. Affabimur C captiuos, custodes māsuetiores reddemus, & siue parum, siue multū, proficiemus tamen. Quòd si dixeris, neq; bonos illic, neq; māsuetos esse, sed homicidas, fures, adulteros, incontinentes, & alios perditos homines: etiam hinc necessariā mihi causam, vt eò te cōferas, ostendis. Non enim bonis misereri, malos autē punire, sed in omnes ostendere humanitatē iubemur. Estote, inquit, similes patri vestro, qui est in *Matt.5.d* cœlis, qui oriri facit solē suū super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Noli ergo alienos acrius insectari, néve sis asperior iudex, sed humanus & placabilis. Etenim si nos neq; fures sumus, neque adulteri, in aliis tamē peccamus, pro quibus magnis sumus suppliciis obnoxij. Siquidem fratrē nonnunquam fatuū appellamus, quod nobis gehennā parat: & mulieres impudicis oculis cōspicamur, quod adulterium ipsum arguit: & quod grauissimū est, indignē mysteria participamus, quod reos nos facit corporis & sanguinis Christi. Nolimus ergo aliorū opera molestius inuestigare, sed nostra, & ita humaniores reddemur. Præterea & illud dicendū est, quòd & in carcere boni & māsueti viri, & instar totius ciuitatis nōnunquā reperiemus. Nam & cum Ioseph in carcere *Gene.39.* multi fuerūt mali, quos omnes iustus ille curauit, & *& 40.* quis esset ignorabatur: & cū totius Aegypti instar esset, erat tamē in custodia incognitus. Ita & hoc tempore multos bonos deuinctos existimandū est, quāuis nō cognoscātur: qui si tibi curæ erūt, ac si omnes boni fuerint, mercedē accipies. Quòd si nemo fuerit, hinc quoq; multū præmiū cōsequeris. Nā dominus tuus nō cū iustis tantū cōuersatus est, immūdos haud renuit: sed & Chananæā quàm benignissime accepit, & Samaritanā, & immundā & sceleſtā mulierem,

Universidad de Deusto Biblioteca

lierem,& alterã rursum meretricẽ (quod ei à Iudæis A exprobratũ est) & suscepit & curauit, & pedes suos mulieris immundæ lachrymis aspergi passus est, vt nos erudiat humanè peccatores accipiẽdos:hęc maxima humanitas est.Quid dicis latrones & fures carcerem habitare? Dic quæso, in ciuitate omnes iusti sunt?Nónne multi etiã peiores,& impudẽtius rapiẽtes? Illi enim etsi nihil aliud,deserta saltẽ & tenebras

† prætexunt,]

†petunt,]& clàm deprædãtur: hi autẽ omni abiecta persona, aperta frõte violant, rapiunt, vim inferunt. Difficile enim est purũ hominem inuenire. Quòd si non aurũ rapimus, si non innumera terrę iugera occupamus:quandam tamen fallaciam & furtũ in minoribus,& quæ possumus exercemus? Nam cum in commerciis & emẽdis rebus debitum non reddere, aut aliquid subtrahere cõtendimus : nónne latrocinium,furtum, rapinã facimus? Neq; te excusaueris, B quòd domum aut seruũ non aufers. Nõ enim ablatorum copia, sed rapientiũ voluntate iniusticia metienda est. Iustum nanq; & iniustũ,in magnis & paruis rebus eandẽ vim habent:& ita tam furẽ appello qui aurũ surripit, quàm qui in emendis rebus iusto precio vendentẽ defraudat : & qui alienũ parietem effodit, quàm qui iniustæ causæ fauet, & aliquid à proximo aufert. Nolimus ergo rebus nostris omissis,alienarũ iudices fieri. Neq; dum humanitatis tẽ-

† examinemus,]

pus est, maliciã † prosequamur,] sed cognita priore nostra vita,mansueti tandem & benigni efficiamur.

ad Tit.3.a

Quę enim nostra vita fuit,audi Paulũ:Eramus enim & nos aliquãdo insipientes, increduli, errantes,seruiẽtes desideriis,& voluptatibus variis,in malicia & inuidia agentes,odibiles,inuicẽ odientes.Et iterum:

Ephe. 2.a

Eramus enim natura filij iræ : sed deus cum nos tan- C quam carcere & catenis grauissimis deuinctos videret,ad carcerẽ venire nõ erubuit, vt nos dissolueret, & innumeris dignos suppliciis,nõ modo eduxit,sed in regnum suũ adduxit, & cœlo clariores reddidit, vt exinde nobis eadẽ pro viribus faciẽda relinque-

Infr.13.b

ret.Inquit enim discipulis : Si ego laui pedes vestros dominus & magister,& vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis, vt quẽadmodum ego feci vobis,ita & vos faciatis. Neq; hæc in lauandis pedibus tantũ lex scribitur,sed in omnibus aliis quæ nobis proposuit. Homicida est in carcere? Verũ nos benefaciẽdo non possumus accusari. Fur est & adulter?sed nos nõ maliciæ,sed calamitati miseremur. Sæpenumero,vt dixi,illic vnus inuenietur multorũ instar, & si frequenter eò te contuleris, aliquid inde cõsequêris emolumenti. Quemadmo- D

Gen.18.a & Hebr. 13.a

dum enim Abrahã quicunq; ad se venerãt hospitatus, angelos tandẽ hospitio accipere meritus est : ita & nos magnos etiã viros conueniemus, si frequentius eò accedem⁹. Quòd si quid admiratione dignũ dicendũ est,non tãta laude dignum,qui magnũ hospitio accipit,quàm qui paruũ & miserũ. Illius enim fortuna nõ parua materia est,vt humaniter accipia-

† beneficientis misericordiam,]

tur:abiectus autẽ & miser vnicum portũ habet,†miserentis oleũ,] itaq; in hoc purior humanitas ostenditur. Et qui in clarũ & cõspicuũ virum liberalis est, nonnunquam hominũ ostentationi inseruit : qui in abiectum & incognitũ,solius diuini præcepti gratia mouetur. Quare si quẽ accipimus,claudos cæcósq; accipere iubemur : si eleemosynã facimus,vilibus &

Mat.25.d

miseris est faciẽda. Quãdiu enim,inquit,fecistis vni ex minimis †meis,] mihi fecistis. Cũ ergo illic recon-

† his,]

ditum thesaurũ intelligatis, eò frequẽter conueniamus, illuc studium nostrũ conferatur,& spectaculorum curam in hanc cõuertamus. Et si nihil aliud habes quod eis afferas,saltẽ consolare. Neq; enim tantum qui pascit,sed & qui visitat, à deo remuneratur. Nam cum ingressus pauidũ & trepidum animũ spe aliqua confirmaueris,hortãdo,consolãdo,opem ferendo,aliquid pollicitãdo, & ita patientiã docueris, non paruam hinc consequêris vtilitatẽ. Extrà multi deliciis affluentes, te ita loquentẽ ridebunt:calamitosi autẽ confirmati attente tuis vacabunt admonitionibus,te laudabunt,& meliores euadent. Nam & Paulum prædicantẽ Iudæi nonnunquã deriserunt, deuincti autem summa attentione audiebant. Nihil enim adeo ad sapientiã animũ præparat, vt calamitas & tentatio,vt afflictiones. Cum igitur nos minime fugiat,quid illis miseris,quid boni nobis impendimus,frequenter eis admixti, & fori cõsuetudines, & intẽpestiuas occupationes illic cõsumamus, vt & eos lucremur,& nos læticia afficiamus,& ad glorificandum deũ parati, sempiterna bona cõsequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem,& cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto,in secula seculorum,Amen.

Homilia lx. ex cap. decimo.

FActa sunt autẽ encænia in Hierosolymis,& hyems erat. Et ambulabat Iesus in tẽplo in porticu Salomonis. Circundederunt ergo eum Iudæi,& dicebant ei: Quousque animã nostrã †perdis?] Omnis quidẽ virtus bona est,maxime autẽ mansuetudo & clementia : hæc nos homines indicat,& à feris dirimit,hæc nos angelis æquiparat. Idcirco Christus frequẽter de hac multa verba facit,cum mãsuetos nos & clemẽtes esse iubet:neq; verbis tantũ, sed & re, nũc alapas perferẽs, nunc maledictis,nũc insidiis petitus tolerat. Qui eñ

† suspendis?]

supra 8.f

dæmoniacum & Samaritanũ Christum appellarũt, & interficere sæpe tentarũt, hi nunc circundederũt eum,& interrogarũt,Tu es Christus? Neq; eos post tales insidias repulit,sed multa mansuete respondet. Sed necessarium est altius hunc sermonẽ repetere. Facta sunt,inquit, encænia in Hierosolymis, & hyẽs erat. Magnus hic dies festus,& solẽnis,quo videlicet templum fabricatũ fuerat, cum redierũt è diuturna Persidis captiuitate. Hunc agebãt maxima cum diligentia,hoc die affuit Christus solennitati. Iam enim appropinquãte passione,frequenter in Iudæã veniebat. *Circundederũt ergo eum Iudæi,& dicebãt: Quousque animam nostrã †perdis?] Si tu es Christus,dic nobis palàm.* Non respõdit,Quid à me quęritis,quẽ dæmoniũ habere, & insanum,Samaritanũ,deo contrariũ,deceptorem existimatis, & nuper me de meipso testimoniũ perhibente, testimoniũ meum non esse verum dixistis? Cur igitur me interrogatis,& vultis à me discere,cuius respuitis testimoniũ? Nihil tale dixit,quanuis eorum mentẽ intelligeret. Nam cum eũ circundederint,& dixerint,Quousq; animam nostrã perdis?charitate quadã, & discendi desiderio dictũ videbatur: animus autẽ corruptus erat & subdolus. Nam cum opera insimulari non possent,verbis quærebãt eum capere, aliter quàm superius interrogãdo, sic ansam aliquã captantes. Ideo dicebãt,Dic nobis. Atqui sæpenumero dixit. Nam & Samaritanæ, Ego, inquit, sum,qui loquor tecũ. Et cæco: Vidisti eum,& qui loquitur tecum,ille est. Necnon & his,quãuis aliis verbis. Nã si recte aduertere voluissent,ex verbis quoq; ipsum

† suspendis?] sic in seq. supr. 8.b

supr. 4.c

supr. 9.c

ipsum cõfiteri debuissent. Nã operibus sæpenumero A ostẽdit. Sed cõsidera eorũ prauitatẽ:cum verbis eru-

Supra.2.c

diuntur,dicũt:Quod signũ ostendis?cum autẽ operib⁹ eius virtus demõstratur,dicũt: Si tu es Christus, dic nobis palàm. Sic operibus clamãtibus,ad verba: verbis autẽ, ad opera cõfugiunt, & cõtrariis semper insistunt. Nam q; discẽdi gratia non interrogarent, finis indicio est:quẽ enim tãtæ authoritatis arbitrabãtur,vt ipsius esset de se testimonio credendũ,pauca locutũ statim lapidibus impetunt. Vnde cõstat,& q; eum circũdederint & percõtarentur,à prauo animo prouenisse. Modus vero interrogãdi,magnũ eorum odiũ indicat, Dic nobis palàm. Nónne palàm omnia loquebatur?Nónne solẽnitatib⁹ semper aderat?Ideo blãdioribus verbis vsi sunt,Quousque animam nostrã perdis?vt iterũ aliquã calumniandi ansam inueniant. Quòd autẽ hac,& non discendi gratia interrogẽt,non hic tantũ, sed multis in locis per- B

Mar.22.c Supr.8.a Mat.22.c

spicuum est, vt cum rogarũt an liceret censum dari Cæsari,& an lapidãda esset adultera:& cũ de ea quæ septẽ viros habuisse deprehẽsa erat percõtati sunt,in quibus non discendi studiũ,sed maleuolam mẽtem præ se tulerunt,& tunc eos reprehẽdit,Quid me,inquit,tẽtatis hypocritę?vt cordis secreta se cognoscere demõstraret:hic minime,vt nõ semper fraudulentos arguẽdos,sed mãsuete & benigne in multis tolerandos erudiret. Nam q; stultũ esset operibus ipsum prædicantibus,verborum quærere testimoniũ, audi quomodo eis respõdet,cum superflue eos,& non vt

Operum vox certior est ac euidẽtior, quàm verborum.

discerẽt interrogare,tũ certiorẽ verbis, hoc est operum vocẽ protulisse significãs. *Sæpe enim*,inquit,*dixi vobis,& nõ creditis mihi. Opera quæ ego facio in nomine patris mei,illa testimoniũ perhibẽt de me.* Quòd †perfidi illi] C aliquando inuicẽ dicebãt,Non potest homo pecca-

† qui inter illos melius erant affecti]

tor hæc signa facere. Et iterũ : Non potest dæmoniũ cæcorũ oculos aperire. Et,nemo potest talia signa facere,nisi sit cum eo deus. Et vidẽtes signa quæ faciebat,dicebãt:Nũquid hic est Christus? Alij autẽ dice-

Supra 9.c Supra 3.a Supr.7.c Supr.2.c

bant:Quãdo venerit Christus,num poterit plura signa facere,quàm hic fecit?Hi autem cum ei credere velle solo verbo simularẽt,dicẽtes:Quod signũ ostẽdis nobis,vt videamus & credamus tibi?Cum operibus non credidissent,reprehẽdit Christus eorũ ma-

Hic infra g

liciam,inquiẽs : Si operibus non creditis, quomodo verbis credetis?Quare superflua interrogatio. *Sed dixi vobis*,inquit,*& non creditis mihi : quia nõ estis de ouibus meis.* Ego enim officiũ pastoris feci. si vos me non sequimini,nónne eò accidit,quòd oues meæ nõ estis? *Oues meæ*,inquit,*vocẽ meam audiũt, & ego cognosco eas,&* D *sequuntur me,& ego vitã æternam do eis,& non peribunt in æternum, & non rapiet eas quisquã de manu mea. Quia pater meus qui dedit mihi,maior est omnibus:& nemo potest eas rapere de manu patris mei. Ego & pater vnũ sumus.* Animaduerte quomodo eos reiiciẽdo,vt se sequãtur, hortatur : Vos me,inquit,nõ auditis,neq; enim estis oues. Qui sequũtur, hi sunt ex ouili. Hæc autẽ dicebat,vt oues fieri aditerẽtur. Inde cum dicit,καὶ ἀκολουθοῦσίν μοι,id est,& sequũtur me:eos tãgit & excitat,& in sequendi cupiditatẽ impellit. Quid ergo si propter patris virtutẽ nemo rapit?tu ergo imbecillis es,& custodire nõ potes? Minime. Nã vt intelligas illã particulam,Quia pater meus qui dedit mihi:propter illos dictam,ne iterũ deo cõtrarium dicerent,cùm dixisset, nemo rapiet eas de manu mea,prosequens suã & patris manũ vnam esse ostendit : quod ni ita esset,con-

sequens erat dicere,Pater qui dedit mihi,maior om- A nibus est, & nemo potest eas rapere de manu mea. Verũ non ita dixit, sed de manu patris mei. Inde ne arbitrareris q; sit imbecillis, eo q; virtute patris tutæ oues sint:addidit,Ego & pater vnũ sumus : quasi dicat, nõ propterea dixi neminẽ propter patrẽ eas rapturum,ac si ipse imbecillis essem. Nam vnũ sumus, hoc est,secundũ potentiã:nam de hac loquitur. q; si eadẽ est,cõstat etiam eandẽ esse substantiã. Cũ enim omnia tentarẽt Iudæi insidiãdo, extra synagogã faciendo,dicit omnia frustra tẽtari, cũ in patris sui manib⁹ oues sint,vt propheta inquit : In manu mea depinxi muros tuos. Inde vnã esse manũ ostendens,eã aliquãdo suã,aliquãdo patris esse ostẽdit. Cum autẽ manũ audis,nihil sensibile suspiceris,sed virtutẽ atq; potestatẽ. Quòd si nemo ob patris protectionẽ eas rapuit,superfluũ erat addidisse, Ego & pater vnũ su- B mus. Nam si minor erat,nimis temerariũ verbum esset : nihil enim aliud quàm potentiæ paritatẽ signat: quod Iudæi intelligẽtes,lapides in eum iecerũt,non tamẽ hanc Iesus abstulit suspicionẽ:quæ si falsa fuisset,corrigẽda fuisset,& dicendũ:Cur hoc facitis?Nõ parem meã & patris affirmãs potestatẽ ista dixi. Sed nunc totum contrarium,eam confirmat,& maxime cũ exasperarẽtur: † neq; accusat,ac si male dixisset,] sed illos reprehẽdit,ac si malã habeant de se opinionem. Cum enim dixissent, *De bono opere non lapidamus te,sed de blasphemia:& quia cũ homo tu sis,facis teipsum deũ.* Audi quid dicat,*Nónne scriptũ est in lege vestra,Ego dixi, dij estis?Si illos dixit deos,ad quos sermo dei factus est, quomodo vos dicitis, quia blasphemo,quia dixi,filius dei sum?* Hoc est,si hi qui gratis hoc acceperũt,non possunt accu- C sari si seipsos deos appellãt:qui id natura habet,quomodo iure accusari poterit?Nõ tamẽ his verbis vsus est,sed postmodũ id confirmauit: primum remissius loquitur,rem ipsis relinquẽs intelligendã,cũ inquit: *Quẽ pater sanctificauit,& misit in mundũ.* Et eorũ furore sedato,tunc veram affert sententiã. Primum ergo,vt suam acciperent * rationẽ,humilioribus vsus est verbis:inde altiora aggreditur:*Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi:sin autẽ facio,etsi mihi non creditis, operibus credite.* Vide quomodo,vt dixi,cõfirmat quòd in nullo sit patre inferior,sed æqualis in omnibus:cum enim substantiã eius videre non sit, ab operũ æqualitate eandem ostẽdit cum patre potestatẽ. Et quid credemus,dic quæso?Quòd ego in patre, & pater in me est. Nihil ego aliud quàm quod pater, manens filius. Nihil ille aliud quàm quod ego,manens pater: D & qui me nouit,nouit patrẽ:& qui patrẽ nouit,& filium. Quòd si potẽtia minor esset,etiã cognitio mentiretur:neq; enim alia per aliã neq; substãtia neque potẽtia disci potest. *Voluerunt ergo eum apprehendere,& exijt de manibus eorũ. Et abijt trans Iordanẽ, vbi erat Ioannes baptizans primum,& mansit illic. Et multi venerunt ad eum,& dicebãt : Ioannes quidem signum edidit nullũ. Omnia autem quæcunque dixit Ioãnes de hoc,vera erãt.* Cum quicquam magnum & altum loquitur,quãprimum abit, vt eorum furori det locũ, vt absentia sua sedetur & quiescat indignatio, vt in præsentia. Sed cur euangelista locũ notat quò abierit? Vt quæ illic facta essent & dicta à Ioãne, ipsiúsq; testimonium illis in memoriam reuocaret. Eũtibus ergo illuc,statim subiit animo Ioannes, propterea dicũt,quia Ioannes nullũ signũ fecit. Quid enim cõsequẽs erat hoc dicere, nisi locus ipse Baptistæ & eius testimonij eos admonuisset: Vide

Esa. 49.c

† neque enim dictorum ratione reddit, tanquã bene dictorũ,]

Psal. 18.b

** τὸν λόγον, rationem suã, vel sermonem suũ.*

Universidad de Deusto Biblioteca

ſet? Vide autem quàm certam affert conſequẽtiam.
Ioãnes quidem ſignũ nullum fecit, hic autem fecit,
ergo huius excellentia oſtẽditur. Si illi qui nullũ fe-
cerat ſignum crediderũt, longe magis huic erat cre-
dendum. Deinde ne nullũ faciendo ſignũ indignus
teſtimonio videretur: ſubdidit, Signũ nullum fecit,
tamen omnia de eo vera dixit. Neq; amplius hũc ex
illo, ſed illũ ex his quæ hic fecit, dignũ fide oſtẽdũt.
Multi ergo crediderũt in eum. Multis enim rationibus tra
hebantur ad credendũ. Nam recordati ſunt verba
quæ Ioãnes dixerat, cum fortiorẽ eum ſe teſtificatus
eſt, & lucem & vitam & veritatẽ & alia multa, vt vo-
cem ſupernè delatã, & ſpiritum in ſpecie colũbę ap-
parentem, & eum omnibus oſtendentẽ, & cum his
miraculorum demonſtrationẽ, in quam aſpicientes
cõfirmabantur. Quare dixerunt, Si Ioanni creden-
dum eſt, longe magis huic. Si illi ſine ſignis, huic po-
tius qui illius teſtimonio & ſignis cõfirmatur. Vide
quantũ ęis locus, & à prauis ingeniis diſceſſio contu
lit. Ideo frequẽter ab illorũ conſuetudine eos abdu-
cit: quod etiã in veteri fecit teſtamẽto. Iudæos enim
Exod.14. & ſeq. ab Aegyptiis abducẽs, in eremo finxit & erudiuit. In
omnibus hoc idẽ & nos admonet, vt fora, turbas, &
tumultus fugiamus, in cubiculo oremus. Nauis enĩ
tempeſtatibus non agitata, ſecũdo vento nauigat: &
anima ſecularibus abſoluta negociis, in portu quie-
ſcit. Quare mulieres quã viros ſapiẽtiores eſſe opor-
tet, quæ curæ familiari vt plurimũ incumbũt. Ita Ia-
Gen.25.d cob ſimplicior fuit cum domi habitaret, & exterio-
ribus abſolueretur occupationibus. Neque enim id
ſimpliciter dixit ſcriptura, habitãs domũ. Sed & do-
mi, inquies, multa eſt perturbatio: ſed cum tu vis, &
ſpõte tua curarum turbã ſuſcipis. Vir enim in medio
foro & iudiciis tanquã quibuſdã fluctibus verſatur,
mulier vero tanquã in quodã philoſophiæ gymna-
ſio domi ſedẽs, & mentem in ſe colligẽs, & orationi-
bus, & lectionibus, & aliis bonis operibus vacare po
teſt, & more eremos habitantiũ, qui ſe perturbet ha
bet neminẽ: domi ſedet, vbi ſemper poteſt in tran-
quillitate viuere. Si quãdo domo exeundũ eſt, nullã
etiã perturbationis habet materiã: ſiue enim mulie-
res huc veniãt, ſiue balneas petãt, tũc neceſſario egre
diuntur, plurimũ autem tẽporis domi degitur, & po
teſt virtuti incũbere, & virum perturbatũ lenire, ad-
moneréq;, ſuperfluas eius & moleſtiores cogitatio-
nes abſcindere, & ita dimittere vt quaſcũque mole-
ſtias è foro domũ tulerit, deponat, & quæ domi bo-
na didicerit, ſecũ in forũ afferat. Nihil enĩ potentius
muliere bona & prudẽti, ad inſtituendũ & informã-
dum virũ quodcũq; voluerit: neq; tam leniter ami-
cos, neq; magiſtros, neq; principes patietur, vt con-
iugem admonentẽ, atq; conſulentẽ: habet enim vo-
luptatem quandã admonitio vxoria, cum plurimũ
†ametur, quæ conſulit.] †amet, cui cõſulit.] Multos poſſum afferre viros aſpe
ros & immites, per vxorẽ mites redditos, & manſue-
tos: ipſa enim mẽſa, lecto, filiorũ cõmunicatione, di-
cendis, tacẽdis, ingreſſu, exitu, & aliis pluribus cum
†in curando coniuge.] marito cõmunicans, & vt corpus capiti cõiuncta, ſi
prudens erit & diligẽs, omnes vincet, †& cõiugis ſu-
perabit diligentiã.] Quamobrẽ admoneo, vt hoc pa
2.Reg.13. a.& e cto fiat, & neceſſitati cõſulatur. Vt enim ad virtutem
mulier, ita ad maliciã plurimũ poteſt. Mulier Abſa-
Iob 2.d lon, mulier Amnon perdidit, ipſa Iob perdere cona-
1.Reg.25. d. ta eſt: ipſa Nabal à cæde eripuit, ipſa vniuerſam gen-
Iudi.4.a tem liberauit. Et Delbora, & Iudith, & alię multę im

A peratorum functæ ſunt officiis. Ideo Paulus inquit:
Qui enim ſcis mulier, an virũ ſaluabis? Et illis tempo *1.Cor.7.*
ribus Perſida, & Mariã & Priſcillã Apoſtolorum ſci- *Rom.16.*
mus imitatrices, vt & nos imitari debeamꝰ. Nec ver-
bis tantũ, ſed re informãdus eſt cõiunx. Quomodo
autẽ re ipſa eũ erudiemus? Cum te nõ malã viderit,
nõ precioſis indutã, nõ ſuperflua expetentẽ, ſed ne-
ceſſariis contentã viderit, tunc enim conſulentẽ pa-
tietur. Quòd ſi verbis philoſophaberis, re cõtrà fece-
ris, nugas tuas reprehẽdet: ſed cũ verbis operũ etiam
doctrinã addideris, tũc monita tua accipiet, tũc per-
ſuaſus erit. Vt exẽpli gratia, Cum aurũ nõ quęres, ne-
que margaritas, nec precioſas veſtes: ſed pro his mo
deſtiã, beneuolẽtiã, †& te indueris, & ab illo exiges.] *† & his te indueris, eáque ab illo exiges.]*
Nã ſi ſtudẽdũ eſt vt viro placeas, anima ornãda eſt,
nõ corpus corrũpendũ. Neq; enim aurũ adeo ama-
B bilem ac deſiderabilẽ vxorẽ reddet, vt modeſtia &
charitas, & animus vitã exponendi pro marito. Hæc
virũ capiũt. Ille ornatus obſtat ei, pecunias exponit,
& ſumptũ & ſolicitudinẽ præbet, hæc mariti animũ
vxori copulãt. Amor enim, charitas, deſideriũ, nullã
affert moleſtiã, nullam impẽſam. Sed econtrario: &
ille quidẽ ornatus vſu †deterior fit,] hic in dies florẽ- *† faſtidiũ adfert,]*
tiorem animã reddit, & maiorẽ excitat charitatem.
Quamobrẽ ſi viro placere vis, ornato animã pudici-
tia, pietate, rei familiaris cura. Hęc, inquã, confirmãt
amorem, qui nunquã ceſſat, neq; ſenectus hunc tol-
lit ornatũ, non morbus: corporis autẽ & hæc, & alia
plura auferũt. Nam animæ bona præſtantiora ſunt
quàm corporis: huius ornatus inuidiã parit, & zelo-
typiam: hic omni malo affectu, omni caret inani glo
ria. Hoc pacto & res familiaris facilius augebitur, &
C †acceſſus facilis,] cum auro nõ eris ornata, neq; an- *†prouẽtus facilior erit,] ἡ πρόσοδος, reditus, prouẽtus, cẽſus.*
nulis digiti fulgebũt, ſed in neceſſaria conferes, hoc
eſt, in cibũ ſeruorum, & filiorũ curam neceſſariã, &
alia quæ in vita requirũtur: quæ ſi defecerint, oculis
autẽ illa proponãtur, & cor angatur, quídnã erit lu-
cri? quæ vtilitas? Non ſinit hoc magnũ videri, cũ do-
lore torquetur. Noſtis enim ꝙ etſi omniũ pulcherri-
mam quis mulierẽ videat, niſi lætus ſit, exhilarari mi
nime poteſt. Qui enim delectari vult, primũ lætetur
oportet. Cum autẽ aurũ omne in vxoris ornamentis
collatũ eſt, & anguſtia res familiaris laborat, quæ po
teſt eſſe cõiugij voluptas? Quãobrem ſi viris placere
volumus, demus voluptatis materiã: quã dabimus, ſi
ornatum & omne lenociniũ auferemus. Hæc enim
circa nuptiarũ tempora voluptatẽ quandam habere
videntur, inde tẽpore langueſcunt. Nam cum cœlũ
D tam pulchrũ ſit, & ſol tam clarus, vt nullum corpus
æquè clarũ ſit, neq; tamẽ eum propter conſuetudi-
nem admiramur, quod de muliebri ornatu euenire
par eſt. Hoc dico, vt vos meliori ornẽ cultu, quẽ Pau
lus præcepit, nõ auro & margaritis, aut veſte precio- *1.Tim.2.*
ſa, ſed quod decet mulieres promittẽtes pietatẽ per
opera bona. Sed his qui foris ſunt, placere vis, & ab
illis laudari? Minime pudicę mulieris hoc deſideriũ.
Verũtamẽ ſi vis & hos habebis amatores, & pudici-
ciæ tuæ laudatores. Illã nãq; nemo modeſtus, nemo
bonꝰ laudabit, ſed incõtinẽtes & luxurioſi: neq; etiã
hi, ſed & maledicẽt, cũ mulieris incõtinentiã intue-
bũtur: hãc & illi, & hi oẽs probabũt, vtpote qui nihil
ab ea mali acceperint, ſed continentiæ exẽplum. Sic
apud homines multũ laudabitur, apud deũ autẽ re-
munerabitur. Hũc igitur quęramus ornatũ, vt in hac
vita cũ fiducia viuamꝰ, & futura cõſequamur bona,
gratia

gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, cui
honor & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia lxj. ex cap. vndecimo.

E*T erat quidã languens Lazarus à Bethania caſtello*
†huius ſororis.] *Mariæ & Marthæ† ſororũ eius.] Maria autẽ erat*
ea quæ vnxit dominum vnguento. Multi cũ ali-
quem bonũ & deo acceptũ, mali aliquid, vt morbũ,
vt paupertatẽ, & huiuſmodi perpeti vidẽt, perturbã-
tur, ſanè ignari hoc maximè dei amicis contingere.
Nam & Lazarus, & amicus Chriſto, & ægrotus erat,
vt ex mittentibus intelligitur. Ecce quem amas, infir
matur. *Erat*, inquit, *quidam languens Lazarus à Bethania.*
Non ab re patriæ eius meminit. Quamobrem in ſe-
quẽtibus dicet. Primũ autem propoſitum aggredia-
mur, ſororũ eius nos vtiliter etiam admonet: Maria,
inquit, erat, quæ vnxit dominũ vnguẽto. Hoc in lo-
co nõnulli dubitarunt, cur Chriſtus id toleraſſet. Ad
quod illud primũ intelligendũ, non fuiſſe hanc me-
Matt.26. a. retricem illã, de qua apud Matthæum & Lucam ſcri
bitur, ſed aliã: illæ meretrices & infames erãt, hæc ho
& Luc.7. f. neſta & ſtudioſa: quippe quę Chriſtũ accipere cura-
bat, eũq; cũ ſorore diligebat, & tamẽ permiſit Chri-
ſtus Lazarũ mori. Sed quãnam gratia nõ vt Centu-
rio, & regulus, relicto fratre ęgrotãte ipſę ad Chriſtũ
profectæ ſunt, ſed miſerũt? Ob fiduciã & familiarita-
tem, quã cum eo habebãt: & mulieres erãt infirmæ,
& luctu detinebãtur. Nam ꝙ nõ contemnerẽt, in ſe-
quentibus indicatur. Quòd igitur hęc illa non eſſet,
cõſtat. Sed & illã cur ſe tãgere permiſit? Vt eius mũ-
daret maliciã, vt clementiam oſtẽderet, vt intelligas
nullũ morbum eius vincere bonitatẽ. Noli igitur id
ſolũ conſiderare quod permiſerit, ſed quomodo ad
meliora cõuerterit. Sed cur huius meminit hiſtoriæ
euãgeliſta? Vt eius in Ieſum amorẽ oſtẽderet: & fre-
quẽter dicit, Amabat Lazarũ & ſorores eius: erudiẽs
nos nõ ægrè ferẽdũ, ſi boni viri, & deo amici aliquo
morbo laborent. *Ecce quem amas, infirmatur.* Ad miſeri-
cordiam Chriſtũ volunt adducere. Adhuc tanquam
hominẽ alloquuntur, quod & inde conſtat, ꝙ dicũt:
Si fuiſſes hic, non fuiſſet mortuus. Neque dixit, ecce
Lazarus infirmatur: ſed, quem amas. Quid Chriſtus?
Hæc infirmitas non eſt ad mortem, ſed pro gloria dei, vt glorifi
cetur filius dei per eã. Ecce quomodo iterũ eandem ſuã
& patris gloriã dicit. Nã cũ dixiſſet, dei: ſubdidit, Vt
glorificetur filius dei, hæc infirmitas nõ eſt ad mor-
tem. Cùm enim eſſet illic biduũ moraturus, remittit
nuncium, vt hoc ſignificaret: in quo id admiratione
dignũ eſt, ꝙ audiẽtes ſorores infirmitatem illam nõ
eſſe ad mortem, inde mortuum videntes, non ſunt
ſcandalizatæ, cùm contrà accidiſſet q̃ dixerat: ſed ei
obuiam factæ ſunt, neq; mentitũ putauerunt. Et illa
particula, vt, hoc in loco nõ cauſalis eſt, ſed euentus:
alia nanq; fuit morbi cauſa, vſus eſt autẽ ad gloriam
dei. *Et cũ hæc dixiſſet, mãſit in eodẽ loco duos dies.* Qua gra-
tia? Vt expiraret, & ſepeliretur, ne quis poſſet dicere,
ꝙ nondũ mortuũ ſuſcitarit, ꝙ ſopitus eſſet, ꝙ diſſo-
lutus, ꝙ abalienatus, non mortuus: ideo tandiu mo-
ratus eſt, vt dicerent iam fœtere. *Dicit diſcipulis: Eamus*
in Iudæam iterũ. Quid tandẽ præter ſolitum hoc præ-
dixit Ieſus? Valde timebant, ideo prius admonet, ne
repentino diſceſſu perturbarentur. *Dicunt ei: Modò il-*
lic eras, & quærebant te lapidare. Timebant enim etiã ei,
†vt & nos moriamur. potiſſimum autẽ ſibi: nondum enim erant perfecti.
Dicit eis Thomas: Eamus † nos, & moriamur cum
eo.] Imbecillior enim erat cęteris, & magis incredu-

A lus. Quomodo ergo eos confirmat Ieſus? *Nónne duo-*
decim horæ ſunt diei? Aut hoc dicit, * ꝙ qui nullius ſibi **Quaſi dicat, Sicut qui in luce ambulat, non offendit, ita & qui nõ peccat, ſed in lucidis ambulat operibus, nil metuere debet.*
ſceleris cõſcius eſt, nullo afficietur malo, ſed qui ma-
lè fecerit. Quare minimè timẽdũ eſt, cũ nihil dignũ
morte commiſerimus. Aut ꝙ qui lucem huius mũdi
videt, ſecurus eſt. Si autem qui mundi lucem videt,
multò magis qui mecũ eſt, niſi à me diſceſſerit. His
verbis eos cõfirmauit, & eũdi neceſſariã cauſam ex-
ponit, neq; ſe ituros Hieroſolymam, ſed Bethaniam
dicit. *Dormit*, inquit, *Lazarꝰ, & vado vt eũ à ſomno excitẽ:*
Hoc eſt, non ad reprehendendũ Iudæos vado, ſed a-
mici cauſa. *Dicũt: Domine, ſi dormit, ſaluus erit.* ac ſi non
neceſſaria eſſet ꝓfectio. Dicis, inquiũt, dormire: ni-
hil ergo nos ire cogit. Atqui ꝓpterea ipſe amicũ ap-
pellarat, vt neceſſariã profectionem oſtenderet. Sed
cùm pigriores deprehenderet, tũc mortuũ dicit. Pri-
B mum itaq; humilitatem prætulit, cùm verò non in-
telligerẽt: *Mortuus eſt*, inquit, *& gaudeo propter vos, vt cre*
datis. Quare propter vos? Quòd illinc abſens prædi-
xerim, & ꝙ cum illũ reſuſcitauero, nulla relinquatur
ſuſpicio. Vides adhuc imbecilliores, & adhuc eius
potẽtię ignaros fuiſſe diſcipulos: quod metu accide-
bat, quo perturbabãtur: & cũ dormire eum dixiſſet,
addidit: *Vado, vt excitem eum*, cùm mortuum eſſe, non
itidẽ dixit, Vado vt ſuſcitem ipſum. Nõ enim verbis
prædicere volebat, quod re erat cõfirmaturus. Sem-
per enim nos admonet, vt inanẽ gloriã caueamus,
& nihil de nobis temerè ꝓmittamus. Quòd ſi †Cen- *†a centurione rogatus id fecit, &]*
turionem conſolatus] dixit: Et veniam, & curabo eũ,
voluit eius fidem oſtẽdere. Quòd ſi quis roget, quo-
modo eum dormire putarint diſcipuli, neq; his ver-
bis mortuũ intellexerint, cùm diceret: Vado, vt ex-
C citem eum? Stultũ enim erat, ſi iturũ Ieſum quinq; &
decem ſtadia putarent, vt illum excitaret. Reſpõde-
rem, putaſſe eum in ænigmate, vt plerũque ſolebat,
locutum. Omnes itaq; Iudæorum impetum formi-
dabant, in primis autẽ Thomas, ideo inquit: Eamus
† & moriamur cũm eo.] Quidam autem dicũt & eũ *† vt & nos moriamur]*
mori optaſſe. Sed profectò timorem id verbũ arguit,
& imbecillitatem, inde fortior factus eſt, & inſupera
bilis: quod ſanè dignũ admiratione eſt, vt qui ante
crucem tam timidus erat, poſt magiſtri mortẽ & re-
ſurrectionis fidem præ omnibus tãto feruore flagra-
ret. Tanta eſt Chriſti potẽtia: nam qui cum Chriſto
in Bethaniam ire non audebat, ſine eo poſtmodum ** Chryſo. hic & paulò antè 15 ſtadiorum diſtantiã ad Chriſti locũ applicare videtur: qui tamen nõ Hieroſolymæ, ſed trans Iordanem, ni fallor, erat vt ex fine præcedentis cap. colligere licet: qui locus multo longius à Bethania diſtabat.*
ſolus terrarum orbem peragrauit, & in mediis po-
pulis inclamantibus & mortem minitantibus intre-
pidus verſabatur. Quòd ſi *quindecim ſtadia aberat
D Bethania, quæ circiter duo milia paſſuum efficiunt,
quomodo erat quatriduanus Lazarus? Manſit duos
dies, quorum pridie venerat nuncius, quo die mor-
tuus erat, ita quarto venit. Ideo ſe vocari paſſus eſt,
neq; ipſe ſponte ſua venit, ne qua oriretur ſuſpicio.
Neq; ipſæ venerunt, quæ amabantur, ſed alij mittũ-
tur. *Erat autem Bethania iuxta Hieroſolymam, quaſi ſtadiis*
quindecim: ob cuius vicinitatem, multos eas viſitaſſe
par erat: quare ſubdit, *Quòd multi ex Iudæis venerant ad*
Mariam & Martham, vt conſolarentur. Quomodo con
ſolabantur Iudæi à Chriſto dilectas? Edixerãt enim,
vt quicunq; Chriſtum confiteretur, extra ſynagogã
fieret: vel propter vulneris magnitudinem, vel quia
nobiliores reuerebantur, vel quia non mali erãt qui
ad eas venerant, multi nanq; crediderunt. Hæc autẽ
dicit euangeliſta, vt teſtimoniis Lazari mortẽ con-
firmet. Sed quid non aduocat ſororem Martha, cùm *Ioan.9.e*
obuiam

Universidad de Deusto Biblioteca

obuiam Chriſto proficiſcitur? Vult ſola occurrere, & rem nunciare, quæ cùm bonam ſpem habere iuberetur, tunc Mariam vocat. in medio fletu Chriſto fit obuiā. Vides amoris magnitudinem? Ipſa eſt de qua inquit: Maria optimā partem elegit. Quomodo ergo vehemētior hæc eſſe videbatur? Non erat hæc vehementior: illa enim nihil audiuerat. Nā Martha imbecillior erat, quippe quæ cū tanta audiſſet, inquit tamen paulò pòſt: *Iam fœtet, quatriduanus eſt.* Illa autem etſi nihil tale accepiſſet, tamē credidit, inquiens: *Domine, ſi fuiſſes hic, frater meus non fuiſſet mortuus.* Cōſiderate mulierum ſapientiā, quanuis imbecillæ eſſent. Viſo enim Chriſto, nō ſtatim in planctus & lamētationes proruperunt, vt nobis vſuuenit cùm mœrore aliquo affecti, à notis viſitamur: ſed continuò magiſtrū venerantur, & crediderunt, licèt nō perfectè vt decuit. Nondū enim norant & ꝙ deus eſſet, & quòd propria virtute & authoritate hęc faceret, ſed vtrunque hic didicerunt. Illud enim ignorabāt, cùm dicerent. Si fuiſſes hic, non fuiſſet mortuus frater meus. Hoc autē dicendo: *Quæcunque popoſceris à deo, dabit tibi deus.* Ac ſi de bono quodam & probato viro loquerētur. Quid ad hæc Chriſtus? *Reſurget frater tuus.* Illud primū confutat, Quæcunq; popoſceris à deo. Non enim inquit poſcam: ſed, reſurget. Nam ſi dixiſſet, O mulier adhuc humi iaces, nō egeo alterius auxilio, à meipſo omnia facio: moleſtiora, & ſupra mulieris intelligentiā fuiſſent: dicendo autē, Reſurget: medium tenuit, & in ſequentibus ea quę dixi, ſignificauit. Dicente enim, *Scio quia reſurget in reſurrectione in nouiſſimo die:* apertius ſuā oſtendēs authoritatē, *Ego ſum,* inquit, *reſurrectio & vita.* quod alterius nō egere auxilio indicat, quippe qui vita eſt. Quòd ſi alterius indigeret, quomodo ipſe & reſurrectio eſſet, & vita? Non ergo ita dixit, idem tamē ſignificauit: & ad illam particulam, Quæcunq; popoſceris, inquit: *Omnis qui credit in me, etiā ſi mortuus fuerit, viuet.* ſc† bonis abūdare,] & à ſe petendū oſtendit. *Et omnis qui viuit, & credit in me, non morietur in æternū.* Intuere quò eius erigat animū. Nō enim tantū quæritur reſurrectio Lazari, ſed & hāc,† & illā] oportet intelligere reſurrectionē. Propterea autē verbis philoſophatur. Quòd ſi reſurrectio ipſe eſt & vita, nullo loco circunſcribitur, ſed vbiq; præſens ſanare potuit. Quòd ſi dixiſſent, vt Cēturio, Dic verbo, & ſanabitur puer meus: itidē profectò reſpōdiſſet. Cū autē ad ſe vt veniret, rogarēt, ideo aſſenſus eſt, vt eas à tāta humilitate erigeret, ſuā tamen etiam cum præſens eſt oſtēdit poteſtatem, ꝙ etiam abſens ſanare poſſet, ideo tardat. Nō enim cognita eſſet gratia repētè præſtita, niſi corruptus eſſet, & fœteret. Et vnde mulier futurā norat reſurrectionem? Audierat Chriſtū multa de ea diſputantē, quā iam videre cupiebat, & adhuc humi vertitur. Nā cùm audiret, Ego ſum reſurrectio & vita: nō reſpondit, reſuſcita eum: ſed, ego credo, quia tu es Chriſtus filiꝰ dei. Cui Chriſtus: Omnis qui credit in me, etiā ſi mortuus, hac ſcilicet morte, fuerit, viuet: [& omnis qui credit in me, nō morietur in æternū, illā videlicet mortem.] Cum igitur ego ſim reſurrectio, noli perturbari, ſi mortuus eſt frater veſter: Hęc nō eſt mors. Primū eā ab euentu conſolatur, & bene ſperare iubet, dicendo: &, reſurget frater: &, Ego ſum reſurrectio. Et ꝙ reſurgens etiam ſi rurſum moriatur, nihil patietur incōmodi. Quamobrem nō eſt huiuſmodi mors dolenda: hoc eſt, neq; ipſe mortuus eſt, neque vos moriemini. *Cre-*

† bona largiri,]

† et præſentes illam etiam]

Matt. 8. a

A *dis hoc?* Ait illi, *Vtiq; domine: ego credo, quia tu es Chriſtus filius dei, qui in hunc mundū veniſti.* Videtur mihi Chriſti dictum mulierē non intellexiſſe: nouit tamē magnū eſſe, totū nō perſpexit: propterea aliud interrogata, aliud reſpōdet. Illud tamen primum cōſecuta eſt, ꝙ fletū cōpeſcuit. Eiuſmodi enim Chriſti ſermonis virtus, ideo illa præuenit, hæc ſecuta eſt. In magiſtrum nanq; beneuolētia nō multùm præſentē calamitatē ſentire permittebat. Itaq; cum gratia etiā mens mulieris philoſophabatur. Verumenimuero etiā cum aliis malis hic muliebris morbus iā præualuit, oſtētāt plāctus & dolores ſuos, cruentant brachia, ſcindunt capillos, laniant genas, partim ob dolorē, partim ad oſtētationem, aliæ animo impudico in medio foro brachia nudant. Quid facis mulier? Nudas te impudēter in medio foro, cū Chriſti membrū ſis, cùm viri
B adſtent, & capillos vellis, & in miſeros prorūpis eiulatus, & ſaltas, & inſanarū mulierū more iactaris? Nōne te deū offendere arbitraris? Quænā hæc inſania? Nónne ridebūt gentiles? nónne fabulā noſtram putabunt religionē? Dicēt enim nullā eſſe reſurrectionem, illuſiones omnia Chriſtianorū dogmata & fallacias putabūt. Haud enim aliter, q̄ ſi nihil poſt mortem remaneat, mulieres lamētantur, non attendunt ſcripturis, omnia illa eſſe figmēta ipſæ credere vidētur: ſiquidē ſi crederent mortuum non eſſe mortuū, ſed ad meliorē vitam tranſlatum, non vtique ipſum tanquā nihil eſſe deplorarent, nō adeò indignarentur, nō tantas efferrent voces incredulitatis indices: Nunquā te amplius videbo. Omnia apud illos fabulæ: nam ſi principali bono ita diffidunt, multò magis aliis quæ aſſerūt. Non ita gētiles effœminātur. Multi
C apud eos philoſophati ſunt: & cùm audiſſet mater filiū in prȩlio cecidiſſe, mox rogauit, quomodo ſe reſpublica haberet. Et alius philoſophus coronatus, cū audiret ꝓ patria cecidiſſe, coronā depoſuit: inde ſciſcitatus quomodo cecidiſſet, vt fortiter occubuiſſe cognouit, in caput ſtatim coronā repoſuit. Multi & filios & filias cȩdi dæmonas reueriti tradiderūt. Spartanæ autē mulieres hortātur filios, vt clypeū è prȩlio referāt, aut ſuper eo occūbāt. Ideo pudet me gētiles hæc ſapere, nos impudētes eſſe: qui de reſurrectione nihil intelligūt, intelligētiū opera faciūt: qui intelligūt, ignorantiū: & quod propter deū non faciūt, homines reueriti faciūt ſæpenumero: nam opulētiores fœminæ capillos nō ſoluūt, brachia nō nudāt, quod & maximè reprehendendū: non ꝙ non nudent, ſed ꝙ non propter deū, ſed ne turpes videantur. Pudor
D luctum cohibet, dei metus nō cohibet. Et quomodo hoc non ſummopere reprehendēdum? Quod diuites diuitiarū gratia faciunt, diuino metu pauperes faciant. Sed ecōtrà euenit: illæ propter inanem gloriā philoſophātur, hæ propter humilitatē prȩferunt impudētiā. Quid hoc abſurdius? Omnia propter homines, omnia propter prȩſentia facimus. Et ſtultè, & ridiculè loquuntur. Atqui dn̄s inquit: Beati qui lugēt: peccata videlicet, quȩ nemo luget, nemo animæ ſuȩ curat perditionē. Quod lugere nō iubemur, id lugemus. Quid inquit? cū homines ſimꝰ, de morte hominis nō eſt dolēdū? Nūquid ego hoc prohibeo? Minimè lugere, ſed impudēter lugere veto. Non ſum immanis, atq; crudelis. Video naturā dolere, & quotidianā requirere cōſuetudinē. Nō licet nullo affectu moueri, qđ & Chriſtus oſtendit: lachrymatus eſt ſuper Lazaro, eius ſequere exēplū: lachrymare, ſed le-

Matt. 5. a

niter & pudenter, & cū dei timore. Si hac ratione lachrymas fundes, nō reſurrectionis diffidētiæ argueris, ſed ægrè ferre chariſſimi ſeiunctionē videberis. Nā & peregre proficiſcētes lachrymis proſequimur, non tamen vt mortuos: ita & tu lugeas, tanquā præmiſeris peregrinū. Hæc ego nō vt præceptor, ſed vt permiſſor, humanæ conſcius fragilitatis admoneo. Quòd ſi peccator, & qui ſæpenumero deū offenderit moritur, is deflēdus eſt, vel potius minimè, cū nihil illi afferat vtilitatis: ſed ea faciēda, quæ ei aliquid cōferre poſſint, eleemoſynas, oblationes: ī hoc lætādum eſt, ꝙ malicia eius abſciſſa eſt: ꝙ ſi iuſtus, rurſus lætandū, ꝙ in tuto collocatur, ꝙ liberatus eſt futura † formidine.] Si iuuenis, ꝙ ex medio malorū ereptus eſt: ſi ſenex, ꝙ eo diutius vſus, quod maximè deſiderabile videbatur, vitæ ſatietate migrauit. Tu autem horum omiſſa conſideratione, ancillas cȩdis, ac ſi ita demū defunctū honoribus proſequaris: quod vltimȩ eſt dementiȩ. Honor enim mortuo, nō fletus eſt, nō eiulatus, ſed hymni, & pſalmi, & vita optima. Ille moriens cū angelis euolabit, etiam ſi nemo exequiis interueniat: perditus autē, etſi in funere vniuerſam habuerit ciuitatem, nihil lucrabitur. Vis mortuū honorare? alia via aggrediendum eſt. Fac eleemoſynas. Quæ tibi ex multis fletibus vtilitas? Ego & aliud malum audiui, ꝙ multæ etiam amatores per fletus alliciunt, maritalis amoris opinionē, lamentationū vehementia de ſe confirmantes. O diabolicā mentem, ô ſatanæ cogitationem. Quandiu & terra & puluis, quandiu ſanguis & caro erimus? Cœlū tandē ſuſpiciamus, intelligamus ſpiritalē noſtri partē. Quomodo gentiles arguemus? Quomodo qui hæc facimus, conſolabimur? Quomodo cum his de reſurrectione diſputabimus? Quomodo de aliis ſapientiȩ partibus? Qua ſecuritate viuemus? Ex dolore enim prouenit mors. † Conſidera vim perſpectiuā animæ, nihil ſinit videre neceſſariorum, inde multum detrimenti: illo enim modo & deū offendimus, neq; nobis, neq; defuncto proſumus: hoc autē & deo placemus, & probamur ab hominibus. Nam ſi non ſuccūbemus, continuò doloris reliquiæ abolētur. Si indignabimur, in miſeria relinquimur. Si gratias agemus, nō mœrebimus. Et quomodo poteſt, inquit, nō dolere, qui filiū vel vxorē amiſit? Non dico, ne doleat: ſed ne immodicè. Nā ſi intelligeremus deum illū abſtuliſſe, quem mortalē virum, ac filium habebamus, mox conſolaremur. Indignari enim maius quiddā ſupra naturam quærentis eſt. Homo natus & mortalis quid doles quod ſecundum naturam contigit? Nunquid doles quod edēdo nutriris? Num quæris ſine cibo viuere? Ita & in morte, nūquid quæris immortalitatē? Mortalis natus es. Semel hoc definitum. Noli dolere, noli te affligere, ſed ama quæ cōmuniter omnibus ſtatuta ſunt. Doleant tibi peccata tua, hic optimus fletus, hæc maxima ſapientia. Hæc ergo perpetuò defleamus, vt cœleſtem aſſequamur læticiam, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, cui honor & gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

Eleemoſynæ & oblationes mortuis proſunt.

† incertitudine.]

† obtenebrat] σκοτοῖ, interpres σκόπει legiſſe videtur.

Hebr. 9. g

Homilia. lxij. ex cap. vndecimo.

NOndum autem venerat Ieſus in caſtellū, ſed erat adhuc in illo loco vbi occurrerat ei Martha. Magnū bonū ſapientia eſt. Sapientia noſtra dico, nō gentiliū, quæ verba ſunt duntaxat, & fabulæ, neque vllam habent ſapientiam: gloriæ nanq; cauſa omnia faciunt. Magnum, inquā, bonum ſapientia, quæ no-

A bis inde vicē reddit. Qui enim pecunias contēnit, iam hoc bonū conſecutus eſt, ꝙ ſuperfluis & ſtultis curis liberatus eſt. Qui gloriam peſſundat, præmium inde accipit, ꝙ nulli ſeruit, ſed vera libertate perfruitur. Qui cœleſtia concupiſcit, remuneratione nō caret, cùm nihil præſentia arbitretur, & facilè dolorem omnē exuperet. Ecce nūc mulierem philoſophantē inde prȩmiū conſecutam. Etenim omnibus aſſidentibus, dolens & plangens, nō expectauit ad ſe veniētem magiſtrum, neq; decorum ſeruauit, neq; luctu retenta eſt. Siquidem quæ in luctu ſunt, cum aliis incommodis etiam tenentur affectu, ꝙ à præſentibus affectant laudari: quorū nihil Mariæ accidit, ſed ſurgens eueſtigiò, magiſtro obuiā facta eſt. Ieſus autem nondum in locū venerat: lento enim paſſu ambulabat, ne ad ſignū faciēdum feſtinare videretur, ſed ab illis † de eo iudicium fieri volebat.] Aut igitur hoc ſi-
B gnificare vult euangeliſta, aut ꝙ citò accurrit, vt venienti occurreret. Venit autem nō ſola, ſed omni Iudæorum turba ſubſequente: & perquam prudenter ſoror ei clàm magiſtri aduentū ſignificauit, ne cōfeſſum perturbaret: neq; cur ſurgeret dixit: nam multi certè abiiſſent. Nunc verò tanquā fleturam ad monumentū ſecuti ſunt, & ex his iterum mortuum Lazarum confirmatur. Et prócidit ad pedes eius, vehementius q̄ ſoror amabat, neque turbam reuerita eſt, neq; opinionem quam de eo Iudæi habebant. Erant nanq; multi maleuoli, qui dicebāt: Non poterat hic, qui aperuit oculos cæci nati, facere vt hic nō moreretur? Sed omnē humanū affectū expulit magiſtro præſente, & hoc vnū curabat, vt magiſtrū veneraretur. Et quid inquit? *Domine, ſi fuiſſes hic, frater meus non*
C *fuiſſet mortuus.* Sed quid? nihil ad eā loquitur Chriſtus, vt ad ſororē. Turba aderat, neq; verborum illorum tēpus erat, ſed mouetur humano affectu, quem tantum primò voluit æſtimari. Nā cùm ſignum magnū, quale raro fecit, eſſet facturus, ex quo multa erat ꝓuētura vtilitas, ne turba abſente nihil lucraretur, doloris affectu multos teſtes allicit, nē prȩdā amitteret. Et primū humanā declarat naturā. Lachrymatur & perturbatur. Norat enim lachrymas excitare, & affectum arguere. Illa enim particula, *Et infremuit ſpiritu,* motum illum cohibuiſſe ſignat: & ait: *Vbi poſuiſtis eū?* ne flendo interrogaret. Sed quid rogat? Nō vult feſtinare, ſed omnia ab illis diſcere, & hortatus facere, vt omni ſuſpicione careret miraculū. *Dicūt ei: Domine, veni & vide. Lachrymatus eſt Ieſus.* Nullū adhuc reſurrectionis ſignū oſtēderat, neq; vt ſuſcitaturus, ſed
D vt lachrymaturus venit, qđ mox ſignificatur: ait em̄: *Dixerunt ergo Iudæi: Ecce quomodo amabat eū. Quidā autem ex ipſis dixerunt: Nō poterat hic, qui aperuit oculos cæci, facere vt & hic nō moreretur?* Nec in calamitatibus à malicia abſtinebāt. Atqui facturus erat rem lōgè mirabiliorem. Longè enim maius eſt poſt mortē in vitam reuocare, quàm inſtātem propellere: in quo ergo eius virtus erat admirāda, in eo Ieſum calūniantur. Confitētur autem aperuiſſe oculos cæci, † & quod rurſus debebāt admirari calumniantur, ac ſi nihil fēciſſet.] Nec in hoc ſolùm eorum oſtēdit maliciam, ſed cùm nondum ad monumentum venerit, eum criminantur, non expectantes rei finem. Intuere corruptū eorum iudiciū. Venit ad monumentum, & rurſum affectum arguit. Quid tādem tam diligenter quoties lachrymatus ſit meminit euangeliſta, & quòd infremuerit? Vt intelligas verè naturam noſtrā induiſſe.

† rogari ἀξιῶσαι]

Supra. 9. c

Supra. 9. a

† & cū illud admirari deberēt, ex hoc quòd Lazarū mori permiſerit, etiā cæci miraculū calumniatur, ac ſi illud factum non eſſet.]

Universidad de Deusto Biblioteca

Cùm enim magna de eo magis q̃ alij loquatur, etiã
in his quæ ad corpus ſpectãt hoc in loco multò hu-
Mat.26. milius loquitur. Nihil vt reliqui euangeliſtæ in paſ-
d.&Luc. ſione ꝙ in agonia eſſet,narrauit,ſed contrà ꝙ retror-
22.c ſum ſupinos reiecerit.Quod ergo illic omiſit,hic per
Supr.10.d luctũ implet.Nam de morte diſputans,inquit:Pote-
ſtatem habeo ponendi animã meã:& nihil ſubmiſſè
loquitur.Ideo in humanitatis affectibus incarnatio-
Matt.26. d. nis veritatẽ oſtendunt. Matthæus enim ab agonia,&
tremore,& ſudore: hic à lachrymis humanitatẽ con
firmat.Neque enim niſi noſtræ fuiſſet naturæ, & ſe-
mel, & iterum lachrymari coactus fuiſſet: neq; vllis
reſpondet criminibus. Quid enim verbis imponere
eis ſilẽtium oportuit,cũ mox rebus ipſis ad tacendũ
cogerentur?quod grauius fuit, & maiorem incuſſit
pudorẽ.Ait ergo:*Tollite lapidẽ.* Quid tandem abſens
nõ idẽ iuſſerat,atq; perfecerat? Quid nõ dimiſſo la-
pide ſuſcitauit?Poterat enim qui corpus mortuũ vo-
ce mouerat,& corrupto animã inſpirarat, multò ma
gis lapidẽ mouere.Sed cur non fecit?Vt eos teſtes fa
ceret miraculi,ne dicerent quod & de cęco,Hic eſt,
non eſt. Manus enim & præſentia illorũ ipſum eſſe
teſtabãtur.alioqui enim vel imaginationẽ, vel præ-
ſtigiũ aliquod opinari potuiſſent: vel alium pro alio
ſuppoſitũ fuiſſe:Nunc verò cũ affuerint,cũ lapidem
tulerint,cũ ligatus exierit,cũ iuſſus ſit ſolui, cũ amici
à quibus fuerat exportatus,præſentes ipſum viderĩt,
& ex veſtibus agnouerint,cũ ſorores illinc nõ abie-
rint,&Martha eũ iam,quia quatriduanus eſſet,fœte-
re dixerit:hæc omnia ſufficiẽtia erãt,quæ vel impu-
dentibus ſilentiũ imponerent,cũ rei teſtes adeſſent.
Ideo iubet vt lapidẽ tollant à monumẽto, oſtendẽs
ſe ipſum ſuſcitare.Ideo interrogat, Vbi poſuiſtis eũ?
vt dicẽtes,Veni & vide:& ducẽtes ipſum,nõ poſſent
dicere aliũ ſuſcitatũ,vt & vox, & manus teſtificarẽ-
tur.Vox,dicẽdo,veni,& vide. Manus,lapidẽ tollen-
do,& inſtitas ſoluẽdo.Et viſus,& auditus. Hic,vocẽ
audiẽdo:ille,vidẽdo exeuntẽ:& odoratus, odore of
fenſus.Inquit enim:*Iã fœtet,quatriduanus eſt enim.* Me-
ritò ergo dixi,ꝙ minimè norat mulier quid Ieſus di-
ceret,cũ inquit:Etiã ſi mortuus fuerit viuet. Conſi-
dera ergo quid hæc dicat,tanquã iam propter tẽpus
impoſſibile eſſet.Erat em̃ admirabile, vt quatridua-
nũ & fœtidũ mortuũ ſuſcitaret. Diſcipulis enim in-
Hic ſup.a quit:Vt glorificetur filius dei per eã. Hic vero gloriã
dei de patre inquit. Animaduerte audientiũ imbe-
cillitatem diuerſi ſermonis eſſe cauſam.Rememorat
autẽ quæ ſuperius dixerat,propemodũ arguens tan-
quam oblitã.Noluit autẽ iam præſentes perturbare,
ideo inquit: *Nõne dixi tibi,quòd ſi credideris, videbis gloriã
dei?*Magnũ nanq; bonum fides eſt, magnũ inquam,
& bonorũ multorũ cauſa, vt dei opera homines fa-
Mat.17.c cere poſſint in nomine illius.Si enim credideritis,in-
Infr.14.b quit,& dixeritis mõti huic,vt trãsferatur,fiet:&,Qui
credit in me, maiora ſigna faciet q̃ ego, in nomine
Acto.5.c meo.Quænã maiora?Etenim vmbræ ipſorum mor-
tuos ſuſcitabãt.Sic enim prædicabatur Chriſti pote-
ſtas.Non enim tam mirabile fuit, ꝙ viuus miracula
faceret,quàm ꝙ ipſo mortuo alij in nomine eius ma
iora operarẽtur.Neq; dubitãdum fuit de eius reſur-
rectione,neq; ſi viſa fuiſſet,ita eſſet confirmata. Qui
enim reſurgentẽ vidiſſet, dicere poterat fuiſſe fanta
ſma:qui verò ſolo eius nomine inuocato,maiora mi
racula videt, q̃ cùm in carne cũ hominibus verſatus
eſt,non ſanè incredulus eſſet,niſi maiorẽ in modum

A deſiperet.Magnũ igitur bonũ fides,cùm à vehemẽti
amore,& flagrãti animo procedit:ipſa ſapientes nos
indicat,ipſa humanã † detegit] humilitatẽ,& inferius † abſcondit]
omiſſis rationibus,de cœleſtibꝰ diſputat:& quod hu
mana ſapiẽtia inuenire nõ poteſt,in quo deficit,hoc
fides dirigit,hoc docet.Hãc igitur cõplectamur:ne-
que rationibus diſtrahamur.Cur gentiles nihil inue
nire poſſunt,dic quæſo?Nõne externã omnẽ nouê-
re ſapientiã?Vnde ergo piſcatores,& tẽtoriorũ opifi-
ces,& indoctos ſuperare nõ potuerũt?Quoniam illi
rationibus,hi fide omnia perficiebant:ideo & Plato-
nẽ,& Pythagorã, & philoſophos omnes, necnon &
aſtrologos, & mathematicos, geometras,arithmeti-
cos, & omnis ſapiẽtiæ profeſſores ſuperarũt, & tãto
meliores facti ſunt:quãto natura ſtultis & deliranti-
bus,qui vere & reipſa ſunt philoſophi. Hi em̃ ſtatim
B animã immortalẽ eſſe,nõ tantũ dixerunt,ſed & per-
ſuaſerũt.Illi anteà ne norãt quidẽ, quid eſſet anima,
poſtquã autẽ inuenerunt, & diuiſerũt eã à corpore,
iterũ in errorẽ prolapſi ſunt:aliqui corpus eam dixe-
rũt,alij cõpoſitũ, nonnulli cũ corpore diſſolui: nec-
nõ cœlum animatũ,& deũ.Piſcatores autẽ dei opus
profeſſi ſunt,&omnibus perſuaſerũt.Quòd autẽ gẽ-
tiles rationibus vſi ſint, minimè mirũ: ꝙ autẽ qui fi-
deles videntur,hi animales inueniãtur,eſt ſanè ridi-
culũ,propterea decipiũtur. Et alij quidẽ qui dicunt
ſcire deũ,vt ipſe ſeipſum nouit,quod nemo ne illorũ
quidẽ auſus eſt dicere.Alij nõ poſſe deũ ſine paſſio-
ne generare,neq; ei quicquã amplius † à nobis habe- † quàm cuilibet homini tribuũt.]
re permittũt.] Alij ꝙ recta vita nihil proficit.Sed tem
pus nõ eſt hæc in pręſentia reprehẽdẽdi.Quòd autẽ
nihil proficiat fides recta,ſi vita praua ſit, & Chriſtꝰ,
C & Paulus pluribus oſtẽdit.Inquit enim:Non omnis Matt.7.c
qui dicit mihi, domine domine, intrabit in regnum Ibidem.
cœlorũ.Et,Multi dicẽt mihi in illa die,Domine,nõ- Luc.10.c
ne in nomine tuo ꝓphetauimus? & dicã eis, Neſcio
vos.Et iterũ:Nolite gaudere,ꝙ dęmonia vobis obe-
diunt.Qui hæc nõ attendũt,facilè in vicia delabun-
tur,etiã ſi fidẽ rectã habeãt. Sed nos hæc fugiamus,
neq; enim ſine vita recta deꝰ videri poteſt. Pacẽ,in- Heb.12.d
quit,perſequimini,& ſanctificationẽ,ſine qua nemo
videbit † deũ.] Sanctificationẽ continentiã appellat, † dominum.]
vt vnuſquiſq; ſua contentus ſit vxore, neq; alienam
quærat.Qui ſua cõtentus nõ eſt,ſaluus eſſe non po-
teſt: ſed neceſſariò peribit, etiam ſi innumera bona
opera fecerit. Fornicando impoſſibile eſt intrare in
regnũ cœlorũ:imò nõ fornicatio hæc,ſed adulteriũ.
Quemadmodũ enim alligata viro,ſi aliũ cognoſcit, Matt.5.c
D adulteratur:ita alligatus vxori,ſi aliã habet, adulterij
reus eſt:hic non hæreditabit regnũ cœlorum, ſed in
gehennã intrudetur.De his inquit deus:Vermis eo- Eſa.66.g
rũ nõ morietur,neq; ignis extinguetur. Nullã enim
veniã conſequitur,qui capta vxore, poſt hoc carnis
remediũ alienæ iniuriatur, hoc iam laſciuia eſt: ꝙ ſi
ab vxore ſua multi ieiunij & orationis tẽpore abſti-
neat, qui ſua cõtentus nõ eſt, ſed alienã introducit:
quantũ ſibi mali accumulat? Si ſuã repudiare, & alij
vacare nõ licet(eſt enim adulteriũ) quantum ille ac-
cuſandus eſt,qui ſuæ aliam addit?Nemo igitur hunc
morbum animæ inſidere permittat, ſed radicitus e-
uellat.Neque enim tantum vxorem, quantum ſeip-
ſum offendit: hoc enim adeò apud deum ſceleſtum
videtur, vt ſi vxor ab idololatra viro ipſo nolente
diſcedat,puniatur:ſi ab adultero,minimè. Conſide- 1.Cor.7.c
ra ergo huius morbi maliciam:nam ſi qua fidelis,in-
quit,

quit,habet virum infidelẽ,& ipſe conſentit habitare
cum illa,non dimittat ipſum. De fornicatione autẽ:
Matt.5.e Si quis dimiſerit vxorem ſuã pręter rationem forni-
cationis,facit ipſam mœchari. Nã ſi cõſuetudo vnũ
corpus facit, ſi quis meretrici admiſcetur, vnum cũ
† quæ pudica eſt et Chriſti membrũ, talem ſuſcipiet?] meretrice corpus efficitur: quomodo ergo † ornata
accipietur,cũ ſit mẽbrũ Chriſti?] Quomodo ei iun-
getur corpus meretricis?Et intuere exceſſum. Quæ
cũ infideli habitat,nõ eſt immũda. Sanctificatus eſt,
inquit,vir infidelis in muliere fideli.In fornicaria au-
1.Cor.7.c tẽ nũquid mẽbra Chriſti faciemus mẽbra meretri-
cis?Illic ſanctificatio manet,ſi cum vxore cohabitat,
hic diſcedit.Graue itaq; malum fornicatio,graue in-
quam,& immortale afferens ſuppliciũ,& in hac vita
innumera ſecũ mala trahit.Cogitur enim vitam mi-
ſeram & infœlicem viuere,qui hoc morbo afficitur.
Neq; meliori loco res ſuæ ſunt,q̃ eorum qui ſuppli-
ciis diſtrahuntur.Alienam domũ trepidus & formi-
doloſus ingreditur,omnia timet,&ſeruos,& liberos.
Quare hortor hoc vos morbo diſſoluatis:quod ſi nõ
placet,nolite hæc ſacra ingredi penetralia. Siquidẽ
minimè oportet ſcabioſas & morbidas oues in ſana-
rum & bene valentiũ grege verſari, ſed ab ouili exi-
gendæ ſunt,quoad bonã recipiant valetudinẽ. Mẽ-
bra Chriſti ſumus,nolimus fieri meretricis. Non eſt
locus hic lupanar,ſed eccleſia. Si mẽbra meretricis
habes,abeſto ab eccleſia,ne præſentia tua ſordeſcat.
Quòd ſi nulla eſſet gehenna,nullũ ſuppliciũ: quo ta
† fœdera illa. men animo poſt † cõiunctionẽ illã,] & nuptiales fa-
ces,poſt iuſtũ lectũ, & liberorũ ſuſceptionem, poſt
quotidianam cõſuetudinem,pateris aliã ſupponere?
Cur non vereris,nõ erubeſcis?Qui poſt vxorũ mor-
tem aliis admiſcentur, hi reprehenduntur à multis,
quanuis puniri non poſſint:tu viuente vxore aliã ſu-
perducis?Quænã hæc incontinentia? De his inquit:
Eſa.66.g Vermis eorũ non morietur,& ignis nõ extinguetur.
Perhorreſce minas,formida ſuppliciũ.Non eſt tanta
hic voluptas,quãta illic pœna.Sed abſit vt aliquis ſit
huic obnoxius ſupplicio,ſed per ſanctificationẽ om-
nes Chriſtum videant,& promiſſa bona cõſequan-
tur,gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti,
cum quo patri gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia lxiij.ex cap. vndecimo.

*IEſus autẽ eleuatis ſurſum oculis, dixit: Pater, gratias
ago tibi,quoniã audiſti me.Ego autem ſciebam,quia
ſemper me audis,&c.*Quod ſæpenumero dixi,
id & in præſentia repetã,deũ ſcilicet non adeò ſuam
ſpectare dignitatẽ,vt noſtrã ſalutẽ:neq; vt magnum
aliquid loquatur,ſed vt nos poſſit allicere. Propter-
ea alta & magna rarò,& ea abſcõdita,ſed humilia &
abiecta frequenter loquitur. Cùm enim his populũ
magis adduceret,magis etiam vtebatur, non tamen
ſemper,ne qui poſtea credituri erant, offenderẽtur:
neq; conticet,ne præſentes ſcandalizarentur.Illi nã-
que qui perfecti futuri erant,ex vno altè & magnifi-
cè dicto totũ poterãt intelligere: hi autẽ cùm rudes
eſſent,niſi ſæpenumero eadẽ audiſſent, nullũ cepiſ-
ſent emolumentũ. Certè neq; poſt tantam doctrinã
perſtant,ſed eum lapidibus petunt,& perſequuntur,
& interficere conãtur,& blaſphemũ appellant, cùm
æqualẽ ſe faceret deo.Et nunc dicunt blaſphemare.
Supr.10.g Cùm autẽ dixiſſet,Remittuntur tibi peccata tua,ite-
rum dæmonium habere dicunt.Et cùm mortem ſu-
perare,qui verba ſua audiret,& ſe in patre & patrem
in ipſo eſſe,& de cœlo ſe deſcendiſſe diceret,eũ re-

A linquunt,& perturbãtur. Quæ ſi rarò dicta minimè
ferebãt,lõgè minus ſi ſemper altè & magnificè lo cu
tus eſſet.Nam cũ dicit:Sicut mãdauit mihi pater, ſic Supr.8.d
loquor.Et ego à meipſo nihil loquor:tunc credunt.
Multi,inquit,crediderũt in eũ.Quòd ſi humilia fidẽ
faciũt,ſublimia auferũt:nõnne vltimę amẽtię eſt,nõ
intueri humiliter ꝓpter auditores locutũ?Nã & alio
in loco cũ magnũ quiddã dicere vellet, & reticuiſ- Mat.17.d
ſet,cauſam attulit dicens,Ne autẽ ſcandalizarentur,
proiice hamũ in mare.qđ & in hoc loco. Cùm enim
dixiſſet,Ego ſciebã quia ſemper me audis: ꝓſecutus
eſt,propter circunſtantẽ populũ dixiſſe,vt crederẽt.
Nũquid noſtra hęc verba ſunt?Nũ humana cõiectu
ra?Cũ enim ex rebus ipſis nos credamus eos in ma-
gnis ſcãdalizari, & ipſe dicat ſe ideo humilia loqui,
ne ſcãdalizarẽtur: quis deinceps à natura humiliter
B ipſum locutũ ſuſpicabitur,& nõ eorũ indulgẽtẽ im-
becillitati?Et alibi voce cœlitus delata dicebat:Non Matt.17.
propter me hæc vox facta eſt,ſed propter vos.Atqui
magnũ decet multa de ſe humiliter prædicare, non
autẽ humilẽ & abiectũ magnificè. Indulget em̃ illo
modo auditorũ imbecillitati,& humilitatẽ eos,& ſe
carnẽ noſtrã accepiſſe erudit:néve deo contrariũ,&
non veniſſe à deo,& legẽ ſoluere arbitrarentur,vtq;
odiũ populi auerteret, cũ frequenter in veteri teſta-
mẽto dicatur:Dominus deus tuus,dominus vnꝰ eſt. Deut.6.a
Quòd autẽ humilis & abiectus magnificè de ſe lo-
quatur,nulla eſt cauſa,nec ratione aliqua nititur,ſed
ſola amẽtia eſt,& impietas,& audacia nõ toleranda.
Qua ergo gratia humilia loquitur, qui arcanæ illius
& inenarrabilis eſt ſubſtantiæ?Et eorũ quæ diximus
gratia,& ne etiã putaretur ingenitus. Nam & Paulus 1.Cor.15.d.
C quid tale timuiſſe videtur,cũ ait:Præter eũ qui ei cũ-
cta ſubiecit. Impiũ enim hoc ſuſpicari. Nã ſi minor
patre,& alterius ſubſtãtiæ æqualis exiſtimatus eſſet,
nõne omnia feciſſet vt ea tolleretur opinio? Nũc cõ
trà facit,inquiẽs:Si nõ facio opera eius qui miſit me,
nolite mihi credere.Et cũ dicit,Ego in patre,& pater Infr.14.b
in me eſt:æqualitatẽ nobis ſignat.Erat autẽ hæc om
nino tollẽda opinio,ſi inferior fuiſſet,& nullo pacto
dicendũ,Ego in patre,& pater in me eſt, aut vnũ ſu-
mus:aut,qui videt me,videt & patrẽ. De virtute nã- Ibidem.
que ſermo erat,dicendo,Ego & pater vnũ ſumus.Et Supr.10.f
de potẽtia,Sicut pater ſuſcitat mortuos, & viuificat: Supr.5.d
ſic & filius quos vult, viuificat.Quod qui alterius eſ-
ſet ſubſtãtię,minimè facere potuiſſet:quod ſi potuiſ-
ſet,nõ oportebat id dicere,ne quis vnã & eandẽ eſſe
ſubſtantiã arbitretur.Si enim ſuſpicarentur deo con
D trariũ eſſe,etiam quæ ſibi non cõueniunt,de ſe non-
nunquã loquitur,longè magis tunc. Dicere nanq;,
vt honorificent filiũ,ſicut & patrẽ:&, opera quæ ille Supra.5.d
facit,& ego ſimiliter facio:& ſe reſurrectionẽ eſſe & Ibidem.
vitam,& lucem mundi:æquiparantis eſt ſeſe patri,&
illorum confirmantis ſuſpicionẽ.Nunc autem ꝙ le-
gem nõ ſoluat,tot rationibus excuſat: opinionẽ au-
tem æqualitatis ad patrem,non modò non tollit,ſed
confirmat:& dicẽtibus illis,blaſphemas, quia te deũ
facis: † ex operibus æqualitatem demonſtrauit.] Et Supr.10.g † ex operũ æqualitate iſtud cõfirmauit]
quid filium hoc feciſſe dico,cùm pater non indutus
carne,multa de ſe humilia dici paſſus ſit propter au
ditorũ ſalutem?Adæ enim inquit,Vbi es?Et illud,Vt
cognoſcã ſi fortè ſecundũ clamorem eorũ perficiũt: Gen.3.b
&, Nunc cognoui,quia tu times deũ. Et ſi fortè au- Gen.18.c Gen.22.c
diant, & ſi intelligãt:&,Quis daret cor populi huius Ezec.3.c
ſic eſſe?&,Non eſt ſimilis tibi inter deos domine. Et Pſal.85.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

multa huiuſmodi in veteri teſtamento, ſi quis notaret, diuina maieſtate indigna inueniret. Et de Achab dictũ eſt: Quis decipiet mihi Achab? Et quoties gentilibus diis per comparationem præponitur, ſemper indigna ſunt deo verba. Sed aliter digna efficiuntur, quoniã tam clemens eſt, vt propter noſtram ſalutẽ, etiam digna ſe verba conténat. Nam & q̃ homo factus ſit, & ſerui formã acceperit, q̃ humilia & loqueretur, & de ſe dici permiſerit, indignũ deo. Indignũ ſanè, ſi quis eius conſideret maieſtatẽ: dignũ rurſus, ſi immẽſa eius benignitas, & clemẽtia conſideretur. Eſt & alia tam humiliũ verborũ cauſa, quia patrem norant, & venerabãtur, filium autẽ ignorabant. Ideo ad ipſum frequẽter confugit tanquã cõfeſſum, quaſi ipſe nõdũ eã haberet authoritatẽ: nõ ex ſe, ſed ex auditorũ ſtultitia, atq; imbecillitate. Ideo orat, & dicit: *Pater gratias ago tibi, quoniã audiſti me.* Quòd ſi quos vult † viuificat, & ſicut pater, ita viuificat, quare orat? Sed † vide iam in ipſum veniſſe locum.] *Vt ergo tulerunt lapidem, Ieſus eleuatis ſurſum oculis, dixit: Pater gratias ago tibi, quoniã audiſti me. Ego autẽ ſciebam, quia ſemper me audis: ſed propter populũ qui circũſtat dixi, vt credant, quia tu me miſiſti.* Interrogemus hic hæreticũ, num preces ei quid contulerint ad Lazarũ ſuſcitandũ? Quomodo ergo alia ſine precibus fecit miracula? Tibi, inquit, dico dæmoniũ egredere ab iſto: &, Volo, mũdare: &, Surge, tolle grabbatũ tuum: &, Remittũtur tibi peccata tua: & mari, Tace, obmutéſce. Quid autẽ præſtaret apoſtolis, ſi preces ei ad miracula opitularentur? Imò neq; illi precibus omnia faciebãt, ſed multa Ieſu nomine inuocato. Quòd ſi eius nomẽ tantum poterat, quomodo ipſe precũ auxilio indigebat? quo ſi indigebat, non vtiq; nomen eius eam habuiſſet poteſtatem. Cùm autẽ hominẽ fecit, quid precatus eſt? Nõne magna deprehenditur æqualitas? Faciamus, inquit, hominẽ. Quid autẽ imbecillius, ſi ei orãdũ fuit? Sed videamus quid orat. Pater, gratias ago tibi, quia audiſti me. Et quíſnã vnquã ita precatus eſt? priuſquam quicquã diceret, Gratias ago tibi, inquit, oſtẽdens ſe non egere precibus. Omnia enim facis quæ volo: nõ tanquã non poſſet, ſed tanquã vna eſſet ipſorum ſententia. Sed qua gratia orationis forma vſus eſt? Non me, ſed illũ cauſam dicentem audi: Propter circunſtantẽ populũ, vt credant, quia tu me miſiſti. Non dixit, vt credant me minorẽ, & q̃ diuino indigeam auxilio, ſine quo nihil facere poſſum, ſed q̃ tu me miſiſti. Hæc omnia preces oſtendunt, ſi ſimpliciter eas accipiamus. Non dixit, Miſiſti me imbecillũ, ſeruitutis conſcium, à meipſo nihil faciẽtem: ſed his omnibus omiſſis, ne quid horum ſuſpicareris, ponit veram orationis cauſam, ne me deo contrarium arbitrarentur, ne dicant non eſſe à deo, vt ſecundũ voluntatem tuam hoc me feciſſe oſtendam: tantũ non dicens, Si eſſem contrarius deo, res non proceſſiſſet. Quod autẽ ait, Audiſti me, & ad amicos dici ſolet, & æquales: Ego ſciebã, quia ſemper me audis: hoc eſt, vt fiat voluntas mea, nõ egeo precibus ad perſuadẽdum, vna enim voluntas eſt. Ad quid ergo preces? Propter infirmiores. *Et cùm hæc dixiſſet, clamauit voce magna.* Cur non dixit, In nomine patris mei veni foras: aut, reſuſcita eum pater: ſed omnibus his omiſſis, orantis forma accepta, re ipſa ſuam præfert authoritatem? quia & hoc ſapientiæ ſuæ eſt, vt verbis humilitatem, re poteſtatem præ ſe ferat. Cùm enim nulla alia de re Chriſtũ poſſent accuſare, quàm quòd non eſſet à deo, & ita multitudinẽ deciperent, hac gratia per exceſſum id refutat, & eo modo quẽ imbecillitas exigebat. Poterat enim aliter oſtẽdere inter ſe cõuenientiã cũ propria authoritate, ſed eò populus peruenire non poterat, & ait: *Lazare veni foras.* Hoc eſt quod dixerat, Venit hora, quãdo mortui audiẽt vocẽ filij dei, & qui audierint, viuent. Vt enim non exiſtimares ab alio virtutẽ accepiſſe, ſuperius te docuit, & nunc per opera oſtẽdit. Et non dixit, reſurge: ſed, veni foras. & mortuum tanquam viuẽtem appellat. Quid huic poteſtati par? Quòd ſi nõ propria virtute hoc facit, quid in eo plus eſſet, q̃ in apoſtolis, qui dicebant: Quid nobis attenditis, tanquã propria virtute fecerimus hũc ambulare? Quod ſi nõ ſua operabatur poteſtate, quid non id qđ apoſtoli, dicebat? Et ita ipſi eſſent ſapientiores, qui gloriã propulſarẽt. Et iterum: Quid attenditis nobis tanquã propria virtute faciamus? Similes vobis homines ſumus. Propterea apoſtoli q̃ nihil ex ſe facerẽt, totis hoc viribꝰ perſuadere conabantur: ipſe autẽ cùm eam de ſe concitaſſet opinionẽ, nónne abſtuliſſet, †ſi falſa eius poteſtas crederetur?] Quis hoc dixerit? Sed cõtrà ait: propter circunſtantẽ populũ, vt credat. Quòd ſi crederent, non opus eſſet precibus. Si enim non erat indignũ ſe precari, quare illis cauſam imputat? Quare autem nõ dixit, vt credant quòd tibi non ſum æqualis? (Oportuit enim in hoc propter hãc ſuſpicionem venire.) Sed cùm legẽ ſoluere exiſtimaretur, nihil illis dicẽtibꝰ: Nolite, inquit, putare, quia veni ſoluere legem. nunc autẽ confirmat opinionẽ. Omnino autẽ quid opus fuit tantis ambagibus, & obſcuritatibus? Satis fuerat dicere: Nõ ſum par. Quid ergo, nõ dixit, inquit, non facio voluntatẽ meam? Et hoc obſcurè, & ob illorũ imbecillitatem, & ea ratione, qua & orauit. Quid autem ſignificat, Quoniã audiſti me? hoc eſt, nulla in re tibi contrarius ſum. Quemadmodum igitur ea particula, Quoniam audiſti me: non ſignat q̃ ipſe non potuerit: non enim tantum impotentia eſſet, ſed etiam ignorantia, ſiquidem ante preces neſciſſet eum ſibi aſſenſurũ. Si autẽ neſciebat, quomodo dixit, Vado vt à ſomno excitẽ eum: & non dixit, vado vt rogem patrẽ vt excitet. Quemadmodũ inquam, id nõ imbecillitatis erat, ſed concordiæ: ita & illud, Quia ſemper me audis: aut idẽ ſignat, aut ad illorum locutus eſt ſuſpicionẽ. Quod ſi neq; ignorabat, neq; imbecillis erat, cõſtat propterea humiliter locutũ, vt ſaltem id per exceſſum dictũ cogaris confiteri, non ſecũdum eius dignitatem, ſed vt ad auditorum deſcenderet imbecillitatem: ideo dixit, Quoniam me audiſti. Minimè, inquies, ſed vt oſtenderet excellentiã. Atqui hoc pacto & nimiam humilitatẽ, & tantùm hominẽ eſſe indicaſſet. Neq; enim precari dei eſt, & eius qui deo aſsidet. Vides nulla alia cauſa ad hoc veniſſe, quàm propter illorũ incredulitatẽ? Intuere rem ipſam eius poteſtatẽ teſtantem. *Prodiit ergo Lazarus ligatus.* Inde ne imaginationem quandã eſſe putares. Prodire enim ligatum, nõ minus admirandum videbatur, quàm ſuſcitari. *Iuſſit ſolui,* vt tangentes & propius facti noſcerent verè † reſurrexiſſe,] & inquit, *Sinite abire.* Intuere quòd nullam gloriã expetat. Non ducit eum, non iubet ſecum eſſe, vt rem oſtentet facto miraculo. Alij admirabantur, alij Phariſæis annunciarunt. Quid igitur illi? Cum admirari & obſtupeſcere eos oporteret, ipſum qui mortuum ſuſcitauerat, interficere voluerunt. O amentiam, qui in aliis

2. Par. 18. c.

Supr. 5. d † tẽpus eſt iã ipſum ingredi lo cũ] interpres legiſſe videtur ὥρα per o μικρὸν, ſed noſter codex melius habet, ὥρα per ω.

Luc. 11. b
Matt. 8. a
Matt. 9. a
Luc. 5. d
Marc. 4. d

Gene. 1. c

Supr. 5. d

Acto. 3. b

Ibid. 14. c

† ſi propria authoritate non faceret?]

Matt. 5. b

† illũ eſſe]

in aliis corporibus mortẽ vicerat, ei mortem inferre arbitrabãtur, & dicũt. *Quid facimus? quia hic homo multa ſigna facit.* Adhuc hominẽ appellant, cùm tale diuinitatis eius teſtimonium acceperint. Quid facimus? Credere oportuit, & colere, & adorare, neq; amplius hominẽ exiſtimare. *Si dimittimus eum ſic, omnes credent in eũ, & venient Romani, & tollent † locũ noſtrũ, & gentẽ.* Quid ſibi his verbis volũt? Populum concitare tanquam tyrannide periclitaturũ. Si viderint, inquiunt, Romani turbã ipſum ſequentem, ſub tyrannide nos eſſe arbitrabuntur, & deſtruent noſtram ciuitatem. Et quánã gratia, dic quæſo? Nunquid ſeditionẽ docebat Chriſtus? Nũ diſſuadebat cenſum dari Cæſari? Nónne regẽ ipſum facere voluiſtis, & renuit? Nõne humilem & abiectã vixit vitam? nónne & domo & aliis huiuſmodi caruit? Hæc ergo † ſine ratione vlla] dicebant, ſed inuidia tantũ. Verũ id ſibi cõtigit, cùm minimè expectarent, & ciuitatẽ & gentem ceperũt Romani poſtquã Chriſtũ interemerunt. Erant enim quæ faciebat Chriſtus, minimè formidãda. Qui eñ ægrotos ſanabat, qui optimã docebat vitã, qui principibus parére iubebat, nõ cõfirmabat, ſed propulſabat tyrannidẽ. Illi ſanè ſeditionẽ docebant, hic contrà. Quid enim ſimile ſuboſtendebat? Nũ ſatellitibus ſtipabatur? Nũ ſe muniebat? Nũ ſolitudines obſidebat? Sed ne affectu aliquo dicere viderẽtur: totã peri clitari ciuitatẽ, & ſe reipublicæ conſulere, & de vltimo ipſorũ periculo habendam rationẽ dicunt. Non hæc vobis captiuitatis cauſa fuit, ſed lõgè alia. Huius nanque captiuitatis, & antè Babyloniæ & Antiochi nõ fuit cauſa, q̃ apud vos boni viri, ſed q̃ mali & iniuſti, & deũ prouocantes verſabantur. Verumenimuero inuidia nihil videt, ſed cæcat animam. Nónne Ieſus manſuetudinẽ docuit? Nónne alapis cæſos nõ vlciſci? Nónne iniuria affectos tolerare? Nónne † ad accipiendũ, q̃ ad inferendum aliis malũ promptiores eſſe] admonuit? Nunquid hæc tyrannidem conſtituentis ſunt, an potius tollentis? Sed, vt dixi, grauis quidã affectus eſt inuidia, & plenus ſimulatione. Hic orbẽ terrarũ innumeris impleuit malis, hinc iudicia complẽtur, hinc liuores, & pecuniarũ amor, & principatus, hinc inanis gloria, hinc viæ obſidentur, hinc mare piratę percurrunt, hinc per orbem terrarũ cædes, hinc genus noſtrũ diſſipatur. Quodcunq; videris malũ, ab inuidia prouenit, iam in eccleſias irrepit, & à principio multa operata eſt mala. Hic morbꝰ auariciã peperit, quæ omnia confudit, iuſticiam corrupit. Dona enim ſapiẽtum oculos exęcant, & tanquam frænũ ori, auertunt, & cohibent correptiones. Hæc p̃ liberis ſeruos reddit. De hac quotidie loquimur, & nihil p̃ficimus, feris peiores efficimur, orpha nos nudamus & viduas, pauperibꝰ vim inferimus, & eorũ augemus miſeriam. Hac periit pietas è terra, & nihil nobis niſi fletꝰ relinquũtur, & hoc ſingulis diebus dicendũ eſt: Nihil precãdo, nihil cõſulendo, nihil admonẽdo proficimus, relinquitur fletus. Hoc & Chriſtus fecit, cũ multa Hieroſolymis ſine profectu admoniſſet, eorũ lachrymatus eſt calamitatẽ. Hoc prophetæ faciunt, hoc & nos faciamus, fletus iã tempus eſt, & lachrymarũ, & lamentationum. Nunc dici poteſt, Vocate flẽtes, & ad ſapiẽtes mittite, & loquãtur. Hoc fortaſſe pacto morbũ qui claras domos habitat, qui agros rapina cõplectitur, eiicere poterimꝰ. Lugendi tẽpus eſt, ſed opitulamini mihi, vos qui iniuriã accipitis: qui ſpoliati eſtis, opitulamini, lugete, & lachrymarũ mearũ ſocij eſtote. Verùm nõ nos, ſed illos lugeamus: non nobis iniuriã intulerũt, ſed perdiderũt ſeipſos. Nos enim pro accepta iniuria regnũ dei, illi gehennã pro lucro aſſequuntur. Ideo melius eſt iniuriã accipere, q̃ facere. Lugeamus eos non cõmuni luctu, ſed quo ſacræ nos literæ docẽt pphetas luxiſſe. Lugeamus cũ Eſaia dicẽte: Væ cõiungẽtibus domũ domui, & agrũ agro adiicientibus, vt à vicino aliquid auferant. Nunquid habitatis ſoli in terra? domus magnæ & pulchræ, & nõ erũt qui eas habitent. Lugeamus cũ Naum, & dicamus cũ eo: Væ qui ędificant in altũ domũ ſuam. imò lugeamus eos Chriſtũ imitati dicentẽ: Væ vobis diuitibus, quia ſitietis, quoniã accepiſtis mercedẽ veſtram, & cõſolationẽ. Lugeamus ſine intermiſſione, & niſi turpe ſit etiam plãgamus, dicamus cũ propheta: Nolite lugere mortuum, ſed raptorẽ, auarum, cupidũ, inſatiabilẽ. Quãobrem mortuos lugemus, cũ iam nihil proficere poſſumus? Hos lugeamus, qui mutari poſſunt. Sed nobis lugẽtibus ipſi fortaſſe rident: etiã & hoc lugendum, cũ rident quod flendũ eſſet. Si lamentationibus noſtris quid mouẽtur, ceſſandũ eſt à luctu, tanquã corrigendi ſint. Verũ cùm nullo doloris ſenſu tangũtur, perſtemus in dolore. Lugeamus nõ diuites ſimpliciter, ſed auaros, cupidos, raptores. Poſſunt enim diuitiæ rectè & laudabiliter expẽdi, cũ in egenos eas cõferimus. Auaricia autẽ crimináda eſt, atq; accuſanda. Lugeamus igitur, ſequetur fortaſſe aliqua emendatio. Et licèt qui in hũc morbũ inciderint, nõ liberentur: alij tamẽ in eũ non incident, ſed mũdi ſeruabũtur. Vtinã autẽ & ipſi liberẽtur, & nemo amplius tali peſte cõprehẽdatur, vt ſimul oẽs promiſſis nobis bonis perfruamur, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria in ſecula ſeculorũ, Amen.

Homilia. lxiiij. ex cap. Vndecimo.

Vnus autẽ ex ipſis Caiaphas nomine, cùm eſſet põtifex anni illius, dixit eis: Vos neſcitis quicquã, nec cogitatis, quia expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Infixę ſunt gentes in interitu quem fecerũt: in laqueo hoc, quẽ abſconderũt, cõprehenſus eſt pes eorũ: quod Iudæis contigit. Ipſi nanq; dicebant interimendũ Chriſtum, ne Romani venirent, & tollerent eorũ gentem, & ciuitatẽ: poſtquam autẽ interemerũt, ea perpeſſi ſunt: & quæ eorum vitandorũ gratia fecerant, in ea his patratis inciderunt: ſed qui interẽptus ab illis eſt, cœlũ habitat: qui interemerunt, infernum. Atqui nõ hoc intendebant, ſed cogitauerunt eũ, inquit, interficere ab illo die. Dixerunt enim, *Venient Romani, & tollent † regnum noſtrũ & gentem.*] *Vnus autẽ ex ipſis Caiaphas nomine, cùm eſſet pontifex anni illius, dixit,* cùm cęteris eſſet impudẽtior. *Vos,* inquit, *neſcitis quicquã:* Quod illi dubitabant, & deliberandũ propoſuerant. Dixerunt enim: Quid faciemus? hic impudẽter, & aperta frõte, & temerariè decreuit, *Vos neſcitis quicquã, neq; cogitatis, quia expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & nõ tota gens pereat. Hoc autẽ à ſemetipſo non dixit, ſed cum eſſet põtifex anni illius, prophetauit.* Vides quãta ſit pontificalis poteſtatis virtus? Cùm enim pontifex eſſet, licèt indignus, prophetauit, neſcius tamen quid diceret, & os tantùm gratia, non autem ſceleſtũ cor attigit. Multi pręterea alij futura prædixerunt indigni. Nabuchodonoſor, Pharao, Balaam, & omnium cauſa manifeſta. Quod autẽ dicit, hoc eſt, Vos ſedetis adhuc: pigrius rem intuemini, & neſcitis vnius hominis ſalutẽ pro cõmu-

† nos vt prõptiores ſimus ad malũ accipiendum quàm alij ſint ad inferendũ.] Inuidia omnium malorum radix.

† ciuitatẽ noſtram.] nihil legiſſe videtur Chryſ. nã ſubinde ciuitatis mẽtionẽ facit, vt & ſequẽti homilia hũc citãs locũ.

Luc. 20. c
Supr. 6. b
† nõ id futurũ exiſtimãtes.]

Eccl. 20. d

† gentem noſtram.]

Dan. 2. a
Gen. 41.
Num. 24 c.

Universidad de Deusto Biblioteca

A ni contemnendā. Vide quāta ſpiritus potētia, à mala mente verba prophetica, & admirationis plena elicere potuit. Filios autē dei gentes appellat euangeli- Supr.10.c ſta, ab eo quod futurum erat. Quemadmodū & ipſe inquit, Et alias oues habeo, quas etiā à futuro ita appellat. Quid autē ſignat, cū eſſet pōtifex anni illius? Cùm aliis & hic etiā mos corruptus erat. Non enim perpetuū iam ſacerdotium, ſed annuum dabatur, ex quo venales facti erāt principatus. Veruntamen etiā ſic aderat adhuc ſpiritus. Poſtquā autem in Chriſtū manus extenderūt, tunc eos dereliquit, & abiit ad apoſtolos. Et hoc velum ſciſſum ſignat, & Chriſti vox Mat.23.d dicētis: Ecce dimittetur domus veſtra deſerta. Et Ioſeph⁹ qui paulò pòſt fuit, inquit, quoſdā angelos adhuc expectātes, † viſos migrare, vt eos relinquerēt:] († nū vellent mutari, reliquiſſe ipſos.]) quouſq; eīn vinea perſtitit, omnia facta ſunt: ex quo autem hæredē interemerunt, mox perierunt. Et tanquam ſpecioſam veſtem à puero inutili Iudæorū accipiēs deus fidelibus ſeruis ex gētibus tradidit, & deſertos illos dimiſit, & nudos. Nec parū fuit ꝙ inimicus hæc prophetaſſet, ſed ꝙ alios allicere potuit. Cōtrà enim q̄. vellet, euenit. Nā poſt Ieſu mortē futuro ſupplicio liberati ſunt fideles. Sed q̄d ſignat, *Vt cōgregaret in vnum?* ꝙ qui propè erant, & qui longè, vnum corpus reddidit: qui Romæ eſt, Indos corpus ſuum eſſe arbitratur. Quid huic congregationi ſimile? Et omniū eſt caput Chriſtus. *Ab illo ergo die† cogitauerūt,] vt interficerent eū.* († cōſultauerunt Iudæi.]) Atqui anteà tentarant. Dicit enim: Supr.5.c Propterea quærebant eū Iudæi interficere. Et iterū: Ibid.7.c Quid me quæritis interficere? Sed tunc quærebant, nunc ſuā confirmarunt ſententiam. *Ieſus autem iam nō palàm ambulabat apud Iudæos.* Iterum more hominis ſibi cauet, & frequenter hoc facit. Cauſam autē diximus propter quā ſæpenumero diſceſſit, & nūc iuxta deſertū in ciuitate, quæ dicitur Euphrata, manſit cū diſcipulis ſuis. Quo pacto diſcipulos perturbari arbitraris, vidētes ſuū magiſtrū more hominis ſibi ſalutē quærere? Nemo iam eum ſequebatur. Et cùm propè eſſet dies feſtus, omnes Hieroſolymā concurrebant, cùm alij lætarentur, & celebritati ſtuderent, ſoli diſcipuli latent, & periclitantur, tolerabant tamen. Etenī cùm Paſcha eſſet, & ſcenopegia †in Galilæam cōceſſerant,] († in Galilæa deliteſcebāt.]) inde in die feſto in fuga, & latibulis ſoli omniū in magiſtri beneuolētia perſeuerabāt. Hinc Lu- Luc.22.c cas eū dixiſſe inquit: Ego perſeueraui vobiſcū in tētationibus. Hæc dicebat, vt oſtēderet auxilio ſuo vires eos accepiſſe. *Et aſcēderūt multi Hieroſolymā de regione ante Paſcha, vt ſanctificarēt ſeipſos. Et dederāt pōtifices & Phariſæi mandatū, vt ſi quis cognouerit, vbi ſit indicet, vt apprehendant eū.* Admirabilis ſanctificatio cū iniqua volūtate, cū homicida mente, cū ſanguinolentis manibus. Et dicebāt: *Quid putatis, quia non venit ad diē feſtum?* In Paſchate ei inſidias tēdebant, & ſolēnitatis diem in cædē cōuertebant: quaſi dicant, Huc vēturus eſt, tempus eū aduocat. O impietatē, cùm magis virtuti eſt incumbendū, †magis à ſceleribus abſtinēdū,] (†et in maximis ſceleribus captos dimittere oporteret]) tunc innocentē capere conātur. Atqui cùm iā idem tentarēt, nō modò nihil aſſecuti ſunt, ſed ridiculi apparuerūt, ideo frequēter in eos Ieſus incidēs euadit, & volētes ſe interimere cohibet, & dubios reddit, cū Mat.27.b virtutis ſuæ demonſtratione quæreret vt cōpungerentur. Et cùm captus eſſet, vt nō propria ipſorū virtute, ſed illius permiſſu eū cepiſſe intelligerent: neq; enim tunc eum cōprehendere potuerūt, etiā ſi propinqua eſſet Bethania, & cum cōprehēdiſſent, reie-

cit eos retrorſum. *Ante ſex dies Paſchæ venit Ieſus in Bethaniā, vbi fuerat Lazarus mortuus, & māducabat apud eos, & Martha miniſtrabat. Lazarus verò vnus erat ex diſcūbētibus.* Cap. XII. Quòd verè reſurrectionis erat ſignū, cū poſt tot dies & viueret, & comederet. Vnde cōſtat in domo eius prādere, † vtpote amici qui Chriſtū acceperat.] († tanquā enim amici & redamati Ieſum acceperāt.]) Multi dicūt in alia domo diſcubuiſſe. Maria autē nō miniſtrabat, ſed diſcipula hic etiā erat, & ſpiritalibus magis afficiebatur. Neq; enim miniſtrabat tanquam vocata, neque communi vacabat miniſterio, ſed ſoli Ieſu honorē impendit, neq; tanquam homini adeſt, ſed tanquam deo. Hac gratia diffudit vnguētum, & capillis capitis ſui pedes terſit: quæ nō erant indicia ꝙ de Ieſu quicquā ſuſpicaretur, vt multitudo: quod Iudas ſub pietatis obtētu reprehendit. Tū Chriſtus, *Bonum opus operata eſt in ſepulturam meam.* Quid autem B diſcipulum in muliere nō reprehendit, neq; dixit, vt euāgeliſta, furem eſſe? voluit enim multa eū patientia arguere. Quòd enim ſciret proditorem eſſe, antè nonnunquā arguit, ꝙ non omnes crederent, & vnū ex dis diabolū eſſe. Supr. 6.g Demōſtrauit ergo, ꝙ ipſum proditorem cognoſceret, nō tamen manifeſtè reprehēdit, ſed ei indulſit, vt à propoſito reuocaret. Sed quomodo alius inquit euangeliſta omnes diſcipulos idē locutos? Sanè locuti ſunt, ſed nō eodē animo. Mat.26.a Quòd ſi quis inquireret, quid tandē cùm fur eſſet, loculi ei pauperum cōmittebātur? Et cur auarum feciſſet diſpenſatorem? Illud ſanè dicemus, deum arcanam intelligere rationē. Quòd ſi quid & à nobis eſt coniectandum, vt omnem tolleret proditionis materiam, neq; enim poterat dicere pecuniarū id cupiditate feciſſe, ſufficientes enim loculi eſſe debebant qui eius C ſatisfacerēt cupiditati, ſed ſola malicia, quam Chriſtus cohibere volebat multa illi permittēdo. Ideo furem nō arguit, quanuis nō ignoraret, & malam eius obſtruit cupiditatē, & omnem abſtulit excuſationē.

Sinite eam, inquit, *in diem ſepulturæ meæ hoc fecit.* Quo verbo iterū proditorē admonet cum ſepulturæ meminit, quē tamē minimè hæc reprehēſio tetigit, neque placauit. Atqui hoc verbū facilè potuit eū in miſericordiā adducere: quaſi diceret, Moleſtus ſum & grauis, ſed expecta parumper, & migrabo. Huc enim reſpexit, cùm diceret: *Me autem non ſemper † habebitis.]* (†habetis.]) Sed nihil horum ferum & inſaniētem animū flexit, licèt his multò plura & diceret, & faceret, & pedes eius eadem nocte lauiſſet, & ad menſam ſecum adhibuiſſet, quod & latronum animos mulcere aſſolet, & alia verba locutus eſt, quibus etiam lapides mol- D liri potuiſſent: nec multò antè, ſed eadem die, vt minimè obliuioni mandare potuerit: ſed aduerſus omnia perſtitit immobilis. Grauis nanque morbus eſt auaricia, grauis inquam, qui & oculos cęcat, & aures obſtruit, & fera ſæuiores reddit, non conſcientiam, non amiciciam, non conſuetudinē, non proprię animæ ſalutem cognoſcere ſinit, ſed ſemel ab omnibus dirimens, in ſeruitutem ſibi quos cepit, more ſæuiſſimi tyranni vendicat. Et quod in hac aſpera ſeruitute grauiſſimum eſt, quòd etiam gratias ſibi habendas perſuadet, & quantò ei magis ſeruiunt, magis lętantur, & maiori afficiūtur voluptate. Et ita maximè incurabilis morbus, ita fera inſuperabilis efficitur. Hic Giezi pro diſcipulo & propheta, lepra perfudit: hic 4.Reg.5.g Ananiam, & Sapphirā perdidit: Acto.5.a hic Iudam proditorem effecit: hic Iudæorū principes corrupit, cùm dona acciperent, & furibus communicarent: hic innu-

mera

mera bella induxit. Vias ſanguine, fletibus & lamentis ciuitates implet. Hic menſas ſceleſtas reddidit, & cibos iniquitate aſperſit. Ideo idololatriā eū appel- Coloſſ. 3.a & Ephe. 5.b lauit Paulus, †non tamē tam formidabilis eſt idololatria.] Sed cur ita appellauit? Habēt nonnulli pecunias, & his vti non audēt, ſed nepotibus †reſeruant,] (†attamen neſic quidem terrorem incuſſit.]) & intactas ad alios tranſmittūt, tunc & tanquā dona deo dedicata tangere minimè audēt: quòd ſiquādo coguntur, tanquā ad nefas aliquod timidè veniunt: præterea tanquam quis idolum lapideum, aurum & (†dedicāt]) clauſtris & vectibus cohibēt, pro templo arcā pręparantes, & argenteis vaſis recōdentes: nónne ita aurū adoras, vt ille idolū? Ille & oculos, & animā traderet potius, quàm idolū. Non aliter affecti ſunt auri amatores. Sed non adoro aurū, inquies. Neq; idolū dicet ille, ſed inhabitantē dæmonē. Ita & tu, licèt non aurum, eius tamē aſpectu & cupiditate, animæ inſiden- B tem dæmonē adoras. (Pecuniarum cupiditas dæmone grauior.) Demone enim grauior eſt pecuniarum cupiditas, cui multi magis obediūt, quàm illi idolis: illi enim in multis non parēt, huic verò in omnibus: & quodcūq; faciendū ſuggerit, obſequuntur. Quid dicit auaritia? Eſto omnibus inimicus, obliuiſcere naturā, contemne deū, ſacrificium mihi teipſum offer. Dicto citius parent. Et idolis quidē boues ſacrificant: auaricia, offer mihi animam tuam, inquit, & perſuadet. Vide quas habeat aras, quæ liba- 1.Cor.6.b mina accipiat. Regnū cœlorū auari non poſſidebūt. Neq; has minas formidāt, quāuis hæc cūpiditas infirmiſſima ſit, quippe quæ nō inſita, neq; naturalis eſt: fuiſſet enim nobis à principio, ſed aurū iam nō erat, neq; quiſpiam aurū amabat. Sed ſi placet, vnde malū hoc prouenerit, dicā. Vnuſquiſq; maiori æmulatus, morbū hunc auxit, & nolentē præoccupās irritauit. C Cùm enim ſplendidas domos, diffuſos agros, ſeruorum greges, argentea vaſa, veſtimentorū copiam intuerētur: vt hæc ſuperarēt, pro viribus contenderūt. Itaq; primi ſecundis cauſam, ſecūdi minoribus præbuerunt. Quòd ſi cōtinentes eſſe voluiſſent, nō ſanè fuiſſet poſteris cupiditatis exemplum, imò neq; vlla his excuſatio eſt. Sunt enim qui pecunias contemnunt. Et quiſnam inquies? hoc grauiſſimū eſt, ꝙ impoſſibile videatur, vt quis vincat maliciā, neq; quiſpiam rectus iudicetur. Adducā tamen multos & in ciuitatib⁹, & in mōtibus, & quid proficiemus? Neq; enim propterea meliores euadetis. Sed non nūc nobis de hoc ſermo habetur, vt diuitię †minuātur:] (†euacuentur:]) velim ſanè. Verùm cùm maius vobis onus eſſe videatur, non cogā: ſed ne aliena concupiſcatis, & aliquid in egenos cōferatis, admoneo. Multos autē inuenie- D mus rebus ſuis cōtentos, ſua curātes, & iuſtis viuentes laboribus: quid hos non imitamur, non æmulamur? Cōſideremus maiores noſtros, num facultates eorum ſteterunt? Tantùm eorū nomina durāt, & incorrupta ſeruātur. Num magni alicuius viri balneū, & diuerſoriū, & ſuburbana aſpiciētes, recordati quātum laborē ſubierit, ingemiſcimus? Quāta rapuit, & nuſquā apparet? Sed alij in eius deliciis delectantur, quod nunquā ille ſuſpicatus eſt, fortaſſe & inimici, vt magis puniatur. Huiuſmodi & nos manent. Proculdubio moriemur, & hic noſter finis. Quantā impenſam, quanta odia ſubierunt? Quid hinc emolumenti? Immortale ſuppliciū, & nullum malis remedium, neq; viuētes tantùm, ſed & mortui ab omnib⁹ accuſantur. Quid cùm multorū imagines in domibus poſitas intuemur? Nónne magis dolemus? Vere

A bene inquit propheta: Veruntamen ſtultè perturbatur omnis homo viuēs. Pſal.38.b Profectò harum rerum cura perturbatio eſt: perturbatio, inquam, & anxietas ſuperflua, qua omnino in æternis tabernaculis carebimus. Hîc enim alius laborat, alius fructum capit: illic laborum ſuorum quiſque dominus eſt, & multiplicem mercedem accipit. Ad illam ergo poſſeſſionem properemus, illic ædificemus, vt quieſcamus cum Chriſto Ieſu domino noſtro, Amen.

Homilia lxv. ex cap. xij.

Cognouit ergo turba multa ex Iudæis quia illic eſſet: & venerunt non propter Ieſum tātùm, ſed vt Lazarum quoque viderēt, quem ſuſcitauit à mortuis. Quemadmodū diuitię incautos perdere conſueuerunt, ita & principatus: ille nanq; in auariciā, hic in *inſaniā hominē impellit. (*ἀπόνοιαν. i. inſaniā, ſiue amentiam: aut arrogantiam, ſiue ſuperbiā.) Ecce Iudæorū turba quæ B ſubdita erat bene ſentit, principes verò inſaniunt. Quòd enim illi crediderūt, teſtātur frequēter euangeliſtę: ꝙ multi de turba crediderūt ei, ex principib⁹ minimè: ſed inquiunt, Nūquid aliquis principū credidit in eū? Sed quid inquiūt de turba? Qui non nôrunt legē, maledicti ſunt. Supr.7.g Qui credebāt, eos maledictos dicebāt: ſe autē qui †negabant,] (†necabāt] τοὺς ἀναιροῦντας qui necare aut interficere Chriſtum parabant.) ſapientes. Et in hoc loco, multi cùm miracula viderēt, crediderunt: principes autē ſuis ſceleribus non cōtenti, etiam Lazarum interimere tentabāt. Eſto, Chriſtū, ꝙ ſabbatū ſoluerit, ꝙ æqualē ſe patri fecerit, & propter Romanos, vt dicitis, velitis interficere: quid Lazarū poteſtis accuſare, vt de eius cogitetis interitu? Nunquid beneficium accipere, crimini dandū eſt? Conſidera quantum cædi ſtudebant. Atqui multa ſigna fecerat Ieſus, ſed nullū ita eos efferauit, non paralyticus, nō C cæcus curati. Hoc enim natura admirabilius erat, & poſt multa factū, & mirandum erat mortuū quatriduanū ambulantē & loquentē videre. Sanè quidē. Non tamē feſti diei officia erāt, cædibus coinquinare celebritatē. Præterea illic videbātur Chriſtum ob ſabbati ſolutionē accuſare, & hoc pacto turbā abducere: hîc cùm nihil queri poſſent, cōtra ſanatum irritantur. Neq; poterant dicere, ꝙ patrē oppugnaret: oratio enim Ieſu eis ſilentiū impoſuit. †Siquidē cùm omnis reprehēdendi cauſa eis ablata,] (†Cum igitur id quoque quod ſubinde obijciebāt ſublatum eſſet.]) & ſignum manifeſtiſſimum eſſet, in cædē ferūtur: quod & in cæci miraculo feciſſent, niſi ſabbatū habuiſſent, quod calumniarētur. Accedit ad hoc ꝙ ignobilis ille erat, & eiecerūt eum è tēplo: hic verò clarus, quod cōſtat ex multitudine eorum, qui ad ſorores eius cōſolandas venerāt, & quòd omnibus ſpectantibus miraculum D factū erat cum maxima omniū admiratione. Idcirco omnes, etiā omiſſo feſto, Bethaniam ad eum viſendum cōcurrebant, hoc eos angebat: tentarunt ergo eum interimere, & nihil audere ſibi videbātur, adeò erant prompti ad cædē. Hac gratia hoc in primis vetuit lex, Non occides: Exo. 20.c & Deut. 5.b & hoc propheta accuſāt inquiens, Manus eorū plenæ ſanguine. Quomodo ergo cùm non palàm ambularet in Iudæa, & in deſertum ſeceſſiſſet, iterū audenter reuertitur? Eſaia 1.d Quoniam eorum furorē abſentia ſua iam extinxerat. Ad hæc multitudo pręcedēs & ſubſequēs, ſufficiens erat quę eos ne quid in Chriſtū molirentur perterreret. Nullum enim miraculū adeò eos mouit, vt Lazari reſurrectio. Et alius euangeliſta inquit, quòd ſtrauerunt Luc.19.f ad eius pedes veſtimenta, & quòd vniuerſa ciuitas cōmota, perquàm honorificè acceperunt. Fecit autem hoc vt aliam prophetiā figuraret, aliam impleret: &

Universidad de Deusto Biblioteca

ret:& idē alterius rei eſt principiū,alterius finis.Illud enim,Lętare q̃ rex tuus venit tibi māſuetus,prophetiam implet: quòd aſinū aſcenderit,futurū præfigurauit.Nam immundū gentiū genus ei ſubdi oportebat.Quomodo autē alij dicūt,q̃ diſcipulos miſit,dicens:Soluite aſinā & pullum:hîc autē tantum,quòd *aſino inuēto ſedit ſuper eo? Vtrūq; fieri potuit, ſolutam aſinā ducentibus diſcipulis,ſuper eam inuentam Ieſum ſediſſe. Ramos autem palmarū & oliuarum & veſtes ſtrauerāt, oſtendentes maiorē iam de eo,quàm de propheta opinionē habere.Et dicebāt, †*Hoſianna*] *benedictus qui venit in nomine domini.* Vides hoc maximè mœrore eos affeciſſe, q̃ omnes crederent,deo non eſſe contrariū:& hoc maximè populū *ſcindebat,quòd à patre venire diceret.Sed quid ſignat, Lætare filia Sion? cùm omnes Iudæorū reges vt plurimùm iniuſti eſſent & cupidi, & multitudinē euerterent,& hoſtibus traderēt, Confide,inquit,hic talis non eſt,ſed humilis,& māſuetus:quod ex aſino oſtēditur. Non enim exercitu ſtipatus ingreſſus eſt, ſed ſolo aſino. Hoc autē non cognouerunt diſcipuli eius primū,quod erat ſcriptū de eo. Ecce quòd plura ignorabant,quoniam ipſe nondū eis reuelauerat. Etenim cùm inquit:Soluite templū hoc, & in triduo ſuſcitabo illud: neq; tunc intellexerunt diſcipuli.Et alius euangeliſta ait quòd erat abſcōditus ſermo ab eis,& neſciebāt eum reſurrecturū à mortuis. Sed nō ab re abſcōdebatur: quare alius inquit euangeliſta, quod audiēdo dolebāt,& erant triſtes,quia reſurrecturum non cognouerāt,& eorū ſuperabat ingeniū. Sed cur *id eis non aperuit? Quoniā magnum erat. Et contēplare euangeliſtæ ſapientiā, quòd priorem ipſorum ignorantiā prædicare non erubeſcit.Quòd enim ſcriptū eſſet,norant: quòd de Chriſto,ignorabant.Siquidē ſcādalizati eſſent, ſi rex talia perpeſſurus,atq; tradēdus eſſet.Præterea non cōtinuò quod regnū diceret,intellexerūt.Nam & alius inquit euāgeliſta, de huius mūdi regno eos arbitratos. Teſtificabatur autē turba q̃ Lazarū reſuſcitaſſet. Nō enim tot repentè conuerſi eſſent,inquit, niſi crediſſent miraculo. Phariſæi ergo dixerūt †ad ſemetipſos: Videtis quia nihil proficimus:] ecce mūdus totus poſt ipſum abiit. Videntur mihi hæc eſſe verba rectè ſentientium,non audentiū tamen palā loqui,ex euentu autē illos conuincentes,tanquā fruſtra conarentur. Mundum autem in hoc loco iterū turbam appellat. Conſueuit enim ſcriptura mundū,& mundi creaturam,& vicioſos appellare.Illud cùm inquit,proferēs ſecundum numerū mundum ſuum: hoc,Vt mūdus vos non odit,me autē odit.Quæ diligenter conſiderāda ſunt,ne ex nominis æquiuocatione anſam prębeamus hæreticis.*Erāt autē gentiles quidā ex his qui aſcenderant vt adorarēt*,cùm iam propè eſſet,vt proſelyti fierent,ad feſtū venerant.& cùm Ieſu fama extenderetur,*dicunt Philippo:Volumus Ieſum videre. Venit Philippus, & dicit Andreæ*,vtpote qui prior erat, & rem ei communicat.Sed neq; ipſe ſimpliciter id recepit. audierat enim,In viā gentiū non ambulaueritis:ideo cum diſcipulo locut⁹,magiſtro refert,Vterq; enim Ieſum affati ſunt. Qui reſpōdit, *Venit hora,vt clarificetur filius hominis.Niſi granū frumenti cadens in terrā mortuum fuerit, ipſum ſolū manet.* Quid ſignificat,venit hora?Dixerat, In viam gentiū ne abieritis: vt omnem tolleret à Iudæis *impudentiæ occaſionē, eos à gentilibus cohibuit:ſed cùm illi in pertinacia perſtarent, hi accederent,tēpus iam paſſionis aduentare inquit,omnibus conſummatis.Quòd ſi enim nobis his eſſet cōtumacibus inhærendū, illis penitus reiectis, hoc ſanè noſtra foret prouidentia indignū:cùm enim ad gentes diſcipulos poſt paſſionem eſſet miſſurus, iam inquit tēpus ad crucē aduētare.Nō tamē prius eos dimiſit, vt eſſet in teſtimoniū eis. Etenim antequā in Ieſum impetū facerent Iudæi,antequàm crucifigerēt, non dixit,Euntes docete omnes gentes:ſed in viā gentiū ne abieritis.&,Nō miſſus ſum niſi ad oues,quę perierunt domus Iſraël.&,Non bonū eſt accipere panem filiorū, & dare canibus. Cùm autē odio à ſuis haberetur,& ita vt interficeretur,ſuperfluū erat perſequētibus inhærere.Etenim recuſarūt ipſum dicētes, Nō habemus regem niſi Cæſarē: tunc ergo eos dimiſit, cùm dimiſſus eſſet ab eis.Ideo inquit,Quoties volui cōgregare filios veſtros,& noluiſtis?ſed quid ſignat, Granū frumenti niſi cadens mortuū fuerit?de cruce loquitur,ne perturbarētur. Cùm gētiles acceſſerūt, tūc mortuū eſſe,hoc inquit,maximè populos adducet,& mei augebit pręconiū.Inde cùm nō ita verbis perſuaderet,rerū experiētia id aggreditur, inquiens hoc in frumēto cōtingere, vt mortuū maiorē fructū afferat.Quòd ſi hoc in ſeminibus euenit,multò magis in me.Sed nō intellexerūt diſcipuli quid diceret: ideo frequenter idē repetit euangeliſta, excuſans q̃ poſtmodū fugerint.Talē,de reſurrectione diſputās, rationē Paulus attulit.Quā igitur habebunt excuſationem,qui reſurrectioni nō credūt,cum in ſeminibus & in plantis quotidie hoc videamus,ac etiam in generatione noſtra?Primùm enim corrumpi ſemen oportet, inde fieri generationē. Omnino autē cùm deus aliquid facit, nulla op⁹ eſt ratione. Quomodo nos ex nihilo fecit?hoc ad Chriſtianos dico,dicētes credendū ſcripturis.Ego autē & aliud dicā ab humanis rationibus,alij maliciā,alij virtutē ſectantur: ſed maliciæ ſectatorū multi fœliciter in vltimā peruenerunt ſenectutē,virtutis autē contrà.Quomodo ergo pro meritis vnuſquiſque accipiet?Quādo?Certè inquiunt,ſed corpora nō reſurgēt.Nónne audiūt Paulum dicentē,Oportet autē corruptibile hoc induere incorruptionē?Neq; animam intelligit,quippe quæ nō corrūpitur,& reſurrectio de mortuo dicitur.Cecidit autē corpus. Quare vero corporis reſurrectionem negas? An non poſſibilis deo eſt? quod dicere ſummæ amētiæ eſt. An non decet?Quamobrem?Vt corruptibile qđ & laboris eſt & mortis particeps, in præmiis cōmunicet.Si nō decuiſſet,neq; à principio factū eſſet.Nónne carnē ipſe accepit?q̃ acceperit,& ipſam ſuſcitauerit,audi quid dicat: Infer digitū tuū huc, & vide quia ſpiritus oſſa & neruos non habet. Quare Lazarū ſuſcitauit,ſi melius fuiſſet ſine corpore ſuſcitare? Quid inter ſigna & beneficia hoc adnumerauit:Quid cibos præbuit? Nolite dilectiſſimi ab hæreticis decipi. Eſt enim reſurrectio, eſt iudicium. Hæc tollūt,quicunq; nolunt operū ſuorum rationē reddere. Etenim oportet reſurrectionē talem eſſe, qualis fuit Chriſti.Primitię etenim ille eſt,& primogenitus mortuorum.Sed dicēt:Reſurrectio hoc eſt, animæ purificatio,& à peccatis mundatio.Chriſtus autē non peccauit, quomodo ſurrexit? Quomodo nos à maledictione liberati ſumus, ſi ipſe peccauit? Quòmodo dicit,Venit princeps mundi huius,& in me nō habet quicquā?Hęc enim nō peccaſſe ſignificant.Igitur ſecundū eorū ſententiā, aut nō ſurrexit: aut

*Mat.21.a. Mar.11.a. Mat.21.a. *ὀνάριον, diminutiuū eſt neutri generis, ſic vt de aſello aut aſella dici poſſit. †hos anna] *διέρρ. i. ſeparabat, diſtinguebat: vt intelligi poſſit per hoc populū à Phariſæis diſtingui, quòd eum à patre venire diceret: quod illi negarent. Supr.2.d. Luc.18.f. *τὸ τῶ ὄνου id quod eſt aſini, ſiue aſini hiſtoriam vel myſterium. Mat.20.c. †ad ipſos: Videtis quòd nihil proficitis] Supr.7.a. Mat.10.a. *ἀγνωμοσύνης, in-*

gratitudinis, perfidiæ, improbitatis. Mat.10.a. Ibid.15.c. Ibidem. Infr.19.c. Mat.23.d. 1.Cor.15.e. 1.Cor.15.g. Infr.20.g. Infr.14.d.

aut ſi ſurrexit,peccauit ante reſurrectionē. Sed ſanè & ſurrexit,& peccatū non fecit, igitur corpore reſurrexit: & praua doctrina nihil aliud eſt,q̃ inanis gloriæ filia.Hunc ergo morbū fugiamus.Corrumpunt, inquit,bonos mores cōfabulationes malæ. Nō ſunt hæc apoſtolorū dogmata. Marcion eſt,& Valētinus qui hæc inuenit.Fugiamus,inquā,dilectiſſimi.Nihil prodeſt vita bona cū praua doctrina:vt contrà,nihil ſana doctrina cum vita corrupta.Hæc gentiles pepererunt,inde iſti auxerūt,ab externis accipiētes philoſophis,& materiam ingenitā,& alia huiuſmodi aſſeruerunt: & vt rerum opificem non ſubiecta materia ingenita,ita & reſurrectionē negarunt.Nolimus his aures adhibere,cum immenſam dei poteſtatē intelligamus. Nolimus,inquā, aures adhibere, vobis inquā dico. Nos enim aduerſus eos bellum non recuſabimus, ſed inermis & nudus, ſi in imbecillos inciderit licèt fortior; facilè capietur. Si enim ſcripturis attendiſſetis, & quotidie in his acutiores euaſiſſetis: non ſanè admonerē vt bellū aduerſus eos detrectetis,ſed vt manū cōſeratis.Fortis eſt veritas:cùm verò ſcripturis vti neſciatis, cōgreſſum vereor,ne inermibus occurrētes ipſi vos ſauciēt.Nihil illis imbecilli⁹, qui à ſpirit⁹ ſancti ſunt auxilio deſtituti.Quòd ſi exteriori vtūtur ſapiētia,minimè eſt mirandū:ſed ridēdū potius,q̃ fatuis vtūtur magiſtris,qui neq; de deo, neq; de creatura firmū aliquid,& ſolidū inuenire potuerūt.Sed quę apud nos vidua mulier nouit,ea Pythagoras ignorauit, qui dixit animā fruticē,& piſcē, & carnē fieri,híſne opera dāda eſt?& qua ratione nituntur? Magni ſunt in †ciuitate;] pulchros nutriunt capillos,& palliis induuntur,hucuſque eorū philoſophia extēditur: quos ſi intrinſecus inſpexeris,puluis ſunt & cinis,in quibus nihil ſani,ſed ſepulchrū patēs guttur eorū, plenum immundicia,& ſordiū,& præcepta omnia vermiū.Primus eorum aquā deum eſſe dixit:qui ſecutus eſt,ignē:alius aërem,& ad corpora delati ſunt.Hos,quęſo,admirādos ducis,qui nullam inuiſibilis dei cognitionē habuerūt? Quòd ſi quam perceperunt, id euenit ex quo in Aegypto cum noſtris verſati ſunt.Sed ne vos nimiū perturbemus,iam orationi noſtræ finē imponamus. Si enim eorū opiniones proponere inciperemus, quid de deo, quid de materia,quid de anima, quid de corporibus ſentiant,riſum moueremus.Neq; ipſi noſtra indigēt reprehēſione,ipſi ſe inuicē confundūt. Qui cōtra nos de materia orationē ſcripſit,ſeipſum perdidit. Quare ne temerè vos auocemus, & verbis implicemur, his omiſſis, vt diuinis literis attendatis vos hortabimur,néve ad nullā certemus vtilitatē: quod Paulus Timotheum admonet, quāuis ſapientiæ plenum & virtutis. Quare illi pareamus, & nugis abiectis, fraterni amoris opera cōplectamur.Eleemoſynæ rationem habeamus,vt promiſſa bona cōſequamur,gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti,cui honor & gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

1.Cor.15.d. Marcionis & Valētini hæreſis. †coma] κόμη. interpre. legiſſe videtur κώμη per ω. 1.Tim.4.d.& 6.a

Homilia lxvj. ex cap. duodecimo.

Qui amat animam ſuā,perdet eam.Et qui odit animā ſuam in hoc mundo, in vitam æternā cuſtodit eam. Si quis mihi miniſtrat,me ſequatur. Dulcis præſens vita eſt, & multæ plena voluptatis, non tamen omnibus, ſed qui terrenis rebus affigitur. Quòd ſi quis cœlū ſuſpiceret,& quæ illic bona ſunt contemplaretur,ſtatim hæc cōtemneret,tanquā nullius momenti. Nam & corporum pulchritudo quoad pulchrius non deprehenditur,in admiratione habetur: cùm verò melius apparuerit, illa prior deſpicitur. Quòd ſi igitur in illam pulchritudinē etiam nos intueri voluerimus; & cœleſtis regni ſpeciē cōſiderare,cōfeſtim nos huius ſeculi vinculis diſſoluerimus. Vinculum nanq; eſt terrenarū rerū affectio. A quo nos abducens Chriſtus,quid dicat attende.*Qui amat animam ſuā,perdet eam:& qui odit animā ſuā in hoc mundo, in vitā æternā cuſtodit eam. Qui mihi miniſtrat,me ſequatur: & vbi ego ſum,illic & miniſter meus erit.*Simile ænigmati hoc dictū videtur,non tamē eſt,ſed ſapientiæ plenum.Et quomodo qui amat animā ſuā,perdet eam? Qui abſurdis eius cupiditatibus obtēperat, qui præter debitū ei indulget. Propterea admonet ille,Noli ambulare in cupiditatibus animæ tuæ:ſic enim eam perdis, cùm à virtutis via abducis: quemadmodum ecōtrariò, qui odit eam in hoc mūdo,cuſtodit eam: hoc eſt,qui non paret ei cùm aliquid perperā iubet. Et nō dixit qui nō paret, ſed qui odit. Quēadmodū enim quos odio habemus, ne vocē quidem audire, nec vultū eorum videre ęquo animo patimur:ita & anima, ſi quid præter dei voluntatē nobis imperat, acriter reiiciēda eſt.Cùm enim iam de morte ad eos verba facturus eſſet,de morte videlicet ſua:& pręuideret eorū triſticiā & exanimationē; per exceſſum locutus eſt inquiens: Quid dico ſi mortem meā generoſè non feretis? niſi voſipſi moriamini,nullū vos ſequetur emolumentū. Et vide quomodo lenit ſermonem ſuū:grauius enim & moleſtius videbatur dicere,homini animā amanti eſſe moriēdum. Et quid antiquitus dico,quādo & nunc multos inueniemus libēter omnia tolerātes,vt hac vita fruātur,eóſq; qui futurā credunt?qui cùm vident ædificia,moléſq; & machinas,lachrymātur dicētes:Quot homo & quāta? & fit puluis. Sic magna præſentis vitæ cupiditas. Hæc vincula Chriſtus diſſoluēs inquit,Qui odit animam ſuā in hoc mūdo,in vitam æternā cuſtodit eā. Quòd enim ad eorū tollendum metū hæc diceret, audi quę ſequūtur:Qui mihi miniſtrat,me ſequatur: de morte locutus, & operum ſequelā,atq; imitationem exigit. Oportet enim omnino miniſtrū, eū cui miniſtrat ſequi.Et cōſidera quādo hæc loquitur,nō cùm perſecutionē patiebantur,ſed cùm confidebāt; cùm ſe in tuto eſſe arbitrabātur, q̃ à multis honorarentur,colerentúrq;:quando & cōſurgere poterant; & audire,Et tollat crucem ſuā, & ſequatur me: hoc eſt,ſemper paratus ſis, inquit, ad pericula;ad mortē, ad terrena exilia.Inde cùm grauia dixiſſet,pręmium ponit:q̃ qui ſequetur ipſum,erit vbi ipſe eſt.Quibus verbis oſtendit reſurrectionē poſt mortem. Vbi ego ſum, inquit, illic & miniſter meus. Vbi Chriſtus? In cœlis.Ergo ante reſurrectionē illuc anima & mente transferemur: *Si quis mihi miniſtrauerit,diliget eum pater.* Quare non dixit,Ego?Quoniam nondum debitam vendicarat authoritatem vt pater.Qui enim nondū reſurrecturum ipſum ſciebant, quomodo poterant tantam de eo opinionem concipere? Quamobrem filiis Zebedæi inquit, Non eſt meum dare, ſed quibus paratum eſt à patre meo. Atqui ipſe eſt iudex. Sed hîc dilectum ſe filium oſtendit: tanquam enim dilecti filij miniſtros pater accipiet. *Nunc anima mea turbata eſt.Et quid dicā? Pater ſaluifica me ex hac hora.* Atqui hæc non ſunt verba ad mortem venire ſuadētis: imò maximè.Siquidem ne dicerent ipſum cùm humanis careret doloribus, facilè de ſubeunda morte philoſo-

Eccl.18.d. Mat.16.d. Animæ iuſtorum etiam ante reſurrectionem in cœlis ſunt. Mar.10.f

Universidad de Deusto Biblioteca

† & ex ſecuritate] hoc eſt, cum ipſe nō periclitaretur.

philoſophari, †& in tuto] nobis perſuadere, oſtēdit: quod licèt eā formidet, cùm tamen vſus poſcat, non recuſat. Hæc autē diſpenſationis ſunt, non diuinitatis, ideo inquit: Nūc anima mea turbata eſt. Neque enim aliter hoc procederet: & dicēdo, Pater ſaluifica me ex hac hora: ita perturbatus eſt, vt etiā à morte abſolui cuperet, ſi licuiſſet. hæ ſunt humanę naturæ imbecillitates. Et quid dicā, inquit, cùm mortem deprecer? Propterea veni in horā hāc, quaſi diceret, Licèt moueamur & perturbemur, mortē tamē non fugimus: nam ita nūc perturbatus non recuſo, ferendū eſt quod inſtat. Non dico enim, libera me ex hac hora: ſed, Pater clarifica nomen tuū. Et licèt perturbatio hoc me dicere cogat, contrariū tamē dico. Clarifica nomē tuū, hoc eſt, duc me iam ad crucē: quod apertè eius humanitatē, & humanis moueri affectibus oſtēdit, & naturā ꝙ ægrè ferret mortē, & viuere cuperet. Quemadmodū enim neq; eſurire neq; dormire crimini dandū eſt, ita neq; vitā præſentē optare. Chriſtus autē corpus omni peccati labe purū habebat, non tamen naturalibus non obnoxiū neceſſitatibus, ſiquidē nō fuiſſet corpus. Et ex his aliud nos admonet. quídnam? Vt ſi quādo affligimur, ſi quid timemus; nō ita reſiliamus à propoſitis. Pater clarifica nomen tuum. Indicat ſe pro veritate mori, quod dei gloriā appellat, & hoc poſt crucis mortē cōtigit. Debebat enim orbis terrarū ad deum cōuerti, & in dei cognitionē venire, & ipſum colere. Verùm hoc non patris tantum, ſed & filij gloria: quod tamen tacet. *Venit ergo vox de cœlo: Et clarificaui, & iterum clarificabo.* Quādo clarificauit? In præcedentibus ſignis, & iterū clarificabo poſt crucē. *Turba autē tonitruū opinati ſunt, vel angelū locutum.* Et vnde hoc? Nūquid manifeſta & clara fuit vox? Fuit ſanè. Verùm craſſior turba erat, & terrenis dedita, & parū attendens, & alij ſonum tantùm, alij vocem articulatā audierunt, ſed non intellexerūt. *Tum Chriſtus: Non propter me vox hæc venit, ſed propter vos.* Cur hoc dixit? Ad illud reſpiciēs quod illi frequenter dicebāt quòd nō erat à deo. qui enim à deo clarificatur, nónne à deo eſt, cuius nomen per eum clarificatur? Propter hoc enim vox delata eſt. Quare & ipſe inquit, Non propter me vox hęc venit, ſed propter vos. non vt aliquid ab ea mihi ignoratū audiā: omnia enim patris noui, ſed propter vos. Cùm enim vel angelum locutū, vel tonitruum factū arbitrati eſſent, inquit, Propter vos: vt hoc ſaltem pacto adduceret eos ad interrogandū quídnam dictū eſſet. Illi tamen oſcitātes & ſtupidi, neq; ſic interrogauerūt, cùm audirēt id ad ſe pertinere. Neſciēti enim *cui diceretur, ſanè non manifeſta vox videbatur. Propter vos vox venit. Vides vt res humiles eorum gratia fiāt, non ꝙ Chriſtus ope indigeret? *Nunc iudiciū eſt mūdi: nunc princeps huius mūdi †eiicietur foras.*] Hæc particula quomodo procedit ad illud, Et clarificaui & clarificabo? Rectè & cōſonè. Cùm enim dixiſſet, Clarificabo, modū indicat: hoc eſt, princeps mundi †eiicietur.] Quid ſignat, Iudiciū eſt mundi? quaſi dicat, examinabitur & punietur. Quo pacto? Perdidit ille primum hominē, † & peccato fecit obnoxium.] Propter peccatū enim venit mors, quod in me non inuenit. Et qua gratia inſiliit, & morti tradidit? qua gratia in animam Iudę ingreſſus eſt vt me perderet? neq; mihi diuinā nunc attuleris diſpenſationē, quæ non eſt diaboli, ſed ſapiētiæ ſuæ. Inquiratur primùm mala eius mēs, quomodo igitur iudicatur mūdus in

** πρὸς τί. i. ad quid.*

† deijcietur] κατωβληθήσεται. hic habet codex noſter, vt & paulò poſt ſæpius.

† deijcietur.]

† cum peccato obnoxium inueniſſet.]

A me? quaſi examine propoſito dicatur ad eum: Eſto, omnes interemiſti, eo quòd ſubiecti erant peccato: Chriſtum cur interemiſti? Nónne planè iniuſtè? Per Chriſtū ergo omnis mundus *defendetur. Quod vt manifeſtius appareat, exēplo vtemur: Sit violentus quiſpiam tyrānus, qui omnes qui in manus ſuas venerint, plurimis malis afficiat: hic ſi vel regē, vel regium filium captū, iniuſtè interimat, illius mors etiā alios vlciſci poterit. Sit aliquis qui debitores poſtulet, verberet, in carcerē iniiciat, & hac inſania etiam nihil debentē coërceat: hic etiam eorū quæ in debitores cōmiſit, dabit pœnā: interficietur enim ab illo. Non aliter in Ieſu vſuuenit. Eorum enim quę in nos fecit diabolus, propter ea quæ in Chriſtū auſus eſt, poſtulatus eſt ad ſuppliciū. & ꝙ ita intelligatur, audi quid dicat: Nunc princeps mundi huius † eiicietur B foras:] per mortē ſcilicet meam. *Et ego ſi exaltatus fuero, omnes trahā ad meipſum.* Hoc eſt, etiā gentiles. Et ne quis diceret, quomodo ſi te vicit eiicietur? Nō vicit inquit. Quomodo enim qui alios trahit, victus eſſe poterit? & non dicit reſuſcitabo: ſed maius, Omnes trahā ad meipſum. Nam ſi dixiſſet, reſurgā, nō ſignificaret credituros: ſed cùm credituros dicit, vtrunq; declarat, & etiā ſe reſurrecturum confirmat. Si enim mortuus manſiſſet, & purus homo fuiſſet, nemo credidiſſet. Omnes trahā ad meipſum. Quomodo ergo inquit patrē trahere? Quia trahente filio, pater etiam trahit. Traham, inquit, tanquā à tyranno detētos, & per ſe minime potentes eius manus effugere, vtpote repugnātis. Alio loco rapinā appellat. Nemo poteſt ſpolia fortis rapere, niſi prius alliget eum, & tūc ſpolia eius rapiat. Hæc autē ad illius vim oſtendendam C dicit, vt illic rapinā, hic tractionē appellaret. Quod cum intelligamus, reſurgamus, glorificemus deum, non fide tātum, ſed & vita: aliter non eſſet gloria, ſed blaſphemia. Non enim ita blaſphematur deus ab impio gentili, vt à Chriſtiano. Quamobrē rogo vt omnia ad dei gloriā referamus. Væ, inquit, ſeruo illi per quem nomen dei blaſphematur. Hanc autem particulam, Væ: mox pœna ſequitur & ſuppliciū. Beatus autē per quē nomen dei glorificatur. Nolimus ergo tanquā in tenebris verſari, ſed omnia peccata euitemus, maximè verò quæ publicè nocent, in quibus præcipuè deus blaſphematur. Quam enim veniam conſequemur, ſi cùm aliis noſtra exhibere præcipiamur, aliena rapimus? Quæ nobis ſpes ſalutis? niſi eſurientem nutris, ſupplicio afficeris: ſi veſtitū ſpolias, quid tibi ſperandū? Hæc frequenter dicere non ceſ- D ſamus, quoniam qui hodie non audiūt, cras audiēt: & qui neq; cras, perēdie. Quòd ſi qui imperſuaſibiles ſunt, nos tamen non iudicabimur: noſtrum enim officium impleuimus. Vtinā autē ne vos horum pudeat, néve poſſitis accuſari: ſed omnes Chriſti tribunali audēter adſtare, vt & nos in vobis gloriari poſſimus, & malorum noſtrorū aliquā capere conſolationem, probationē videlicet veſtrā, in Chriſto Ieſu domino noſtro, cum quo patri gloria, ſimul & ſpiritui ſancto, in ſecula ſeculorum, Amen.

** i. ἀμυνθήσεται) defendetur, vindicabitur.*

† deijcietur.]

Mat. 12.c & Marc. 3.d

Homilia lxvij. ex cap. duodecimo.

Reſpondit ei turba: Nos audiuimus ex lege, quòd Chriſtus manet in æternum: & quomodo dicis, oportet exaltari filium hominis? Quis eſt iſte filius hominis? Deprehēſu facilis error eſt, & imbecillis, quāuis extrinſecus callidè fucetur. Et quēadmodum qui putres & ruinā minantes parietes albo tectorio linunt, non

non tamē eos poſſunt dirigere: ita & mēdaces facilè deprehēduntur. Quod hoc in loco Iudæis contigit. Cùm enim ad eos Chriſtus diceret, Cùm exaltatus fuero à terra, omnes trahā ad meipſum: Nos audiuimus, inquiūt, à lege quia Chriſtus manet in æternū: & quomodo tu dicis ꝙ oportet exaltari filium hominis? Quis eſt iſte filius hominis? Norāt igitur Chriſtū immortalē, & vitā habere ſine fine: vnde etiam quid diceret, intelligebāt. Nam ſæpenumero in ſcripturis ſimul & paſſio & reſurrectio ponitur: ſiquidē Eſaias vtrūq; ſimul ponit. Tanquā ouis, inquit, ad occiſionem ductus eſt: & quę ſequūtur. Et Dauid in ſecūdo pſalmo, & pleriſq; aliis cōiungit hæc vtraque: & patriarcha cum dixiſſet, Recubans quieuit vt leo: inde addidit, Et vt catulus leonis, quis excitabit eū? ſimul & paſſionē oſtēdit & reſurrectionē. Sed hi arbitrati ſilentiū ei imponere, & non eſſe Chriſtū oſtendere, Chriſtū in æternū manere confitētur. Et vide quàm praue. nō enim inquiūt, Nos audiuimus ꝙ Chriſtus nihil patitur, neq; crucifigitur, ſed manet in æternū. Atqui neq; hoc dictū contrariū erat. Immortalitati enim paſſio nō fuit impedimēto. Hinc videre licet, multis eos intellectis ſpōte ſua in malicia perſtitiſſe. Cùm enim de morte ſuperius verba feciſſet Ieſus, & cum illi exaltari audirēt, id ſuſpicati ſunt: inde dicūt, *Quis eſt iſte filius hominis?* & hoc malignè: noli, inquiūt, arbitrari ꝙ de te hoc dicamus, neq; dicere ꝙ te propter odium oppugnemus. Ecce neſcimus de quo dicas, & tamen profitemur. Chriſtus autē eis ſilentium imponens, oſtēdénſq; paſſionē nulli eſſe impedimēto vt maneat in æternū, *Adhuc*, inquit, †*modicū lumen in vobis eſt:*] indicans mortem ſuā tranſlationē eſſe. ſiquidem Solis lumen nō extinguitur, ſed breui ſecedēs rurſum apparet. *Ambulate dum lucē habetis.* Quod hîc tēpus dicit? An pręſentem omnē vitam, an tēpus ante crucē? Ego verò vtrūq; arbitror, propter immēſam eius humanitatē: multi etiā poſt crucē crediderunt. hoc autē dicit, vt eos ad fidē impellat: vt ſuperius, Adhuc modicū tempus vobiſcū ſum. *Qui ambulat in tenebris, neſcit quò vadat.* * Quot nūc Iudæi faciūt quæ neſciunt, ſed tanquā in tenebris verſantur? Videntur ſibi recta incedere, cùm lōgè aberrēt, ſabbatum cuſtodiunt, & legē ſeruant, & ciborum habent obſeruationes: neſciunt tamē quò vadāt, ideo dicebat: *Ambulate in luce, vt filij lucis ſitis*, hoc eſt mei. Atqui in principio inquit euāgeliſta: Neq; ex ſanguinibus, neq; ex volūtate carnis, ſed ex deo nati ſunt, hoc eſt ex patre: Hîc autē ipſe dicitur eos generare: vt vnā patris & filij operationē intelligas. *Hæc locutus eſt eis Ieſus, & abijt, & abſcōdit ſe ab eis.* Quid nūc abſcōditur? Neq; enim lapides contra ipſum tulerant, neq; blaſphemarant, vt ſuperius: quare ergo ſe abſcōdit? Qui cor hominis intrat, norat eorum animos exaſperari, etiam ſi nihil dicerent: norat feruentes, & ad cædem promptos, neq; expectauit dum rem aggrederētur, ſed abſcōditur, vt eorum placaret inuidiā. Cōſidera quomodo id ſignat euāgeliſta. Cùm autē tāta ſigna feciſſet coram eis, non crediderūt in eum. Quænam tanta? Ea prętermiſit euāgeliſta, vt ex ſequētibus cōſtat: etenim cùm diſceſſiſſet, & rurſum rediret, iterū placidè eos alloquitur. *Qui credit in me, non credit in me, ſed in eum qui miſit me.* Vide quid facit: incipit ab humilibus, & confugit ad patrē, & iterū tollit ſermonē ſuum: & cùm eos efferari intelligit, diſcedit, & redit rurſum, & rurſus ab humilibus orditur: †& vbi hoc,

Eſa. 53.c

Num. 24.

† puſillū tēporis lumē vobiſcum eſt.]

** πόσα. i. quot, quā multa, accuſatiui caſu.*

Supra. 1.a

† Et vbi hoc fecit?

A vbi illud fecit] cōſidera à principio. Sicut audio, iudico: inde altius, Sicut pater ſuſcitat mortuos & viuificat, ſic & filius quos vult viuificat. & iterum, Ego nō iudico vos, alius eſt qui iudicat: inde diſcedit, & prodit in Galilæā. Operamini, inquit, non eſcā quæ perit. Et cùm de ſe magna locutus eſſet, ꝙ de cœlo deſcēderat, ꝙ vitā æternā daret, iterū abiit, & reuertitur ad ſcenopegia. Hoc idem frequēter facientem videre poſſumus: ita doctrinā ſuam variat, pręſentia, abſentia, humilibus, magnificíſq; ſermonibus: quod & hîc fecit. *Cùm autē tanta ſigna feciſſet corā eis, non crediderunt in eum, vt ſermo Eſaiæ prophetæ impleretur, quē dixit: Domine quis credidit auditui noſtro, & brachium domini cui reuelatū eſt? Et iterū: Propterea non potuerūt*, inquit, *credere, quia iterum dixit Eſaias: Auditu audietis, & non intelligetis. Hæc dixit Eſaias quādo vidit gloriā eius, & locutus eſt de eo.* B Ecce iterū hanc particulā, Quia dixit: non cauſalem eſſe, ſed euētus. Neq; enim quia dixit Eſaias, non crediderūt: ſed quia non erant credituri, ideo dixit. Sed quare nō ita dixit euāgeliſta, ſed incredulitatē à prophetia, non prophetiā ab incredulitate eſſe dicit: †& ſuperius hoc idem vehemētius.] Propterea non potuerunt credere, quia dixit Eſaias? Hinc magnā vult ſcripturæ certitudinē demōſtrare, & ꝙ non aliter q̃ prophetatū ſit, euenit. Ne quis enim diceret, Et qua gratia venit Chriſtus? neſciebat nō credituros? Prophetas hoc nouiſſe inducit. Venit autem ne peccati ſui vllā haberēt excuſationē: quæ prædixit propheta, tanquā omnino futura prędixit. niſi enim prorſus futura nouiſſet, non ſanè prędixiſſet. Erant autē proculdubio futura, cùm illi incurabiliter ſe haberent. Non potuerūt autē, hoc eſt noluerūt. Neq; te admi- C ratio capiat. Alibi enim inquit: Qui poteſt capere, capiat. ita nonnunquā poteſtate pro volūtate vtitur. & iterū: Nō poteſt mūdus vos odio habere, me autem odio habet hoc & cōmuni ſermone vſurpatū videmus, cùm quis dicit, Non poſſum *aſperū hominem diligere: vehementiā voluntatis poteſtatē appellās. & iterū, Nō poteſt ille fieri bon⁹. & propheta: Si mutabit Aethiops pellē ſuā, & pardus varietatē ſuam, & popul⁹ hic poterit benefacere, qui didicit mala. Nō dicit ꝙ impoſſibile ſit ei bene operari: ſed quia nolunt, ideo non poſſunt. Quod autē hoc in loco dicit euāgeliſta, ita intelligitur, ꝙ impoſſibile erat prophetam mētiri: non tamē propterea impoſſibile erat vt crederēt: licebat enim etiā illis credētibus verū eſſe prophetā: non enim prædixiſſet, ſi fuiſſent credituri. Quid ergo, inquies, nō ita dixit? Quoniā proprietates D quaſdā habet ſcriptura, cuius legibus eſt concedendū. Hæc autē dixit, quādo vidit gloriā eius. Cuius? Patris. Quomodo ergo Ioānes de filio dicit, Paulus autē de ſpiritu? Non tanquā confundētes perſonas, ſed vnā ſignificātes dignitatē: etenim quę patris ſunt, ſunt & filij: & quę filij, ſpiritus ſancti. Atqui multa per angelos dixit, & nemo dixit, ſicut dixit angelus, ſed deus. Quæ eñ per angelos à deo dicta ſunt, dei ſunt: non autē quæ dei, angelorū: hic autem ſpiritus dicit verba eſſe, & locutus eſt de eo. Quid locutus eſt? Vidi dominū ſedentē in throno alto: & quæ ſequuntur. Gloriā hîc viſionē illā appellat, fumū, & arcana audiſſe myſteria, viſionē Seraphim, fulgur à throno deſiliens, in quod inſpicere potentiæ illæ nō poſſent, & locutus eſt de eo. Quídnā? Quòd audiuit vocē dicentē: Quem mittā, & quis ibit? Et dixi, Ecce ego ſum, mitte me. & dixit: Auditu audietis, & non intel-

vbinā hoc nō fecit?]

Supra. 5.c

Ibidem. d

Ibid. 8.b

Ibid. 6.d

Eſa. 53.a

Eſaiæ 6.c

† & progreſſus hoc idē vehemētius ponit, ita dicens:]

Mat. 19.b

Supr. 7.a

** τὸν δεῖνα. i. talē quēpiam. ita loquūtur Græci de certo quopiam, quem nominare nolunt.*

Hier. 13.d

Eſaiæ 6.a

Ibidem. c

Ibidem.

Universidad de Deusto Biblioteca

intelligetis:& vidētes videbitis,& neſcietis.Excęcauit enim oculos eorū,& indurauit cor eorū,†vt non videāt oculis,& corde non intelligant.] [†ne forte videāt oculis, & corde intelligāt.] Ecce rurſus aliam quæſtionē. Non eſt tamen,ſi rectè conſiderabimus.Quemadmodū enim ſol debilem oculorum aciē perſtringit,nō natura ſua:ita vſuuenit in his,qui diuino non attendunt ſermoni.Ita & Pharaonis cor [Exo. 10.g & 14.b] indurauiſſe dicitur,ita his accidit,qui dei verbū oppugnant. [Rom.1.d] Propriū hoc ſcripturæ: vt illud,Et tradidit eos in reprobū ſenſum.& iterum: †Abiit à gentibus, hoc eſt ſeceſſit,eas dimiſit.] [† tribuit gentibus, hoc eſt, permiſit, dimiſit.] Nō enim hæc à deo, ſed ab aliorū malicia prouenire oſtēdit.Cùm deſerimur à deo, tradimur diabolo: in cuius poteſtatē redacti, innumeris malis afficimur. Vt ergo auditorē perterreat, inquit: Indurauit & tradidit. Quòd enim ipſe nō ſolùm nō tradat, ſed ne derelinquat quidem,niſi velimus,audi quid dicat: Nónne peccata veſtra diuidunt me à vobis? [Eſa. 59.a] & iterū:Qui elongāt ſe à te,peribunt. [Pſal.72.] Oſee autē dicit:Oblitus es legis dei tui,& ego tui obliuiſcar. [Oſee.4.b] & ipſe in euāgelio:Quoties volui congregare filios veſtros,& noluiſtis? [Lucæ 13.g] & iterū Eſaias:Veni,& nō erat homo: vocaui,& non erat qui audiret. [Eſa. 50.a] hæc autem dicit,vt noſtra cauſa deſeri nos,& nobiſipſis perditionis noſtræ authores demōſtret:deus autem non modò nos nō derelinquere & punire vult, ſed quoties punit,inuitus punit.Nolo,inquit,mortē peccatoris. [Eze.18.g] Chriſtus autē cùm peritura eſſet Hieruſalē,etiā lachrymatus eſt: [Luc. 19.g] qđ nos in amicis facimus. Hæc ergo vidētes,omnia faciamꝰ,ne nos deus derelinquat,ſed curā animæ & mutui amoris habeamus, neq; mēbra noſtra ſcindamus,quod inſanientiū eſt, & alienatorū à mente: ſed quātò magis à nobis alienos proximos videmus,magis in eos ſimus officioſi: etenim in corporibꝰ multos ſæpe vidētes incurabili morbo laborātes,imponimꝰ medicamēta.Quid podagra peius?quid chiragra?Incidemus mēbra?Minimè,ſed nihil nō facimus vt malū mitigemus,cū illud ſoluere nō poſſumus.Hoc idē in fratribus faciamus, & ſi grauiſſimè ægrotēt, curare perſeueremus,& feramus inuicē onera: ſic implebimus legē Chriſti,& promiſſa bona conſequemur, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo patri gloria,ſimul & ſpiritui ſancto,in ſecula ſeculorum,Amen.

Homilia lxviij.ex cap.duodecimo.

VEruntamen ex principibus multi crediderūt in eum: ſed propter Phariſæos non cōfitebantur,vt de ſynagoga nō eijcerētur.Dilexerunt enim gloriā hominū magis quàm gloriam dei. Omnia quidē nobis fugienda neceſſariò ſunt,quæ animā noſtram corrūpunt:ſed illa lōgè magis,quæ plura peccata ex ſe pariunt.Vt exēpli gratia: Auaricia per ſe grauis morbus eſt,lōgè grauior,quia radix eſt & mater omniū malorū,eiuſmodi eſt inanis gloria.Ecce hi propter gloriæ cupiditatem fidē contēpſerunt. *Multi*,inquit,*ex principibus crediderunt in eum,ſed propter Phariſæos non cōfitebantur,vt de ſynagoga non eijcerētur.* [Supr.5.g] Quod etiā ſuperius dixit,Quomodo poteſtis credere,gloriā ab inuicē accipientes, & gloriam quæ à deo eſt non quærentes? Non ergo principes erant,ſed ſerui: ſeruiebāt enim vltimā ſeruitutem,veruntamen & hic poſtmodū metus abolitus eſt.minimè autē apoſtolos hoc affectu detentos videmus, etenim principes illis & ſacerdotes crediderunt:ſiquidē ſpiritus gratia ſuperueniēs, adamāte eos firmiores reddidit. Cùm igitur hoc ne tunc crederent impediret,audi quid dicat: *Qui credit in me,non credit in me,ſed in eum qui miſit me.* quaſi dicat, quid timetis in me credere? fides in deū per me aditum habet, ſicut & incredulitas. Intuere quomodo in omnibus ſubſtātię indicet indifferentiā.Et nō dixit,qui credit mihi, ne quis verba eiꝰ credi interpretaretur, quod & in hominibus dici poterat. Qui enim apoſtolis credit,nō apoſtolis credit,ſed deo.ſed vt intelligeres de fide in ſubſtantiā dicere,nō dixit, Qui credit verbis meis,ſed in me. Atqui cur,inquit,nō econtrariò dixit, Qui credit in patrē,non credit in patrē, ſed in me?Quoniā iam ſe in patrē credere dixiſſent, & non in ipſum,imbecilliores enim adhuc erāt.Diſcipulos autē allocutus his verbis vſus eſt,Creditis in deum,& in me credite. [Infr.14.a] Hos autem cùm infirmiores ad hæc audienda noſſet, aliter allicit, oſtendēs patri credi nō poſſe,niſi in ſe credatur. Et ne putares tanquam de homine dictū,addit: *Qui videt me,videt eum qui miſit me.* Quid ergo,corpus eſt deus? Minimè,ſed animi ſpeculationē intelligit,& hîc conſubſtantialē ſignat.Et quid ſignat,qui credit in me?Ac ſi quis diceret,qui aquam è flumine accipit,non fluminis,ſed fontis accipit: immo infirmum hoc exēplum eſt ad ſubiectam materiā. *Ego lux in mundū veni.* Cùm enim pater & in veteri & nouo teſtamēto frequenter hoc nomine vocetur,etiam ipſe eodē vtitur.Ideo Paulus [Hebr.1.a] ſplendorē eum appellat,hinc accipiens,& multā habere oſtendit ad patrem conuenientiam, immo nullam differentiā: ſiquidem in ſe,fidem, non in ſe,ſed in patrē eſſe teſtatur. Lucem autem ſeipſum appellat, quòd errores pellat, & intellectus auferat tenebras. *Sed & ſi quis audierit verba mea, & non cuſtodierit, ego non iudico eum: non enim veni vt iudicē mundum,ſed vt ſaluificem mundū.* Ne æſtimaretur propter imbecillitatem contēptores dimittere,ideo inquit:Non veni vt iudicem mundū. Inde ne pigriores fierent,intelligentes quòd qui credit,ſaluatur: qui non credit,punitur:vide quàm formidoloſum eis iudicium minatur. *Et qui ſpernit me,& non accipit verba mea,habet qui iudicet eum.* Si pater neminē iudicat, & tu non veniſti vt iudicares mundū,quis eum iudicat? *Sermo quē locutus ſum,ille iudicabit eum.* Nam cùm dixiſſent non eſſe ex deo,inquit,quòd tunc hæc dicere non poterunt. Verba quæ locutus ſum,vos accuſabunt,& omnem auferent excuſationē.Sermo quē locutus ſum.Quis ſermo? *Quòd à meipſo non veni,quia qui miſit me pater,ille dedit mihi mandatū quid dicam, & quid loquar,& alia huiuſmodi omnia.* Ergo hæc propter eos dicta ſunt,vt nullam prorſus haberent excuſationē.nam niſi ita ſe res haberet,in quo excederet Eſaiā,qui idem dixit:Dominus dedit mihi linguam eruditam, vt intelligam [Eſa.50.b] quando ſermonē dicere oportet?Quid de Hieremia dicam? Etenim ille quādo miſſus eſt, inſpirationem habuit. Quid de Ezechiele? qui deuorato capitulo [Eze.3.a] illo ita locutus eſt? Alioqui illi qui audituri erant id quod diceret,reperientur cauſa fuiſſe vt ipſe cognitionem acciperet: ſiquidē quando mittebatur,tunc mandatum accepit quid diceret: & priuſquā mitteretur, illud neſciebat. Quid his verbis prophanius? Quid magis impiū, ſi quis ea ita accipiat,& non intelligat eorū humilitatis cauſam? Verùm Paulus ipſe etiā diſcipulos intelligere dixit,quæ ſit voluntas dei [Rom.12.a] bona,& beneplacens,& perfecta:filius autē neſciuit quoad mandatum accepit?Quánam hæc ratione nitūtur?Ecce quòd propterea in humilitatis exceſſum ſermonem ſuum adducit, vt illos alliciat, & his qui venturi

vēturi erant,ſilentiū imponeret. Ideo humana profert verba,vt hoc ſaltē modo neceſſariò vilitatē verborum repudiarēt, intelligentes non natura, ſed ob auditorum imbecillitatem ita locutū. *Et ſcio quia mandatum eius vita æterna eſt. Quæ ergo ego loquor, ſicut *dixit mihi pater, ſic loquor.* [*ἐντέταλτο. i. mandauit, ſic autem legiſſe videtur Chryſoſt. alij verò legunt εἴρηκε. i. dixit.] Cōſideras verborum humilitatē? Qui enim mandatū accipit,non ſui dominus eſt. atqui ipſe inquit: Quemadmodū enim pater ſuſcitat mortuos,& viuificat:ſic & filius quos vult, viuificat. An vero ſuſcitādi quos vult habet poteſtatē, dicēdi autem quod vult non habet? Quid ergo hoc ſignat? Hoc eſt ꝙ nō ita ſe res habet, vt aliud ille, aliud ego loquar. [Supra 5.d] Et ſcio quia mādatū eius vita ęterna eſt.Hoc eos refutat, qui ipſum deceptorē dicebāt, & in aliorum perniciē veniſſe.Cùm autē dicit,Ego non iudico:hoc eſt, nō ſum perditionis eorum cauſa, ſed ipſi ſuæ:per hoc tantùm non teſtatur diſceſſurū ſe ab eis, nec amplius cum illis verſaturū:quia nihil tanquam meū locutus ſum vobis, ſed tanquā à patre omnia, & propterea humili ſermone rem cōcludit, vt diceret ad finē vſq; idem ſe locutū. [Infr.14.d] Sicut mandauit mihi pater,ſic loquor.Quòd ſi deo cōtrarius fuiſſem,etiā cōtraria eſſem locutus, aut ad me gloriā retuliſſem: nunc autē adeò omnia in patrē retuli, vt nihil meū dicerē. Cur ergo nō creditis dicenti me mandatum accepiſſe,& tāto ſtudio omnē auferenti ſuſpicionē, ne patrem oppugnē?Quemadmodū enim qui mandatū accipiunt,neq; facere neq; dicere volunt præter mittentis voluntatē, quouſq; mandatū impleāt, ne quid tranſgrediantur: ita nec dicere,neq; facere aliud poſſum, quàm patris voluntatē. Quæ ego facio,ille facit, quia mecū eſt, neq; dimittit me ſolum pater. Animaduertis,vt ſempervnanimē patri,& nullam inter ſe differentiā oſtēdat? [Supr.8.e] Et cùm dicit,A meipſo non veni:non poteſtatē,ſed diuerſitatē & contrarietatem tollit: nam ſi homines ſuiipſorū domini ſunt,lōgè magis vnigenitus filius. Et ꝙ hoc ſit verū, audi Paulū,quòd exinaniuit ſeipſum,& tradidit pro nobis. [Phili. 2.a] Sed vt dixi,grauis res inanis gloria,grauis:ipſa enim & illos non credere,& alios non rectè credere adducit: & quæ propter illos humanitatis gratia dicta ſunt, ea in impietatē vertit. Hanc igitur beſtiam ſemper fugiamus. Varia nanq; eſt,& multiformis,& vbique propriū virus diſſeminat,& in pecuniis,& in deliciis,& in corporis pulchritudine:hac gratia ſemper neceſſitatē excedimus, inde veſtimētorū copia, inde & ſeruorū examen,inde omnis neceſſitas contemnitur,in domibus,veſtibus,menſæ ſplēdore exceſſus dominatur. Vis frui gloria? Facias eleemoſynam,tūc te angeli laudabūt, tunc deus accipiet:nūc autē aurifices tātùm & textores †admirātur:] [†ſunt admirationi.] tu *ingloria [* ingloria, vnica eſt dictio, mulierem alloquitur.] circūferris,& nonnunquā maledicta in te audis,& reprehēſiones. Quòd ſi quæ in veſtibus conſumis,cōferres in pauperes,multus te vbiq; plauſus, multæ laudes ſequerentur. Tunc ea haberes, ſi aliis dares:ſi tibi ſeruas,minimè habes.Incertus enim theſaurus domus propria: certus autē theſaurus eſt pauperum manus. Quid corpus ornas, anima neglecta, & immūdicie plena?Quid non tantā animæ, quantam corpori tribuis diligentiā?Certè illius maior habenda eſt. Verūenimuero dilectiſſimi,parē poſtulamus. Si quis tibi optionē proponeret, an egregium corpus,& bonæ habitudinis,& aliis ſpecie præſtans, vili tamen indutū veſte:an turpe,& morbis implicitum,ornatū tamen auro, & pulchro amictu cultum malles: nónne naturalē corporis pulchritudinē veſtimentis præferres? In corpore hoc ſanè præfertur, in anima cōtrà: nam quæ turpē,informem, & nigrā habet,putat eam ſe auri ſplendore emēdare.Quænā hæc amētia? Interiorem ornatū cures velim,& hæc monilia animæ apponas:nam ſi his corpus ornetur, neq; ad bonam valetudinē,neq; ad formā quicquā conferet.Neq; enim nigrū corpus albū reddet,neq; turpe ſpecioſum.Si animæ id addideris,eueſtigiò eā pro nigra candidā,pro turpi formoſam reddes.Neq; meus hic ſermo,ſed ipſius domini dicētis:Si fuerint [Eſaiæ 1.e] peccata veſtra vt coccinū,quaſi nix dealbabūtur:&, Date eleemoſynā,& omnia vobis erunt mūda. [Lucæ 11.f] Nec te mulier hoc animo ſolùm,ſed & virū ornabis: qui ſi hos ornatus deponentē viderit,non nimio ei ſumptu opus erit. Qui non habēt,deponant habēdi cupiditatem,ad eleemoſynā promptiores accedent,& vos magis poteritis eis neceſſaria perſuadere. Nunc autem omnis huiuſmodi poteſtas ablata eſt, quibus oculis aſpicietis,quo ore eleemoſynam à maritis veſtris petetis,cùm plurima in corporis ornatū conſumatis?Tunc audenter poteris virū tuum ad eleemoſynam hortari,cùm tu tua abieceris ornamenta: & ſi nihil profeceris,tu tamen officiū tuum feceris: imò impoſſibile eſt,ne eū lucreris,ſi re ipſa loqueris.Qui ſcis enim mulier an virū ſaluum factura ſis? [1.Cor.7.c] Quemadmodū enim & pro te & pro illo rationē reddituras es,ita ſi ab inanibus & abſurdis eum opinionibus abduxeris,duplicem mercedē conſequêris: cùm viro coronata & triumphans ſecula illa immortalia, & æterna bona conſecuta:quibus vtinam omnes fruamur gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti,cui gloria in ſecula ſeculorum,Amen.

Homilia lxix.ex cap.xiij.

ANte diem autē Paſchæ ſciēs Ieſus quià venit hora vt trāſeat ex hoc mūdo ad patrē:cùm dilexiſſet ſuos qui erant in mūdo,in finē dilexit eos. Imitatores mei eſtote,inquit Paulus,ſicut ego Chriſti. [1.Cor.11.a] Propterea enim carnem ex maſſa noſtri corporis accepit, vt per eam nos virtutē erudiret.In ſimilitudinē,inquit, [Rom.8.a] carnis peccati,& de peccato peccatū in carne damnauit. & ipſe inquit, Diſcite à me, quia mitis ſum,& [Mat.11.d] humilis corde:quod nō verbis tantum,ſed & re ipſa oſtendit.Siquidem & Samaritanū eum Iudæi,& dæmonium habentē, [Supra 8.f] & deceptorē appellabant:& lapides in eum iecerunt, [Mat.27 g] & nunc quidē miniſtros miſerunt Phariſæi, [Supra 8.g] vt eum perderēt: nunc verò alios qui ei inſidias tenderēt,& ipſi nonnunquā in contumelias prorumpebant, cùm non modò nihil haberent quod accuſarent, ſed plurimis eſſent beneficiis affecti:neq; adhuc ceſſat à beneficiis aut verbo,aut opere:& cùm à ſeruo cæderetur,inquit:Si malè locutus [Infr. 18.d] ſum,teſtimoniū perhibe de malo:ſi autē bene, quid me cædis? Et hæc aduerſus inimicos,& inſidiatores: videamus qualis in diſcipulos fuerit.Quid facit nūc vel aduerſus proditorē? Qui enim maximè odio dignꝰ erat,vtpote diſcipulus & familiaris,eiuſdē mēſæ cōſors, & qui miracula viderat, & omnibꝰ intereſſe dignus habitus eſt,aliis tñ grauius peccauit:Lapides quidē in Ieſum nō iecit,neq; in cōtumelias ꝓrupit, ſed eū prodidit ac tradidit:hūc quàm humanè accipiat,operęprecium eſt intueri.Lauit eius pedes,quo officio cohibere eū à ſcelere illo voluit. Atqui ſi voluiſſet, poterat eum arefacere, quēadmodū & ficū: & ſcindere,vt petras,& velū. Sed nō neceſſitate, ſed voluntate

Universidad de Deusto
Biblioteca

volũtate propria volebat eũ à proditione abducere, A ideo lauat eius pedes. neq; hoc infœlix ille reueritus est. Ante diem autẽ Paschæ, inquit, sciens Iesus quia venit hora eius. Non tunc sciuit, sed cùm fecit quod fecit antea sciebat. *Vt transeat.* Perquàm sapiẽter euãgelista transitum eius mortẽ appellat. Cùm eos relicturus esset, vehementiorẽ dilectionẽ ostendit: hoc enim significat dicẽs, Cùm dilexisset suos, qui erant in mũdo, in finẽ dilexit eos. Nihil omisit, quod vehementer amantem deceret. Sed quid à principio hoc nõ fecit? Maiora posterius reseruat, vt eorũ in se charitatem augeret, animarétq; , vt futura mala forti animo subirẽt. Suos autẽ dicit secundũ familiaritatis rationem: nam alios etiã suos secundũ opificiũ appellat: vt cùm dicit, Et sui eum nõ receperũt. Quid autẽ *Ioan.1.a* signat illa particula, qui erant in mũdo? Quoniã etiã mortui sui erãt: vt Abrahã, Isaac & Iacob, & alij pluri B mi, sed hi non erãt in mũdo. Vides & veteris & noui testamẽti eum deũ esse? Quid sibi vult ea particula, In finẽ dilexit eos? hoc est, semper dilexit, & magnæ dilectionis hoc signũ ponit. Atqui alibi aliud signũ dicit, nempe ponere pro amicis suis animã, sed hoc nondũ fecerat. Qua autẽ gratia hoc fecit? Quia multò mirabilius erat, quãdo clarior apud omnes apparuit, & non parũ in discessu suo cõsolatus est. Cùm enim essent maiorẽ in modũ dolituri, æqualẽ illi dolori consolationẽ affert. *Et cœna facta, cùm diabolus iam* †*in cor Iu misisset* †*in cor, Vt traderet eum Iudas.*] Hoc perterritus *dæ vt tra-* addidit euãgelista, q; eum qui se iam tradere propo- *deret eũ.*] suerat, lauerit: ostẽditq; maximã Iudæ maliciã, quòd ne mẽsæ quidẽ cõmunicatio eum cohibuit, vt maximè solet, cùm ad vltimũ vsq; diem eum magistrũ habuerit, qui ipsum sustineret, scirétq; omnia ei tradita C à patre, & q; à deo venisset, & ad deũ iret. Aut hoc inquit: Quòd cùm talis & tantus esset, & à deo veniret, & ad deũ iret, cùm omniũ dominaretur, id molitus est, neq; reueritus est tantã rem aggredi. Traditionem autẽ hoc in loco fideliũ salutẽ appellari mi- *Mat. 11.d* hi videtur. Nam & cùm dicit, Omnia mihi tradita sunt à patre meo: hãc dicit traditionẽ, sicut cùm in- *Infr. 17.a* quit: Tui erãt, & mihi eos dedisti. & iterũ: Nemo po- *Supr. 6.e* test venire ad me, nisi pater traxerit eũ: &, nisi datũ sit ei desuper. Aut hoc, inquit, aut q; nihilo minor ex hoc esset futurus, qui à deo venit, & ad deũ vadit, & omnia cõprehendit. Cùm verò traditionẽ audis, nihil humanũ suspiceris: honorem enim erga patrẽ & concordiã signat. Quemadmodũ enim pater ei tradidit, ita & ipse patri: & hoc indicat Paulus inquiẽs, *1. Cor. 15.e* Cùm tradet regnũ deo, & patri. hoc autẽ, hoc in lo- D co humanius locutus est, multã eorum curam & incredibilem dilectionẽ præ se ferens, tanquam familiares eos curans, bonorũ matrẽ humilitatem docẽs, quam & principium & finẽ inquit esse virtutis. Sed quid additur, A deo venit, & ad eũ vadit? hoc est, digna eo facit, qui inde profectus est, & eò reuertitur: & sic omnem pessundat superbiã. *Et cùm surrexisset à cœna, positis vestibus.* Cõsidera quomodo non laudãdo tantùm, sed & aliter humilitatẽ ostendit. Non enim priusquã discumberẽt, sed post omniũ discubitum surgit à cœna. inde non simpliciter lauat, sed ponit vestimẽta, *ac etiã linteo se præcinxit.* Neq; his contẽtus †*nemini* ipse peluim impleuit, ipse †nemine iusso] omnia fe- *quicquã imperãs.*] cit: exẽplo docens non remissè & frigidè bona opera, sed quàm diligẽtissimè faciẽda. Mihi videtur primùm eũ proditoris lauasse pedes. *Cœpit enim*, inquit, *lauare: & inde venit ad Simonem Petrũ, qui dicit ei: Tu mihi lauas pedes?* His, inquit, manibus, quibus oculos aperuisti, leprosos mũdasti, mortuos suscitasti. Habet eñ hęc particula magnã significationẽ, quare nõ oportuit aliud dicere, quàm tu, quod per se verbum sufficiens fuit, quo omnia demonstrarentur. Iure autem quispiã quæreret, quomodo nullus aliorũ lauari recusauit præter Petrũ? quod non parui amoris fuit, & reuerentię argumentũ. Quænam est causa? Arbitror ante omnes proditoris pedes lauasse, inde venisse ad Petrum, à quo & cęteri admoniti sunt quid esset faciendum. Quòd enim alium quempiã ante lauerit, cõstat ex eo quod dicit, Cum autẽ venisset ad Petrũ. Sed nõ est vehemẽs in accusando euãgelista. Id eñ verbũ, Cœpit: alium antè lauasse significat: quòd & si Petrus primus erat, credibile tamẽ est proditorem impudenter ante apostolorũ principem discubuisse. Nam & aliunde impudentia eius ostẽditur, cùm intingeret cum magistro, & cùm reprehensus minimè compunctus est. Petrus autem semel anteà increpatus, eáq; cum ex vehementi amore verba fuisset locutus, ita cohibitus est, vt titubaret, & tremeret, vt non deinde auderet ipse Christũ interrogare, sed alium submitteret: Iudam autẽ frequenter reprehensum nihil pudebat. *Cùm ergo venisset ad Petrũ, dicit ei Petrus: Domine: tu mihi lauas pedes? Respõdit Iesus: Quod ego facio, tu nescis modò, scies autẽ posteà.* Hoc est, quod hinc sequatur emolumentũ, quod doctrinæ exemplum, & quomodo †expediat in omnẽ nos adduci humilita- †*Sufficiat vt in omnem nos adducat humilitatem.*] tem.] Petrus autẽ adhuc renuit: *Non lauabis mihi pedes in æternũ.* Quid facis Petre? oblitus es quæ antè dixeras? Non dixisti, †Absit à te] & audisti, vade post me †*propetius tibi sis.*] satana: & adhuc non admoneris, sed nimius es in refutando? Quidni? inquit. Res magna est & admiranda: nam ob nimiam dilectionem ita locutus est, cui etiam Christus vicẽ reddit. vt enim tunc valde eum increpitans inquit, Scandalum mihi es: ita & nunc, *Si non lauero te, non habebis partẽ mecũ.* Quid tum Petrus ardens, & feruore quodam incensus? *Domine*, inquit, *nõ tantùm pedes meos, sed & manus & caput.* In recusando vehemens Petrus, & in permittendo vehementior, vtrunq; ex amore. Sed cur non dixit Iesus quãob rem id faceret, sed minatus est? Quoniã non acquieuisset. nam si dixisset, Sine te lauẽ, per hoc enim vos humilitatis admoneo, profecto sine vllo exẽplo se admonitum asseruisset: sed nunc repulsæ minis & separationis perterritus, continuò paret. Ipse enim erat qui frequẽter quò iret interrogabat, qui animã pro eo se posituram dicebat. Si enim cùm audiret, Nescis quod ego facio, scies autẽ posteà: non tamen parebat, lõgè minus si intellexisset: ideo inquit, Scies postea: haud inscius ita etiam repugnaturum. Neq; Petrus causam rogauit, sed vehementius accensus, ne passus est quidem doceri, sed renuit: †Tu mihi la †*dicens,* uas pedes?] Post minas autem statim mollitus est. *Non lauabis meos pedes.*] Quid autem significat, Scies posteà? Quando? Cùm in nomine meo dæmonia eiicies, cùm in cœlum me assumi suspicies, cùm à spiritu intelliges me ad patris dexteram sedere, tunc cognosces cur hoc faciam. Christus autẽ, cùm dixisset Petrus, Non tantùm pedes, sed & manus & caput: *Qui lotus est*, inquit, *non indiget, nisi vt pedes lauet, sed est totus mundus, Iam vos mundi estis propter verba quæ locutus sum vobis.* At si mundi sunt, † *vt nos* qua gratia lauas pedes? † Vt modestiam doceam,] *modestiã* propterea vilius membrum elegit. Lotus autem, *discamus.*]

hoc est

†*Eránt ne igitur ipsi mundi? Atqui*] hoc est mũdus. †Nũquid ergo mũdi nõ erant?] Nõ- A dũ à peccatis erãt liberi, neq; spiritu sancto digni habiti fuerãt, peccato & maledicto adhuc regnante, & chirographo nõ abolito, neq; oblata victima. Quomodo ergo mundos dicit? Ne propterea arbitrareris ideo mũdos dixisse, q; nullis essẽt peccatis obnoxij, addidit: Iã vos mũdi estis propter verba quę locutus sum vobis: hoc est, hac tantũ ratione estis mũdi. Iam lumẽ recepistis, iã errore liberati estis Iudæorũ, nam *Esa.1.e* & ,ppheta inquit: Lauamini, & mũdi estote, abiicite maliciã ab animis vestris. Itaq; talis lotus & mũdatus est, cũ omnẽ animę maliciã abiecerit, & syncera mẽte deo adhæserit. Ideo secundũ propheticũ sermonẽ inquit: qui lotus est, iam mundus est. Neq; enim Iudaicã aquę lotionẽ, sed opificij purgationẽ intelligit. Fiamus ergo & nos mundi, discamus benefacere. Et *Esa.1.f* quomodo possumus? Iudicate pupillo, iustificate viduã, & venite disputemus. Frequenter in sacris scri- B *Ibidem.e* pturis mẽtio fit viduarũ & orphanorũ, sed nobis nul- †*sicut ru* la eorũ ratio. Verũtamẽ audi quantũ illic mercedis. *beũ, quasi* Si fuerint peccata vestra † vt coccinũ, quasi nix deal- *nive deal-* babuntur: & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut *babo: si au-* lana alba erũt.] Neq; eñ habet defẽsorẽ vidua, ideo *tẽ fuerint* multa de ea ratio habetur: quæ cũ secũdis nuptiis cõ- *sicut cocci* iungi sibi liceret, dei timore in viduitate multa per- *num, vel-* petitur: eis igitur manus porrigamus oẽs viri & mu- *lut lanã* lieres, ne quãdo viduitatis molestias subeamus: & si *dealbabo*] subierimus, benignitatũ in nos materiã benignitate *Vt etiã hã-* *bent. lxx.* nostra cõparemus. Nõ parua vis lachrymarũ viduæ est, sed ipsũ possunt cœlũ aperire. Nolimus eis insultare, ne augeam° calamitatẽ, sed pro viribus opitulemur. Ita nos & in hoc & in futuro seculo muniem°: neq; eñ in hac dũtaxat vita, sed in illa quoq; nobis C aderunt, & ob nostra in se officia maximã peccatorũ nostrorũ partẽ præcidẽt, atq; delebũt, & fidẽter faciẽt nos ante iudicis tribunal cõparêre: quò vtinam oẽs pertingere possim°, gratia & benignitate dñi nostri Iesu Christi, cui gloria in secula seculorũ, Amen.

Homilia lxx. ex cap. xiij.

Postquã ergo lauit pedes eorũ, accepit vestimenta sua: & cũ recubuisset, iterũ dixit eis: Scitis quid fecerim vobis? Grauissimum est dilectissimi, grauissimũ, inquam, in profundũ viciorũ decidere: ferè eñ anima incorrigibilis redditur, ideo omnia facienda sunt, ne à præcipitio capiamur. Facilius enim est nõ cadere, q̃ post casum resurgere. Contemplare igitur postquã dilapsus est Iudas, quantum habuit auxiliũ, *Supra 6.g* & nunquã resurrexit. Dixit ad eũ Iesus: Vnus vestrũ diabolus est. dixit, Nõ omnes credunt: dixit, Non de D omnib° dico: &, Scio quos elegi. & nihil horũ sensit. Postquã ergo lauit pedes eorum, accepit vestimẽta sua, & cũ recubuisset, dixit eis, Scitis quid fecerim vobis? Nõ amplius Petrũ solum, sed omnes alloquitur.

Vos vocatis me magister, & domine, & bene dicitis: sum etenim. Vos vocatis me, eorũ iudiciũ proponit: inde ne ad eorũ gratiã locutũ putares, addidit, Sum etenim. Cum igitur sermonẽ illorum introducit, eũ ab odio & inuidia liberat: cũ vero sermonẽ ab illis introductum ipse cõfirmat, eum minime suspectũ facit. Sum eteñ, inquit. Vides quomodo discipulos alloquẽdo, *Mat.23.a* de se apertius loquitur? quẽadmodũ ergo dicit: Nolite vocare magistrũ super terram, vnus enim præceptor vester est: ita inquit, Nolite vocare patrẽ super *Ibidem.* terrã. vnũ autem non de patre solũ, sed etiam de se- *Supr. 12.f* ipso dicit. Aliter eñ quomodo dixisset, Vt filij lucis

A sitis? & iterũ, si magistrũ solũ diceret patrẽ, quomodo diceret, Sum etenim: &, Vnus est vester præceptor Christus. *Si ergo ego laui pedes vestros dominus & magister, & vos debetis alter alterius lauare pedes. Exẽplũ enim dedi vobis, vt quemadmodũ ego feci vobis, ita & vos faciatis.* Atqui non est idẽ: ipse enim erat dominus & magister, vos inuicẽ conserui. Quid ergo signat hæc particula, Ita? † secundum possibilitatẽ:] propterea enim à maiori- † *eodẽ stu-* bus rebus accipit exẽpla, vt saltẽ minus faciam°. Et- *dio*] enim magistri pueris literas quampulcherrimas scribũt, vt vel in deterius imitẽtur. Vbi nũc, qui conseruos despiciũt? vbi qui honores expetunt? Proditoris pedes dñs lauit, sacrilegi, furis, & ipso ,pditionis tẽpore, cum nulla esset speranda emẽdatio, mẽsam communem posuit, & tu elatis superciliis intumescis? pedes inuicẽ lauemus, inquit: nunquid & seruorũ. Et quid mirũ si seruorũ? Siquidẽ inter nos seruus & li- B ber verbotenus differũt, differũt illic re ipsa. Ipse eñ natura dñs erat, nos serui, neq; id recusauit: nobis autẽ satis videtur si liberis vt seruis & emptis mãcipiis nõ vtimur. Et quid dicemus, cũ tanta patientiæ exẽpla proposita nobis sunt, quæ minime imitamur: sed cõtrà, & è regione elati, ne debitũ quidẽ reddimus? Debitores eñ nos cõstituit deus, cũ incepit: †nos lõ- † *& debi-* ge inferiores exẽplũ sequi debemus.] Ipse enim dñs *tores mi-* erat, nos hoc conseruis faciemus, si quid fecerimus: *neris par-* quod & ipse significauit, dicens: Si ergo magister & *tis*] *sive* dñs, ita & vos. Cõsequens enim erat dicere, quanto *sortis.* magis vos serui: sed reliquit hoc auditorum reputationi. & quãobrem autẽ istud nunc fecit? Debebant enim alij aliis magis honorari. Ne igitur se inuicẽ iactarent, & dicerẽt vt & antea, quis esset maior, néve inter se indignarentur, omnẽ tollit elationem: vt & si lõge sis maior, apud fratrẽ minime in superbiã efferaris. & nõ dixit quod maius erat. Si ego pedes proditoris laui, quid mirũ si vos alter alterius? Sed rẽ fecit, inde eã discipulis iudicandã reliquit, ideo dicebat: Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur. *Mat.5.e* Hæc enim vera doctrina est, qã doces, id re efficere. Quẽnã fastũ hoc nõ tolleret? quã temeritatẽ, quam nõ deprimeret elationẽ? Qui sedet super Cherubin, proditoris pedes lauit: tu homo terra & puluis, efferis & intumescis. Et quo hoc dignum supplicio? Quòd si verã elationẽ concupiscis, hic ego te viã do cebo: nõ enim nosti, qui præsentibus rebus tãquam magnis inhiat, is vilis est & abiecti animi. Itaq; nunquã humilitas est sine magnitudine animi, neq; superbia sine pusillanimitate. Quemadmodũ pueri vi- lium rerũ spectacula admirãtur, & obstupescũt, pilis, trochis & talis inhiãt, magnas autẽ res ne† cognitio- † *cogita-* ne] quidem capere possunt: ita & hic. Sapiens non *tione*] reputat præsentia, ergo neq; ea optabit ab alio accipere: qui sapiẽs non est, cõtra afficietur, ad araneas, & vmbras, & somnia, & his viliora cõuertetur. *Amen* † *estis*] *amen dico vobis, non est seruus maior domino suo: neque apostolus maior est eo qui misit illum: si hæc scitis, beati* † *eritis, si fe-* † *mecum, leuauit*] *ceritis ea. Nõ de omnibus vobis dico, ego scio quos elegerim, sed* *sic & in* *seq.* *Vt impleatur scriptura: Qui manducat panem* † *meum, leuabit* *psal.40.e* *calcaneum suum cõtra me.* Quod & superius, idem & in † *nõ tan-* hoc loco arguendo dicit. Nam si seruus non est ma- *quã ignoro* ior domino, neque apostolus eo qui ipsum misit, & *rantibus* ego hoc feci: multo magis idem à vobis faciendum *ista dicẽs,* est. Inde ne quis diceret, quid tandem hęc dicis? nũc *sed vt di-* enim nescimus. idem addidit, †non q; ignoraret, sed *cta factis* *exhibeant* vt re ostẽderet quid dicat.] Scire enim omnium est, *tur*]

k facere

Universidad de Deusto
Biblioteca

facere autē non omniū:propterea inquit,Beati eſtis, A
ſi feceritis ea.Ideo frequēter hoc dico,&quidē ſciē-
tibus vobis,vt ad opera vos alliciā:nā & Iudæi ſciūt,
ſed non ſunt beati,cū ea non faciāt. *Non de omnibus vo-
bis dico.* O patientiā,nondū proditorē* arguit,ſed te-
git ſcelus,indulgens ei locū pœnitentię,&†reprehē-
dit & non reprehendit,ita inquiens: Qui manducat
panē meum,leuabit] calcaneū ſuū contra me.Vide-
tur mihi illam particulā, Non eſt ſeruus maior domi
no ſuo:ob hoc dictā eſſe, vt ſiquando à ſeruis,vel ab
aliis quibuſdā vilibus & abiectis quicquā mali pate-
rentur,non perturbarētur, ad Iudæ exēplum reſpi-
cientes,qui multis à Ieſu beneficiis affectus,male be
neficiū ſuum remuneratus eſt:ideo inquit, Qui mā-
ducat panē mecū,&aliis omnibus omiſſis hoc quod
maxime ipſum cohibere poterat,& pudore afficere,
poſuit:Qui apud me nutritus eſt, qui mecū mandu- B
cat.hæc autē dicit,erudiēs nos vt bonum pro malo
reddamus,etiā his qui nō ſunt corrigibiles. & dicē-
do,Non de omnibus dico:ne oēs formidarent, ſepa
rat eū ab aliis,his verbis, Qui manducat panem me-
cū.ea enim particula,non de omnibus,non omnino
in vnū quempiā ſermonē aſtringit: propterea addi-
dit,Qui manducat mecū panē:oſtendens illi miſero
eum non excuſari ignorantia,ſed rem omnē cogno
ſcere:quod maxime eū cohibere debuerat. Et nō di
xit, tradit me:ſed leuauit calcaneū ſuū contra me:vt
dolū & fallaciā deceptoris oſtendat.Hęc autem ſcri
pta ſunt, ne iniuriantibus nobis ſuccenſeamus, ſed
vt eos arguamus,& deploremus:lachrymis enim di-
gni ſunt,nō qui afficiūtur,ſed qui inferūt iniuriā: nā
ſeipſos maxime lædūt,cum rapiunt, cū calūniantur,
cum aliud ſimile machinantur: nobis vero maxime C
proficiunt,ſi nō vlciſcemur.Vt exēpli gratia: Rapuit
ille abs te aliquid, ꝓ iniuria gratias egiſti, & laudaſti
deum:multū illa gratiarū actione lucratus es,quem-
admodū ille immēſum ſibi ignem prēparauit.Quòd
ſi quis diceret: Quid eī ſi iniurias vlciſci nō potui-
mus?Illud reſpondebo, ꝙ potuimus ſaltem ægrefer-
re,& expoſtulare,imprecari,&maledictis ꝓſequi in-
iuriātem,& apud oēs eū accuſare. Hæc enim in no-
ſtra ſunt poteſtate:quæ ſi nō feciſti, etiā nō vlciſcēdi
mercedem accipies:cōſtat enim ꝙ ſi poſſes, nō vlci-
ſcereris:nā qui iniuria afficitur, quibus poteſt armis
vtitur:ſi ſit puſillanimus,imprecationib⁹, & maledi-
ctis,&inſidiis vlciſcitur:his igitur tu nō ſolum abſti-
neas,ſed ꝓ eo precare:hoc pacto deo ſimilis efficie-
Matt. 5.g ris. Orate,inquit, ꝓ ꝓſequētib⁹ vos,vt ſimiles efficia-
mini patri veſtro,qui eſt in cœlis.Vides q̄ magna lu-
cremur ex perſecutionib⁹? Nihil adeo deū delectat,
q̄ non malū pro malo, imò pro malo bonū reddere,
beneficia & preces:ideo Chriſtus ſui ꝓditorē bene-
ficiis affecit,pedes lauit, clā arguit, parcè perterruit,
admonuit,mēſa & oſculo dignatus eſt,neq; tamē ille
factus eſt melior,ſed in ꝓpoſito perſtitit:ſed agè&
†& vt eo pioſius di- ſeruorū exēplo,†qui plurimi]in veteri habētur teſta
camus,eorū etiam mēto,te erudiamus,vt intelligamus nullū nobis re-
qui] linqui excuſationis prætextū,cū iniuriarū ſum⁹ me-
mores. Vultis Moſem?an alti⁹ repetamus? quāto eī
vetuſtiora oſtēdētur exēpla,tanto magis vos cōuin-
cemus. Quid tandē ? Quia tūc difficilior erat virtus:
nondū enim illi leges ſcriptas habuerāt,nō vitæ exē
pla:ſed nuda per ſe erat natura,nullis auxiliis niteba
Gen. 6.b tur:propterea cū laudaret Noë,nō ſimpliciter perfe-
ctum appellauit:ſed addidit,in generatione ſua:hoc
eſt,in illis tēporibus,quib⁹ multa erāt impedimēta:
nā poſt eū claruerūt alij,nō tamē ipſe inferior: in tē-
porib⁹ eīm ſuis perfect⁹ fuit . Quis ergo ante Moſem
patiēs?Beatus & generoſus Ioſeph,qui cōtinētia cla *Ibidē 37. & ſeq.*
rus,nō minus claruit & patiētia,† nihil iniuſte fecit, *† à fratri-*
ſed ſeruiēdo,colendo, omnia ſeruilia munia agēdo, *bus enim*
fratrū odio minime offenſus eſt : neq; expoſtulauit, *venunda-*
cū patrē haberet amātiſſimū ſui,ſed tulit ad eos cibū *tus eſt,cū*
in deſertū,neq; nō inuentis maledixit,neq; reuerſus *nulla eos*
eſt,quod haud immerito poterat, ſi voluiſſet: ſed ad *affeciſſet*
crudeles illos,& immanes ꝓperauit,vere fraternum *iniuria]*
ſeruās affectū:inde carceri intruſus,rogatus cauſam,
nemine accuſato,tantū nihil ſe feciſſe , & ſe furti ex
Hebræorū terra abreptū dixit:poſt hæc in poteſtatē
aſcitus,laborātib⁹ fame fratrib⁹ ſubuenit,eos q̄; mul-
tis liberauit calamitatib⁹:nā ſi boni erim⁹, nulla ꝓxi-
mi malicia virtutē nobis auferre poterit. At illi cōtrà B
eū veſte exuūt,in eius pernicię accinguntur,inſom-
niū exprobrāt,& acceptis ab eo cibis,& vita & liber-
tate ſpoliare eū machinātur:&dū comederēt,deſpi-
ciebāt fratrē nudū in ciſternā demiſſum . Quid hac
immanitate crudelius?quibus homicidis nō erāt im
maniores?Inde eū barbaris,& feris hominibus,& ad
barbaros cūtibus vēditū,innumeris mortibus tradi-
derūt.Ille autē factus rex, nō modo nō vltus eſt, ſed
crimē in ſe patratū excuſauit, q̄d dei diſpenſatione,
nō fratrū malicia factū eſſet:& quod in eos fecit, nō
ira,ſed fratris gratia ſimulauit:& cū eos videret ſup-
plices conqueri, ſtatim abiecta omni ſimulatione in
fletū prorupit,& tanquā optime de ſe meritos cōple
xus eſt,qui ab eis iam,quātū in ipſis fuit, interēptus:
& oēs in Aegyptū accerſiuit, & multis beneficiis cu-
mulauit. Quā ergo habebimus excuſationē,poſt le-
gem,poſt gratiā,poſt tantæ ſapientiæ traditionē, cū
qui ante gratiā & legē fuit,minime imitamur ? Quis
nos ſupplicio liberabit? neq; enim eſt quicquā * ira- * *μνησικα-*
cūdia graui⁹, q̄d in decē milium talentorū debitore *κοις.i.ma-*
ſignificatū eſt, qui prius debito à domino donatus, *lorū me-*
iterum ad ſoluendū coactus eſt, donatus domini li- *moria.*
beralitate,coactus ad ſoluēdum propria malicia , cū *Mat. 18.c*
in conſeruum ira ferretur. Quibus nos intellectis,
proximis peccata dimittamus,imò eos beneficiis ꝓ-
ſequamur , vt diuinam in nos beneficentiam expe-
riamur , gratia & benignitate domini noſtri Ieſu
Chriſti,cui gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia lxxj. ex cap. xiij.

Amen amē dico vobis:qui accipit ſi quem miſero,me
accipit: qui autē me accipit,accipit eū qui me miſit.
D †Magna dei remuneratio in ſeruos, & cul- *† Magna*
tores ſuos,] & merces nobis inde cōparatur.Qui vos *eorū qui*
accipit, inquit, me accipit:& qui accipit me,accipit *ſeruos dei*
eum qui miſit me.Huic autē rei,vt Chriſtū quis reci *recipiunt*
piat,& huius patrē,quid æquiparari poſsit?Sed quæ- *& curāt,*
nam hęc eſt ad prius dicta cōſequentia?quid cōmu- *retribu-*
ne habet ad illud,Beati eritis,ſi feceritis ea:quod nūc *tio]*
dicit,qui accipit vos? Atqui optime conſequitur.Cū
enim exituri eſſent in mundū , & multa paſſuri, du-
pliciter eos cōſolatur,& à ſe,& ab aliis.Si ſapietis, in-
quit,& me in memoria habebitis,& quę paſſus ſum,
& quæ feci,animo frequēter voluetis,oēs æquo ani
mo moleſtias tolerabitis.Nō ſolum autē hoc modo,
ſed etiam quòd ab omnibus multā experirētur be-
neuolentiā & ſubuentionem.Et prius quidem illud
declarauit dicens , Si feceritis hæc , beati eritis.alte-
rum vero cum diceret , Qui vos recipit, me recipit.

omnes

omnes enim domos eis aperuit.Itaq; & à morū pro- A
bitate,& à ſubuenientiū charitate eis duplicē affert
cōſolationē:inde cum eis vniuerſi orbis peragratio-
nem imperauit,intelligens vtroq; proditorē priuari,
neq; vllum aut patientiæ in laboribus,aut accipien-
tium benignitatis fructū conſecuturum,iterū turba-
tus eſt,& hāc cauſam euāgeliſta ſignificat inquiens:
Et cū hæc dixiſſet,turbatus eſt ſpiritu,& proteſtatus eſt,& di-
xit: Amē amē dico vobis,quia vnus ex vobis me tradet. Iterū
omnibus timorē incutit,cum non nominatim reum
oſtēderet.Atqui nullius ſibi criminis conſcii, q̄ con-
ſciētiæ ſuę,Chriſti ſententiā veriorem duxerūt,ideo
aſpiciebāt inuicem diſcipuli. Quòd enim ad vnum
proditio referebatur,hoc formidinē minuebat: ſed
quod addiderat,Vnus ex vobis: ſimul oēs perturba-
bat.Quid igitur?Alter alterū intuebatur. Petrus au-
tem ſemper amore æſtuans,Ioanni innuit: Cū enim B
paulò antē increpitus eſſet, q̄ volentem lauare pro-
hiberet(ſemper enim deſiderij & amoris vehemētia
reprehendebatur)ideo veritus cum neq; pati poſſet,
neq; loqui auderet, per aliū id tentat cognoſcere.Il-
lud autē haud immerito dubitādū,cur omnibus du-
bitātibus,atq; tremētibus,etiā ipſo Apoſtolorū prin-
cipe,Ioannes ſecurus,ac ſi in deliciis eſſet,in gremio
Ieſu recubuit,vel potius ſupra pectus.Neq; hoc tātū
inquirendū,ſed & quæ ſequuntur.Inquit enim , *Quē*
diligebat Ieſus. Cur nemo aliorū hoc de eo dixit? At-
qui & alij amabātur,hic autē præcipue. Quòd ſi alij
hoc de eo nō dixerūt,ſed ipſe tātū de ſeipſo,nihil mi
rū.Facit autē hoc & Paulus,cum tēpus exigeret, in-
2.Cor.12.a quiens: Noui hominem ante annos quatuordecim.
Atqui nō paruas alias de ſe laudes prēteriit. An parū
Matt. 4.d *Ibid. 17.a* *Marc.5.d* tibi videtur audiētē,Sequere me : cueſtigio dimiſſis C
retibus & patre,ſecutū: & cum Petro aſſumptum in
montē,& præterea domum ſolū ingreſſum?Ipſe au-
Infr.21.e tē quot Petri laudes proſequitur?Neq; ſubticet Chri
ſtū dixiſſe,Petre amas me plus his.Et ſemper eius fer
uorē in Ieſum & charitatem enarrat. Cū autem in-
quit,Hic autē quid?ex magno locutus eſt deſiderio.
& cur nemo alius hoc de ipſo dixit ? Quia neq; ipſe
dixiſſet,niſi in hūc incidiſſet locū : nam ſi cū dixerit
Petrū innuiſſe Ioāni, vt interrogaret, nihil aliud ad-
didiſſet,dubitari & quæri cauſa potuiſſet: ideo hanc
affert. *Et recubuit ſuper pectus Ieſu.* An parū hic didiciſſe
eū arbitraris,cum tāta frueretur magiſtri benignita-
te:Quòd ſi de hoc etiā cauſam quæris, amoris dicā:
quare inquit,quem diligebat.Ego autē & alia ratio-
ne hoc dictū arbitror,ne nimium ſibi tribuere vide-
retur.Cur enim aliās non dixit,ſed cum Apoſtolorū D
princeps innuit?Ne ergo arbitrareris tanquā maiori
Petrū innuiſſe,amoris cauſam affert.Cur autē recu-
buit ſupra pectus?Nōdum debitā de eo conceperāt
opinionē,præterea & mœrorem ita lenit. Credibile
enim eſt tūc mœſtos fuiſſe:nā ſi animo,multo magis
facie erāt perturbati:eos igitur verbis cōſolat⁹ Chri-
ſtus,permittit vt Ioānes ſupra pectus recūbat. Et cō-
ſidera diſcipuli humilitatē,nomen ſubticet,tantum,
2.Cor.12.a. Quem diligebat,inquit, quēadmodū Paulus: Noui
hominē ante quatuordecim annos.tunc primū pro-
ditorē indicat Ieſus,neq; tamen nominatim, ſed illū
eſſe cui intinctū panē portigeret.qui modus repre-
henſiuus fuit,ꝙ neq; menſæ cōmunicationem reue-
reretur:ꝙ ſi menſæ communicatio eum rubore non
ſuffudit,hæc panis porrectio quem nō mouiſſet?Sed
non Iudā,cuius impudentiā videns diabolus, in cor

eius intrauit:donec enim in aliorū numero fuit,non A
eſt auſus in eū ingredi, ſed extrà oppugnabat: poſt-
quā vero palàm factus eſt & ſeparatus , licenter iam
irrupit , neq; inemendabilis erat amplius in aliorum
numero tolerandus,ideo iam eiicitur,quē mox dia-
bolus comprehendit. *Dicit ei Ieſus: Quod facis,fac citius.*
Hoc autē nemo ſciuit diſcumbentium. O amentiam. Quo-
modo non mollitus eſt?Quomodo non puduit, ſed
impudentior factus exiuit?Illud autem verbum,Fac
citius:nō imperantis eſt,neq; conſulentis:ſed expro
brantis,& reuocātis ad emendationē : ſed cum eſſet
inemēdabilis,dimiſit eū.Et hoc nemo intellexit diſ-
cumbentiū.Multū hic dubitari poſſet, cum dixiſſet,
Cui intinctū panē porrexero,quomodo neſcierunt?
ſed tam ſubmiſſa voce id Ioanni dixit,vt minime ab
aliis audiretur.etenim propterea Ioānes ſupra pect⁹
recūbens,tantum nō ad aurem interrogat,ne palàm B
fieret proditor.Et Ieſus ita reſpōdit,ne adhuc nomi-
natim manifeſtum faceret,apertius tamen inquit ei,
Quod facis,fac citius.Illi vero nō intellexerūt. Hoc
autē dixit,vt vera eſſe oſtenderet,quæ ad Iudæos de
morte dixerat,cū inquit: Poteſtatem habeo ponēdi *Supr.10.d*
animā meā,& poteſtatē habeo ſumēdi eā:&, Nemo *Ibidem.*
tollit eā à me.Quādiu ergo retinere voluit,nemo cō
tra valuit:cum autē permiſit,tunc facile fuit auferri:
quæ omnia ſignificās inquit: Quod facis, fac citius.
Neq; eum tūc palàm fecit proditorē : fortaſſe enim
eū diſcerpſiſſent Apoſtoli, fortaſſe Petrus tūc inter-
emiſſet,ideo nemo recūbentiū nouit quis eſſet. Nūquid
& Ioānes?Neq; ipſe,neq; eū putauit diſcipulū
in tantā prorupturum iniquitatē. Cum enim lōge à
tali ſcelere abeſſent,neq; de aliis ſuſpicabātur: & cū
frequenter dixiſſet,nō de omnibus dico, & neminē
nominaſſet,etiam de alio dicere arbitrabantur. *Erat*
autem nox quādo exiuit. Cur tempus notat? Vt hominis
intelligas temeritatē,cum ne temporis quidē impor
tunitate adduceretur:neq; hoc illi animaduerterūt,
timore eū perturbabātur : ideo verā verbi Ieſu cau-
ſam nō deprehenderunt.Putabant, inquit,vt egenis
aliquid daret,iſta dixiſſe.Multū Ieſu curę erant pau-
peres,& hoc ad noſtrā doctrinam.Hic enim loculos
habebat,& pecuniam. Atqui nemo pecuniā Chriſto
dediſſe narratur, ſed ꝙ diſcipulæ victui neceſſaria
præbebāt.Quomodo enim qui neq; peram, neq; ba *Mat.10.b*
culū ferri iubet,loculos ferebat? At pauperū miniſtē- *& Luc.*
riū:vt intelligas † quanta tibi inopū & miſerorū hac *10.a*
etiā parte cura impendeat.] Multa enim Ieſus ad no *† quantā*
ſtrā fecit eruditionē.hoc igitur dixiſſe Ieſum opina- *etiā is qui*
bātur diſcipuli , pauperibus vt aliquid daret.& neq; *inops eſt,*
ad vltimum diē voluit proditorē Ieſus palàm face- *& mūdo*
re.Huius exēplum nobis ſequēdum eſt,neq; proxi- *crucifixus*
morū vicia etiā incurabilia publicanda ſunt.Etenim *huius rei*
poſtmodum ad ſe tradēdum veniēti oſculum dedit, *curam ſu-*
& rem tantam ſuſcepit,cum traderetur ad tormēta, *ſcipere de-*
ad crucē,ad mortem ignominioſam , vbi rurſus ſuā *beat]*
prę ſe fert benignitatē:hic clarificari ſe dicit,erudiēs
nos,nihil adeo turpe,adeo fœdū eſſe, quod non cla-
riorē reddat,qui id pro dei facit voluntate. *Cum ergo*
exiiſſet Iudas,dixit Ieſus: Nunc clarificatus eſt filius hominis.
Quo verbo labātes diſcipulorum mētes erigit,& cō
firmat,vt nō modo nō contriſtētur,ſed & gaudeant,
ideo Petrū à principio increpuit. Nā ꝙ morte quis
mortē vincat,gloria maxima eſt: & hoc eſt quod de
ſeipſo dicebat:Cum exaltatus fuero,tunc cognoſce- *Supr.8.d*
tis,quia ego ſum.& iterū.Soluite tēplum hoc:& ite- *Supr.2.d*

Universidad de Deusto Biblioteca

Luca.11.d

rum. Signũ non dabitur vobis,nisi signum Ionæ. Et quomodo nõ magna est gloria post mortẽ, maiora iis quę ante mortẽ facta essent,præstare posse? Vt enĩ crederetur resurrectio,maiora postmodũ operati sũt discipuli: q̃ si nõ viuebat neq; erat deus, quomodo in nomine eius tãta facere potuissent? *Et deus clarificabit eũ in seipso:* hoc est,per se,non per alium. *& continuo clarificabit eũ.* vnà cũ cruce:neq; enim diu pòst,neque lõgum resurrectionis tẽpus est expectandũ vt tunc clarũ efficiat,sed cõtinuo in ipsa cruce mira apparebunt. Sol nanq; obscuratus est,petrę scissę & velũ,& multa corpora sanctorũ qui dormierãt,surrexerunt. Sepulchrũ signatũ erat,custodes aderãt, & clausum lapide corp⁹ surrexit. Post quadraginta dies ascẽdit in cœlũ. Inde spirit⁹ delapsa satietas est in Apostolos, & oẽs continuo Iesum prædicarunt:hoc est,Et deus clarificabit eũ in seipso, & cõtinuo clarificabit eum: nõ per angelos aut archangelos,nõ per aliam aliquã virtutẽ,sed per seipsum. Quomodo autẽ clarificauit per seipsum? Omnia ad filij gloriã operat⁹. Atqui oĩa filius fecit. Vides q̃ filij opera ad patrẽ refert? *Adhuc modicũ vobiscũ sum.*† *Quæretis me,*& nõ inuenietis. *& sicut dixi Iudæis,*] *vbi ego sum, vos nõ potestis venire, & vobis dico modo.* Iã incipit futuras post cœnã calamitates enarrare. Cum Iudas exiuit,non vesper, sed nox erat. Cum vero paulopost capiẽdus esset:opus fuit eis oĩa cõmendare,vt recordarẽtur,vel potius spiritus omnia suggerebat. Verisimile est enĩ multa suggessisse, tanquã prius audiuissent,& tales subituri essent tẽtationes. Qui enim somno erãt grauati, vt & alius inquit euãgelista,atq; etiã tristicia detenti, vt etiã ipse ait,Sed quia hæc locutus sum vobis, tristicia impleuit cor vestrum:quomodo hæc oĩa accurate retinere potuissent? Sed cur itaq; dicebãtur? Non paruã eis ad dei gloriã attulit vtilitatẽ,cũ postmodũ recordati sint eadẽ manifeste iã olim se à Christo intellexisse.

† & sicut dixi Iudæis, quæretis me, & nõ inuenietis, &]

Mat.26.d.& Mar.14.d

Infr.16.a

Qua autẽ gratia ante eorum animũ vulnerat inquiens, Adhuc modicũ vobiscum sum? Iudæis enim nõ immerito hoc dicebatur. Cur eadẽ ratione nobiscũ agis,qua cum perfidis illis & ingratis? Minime. Qua ergo gratia inquis, sicut dixi Iudæis? Reduxi in memoriã,quia nõ nunc propter malorũ præsentiã hæc dico,quę à principio prȩuiderã,& testes vos qui audistis estis,quod ad Iudæos his etiam verbis locutus sum:ideo addidit, *Filioli,* vt audiẽtes,sicut dixi Iudęis, non itidẽ ad se dictum putarẽt:nõ ergo vulnerandi animos eorum gratia,sed vt consolaretur, his verbis vsus est,ne præter spẽ molesta eis, & grauia narrãdo perturbarẽtur. *Quò ego vado, vos nõ potestis venire.* Ostẽdit mortẽ suã translationẽ esse ad meliora, & ad locũ corruptibilia corpora non admittentẽ. hæc dicit, vt sui excitet desideriũ,& vehemẽtius reddat. Nostis enim cum aliquẽ charissimorũ discedentẽ videmus, & in eum maxime locũ quo nobis nõ est accedere, maiorẽ in modũ mouemur,atq; incẽdimnr. Iudæis ergo ad terrorẽ id dixit,quod his ad augẽdum desideriũ. Talis est locus,quò vado:vt nõ solum illis, sed ne vobis quidẽ eò accessus pateat:vbi suã demõstrat dignitatẽ. Et vobis dico modo. Cur modo? Aliter vobis q̃ illis,id est,nõ cum illis. Vbinã quæsierunt eum Iudæi? Vbi & discipuli? Discipuli, quando fugerunt: Iudæi quãdo intolerabilia mala, & omnẽ cogitationem exuperãtia perpessi sunt,vrbe eorũ capta,& cœlitus in eos diuina ira vndiq; delata: illis ergo ꝓpter incredulitatẽ tunc ita locutus est, discipulis autẽ ne

A inexpectata opprimerẽtur calamitate. *Mandatũ nouũ do vobis.* Cum enim his verbis perturbari eos verisimile esset,ac si deserti relinquerentur, eos amore & charitate muniẽs,quæ bonorũ omniũ radix est, atq; principiũ,cõsolatur,quasi dicat, Me abeũte doletis? verũ si vos inuicẽ dilexeritis,fortiores eritis. sed cur nõ ita dixit? quoniã vtilius dixit. *In hoc cognoscẽt omnes, quia mei estis discipuli.* Propter hoc simul ostẽdit† nullũ secuturũ fastidiũ,] cum signũ ipsis dederit. hæc autẽ post proditoris abitũ verba fecit. Cur autẽ mãdatum dicit nouũ,quod in veteri testamẽto positum est? Ipse id nouũ fecit per modũ ipsum:addidit ergo,Sicut ego dilexi vos. Nõ enim vestris præcedẽtibus meritis debitũ persolui,sed ego incepi. Ita & vos decet amicis esse beneficos,& quibus nõ debetis,& omissis miraculis quæ ipsi erãt facturi, dilectionis eos signo notat. Quid tãdẽ? Quoniã vel hoc maxime sanctorũ

† quòd illorum cætus nõ extinguetur]

B hominũ est indiciũ:etenĩ omnis virtutis fundamẽtũ est,propter hanc in primis oẽs salutẽ consequemur: hoc est, inquit, esse discipulũ: sic ab omnibus laudẽ cõsequemini,cũ viderint vos meã imitãtes dilectionem. Sed cur nõ potius miracula hoc ostẽdunt? Minime. Multi enim dicẽt,Domine,nónne in nomine tuo dȩmonia eiecimus? & iterum gaudẽtibus ipsis,q̃ dæmonia sibi parerẽt,dixit,Nolite gaudere quia dæmonia vobis subiiciuntur,sed q̃ nomina vestra scripta sint in cœlis. Atqui miracula orbem terrarũ allexerũt,sed cũ dilectio præcessisset, aliter nulla secuta essent miracula: hoc enĩ quãprimũ eos & bonos reddidit, & benignos, q̃ scilicet vnus erat anim⁹ omnibus:q̃ si varia fuissent sentẽtia, omnia perdidissent. Neq; illos duntaxat,sed & oẽs qui postmodũ credi-

Matt.7.d

Luc.10.d

C turi erant admonet. Nã & nunc nihil gentiles perturbat,q̃ quòd nulla est charitas:sed & signa nõ fieri accusant,non tamen itidem. In quo autẽ dilectionẽ ostenderũt Apostoli? Intuere Petrũ & Ioannẽ, quãta cõcordia vixerunt, cum ad templũ ascenderunt. Intuere Paulum,qualiter eis affectus fuerit. q̃ si aliis fulserunt virtutibus, multo magis dilectione bonorum matre. Ab anima nãq; virtute prædita hæc germinat. Vbi malicia, illic hæc planta exarescit. Cum enim multiplicata fuerit iniquitas,refrigescet charitas multorũ. Et gentiles non ita signis adducũtur, vt vita,quã nihil adeo vt dilectio cõmendat. Qui enim miracula faciunt,nonnunquã deceptores ab illis appellãtur:vitæ puritas nõ nisi bonum arguit. Cũ ergo nondum prædicatio esset instituta,merito signa animos allexerunt,nũc vitæ bonitate alliciẽdi sunt. Ni-

Acto.3.a

Mat.24.b

D hil enim adeo gẽtiles * arguit,vt virtus:nihil adeo offendit,vt malicia:quare cũ cupidũ,cum raptorẽ,misericordiã & liberalitatem prędicantẽ,cum cõtribules suos tanquã bestias tractãtem viderit gentilis eũ qui etiã inimicos esse diligendos prȩcipit,illius dicta pro nugis habebit. Cũ mortem formidantẽ viderit, quomodo immortalitatis rationes accipiet? Cũ ambitiosos, cum aliis affectibus addictos, magis in sua cõfirmabitur opinione,nihil de nobis magnũ autumans. Nos sumus causa,nos inquam, vt illi in errore permaneãt. iamprideẽ doctrinã suam damnassent, & nostrã approbassent, nisi vita nostra retraherentur. Verbis philosophari perfacile, hoc enim multi apud eos fecerunt:sed inquirunt operũ probationẽ. Verũ maiores nostros sibi proponant, inquies. Non credunt,sed viuentes intuentur. Ostende,inquiunt,nobis fidem tuã per opera. Cum autẽ grauius fera proximi

** ἐντρέπει, i. cõuertit, pudore suffundit.*

ximi bona dissipamus,luem nos orbis appellant:hoc illos retinet,ne ad nos trãsferantur. Itaq; horum nos pœnas dabimus,non solum eorum quæ ipsi cõmisimus, sed quorũ authores fuimus,vt dei nomen blasphemaretur. Quousq; tãdẽ pecuniis,voluptatibúsque,& aliis inseruiemus affectibus? Abstineamus iã deinceps. Audi prophetã de quibusdã stultis loquẽtẽ:Comedamus & bibamus,cras moriemur:de præsentibus hoc dicendũ non est, adeo nõnulli omniũ res cõplectuntur,quibus rursus Propheta his verbis exprobrat:Nunquid soli habitabitis terrã? Quamobrem vereor, ne quid grauius accidat, néve iram dei in nos vehementius prouocemus. Ad quam auertẽdam omnem amplectamur virtutem,vt futura bona consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi,cui gloria in secula seculorum, Amen.

Esa.22.d & 1.Cor.15.d

Esa.5.c.

Homilia lxxij. ex cap. xiij. & xiiij.

Dicit ei Simõ Petrus,Domine quò vadis? Respondit ei Iesus:Quò ego vado,nõ potes sequi modo,sequeris autem postea.* Magnũ quiddã dilectio est, dilectissimi,& igne ipso vehementius ipsum cœlũ petit, cuius vim nihil retardare potest: quare eius feruore accẽsus Petrus,audito Iesu,Quò ego vado, vos non potestis venire,inquit:Domine quò vadis? hoc autẽ dicebat nõ tam discendi,q̃ sequendi eum desiderio: nõdum enim secuturum se dicere audebat, sed quò iret,rogauit. Christus autẽ non verbis,sed animo respondit. q̃ enim id sensisset Petrus, ex responso Iesu planè cõstat:ait enim, Quò ego vado,non potes sequi modo. & cum subderet, Sequeris postea:neq; sic desiderium cohibuit, quãuis bene sibi sperandũ audiret,sed ita impellitur vt dicat, *Quare non possum te sequi modo? Animam meam pro te ponam.* Cum proditionis metum abiecisset,suum in magistrũ amorem præ se ferens,aliis tacẽtibus ipse audenter interrogat,Quid dicis Petre? dicẽti, Nõ potes:te posse dicis? Experientia cognosces nihil esse dilectionẽ tuam sine gratia diuina. Vnde cõstat,hũc casum Iesum pro ipsius vtilitate permisisse. Nã cum assertioni suæ feruore quodam non staret Petrus,non quidẽ impulit ad negandum,sed desertũ reliquit,vt suã ipse intelligeret imbecillitatẽ. Dixit se tradendum Iesus, respondit Petrus,† Absit à te.] Reprehẽsus est,neq; est emẽdatus: sed iterũ cum ipsius pedes Christus lauare vellet,dixit,Non lauabis mihi pedes in æternũ. Iterum nunc audiens nõ posse sequi,& negaturũ magistrum suũ: & posse,& nõ negaturum profitetur:ex quo cum in arrogantiã prolaberetur, & Christo contradiceret, suæ admonetur fragilitatis. Hoc Lucas significat,cũ inquit Christus:Et ego pro te rogaui,ne deficeret fides tua. Hoc est,ne in fine pereas:in omnibus humilitatẽ eum erudiens,& humanã arguẽs naturã, q̃ ex se nihil sit. Cũ enim immensa dilectione magistri dicto refragaretur,cohibet eum Iesus, & admonet, vt postmodũ emẽdetur,cũ orbis terrarũ dispensationẽ reciperet, & eorum quæ ipsi euenerant recordatus, se agnosceret. Et cõsidera casus magnitudinẽ. Neq; enim semel tantũ,atq; iterum negauit, sed adeo stupuerat, vt breui ter negaret:vt intelligas, non tã dilexisse,q̃ dilectũ esse. Veruntamen post tantũ casum rogauit,Diligis me plus his? Neq; enim frigiditate, sed superni auxilij derelictu cõtigit. Petri ergo dilectionẽ accipit, ex ea contradictionẽ prouenientem tollit. Nam si diligis,parẽre dilecto debes: dicit tibi, & condiscipulis tuis,Non potestis,quid tu cõtendis?

Mat.16.c

† Propici⁹ tibi sis domine:nequaquam erit tibi hoc]

Hic sup.a

Luc.22.d

A Non intelligis quid sit dei negatio? cũ hoc pacto nõ vis meæ acquiescere assertioni, negãdo cognosces, quãuis perquam impossibile hoc tibi videbatur:hoc quidem nesciebas,†sed ille in anima tua habitabat,] sed tamẽ præter expectationẽ accidit. *Animã meã pro te ponã.* Cũ enim audisset,neminẽ maiorẽ habere charitatem,q̃ qui animã poneret, cõtinuo summã affectauit. At Christus re ipsa docuit sui solius esse muneris eã exhibere. inquit enim, *Nõ cantabit gallus,donec ter neges.* Hoc est,paulopost. neq; enim longe aberat: intempestã noctẽ significabat, prima & secunda vigilia præterierat. *Non turbetur cor vestrũ.* Credibile nãque est eos hæc audiẽdo perturbatos. Si enim Apostolorũ princeps,& tã feruidus, ante galli cantũ ter negabit,magnã quandã calamitatis expectationem animo cõcepisse,par erat: vt etiã adamantina corda

† illud autẽ in animo habebas.

Cap.14.

B moueri possent. Cũ ergo hac reputatione nõ immerito percellerentur, cõsidera quomodo eos cõsolatur:*Nõ turbetur cor vestrũ.* Hoc pacto primũ diuinitatis suæ potentiã indicat,q̃ animi motus palàm faceret. *Creditis in deũ,& in me credite.* Hoc est,† q̃ omnia mala transibunt.] Nã in me,& in patrẽ fides omnibus vos persequentibus potentior est,& nihil vos superabit. inde inquit, *In domo patris mei mãsiones multæ sunt.* Quẽadmodũ Petri mœrorẽ consolatur dicens, Sequeris autẽ postea: ita & his spẽ suggerit. ne enim crederẽt illi soli factã promissionẽ,dicit, *In domo patris mei mãsiones multæ sunt. Si quo minus,dixissem vobis,quia vado parare vobis locũ.* Hoc est,ille vos locus manet,qui & Petrũ. Magna illic mãsionũ copia,nec dicẽdũ est prȩparatione op⁹ esse:cũ enim dixisset,Nõ potestis modo me sequi: ne arbitrarẽtur diuturniorẽ morã futu

† necesse est vt omnia mala pertranseant]

Supr.13.d

Ibidem.

C ram,addidit:*Vt vbi sum ego,& vos sitis.* Tãtam huic rei curã adhibeo,vt iam hoc fecissem, nisi iam vobis paratum esset:ostendẽs multũ ipsis fidendũ & credendũ. Inde ne fouendæ eorũ spei gratia dicere videretur,sed vt crederent ita esse,addidit:*Et quò ego vado scitis, & viã scitis.* Demonstrat enim eis non temere in hunc sermonẽ venisse, sed quia eos hoc iam animo esse vt discere cuperẽt,intelligebat. Petrus enim nõ discendi,sed sequendi gratia ita interrogarat: sed cũ reprehensus esset,etiã quod primum impossibile videbatur,possibile ostendit: & quod imposibile videbatur cupiditatem auxit, vt id certò cognosceret, ideo ait,Et viam scitis. Quẽadmodum enim nemine quicquã locuto,negaturũ Petrũ, & scrutatus corda, ne perturbarẽtur admonuit:ita hoc in loco dicẽdo, Viam scitis:eorũ indicat cordis desideriũ, & dat eis

D rogandi occasionẽ. Petrus quidẽ amoris gratia quò iret interrogauit. Thomas autem metu inquit:*Nescimus quò vadis:*† *& quomodo possumus viã scire?*] Et considera q̃ reuerenter,non dixit, Dic nobis locum, sed nescimus quò vadis. Hoc enim iam omnes scire gestiebant. Nã si Iudæi id audientes suspensi erant, & quidẽ cum abire eum cuperẽt:multo magis qui † eo satiari nũquam poterant,] quò iret intelligere volebant:verebantur tamen interrogare,sed nimiũ vicit desiderium. Quid Christus? *Ego sum via, veritas,& vita. Nemo venit ad patrẽ,nisi per me.* Quid ergo interrogatus à Petro quò iret, non cõtinuo respondit se ad patrẽ ire,& eos tunc nõ posse, sed tot verborũ ambitu vsus est,& interrogationes mouit,& respõsiones? Iudæis fortasse merito nõ dixisset,cur discipulis? Dixit quidẽ & his & illis se à deo venire,& ad deũ ire, sed iterum manifestius quàm prius. At Iudęis quidẽ me-

† locũ nescimus,et viam eò ducentem quomodò sciemus?]

† vt ab eo nunquam separarentur expeterent]

χωρισθῆναι. i. separari, interpres vero χορτασθῆναι i. satiari legisse videtur.

Universidad de Deusto Biblioteca

fito nō dixit.quibus ſi dixiſſet, Vos nō poteſtis venire ad patrē,ſuperbię eum arguiſſent:nūc id ſubticēs, dubios reddit. At diſcipulis,&Petro cur ita dixit? Norat Petri animū † & quantū perturbaretur, ꝙ diſcederet.] *† & quòd propterea inſurgeret acvrgeret, vt eo ipſum abduceret]* Aſſecutus ergo quod volebat, per obſcuritatē ſermonis iterum id reuelat. Cū enim dixiſſet, Vbi ſū,nemo poteſt venire:addidit, In domo patris mei manſiones multæ ſunt: ſed ad patrē nemo poteſt venire,niſi per me. Hoc autē noluit eis à principio dicere,ne in maiorē triſticiā adduceret. Dixit autem poſtquā conſolatus eſt,ob Petri reprehēſionē multū mœroris abſtulit. Concepto enim metu,ne itidē ipſi reprehēderētur magis cauebāt. Ego ſum via:hoc eſt, quia per me venietis. Veritas,quia ſine dubio hęc erunt,neq; in me mendaciū eſt. Vita,quia neque ipſa mors prohibere poterit,ne ad me veniatis. Quòd ſi ego ſum via,duce minime indigetis:ſi veritas,nō loquor falſa:ſi vita,etiā ſi moriemini,cōſequimini quę vobis pollicitus ſum. Quod de via dicebat,& intelligebāt & cōfitebātur,reliqua ignorabāt:nō tamē audebāt ſciſcitari. Multū autē conſolabantur, ꝙ viā eū eſſe audierāt. Si enim,inquit,in mea poteſtate eſt,vt vos ad patrē ducā,omnino venietis. Neq; enim alia *Supr.6.e* veniēdi via eſt. Et cū dixiſſet,Nemo poteſt venire ad *Supr.12.e* me,niſi pater traxerit eū:iterū inquit, Si ego exaltatus fuero à terra,omnia trahā ad meipſum: & nemo poteſt venire ad patrē,niſi per me.ſemper ſe patri æquiparās. Quomodo ergo cū dixerit,Quò vado ſcitis:ſubdidit, *Si cognouiſſetis me,& patrē meū vtiq; cognouiſſetis:& amodo cognoſcetis eū, & vidiſtis eū.* Non ꝙ ſibi contradicat,cognoſcebant enim eum, non tamē vt oportebat:cognoſcebant deū,ſed nondum patrem, pòſt ſpiritus veniens,omniū in eos cognitionē infudit,ergo dicit, Si meā noſſetis ſubſtantiā & dignitatē, noſſetis & patris: & amodo cognoſcetis eum, & vidiſtis eū. Alterū futurum,alterū præſentis,hoc eſt, per me. Viſionem autem dicit mentis cognitionem. Quos enim videmus, & videre & ignorare poſſumus:quos cognoſcimus,ignorare nō poſſumus. propterea inquit,Et vidiſtis eū:quēadmodum ait,Viſus eſt ab angelis. Atqui ipſa ſubſtātia videri nequit: ſed viſum eſſe dixit,ſecundū eorū poſsibilitatē: oſtēdēs ꝙ qui ipſum vidit,patrē vidit. Viderunt autē ipſum nō in nuda ſubſtantia,ſed carne veſtitū. Alibi quoq; *Matt.5.a* viſionē cognitionē appellat:vt cū dicit, Beati mundo corde,quoniā ipſi deū videbunt:mundi non tantum à fornicatione,ſed ab omnibus peccatis. Omne nāq; peccatum animā maculat. Adnitamur ergo, vt omnibus ſordibus animā mundemus. Mundat autē primùm lauacrū,inde aliæ multæ & variæ viæ, quas benigniſsimus deus nobis largitus eſt, quarū prima eſt eleemoſyna. Eleemoſynis enim & fide purgātur peccata:eleemoſynis inquā,non ex iniuſte quæſitis: hæc enim nō eleemoſyna,ſed crudelitas eſt, & inhumanitas. Quæ enim vtilitas ſi aliū ſpolies, vt aliū induas? A miſericordia incipiēdū eſt,nō ab immanitate: nā ſi aliena damus,nullū nobis emolumētū. Hoc *Luc.19.b* Zachæus oſtēdit,qui vt deū placaret,inquit:Si quid defraudaui, reddo quadruplū. Nos autē multa rapiēdo,pauca dando,putamus deū placare, cū magis irritemus. Dic quæſo,ſi aſinū mortuum & fœtidū è triuiis in ſacrificiū offerres: nónne te omnes lapidarēt vt impiū & ſceleſtū? Quid ergo ſi oſtēdero oblationem quæ ex rapina fit, fœtidi aſini oblatione magis execrandā eſſe,quam veniā merebitur? Eſto,aliqua

A pecunia ex rapina cōdatur,nōne mortuo aſino grauius olet? Vis intelligere quātus ſit peccati fœtor? audi prophetā:Putruerunt,& corruptæ ſunt cicatrices *Pſal.37.a* meæ. Tu autē verbis deū latere cēſes quæ cōmittis, ipſe autē rapinas tuas & fraudes perpetuo reminiſcitur. Imponitur peccatū tuū ſuper altare. Nec hoc ſolū reprehēſione dignū,ſed illud etiā grauius,ꝙ ſanctorū animas coinquinas. Siquidem hoc lapis eſt,& ſanctificatur,illæ ſemper ipſum Chriſtū ferūt, & audes illuc tāto ſcelere comparata offerre? Minime,inquis. Neq; enim eas offero pecunias,ſed alias. Ridiculū hoc:neſcis ꝙ ſi in multa pecunia, vel gutta iniquitatis inciderit,tota coinquinatur? Et quēadmodū ſi quis in lympidū fontem ſtercus iniiciat, totum immundū reddit:ita ſi diuitias auaricia attigerit,oēs fœtore ſuo corrūpit. Pręterea ingreſſuri tēplum manus B lauamus,non autē corda. Nunquid enim manus loquuntur? Anima profert verba,in animā deus inſpicit. Nihil opus eſt mūdicia corporis anima coinquinata. Quæ vtilitas ſi manus exteriores lauas,& interiores ſordeſcunt? Hoc graue eſt,hoc omnia perdit, ꝙ parua reueriti,magna contemnimus. Illotis enim manibus precari,nihil refert:illota conſcientia, hoc maximū malorū. Ideo Iudæis huiuſmodi immundiciis vacātibus inquit,Laua à malicia cor tuū, quouſ- *Hier.4.d* que erunt in te cogitationes laborū tuorū? Lauemus & nos,non cœno,ſed aqua mūdiſsima: eleemoſyna, non auaricia. Primū à rapina te vendica,& tunc profer eleemoſynam. Declinemus à malo, & faciamus *Pſal.36.e* bonū. Contine manus à cupiditate,& ſic ad eleemoſynam extende. Quòd ſi pauperes ſpoliamus, etiam ſi nō iiſdē alios induimus,nō tamē effugimus, quin C ſuppliciis ſimus obnoxij. Materia nanq; placationis materia peccati efficitur. Satius em̄ eſt nō miſereri, quàm ita miſereri. Nam etiā Cain melius fuiſſet,ſi ni- *Gen.4.a* hil omnino obtuliſſet,quàm deteriora offerēdo deū prouocare. Quòd ſi vero deteriora offerens deum prouocet,qui aliena offert,quo pacto deum nō prouocat? Ego tibi dixi,inquit,noli rapere,& tu ex rapina me honoras? Quid putas? an quòd his gaudeam? igitur dicet tibi, Exiſtimaſti iniquitatem, quòd ero *Pſa.49.d* tui ſimilis:arguam te, & ponam ante faciem tuā peccata tua. Sed abſit vt quiſpiam hanc vocem audiat, ſed pura eleemoſyna, & claris lampadibus ſponſo obuiam veniamus, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti,cui gloria in ſecula,Amen.

Homilia lxxiij.ex cap.xiiij.

D DIcit ei Philippus: Domine,oſtēde nobis patrē,& ſufficit nobis. Dicit ei Ieſus,Tanto tēpore vobiſcū ſum, & nō cognouiſti me Philippe? † qui videt me, videt & patrē.]* *† qui vidit me, vidit patre]* Propheta aiebat Iudæis,Aſpectus meretricis factus tibi,cui nullus pudor eſt: quod vt mihi vi- *Hier.3.b* detur,nō illi tantū ciuitati dici merito poteſt,ſed omnibus aduerſus veritatē impudentibus. Dicēte enim Philippo,Oſtēde nobis patrē:reſpondit,Tanto tempore vobiſcū ſum,& non cognouiſti me Philippe? & tamen nōnulli ſunt,qui poſt hæc verba abſcindūt à patre filiū. Atqui quam maiorē inquiris propinquitatē? Quidā enim ex hoc verbo in Sabellij hæreſim *Sabellius perſonas cōfundēs* decidunt:verum nos & his & illis omiſsis, tanquam è regione contrariis dictorū veritatē perſcrutemur. Tanto tempore vobiſcum ſum,& nō cognouiſti me Philippe? Quid enim, Túne pater es,quem inquiro? Minime,inquit:propterea nō dixit,Non cognouiſti eū: ſed nihil aliud demonſtrans, q̄. quòd nihil aliud eſt filius,

eſt filius,q̄.quod eſt pater,manens in eſſe filius. Vnde autē ad hoc venit Philippus? Dixit, *Si cognouiſſetis me, & patrē meū vtique cognouiſſetis.* Et ad Iudæos huiuſmodi ſępenumero vſus eſt verbis. Quoniā ergo aliquādo Petrus & Iudæi,quis eſſet pater interrogarūt,atq; etiā Thomas, & nullus manifeſte intellexit, ſed adhuc quid diceret, ignorabāt: ne videretur moleſtus eſſe Philippus, & poſt Iudæos magiſtrū tētare interrogādo putaretur:huic particulæ, Oſtēde nobis patrē:addidit,Et ſufficit nobis:nihil aliud quęrim⁹. Atqui dixerat Chriſtus,Si cognouiſſetis me, & patrem meū vtiq; cognouiſſetis: & ita ꝑ ſe patrē oſtēdebat. Philippus autē in contrariū ordinem vertit inquiēs, Oſtēde nobis patrē,tanquam Chriſtū certo cognoſceret:verū non dimiſit eum Chriſtus, ſed ad viā dirigit,per ſe patrē cognoſci perſuadens. Ipſe autē carneis his videre oculis eū volebat,prophetarū forſitā ** συγκατάβασις, condeſcenſio, obſecundatio.* recordatus,ꝙ deū viderint:ſed * permiſſio fuit illa ô B Philippe. inquit ergo,Deū nemo vidit vnquā. Et iterum, Omnis qui audit à deo, & diſcit, venit ad me. Neq; vocē eius audiſtis, neq; faciē eius vidiſtis. Et in *Supr.1.b Ibid.6.e Exod.33.d* veteri teſtamēto:Nemo videbit faciē meā, & viuet. Quid Chriſtus? vehemētius arguit, *Tāto tēpore vobiſcū ſum, & nō cognouiſti me Philippe?* Et nō dixit,vidiſti: ſed cognouiſti. Nūquid te noſſe volo, inquit? Patrē nūc videre quæro:tu autē mihi dicis, nō cognouiſti me? Quámnā hoc habet conſequētiam? Magnā quidē. Cū enim hoc ſit quod eſt pater manēs filius, merito *† Qui vidit me, vidit patrem.] & ſic in ſeq.* in ſe patrē oſtēdit. Inde perſonas diuidēs inquit: †*Philippe,qui videt me,videt & patrē.*] Ne quis diceret,ꝙ pater ſit ipſe filius:nā ſi ipſe eſſet pater,nō ſanè dixiſſet, Qui videt me,videt patrē. Sed cur nō eū admonuit, C ꝙ impoſſibilia,& ſupra hominē, & ſibi ſoli poſſibilia poſtularet? Cū enim Philippus dixiſſet,ſufficit nobis, tanquā ipſum cognoſcēs:oſtēdit ꝙ neq; ipſum Philippus viderit. Certe enim ſi illū vidiſſet, etiā ipſum videre potuiſſet,ideo inquit:Philippe,qui videt me, videt & patrē. Si quis me videt,& illum videbit:hoc eſt,neq; ego,neq; ille videri poſſumus. Philippus em̄ viſus cognitionē quærebat, & cū Chriſtū ſe vidiſſe arbitraretur,volebat eodē modo & patrē videre:vnde neq; ſe videri oſtendit. Quòd ſi quis dicat viſum hoc in loco cognitionē intelligi,id ego nō nego. Philippe,qui me nouit,inquit,nouit & patrē. Attamen nō propter hoc dixit,ſed vt eandē ſubſtantiā demō- *† nouit,nouit & patris ſubſtātiam]* ſtraret. Qui meā ſubſtantiā † videt, videt & patris.] Et quare hoc? An ne qui creaturam nouit,nouit & deū? Atqui omnes creaturā norāt,& videbāt, deum nō omnes norāt. Pręterea videamus quid Philippus D videre quærat. Nū ſapientiā patris? nū benignitatē? Minime,ſed quid eſſet deus, ipſam videlicet ſubſtātiam. Ad hoc ergo reſpōdet Chriſtus:Philippe, qui videt me. Qui autē creaturam videt,nō tamen videt dei ſubſtantiā. Philippe,qui videt me,inquit,&patrē meū videt. Quòd ſi alterius eſſet ſubſtantiæ,minime hoc dixiſſet. Vt autē pinguiori vtamur ſermone:Nemo qui aurū ignorat,in argēto auri ſubſtantiā videre poteſt. Nō enim alia per aliā apparet natura: ideo bene reprehēdit inquiēs, Tāto tēpore vobiſcū ſum, tantā accepiſti doctrinā, magna ſigna & propria diuinitatis, & quæ pater ſolus operatur, vidiſti,ſoluta peccata,arcana in mediū prolata,mortē fugatā, * operationē ex terra factā,& nō cognouiſti me? Quoniā carne circundatus erat,propterea dixit, Non cognouiſti me. ** δημιουργίαν, opificiū, creationē, ceu, opinor,* Vidiſti patrē, noli amplius quærere vt

A videas:in illo enim me vidiſti. Si nouiſti me,noli amplius quærere, ſiquidē in me illū nouiſti. *Nō credis,quia ego in patre?* Hoc eſt,in illius ſubſtantia appareo. *Verba quæ ego loquor vobis,à meipſo nō loquor.* Vides propinquitatis exceſſum,& vnius ſubſtantiæ exemplū? *Pater in me manens ipſe facit opera.* *illuminatione per lutum factā intelligit. Ioan.9.a* Quomodo à verbis incipiēs trāſit ad opera? Dici enim poterat,Ipſe loquitur: ſed duo hic ponit,doctrinā & ſigna,vel ꝙ etiā verba erāt opera. Quomodo ergo facit? Etenim alibi inquit, Si *Supr.10.g* nō facio opera patris mei,nolite mihi credere. Quomodo ergo hoc in loco patrem facere atteſtatur? Vt planè oſtendat,inter patrē & filiū nullā eſſe differētiam:hoc eſt,nō aliter pater,& aliter ego facio. Nam alibi & ſe & patrē operari inquit: Pater meus vſque *Supr.5.e* modo operatur,& ego operor. Illic nullā operū diuiſionē,hic idē oſtendit. Quòd ſi pinguior verborū B ſignificantia humilitatē arguit, noli admirari. Prius enim cū dixiſſet,non credis,ita proſecutus eſt, vt ipſum in fidē traheret:corda nāq; eorū ingrediebatur. * *Creditis,quia ego in patre,& pater in me eſt?* Oportuit em̄ cū patrem & filiū audiſtis,nihil aliud in ſubſtantiali cognitione cōſtituenda quærere. ** πιστεύετε, i. creditis, vel credite.* Quòd ſi vobis hoc nō ſatis eſt ad æqualitatē,& eandē ſubſtantiā oſtendendā,ſaltē ex operibus intelligite. Et qui videt me, videt & patrē meū. Si de operibus dictū eſt, nō ſanè poſterius dixiſſet: Alioqui, propter opera ipſa mihi credite. Inde ſe non ea tantū poſſe,ſed & longe maiora per exceſſum oſtēdit. Nō enim maiora his poſſe ſe,ſed quod mirabilius eſt,ſe aliis dare poſſe maiorum poteſtatē profitetur. *Amen amen dico vobis,qui crēdit in me,opera quæ ego facio,& ipſe faciet:& maiora his faciet,quia ego vado ad patrē.* Hoc eſt,veſtrū iam eſt mira- C cula operari,ego abeo. Inde†cū ſermonē perfeciſſet, vt]ratio exigebat,inquit: *Quodcūque†petieritis patrē meū in nomine meo]hoc faciā, vt in me glorificetur pater.* *† cùm perfeciſſet quod]* Vides iterū quomodo hoc facit? Ego,inquit,faciam:& non dixit,†vt glorificē patrē,]ſed, vt glorificetur in me pater. *† petieritis in nomine meo]* Atqui alibi dicebat,Deus glorificabit eū in ſeipſo:hic vero,ipſe glorificabit patrē. *† rogabo patre] vide Theophyla.* Cū em̄ filius magna poſſe apparet,in eo pater glorificatur. Sed quid ſignat,in nomine meo? Quod apoſtoli dicebant: In nomine Ieſu Chriſti ſurge,& ambula. Quæcūq; em̄ *Supr.13.d Acto.3.a* ipſi operabātur,eorū author erat Chriſtus,& manus dn̄i erat cū illis. Ego faciā,inq̄t. Ecce ei⁹ authoritatē: quæ per alios fiunt,ipſe facit. Quæ per ſe facit,nōne ipſe non poteſt,ſed à patre*operatur? Et quiſnā hæc diceret? & qua gratia ſecūdū hoc ponit? Vt ſermonē ſuū cōfirmet,oſtēdátq; ad priora illa noſtri gratia de- ** ἐνεργούμενος, actus, impulſus, operatione accipiens?* D ſcēdiſſe. Illa em̄ particula, Ad patrē vado:hoc eſt,nō pereo,ſed in propria permanebo dignitate in cœlis, quæ oīa ad eos cōſolando dicebat. Cū em̄ credibile eſſet eos nōdū reſurrectione intellecta, quadā affici triſticia,aliis ipſos eiuſmodi virtutes collaturos pollicetur, vndiq; eos cōſolans,& ꝙ non modo perpetuo māſurus ſit,ſed etiā maiora oſtenſurus. Eū igitur *Coloſſ.3.a* ſequamur,tollam⁹ eius crucē:ꝙ ſi nō perſecutionis, alterius tamē mortis tempus eſt. Mortificate,inquit, mēbra veſtra,quæ ſunt ſuper terrā. Extinguamus cupiditatem,iram,inuidiā:hoc eſt viuū ſacrificiū,quod nō in cinerē conſumitur, neq; in fumum euaneſcit, neq; lignis eget,nō igne,nō gladio, † quæ duo ſpiritus ſanctus habet. Gladio enim ſuperflua & aliena cordis abſcindit,aperit]obturatum auditum. Morbi enim & malæ cupiditates ſolēt ſalutaribus ſermonibus aditum obſtruere. Siquidem auiditas pecuniarū *† habet enim ignē & gladiū ipſum ſpiritū ſanctum. hoc gladio vſ⁹ circuncide cordis ſuperflua et aliena:aperi]*

Universidad de Deusto Biblioteca

nō ſinit de eleemoſyna præcepta audire,& ſi præualuerit inuidia,charitatis doctrinā expellit,& ali⁹ quilibet morb⁹ animā occupās, ad omnia pigriorē reddit. Tollamus ergo malas cupiditates,ad quod volūtas ſatis eſt, vt omnes extinguantur:neq; conſideremus violentā eſſe pecuniarū cupiditatē, ſed † violētam deſidiā noſtrā.] Multi quid ſit argentū, neſcire ſe dicūt:nō enim naturalis eſt eius cupiditas. Naturales enim affectus à principio & ortu ipſo nobis infunduntur. Aurū autē & argētum etiā diutius ignotū fuit. Vnde ergo aucta eſt huiuſmodi cupiditas? Ab inani gloria, à ſumma deſidia. Cupiditatū enim aliæ neceſſariæ ſunt,aliæ naturales,alię neutrū. Vt exempli gratia: Quæcunq; animal perimunt cum nō explētur,ipſę naturales ſunt,& neceſſariæ:vt edēdi,bibendi,dormiendi. Corporum amor naturalis eſt,nō neceſſarius:multi nanq; eum vincunt,neque tamen pereunt. Pecuniarū autē auiditas, neq; naturalis eſt, neq; neceſſaria,ſed ſuperuacanea: & ſi voluerimus, eius dominiū nō recipiemus. Certe Chriſtus de virginitate diſputans,inquit:Qui poteſt capere,capiat: de pecuniis autē aliter:Niſi quis renūciauerit omnibus rebus ſuis,nō eſt me dignus. Rē enim facilē*admonebat,ꝙ autē multos exuperat, voluntati & electioni permittebat. Quid ergo omnē nobis de ea excuſationē auferimus? Nā qui à vehemētiore affectu vincitur,nō multū puniendus eſt: ſed qui ab imbecillo hoſte ſuperatur,minime poteſt excuſari. Quid reſpondebimus dicēti:Eſurientē me vidiſtis, & non dediſtis mihi cibū? Quomodo nos purgabimus? Adducemus paupertatem? ſed nō ſumus vidua illa pauperiores,quæ duos obolos offerēs,omnes ſuperauit. Neq; enim quid offeras,deus aſpicit, ſed dantis voluntatem:hoc enim ſibi curæ eſt. Eius ergo benignitate perſpecta,quę poſſumus offeramus,vt & in pręſenti vita, & in futura diuinam gratiam conſecuti, promiſſis bonis perfruamur, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti,&c.

† quòd potentia illa à noſtra prouenit deſidia.]
Mat.19.a Luc.14.g
** παρῄνει, ſuadebat, præcipiebat.*
Mat.25.d
Mar.12.d

Homilia lxxiiij.ex cap.xiiij.

SI diligitis me, mandata mea ſeruate: & ego rogabo patrem, & aliū paracletū dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternū: ſpiritum veritatis,quē mūdus non poteſt accipere,quia nō videt eum, nec ſcit eum. Semper nobis aliquid agendū eſt,ſemper operibus inuigilādum,nō verborū oſtentationi. Dicere enim & promittere,omnino facile eſt:operari autē,non itidem. quorſum hæc? Quoniā nunc multi ſunt,qui ſe deū timere,& diligere profitentur, re autē contrà omnino faciunt. Deus autem per opera diligi quærit,ideo ad diſcipulos dicebat: Si diligitis me, mandata mea ſeruate. Cū enim dixiſſet:Quodcunq; petieritis,ego faciā:ne ſimplicē petitionē valere arbitrarentur,addidit:Si diligitis me,tunc faciā. Et cum credibile eſſet, eos etiā audiendo ꝙ iret ad patrem, perturbari, inquit,ꝙ nunc perturbemini,nō eſt amoris indiciū, ſed ꝙ verbis meis fidē adhibeatis. Dedi vobis mandatum,vt diligeretis inuicē,& ita alter alteri faceretis,ſicut ego feci vobis. Hæc eſt dilectio, credere & parêre dilecto. *Et ego rogabo patrē: & alium paracletū dabit vobis.* Iterum ad audientiū imbecillitatē deſcendit. Cum enim par eſſet nondū ipſum intelligentes, vehementer illā inquirere ſubſtantiā, † verbi ſecundum carnem aduentū,]& nullā abeuntis capere cōſolationem,inquit:Rogabo patrē, & alium paracletum dabit vobis:hoc eſt,qualis ego ſum. Pudeat Sa-

Supr.13.b
† ipſius ſecundum carnē præſentiam]

A bellianos,& qui de ſpiritu non recte ſentiūt: etenim hoc mirū eſt,ꝙ diuerſas è regione hæreſes vno ictu deiicit. Dicendo enim, Aliū,perſonæ differentiā: dicendo,Paracletū,ſubſtantiæ cognationē demōſtrat. Sed cur inquit,rogabo patrē? Quoniā ſi dixiſſet mittam,nō ita fidem adhibuiſſent: nunc autē id ei curæ eſt,vt credāt:poſtmodū ipſe ſe eum mittere ait, Accipite ſpiritum ſanctū:hic patrem rogare,vt credibilem ſuam faciat orationē. Nam & Ioannes de eo inquit, ꝙ de plenitudine eius nos omnes accepimus. Quod autē habet,quomodo ab alio accipit? & iterū, Ipſe vos baptizabit in ſpiritu ſancto,& igni. Quid autē amplius haberet q̃ Apoſtoli,ſi ad mittendū ſpiritū eſſet patrē rogaturus, quod illos nonnunquā etiam ſine precibus feciſſe apparet? Quomodo autē ſi precum gratia à patre mittitur,ipſe à ſeipſo*infunditur? B Quomodo ab alio mittitur, qui vbiq; adeſt, & diuidēs propria vnicuiq; ſicut vult,& ſua ipſius authoritate dicit:Segregate mihi Saulū & Barnabam? Atqui deo miniſtrabāt miniſtri, tamē imperioſe in propriū eos opus vocauit,nō ꝙ ad aliud opus aduocaret,ſed vt ſuā oſtenderet poteſtatē. Quid ergo ſibi vult, rogabo patrem? aduentus tempus ſignificat. Quando enim eos per ſacrificiū mundauit,tunc inſpiratus eſt ſpiritus ſanctus. Et quid tandē cum eſſet cū ipſis,nō venit? quia nōdum oblatū erat ſacrificium: cum autem iam peccatū deletū eſſet, & ipſi ad pericula mitterētur,& certaminib⁹ ſe accingerēt,hortatorē mitti oportuit. Sed cur nō ſtatim poſt reſurrectionē ſpiritus venit? Vt expectationis deſiderio maiori gratia eum acciperēt. Quouſq; enim cū ipſis Chriſtus verſatus eſt,nō afflictabātur,eo abeunte tanquā deſerti C formidātes,maiorē in modū eum accipere auebant. *Vt vobiſcum maneat.* Hoc ſignat,ꝙ neq; poſt mortem * abiit. Et ne audiēdo paracletum, aliam opinarētur incarnationē,& oculis eum cernere expectarēt, inquit: *Quem mundus non poteſt capere,quia non videt eū.* Nō enim ita vobiſcū erit,vt ego,ſed in veſtris animis habitabit,inquit enim, *Et in vobis erit.* Spiritum autē veritatis appellat,per hoc veteris teſtamenti figuras ſignificans. Vt vobiſcum ſit,quod & ipſe inquit,Quia ego vobiſcū ſum. Pręterea &aliud quiddā ſignat,nō paſſurū quæ ipſe,neq; diſceſſurum. *Quem mundus non poteſt accipere,quia non videt eū.* Quid enim,dic mihi,eſt ne aliàs viſibilis? Minime: ſed hic cognitionē dicit, addidit ergo,Neq; cognoſcit eum. Solet enim certā cognitionē viſionem appellare. Cum enim ſenſuum certiſſimus ſit viſus,per hunc ſemper veram adducit D cognitionem. Mundū autem hoc in loco malos appellat:& vt hoc diſcipulos conſoletur,dando eis donum præcipuum, vide quantopere verbis ipſum extollat. † Dixit aliū eſſe quàm ipſe,]dixit non dimiſſurum eos,dixit ad eos tantum venire. Quemadmodū ergo ego in vobis ſum, inquit, & ipſe erit: non tamē mœrorem ipſorum abſtulit. Ipſum enim adhuc ac eius conſuetudinem quærebant: quod reſpiciēs, inquit: *Neque ego relinquam vos orphanos, veniam ad vos.* Nolite timere, inquit. Non propterea dixi alium paracletum me miſſurum,& apud vos manſurum,tanquam in finem ad vos non rediturus, & vos non viſurus. Nam ipſe veniam ad vos. Non relinquam vos orphanos. Cum ſuperius filiolos appellaſſet, ideo orphanos non relictūrū ſe pollicetur. A principio dixerat venturos quò ipſe iret,& in domo patris manſiones multas eſſe:hic autē cū illud diu pòſt eſſet futurum,

turum,

Infr.20.f
Supr.1.b
Matt.3.c
** ἐφίπταται, i. inuolat, aduolat.*
Act.13.a
**ἀφίσταται, abſcedit, deſerit:vt videlicet neque mortuos deſerat,ſed etiam glorioſiores faciat, vt habet Theophyl.*
† Dixit quòd alius ſicut ego ſit]
Hic ſup. A

turum,dat ſpiritū:ſed cùm quid diceret,non intelligerent,neq; ideo multùm cōſolarentur,nō relictūrū ſe eos orphanos dicit:quod illi magis quęrebāt. Sed cùm id verbū,veniam ad vos,præſentiā ſignificaret, ne iterum talem qualem & prius requirerent, vide quomodo id non quidē manifeſtè, ſed tamē ſignificauit. Cùm enim dixerit,adhuc modicū, & mundus me iam non videt:ſubſequitur, Vos autē † videbitis] me:quaſi dicat, veniam quidē ad vos, non tamen vt prius quotidie vobiſcū ſemper verſans. Et ne dicerent,quomodo ergo Iudæis dixiſti,Iam nō videbitis me? hanc ſoluit obiectionē, ꝙ cum ipſis tātùm futurus ſit. Nam & ſpiritus talis eſt, *Quia ego viuo, & vos viuetis.* Crux vos à me vſq; ad finē nō diuidet, ſed ad breue me abſcōdet. Vitam autē mihi dicere videtur, non præſentem ſolā, ſed & futurā. *In illa die cognoſcetis, quia ego ſum in patre meo, & vos in me, & ego in vobis.* In patre enim ſubſtantia,in ipſis cōcordia & auxilio eſt. Et quámnam hoc rationē habet,dic quæſo? Magna ſanè & incōparabilis differentia Chriſti & diſcipulorum. Quòd ſi † ita verba iacēt] noli admirari:ſolet enim nonnunquā iiſdem verbis & in deo & hominibus nōn eodē modo vti. Nam & dij dicimur,& filij dei. Quod verbum non eandē in nobis, quā in deo vim habet. Et imago filius & gloria dicitur,atq; etiam nos,ſed longè aliter, & iterum:Vos Chriſti,& Chriſtus dei: non ſimiliter autē dei Chriſtus,& nos Chriſti. Quid autē hoc ſignat? Cùm reſurgā,inquit, tum me non alienū à patre,ſed eiuſdē poteſtatis eſſe cognoſcetis,& me ſemper vobiſcum eſſe,rebus ipſis meum in vos auxiliū clamātibus, inimicis repreſſis, vobis audēter loquētibus,moleſtiis propulſatis,prędicatione in dies florente,omnibus piæ doctrinæ & C verę religioni parētibus. Sicut miſit me pater,& ego miſi vos. Vides ꝙ in hoc loco idem verbū non eandem vim habet? nā ſi hoc ita acciperemus,nihil inter apoſtolos & Chriſtū intereſſet. Sed quid,inquit,tūc cognoſcetis? quia reſurrexiſſe,& ſecum verſari viderūt,tunc certò crediderūt. Magna enim erat ſpiritus vis,omnia eos erudiēs. *Qui habet mādata mea,& ſeruat ea,ille eſt qui diligit me.* Nō enim habere ſatis eſt,niſi diligēter ſeruētur. Sed quare ipſis idē ſæpe repetit? Nā ſuperius:Si diligitis,inquit,me,mādata mea ſeruate: & nūc,Qui habet mādata mea,& ſeruat ea: &,Si q̃s ſermonē meū audiet,& ſeruabit eum,ille eſt qui diligit me:qui non audit ſermones meos,nō diligit me. Puto ex hoc eorū mœrorē ſignificari:nā cùm multa de morte diſputaſſet inquiēs, Qui odit animā ſuam in hoc mūdo,in vitam æternā cuſtodit eam. &,Niſi D quis acceperit crucē ſuam,& ſequitur me,nō eſt me dignus.& alia plura dicturus eſſet: exprobrās eis inquit,Putatis ex amore triſtes eſſe? cōtrà res ſe habet, non triſtari equidē potius amoris eſt indiciū. Quòd autē hoc ſemper intēdat,id in ſequētibus repetit. Si diligeretis me,inquit, gauderetis vtiq;,quia ad patrē vado: nūc autē metu perturbamini. Quòd enim ita mortis formidine afficiamini,nō eſt mandatū meū: oporteret enim vos crucifigi, ſi verè me diligeretis. ego enim vos admoneo ne timeatis eos qui corpus interficiūt. Tales pater diligit, talibus meipſum manifeſtabo. *Tum Iudas: Quid factū eſt,* inquit, *quia manifeſtaturus es nobis teipſum?* Ecce quāta formidine tenebātur:cōmotus enim & perturbatus erat eorū animus, & vt mortuos in ſomniis, ita eum viſuros ſe arbitrabantur. Ad quam ſuſpicionem tollēdam, audi quid

† videtis]
† eadē verba poſita ſint]
Pſal. 81.b
1.Cor. 3.c
Infr. 20.c
Hic ſupr.
Supr.12.d
Mat.10.g

A reſpōdeat: *Si quis diligit me,ſermonē meum ſeruabit,& pater meus diliget eum,& ad eum veniemus, & manſionē apud eū faciemus.* Tātùm non dicēs, Sicut pater manifeſtat ſeipſum,ita & ego:neq; hoc tātùm,ſed dicēdo,Manſionē apud eum faciemus: aufert ſuſpicionē,non in ſomniis ſe manifeſtaturū. Tu autem contēplare perturbatum diſcipulū,neq; apertè ſententiā ſuā dicere audentem. Non enim dixit,væ nobis ꝙ morieris,& mortuus nobis appariturus es: ſed quid factū eſt, ꝙ manifeſtaturus es nobis teipſum,& nō mūdo? Dicit ergo ſe eos charos habere, quia mandatū ipſius ſeruant: vt enim videntes eum poſtmodū phantaſma non exiſtimarēt,ideo hæc prædicit:& ne ita,vt dixi, ſibi appariturū putarent,affert etiā cauſam,quòd ob mandatorū obſeruationē ſpiritus ad eos vēturus ſit. Quòd ſi tam diuturna cōſuetudine ipſius ſubſtantiā B ferre,imò ne intelligere quidē poſſunt:quidnam futurum eſſet,ſi à principio ita eis apparuiſſet? Ideo cū his comedit,ne phātaſma putaretur. Nam ſi ſuper aquas ambulantē videntes id opinati ſunt, cùm eum vultu eodē apparentē, & nō multùm diſtantē viderēt: quî credi poterat,ſi repētè reſurgentē vidiſſent, quem captū viderant & ligatū? Ideò frequēter eis ſe apparìturū,& quare,& quomodo prædicit,ne phantaſma exiſtimaretur. *Qui non diligit me,ſermones meos nō ſeruat:& ſermonē quem audiſtis nō eſt meus,ſed qui miſit me patris.* Itaq; non me ſolùm non diligit,ſed ne patrem quidē,qui hęc verba non audit. Nam ſi amoris indicium eſt,mea audire mādata quæ patris ſunt:qui audit,non filiū ſolum,ſed & patrē diligit. Et quomodò ſermo hic tuus eſt,& nō tuus? hoc eſt, ꝙ nihil alienū à patre loquor, neq; aliquid quàm quod illi placitū C eſt. *Hæc locutus ſum vobis apud vos manēs.* Cùm hæc obſcuriora eſſent, & partim non intelligerēt, partim & plura dubitarēt,ne iterū perturbarētur,& quę mandata diceret ſciſcitarētur, hanc amouit ſolicitudinē, inquiens: *Paracletus autē quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit.* Fortaſſe quæ dixi,non intelligitis, ſed ille perſpicuus iſtorū doctor erit. Illa autē particula, Apud vos manebit, ſignat quòd ipſe abeat:quare ne triſtentur,ait,quouſque ipſe apud eos maneat, & ſpiritus non veniat, nihil magnū, nihil altùm poterunt intelligere. Quod dicit,vt ad ipſius abitū magno animo ferendum eos diſponat,tanquā magnorum bonorum cauſam futurū. Frequenter autem paracleti meminit,propter eam qua afficiebantur triſticiā: & cùm his verbis perturbarētur intelligētes moleſtias, bella,magiſtri diſceſſum: vide quomodò iterum eos D conſolatur,inquiens, *Pacē relinquo vobis.* Tātùm non dicens, Quid mundi perturbationibus mouemini, cùm pacem mecū habeatis? Neq; enim huiuſmodi eſt pax mundi,quæ in malo fit ſæpenumero,& nihil ipſam habentibus confert. Ego verò talem do pacē, vt inuicē eam habeatis, & vos fortiores efficiat. Sed cùm iterū dixiſſet,Relinquo:quod verbū diſcedentis eſt, & par eſſet eos perturbari, ideo rurſus dixit: *Non turbetur cor veſtrū, neque formidet.* Ecce quòd partim amore,partim metu mouebātur. *Audiſtis quia ego dixi vobis,vado & venio ad vos. Si diligeretis me,gauderetis vtiq;,quia vado ad patrē:quia pater maior me eſt.* Et quódnam gaudium hoc eis allaturū erat? quam conſolationem? Quid hoc ſignat? Nōdum reſurrectionē intelligebant,neq; debitam de eo habebāt ſententiam. Et quomodò poterant,cùm nondū † reſurrexiſſe vidiſſent?] Patrē autem magnum eſſe exiſtimabāt. Di-

cit ergo;

Mat.14.e
† ipſum reſurrecturum ſciebant?]

Universidad de Deusto Biblioteca

cit ergo:Si mihi timetis, q me defendere nequeam: neq; cõfiditis,quòd post mortem iterum vos videã: tamen audiendo,quòd ad patrẽ vado,lætandum vobis est,quòd ad maiorem vado, & qui omnia potest molesta dissoluere. *Vos audistis, quia ego dixi vobis.* Quare hoc posuit?quasi dicat, Vt intelligatis†quantum verbis meis tribuã, cùm] prædicere nõ sim veritus. *Hoc ergo & quæ futura sunt,dixi vobis priusquã fiãt, vt cùm facta fuerint credatis quia ego sum.* Quasi dicat, Non sciretis,nisi ego dicerẽ:neq; dicerem, nisi mihi confiderẽ. Vides sermonẽ imbecillitati accommodatũ?Etenim cùm diceret:An putas,quia nõ possum rogare patrẽ,& exhibebit mihi modò plusquã duodecim legiones angelorũ?ad auditorum opinionem locutus est.Neq; enim illud diceret quispiã vel stultissimus, quòd sibi ipse auxilio esse non potuerit,sed angelorũ eguerit. Veruntamen cùm tanquã hominem arbitrarẽtur,ideo dixit duodecim legiones angelorũ. Atqui simpliciter Iudæos interrogãs,reiecit retrorsum. Quòd si quis maiorẽ filio patrẽ,inquantum principiũ filij, diceret, neq; hoc contradiceremus:non tamen hoc alterius facit filium esse substãtiæ.Quod autẽ dicit,hoc est: quoad hîc sum,par est vt vos†periclitari arbitremini,] si autẽ illuc abiero, cõfidite,quia securi sumus: illũ enim nemo vincere potest:quæ omnia ad discipulorũ imbecillitatem dicta sunt:ipse enim confido,neq; curo mortem, ideo inquit: Hæc dixi vobis priusquã fierent.Cùm enim nondũ hunc sermonẽ capere possitis, à patre,quem magnum appellatis,vos consolor: inde etiam tristia admiscet. *Iam non multa loquar vobiscũ.* Quare? *Venit enim princeps mũdi huius,& in me non habet quicquã.* Principem mundi,diabolũ:& malos homines mundi nomine appellat. Nõ enim cœlo & terræ imperat,cùm omnia strauisset:imperat autẽ his,qui se ei in seruitutem tradũt,ideo & principẽ tenebrarũ seculi huius, & tenebras mala opera appellat. Quid ergo? diabolus te perdit? Minimè, nihil enim in me habet. Cur ergo te Iudæi interficiũt?Quoniã volo,& vt cognoscat mundus quia diligo patrẽ. Non enim quòd sim reus mortis, atq; ei obnoxius, sed ob meam in patrẽ dilectionẽ hoc patior:hoc autẽ ait,vt iterum eorum animos excitet, & intelligãt non inuitum, sed vltrò mortem subire,& diabolum contemnere:neq; contentus fuit dicere,Modicũ vobiscũ sum,sed idipsum quod molestum erat,frequenter repetit,nec iniuria: quousq; enim tristiciam eorũ molliat, & faciliorem toleratu reddat,lætiora annectit:idcirco ait,Vado & venio:&, vbi ego sum, & vos sitis:&,nõ potestis me sequi modò, sequemini autẽ posteà: & ad patrẽ vado,& pater maior me est:&, priusquã fierẽt dixi vobis. Et non necessariò hoc patior, sed propter patris dilectionẽ,vt cognoscant †quòd nihil mali feci,nisi quòd valde eũ diligo,] & qui diligitur ita vult:ideo læta hæc tristioribus frequẽter admiscet,eorũ mentem exercens.Nam quòd dixit, Apud vos manebit: ostenditq; vtilem suũ fore discessum,eis consolandi gratia dixit: propterea multa de spiritu locutus est, Et in vobis erit, & quẽ mũdus non potest accipere, & ille docebit omnia, & spiritũ veritatis,& spiritum sanctũ,& paracletum,& †suggeret vobis omnia,] ne ægreferrent,ac si †parũ possent proficere.] Dicit autem, †Suggeret:] ostendens se eos spiritales effecturum, vt visuenisse non ignoramus. Qui enim prius tremebant & formidabant,post spiritus acceptionẽ

[Margin: †tantã me in his rebus fiduciam habere, vt eis] — Mat.26.e — Infr. 18.a — † arbitremini quòd nos periclitemur] — ad Ephes. 6.b — †quòd hæc res perniciosa nõ sit, nec damnum adferens. siquidem qui valde ipsum diligit,] — †expedit vobis,] — Infr. 16.b — † defensor & protector defuturus esset.] — †expedit]

in media pericula prosilierunt, per ferrũ,ignem,bestias, pelagus, & ad omnem calamitatẽ se intrepidi exposuerunt:& illiterati & idiotæ ita audẽter disputabant, vt auditores in admirationẽ adducerent, & stuporem,ex luteis ferreos:& in cœlum erigẽs,nulli humano affectui subiectos reddidit spiritus. Talis illa gratia quæ mœrorẽ soluit, malas cupiditates consumit, formidinem pellit, nec sinit amplius hominẽ esse quem afflat. Sed tanquã in ipsum cœlum translatus,omnia quę illic sunt,contemplatur.Quamobrem nemo aliquid suum propriũ dicebat. In orationibus,lætitia,simplicitate perseuerabant:hoc maximè opus est spiritus sancti.Fructus enim spiritus,lætitia,pax,fides,mansuetudo.Sed tristantur nonnunquam spiritales homines.Verùm tristicia illa,lætitia suauissima est:nam & Cain tristatus, sed mũdi tristicia:& Paulus,sed dei:Quicquid enim spiritale est,lucrum habet maximũ, vt mũdana omnia maximum dispendium.Imploremus ergo insuperabile spiritus auxilium,seruemus mãdata,neq; erimus angelis inferiores: neq; enim illi,quoniam corpus non habẽt tales sunt:ita enim nullus eorũ malus fuisset, sed voluntas omnium causa est. Propterea ex his qui corpore carent,etiam brutis peiores inuenti sunt, & ex corporeis illis etiam incorporeis præstantiores. Et omnes iusti qui terram habitant,qui corpori socian tur,rectè faciunt quę faciunt:tanquã enim hospites & peregrini terram habitant, cœlum verò vt ciues. Noli ergo quòd carnẽ habeas, de victoria & labore pro virtute subeunda desperare. Noli rerum opificẽ accusare. Si enim carnem ferre virtuti prorsus viam præcluderet,nobis culpa non esset imputãda: quòd autem id non faciat, sanctorũ cœtus declarauit.neque enim carnis natura Paulo fuit impedimento quin qualis fuit euaderet, non Petro vt cœli claues acciperet.Et Enoch in carne translatus,nusquam apparuit,ita & Helias cum carne raptus est:& Abrahã, Isaac,& Iacob in carne claruerunt. Ioseph in carne impudicam mulierẽ superauit. Et quid carnẽ dico? quã si etiã catenis deuincias,nihil ei nocueris. Nam si ligatus sum,inquit Paulus,at sermo dei nõ ligatur. Et quid vincula,quid catenas memini?Addas & carcerem,& cõpedes,nihil horũ vllum affert virtuti impedimentum.Ita docet Paulus.Vinculũ animæ non ferrũ,sed timor, & cupiditas pecuniarum, & animæ passiones:hæc sunt vincula,licèt corpus solutum sit. Sed à corpore hæc veniũt,inquies. Nugæ hæc,& vanus prætextus:nam si ita esset,omnes iisdẽ subderemur affectibus: Vt enim lassitudinẽ,somnum,famẽ, sitim euitare non possumus, quoniã naturalia sunt: ita & illa si talia essent,neminem immunẽ,& sibi nõ obnoxiũ relinquerent. Quòd si multi his non subiiciuntur, constat pigriciæ nostrę quicquid perperam faciamus adscribendum.Omnia igitur vicia abscindamus, neque corpus accusemus,sed illud subiiciamus animæ gubernaculis, vt illo bene domito sempiterna bona cõsequamur,gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi,cum quo patri, simul & spiritui sancto gloria,in secula seculorum, Amen.

[Margin: Act. 4.f — Galat.5.d — Hebr.11.a — 4.Reg.2.b — Gen.39.b — 2.Timot.2.b]

Homilia lxxv.ex cap.xv.

Surgite,eamus hinc.Ego sum vitis vera,& vos palmites, & pater meus agricola est. Timidam & effœminatam animam ignorantia efficit, quemadmodũ magnam & sublimẽ cœlestis doctrinæ eruditio:qua quæ non fruitur,meticulosa est,nõ natura,

sed volũtate.Cùm enim video quẽpiam iam fortem & impauidũ,inde timidũ effici, illam ego naturalem passionẽ nõ appello.Naturalia enim immutabilia sunt.Rursus cùm video timidos repẽte fortitudinẽ sumere,illud quoq; voluntati tribuo:nam & discipuli timidissimi erãt priusquã opportuna discerent, & digni gratia spiritus haberẽtur, postmodum verò leonib⁹ fortiores apparuerũt: & Petrus qui mulierculæ minas non pertulerat, in caput appensus,& verberatus,&multa perpessus,nõ tacebat,sed omnia tanquã somnium perferebat: at nõ ante crucẽ adeò confidebat,ideo Christus dicebat:Surgite,abeamus hinc.Qua gratia,dic quæso?an ignorabat quando esset tradẽdus?an ne Iudas eò veniret formidabat,néve priusquam eos doceret,caperetur?Lõgè hæc à diuina absunt maiestate. Si non timebat,cũr hinc eos abducit,& post finitũ sermonẽ in hortũ Iudę cognitũ ducit?Quòd si etiã aduenisset Iudas, nónne ipsorum poterat visum auferre,vt præsentibus fecit?Cur ergo discedit? Parũper indulsit discipulis. Par enim erat vt tremerẽt & formidarent,vtpote qui loco certo & manifesto noctu essent, neq; Iesu verbis vacarent,sed oculos circunferrent,& semper se comprehendi viderẽtur, & maximè cùm magistri sermo timorem incuteret. Inquit enim non multa iam cum ipsis locuturũ, & venire mũdi huius principẽ.Cùm ergo his & huiusmodi verbis perturbarentur, ac si mox capiẽdi essent,in aliũ eos locũ ducit,vt se tutos arbitrati,fidẽtius audirẽt. Erant enim maxima audituri:ideo inquit:Surgite,eamus hinc: quibus abductis, Ego sum vitis, inquit, vos palmites. Quid vult hæc parabola significare?Quòd qui nõ vacat doctrinæ,viuere nõ potest,& q futura signa Christi virtute proueniũt.Pater meus agricola est:quid? Auxilio indiget filius?Absit.Neq; sic intelligitur.Vide quàm diligẽter hanc parabolã exequitur:non enim radici, sed palmitibus agricolæ curã conferre dicit.Radicis autẽ non alia causa hîc meminit, quàm vt discerent sine ipsius potentia nihil fieri posse: & q ita ipsi fide vniendi sunt, vt palmes viti. *Omnem palmitem in me non ferẽtem fructũ,tollet eum pater.* Hîc signat vitã,ostẽdens sine operibus neminem in ipso esse posse. *Et omnẽ qui fert fructũ purgabit:* Id est,incitabit ad virtutis curam. Atqui radix circũfossione & cultu primùm indiget: sed nihil de ea nũc dicit,sed de palmitibus,sibiipsi se sufficere ostendẽs.Discipuli autẽ multa præceptoris cura indigẽt,etiã si studiosi sint: ideo inquit,Omnẽ qui fructũ feret,purgabit eum: qui fructũ non facit, non potest esse in vite:qui fructũ fert,eũ reddet fœcundiorẽ. Hoc autem etiã aduersus afflictiones tũc ipsis imminentes dictũ esse quispiã dicere possit.Nã purgare palmitẽ,incidere est, vt fœcundiorẽ faciat: vnde ostẽdit tẽtationibus effici fortiores:inde ne de quibus dicat interrogent, & iterũ solicitarentur, inquit: *Iam vos mũdi estis propter sermonem quem locutus sum vobis.* Vides quomodo se palmitũ curatorẽ profiteatur?Ego vos purgaui,inquit.Atqui superius hoc patris officiũ ostẽdit: sed nulla est inter patrẽ & filium differentia,iam vestra opus est diligentia.Inde ne se eorum ministerij indigentia,sed vtilitate hoc facere demõstraret,addit: *Sicut palmes non potest facere fructum à semetipso,nisi mãserit in vite:sic vos nisi in me mãseritis.* Vt enim metu laxato eorũ animo,non discederent,eos cohibet,& sibi conglutinat,& bonã spem habere iubet,radix enim manet. Incidi autẽ & auferri,palmitum est.Ita vtrinque aggressus,& à bonis & molestis rebus priores à nobis partes exigit. *Qui manet in me, & ego in eo.*Ecce filiũ non minoris esse quàm patrem potestatis ad discipulos excitãdos.Pater purgat, †filius in eo manet.] Manere enim in radice,facit vt palmites fructũ faciãt.Quòd si nõ purgatus in vite palmes mãserit,fert quidem fructũ,sed non debitũ:qui verò nõ manet in vite,nihil parit. Verũ purgare, filij etiam esse ostenditur:& manere in radice,patris qui ipsam radicẽ generauit. Vides quomodo omnia cõmunia sunt & purgare & à radice virtutem habere? Magnũ quidẽ detrimentũ etiam nihil posse facere, verùm vlterius pœna procedit. †*Mittetur,*]inquit,*foras*: Neq; amplius ab agricola curabitur: †*Et arescet*:] Hoc est,si quid habuit à radice,si quã gratiã,amittet, & omni inde auxilio & vita spoliabitur,& tãdem in ignẽ mittetur: sed non talis qui manet in vite. Inde ostẽdit quid sit in ea manere,inquiẽs: *Si verba mea in vobis mãserint.* Vides (quod & superius meritò dicebam) ipsa opera Christũ exigere:cùm enim dixisset, quodcũq; petieritis,faciã:addidit,Si diligitis me,mãdata mea seruate. Et hoc loco, *Si mãseritis in me,& verba mea in vobis mãserint,quodcũque volueritis,petetis,& fiet vobis.* Hæc autem dicebat,ostẽdens illos qui insidiabantur ei,cõcrematum iri, ipsos autẽ fructũ laturos. Timorẽ ergo ab eis in illos trãsfert, & inuictos ipsos fore signat:quare inqt, *In hoc clarificatus est pater meus, vt plurimũ fructũ afferatis,et efficiamini mei discipuli.* Hinc sermoni suo authoritatẽ facit:nam si ad patris gloriã fructus faciẽdus est,nõ eam contẽnet,& efficiamini mei discipuli. Vides quomodo qui fructũ affert, ille discipulus est?Sed quid signat,In hoc clarificatus est pater?hoc est,lętatur cùm in me manetis,& fructum fertis. *Sicut dilexit me pater,& ego dilexi vos.* Hîc iam magis secundũ hominẽ loquitur:Nam istud aduerbiũ, sicut,ad homines dictũ, vim propriã habet. Nã qui mori voluit,qui seruos,inimicos,hostes,tãto honore dignatus est,& in cœlũ adduxit:quomodo dilectionis mensurã ostendit?Si ergo vos diligo,confidite:si patris gloria est fructũ facere,nihil mali suspicamini. Inde ne negligentes faceret, vide quomodo eos rursus excitat: *Manete in dilectione mea*: Hoc in vestra est potestate. Quomodo autẽ hoc erit? *Si præcepta mea seruaueritis, sicut & ego præcepta patris mei seruaui.* Rursum humano more loquitur. Neq; enim legislatorẽ legi subditũ esse oportet. Vides (quod semper dico) hoc etiam in loco propter auditorum imbecillitatem sic loqui?Ad illorũ enim suspicionem locutus est, & in tuto eos esse, & inimicos eorum perditum iri asserit: præterea q quæcunq; habẽt,à filio habẽt:quódq; si puram vitã exhibuerint,nemo eos poterit superare. Considera autem quãta eos authoritate alloquatur. Nõ enim dixit,manete in dilectione patris,sed mea. Inde ne dicerẽt,Quãdo nos omnibus inimicos reddidisti,tunc nos dimittis, tũc discedis:hoc negat,sed ita eis,modò velint, cõglutinari dicit,vt palmes viti: rursúsque ne fiducia hac pigriores redderentur,non duraturum bonum dixit si id negligerent.Et ne si ad seipsum omnia referret,prõptiores ad casum redderet,inquit: *In hoc clarificatus est pater.* Semper enim & suam,& patris in eos dilectionẽ ostendit. Non ergo Iudæorum res gloria patris erat, sed quæ ipsi erant accepturi.inde ne dicerent, Patrias traditiones reliquimus, & nunc omniũ nudi deserimur: In me, inquit,respicite,diligit me pater,& tamẽ hęc mihi subeunda

[Margin: †filius autem in seipso continet.] — †eiectus est,] — † & arescit:] in præsenti, vt & sequentia. — Supr.14.b]

Universidad de Deusto
Biblioteca

cunda proponūtur. Non igitur ego vos quia non di- A
ligam,in præſentia relinquo:nam ſi ego morior,nec
tamen propterea nō amari à patre coniecturā facio,
neque vos perturbari oportet. Si in dilectione mea
manebitis, nihil vobis horū nocere poterit. Magnū
nanq; & inſuperabile quiddā dilectio eſt,quę nō nu
dis verbis,ſed re oſtendenda eſt.Ipſe inimicos recō-
ciliauit,nos in amore perſtemus:ipſe incepit, nos ſal
tem proſequamur:ipſe nō ſui cōmodi gratia(nullius
enim eget) nos ſaltē ad noſtram vtilitatē diligamus:
ipſe inimicos,nos ſaltem eum qui amicus eſt,amore
proſequamur:Nam nunc quidē è cōtrario facimus.
Quotidie enim blaſphematur ꝓpter nos deus , pro-
pter rapinas, propter cupiditates : & fortaſſe quiſpiā
veſtrū dicet,Quotidie de cupiditate diſputas. Vtinā
& ſingulis noctibus liceret,vtinā in foro proſequi,&
ad mēſam:vtinā mulieres,amici, filij, ſerui,agricolæ, B
vicini,& ipſum pauimentū, & parietes , ſemper hac
voce clamare poſſent, vt vel ſaltē hoc pacto aliquan
tulum mitigaremur. Vniuerſum enim orbē hic mor
bus,& omnium animos cōprehendit. Magna pecu-
niarum vis. A Chriſto redēpti ſumus , & auro ſerui-
mus:illius aſſerimus dominatū, & alterius præcepto
dicto citius paremus, & eius gratia,genus,amiciciā,
leges,omnia deniq; ignoramus. Nemo cœlum con-
templatur,nemo de futuro cogitat, ſed veniet tēpus
Pſal.6.b cùm hi ſermones nihil proficient.In inferno,inquit,
quis cōfitebitur tibi?Deſiderabile aurum,& delicias
præbet,& honorabiles facit,non tamen eodē modo
vt cœlū. Diuitē enim multi & vitant,& odio habēt:
qui autem virtutē complectitur,eum & honorāt, &
reuerētur. Sed ridiculus eſt pauper, etiam ſi virtute
præditus ſit:at nō apud homines,ſed carentes ratio- C
ne:& propterea curare nō oportet. Neq; enim ſi aſi-
†nos irri- ni †in nos irrudāt,] & inclangāt graculi,ſapiētes au-
deant,] tem laudēt, horū dimiſſo cōſeſſu , ſtultorū clamores
nos moueant.Sunt enim graculis haud abſimiles,&
aſinis peiores,qui præſentia admirātur.Nam ſi terre
nus rex te laudet,nihil multitudinis ſermonibus mo
ueberis,etſi omnes irrideāt.Cùm autē omniū domi-
nus te laudat,de cantharidū & culicū laudibus cogi-
tas?Tales enim erūt hi ſi cū deo cōparentur:Vel po-
tius neq; tales erūt,ſed lōgè viliores.Quouſq; in cœ-
no verſabimur?Quouſq; ſtultos & gulæ deditos ſpe-
ctatores habebimus?Qui taxillorum luſores,ebrios,
vētri viuentes probare poſſunt, virtutem autē & vi-
cium ne in ſomnis quidē imaginātur.Si quis te accu
ſet ꝙ ducendarū cloacarū ignarus ſis , nihil moleſtè
ferres,ſed rideres,qui tibi ignoratā artē proponeret: D
at ſi vis virtuti operā dare, eius ignaros tibi laudato-
res proponis?ideo nunquā eā aſſequimur.Nō enim
peritis,ſed ignaris res noſtras cōmittimus:illi autem
non ſecundū artis rationē , ſed ſecundū ignorātiam
ſuā probāt.Quare vos hortor, contēnamus multitu
dinem,imò nec laudes deſideremus,neq; pecunias,
neq; opes:neq; malū paupertatē exiſtimemus, quip
pe quæ & cōtinentię,& fortitudinis,& omnis ſapiē-
Luc.16.e tiæ magiſtra eſt. Nā & Lazarus in paupertate coro-
Gen.28.d natus eſt,& Iacob ſolo pane cōtentus erat,& Ioſeph
Ibidē 37. vltimā paſſus eſt egeſtatē,non tamen ſeruus,ſed do-
& 39. minus fuit,& propterea eū magis admiramur : & nō
& ſeq. tātis eum laudibus proſequimur cum frumentū di-
ſtribuit, vt cùm carcerē habitauit:non cum corona,
quàm cùm catena circundabatur : non cùm in ſolio
ſedebat, quā cùm inſidiis periclitabatur. His omni-

bus, & horū certaminū præliis cōſideratis , nolimus
diuitias,honores, delicias, poteſtates, ſed pauperta-
tem,catenas,vincula propter virtutē ſuſcepta admi-
rari.Finis nanq; illorū tumultus plenus eſt,& pertur
bationis,& hac vita finiuntur:horū autē fructus cœ-
lum eſt,& cœlorū bona,quę nulla auris audiuit:quę
vtinam omnes conſequamur , gratia & benignitate
domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo patri gloria, ſi-
mul & ſpiritui ſancto,in ſecula ſeculorum,Amen.

Homilia lxxvj.ex cap.xv.

HAec locutus ſum vobis , vt gaudiū meum in vobis
†ſit,] & gaudium veſtrū impleatur. Hoc eſt præ- *†maneat]*
ceptum meum, vt diligatis inuicē , ſicut dilexi vos.
Omnia bona tunc mercedē habent, cùm debitū fi-
nem cōſequuntur.Quòd ſi interim †quis deciderit, *†deciderint, naufragiū fit]*
naufragiū incurrit :] quēadmodum nauis innume-
ros vehēs, niſi ad portū appellat, ſed in medio pela-
go ſubmergatur,nō modò nihil ei longa proficit na
uigatio,ſed tantò maiorē facit iacturā , quātò maio-
res labores ſubiit : ita & quæ ſub laborum finem, &
quæ in medio certamine corruūt animę,grauiori ca
ſu cōcutiuntur.Ideo Paulus gloriā & honorē & pa- *Roma.2.b*
cem eos ſequi ait, qui per bonorū operum toleran-
tiam currūt:quod nūc Chriſtus apoſtolos admonet.
Cùm enim*ipſo accepto gauiſi,inde propter paſſio- **ἀποδεξαμένου αὐτοὺς ipſos ſuſcepiſſet, ſiue approbaſſet.*
nem & verborū moleſtiam triſticiam cōcepturi eſ-
ſent,poſt debitā doctrinam & conſolationem:Hæc,
inquit,locutus ſum vobis, vt gaudiū meum in vobis
†ſit,] & gaudium veſtrū impleatur:hoc eſt,ne diſce- *†maneat]*
datis à me,néve à curſu deſiſtatis.Gauiſi eſtis in me,
& quidē vehementer: ſed incidit triſticia,hanc exi-
mam, vt ad finē vſq; læticia perduret : oſtendens in
præſentibus non mœrorē,ſed læticiam capiendam.
Vos ego perturbatos vidi, non contempſi:non dixi,
cur nō perſeueratis in fortitudine? ſed vos cōſolatus
ſum,& hanc dilectionē meā volo perpetuò ſeruetis.
Audiſtis de regno , gauiſi eſtis , vt impleatur læticia
veſtra,hæc locutus ſum vobis:hoc autē eſt pręceptū
meū vt diligatis inuicē, ſicut dilexi vos. Intuere dei
dilectionē tanquam catena quadā noſtrę dilectioni
connexā:idcirco nunc duo,nunc vnum mandatum
dicit:nemo enim primum ſine altero aſſequi poteſt.
Nūc,inquit,in hoc & lex, & prophetæ pēdent:nūc, *Mat.22.d*
quæ vultis vobis homines faciant,eadē & vos eis fa- *Ibid.7.b*
cite. Hæc eſt enim lex & prophetæ,& plenitudo le- *Rom.13.b*
gis,dilectio,vt hoc in loco teſtatur. Nam ſi perſeue-
rātia à dilectione, dilectio à mandatorū obſeruatio-
ne prouenit : mandatū autem eſt,vt diligamus inui-
cem,perſeuerātia à mutua oritur dilectione. Neque
ſimpliciter dilectionē dicit, ſed & modū docet dili-
gendi.Sicut ego dilexi vos,inquit.Iterū oſtēdit non
odio aliquo diſcedere, ſed dilectione. Quare magis
admirari me debetis, pro vobis animā meā pono:vt *Supr.10.b*
ſuperius inquit,optimū paſtorē deſcribens:hoc autē
in loco eos admonet, & dilectionis ſuæ magnitudi-
nem,& qualis ipſe ſit oſtēdit.Sed qua gratia ſemper
dilectionē extollit?quoniā hoc eſt diſcipulorū argu
mentum,hoc virtutē corroborat. Propterea Paulus
tantopere dilectionē laudauit , vtpote verus Chriſti
diſcipulus,qui eius vim ſit expertus.*Vos amici mei eſtis,*
ſi feceritis quæ præcipio vobis.Iam nō dico vos ſeruos,quia ſer
uus neſcit quid faciat dominus eius:vos autē dixi amicos,quia
oīa quæ audiui à patre meo,nota feci vobis. Cur ergo inqt,
Multa habeo vobis dicere , ſed non poteſtis portare *Infr.16.b*
modò?Nihil aliud ex his verbis īnuit,ꝗ nihil alienū à
patre

patre locutū,cùm maximi amoris indiciū ſit,ꝙ arca- A
na patris cū eis & cōmunicauerit & dixerit.Cùm au
tem omnia dicit,intelligendū de his eſt,quæ eos au-
dire cōueniat,inde aliud neq; paruum amoris argu-
mentū adducit. *Non vos me elegiſtis,* inquit,*ſed ego elegi*
*vos:*Hoc eſt,in amore præcurri:neq; hoc contentus,
*Et poſui,*inquit,*vos* : Id eſt,plantaui, vt me diligeretis:
adhuc in vitis trāſlatione perſtat,*Vt eatis & fructū affe*
ratis,& fructus veſter maneat. Quòd ſi fruct⁹ manebit,
lōgè magis & vos manebitis.Neq; vos tantū amaui,
inquit , ſed & multa contuli beneficia, palmites ve-
ſtros vbiq; terrarū propagās.Ecce quot modis ſuam
proponit dilectionē,cùm & ſecreta patris eis aperue
rit,cùm in amore præuenerit,cùm pro ipſis tot mala
patiatur,ex quo ſe perpetuò cū ipſis,qui allaturi ſunt
fructū,permanſurū oſtēdit.Neceſſe nanq; vt diuino
freti auxilio fructū faciant. *Vt quodcūque petieritis patrē*
**δῶ, id* *in nomine meo, *det vobis.* Atqui eius qui petitur eſt fa- B
eſt, dem, cere:ꝙ ſi pater petitur,quomodo filius facit?Vt non
vel det. minorē patre intelligas. *Hæc locutus ſum vobis, vt dili-*
Chryſoſt. *gatis inuicem.*Hoc eſt,non exprobrādi gratia dico me
& Theo- animam meā ponere , ꝙ amare prior cœperim , ſed
phylac. in vt in amicitiā vos inducā, inde cùm perſecutionem
prima per- pati à multis moleſtum & intolerabile videretur,&
ſona legiſ- par eſſet etiā generoſum animū deiici , ideo multis
ſe viden- propoſitis, & eorum placato animo ad hoc venit, &
tur. hæc eorū gratia,vt alia ex abūdantia dicta ſignificet.
Sup.14.d Vt enim ſuperius dixit non ſolum non dolendū,ſed
lætandū,quòd iret ad patrē,non deſerendi,ſed vehe
mentis amoris gratia:ita & in hoc loco lætandum o-
ſtendit.Et cōſidera quo pacto eos pręparat:nō enim
ait,Scio rem moleſtā:ſed cum propter me hoc patia
mini,propter me etiā perferatis. Non enim ſufficiēs C
cōſolationis cauſa hæc fuiſſet : quare ea omiſſa, alias
duas adducit,& quia prioris virtutis hoc eſt argumē
tum,& contrariū eſſet dolendū,non ꝙ odio nūc ha-
beamini, ſed ſi diligeremini : hoc autē ſignificat in-
quiens : *Si de mundo eſſetis,mūdus quod ſuum eſſet diligeret.*
Quare ſi diligeremini , maliciæ de vobis præberetis
argumentū.Inde cum his verbis rem non effeciſſet,
iterū proſequitur : *Non eſt ſeruus maior domino ſuo : ſi me*
perſecuti ſunt,& vos perſequētur. Oſtēdit per hoc maxi-
mè futuros imitatores. Quouſq; enim Chriſtus fuit
in carne,cōtra ipſum certabatur : poſt ſuā in cœlum
aſcenſionē,aduerſus diſcipulos pugnatū eſt. Et cum
pauci tanti populi bellum ſuſcepturi perturbarētur,
eorū animos erigit,ꝙ maximè eis lętandū ſit, ſi ab il-
lis odio habeātur : ita enim paſſionis meæ participes
eritis.Non ergo perturbari debetis,nō enim me me- D
liores eſtis:nam vt prædixi,Nō eſt ſeruus maior do-
mino ſuo.Inde tertiò eos conſolatur, ꝙ pater vnà cū
ipſis iniuriā accipit. *Hæc omnia faciēt vobis,*inquit,*pro-*
*pter nomen meū,quia neſciūt eum,qui miſit me.*Hoc eſt,illū
offendūt.Ad hęc omnē eis veniā aufert,& aliā affert
conſolationē. *Si non veniſſem, & loquutus eis nō fuiſſem,*
peccatū non haberēt. Oſtendēs ꝙ iniuſtè & in ſe & eos
faciēt.Sed quid in hæc nos mala adduxiſti ? Nónne
perſecutionem & odium præuideras?Cui his verbis
occurrit,*Qui me odit,& patrē meū odit.* Ex quo non par
uum etiam prædicit ſuppliciū.Cùm enim frequēter
propter patrē Chriſtum perſequi dicerent , omnem
nunc ipſis tollit excuſationē:quam ne haberent,pri-
mùm,inquit, doctrinā propoſui, inde eam operibus
confirmaui ſecundū Moſi legē, qui omnes præmo-
nuit,vt ei parērent,qui talia faceret & diceret,qui &

A dei cultum erudiret, & maximis clareret miraculis.
Neq; ſimpliciter ſigna dixit, ſed quæ nemo alius fe- *Supra 9.f*
cit:& ipſi horū teſtes ſunt,cùm dicant,Nunquam ſic
apparuit in Iſraël:neq; auditū eſt à ſeculo,quòd quis
aperuit oculos cæci nati:& Lazari reſurrectio,& alia *Supr. 11.f*
multa huiuſmodi erāt,& modus ipſe miraculorū no
uus,& admirabilis.Sed qua gratia & te & nos perſe-
quuntur?*Quia de mūdo non eſtis.Si de mūdo eſſetis,mundus*
quod ſuū erat,diligeret. Præcōmemorat eis verba quæ *Supr.7.f*
ad fratres ſuos dixerat,ſed illic quidē modeſtius, ne
ipſos offenderet : hic contrà totum aperuit.Et vnde
cōſtat propterea odio nos habēdos fore?Ex his quæ
in me facta ſunt:Quódnam enim factū aut dictū re-
prehendere valentes attulerūt,ne me reciperēt? In-
de cum res ſtupenda nobis eſſet,adducit & cauſam,
nempe illorū maliciam.nec hoc cōtentus, prophetā
adducit,oſtēdens eum iampridem his verbis prædi-
B xiſſe : *Quia oderūt me gratis.* Quod & Paulus faciebat. *Pſal.68.a*
Multis enim admirātibus,quomodo Iudęi non cre- *& 34.c*
diderint,prophetarū nititur teſtimonio,quòd mali-
cia & *ſtulticia eorū incredulitatis cauſa fuit. Quid **ἀπόνοια,*
ergo ? Si ſermonem tuū non ſeruauerūt,neq; noſtrū *id eſt, ve-*
ſeruabunt:ſi te perſecuti ſunt,& nos perſequētur. Si *cordia, a-*
ſigna qualia nemo viderūt,ſi verba qualia nemo au- *mentia,ar*
dierunt,& nihil tamē profecerunt,ſi patrē & te odio *rogantia.*
habēt,cur nos eis relinquis?Quomodo apud eos vl-
lam iam habebimus authoritatē?Quis *gentiliū no- **ὁμοφύλων*
bis aures adhibebit? Ne igitur his intellectis pertur- *id eſt gen*
barentur,vide quā affert conſolationē.*Cùm venerit pa* *tiliū ſiue*
racletus,quē ego mittā vobis à patre ſpiritū veritatis, qui à pa *contribu-*
tre procedit,ille teſtimoniū perhibebit de me,& vos teſtimoniū *lium : ne*
perhibebitis, quia ab initio mecū eſtis. Ille dignus fide erit, *quis ethni*
C veritatis enim eſt ſpiritus,propterea non ſpiritū ſan- *cos & ido*
ctū,ſed veritatis appellauit.Illa autē particula,Qui à *lolatras hic dici*
patre procedit : hoc eſt,qui omnia certò nouit,ſicut *putet.*
& de ſeipſo inquit:Scio vnde venio,& quò vado.& *Supra 8.b*
cùm de veritate loqueretur, quē ego mittā. Ecce ꝙ
nōn pater ſolus, ſed & filius ſpiritū mittit, & vos qui
mecū fuiſtis, neq; ab aliis audiſtis, † adhibetis fidē:] *†fide di-*
hinc apoſtoli aſſeuerātes dicebāt,Qui cùm eo come *gni eſtis:]*
dimus & bibimus. Quod non ad gratiā dictū ſit,ſpi- *Act.10.f*
ritus dictis teſtimoniū perhibet. *Hæc locutus ſum vo-* *Cap.XVI.*
bis,vt non ſcādalizemini. Hoc eſt,cum multos incredu
los & vos perſequētes videritis. *Extra ſynagogā facient*
vos. Iam enim hoc decreuerāt,ſi quis Chriſtū confi-
teretur,extra ſynagogam eiiceretur. *Sed venit hora,vt*
omnis qui interficit vos,arbitretur obſequium ſe præſtare deo.
Si vos interficient,rem piam & deo gratā facturos ſe
D exiſtimabūt.Inde iterū conſolatur : *Et hæc facient vo-*
*bis,quia non nouerūt patrē,neque me.*Hoc vos ſatis conſo-
letur,ꝙ propter me & patrē hoc patiemini. Hic ite-
rum eos beatitudinis admonet,vt in principio:Beati *Matt. 5.a*
eſtis cum maledixerint vobis homines,& vos perſe-
cuti fuerint , & dixerint omne malū verbū aduerſus
vos,mētiētes propter me : Gaudete & exultate,quia
merces veſtra copioſa eſt in cœlis. *Hæc locutus ſum vo* *Ibidem.b*
*bis,vt cùm hora venerit,reminiſcamini eorū.*Itaq; ex his &
reliqua credetis. Neq; dicere poteritis me ad gratiā
loqui,aut vt vos fallam.Neq; enim decepturus,quæ
deterrerent & auocare poſſent prædiceret. Propter
hoc igitur prędixi,ne in nō expectata incidētes,per-
turbaremini,ac etiā ne me nō pręuidiſſe futura dice
retis.*Reminiſcamini ergo,quia ego dixi vobis.* Etenim ſem
per Iudæi vmbra quadā perſecuti ſunt diſcipulos,ac
ſi mali eſſent,nō tamē perturbati ſunt,cū à magiſtro
prius

Universidad de Deusto Biblioteca

A prius audiuissent in futurũ, scirentq; quorum gratia ista paterẽtur: Sufficiẽs nãq; causa fuit, quæ eos confirmaret. Ideo frequẽter hoc meminit, ꝗ non nouerunt me: & propter me faciẽt, & propter nomẽ meũ, & propter patrẽ, & primus passus sum, & non iusta causa id ausi sunt. Horũ & nos in tẽtationibus reminiscamur, cùm à malis hominibus aliquid patimur, in principẽ nostrũ, & fidei perfectorẽ inspiciamus, & quòd à malis, quòd propter virtutẽ, quòd propter Christum mala patimur. Quod si animo volumus, omnia facilia, omnia tolerabilia nobis videbuntur. Nam si quis pro charissimis aliquid passus, etiã gloriatur: si quis propter deũ quid tolerat, quam sentire molestiã putandũ est? Si ipse crucẽ rem ignominiosam gloriã propter nos appellat, multò magis †hoc in ipsum animo] esse debemus. *† nos ita affecti]* Et si mala ita nobis contemnẽda sunt, multò magis pecuniæ & cupiditates. B Oportet enim in rebus grauibus & molestis, non labores, sed præmia cõsiderare. Quemadmodũ enim mercatores non maris pericula, sed lucrũ spectãt: ita & nos cœlũ, & dei præsentiã. Et si tibi diuitiæ dulces videntur, id deũ nolle tibi in mentẽ veniat, & continuò displicebũt. Rursum si molestũ est pauperibus aliquid dare, noli impẽsam dũtaxat intueri, sed trãsfer mẽtẽ ad seminis illius fructũ. Et si graue erit alienæ vxoris amorẽ contẽnere, præmiũ tibi succurrat, & æquo animo perferes. Quòd si hominũ metus ab indebitis nos rebus nonnunquã abducit, lõgè magis Christi desideriũ. Difficilis virtus, sed magnas futurorum promissiones ei cõparemus. Boni enim & studiosi etiã sine præmij respectu, ipsius pulchritudinẽ intuentur, & propterea eam cõplectuntur: & vt deo placeãt, non propter mercedẽ rectè agũt, & magnifaciunt continentiã: C non ne puniãtur, sed ne offendant deũ. Quòd si quis imbecillior sit, etiam in præmium spectet: ita & nos in eleemosyna faciamus, & gentilium misereamur, neq; fame cõfectos despiciamus. Quomodo enim non absurdũ vt alij risu & deliciis soluti, ad mẽsam saturẽtur, aliorũ autẽ mendicantium eiulatus audiãt, neq; misericordia moueantur, sed ægrè ferãt, & deceptores appellẽt? Quid dicis homo? Propter vnum panẽ quis decipit? Quídni? inquis: Propter hoc ergo hæc tollẽda est necessitas. Quòd si dare nihil placet, noli tamẽ maledictis prosequi. Si nõ vis naufragio liberare, noli in profundũ demergere. Scias velim cùm accedentẽ pauperẽ expellis, qualiter tibi deũ affectũ reddas. *Matt.7.a* Qua enim mẽsura mẽsurabitis, inquit, mẽsurabitur vobis. Cõsidera quo ille animo repulsus abeat, oculis in humũ D deiectis, cõquerens vnà cum paupertate plagã etiã ab iniuria accepisse. Nam si mẽdicare maledictũ putatis, qui petit, si nõ modò non accipit, sed cõtumelia afficitur: cõsidera quãtum perturbetur. Quousq; feris similes erimus, & naturã nostrã propter cupiditatem ignorabimus? Multi his verbis dolẽt. Nollemus, sed vt penitus misericordiã complecterẽtur, animo voluẽtes diem illũ quo Christi Iesu tribunali adstabimus, cùm vt nostri misereatur rogabimus, cùm his in mediũ aduocatis Christus ad nos cõuersus dicet, quòd propter panem vnũ & obolum tantis miseriis eorũ animos affecerimus, quid dicemus? quid excusabimus? Quòd enim illos in mediũ adducturus sit, *Mat.25.d* audi quid dicat: Quandiu non fecistis vni de minoribus his, neq; mihi fecistis. Neq; enim illi quicquã nobis amplius dicẽt, sed deus pro illis nos reprehendet. Nã & Lazarus à diuite visus est, non tamẽ quicquam ei dixit, *Luca 16.e* sed Abraham eius vices suscepit: ita & pauperibus eueniet, qui nunc à nobis contẽnuntur. Neq; enim supplices eorũ manus, vel aliqua miserabili specie intuebimur, cùm in gloria erũt, nos eorũ speciem induemus, & vtinã speciem tantùm, & non longè grauius suppliciũ. Neq; enim diues micis impleri illic desiderabat, sed ardebat, & cruciabatur miserè, & audiuit: Recordare quia accepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala. *Ibidem.f* Nolimus ergo vt magnum quiddã diuitias admirari: hæ nanq; viaticũ erunt nobis supplicij, nisi cauerimus: queãdmodum si cauerimus, paupertas & deliciarum & requiei erit incrementũ. Abluẽtur enim peccata, si æquo animo tolerabimus, & apud deũ fidẽter adesse poterimus. Nolimus ergo in hac vita ocium quęrere, vt in cœlo eo fruamur: sed labores pro virtute subeamus, superflua recidamus, & nihil aliud quęramus, quã in pauperes omnia nostra dispergere. Quæ nobis erit excusatio, cùm ipse quidẽ nobis cœlum pollicetur, nos ne panem quidẽ ei exhibemus? Cum ipse tibi Solẽ oriri facit, & omnis creaturę ministeriũ tibi largitur, tu nec nudũ induis, neq; ei domum cõmunicas? Et quid ego Solẽ & creaturã memini? Corpus tibi suũ tradidit, & preciosissimum sanguinẽ, tu nec potum das. At semel dedisti, non est hæc eleemosyna. Nisi enim quousq; habes, indigẽti subueneris, nunquam debitũ impleueris. Nam & virgines habẽtes lampades habebãt oleũ, sed non ad sufficientiã. *Mat.25.a* Opus esset enim etiam si de tuo dares, non tam parcũ esse: nũc autẽ cùm domini tibi creditę sint facultates, cur tam tenax es? Vultis causam dicã huius inhumanitatis? Qui enim per auariciã congregãt, ad eleemosynam pigri sunt. Qui ita lucrari didicit, nescit expendere. Quomodo enim qui rapinæ inhiat, ad cõtrarium se formabit? Qui aliena accipit, quomodo sua dare poterit? Etenim canis qui nimia carnis voracitate tãgitur, non bene potest gregẽ custodire: idcirco pastores eiusmodi interficiunt. Quod ne nobis accidat, à tali gustatu abstineamus. Etenim carne vescũtur, qui miseros fame mori patiũtur. Nónne vides, quomodo omnia nobis cõmunia statuit deus? Nã si pauperes esse permisit, etiam hoc diuitũ gratia factũ est, vt per eleemosynã peccata possint abluere. Tu autẽ & in hoc crudelis & inhumanus es. Vnde constat, ꝗ si in maioribus hanc haberes potestatẽ, innumeros interemisses, & lumẽ & vitã omnẽ excluderes. †Quod ne fiat, opus est hãc] excidere insatiabilitatẽ. *†Quod ne fieret, opus fuit hanc in illis]* Quod si hoc audiẽdo ægrius fertis, ego lõgè magis vidẽdo. Quãdiu tu diues, ille pauper? Vsq; ad vesperam vlterius non licèt, adeò breuis vita est, & omnia in vltimis, & iam omnia sunt in ianuis, vt vel breuis hora omnia existimãda sint. Quid opus est arca exundãti? Quid seruorũ & familiarium multitudine? Quare nõ potius multos eleemosynæ pręcones tibi comparas? Arca nullã emittit vocẽ, sed latrones & fures allicit. Arcæ pauperũ ad ipsum deũ ascendunt, & suauẽ vitam præsentẽ facient, & omne soluent peccatũ, & gloriam à deo, honorẽ ab hominibus ferent. Quid ergo tibi tot bona inuides? Nõ enim illis, sed tibi cõsules lõgè magis. Illis largiẽdo in hac vita subuenis, tibi autem futurã gloriam & fiduciã repones: quam vtinam omnes consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto in secula seculorum, Amen.

Homilia

Homilia lxxvij. ex cap. xvj.

HAec autẽ ab initio vobis non dixi, quia vobiscum erã. †Et nunc] vado ad eum qui me misit, & nemo ex vobis interrogat me quò vadis? Sed quia hæc locutus sum vobis, tristicia impleuit cor vestrũ. *†nunc autem]* Magna tristiciæ vis, & multa nobis opus est fortitudine, vt ei affectui generosè resistamus, & vtilitatẽ inde, superfluis abiectis, cõsequamur. Cùm enim vel nos, vel ꝓximi peccãt, tunc tristandũ est: cùm autẽ in humanos casus incidimus, inutilis tũc tristicia. Quæ cùm discipulos nondũ perfectos oppugnaret, cõsidera quomodo eos perterrẽdo arguit Christus. Cùm enim multi *Supr.13.d* de hoc prius interrogassent: (nã & Petrus dixit: Quo vadis? Thomas, Nescimus quò vadis, & quomodo *Supr.14.a* possumus viã scire? Et Philippus, Ostende nobis patrem) nunc audiẽtes, Extra synagogã vos facient, & *Ibidem.* odio habebunt vos: &, Qui interficit vos, arbitratur B obsequium se prestare deo: ita animo defecerunt, vt ne loqui quidẽ possent: quod exprobrãs eis Iesus, inquit: *Hæc autẽ ab initio non dixi vobis, quia vobiscũ eram: †& nũc] vado ad eum qui me misit, & nemo ex vobis interrogat me, quò vadis? Sed quia hæc locutus sum vobis, tristicia impleuit cor vestrũ.* *†nunc autem]* Huius eñ nimietas grauis est, grauis est inquã, & ad mortẽ viam parat: ideo Paulus di*2.Cor.2.b*cebat, Nequãdo abundantiori tristicia absorbeatur talis. Hæc autẽ ab initio vobis nõ dixi, inquit. Quare ab initio nõ dixi? Ne quis diceret à sæpenumero cõtingentibus coniectatũ esse. Et quid rem tã difficilẽ aggrederis? Sciebã, inquit, ab initio, & nõ ꝗ ignorarem tacui, sed quia vobiscũ erã. Et hoc hominis iterum more: quasi dicat, Quia in tuto eratis, & licitum erat interrogare cùm volebatis, & in me totũ bellũ vertebatur, & superfluũ erat hæc à principio dicere. C *Mat.10.b* Hoc ergo tũc nõ dixit? Nónne duodecim aduocãs, inquit, quoniã ad principes & reges ducemini, & flagellabunt vos in synagogis? Quomodo ergo inquit ab initio nõ dixisse? Quoniã verbera & expulsiones prædixerat, non tamẽ ꝗ mors eorũ sic videretur expetenda, vt obsequium arbitrarentur: hoc enim præ omnibus eos perterrere poterat: siquidẽ tanquã impij & perditi homines erant iudicãdi. Præterea illud dicendũ est, quod tunc quidẽ quæ à gẽtibus passuri erant, dixit, nũc verò quæ à Iudæis, & per excessum maximè, & ꝗ propè essent admonuit. *Nunc autẽ vado ad eum qui me misit, & nemo ex vobis interrogat me, quo vadis? Sed quia hæc locutus sum vobis, tristicia impleuit cor vestrũ.* Non parua hæc cõsolatio, cum ipsi intelligerent ꝗ sciret quãta tristicia afficerentur. Nam præ anxietate multa tum ob illius discessum, tum ob mala ipsis D obuẽtura (nesciebãt enim an satis cõstanter illa ferre possent) attoniti erãt. Quare igitur postea non dixit cum acceperũt spiritum sanctum? Vt iam satis confirmatos intelligeres. Nã si nondũ accepto spiritu tanto metu occupati non resilierũt, cõsidera quales futuri essent gratia repleti? Quòd si tũc cõstanter perseuerassent, spiritui adscribendũ esset: nũc verò ipsorum voluntatis fructus, & manifestũ eorũ in Christũ amoris argumentũ apparuit, cùm adhuc gratia nudi essent. *Sed ego veritatẽ dico vobis, expedit vt ego vadã.* Ecce quomodo iterũ eos cõsolatur. Non ego ad gratiã loquor, inquit, sed licèt maiorẽ in modũ contristemini, quod expedit audiendum est. Vos vt adessem velletis, vsus aliud postulat. Diligentis autẽ est, cùm vtilitatẽ cognoscit, eam nõ prætermittere, vt ea dilecti priuẽtur. *Si ego nõ abiero, paracletus non veniet ad vos.*

A Quid hìc dicũt, qui de spiritu nõ rectè sentiũt? Expedit dominũ abire, & venire seruũ? Vides quãta sit spiritus dignitas? Si autem abiero, mittã eum ad vos. Et quid hoc vtilitatis? *Cùm venerit ille, arguet mundũ*: Hoc est, nõ impunè hoc faciẽt, si venerit. Sufficiẽtia enim erũt iam facta eis silentiũ indicere: cùm autẽ per illũ & hæc fient, & doctrina perfectior, & signa maiora subsequẽtur, multò magis dãnabuntur, cùm tãta viderint in nomine meo fieri, ex quo manifestior mea fiet resurrectio. Siquidẽ nũc possent dicere me fabri filium esse, cuius patrẽ & matrẽ cognoscant: at cùm me mortẽ soluere, maliciã & dæmones fugare, vicia naturæ emẽdare, immẽsam spiritus plenitudinẽ mitti, & hæc omnia nominis mei inuocatione fieri, intuebuntur, quid dicẽt? Testimoniũ perhibuit de me pater, & perhibebit spiritus: & quãuis à principio testificatus sit, tamẽ & nunc testificabitur. B Illud autem verbũ, Arguet de peccato: hoc est, omnẽ auferet excusationẽ, & sine venia peccasse demonstrabit. *Et de iusticia, quia ad patrem vado, & iam non videbitis me*: Hoc est, quia irreprehẽsibiliter vixi, cuius signũ est ꝗ vado ad patrẽ. Nã cùm frequẽter Iudæi Christũ accusarent ꝗ à deo nõ esset, & propterea peccatorẽ, & legis transgressorẽ dicerent, hinc omnis calũnia amouebitur. Nam si opinio ꝗ à deo nõ sim, me transgressorem ostẽdit, cùm spiritus me illuc abeuntẽ, neque ad horã, sed permanentẽ ostenderit: hoc enim per eam particulam, Iam non videbitis me, significatur: quídnam dicẽt? Animaduerte his duobus omnem malã suspicionẽ auferri. Neq; enim peccator miracula facere, neq; esse apud deũ ꝑpetuo potest, quare nõ possunt me amplius peccatorẽ, & à deo non esse C dicere. *De iudicio autẽ, quia princeps huius mũdi iam iudicatus est.* Iterũ hoc in loco de iusticia verba facit, quia aduersariũ superauit. Neq; enim peccatori possibile esset, quod nemo iustorũ hominũ valuit: ꝗ autẽ propter me iudicatus est, sciẽt, quia eum in posterũ pessundabũt, & resurrectionẽ meã manifestè videbũt, quod †iudicãtis] eum est: neq; enim valuit me superare. *†condemnantis]* Nam cùm dicãt, ꝗ dęmoniũ habeo, quòd deceptor sum, omnia hæc falsa deprehẽdentur. Nõ enim illũ vicissem, si peccato essem obnoxius: nũc & iudicatus est, & eiectus. *Adhuc multa habeo vobis dicere, sed nõ potestis portare modò.* Expedit ergo vt vadã. Siquidẽ tũc portabitis, cùm abiero. Et quid? Maiórne te spiritus est, cùm nunc non possumus, illo autẽ adueniẽte portabimus? Nũ maior illius, & perfectior efficacia est? Minimè, mea etenim dicet, ideo inquit: *Non enim* D *loquetur à semetipso, sed quæcũq; audiet, loquetur, & quæ ventura sunt annunciabit vobis. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, et annũciabit vobis. Omnia quæcũq; habet pater, mea sunt.* Cũ dixisset, ille vos docebit omnia, & suggeret, *Sup.14.d* & in tribulationibus vos cõsolabitur, quod ipse non fecit: &, expedit me abire: & illũ venire: & non potestis portare modò, tũc autem poteritis, & †docebit] omnẽ veritatẽ: *† ducet in] sic & in sequen.* ne his auditis maiorẽ illũ arbitrarentur, & in vltimã impietatẽ inciderent, propterea à se accepturũ dicit: hoc est, quæ ego dixi, & ipse dicet. Illa verò particula, Nihil à seipso loquetur: nihil contrariũ, nihil aliud q̃ se locuturũ significat. Queãdmodũ eñ de se locutus, inquit, A meipso nõ loquor, id est, nihil præter patris volũtatẽ, nihil alienũ: ita & de spiritu, *De meo accipiet.* Hoc est, q̃ ego & scio & cognosco, vna eñ mea & spiritus sciẽtia. *Et quæ ventura sunt annũciabit vobis.* Hoc eorũ animos excitauit. Ad nullam enim

Universidad de Deusto Biblioteca

Iam enim rem tam cupidũ eſt humanũ genus quàm ad futura cognoſcẽda.Ideo frequẽter interrogabãt, quò iret,quæ eſſet via:quã ſolicitudinem tollit,cùm annunciaturum omnia ſpiritũ pollicetur,ne incauti errarent.Ille me clarificabit. Quomodo? In nomine meo virtutẽ dabit.Cùm enim aduenientẽ ſpiritu maiora ſigna eſſent oſtenſuri, ideo iterum æqualitatem indicat,inquiens,Ille me clarificabit:†& quomodo? Omnem veritatẽ dicet:]etenim hoc ipſum teſtificatur,quòd docebit veritatem.Ipſe enim Ieſus,& quia carnẽ indutus erat,&†quia de ſeipſo dicere diſcipuli non putabãt,] & quia nondũ manifeſtè reſurrectionem norãt, cùm imbecilliores eſſent, & propter Iudæos,ne tanquã legis tranſgreſſorẽ punire viderentur,frequenter nihil de ſe magnũ locutus eſt,neque apertè à lege †diſſenſit:] & cùm nondũ confirmati eſſent diſcipuli,& multi credituri,etiã à peccatis purgandi eſſent: & alij de ipſo dicerẽt,meritò iam de ſe magna loqui abſtinuit.Itaq; non eſt ignorãtiæ meæ adſcribendũ ꝙ non dicã quæ dicere oporteret, ſed auditorũ imbecillitati. Ideo cũ dixerit, docebit vos omnẽ veritatẽ: ſubdidit,Non loquetur à ſemetipſo. Quòd autẽ ſpiritus doctore nõ indigeat,audi Paulũ: Quæ dei ſunt, nemo nouit, niſi ſpiritus dei. Et quẽadmodum ſpiritus hominis non ab alio diſcit, ita & ſpiritus ſanctus.*De meo accipiet*: Hoc eſt,in nullo à me diſſentiet.*Omnia quæcũque habet pater,mea ſunt*.Cũ ergo mea ſint illa, & ille à patre dicet, de meo dicet. Sed cur non venit ſpiritus ante Chriſti diſceſſum? Quia nondũ maledicto ſublato,neque ſoluto peccato,ſed omnib⁹ adhuc penè obnoxiis nõ veniſſet. Oportet, inquit, inimicitias prius diſſolui, & reconciliari vos deo,inde tũc donum illud accipere.Sed cur,inquit, mittã eũ?hoc eſt,ad eius vos acceptionẽ præparabo. Quomodo enim,qui vbiq; eſt mittitur? præterea & perſonarũ differentiam oſtendit,cùm duas ponit:& cùm ita inſeparabiliter ſe habeãt, vt ſpiritũ complectantur & colãt,ſuadet.Poterat enim & ipſe hæc facere, ſed ꝓpterea ſpiritũ miraculis clarere permiſit, vt eius intelligerẽt dignitatẽ. Sicut enim pater quæ ſunt producere potuit, filius autẽ ea facere dicitur, vt eius potentiã intelligamus:ita & hoc.Et ideo ipſe carnem accepit,ſpiritui operationẽ reſeruauit:& ita his ſilentiũ impoſuit, qui inenarrabilis benignitatis materiã in impietatis argumentũ accipiũt. Cũ enim dicãt,propterea filiũ incarnatũ,quoniã inferior erat patre:dicemus ad illos,Quid de ſpiritu dicetis?Non accepit carnẽ, neq; propterea ipſum filio maiorẽ aſſeretis.Ideo in baptiſmate trinitas accipitur.Etenim pater totũ facere poteſt, & filius, & ſpiritus ſanctus: ſed cùm nemo de patre,ſed de filio & ſpiritu dubitaret,in initiatione accipitur,vt in cõmunicatione *ſocietatis illorum arcanorũ bonorũ, & dignitatis communicationẽ intelligamus. Nã ꝙ filius per ſeipſum poſſit, quæ in baptiſmate cum patre poteſt, atq; etiã ſpiritus ſanctus, manifeſtè illinc patet. Iudæis enim dicebat, Vt ſciatis, quia poteſtatẽ habet filius hominis in terra dimittẽdi peccata.Et iterum,Vt filij lucis ſitis:&,Ego vitã æternã do eis. Et poſtmodũ: Vt vitã habeãt,& abundãtius habeant. Videamus & ſpiritũ hoc idẽ facere.Vbinam?Vnicuiq; autẽ manifeſtatio ſpiritus datur ad vtilitatẽ.Qui ergo hæc exhibet,etiã magis peccata dimittit:& iterũ,Spiritus eſt qui viuificat, & viuificabit per inhabitantẽ ſpiritũ in vobis: &,Spiritus vita per iuſticiã. Et iterũ:Si ſpiritu duce-

*† & quã dicit omnem veritatem?] †ne de ſeipſo teſtimoniũ dicere videretur,] † diſceſſit:] 1. Cor.2.c *χορηγίας, id eſt, erogationis, benignitatis, ſuppeditationis. Marc. 2.b Supr. 12.f Ibid. 10.b 2.Corint. 12.a Roma.8.b Ibidem.*

A mini,non eſtis ſub lege. Non enim accepiſtis ſpiritũ ſeruitutis iterũ in timore,ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis. Et tunc quicquid faciebãt præſente ſpiritu, miraculis plena erãt.Et ad Corinthios ſcribens Paulus inquit:Sed abluti eſtis,ſed ſanctificati eſtis, in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti,& in ſpiritu dei noſtri. Cùm ergo de patre multa audiſſent,& filiũ multùm operatũ vidiſſent, nihil autẽ manifeſtè de ſpiritu ſcirẽt,ipſe miracula facit, & perfectã inducit cognitionem. Sed ne propterea maior exiſtimaretur, ideo vt iam dixi,inquit:*Quæcũq; audiet,loquetur,& quæ ventura ſunt annũciabit*.Nam niſi hoc eſſet,quomodo non abſurdum ſit, ſi tunc eſſet auditurus & propter diſcipulos?Neq; enim tunc ſecundũ vos cogniturus fuerat,niſi propter audituros. Et quid hoc dicto abſurdius? Præterea quid erat auditurus? nónne hæc omnia dixerat per prophetas? Siue enim de ſolutio- B ne legis docẽdus erat,dictum eſt:ſiue de Chriſto, & eius diuinitate, & de incarnatione, etiã dicta erant. †Quid apertius ad hæc dicendũ,]& quę vẽtura ſunt annũciabit?Hîc maximè eius dignitatẽ oſtẽdit,cùm deo maximè propriũ ſit futura prædicere. Quòd ſi ab aliis intelligeret,in nullo ꝓphetas excederet: ſed hîc certã ad deum cognitionẽ oſtẽdit,ꝙ nil aliud loqui poſſit.Quòd autem dicit, *De meo accipiet*: Siue de gratia quæ in meã carnẽ aduenerit,ſiue de eadẽ quã ego habeo cognitione,non tanquã indigeat:neq; ꝙ ab alio diſcat, ſed quòd vna & eadẽ cognitio eſt. Et quare non aliter dixit? Quoniam nõdum de ſpiritu audierant. Quare vnũ tantùm adnititur,vt credatur & accipiatur ab eis,& non ſcãdalizentur. Nam cùm dixiſſet, Vnus eſt magiſter veſter Chriſtus: ne puta- C rent ſe Chriſtũ offenſuros ſi illi crederẽt:Vna eſt,inquit,& mea & illius doctrina:quę ego docturus erã, ipſe dicet. Nolite aliã illi⁹ doctrinã arbitrari, etenim illa mea ſunt,& meam gloriã augent. Vna eſt patris, & filij,& ſpiritus ſancti voluntas: ita & nos eſſe vult, inquiens: *Vt ſint vnũ,ſicut ego & tu vnum ſumus*. Nihil enim concordiæ,& mutuæ voluntati æquiparandũ. Vnus enim multiplex eſt.Si enim cõcordes ſint duo vel decẽ,non amplius erit vnus,ſed eorũ vnuſquiſq; fit decuplũ, & inuenies in decẽ vnũ,& in vno decẽ. Et ſi inimicũ habeãt, qui vnum aggreditur, tanquã decẽ aggrederetur,ita ſuperatur. Non enim ab vno tantùm,ſed à decẽ impetitur. Indiget vnus, ſed non eſt in egeſtate.maiore enim ex parte,hoc eſt nouem abundat: & pars quæ indiget,vt puta minor,maiore exuberante obtegitur.Singuli eorum viginti manus D habent,& oculos viginti,& totidẽ pedes.Non enim ſuis tãtùm oculis videt,non ſuis pedibus ſuſtentatur, nõ ſuis operatur manibus,ſed & amicorũ. Decẽ animis ſpirat, non enim ipſe ſibi tantùm curæ eſt,ſed & illis:ꝙ ſi centũ eſſent,idẽ cõtingeret, & virtus augeretur.Ecce dilectionis excellentia,quo pacto vnum inſuperabilẽ & multiplicẽ reddat, & vnus in multis ſimul locis,& in Perſide,& Romę eſſe poſſit:& quòd natura nõ poteſt,dilectio poteſt: & pars ei⁹ hîc,pars illic eſt,vel potius totus vtrobiq;. Et ſi quis mille,vel duo milia amicorũ haberet, conſidera in quantã ille poteſtatẽ aſcenderet.Animaduerte quantum capiat augmentũ dilectio:hoc enim mirũ eſt,vt mille vnus efficiatur.Cur ergo tãtas nobis vires,tantã ſecuritatẽ nõ cõparamus?hoc diuitiis omnib⁹,hoc bonæ valetudini,hoc ipſi †vitæ] præſtat,hoc æquanimitatis materia.Quouſq; vno & duob⁹ dilectionẽ circũſcribemus?

1.Cor.6.c † Quid enim etiã apertius poſthac dicturus eſſet] Mat.23.d †luci]

mus?Conſidera econtrariò: Sit qui nullũ amicũ habeat:quod vltimæ eſt amẽtiæ(fatuus enim dicet, nõ eſt mihi amicus)huiuſmodi vir quã vitã viuet?Quãuis enim ditiſſimus ſit,quãuis omni copia & deliciis abundet,quãuis innumera bona poſſideat,omnibus caret.Sed nõ in amicis ita vſuuenit, ſed & pauper diuitibus ditior eſt:& quæ ipſe pro ſe dicere nõ audebit,amicus dicet:& quæ ſibi præſtare nõ poterit,ali⁹ &id & lõgè maiora pręſtabit:hoc pacto &voluptatis & ſecuritatis materiã inueniet. Neq; enĩ fieri poteſt vt mali quippiã illi accidat,qui tot ſatellitibus cuſtoditur:neq; regij corporis cuſtodes tã diligentes ſunt ſuo muneri obeũdo,vt amici amico. Illi nãq; neceſſitate & metu cuſtodiũt, hi beneuolẽtia & dilectione,quæ metu lõgè potẽtior eſt:& ille cuſtodes ſuos metuit,hic illis magis ꝙ̃ ſibiipſi fidit, & idcirco nullius timet inſidias.Has ergo merces nobis compare- B mus:pauper,vt paupertatis eas ſolatiũ habeat:diues, vt diuitias tueatur:prĩceps, vt ſecurè dominetur:ſubdit⁹,vt benignius ſibi principes cõciliet.Hoc mãſuetudinis fundamentũ: nã & feræ illæ aſperiores ſunt, & ſæuiores,quæ nõ gregatim viuũt. Propterea ciuitates habitamus,fora habem⁹,vt inuicẽ cõuerſemur: quod & Paulus iubet inquiẽs, Non deſerẽtes collectionẽ noſtrã. Nihil enim peius ſolitudine,†& locis inacceſſis.] At inquies, Quid monachi mõtiũ cacumina habitãtes?Neq; illi ſine amicis ſunt, ſed multitudinis tumult⁹ aufugiũt,amicos autẽ & certo amoris vinculo ſibi deuinctos habẽt,& vt hoc aſſequantur,ſecedunt.Nã cùm rerũ actiones,plurimas concipiant cõtentiones: ideo è medio ſecedẽtes,quã diligẽtiſſimè dilectionem colũt.Et quid ſi quis ſolus ſit, inquit,& innumeros haberet amicos?Equidẽ ſi fieri C poſſet,velim vt etiã ſimul verſari liceret,& iam firma maneat amicicia.Neq; enĩ locus amicos facit. Multos habẽt laudatores, qui nõ laudarẽt,niſi amarent. Et ipſi rurſum pro vniuerſo mũdo orãt: quod maximæ eſt dilectionis argumentũ. Ideo in myſteriis inuicẽ *ſalutamus,vt multi vnũ efficiamur, & cõmunes pro nõ initiatis preces effundimus, & pro infirmis,& terræ,& maris,& vniuerſi orbis fructib⁹ ſacrificamus. Vides dilectionis vim in orationib⁹, in myſteriis,in admonitionibus?hoc omniũ bonorũ cauſa eſt.Si hoc diligẽter cõplectemur, & præſentia rectè diſponemus,& regnum cõſequemur,gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti,cũ quo patri gloria,ſimul & ſpiritui ſancto,in ſecula ſeculorũ, Amen.

*Hebr. 10. †nihil à fœdere & familiaritate alienum. *ἀσπαζόμεθα cõplectimur, oſculamur. Sacrificiũ pro omnibus offertur.*

Homilia lxxviij.ex cap.xvj.

MOdicũ,& nõ videbitis me:& iterũ modicũ,& videbitis me, quia vado ad patrẽ.Dixerũt ergo ex diſcipulis eius adinuicẽ: Quid eſt hoc quod dicit nobis modicum,& non videbitis me? Dolentẽ & triſticia affectum animũ,nihil adeò deiicere ſolet,ꝙ̃ anxij ſermones eũ frequẽter angẽtes. Quid ergo Chriſtus cùm dixerit,Vado & iam nõ loquar vobiſcũ:eadem repetit,Modicũ & iam nõ videbitis me, & vado ad eum qui me miſit? Cũ eos ad ſe per ſpiritus ſancti ſermonem reduxiſſet,tunc iterũ eos percellit, ne efferrentur.Cur hoc facit? Eorũ animũ experitur, & probatiorẽ reddit, & vt in calamitatibus æquo animo diſceſſum ſuũ & generoſè perferãt, aſſuefacit. Quĩ enĩ audiendo id animo volutabãt,rem ipſam poſtmodũ facilè laturos credibile erat. Quod ſi quis diligẽtius inueſtigaret,hoc ipſum cõſolatio eſt, quod dicit ad patrem ire.Erat enim argumentũ ꝙ non periret, ſed

A mors eius tranſlatio eſſet ad patrẽ,& aliam intulit cõſolationẽ.nõ enim tantùm dixit, Modicũ & non videbitis me:ſed proſecutus eſt, Modicũ & videbitis me:ſe redditurũ, & poſt breuẽ ſeparationẽ perpetuò affuturũ ſignificans:quod non intellexerunt. Vnde & non immeritò quiſpiã admirari poſſet, quomodo ſæpenumero idem audiẽtes,adhuc perinde ac ſi nihil audiſſent,dubitãt. Quare ergo nõ intellexerunt? Aut propter triſticiã,(vt arbitror:ipſa enim omnium quæ audierãt obliuionẽ adduxerat:)vel propter verborum obſcuritatẽ,vt contraria locutũ arbitrarẽtur. Si videbimus te,inquiunt,quomodo vadis? ſi vadis, quomodo videbimus?Ideo dixerunt ſe quid loqueretur ignorare. Quòd enim abiturus eſſet, norant: ignorabãt autẽ paulò pòſt rediturum:propterea eos arguit ꝙ non intelligerẽt.Nam cùm vellet de morte B doctrinã eis perſuadere,inquit:*Amen amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos*: Quod mortẽ & crucẽ ſignificabat.*Mundus autẽ gaudebit*. Cùm enim quia cupiebant, facilè ad credendũ adducerentur ꝙ nõ moreretur:tamen audientes ꝙ moreretur,quid ſibi vellet,Modicũ illud,dubitarent inquit:*Plorabitis & flebitis,ſed triſticia veſtra cõuertetur in gaudiũ*.Et vt oſtenderet poſt triſticiã gaudium ſecuturũ,quodq; triſticia gaudium pariat,& ꝙ illa breuis ſit,hoc verò pepetuũ,naturale adducit exemplũ: *Mulier cùm parit, triſticiã habet*.Qua parabola in calamitatib⁹ prophetæ vſi ſunt: quaſi dicat,Dolores capietis, ſed quales partus, qui læticiæ cauſa ſunt. Simul & reſurrectionẽ cõfirmat, indicans abitum ſuũ perinde eſſe,ac ſi ex vtero matris in lucem prodeat:quaſi dicat,Nolite admirari,ſi per hanc triſticiã ad optima vos ducã:nam & mater C vt fiat mater,ſic per triſticiã tranſit.Significat autem hîc & myſteriũ quoddam,ꝙ mortis dolores ſoluerit, & nouum hominẽ regenerari fecerit. Neq; dixit tãtùm triſticiã tranſiturã,ſed magnitudine lęticiæ ſuccedente,ne memoriã quidẽ eius remanſurã: ita erit ſanctis.Atqui nõ propterea gaudet mulier,quia venit homo in mũdum, ſed quòd filiũ ipſa peperit.Nã ſi id eſſet,nihil prohiberet quin quæ non pariũt,aliis parientibus gauderent. Qua ergo gratia ſic inquit? Quia ad hoc ſolùm adduxit exemplum, vt breuem triſticiam perpetuũ gaudiũ ſecuturum, & ſe ad vitã transferri,& magnũ malorum lucrum oſtẽderet. Et non dixit,quia natus eſt infans, ſed homo.vbi ſuam ſignificat reſurrectionem,& ꝙ non morti illi parienti,ſed * regno naſceretur.Ideo non dixit, quia natus eſt infans,ſed homo.*Et vos nunc quidem triſticiam habe-* D *tis:iterum autem videbo vos,& gaudebit cor veſtrum.* Inde quòd non amplius morietur,inquit:*Et gaudium veſtrũ nemo * tollet à vobis. Et in illa die me non rogabitis quicquã.* Iterũ nihil aliud ex his confirmat,quàm quòd à deo eſt,tunc ſcietis omnia.Sed quid ſignificat,me nõ rogabitis?Nõ indigetis aduocato,ſed nominis mei inuocatio ſatis eſt ad omnia conſequenda.Oſtẽdit nominis poteſtatem,ſiquidem neque viſus, neque rogatus, ſed appellatus tantùm † apud patrem mirabiles reddit.] Vbi autem hoc factum eſt? Vbi dicunt, Reſpice ad minas eorum,& da ſeruis tuis cum fiducia loqui ſermonem tuum, & facere in nomine tuo ſigna:& concuſſus eſt locus vbi erant.Hîc iterum oſtendit expedire vt abeat. Siquidem vſq; tunc nihil petierunt,tunc accipiẽt omnia quæcunq; petierint, Neq; enim cũ iam vobiſcum nõ ero, arbitremini ꝙ vos reliquerim.Nomen enim meũ maiorẽ vobis fi-

**Theophylac. pro regno legit mũdo. Nõ bis enim, inquit, ex reſurrectione natus eſt, &c. *αἴρει tollit. † & apud patrẽ miracula facit.] Acto.4.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ducia exhibebit. Cũ ergo obscuriora essent, inquit: *Hæc in prouerbiis locutus sum vobis. * Venit hora cum iam in prouerbiis nõ loquar vobis.* Tẽpus erit cùm omnia apertè intelligetis, hoc est resurrectionis tẽpus: tunc palã & apertè de patre annunciabo vobis. Etenim quadraginta dies & versatus, & locutus est cum eis, annunciãs, & exponens arcana regni dei. Nũc enim cũ timeatis, verbis meis nõ attenditis: cùm verò & me resurrexisse videritis, & cognoueritis, fidẽter oĩa intelligere poteritis: & quoniã ipse pater vos amabit, cũ vestra de me fides cõfirmabitur, & nõ rogabo patrẽ. Vestra in me dilectio sufficiet vobis. *Quia vos me amastis, & credidistis, quia à deo exiui. Exiui à patre, & veni in mundũ: iterũ relinquo mundũ, & vado ad patrẽ.* Cum enim resurrectionis sermo non patrũ eos cõsolatus esset, & inde etiã cõsolatiõ augeretur: cùm se à deo venisse, & ad deum ire diceret, frequẽter id repetit: alterum enim q̃ rectè in ipsum crederent, pollicebatur, alterũ q̃ † certi esse deberẽt.] Nam cùm dixit, Modicum & nõ videbitis me: & iterum modicũ & videbitis me: nõ immeritò quid diceret ignorabant. Nunc nõ itidem. Quid autem significat, me non interrogabitis quicquã? Non dicetis, Ostẽde nobis patrem tuũ: &, quò vadis: quoniã certam habebitis cognitionẽ, & afficietur vobis pater, sicut & ego. Hoc maximè bonã eis spẽ dedit, q̃ patri futuros amicos polliceretur. Quamobrem dicunt, *Nunc scimus quia nosti omnia.* Ecce quomodo voluntati eorum respondet. *Et non est opus tibi, vt quis te interroget.* Hoc est, priusquã audires quid nos perturbaret, intellexisti, & recreasti nos dicendo, pater vos amat, quia vos me amastis. Post tot & tanta nunc tandẽ se scire asserunt. Vides q̃ imperfectè se habebãt? Inde cùm tanquã gratias ei agẽtes dicũt, Nunc scimus, inquit. Multis aliis indigetis antequã perfectionem possitis attingere. Nihil adhuc à vobis perfectum est. Nunc me inimicis tradetis, & tanta vos formido cõprehendet, vt neque inuicẽ secedere poteritis, sed nihil hinc mali accipiam. Vides quomodo iterũ eorum cõdescendit infirmitati? hoc etiã eos arguit, q̃ frequenter hac egeant indulgẽtia. Cùm enim dixissent, *Ecce iam palàm loqueris & prouerbiũ nullũ dicis, & propter hoc credimus tibi:* Ostendit q̃ neque nunc cùm credunt, intelligunt: quod dicit, vt in aliud eos tẽpus remittat. Illud autem verbum, Pater mecũ est: propter eos iterum posuit: Hoc enim verè eos discere voluit. Deinde ostendens q̃ non perfectam ipsius cognitionẽ traderet ista dicẽdo, sed ne in illorũ animis tumultus excitaretur, (par enim erat, vt humanũ aliquid animo voluerent, q̃ nullũ ab eo auxiliũ haberẽt:) ideo inquit, *Hæc locutus sum vobis, vt in me pacẽ habeatis.* Hoc est, vt non excidam ex animo vestro, sed me recipiatis. Nemo ergo hæc ad dogma trahat: ad vestrã consolationem dilectionémq; dicta sunt. Neq; enim hæc sola patiemini. Quoad eritis in mũdo, perturbationes habebitis, nõ cùm trador, sed etiam postmodum: verum ratio vobis opituletur. Nullũ vos malũ superabit. Magistro enim inimicos vincente, non oportet discipulos cõtristari. Et quomodo vicisti mundũ, dic quæso? Iam dixi, cùm principem eius eieci foras. Scietis autẽ posteà, cùm omnes vobis paruerint, & acquieuerint. Licet enim & nobis vincere, si voluerimus fidei nostrę authorẽ sequi, & eadẽ via incedere, quam ipse nobis strauit: ita neq; nos mors vincet. Quid inquis? non moriemur? Hinc cõstat quòd neq; ipse victus est. Siquidẽ tunc certator clarus est, nõ cùm hosti non cõfligit, sed cũ congressus nõ vincitur. Non ergo propter congressum mortales, sed propter victoriã immortales. Tũc mortales essemus, si perpetuò * apud eã permaneremus. Sicut enim lõgissimæ vitæ animalia immortalia minimè dicerẽ, quãuis diutissimè viuerẽt: ita neque mortalẽ qui mortuus sit, si post mortẽ resurrexerit. Dic quæso, si quis ad breue tẽpus erubesceret, num perpetuò rubrum esse dicemus? Minimè: non enim id habitus est. Si quis palleret, hũc regio morbo laborantẽ diceremus? Neq; hunc tẽporalis enim morbus est: ergo neq; mortalẽ dixeris, qui in morte vel parumper fuerit. Nam & dormientes hoc pacto mortuos possemus appellare. Sunt enim, vt ita dixerim, mortui, & nihil operantur. Sed corpora mors corrũpit: & quid hoc? Nõ enim corrũpuntur, vt permaneãt in corruptione, sed vt præstãtiora euadant. Quamobrẽ vincamus mũdum, ad immortalitatem curramus, sequamur regem, cõstituamus & nos trophęũ. Huius seculi voluptates cõtemnamus, nec laboribus opus est. animas nostras in cœlum trãsferamus, & vniuersa secularia superauerimus. Superantur eñ si nõ ea desiderabimus, si ridebimus. Hospites sumus & aduenæ, nullæ nos molestiæ angãt. Neque enim si ex clarissima patria, & claris parentibus ortus in longinquã regionẽ nemini notus abires, sine famulis, sine diuitiis, & te quispiã cõtumelia afficeret, ægreferres ac si domi talia fierent. Quòd enim certò te hospitem aliena in patria versari vides, omnia æquo animo, & contemptũ, & famẽ, & sitim, & huiusmodi ferre persuadet. Istud etiã nunc cogita, q̃ hospes sis & peregrinus, & nihil eorum quæ in hac peregrinatione sunt, te perturbet. Ciuitatẽ enim habes, cuius opifex & author deus est, quò breui accersemur. Quivult pulset, iniurietur, maledicat, peregrini sumus, & in miseria viuimus. Graue est in patria inter ciues ea perpeti, illic & ignominia maxima est, & iactura. Si quis alicubi nullũ notũ habeat, omnia patienter tolerat. Contumelia secundum inferentis mentẽ grauior iudicatur. Vt exempli gratia: Si quis consultò prætorem maledictis prosequatur, id sanè permolestè ferendum est: at si priuatũ arbitratus offenderis, vix iniuriam reputauerit: ita & nobis faciẽdum. nesciunt enim qui contumelia nos afficiunt, quales simus, vtpote qui cœli ciues, & supernæ patriæ adscripti, & Cherubim socij sumus. Quare nolimus ægreferre, neq; contumeliã reputemus: nam si nos cognoscerẽt abstinerẽt: sed pauperes nos & miseros ducunt, ergo moueri minimè his verbis debemus. Dic quæso, si quis præueniens seruos suos aliquantulũ in diuersorio expectaret, & vel diuersorij dominus, vel alius quispiã in incognitũ illũ exasperaretur, & malediceret: nónne illius ignorantiam rideret? nónne error ille magis hominem delectaret? Nõ lætaretur perinde, ac si ad alium, nõ ad se illa iniuria pertineret? Ita & nos faciamus, in diuersorio sedemus expectãtes huius vię socios. Cùm omnes cõueniemus, tunc quos læserint, intelligent, tunc deiicient oculos, tũc erubescẽt, tunc dicẽt: Hi sunt quos stultè habuimus in derisum. His ergo duobus cõsolemur, & quòd non nos iniuriã accipimus, nam nos ignorant: & quòd si vlciscimur voluerimus, grauissimas illi postea dabunt pœnas. Sed absit vt quispiam tam immani & inhumano sit animo. Quid si à gentilibus nostris offendimur? Hoc non molestum est, imò perleue.

perleue. Quid tandẽ q̃ nõ eodẽ modo dilectos, qui nobis maledicũt, & quos ignoramus, patimur? Nam cũ iniuria affectos cõsolamur, frequẽter huiusmodi verbis vtimur, Frater est qui te offendit, perfer magno animo. Pater est & patruus. Quòd si patris & fratris nomina vereris, dicã propinquius. Nõ enim fratres tantũ inuicẽ sumus, sed & mẽbra, & corpus vnũ, cuius nomẽ magis reuereri debes? Nõ audisti gẽtile prouerbiũ, q̃ amicus cũ viciis ferendus est? Non audisti Paulũ dicentẽ, Alter alterius onera portate? Nõ vides amãtes? Cogimur enim cum à vobis nõ possumus, exemplũ inde sumere. Facit & hoc Paulus, inquiens: Patres carnis nostræ habemus eruditores, & nõ cõfundimur? Vel illud potius tẽpestiuius afferetur, qđ ad Romanos scribitur: Sicut exhibuistis mẽbra vestra seruire immũditiæ & iniquitati ad iniquitatẽ, ita exhibete mẽbra vestra seruire iusticiæ: propterea bono animo exẽplum cõplectamur. Non vides amãtes? hi nãq; meretricũ amore quot mala perferunt, alapis verberibusq; cæci, irrisi, innumeris iniuriis lacessiti, blãdo tamẽ morbo comprehensi, omnia sibi trãquilla & fœlicia arbitrantur: dũ vel semel suaue aliquid, & placidũ inde accipiãt, priorum omniũ obliuiscũtur, omnia secũda proueniũt, siue paupertas, siue morbus, siue quodcunq; aliud vel molestissimũ: vitã enim suã vel miserã, vel beatã, ex amicę affectu ducunt: neq; humanã gloriam, neq; infamiã curãt, sed & contumelias, & omnia magna cum voluptate propter illius amorẽ facilè tolerant: & si maledicat, si in faciẽ inspuat, rosis aspergi se putant. Et quid mirũ si hoc in illam animo sint, cùm etiam eius domũ, & si lutea sit, si ruinam minetur, omniũ tamẽ pulcherrimã censent? Et quid parietes dico? ipsis eñ locis vbi versantur vesperi visis excitantur. Date vt hoc in loco apostolicũ illud in mediũ afferam: Sicut exhibuistis mẽbra vestra seruire immũditiæ, ita exhibete seruire iusticię. Itidem & ego dico, vt illas dileximus, inuicem diligamus, & nullã molestiam nos pati reputabimus. Et quid inuicem dico? ita deũ diligamus. Nónne horretis audiẽtes tantã me à vobis in deum dilectionẽ exigere, quantam in meretricẽ conferimus? Sed ego horreo, q̃ neq; tantam præferamus, & si placet, sermonẽ nostrum prosequamur. Siquidẽ hoc grauissimũ est. Amata amantibus nihil boni offert, sed turpitudinẽ, ignominiã, contumeliã: hoc enim eius affert consuetudo. Deus autẽ cœlum, & cœlestia bona nobis proponit, & in filios & vnigeniti fratres nos adoptauit, & viuẽti tibi multa largitur, & mortuo resurrectionẽ, & tot & tanta daturũ pollicetur, quanta ne animo quidẽ complecti possumus, honorabiles & reuerendos facit. Rursum illa, omnia vult consumas, ac si in voraginẽ & in perditionem proiiceres. Deus tibi cœlũ semines iubet, & centuplum reddit, & vitã æternam. Illa te vt mancipio vtitur, amãti omni tyrãno grauius imperat: Deus verò inquit, Iam non dicam vos seruos, sed amicos. Animaduertis vtriusq; excessum, & illius malorũ, & huius bonorũ? Quid præterea? Illius gratia multi vigilant, & quæcunq; præceperit, libenter audiũt, domum relinquunt, patrem, matrẽ, amicos, pecuniam, & omnia sua deserunt. Dei gratia, vel nostri potius, nę tertiam quidẽm rerum nostrarũ partem aliquando largimur: sed & esurientem cõtemnimus, & nudum, neq; respõdere ipsis dignamur. Illius si vel ancillam, & barbaram ex medio foro amantes prõspexerint, blandè & læto vultu, & longiore sermone affantur, & nihil in tota vita præter eam esse arbitrantur, non principatũ, non regnum. Norunt qui hunc morbum experti sunt, maiorẽ gratiam habent imperanti amicæ quàm aliis inseruientibus. nónne meritò gehẽna, nónne merito innumera nos manẽt supplicia? Excitemur ergo, & ministeriũ saltem tantum deo exhibeamus, vel dimidiã eius partem, quã amãtes meretricibus, vel saltem tertiã. Fortasse iterũ horretis, vt ego: sed nolim verbis tantũ, sed & re. Nunc in hoc confessũ cor mouetur, egressi omnia abiicimus. Quod hinc emolumentũ? Si illic consumendæ essent pecuniæ, nemo defleret paupertatem, sed nõnunquam fœneratur: hìc si eleemosynæ admoneamur, filios, vxorem, domũ, & curam rei familiaris, & multas excusationes adducim⁹. Sed multa, inquies, illic voluptas est. Hoc est quod doleo, quod plango. Quid si ostendero hìc maiorẽ voluptatem, illic vix paruam: sed ignominiã, contumeliã, dispendium, inde bellũ & odium, hìc nihil huiusmodi? Quid huic voluptati æquiparandũ, dic quæso? Cœlũ & eius regnũ, clarissimámq; & perpetuam sanctorũ vitã expectamus. Sed hæc expectamus, illa experimur, inquies. Vis & hæc experiri? Considera quanta fruaris libertate, & quomodo neminẽ reuereris, neminem formidas, cùm virtutẽ amplecteris, nõ inimicũ, non insidiatorẽ, non calumniatorẽ, non æmulum, non riualem, non zelotypũ, non paupertatẽ, non morbũ, nihil deniq; humanũ. Illic & si plurima ad voluntatem cedant, & tanquã ex fonte diuitię affluant, riualium bellũ, & insidiæ omnium miserrimã vitam faciunt. Oportet enim, vt ad contemptibilis illius, & effœminatæ † voluntatẽ) bellum renouetur hoc innumeris mortibus grauius, & omni supplicio intolerabilius: hìc nihil huiusmodi. Fructus, inquit, spiritus dilectio, lætitia, pax, nullũ bellũ, neq; superflua pecuniarũ profusio, neq; post dispendiũ ignominia, siue obolũ des, siue panẽ, siue aquæ frigidę poculum, multa tibi gratia habebitur, & nihil te mœrore afficiet, sed omnia te & liberũ & gloriosum faciẽt. Quo modo ergo nos excusare poterimus? quã veniã consequemur, cũ hac via relicta viciis nos addicimus, & in caminũ ignis ardentẽ nos spõte nostra iactamus? Quamobrem hortor, qui hoc morbo detinẽtur, resipiscant, & respiciant sanitatẽ, neq; sinant se in desperationẽ incidere. Nã & filius ille multò etiam his grauioribus afficiebatur, sed cum ad paternã domũ rediit, in pristinum honorem repositus est, & eo qui semper probatus est, clarior apparuit. Hunc imitemur, & ad patrẽ vel serò reuersi, eam nos aliquando captiuitatem libertate vendicemus, vt cœlorum regnum consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

Homilia lxxix. ex cap. xvij.

Hæc locutus est Iesus, & subleuatis oculis in cœlum, dixit: Pater venit hora, clarifica filium tuum, vt & filius tuus clarificet te. Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum: & meritò sanè. Verbis enim philosophari facile est, re autẽ id ostẽdere generosi hominis est & magni. Quare Christus de patientia verba faciens, se proponit vnde exemplum accipiant. Propterea post hanc admonitionem ad orationem cõuertitur, erudiens eos, vt in tẽtationibus, omnibus omissis, ad deum cõfugiamus,

Universidad de Deusto Biblioteca

Cum enim dixisset,in mũdo tribulationẽ habituros, &eorũ mouisset animos,eos rursus per orationẽ erigit. Tãquã hominẽ enim adhuc discipuli Iesum intuebãtur,ideo propter illos hoc facit: & quẽadmo-
Supr. 11.f dũ in Lazari resurrectione, etiam causam affert, inquiẽs:Propter populũ qui circũstat dixi,vt credant, quia tu me misisti. Sanè inquies,sed illud propter Iudæos merito locutus est,ꝓpter discipulos autẽ quãnam gratia? Nõ absurda quidẽ. Qui enim post tot,&
Supr. 16.g tãta dicebãt,Nũc scimus,quia scis oĩa:maximè indigebant vt cõfirmarentur. Præterea neq; euangelista orasse dicit, sed subleuasse oculos in cœlũ, & potius sermonẽ ad patrẽ esse ait. Quòd si alibi orationẽ appellat,& genu flexũ dicit, tũc autẽ oculos in cœlum extulisse,noli perturbari: per ista eñ erudimur attẽtionẽ in orationibus adhibẽdã,vt stãtes suspiciamus non oculis carnis tãtũ, sed mẽtis,& vt flectamus genua, cõterentes corda nostra. Venit enim Christus nõ modo vt se nobis ostẽderet,sed vt virtutẽ nos erudiret. Magistrũ autẽ non verbis tantũ,sed re erudire oportet. Audiamus quid dicit: *Pater, venit hora, clarifica filiũ tuũ, vt & filius clarificet te.* Iterũ ostendit nõ inuitũ ad mortẽ venire. Quomodo enim,qui hoc fieri orabat:& non sui solius crucifixi, sed & patris gloriã appellabat? nã & ita euenit,neq; enim filius tantùm, sed & pater clarificatus est. Ante crucẽ enim ne Iu-
Esaiæ 1. dæi quidẽ ipsum norãt. Israël,inquit, me nõ cognouit: post passionẽ vniuersus orbis cucurrit. Inde dicit gloriæ modũ & quomodo ipsum glorificauerit, Sicut dedisti ei potestatẽ omnis carnis,vt omne quod dedisti ei,non pereat: Benefacere enim semper deo gloriã adfert. Quid autẽ est, Sicut dedisti ei potestatẽ omnis carnis? Iã ostẽdit prædicationem nõ in Iudæos tantũ cõstringi,sed in vniuersum etiã orbẽ extẽdi:& gẽtibus viã prẹstruit. Cũ enim dixisset, In viã
Mat. 10.a gentiũ ne abieritis: esset autẽ dicturus, Ite & docete oẽs gẽtes: ostẽdit hãc etiã esse patris voluntatẽ. Hoc nanq; multũ Iudẹos perturbauit,atq; etiam discipulos. Nõ enim postmodũ facilè tangere gentes patiebãtur,quoad spiritus sancti doctrinã acceperunt. Siquidẽ nõ parũ scandali hinc Iudæis prouenit. Ergo post tantã spiritus apparitionẽ Hierosolymis Petrus
†de linteo codex habebat σινδόνα: sed in actis apostolorũ cap. 11. habetur ὀθόνην. de vase enim siue linteo quadrupedia continente, ni fallor, intelligit. vix crimẽ purgare potuit,locutus sermonẽ† quẽ habuit apud Simonẽ.] Sed quid est,dedisti ei potestatẽ omnis carnis? Quãdo hanc accepit potestatẽ (interrogabo hẹreticos) ante,an post eorũ formationẽ? Ipse enim inquit postquã crucifixus est & resurrexit, Data est mihi omnis potestas,ite & docete oẽs gentes. Quid ergo: nõ habebat potestatẽ operũ suorum, sed fecit quidẽ eos,potestatẽ autẽ non habuit, postquam fecit? Atqui omnia ipsum fecisse apparet & superioribus tẽporibus:& alios quidem vt peccatores puniẽs, Num abscondã, inquit,à seruo meo Abrahã quid sim facturus? alios vt bonos honorãs. Itáne, tũc quidẽ habuit,nunc autẽ perdidit, & rursus accepit? Et quis hoc dæmõ diceret? Quòd si eadẽ & tunc, &
Mat. 28.d *Supr. 5.d* in præsentia potestas,inquit enim: Sicut pater suscitat mortuos,& viuificat, sic & filius quos vult viuificat. Quid hoc significat? missurus erat eos ad gẽtes:
Mat. 15.b ne ergo putarent rẽ nouã esse,cũ dixisset: Nõ missus sum,nisi ad oues quæ perierũt domus Israël, ostẽdit hanc etiã esse patris voluntatẽ. Quod si hoc perquã humiliter loquitur,nihil mirũ. Sic enim & illos tũc, & futuros ædificabat: & vt dixi, & semper dico, excessus humilitatis seruis multũ persuasit ad auditorũ

A imbecillitatẽ Christũ locutum. Sed quid significat, omnis carnis? Non enim omnes crediderunt. Atqui omnes,quod ad ipsum attinet,crediderunt. Quòd si nõ attenderũt,non magistro crimini abscribendum est,sed nõ accipiẽtibus. *Vt omne quod dedisti ei,det eis vitam æternã.* Si hoc in loco ad humani sermonis morẽ paulum descendit, non admireris: facit enim & dictarum causarũ gratia, & vt semper magnificẽ de se dicere caueat,cũ auditoribus nõ proficeret, nõdum magnũ aliquid de ipso opinantibus. Ioannes tamen cùm ex persona sua loquitur,non ita facit, sed altius erigitur,inquiẽs: Omnia per ipsum facta sunt,& sine *Supr. 1.a*
ipso factũ est nihil. Et ꝙ vita erat, & lux: & ꝙ in propria venit: non ꝙ non haberet potestatem, nisi accepisset,sed ꝙ aliis daret etiam filios dei fieri. Et similiter Paulus æqualẽ deo prædicat. Ipse autẽ Iesus ma- *Philip. 2.a*
B gis humano loquendi more loquitur. *Vt omne quod dedisti ei,det eis vitã æternam. Hæc est autẽ vita æterna, vt cognoscant te solum deũ verum,& quem misisti Iesum Christũ.* *Hæc dictio solum, nõ impedit quin filius sit verus deus.* Solũ verum deum,ad eorũ qui dij non sunt differẽtiam inquit. Ad gentes nanq; mittendi erant. Quòd si nõ tolerarẽt, sed propter hoc solũ filium verũ deũ esse negarent,ex hoc etiam deum* tollerent. Inquit enim,Gloriam quæ est à solo deo nõ quæritis. Quid ergo? non erit deus filius? Quid ni? †Si deus,& solius patris dicentis,constat etiam & verũ esse, & eius qui solus deus vocatur.] ** deũ esse reiicerent. i. eadẽ ratione filiũ non esse deũ asserere possent.* Quid cùm dicit Paulus: An solus ego & Barnabas: an Barnabam tollit? Minimè. *Supr. 5.g* Solus enim ad aliorũ ponitur differentiam. Quòd si non verus est deus,quomodo veritas? Multũ enim à vero veritas differt. Nõ verum hominẽ quid esse dicemus? Nónne non hominẽ? Sic si verus deus nõ est
C filius,quomodo erit deus? Quomodo nos deos facit & filios,nisi sit verus? Sed de his diligẽtius à nobis in aliis dictum est: quare alia prosequamur. *Ego te clarificaui super terrã.* Rectè sanè super terrã,in cœlo clarificatus erat,cùm naturalẽ haberet gloriam, & ab angelis adoraretur. Non ergo de gloria substãtiæ eius *† si deus est etiam si solus pater dicatur cõstat quòd etiã verus, licet pater solus verus vocetur.]* cõiuncta dicit,quam etsi à nemine laudetur, plenissimã habet,sed quæ humano cultu exhibetur. Igitur *1.Cor. 9.a* & illa particula, Clarifica me: hoc etiã modo intelligitur. Et vt cognoscas ita intelligendũ, audi quæ sequuntur. *Opus consummaui,quod dedisti mihi vt faciã.* Atqui res ipsa principium tantum habebat, vel potius ne principiũ quidem,quomodo ergo dicit, Cõsummaui? Vel quia futurũ tanquam factũ dicit,vel quod verius est,quòd omnia iam erãt perfecta: cum radix bonorum plãtata esset per quã omnino fructus pro-
D ducendi erant:& cum posteris affuturus esset, ipsósque adiuturus. Ideo iterum humilius condescendit, *Quod dedisti mihi.* Nam si in audiendo & discendo †perseueramus,] longè hẹc gloria eius minora essent. *† perseuerassent.]* *Roma. 8.f* Quod enim ad hoc propria voluntate venit, multis *Philip. 2.b* modis perspicuum est: vt cùm Paulus ait: Sic dilexit nos, vt traderet seipsum pro nobis: &, Semetipsum *Supr. 15.b* exinaniuit,formam serui accipiens: & iterum, Sicut dilexit me pater,sic ego dilexi vos: & nunc, *Clarifica me tu pater apud teipsum, claritate quam habui priusquam mundus fieret,apud te.* Et vbi claritas illa? Esto apud homines meritò inglorius sis ob carnis vestem assumptam, quomodo & apud deum clarificari quæris? Quid ergo hîc dicit? De incarnatione hic sermo habetur,cùm nondũ carnis natura clarificata esset, neque induisset incorruptionem, neq; in regiam se dẽ ascendisset: ideo non dixit, super terram: sed,apud

te. Hac

te. Hac nos claritate ꝓportione nostra donabimur, *Rom. 8.c* si virtutẽ amplectemur. Ideo Paulus inquit: Si tamẽ cõpatimur,vt simul glorificemur. Et ꝓfectò ĩnumeris sunt lachrymis ꝓsequẽdi, qui tãta proposita gloria,desidia & somno sibiipsis deficiũt. Et si gehenna nõ esset,adhuc omniũ essent miserrimi,quibus cùm liceat vnà cũ dei filio regnare,& glorificari,tãtis seipsos bonis defraudãt. *†minutatim incidi.]* Nõne si † laboribus cõfici,] si innumeras mortes mori,si innumeras animas, & totidẽ quotidie corpora traditũ iri oporteret: nõne,inquã,oĩa pro tãta gloria subeũda essent? Sed nos neq; pecunias cõtẽnimus,quas vel inuiti paulò pòst relinquemus. Nõ cõtemnimus,inquã,pecunias,quæ nos tot malis exponũt: quæ nõ nostrẹ sunt,sed hîc remanebũt: ministramus enim quæ nostra nõ sunt, etsi à maioribus nostris relicta. Cũ verò etiã gehenna nos maneat,& vermis perpetuꝰ,& ignis inextinguibilis, & stridor dẽtiũ: quomodo hẹc feremus, dilectissimi? Quousq; hæc nõ considerabimus,sed in bella,& cõtentiones,& inania verba omne tẽpus cõsumimus? Terrã nutrimus, corpus saginamus,animã verò contemnimus. Rerũ necessariarum nullã rationẽ,superfluarũ & inaniũ plurimã habemus. Magnifica struimus sepulchra,splẽdidas domos ædificamus, seruorũ caterua constipamur, & varios excogitamus dispẽsatores agrorum, domus,pecuniarũ, & principes principũ constituimus,animã omnino desertam relinquimus. Et quis horũ modus? Nónne vnũ ventrẽ saturamus? nõne vnũ corpus induimus? Quæ hẹc tãta rerũ perturbatio? Quid tandẽ vnã quã accepimus animã diuidimus,& in tot rerum curas distrahimus, molestã nobis seruitutẽ excogitãtes? Qui multis indiget,multorũ seruus est, etsi ea possidere videatur. Nam & seruorũ seruus dominus est, & magis ꝙ̃ illi seruitiũ subit. Pręterea sine seruis in forũ ire non audet,non in balneũ,non rus. Seruis autẽ sine domino liber est aditꝰ quò placet. Sed qui dominus videtur, nisi serui adsint,exire domo nõ audet: & si exierit,ridiculus sibi esse videtur. Fortasse aliqui nos irrident cum hæc dicimus, qui propterea magis deplorandi sunt. Nam ꝙ hæc seruitus sit,libenter te interrogarẽ, an velles egere aliquo,qui ori tuo panẽ, vel poculũ admoueret: nõne hoc miserabilẽ duceres seruitutẽ? Quid ergo si indigeres,qui te semper deferrẽt,nõne te miserũ,nónne infœlicẽ prẹdicares? Nónne & hoc simile est? Nihil etenim refert,an homines te, an iumenta ferãt. Quid quæso, nõne in hoc angeli à nobis differunt,ꝙ non egent vt nos? Igitur quantò paucioribus indigemus,tantò magis illis appropinquamus: quãtò pluribus,tantò magis ad hãc caducã vitã deflectimus. Et vt hoc ita habere se intelligas, senes interroga,quam vitam laudent,cum his rebus stultè vincebãtur,an cũ nunc vincũt? Propterea illos in testimoniũ vocaui,quoniã qui iuuentute inebriantur, maximã seruitutẽ non intelligũt. Quid, febribus laborantes,vtrũ cum quantò plus sitiendo bibũt,plus bibere desiderãt? an cùm in bonã restituti valetudinem illa siti liberati sunt, seipsos beatos existimant? Animaduerte in omnibus rebus miserũ esse, pluribus indigere,& qui lõgè à sapientia est,ei & seruitus & cupiditas intẽditur. Quid ergo spõte nostra nobis miseriã augemus? dic quæso, si sine tecto, & parietibus commodè viuere posses, & nihil te offenderet, nónne id eligeres? Quamobrem imbecillitatis argumẽta maiora facimus? Nónne propterea Adam bea-

A tum dicimus, quoniã nulla re indigeret,non domo, *Gene. 2.b* non vestibus? Sanè quidẽ. Verum nunc in necessitate constituimur: sed cur augemus? Nã si multi multa etiã de vitæ necessitate sibi defraudant,vt seruos,habitationes,pecunias: quam nos excusationẽ habebimus,qui tantùm necessitatẽ excedimus? Quãtò plura amplecteris,tãtò magis tuæ derogas libertati. Vera nanq; libertas est,nulla re indigere: in secũdo loco, miminis,quã angeli habent. Quòd autẽ in mortali corpore hoc quispiã consequatur, cõsidera quã laudãdus sit. Hoc & Paulus Corinthiis dicebat: Ego *1. Cor. 7.e* autẽ vobis parco. Et,ne tribulationem carnis habeãt huiusmodi. Ideo *χρήματα. i. pecuniæ dicũtur,vt iis **χρήματα λέγεται ἵνα χρώμεθα εἰς δέον.* in necessariis vtamur,nõ vt seruemus eas & defodiamus. Hoc enim nõ est possidere,sed possideri. Quòd si cõsideraremus quomodo eas augere possimus,nõ vt ad necessitatẽ vteremur,ordo peruerteretur,& il-
B læ nos,nõ nos illas possideremus. Liberemus igitur nos hac graui seruitute,& tandem in libertatem nos vendicemus. Quid tot,& tã varia nobis vincula excogitamus? Non sufficit tibi naturæ vinculũ, & vitæ necessitas,& tot rerũ turba, sed & aliis te retibus intricas? Et quãdo poteris de cœlo cogitare, & eius altitudinẽ speculari? Satis erit,satis si his omnibus præcisis vinculis supernã ciuitatem adire poterimus,tot alia restant impedimẽta,quæ vt superemus,paupertatem amplectamur. Hoc enim pacto vitam æternã cõsequemur,gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi,cum quo patri gloria,simul & spiritui sancto,in secula seculorum,Amen.

Homilia lxxx. ex cap. xvij.

C *MAnifestaui nomen tuũ hominibus,quos dedisti mihi de mũdo. Tui erãt,& mihi eos dedisti,& sermonẽ † meũ] seruauerũt.* Magni consilij* angelus *† tuum.]* dicitur filius dei,& aliorũ quæ docuit gratia,& prin- *Esa. 9.b* cipaliter ꝙ patrẽ hominibus annũciauit,& ꝙ in præ- ** ἄγγελος i. angelus, legatus, nuncius.* sentia inquit, Manifestaui nomẽ tuum hominibus. Nam cùm opus suũ consummasse dixisset, quale id opus sit,enarrat. Atqui manifestũ erat nomen: nam & Esaias inquit,† Iurastis] deum verum. Sed vt sæpe *† Iurabitis]* dixi, & nunc dicã, licèt manifestũ esset, Iudæis erat manifestũ,nec tamẽ omnibus: nunc de gẽtibus loquitur,nec hoc tantũ manifestat, sed ꝙ patrẽ ipsum norant. Neq; est idẽ nosse rerũ opificem esse, & filiũ habere. Manifestauit autẽ eius nomẽ & verbis,& re. *Quos dedisti mihi de mundo.* Quemadmodũ superius in- *Supr. 6.g* quit: Nemo venit ad me,nisi fuerit ei datũ,& nisi traxerit eũ pater meus: ita & hoc in loco, Quos dedisti
D mihi. Atqui ipse se viam esse dixit. Vnde cõstat duo his verbis innuere,ꝙ neque contrarius patri sit,& ꝙ eius voluntas est,vt filio credãt. *Tui erant, & mihi eos dedisti.* Hîc docere intẽdit se multũ à patre dilectum. Nihil enim opus esse vt eos acciperet, vel inde constat,ipse eos & fecit,ipse eorum curam habet perpetuò. Quomodo eos accepit? Sed quod dixi, concordiã cũ patre significat. Quòd si hominis more quispiã vellet,vt dictũ est,id inuestigare,nõ amplius erũt patris. Nã si cũ pater eos habuit, nõ habuit filius: sanè cõstat, cũ dederit eos pater, à iure dominij decidit:& quod absurdius, apud patrẽ contemptos fuisse,cùm ad filiũ venerũt,tunc honorem adeptos. Sed hæc vel dictu ridicula. Quid ergo? Et per hæc ostendit ꝙ ei visum sit eos filio credere. *Et sermonem † meũ] seruauerunt. Et nunc cognouerunt,quia omnia quæ dedisti mihi,abs te sunt.* Et quomodo sermonem tuum seruaue- *† tuum.]*

 runt?

Universidad de Deusto Biblioteca

Supr.3.d runt?Credẽdo mihi,& nõ acquieſcẽdo Iudæis. Qui
credit ei,inquit,ſignauit quia deus verax eſt.*Quidã
dicũt nũc tandem cognouiſſe Ieſum,oĩa ſibi à patre
data:ſed ratio non conſtaret,quomodo ignoraturus
eſſet filius opera patris:ſed de diſcipulis dictũ eſt.Ex
quo eñ eã dixi,inquit:Omnia quæ dediſti mihi,abs
te eſſe didicerunt.Nihil alienũ, nihil propriũ mihi à
te eſt.Quod enim propriũ mihi,idẽ & tibi. Nã pro-
priũ tanquam alienũ multis in locis ponit. Cogno-
uerũt ergo ꝙ omnia quæ docuerim,tua eſt doctrina.
Et vnde hoc didicerũt? A verbis meis. Sic enim do-
cebam,nec hoc tantũ,ſed ꝙ à te veni, hoc enim per
totũ curauit euangelium. *Ego pro eis rogo.* Quid dicis?
Tanquam ignorantẽ patrem doces, tãquam ad ho-
minem ignarũ loqueris? Quid ſibi vult hæc diuiſio?
Ecce ꝙ nulla alia cauſa habet orationẽ, niſi vt intel-
ligãt,quam in ipſos habeat charitatẽ.Qui enim non
ſua tantũ præbet,ſed & aliũ ad id hortatur, & rogat,
multã præ ſe fert dilectionẽ.Sed quid ſignificat, Pro
eis rogo?Nõ pro toto mũdo,inquit,ſed pro iis, quos
dediſti mihi.Et frequẽter vtitur hoc verbo, Dediſti,
vt idẽ & patri videri intelligerẽt: inde cum dixiſſet,
Tui erant, & tu eos mihi dediſti: vt prauã ſuſpicionẽ tol-
leret,ne quis nouũ ipſius arbitraretur imperiũ,& nu
per eos accepiſſe, inquit: *Mea omnia tua ſunt, & tua*
*mea,& clarificatus ſum in eis.*Ecce æqualitatẽ. ne enim
audiendo,Quos dediſti mihi,aut ſub patris volũtate
non eſſe, aut nihil anteà ad filiũ pertinuiſſe arbitra-
reris,vtrunq; his verbis tollit: quaſi dicat, Noli quia
audis patrẽ mihi eos dediſſe, exiſtimare alienos iam
à patre eſſe,mea patris ſunt: neque ꝙ dixerim patris
eſſe,alienos à me ducas:nã quę patris ſunt,mea ſunt.
Itaq; ea particula,Dediſti:ad auditorũ tantum dicta
eſt imbecillitatẽ. Quæ pater habet, filij ſunt: & quæ
filius,patris: hoc neq; de filio, inquãtum homo,dici
poteſt,qui ſanè minor eſt. Nã ꝙ pater maior ſit,pla-
nè conſtat:cõtrà,minimè.Hic autẽ*fit cõuerſio,ipſa
autẽ cõuerſio æqualitatẽ oſtendit, hoc & alibi dixit:
Omnia quæ patris ſunt,mea ſunt: de cognitione lo-
cutus.Illa autẽ particula,Dediſti mihi,& huiuſmodi
non tanquã alienum ſe veniſſe,vt eos ad ſe traheret,
ſed ꝓprios accepiſſe ſignificat. Inde cauſam & pro-
bationem adducit.Et clarificatus ſum in eis:hoc eſt,
vel ꝙ in mea ſunt poteſtate,vel ꝙ clarificãt me, cũ
tibi & mihi credunt,& ſimiliter clarificant. Quòd ſi
nõ ſimiliter clarificatus eſt in eis,non iã ipſius eſſent,
quæ illius.Nemo enim in quibus nõ habet poteſta-
tẽ,clarificatur. Quomodo autẽ ſimiliter clarificatus
eſt?Omnes pro eo vt pro patre moriũtur, & tanquã
patrem prædicant: & quemadmodũ in nomine pa-
tris omnia fieri dicũt,ita & in filij.*Et iam nõ ſum in mũ-*
*do,& hi in mundo ſunt:*hoc eſt, quãuis in carne nõ ap-
pareã,per hos glorificor. Sed quid frequẽter ſe in
mundo nõ eſſe,& cùm in mũdo eſſet, ſe eos confir-
maſſe dicit:nunc cũ diſcedat,patri eos commendat?
Quę omnia ſi quis ſimpliciter accipiat,multa ſeque-
rentur abſurda.Qua enim ratione nititur,ꝙ nõ ſit in
mũdo,& cùm abeat alij cõmendet?Hęc enim vt pu-
ri hominis,& † diſcipulis ſe gratificãtis] verba ſunt.
Vides vt nõnulla hominis more ſecundũ eorũ men-
tem loquitur,qui ipſius pręſentia ſe tutiores arbitra-
bantur:ideo inquit,*Cùm eſſem cum eis,ſeruabã eos.* Atqui
ait,Venio ad vos,& vobiſcũ ſum vſq; ad cõſumma-
tionem ſeculi.Quomodo ergo tanquam diſceſſurus
Mat.28.d loquitur?Vt dixi,ſecundũ eorum opinionẽ, vt pau-

* *Quidã pro* ἔγνωκαν.*i.cognouerũt legunt* ἔγνωκα.*i.cognoui. quos hic reprehendit.*

* ἀντιστρέφει.*i.fit cõuerſio: vt quæ ſunt patris, eadem ſint & filij: & cõtra, quæ ſunt filij,eadẽ ſint & patris.*

† *à diſcipulis in perpetuũ diſcedentis]* χωριζομένου, *interpres* χαριζομένου *legiſſe videtur.*

A lulũ recrearentur,cùm ſe patri cõmendari intellige-
rent. Cùm enim multis adhibitis cõſolationibus nõ
acquieſcerẽt,iã patrẽ alloquitur,vt ſuũ in illos amo-
rem demõſtraret:quaſi diceret,Ex quo me ad te ac-
cerſis,tutos eos reddas:ego enim ad te venio. Quid
dicis?Nõne tu potes ſeruare eos? Quid ni? Cur ergo
ita dicis?*Vt habeant gaudiũ meum impletũ:*hoc eſt, ne im
becillitate ſua perturbarẽtur. His verbis ad eorũ re-
creationẽ & læticiã hæc omnia ſe locutũ oſtẽdit.Nã
aliter ſermo cõtrarius videretur. *Nunc autẽ non ſum in*
*mũdo,& hi in mũdo ſunt.*Ita enim opinabãtur illi, ideo
ad eorũ deſcendit imbecillitatẽ.Nam ſi dixiſſet,Ego
ſeruo eos, non crediſſent:ideo inquit,*Pater ſancte,*
*ſerua eos in nomine tuo:*hoc eſt,[auxilio.]*Cũ eſſem in mun-*
do,ſeruabã eos in nomine tuo. Iterũ vt homo loquitur, &
vt propheta. Nuſquã enim apparet in nomine eius
B feciſſe.*Quos dediſti mihi ego cuſtodiui,& nemo ex eis periit,*
*niſi filius perditionis,vt ſcriptura impleatur.*Et alibi inquit: Supr.6.d
Omne quod dediſti mihi,nõ perdã ex eo. Atqui nõ & Pſal.
ille tantũ perditus eſt,ſed multi poſtmodũ: quomo- 108.b
do ergo inquit,nõ perdam? Quantũ in me erit,non
perdã:quod & alibi apertius ſignificauit:Non eiiciã Supr.6.d
eũ foras.Nã mea cauſa nõ expellã, non derelinquã,
ꝙ ſi ſponte ſua reſilient,vi eos non traham.*Nunc ad te*
*venio.*ecce humanius poſitã particulã. Quòd ſi quis
ex hoc minorẽ filium voluerit, minorẽ faciet & pa-
trem.Cõſidera à principio,partim docentis & ei ex-
planantis vicẽ gerit,partim * præcipientis. Docẽtis, * ὡς παραινοῦν
vt cùm dicit:*Non de mundo tollas rogo.* Pręcipientis,vt,
Ego cuſtodiui eos vſque modò,& nemo periit, & tu ſerua eos.
& iterũ,*Tui ſunt,& mihi eos dediſti,& cùm eſſem in mun-*
*do, ſeruabam eos.*Quæ omnia ſoluuntur, ꝙ ad audito-
C rum dicta ſunt imbecillitatẽ.Nam cùm dixiſſet,*Ne-*
*mo ex eis periit,niſi filius perditionis:*addidit,*Vt ſcriptura im*
*pleretur.*Quę ſcriptura?Quę de eo multa prędixit.Nõ
tamen propterea periit vt impleretur, de quo ſupe-
rius multa verba fecimus. Hic enim ꝓprius modus
ſcripturæ eſt,vt quæ euentus ſunt, pro cauſa ponat.
Et omnia diligẽter inueſtigãda ſunt,&dicentis mos,
& ſubiectũ,& ſcripturæ lex: † quæ deprauanda non † ſi aberra-
ſunt.]Fratres nolite,inquit,pueri fieri ſenſibus. Hæc re nolim⁹]
autem nõ modò ad ſcripturas intelligẽdas legenda 1.Cor.14.d
ſunt,ſed etiam ad vitã inueſtigandam. Etenim pueri
parui magna nõ deſiderant,vilia ſolẽt admirari,cur-
rus,equos,aurigas,rotas luto factas, hoc aſpectu de-
lectantur.Quod ſi regẽ in curru aureo ſedentem, &
mulos albos iunctos, & eximiũ cultum viderint, ne
reſpiciunt quidẽ.Præterea & puellas ex creta ornãt,
D veras autem & pulchras neſciũt, & in multis aliis re-
bus itidem afficiuntur.Tales nõnulli nunc viri repe-
riuntur,nulla his cœleſtiũ cura,ſed ad lutea tãquam
pueri obſtupeſcunt,& terrenis diuitiis blandiuntur,
& gloriã & voluptates huius ſeculi magnipendunt:
quæ ita puerilia ſunt,vt illa.Quæ verò & vitæ, & glo
rię,& requietis cauſa ſunt,nõ curant:ſed vt pueri his
priuati deflent,illa autẽ ne deſiderare quidẽ norunt:
ita & multi in ętate ꝓuecta.Ideo inquit:Nolite pue-
ri fieri ſenſibus.Pecunias cõcupiſcis,nõ diuitias per-
manentes,ſed pueriles ludos.Si quem plũbeum nũ-
mum admirantẽ,& ad eum colligendũ inclinantem
ſe videres,nonne eum quàm pauperrimũ iudicares?
Tu autem etiam viliora congregans, inter diuites te
annumeras?& qua hoc ratione nititur?Illũ nanq; di- Diues
uitem dicimus,qui omnia pręſentia contemnit.Ne- quis.
mo parua hęc, argentum,aurum,& huiuſmodi ima-
ginarias

ginarias diuitias ridere poterit,niſi maiorũ deſiderio
teneatur,quẽadmodum neque plũbeum numũ,niſi
aurea poſſideat.Tu quoq; cùm videris hominẽ vni-
uerſum orbẽ prætercurrentem,& negligẽtem,nulla
alia cauſa eũ facere putato, q̃ quòd ad maiora reſpi-
cit.Sic agricola pauca ſemina cõtẽnit, quãdo maio-
rẽ meſſem expectat.Quòd ſi pro ſpe incerta, quę ha
bemus,contẽnimus: longè magis pro certiſſima ex-
pectatione id nobis faciendũ eſt. Quare vos hortor
atq; obſecro,ne nobis ipſis ſimus detrimẽto, néve ꝓ
luto ſupernis nos theſauris fraudemus,& culmorũ&
palearũ plena naui portum ſubeamus. Quiſq; de no
bis dicat,quid velit,ægrè ferat noſtrã aſſiduã admo-
nitionẽ,nos nugatores appellet,graues,moleſtos,nõ
Dan.4.e ceſſabimus ab admonẽdo, & cũ propheta omnibus
vobis frequẽter prædicabimus:Peccata tua eleemo-
ſynis redime, & iniquitates tuas in miſerationibus
pauperũ,& ſuſpẽde eas ĩ collo tuo.Neq; hodie qui-
dẽ facias,& cras deſiſtas. Etenim corpus hoc quoti-
diano cibo indiget:ita & anima,& longè etiã magis:
quẽ niſi impẽderis,& imbecillior fit,& turpior. No-
limus contemnere periclitantẽ,quotidie multa vul-
nera accipit,nũc cupiditatis,nunc iræ,nunc acediæ.
Maledicit,vlciſcitur,inuidet,cui medicina exhibẽda
eſt,neq; parua eſt eleemoſynæ medicina,quę omni-
Luc.11.f bus vulneribus adhiberi poteſt: Date eleemoſynã,
inquit,& oĩa vobis mũda erũt.Eleemoſynã,nõ aua-
riciam: quæ ex alieno datur,eleemoſyna nõ manet,
quanuis indigẽtibus impẽdas.Eleemoſyna eſt, quæ
omni caret iniquitate.Hęc oĩa mũda facit,hæc ieiu-
niũ,hæc humi dormire exuperat,quãuis moleſtiora
& laborioſiora ſint illa:hæc tamen lucroſior. illumi-
nat animã,ſaginat,pulchram & decoram facit. Non
adeò athletas oleæ præmiũ excitat,vt pietatis certa-
†manus,] tores hoc oleũ corroborat.Vngamus ergo†animas,]
vt aduerſus hoſtem certemus audẽter.Qui egenorũ
miſereri cogitat,ſtatim auariciã exuet. Qui in dãdo
pauperib⁹ perſeuerat,mox irã deponet, & ſuperbiã.
Quemadmodũ enim vulneratos frequenter curan-
do, medicus facilè in aliorũ calamitatibus commo-
uetur,cùm humanã intelligat naturam: ita & nos ſi
ad opitulãdũ pauperibus cõueniemus, philoſopha-
bimur, neq; diuitias admirabimur,neq; magnũ ali-
quid pręſentia bona ducemus:ſed omnia cõtemne-
mus, & magnanimi ad cœlũ intenti,facilè ſempiter-
na bona conſequemur,gratia & benignitate domi-
ni noſtri Ieſu Chriſti,cum quo patri gloria, ſimul &
ſpiritui ſancto,in ſecula ſeculorum,Amen.

Homilia lxxxj.ex cap.xvij.

EGo dedi eis ſermonẽ tuũ: & mũdus odio eos habuit,
quia nõ ſunt de mũdo, ſicut ego non ſum de mundo.
Cùm virtuti operã damus,&mali homines
perſequũtur,& nos derident,nolimus ægreferre,ne-
que dolere:ita enim ſe res habet. Semper odiũ parit
apud malos virtus,inuidẽt enim bene viuere volen-
tibus,ſibi excuſationẽ arbitrati, ſi aliorũ gloriã car-
punt.Odio habẽt,qui contraria q̃ ipſi faciunt,& pro
viribus adnitũtur, vt illorum vitam criminibus inu-
rant:ſed nõ propterea doleamus, hoc enim virtutis
Supr.15.e ſignum eſt,ideo Chriſtus inquit:Si de mũdo eſſetis,
Luc.6.d mũdus quod ſuũ eſt amaret. Et iterum alio in loco,
Væ vobis cũ benedixerint omnes homines:idcirco
& hoc in loco ait, *Sermonẽ tuum dedi eis, & mundus odio*
eos habuit. Iterũ cauſam affert, quare digni ſint quo-
rum pater curã habeat. Propter te odio habiti ſunt,

A inquit,& propter ſermonem tuum: itaq; digni ſunt
protectione tua.*Non rogo vt tollas eos de mundo,ſed vt ſer*
ues eos à malo. Iterũ exponit ſermonẽ,& manifeſtiorẽ
reddit:quod nihil aliud ſignat, q̃ quòd multã de his
curã habet:cùm eos tam diligenter cõmẽdet.Atqui
ipſe dicebat omnia facturũ patrem,quæ peterẽt: cur
ergo pro his rogat?Nulla alia, quàm prædicta ratio-
ne,vt dilectionem ſuam demonſtraret.*De mundo non*
*ſunt,ſicut ego non ſum de mũdo.*Quomodo ergo alibi di-
cit:Quos dediſti mihi de mũdo,tui ſunt? Illic de na- Hic ſup.a
tura,hîc de malis operibus locutus eſt.Et multis eos
laudibus proſequitur,primũ ꝙ non ſunt de mundo,
Inde ꝙ ipſe eos dederit,& ſermonẽ eius cuſtodierĩt,
& ꝙ propterea odio habeantur. Quòd autem dicit,
Sicut ego nõ ſum de mundo,noli perturbari: illa e-
nim particula, ſicut,non eſt indiſcretæ certitudinis.
B Vt enim cũ de patre & ipſo dicitur, ſicut ſumma æ-
qualitas indicatur propter naturę cognationẽ, ita cũ
de nobis & ipſo dicitur,maxima per vtriuſq; naturæ
differẽtiã diuerſitas.Nã ſi peccatũ ipſe nõ fecit,neq; Eſa.53.c
dolus inuentus eſt in ore eius:quo pacto ei Apoſtoli
poterant cõparari?Sed quid ſignat,nõ ſunt de mun-
do?Ad aliud ſpectant, nihil cum terra communicãt,
ſed cœli facti ſunt ciues:& ex hoc amorẽ ſuũ oſten-
dit,cùm apud patrẽ eos laudat & cõmendat. Id au-
tem verbũ, Serua eos: non à periculis tantùm dicit,
ſed vt in fide perſtent:ideo adiecit,*Sanctifica eos in ve-*
*ritate tua.*Fac ſanctos per ſpiritus exhibitionẽ, & do- Supr.15.a
ctrinã rectam.Et ſicut cũ inquit, Mũdi eſtis propter
ſermonem quem locutus ſum vobis: ita & nunc in-
ſtrue eos,doceas veritatẽ. Atqui hoc ſpiritus officiũ
dicit.Cur nũc à patre id poſtulat? Vt iterum æquali-
C tatis admoneare. Recta de deo doctrina animã ſan-
ctificat. Quòd ſi verbo dicit ſanctificari,ne admire-
ris.Nã ꝙ de doctrina loqueretur,addidit: *Sermo tuus*
*veritas eſt.*hoc eſt,ꝙ nullũ in eo eſt mendaciũ. Quòd
ſi veritas eſt,omnino quicquid dicit,futurum eſſe,&
nihil figuratum,nihil corporeũ demonſtrat.Sicut &
Paulus de eccleſia ait, ꝙ ſanctificauit eam in verbo: Ephe.5.e
ꝙ enim verbum dei purgaret, intelligebat. Videtur
autem mihi & aliud ſignificari per illã particulam,
Sanctifica eos: perinde ac ſi diceret, Segrega eos &
verbo,† & prædicatione:]& hoc etiam ex ſequenti- † & præ-
bus conſtat.*Sicut enim* inquit,*me miſiſti in mundum, &* dicationi]
*ego miſi eos.*Quod& Paulus dicit,Ponẽs in nobis ver- 2.Cor.5.d
bum reconciliationis: pro quo enim Chriſtus abiit,
pro hoc hi orbem terrarum comprehenderunt.Hîc
etiã hoc verbum, ſicut, non ſimilitudinis eſt ad deũ,
D & ad apoſtolos.Quomodo eñ taliter homines mit-
ti poterant?Mos autem ei eſt de futuro tanquam de
præterito loqui. *Et pro eis ſanctifico meipſum, vt ſint ſan-*
*ctificati in veritate.*Quid ſibi vult,Sãctifico meipſum?
Offero tibi ſacrificiũ.Sacrificia omnia ſancta dicun-
tur,& propriè ſãcta quæ deo dedicata ſunt. Cũ an-
tiquitus in figura ſanctificatio eſſet in ouibus, nunc
non in figura,ſed in veritate:ideo inquit,Vt ſint ſan-
ctificati in veritate tua.Etenim eos tibi commendo,
& oblationem facio,ſiue propter caput hoc fieri di-
cit,ſiue quia ipſi ſacrificati ſunt. Conſtituite, inquit, Rom.12.a
membra veſtra hoſtiam viuentem, ſanctam: &, Re- Pſal.43.d
putati ſumus vt oues occiſionis: &, ſine morte ho- Sap.3.b
ſtiam eos facit,& oblationem. Nam quòd hoſtiã ſui
ſignificaret,dicendo,Sanctifico: conſtat ex ſequen-
tibus,cùm pro eis moreretur.Dicẽs autẽ,Pro eis ſan
ctifico meipſum, ne quis arbitraretur ꝙ pro apoſto-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lis hæc solùm faceret, addidit: *Non pro his rogo solùm, sed & pro credentibus per sermonem eorum in me.* Hinc iterũ eorum animos erigit, indicans multos futuros discipulos: cùm enim quod habebant eximium, cõmune fecit, iterum eos consolatur, ostendens eis aliorũ salutis futuros authores. Ex quo autem de eorũ salute, & sanctificatione per fidem & sacrificium dixit, iam ad cõcordiam eos exhortatur, in quo sermonem suũ concludit vnde inceperat. Dixerat enim, mãdatum
Supr. 13.g nouum do vobis, *Vt sint vnum sicut tu pater in me, & ego in te.* Iterum, sicut, non exactæ æqualitatis est, neque enim ita vnum esse poterant, sed pro humana facul-
Luc. 6.e tate, sicut cùm dicit: Estote misericordes, sicut pater. Quid signat, In nobis? in fide in nos. Nam cùm nihil adeò omnes perturbet, vt dissensio, id agit vt vnum fiant. Quid ergo? hócne assecutus est? Sanè quidem. Omnes enim per apostolos credẽtes vnũ sunt, quãuis nonnulli ex his dissentiant, neq; hoc eũ latuit, sed
Supr. 13.d prædixit hominum desidiam. *Vt mundus credat, quia tu me misisti.* quod & in principio dixit: In hoc cognoscent omnes, quia mei estis discipuli, si inuicẽ diligi-
1. Cor. 14. b tis. Et quomodo hinc erant crediturí? Quia pacis est deus, inquit. Si ergo quæ ex his didicerunt, seruauerunt, à discipulis magistrũ auditores intelligẽt: si dissentient, nõ inueniẽt dei pacis esse discipulos. Si nõ ero pacificus, à te missum non confitebuntur. Vides quo pacto ad finẽ vsque cum patre concordiã confirmat? *Et ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis:* hoc est, signorũ & doctrinæ, & vt concordes sint. Hæc enim claritas, vt sint vnum, atq; etiam maior signis. Quẽadmodum enim deũ admiramur, q̃ nulla dissensio, nulla pugna est in eius natura, & hæc maxima gloria est: ita & hi propterea clari efficientur. Et cur patrem hoc postulat, cùm ipse se dare profiteatur? Nã siue de signis, siue de concordia, siue de pace ei sermo sit, hęc se exhibere apparet, vnde constat consolandi eos gratia postulare. *Ego in eis, & tu in me.* Quomodo dedit claritatẽ? In eis manẽdo, & secũ patrem habendo, vt eis opitularetur. Alibi autẽ non per se
Supr. 14.c patrem, sed se & patrẽ aduenire, & mãsionem apud eos facere dicit. Illic Sabellio silentiũ imponens, hìc Ario. *Vt sint consummati in vnũ, Vt cognoscat mũdus, quia tu me misisti.* Frequẽter hoc dicit, vt potentiorẽ pacẽ, quàm signa ad persuadendũ demõstret. Sicut enim discordia debilitat, ita concordia corroborat. *Et dilexi eos, sicut me dilexisti.* Hìc iterũ, sicut, ponitur ad morem vt hominẽ diligi licet, & vt dilectionis argumẽtum, q̃ seipsum pro eis dederit. Cum ergo dixisset in securitate futuros, q̃ non mutabuntur, q̃ erunt sanD cti, q̃ multi per eos erunt crediturí, q̃ multam gloriã consequentur, q̃ non solũ ipse eos dilexerit, sed etiã pater: iam prosequitur quæ post eorum hinc migrationẽ erunt futura, quæ præmia, quæ essent eis coronæ repositæ. *Pater,* inquit, *quos dedisti mihi, Volo Vt vbi sum ego, & illi sint mecum.* Quod semper quærebãt, dicentes: Quò vadis? quid dicis? Id pollicitus es, quod nondum habebas? Quomodo ergo eis dixisti: Sede-
Mat. 19.d bitis super sedes duodecim? Quomodo alia, & plura maiora pollicitus es? Ecce quòd omnia ad humanã respiciunt imbecillitatem. Nam quomodo dicebat:
Supr. 13.d Sequẽris autẽ postea? Sed ad maiorẽ certitudinem, & amoris ostensionem hæc dicit. *Vt videãt claritatem meam, quam dedisti mihi.* Iterum hoc concordiæ ad patrem indicium altius quàm priora. *Ante cõstitutionem mundi,* inquit: quod & ipsum aliquãtulum ad humaA nam naturam respicit. Dedisti mihi, inquit. Quod si non ita est, libenter negãtes interrogarem: Qui dat, alicui subsistenti dat: num primũ generauit, inde claritatem dedit, antè ingloriũ dimisit? Et quánam hoc nititur ratione? Vides, q̃ dedisti, pro genuisti intelligitur? Sed cur nõ dixit, vt participent: sed, vt videant claritatẽ? Hìc ostẽdit q̃ omnis ea requies est spectare filiũ dei, hoc claros esse facit: qđ & Paulus inquit, Reuelata facie gloriã domini speculãtes. Quemad- *2. Cor. 3.e*
modum enim qui in Solis radios intuentur, aërẽ nacti tenuissimũ visu voluptatem percipiunt: ita tunc, & lõgè etiã maior orietur vobis voluptas. Simul autẽ nobis ostendit, † q̃ non hoc videtur] sed admirãda quædam substantia. *Pater iuste,* † *mundus*]*te nõ cognouit.* quid hoc signat? Quámnam habet consequentiam? Ostendit neminẽ scire deũ, nisi solos qui filium cognoscunt: hoc est, Volebam omnes hoc esse, sed nõ B cognouerunt te, quanuis nihil possent arguere: hoc enim significat, Pater iuste. Hoc mihi asperius dictũ videtur, q̃ tam bonum, tam iustum cognoscere noluerint. Cũ eñ Iudæi deũ se scire, ipsum autẽ nescire dixissent, ad hoc respõdet inquiens, Dilexisti me ante mũdi constitutionem, se aduersus Iudæorũ calumnias excusans. Qui claritatẽ accipit, qui ante mũ di constitutionẽ dilectus est, qui testes vult eos illius claritatis: quomodo cõtrarius esset patri? Non igitur hoc est quod dicunt Iudæi, q̃ ipsi te cognoscũt: ego autẽ minimè, sed contra omnino. Ego te noui, non alij. *Et hi cognouerunt, quia tu me misisti.* Vides q̃ eos notat, qui ipsum à deo nõ esse dicebant, & ad hoc omnem refert sermonem? *Et notum feci eis nomen tuum, & notum faciam.* Atqui spiritus perfectam cognitionem
C inquis, sed quæ spiritus sunt, mea sunt. *Vt dilectio, qua dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis.* Si enim intelligerẽt, qui tu sis, tunc scirent me alienum non esse, sed maximè dilectũ filium, & coniunctũ. Qui hoc, vt decet, credunt, & fidem in me, & veram seruant dilectionẽ, & qui me verè diligũt, in his ego sum. Vide quomodo in perfectum finem desinit, in dilectionẽ omnium bonorũ matrẽ. Credamus ergo, & diligamus deum, ne de nobis dicatur: Cõfitentur se nosse deũ, *Ad Ti. 1. d.* operibus autẽ negant: & iterum, Fidem negauit, & *1. Tim. 5.b* est infideli peior. Cùm enim ille & familiaribus, & cõsanguineis, & alienis subuenit, tu ne sanguine quidem coniunctis vlla charitate afficeris: quænam tibi erit excusatio, † cùm deũ & maledictis & contume- † *cũ deum propter te maledictis & cõtumeliis afficiatur?*
liis prosequaris?] Considera quot bonis benefaciẽdi occasiones dederit deus. Alij vt consanguineo, alij
D vt vicino, huic vt ciui, illi vt homini misereri iussit. Quòd si horum nihil te cohibet, sed omne amoris vinculum dissoluis, audi Paulum, qui te infideli peiorem asserit, quoniam ille nihil de eleemosyna, nihil de cœlo audiẽs, te humanitate superauit. Tu inimicos diligere iussus, familiares vt inimicos intueris, & pecuniis magis parcis, quàm corporibus. Atqui diuitiæ absumptæ, nihil mali patientur, hic contemptus consumitur, Quæ ergo insania pecuniis parcere, & non gentilibus? vnde hoc desiderium ortum habuit, vnde hæc inhumanitas, atque crudelitas? Si quis tanquam in editiori theatri loco sedens, totum mundum, & omnia humana despiceret, consideret quantam reprehenderet stulticiam, quot lachrymas profunderet, quo risu moueretur, quãtum odiũ cõciperet. Ea enim facim°, quæ risu, lachrymis, odio digna sunt. Ille canes pascit, vt feras syluestres capiat,

capiat, & ipse in feritatẽ incidit. Ille asinos pascit, a- A
lius tauros, vt lapides trãsferat: homines contemnit, cùm fame tabescũt, & innumerã consumit pecuniã, vt lapidei homines effingãtur. † Verè homines lapidei, qui calamitosos despiciũt.] Alius gẽmas & aurũ miserè colligens, parietes vestit, pauperũ corpus nudum videns nulla flectitur misericordia. Alij vestes vestibus addũt, alius autẽ neq; ipsum corpus nudũ vestire nouit. In iudiciis itẽ alius aliũ cõsumit. Alius in meretrices, & parasitos, alius in mimos & saltatores, alius in splẽdida & magnifica ędificia, in emẽdis possessionib° & domibus impẽdit. Ille præterea vsuras cõputat, alius vsurarum vsuras, alius chirographa cædium plena cõficit, neq; vel nocte conquiescit, & proximorũ malis inuigilat. illucescẽte die hic ad iniustum lucrũ, ille ad dispendiũ in luxu: alius ad pecu latũ currit, & superfluis rebus, & prohibitis maximũ studiũ impenditur, necessariis nullũ. Iudices autem B
nomen quidẽ iudicum habent, re autem latronũ, & homicidarum. Et si quis cõtrouersias, & testamenta perquirat, innumera etiã hic mala, fraudes, furta, insidias deprehẽdet, circa quæ omnes nostri conatus, spiritaliũ ratio nulla, sed ad ecclesiã vt tantùm videãt cõcurritur. Verùm non hoc est quod quærimus, sed operibus nobis & pura mente opus est. Nam si toto die auariciæ studueris, inde huc ingressus pauca verba dixeris, non modò deũ non placaueris, sed plurimum irritaueris. Si tibi dominũ tuum conciliare voleris, opera exhibeas: intellige calamitosorũ onera: intuere nudos, esuriẽtes, iniuria affectos, quibus multas tibi humanitatis vias sternere poteris. Nolimus nos ipsos frustra & incassum viuẽdo seducere: neq; q̃ nunc bene valeamus aspernemur, sed memoriam C
subeat, q̃ morborũ vi nonnunquã morimur. Cauca mus futura mala, & hac formidine meliores efficiamur, ac si maximè simus reprehendendi. Qui enim in iudiciis dicũt, canibus similes sunt: qui in foro, vulpibus: qui vitam desidẽ viuũt, neq; hi vt decet exercentur, cùm in spectaculis bonos mores corrũpant: Qui has res increpet, videm° neminẽ: qui inuideãt, & se eadẽ non posse ægrè ferãt, multos. Itaq; punien
Rom. 1.d tur etiã, nõ solùm qui malorũ sunt authores, sed qui facientibus cõsentiunt. Voluntas enim eadẽ est, quę similiter dat pœnas. Hæc ergo quotidie repeto, neq; cesso, si quis mihi auscultauerit, lucrabitur: si nemo, sciatis velim vel hæc nobis profutura. Vos ipsos accusabitis, nos ab omni culpa vacui. Sed absit, vt hanc nos afferamus excusationẽ, sed vt nobis gloriæ sitis apud Christi tribunal, vbi simul sempiternis bonis D
cum eo perfruamur, quẽ decet gloria, simul cum patre & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

Veros autem homines propter eorũ nam obrigentes despicit.

Homilia lxxxij. ex cap. xviij.

Hæc cùm dixisset Iesus, egressus est cũ discipulis suis trans torrentẽ Cedron, vbi erat hortus, in quem introiuit ipse & discipuli eius. Horrendum quid mors est & formidolosum, sed nõ iis qui supernã sapientiam contẽplantur. Qui futura non intelligit, & ipsam tantùm vitæ finẽ reputat, non ab re & horret, & formidat, ac si nihil futurus sit. Nobis autẽ qui gratia dei, incerta & occulta sapiẽtiæ eius didicimus, & migrationẽ mortem arbitramur, minimè formidandum est: sed lætandũ atq; desiderandũ, vt à caduca hac & mortali vita ad meliorẽ, & longè clariorem; nullo fine cõprehensam trãsferamur: quod Christus operibus nos erudiẽs, non vi & necessitate, sed spõte ad passionẽ venit. *Hæc,* inquit, *cùm dixisset Iesus, egressus est trans torrentẽ Cedron, vbi erat hortus, in quẽ introiuit ipse & discipuli eius. Sciebat autẽ & Iudas, qui tradidit eum, locum: quia frequẽter Iesus cõuenerat illuc cum discipulis suis.* Media nocte iter facit, torrentẽ transit, & ad locum proditori notũ properat, vt laborẽ eis demeret: & ostẽdit discipulis se ad mortẽ spontè proficisci: quod maximè ad eorũ consolationem faciebat. Etenim in horto tãquã in carcere cõmoratur. *Hæc cùm dixisset.* Quid dicis? Patrẽ orauerat. Quare nõ dicis post orationem in hortũ veniſſe? Quia non oratio, sed sermo fuerat ad discipulos.] Introierũt autem discipuli in † *propter discipulos.*
hortũ, ita metu eos liberauit, ne ingredi recularent. Vnde autẽ Iudas eò contenderit, vnde didicerit, eo cõstat, q̃ multùm extra pernoctabat Iesus. Neq; eñ si domi ageret, Iudas ad hortũ properasset, sed domum, vt dormientẽ cõprehenderet. Ne ergo hortũ secretum recessum opinareris, addidit, quòd sciebat Iudas locũ: neq; hoc tantùm, sed quòd frequẽter Iesus cõueniebat illuc cum discipulis suis. Sæpenumero enim cũ his priuatim de necessariis loquebatur; quæ alios audire non licebat. Facit autẽ hoc in montibus & in hortis, locũ procul à tumultu maximè sibi deligẽs, ne doctrina impediretur. *Iudas autem cùm accepisset cohortẽ, & à põtificibus & Pharisæis ministros, venit illuc.* Et hi sæpe aliàs miserunt ad Christũ comprehendendum, sed non potuerũt. Vnde constat spõte sua se tradidisse. Et quomodo Iudas cohorti persuasit? Militares erãt viri, & mercede omnia audebant. *Iesus autẽ sciens omnia quæ ventura erant super eum, processit & dixit ad eos: Quem quæritis?* hoc est, † non corũ aduen † *non expectauit vt ab illorũ aduentu ea cognosceret,*
tu abstitit interrogare,] sed intrepidè tanquã omnia scies & dicit & facit. Quare autẽ cum armis veniũt? Timebãt sequentes Iesum, & propterea etiam intẽpesta nocte aggressi sunt. *Dicit eis: quẽ quæritis? Responderunt ei, Iesum Nazarenũ.* Vides vim insuperabilem; quomodo in medio existẽs eos cęcauit? Quòd enim non tenebris id noctis cõtingeret, ostẽdit euangelista, cùm dicit faces habuisse, quas nisi habuissent, saltem voce cognitus esset. Quòd si illi Iesum ignorabant, non tamẽ Iudas ob continuã cum eo consuetudinem. Aderat enim, neq; magis agnoscebat, sed cum aliis retrorsum cecidit. Fecit autẽ hoc Iesus, demonstrans non solùm nõ posse eos se capere, sed ne medium quidẽ videre, nisi seipsum traderet. *Iterũ dicit, Quẽ quæritis?* O dementiam: verbo eos prostrauit, nec conuersi sunt tantam virtutem intelligẽtes, sed iterum aggrediuntur. Cùm autem quod suum erat, implesset, iam se tradit inquiẽs, *Dixi vobis quia ego sum. Stabat autẽ & Iudas qui tradebat eum.* Animaduerte euãgelistæ tolerantiã. Nõ maledicit proditori, sed factũ narrat. Vnum duntaxat curat demonstrare, quòd se capi permiserit. Inde ne quis diceret, quòd ipse Christus eos ad se capiendũ adduxerit, & se manifestans in manus eorũ dederit, cùm ostẽderit primum quibus facilè moueri & auocari debebant, & tamen in proposito perstitissent, & minimè iam possent excusari, tunc se tradidit inquiẽs, *Si ergo me quæritis, sinite hos abire.* ad vltimam vsq; horã suam in eos benignitatẽ præ se ferens. Si me vultis, inquit, dimittite hos. Ecce meipsum trado. *Vt impleretur sermo quem dixit: Quia quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quenquam.* Perditionem autem dicit non mortis, sed illam æternam. Euangelista autem & in præsenti hoc accepit. Admirari autem quis posset, cur non comprehenderint etiam

cum

Universidad de Deusto Biblioteca

cum Iesu,vt verberarēt discipulos, † & Petrū maximè,qui eos serui aurē abscindēdo irritarat.]Quis ergo eos cōtinuit? Nemo alius quàm quæ eos retrorsum proiecerat potētia:quod euāgelista non eorum mentis,sed †supernæ] virtutis eos coërcētis fuisse significat inquiēs,vt sermo impleretur quē dixit, Nō perdidi ex eis quenquā. Petrus ergo hac voce,& his quæ iam facta viderat fretus,cōtra irruētes armatur. Et quomodo,inquies,qui iussus est neq; perā habere,neq; duas tunicas,gladiū habet?Vt puto,hoc metuens iam se præmunierat. Quòd si dixeris,quomodo cui præcipit ne alapam inferat, homicidā agit,& maximè cum nō vlcisci præcipiatur?Verum non se, sed magistrū vltus est. Præterea nondū perfectæ & cōsummatæ virtutis erāt.Quòd si vis Petri sapientiā intelligere, videbis postmodū cæsum, & æquo animo omnia perferentē, & nullis malis, nullis calamitatibus perturbatū.Iesus autē etiā hoc in loco miraculum facit,simul erudiēs nos,ꝙ in persecutores nostros, beneficos nos esse oportet.Et cum suā manifestaret potestatē,seruo illi aurē restituit.Petro autem dixit,quòd qui gladiū accipiūt,in gladio peribūt: & ei,vt in lauādo minatus est, vt eius conatū retunderet.Et serui nomen meminit euāgelista,quoniā magna res erat,nō tātum ꝙ eum curauerit:sed & quòd paulò pòst esset ab eo alapā acceptur',†hinc ad persecutiones tolerādas voluit discipulos erudire.] Atqui etiā propterea nomē posuit euāgelista,vt legentes tunc possent diligētius inquirere,an ita se res habuisset: nec simpliciter dexterā auriculam dicit,sed mihi videtur apostoli impetū velle ostēdere, ꝙ ferè in ipsum caput irruit.Iesus autē non minis tantū Petrum cohibet,sed & alios sedat,inquiēs:*Calicem quem dedit mihi pater*,†*non vis vt bibā illū?*] Ostēdens non illorum potētiæ id adscribendū, sed permissioni suæ: ac etiā ꝙ non esset deo cōtrarius, sed obediret patri vsq; ad mortē. *Tunc cōprehenderunt Iesum,& ligauerunt eum,& adduxerūt eum ad Annā primū.*Quare ad Annā? Vt rem ostentarent, & tanquā triumphum ducerēt. *Erat autem Annas socer Caiaphæ,qui erat pōtifex anni illius. Erat autē Caiaphas qui consiliū dederat Iudæis, quòd expedit vnū hominē mori pro populo.*Cur iterum huius nos prophetiæ admonet?Vt pro salute hoc factū demōstraret,& tantā esse veritatis excellentiā,vt & inimici eā prædixerint. Ne ergo vinculorū mentione auditor perturbaretur,id meminit, quoniā salus orbis terrarū eius mors esset. *Sequebatur autē Petrus,& alius discipulus.* Quis alius? Ipse qui hæc scripsit. Et cur se non nominat?Cum enim supra pectus Iesu recumberet, meritò se silentio præteriit.Sed qua gratia in hoc loco?Eadē ipsa,nàm & hic quoq; rem pręclarā narrat, ꝙ aliis diffugiētibus ipse sequeretur,ideo & suū nomen silet,& Petrū sibi præponit,& sui meminisse tamen coactus est, vt intelligas eū cæteris diligentius, quæ in aula principis facta sunt,enarrare,vtpote qui aderat.Et animaduerte quomodo propriæ laudi demit.Ne quis enim diceret,quomodo omnibus aufugientibus ipse ingressus est?causam affert,ꝙ esset notus pōtifici,ne quis se secutū admiraretur, néve id ei fortitudini adscriberet.Illud mirandū,ꝙ Petrus tam timidus,cū alij abiissent,vsq; ad aulā venerit. Quòd enim eousq; venerit,amoris:ꝙ non ingrederetur,timoris erat indiciū:ideo hæc scripsit euāgelista,præoccupās negationis excusationē.Neq; enim tanquā rem magnā ait se notum pontifici,sed cùm solum se

† *& maximè cum Petrus eos irritasset serui aurē abscindendo.*]
† *eius qui cōprehensus erat.*]
*Mat.*10.*b*
† *& quòd bellū hinc aduersus discipulos excitandū cohibuit.*]
† *an nō bibā illū?*]

A cū Iesu ingressum esse dixisset,ne putares animi magnitudine factū,causam affert. Quòd autē & Petrus †ex illius fauore]ingressus esset,ex sequētibus ostendit.Cum enim exiit,& cum ostiaria egit,vt introduceretur,statim intrauit Petrus.Cur autē ipse non introduxit?Christū spectabat,& sequebatur,ideo iussit mulieri vt eum introduceret.Quid mulier? *Nunquid & tu ex discipulis es hominis huius?Dicit ille:Nō sum.* Quid dicis Petre?Nōne dudū dixeras,si oportuisset animā pro eo ponere,te positurū?Quid ergo?Ne ostiariam quidem rogantē perferre potes? Num miles,nū aliquis eorū qui Iesum ceperant, te rogabat? Vilis erat ostiaria & abiecta,neq; asperè percōtata. Nō dixit, deceptoris & perditi illius discipulus es,sed hominis huius,tanquā eius misereretur.Sed nihil horū pertulit.Dixit autē,Nunquid & tu?quia Ioannes†aderat,] B adeò benignè locuta est mulier.Sed nihil horū intelligebat Petrus,neq; rem aduertit,ꝙ primò,quòd secūdò,ꝙ tertiò negaret,nisi cum gallus cātauit. Neq; hoc aduertisset,nisi in miserū illum Iesus oculos cōiecisset.Et ipse quidē calefaciebat se cum seruis principis.Iesus intus ligatus tenebatur. Hæc autē dicim' non in Petri accusationē,sed ad ostendendum Christum vera prædixisse.*Princeps ergo interrogauit Iesum de discipulis suis,& de doctrina.*O maliciā,cum frequenter in templo loquentē,& palàm docentē audisset,hoc percōtatur. Cùm nullū haberēt crimē quod obiicerent,de discipulis rogabat, fortasse vbi essent,& qua gratia eos collegisset, & quid vellet,& in quibus his vti:hoc autē dicebat quasi seditionis & nouitatis eū arguēs, & ꝙ nemo alius ipsi crederet præter illos,& tanquā quoddā esset maliciæ *instrumentum:quod C arguēs Christus,inquit,*Ego palàm locutus sum mūdo*,nihil priuatim discipulis. *Ego semper docui in tēplo.* Quid ergo?nihílne secretò discipulis dixit? Dixit sanè, sed non quod illi arbitrabātur,quod timeret,& seditiones strueret:sed cùm aliquādo altiora, q̃ quæ multitudo capere posset loquebatur. *Quid me interrogas? interroga qui audierūt.*Non arrogāter respōdet,sed fretus veritate,quod igitur in principio dicebat: Si ego testimoniū perhibeo de meipso,testimoniū meum est verū : idē & hoc in loco,ex abundātia suū vult testimonium cōfirmare. Nā cùm de discipulis princeps percontaretur, ait:Me de meis rogas?roga inimicos, insidiatores,qui me ligarūt, vt testificentur. Id enim veritatis maximū est argumentū,cùm quis inimicos in eorū quæ dicit,testimoniū adducit.Princeps autē cū ita quærendū esset,non quæsiuit:*sed vnus ex astātibus ministris dedit ei alapā.* D Quid hoc impudentius?Exhorrescat cœlū,cōtremiscat terra de Christi patientia,& seruorū impudētia.Et quídnam dixerat?Neq; enim tanquā respōsum detrectās dicebat, Quid me interrogas?sed vt omnē impudētiæ materiā tolleret: & cùm percussus esset, & omnia sternere & delere in sua haberet potestate, loquitur quæ omnē feritatē placare facilè potuissent.*Si malè locutus sum*,inquit, *testimoniū perhibe de malo.* hoc est, Si mea verba reprehēdere potes,ostēde:*sin minus,cur me cædis?*Vides iudiciū tumultus & perturbationis & cōfusionis plenū? Rogauit princeps subdolè & dolose, respōdit Iesus vt oportuit.Quid cōsequēs erat?vel cōfutare,vel acquiescere . sed neutrū facit. Verùm seruus eū cædit, hoc non iudiciū est,sed violētia.Inde neq; sic quicquam habētes quod accusarēt,mittūt eum ligatū ad Caiaphā. *Erat autem Petrus stans & calefaciens se.* Papæ, quo

† *si permissum fuisset*]
*Matt.*26.*d.*
† *intus erat,*
* ἐργαστήριον, *officina, fornix, taberna.*
*Supr.*8.*b*

A quo sopore calor ille vehemēs Petri contabuerat capto Iesu?Neq; post tot mouetur, sed adhuc se calefacit,vt intelligas quàm imbecilla sit humana natura, cum nos deus deserit.Et rogatus iterū negat.*Tunc cognatus serui illius,cuius Petrus auriculā absciderat*,ea re motus ait,*Nónne ego te vidi in horto?* Neq; hortus,neq; immensus amor,quē Iesus illic ostēderat,verborū eius Petrū admonuit, sed omnia formidine exciderunt. Sed cur euāgelistæ omnes in hoc describēdo cōcordarunt?Non vt discipulum accusarēt,sed vt nos erudirent quantū mali sit nō omnia deo cōmittere, sed sibiipsi cōfidere. Tu autē admirare magistri curā & diligentiā, ꝙ & captus & ligatus discipulo consulit, intuitu suo iacentē excitās, & ad lachrymas mouēs. *Ducunt ergo Iesum à Caiapha ad Pilatū.*Factū autem hoc est,vt iudicū multitudo vel inuitis veritatem extorqueret.*Erat autē manè.*antequā gallus cātaret,ad Caiaphā ducitur,mane ad Pilatū. B Quibus verbis ostendit euāgelista à media nocte ad mane à Caiapha interrogatum,in nullo conuictū fuisse.Ideo misit eum ad Pilatū,sed illa aliis dimittēs, ipse quæ secuta sunt enarrat.Tu autē Iudæorū stultitiā considera,qui innocentē armati cōprehenderunt.*Non tamē ingrediuntur prætoriū ne contaminarētur.* Et quænam quæso contaminatio ingredi prætoriū, vbi iniusti pœnas dant? Decimātes mentā & anethū : at cùm iniustè interficiunt,cōtaminari se non existimāt, sed cùm ad prætorium veniūt.Sed cur ipsi nō interemerūt?Multum de eorū imperio iam ademptū erat à Romanis:præterea timebāt ne à Pilato accusati,pœnas postmodū darēt.Sed quid significat, vt māducarēt Pascha? Atqui Iesus iam id fecerat vna die azymorū:Siue ergo Pascha totā appellat solennitatē, siue quod tunc fa- C ciebant,Christus autē pridie cædē suam in parasceue reseruās,quādo antiquitus celebratū erat, ipsi autem armati,quod non licebat,& fundētes sanguinē, locū cauent,Pilatū ad se euocāt: *qui egressus ait,Quam accusationē affertis aduersus hominē hūc?* Vides longè distantem & diuersum ab illorū ambitione & inuidia? Cùm enim & ligatū,& tāta caterua ad se adductum videret,nō tamē manifestæ putauit accusationis indicium,sed interrogat, absurdū ratus, iudicium eos pręsumere,suppliciū sibi permitti.Illi autē,*Si non esset hic malefactor,nō tibi tradidissemus eū.*O dementiā,quid non adducitis in mediū quid fecerit, sed obtegitis? Quid non arguitis eum ? Ecce quòd vbiq; iustā deuitantes accusationē,nihil tandē afferunt.Annas de doctrina percontatus est, quo audito misit ad Caiapham,& ipse cum interrogasset,nec quicquā depre- D hendisset,misit ad Pilatū.Pilatus ait, Quā accusationem affertis cōtra hunc? Neq; habent quid respondeant,sed cōiectura quadam vtuntur.Tum Pilatus. *Accipite eum vos,& secundū legē vestrā iudicate eum.Dixerunt ergo Iudæi:Nobis nō licet interficere quenquā. Hoc autē dixerūt,vt sermo Iesu impleretur,quē dixit significās qua morte esset moriturus.* Et quomodo hoc significabāt?Non licet nobis interficere quenquā:aut dicit euāgelista, quoniā non pro Iudæis tantùm, sed & pro gentibus erat moriturus : vel quòd crucifigere eis nō licebat. Quòd si dicūt non licere interimere,eo tēpore intelligendū est : nam ꝙ interemerūt & alia morte,argumento est Stephanus lapidatus,sed crucifigere eum desiderabant,vt etiam mortis genus iactarēt.Pilatus autē ad euitandū molestiā, breuibus Iesum interrogat:*Tu es rex Iudæorū?Respōdit Iesus:A temetipso hoc dicis,*

*Mat.*23.*c & Luc.*11.*f*

A *an alij dixerūt tibi de me?* Cur hoc interrogat Christus? Vt prauum Iudęorum animum detegeret.Audierat enim hoc à multis Pilatus: nā cùm illi nihil accusare possent, ne lōga fieret discussio,qđ semper in primis accusabatur, id nunc Pilatus percōtatur. Nam cùm dixisset Iudæis,Secundū legem vestrā iudicate eum: vt ostenderēt non esse in Iudæos tantum peccatum, non licere sibi dicūt. Non enim legi nostræ,sed cōmuni crimini obnoxius est : quod intelligēs Pilatus, vt experiretur,rogat, Tu es rex Iudæorū? Non ergo quod nesciret Christus interrogat,sed vt ipse Pilatus Iudæos accusaret,inquit, alij dixerūt tibi? Quod Pilatus indicās ait:*Nūquid ego Iudæus sum?Gēs tua,& †pontifices tui tradiderūt] te mihi, quid fecisti?* Hic se excusare voluit,inde cùm dixisset,tu es rex? arguens eū Iesus, hoc (inquit)audisti à Iudæis?Qua gratia nō diligēter B rem ipsam inquiris ? Dixerūt me malorū authorem, percōtare quid mali fecerim:sed hoc nō facis,simpliciter causas struis.*A teipso hoc dicis,an aliūde?*†Quo audito Pilatus,quid statim respōdeat ignarus,] Tradiderunt te mihi, inquit, oportet vt te quid feceris interrogē.Tum Iesus,*Regnū meū non est de hoc mūdo.* Erigit Pilatū vt nō multùm ad eorū comparationē malum:& vult ostēdere se non purū hominē,sed deum & dei filiū esse,inquiēs:*Si ex hoc mundo esset regnū meū, ministri mei vtique decertarēt,vt nō traderer Iudæis.* Quod tūc Pilatus metuebat,tollit,tyrānidis videlicet suspicionē.An nō est mūdi huius Christi regnū?Quídni? Quomodo inquit non esse?Non ꝙ hoc etiā nō possideat,sed ꝙ in cœlo habeat imperiū, non humanū, sed lōgè maius atq; præstantius: quod si ita est,quomodo captus est?spōtè se tradēs. Quod nō tacet,sed C si ex hoc mūdo essem, inquit, ministri mei decertarent,vt non traderer. Ostēdit in hoc loco regni nostri imbecillitatē, quod in seruis habeat potestatem: supernū autem regnū sibiipsi sufficiēs est, & nullius indiget.Hinc hæretici ansam inueniunt alienū eum ab opifice esse. Quid ergo cùm dicit ; In propria venit?quid cùm, Non sunt de mūdo, sicut ego nō sum de hoc mūdo ? Sic & regnū suum dicit hinc nō esse, nō ꝙ mundū prouidētia ac protectione sua priuet: sed,vt dixi,neq; humanū, neq; caducū esse demonstret.Quid ergo Pilatus?*Ergo rex es tu?Respōdit Iesus:Tu dicis,quia rex sum.Ego in hoc natus sum.* Si ergo rex natus est,& alia omnia *nata sunt, & nihil habet quod acceperit:itaq; cùm audis,Sicut pater habet vitā in semetipso,sic dedit & filio vitā habere,nihil aliud quā generationem arbitreris, & in aliis similiter.*Et ad hoc* D *veni,vt testimoniū perhibeā veritati.*hoc est,vt hoc ipsum dicā,†faciā]& persuadeā omnibus.Tu autem homo hæc audiens, & videns dominū tuum ligatum & circuntractū,noli præsentia quicquā reputare. Nónne perabsurdū & indignū est, si Christus propter te ea sustinuit,tu ne verba quidē sępenumero perpeti possis?Ille insputus est,tu te vestibus ornas & annulis:& si nō apud homines laudaris, miserā te vitam viuere arbitraris. Christus opprobriis & maledictis afficitur,ad derisum alapis cæditur : tu ab omnibus laudē captas,& non fers opprobria Christi. Nónne audis Paulum dicētem,Imitatores mei estote,sicut & ego Christi?Si quis te maledictis prosequitur, recordare domini tui,quē ad derisum adorabāt, & verbis & re distrahebāt & irridebant : ipse verò non modò non vltus est, sed beneficiis & summa humanitate & clemētia affecit. Hūc nos imitemur,ita poterim' omni ignominia

† *pontifices tradiderunt*]
† *At interim quòd quidē audiuerit statim dicere nō potest, sed temere populū sequens.*]
Supra 1.*a*
*Ibid.*17.*c*
* *hoc est, naturaliter ea à patre habet. vide Theophyl.*
Supra 5.*d*
† *doceam*]
1.*Cor.*11.*a*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ignominia liberari. Nō enim qui iniuriatur, sed qui paruo animo iniuriis dolet, is iniurias confirmat, †& irritat iniuriantē.] Si enim nō ægrè eas ferres, nō affi cereris iniuria. Non enim ab inferētibus, sed ab acci pientibus fit vt graues sint. Quid tandē doles? Si im meritò te cōtumelia affecit, tātò minus tibi dolendū est: imò illi magis misereri oporteret. Sin iure, tātò æ quiori animo tolerandū. Quē admodū enim si quis te pauperē, vt diuitē appellaret, laudarétq;, nihil ad te illæ laudes, sed potiº in risum verterētur: ita si quis falsò calūniaretur, nihil id ad te. Quòd si te cōscientia reprehēdit, nulla verba perturbēt, sed vitā emenda, hoc in veris reprehēsionibus dico. Cùm autē pau pertatem quispiā, aut ignobilitatē arguet, eum ridē dū ducas: non enim dedecori est audiēti, sed dicēti, vtpote sapiētiā ignorāti: sed cùm hūiusmodi in multitudine ignorantiū veritatē dicūt, intolerabile vul nus efficitur: immo hoc maximè ferēdum, cùm tibi testis sit spectaculū laudantiū te, atq; accipientiū, †illis lædētibus & exprobrātibus.] Non enim qui vlei scitur, sed qui nihil respōdet, admirationi est apud sa pientes. Quòd si p̄sentes stulti sunt, propterea maxi mè eos rideas, & theatro cœlesti cōgratulare: illic enim omnes te laudabūt, tibi plaudēt, te accipiēt. Si quidem vnus angelus toti mundo cōferri potest. Et quid angelos dico, quādo ipse te dominus laudabit? His cogitationibus nos exerceamus: neq; enim cri mini dandū est, si qui lædit or silet: sed cōtrà, si vlci scitur. Nam si crimē esset, nō vtiq; dixisset Christus:

Matt.5.f Si quis percusserit te in dexterā maxillā, p̄ebe illi & alterā. Si igitur falsa quis dixerit, ei misereamur, q; si bi accusatiuū supplicium adstruit, neq; scripturas le

Esal.49.c gere dignus est. Peccatori enim, inquit deus, vt quid tu enarras iustificationes meas? Sedēs cōtra fratrem tuum calūniaris. Sin vera dixerit, etiā sic miserabilis

Luc.18.b est. Nam & Pharisæus vera locutus, nihil tamē offen dit malè audiētē, sed ei profuit: se bonis priuauit, sibi his maledictis naufragiū intulit. Itaq; vtrinq; ille est qui offenditur: tu autē si æquo animo perferes, du plici ratione lucraris, & quia tibi silētio, & modestia deū propitiū reddis, & materiā accipis, vt ex verbis facta emēdentur, & gloriā humanā contēnas. Etem hinc nobis dolor exoritur, q, multi hominū inhiant opinioni. Sic si voluerimus philosophari, probè intel ligemus nihil res humanas esse. Discamus igitur, & vicia nostra recēsentes, ea tēpore corrigamus, & hoc mēse vnū, alio aliud, & ita subsequēter meliores effi ciamur: & sic tanquā per gradus quosdā ascendētes,

Gen.28.b per scalā Iacob ad cœlū peruenie mus. Etenim scalæ illæ mihi per illā visionē paulatim per virtutes ascen sum significare vidētur, per quā à terra in cœlū ascē dere nobis licet, non gradibus sensibilibus, sed morū incremēto & correctione. Hoc ergo iter, hunc ascē sum aggrediamur, vt & cœlum, & cœli bona conse quamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria in secula seculorum, Amen.

Homilia lxxxiij. ex cap. xviij.

EGo in hoc natus sum: & ad hoc veni in mundū, Vt testimoniū perhibeā veritati. Omnis qui est ex veritate, audit vocē meā. Mirabilis res est patien tia, quæ tanquā in trāquillo portu animū constituit, eúmq; & ab aduersis vētis, & fluctibus tempestatum liberū reddit: hāc nos Christus cùm semper, tum ma ximè docuit cùm iudicatus est, ductus huc, illuc di

Hic sup.d stractus. Etenim apud Annā perquàm māsuetè re

spondit, & cædēti seruo ea dixit, quæ omnē fastū tol lere potuissent: & inde ad Caiphā, demum ad Pilatū ductus, tota nocte in his cōsumpta, in omnibus mirā prætulit mansuetudinē, & dicētibus maleficum esse, neq; quo eum arguerēt habētibus, tacuit tamē: cùm de regno interrogatus est, tūc locutus est ad Pilatū, eruditus eum, & ad altiora erigēs. Quid autē Pilatus illis præsentibus Iesum non interrogat, sed prætoriū ingreditur? Magnā quandā de eo habebat opinionem, & sine alicuius tumultu omnia ab eo intelligere volebat. Rogāti autem, Quid fecisti? nihil ad hoc respondit Iesus, sed ad id quod valde cupiebat Pila tus, hoc est de regno suo respōdet, inquiens, Regnū meū non est de hoc mūdo: quasi dicat, Rex sum, nō tamen qualē arbitraris, sed longè præstantior. Hinc ostēdit se nihil mali fecisse: vt etiā cùm prosequitur, In hoc natus sum, & ad hoc veni in mundū, vt testi monium perhibeā veritati: inde cùm inquit, Omnis qui est ex veritate, audit vocē meam: allicit eum, vt aures his adhibeat. Si quis enim verus est, inquit, & amat veritatē, sanè me audiet. Hoc pacto eum pau ceis verbis allicit, vt petat, *Quid est veritas?* Sed primum rei ipsi instat. †Rogauit autē, quoniā tēpus id postu labat, tūc] cum è Iudæorū manibus eripere cogita bat: ideo exiuit, aitque, *Ego nullā in eo inuenio causam.* Et cōsidera quàm prudenter: non dixit, si errauit, & di gnus est morte, solēnitati eum cōdonate: sed primū omnino excusat, inde ex abundantia rogat, si nolint aliter innocentē dimittere, saltē vt nocentē tempori cōdonēt: ideo subdidit, *Est autē cōsuetudo vobis, vt vnū dimittā in Pascha.* Inde verecūdē, *Vultis ergo* inquit, *di mittam vobis regē Iudæorū? Clamabant omnes, dicentes: Non hunc, sed Barabbā.* O mentē sceleſtā, similes sui petūt. Scelestū dimitti, insontē puniri iubent. Sic enim eis antiquitus mos fuerat. Tu autē in omnibus cōsidera domini benignitatē. *Tūc flagellauit eum Pilatus.* Fortas se vt ita sedato Iudęorū furore, inde eum dimitteret. Cùm enim prius eum liberare non potuisset, in hoc eis satisfacere arbitratus est, si verberaret, & quæ tūc facta sunt in eum, fieri permitteret: vt purpurea ve ste circundaretur, & corona spinea eius capiti impo neretur: ideo ita coronatum ad Iudæos eduxit, vt ea ignominia eorū iram & furorē aliquantulū sedaret. Et quomodo milites hæc faciebāt, siquidē non præ ceperat Pilatus? Ad Iudęorū gratiam. Neq; enim no ctu à Pilato iussi cum Iuda profecti sunt, sed pecunia à Iudęis allecti, omnia audebāt. At Iesus in his omni bus tacebat. Tu autē nō solùm hæc verba audias, sed in animo perpetuò serues velim: & cùm orbis terra rum & angelorū regem à militibus irrisum, & verbis & re ignominia affectū, & omnia æquo animo tole rantem videris, eum re ipsa imitare. Cùm enim dixis set Pilatus, Regem Iudæorum: ad deridēdum, vt re gem induerunt. *Hoc pacto eduxit eum Pilatus,* inquiēs: *Nullā in eo causam inuenio.* Exiuit Iesus spinis corona tus, non tamen Iudæorum ira sedata est, sed clama bant: *Crucifige, crucifige eum.* Videns Pilatus omnia fru strà tētari, *Accipite,* inquit, *eum vos, & crucifigite.* Quibus verbis constat, ad eorū cohibendū furorem illa fieri permisisse. Ego enim, inquit, nullā in eo causam inuenio. Animaduerte quot modis iudex Iesum ex cusat, sed nihil canes illos mouebat. Illud enim ver bum, Accipite & crucifigite: indignātis est & monē tis, vt ipsi rē non permissam patrarent. Ipsi duxerant eum, vt præsidis iudicio damnaretur: contrà autem

contigit,

contigit, vt potius sententia eius absolueretur: quod veriti, *Nos legē habemus,* inquiūt, *& secundū legē nostram debet mori: quia filiū dei se fecit.* Quomodo ergo dicente præside, Accipite eum, & secundū legem vestrā iudi cate eū: dicebatis non licere vobis quenquā interfi cere: nūc autem legē adfertis, quòd mori debeat? Et considera accusationē, Filiū dei se fecit: hoc crimini dandum est? Dic quæso, quid mirū, vt qui dei opera facit, si se dei filium nuncupet? Quid Christus? *Nihil*

Esa.35.c *respōdet,* implens propheticū illud, q, non aperuit os suū. In humilitate sua iudiciū eius ablatum est. Tum Pilatus cùm audiret q, se dei filiū faceret: ne id verū esset, & cōtra legē facere putaretur, formidauit. Iudæi cum id re & verbis intelligerēt, non sunt perter riti, sed interimūt quē adorare debuissent. Ideo Pila tus trepidus, aliis omissis, an esset Christº interrogat, cui Iesus nō respōdit. Nam cùm audisset, In hoc na tus sum, & ad hoc veni, & regnū meū non est de hoc mūdo: & propterea eum absoluere debuisset, obtē perauit tamē furori Iudæorū, qui cùm nihil amplius quod criminarētur haberēt, ad publicū crimen con fugiunt, dicētes: *Omnis qui se regē facit, cōtradicit Cæsari.* Inquirendū igitur diligenter, an tyrannidē affectā ret, & regno Cæsarē depellere tētaret: sed non inue stigat diligēter, ideo nihil ei respōdet, cùm sciret fru stra omnia. Præterea rebus testimoniū perhibētibus, noluit verbis cōuincere, neq; excusationē adducere, ostendens spōtè ad hoc venisse. Cùm taceret, in quit Pilatus: *Nescis quia potestatē habeo crucifigere te?* Vi des quomodo seipsum condēnauit? Si in tua pote state est, quare insontē non dimittis? Cùm ergo con tra se sententiā tulisset, inquit Iesus: *Qui tradidit me ti bi, maius peccatū habet.* Indicās ipsum quoq; reum esse criminis. Et vt tumorē eius deprimeret, ait: *Non habe res potestatē, nisi tibi datū esset desuper.* Ex quo significat, nō simpliciter, & vt res plurimùm solent, sed mysticè euenisse. Sed ne ea particula, Nisi esset tibi datū desu per: nullo ipsi crimini adscribendū duceret, ideo in quit, Maius peccatū habet, qui tradidit me tibi. At qui si datum erat, neq; hic, neq; illi rei erāt criminis: frustrà hæc dicis. Hoc verbū, Datū: in hoc loco per missiuū est: quasi diceret, permisit hæc fieri, nō tamē propterea vos nō accusandi. Perterruit eum verbis, & manifestā attulit excusationē. *Et exinde quærebat Pi latus dimittere eum. Iudæi autē clamabāt: Si hūc dimittis, non es amicus Cæsaris.* Cùm enim à sua lege crimina non proficerēt, malignè ad externas leges cōfugiunt, di centes: Omnis enim qui se regē facit, cōtradicit Cæ sari. Et quod tyrānidis argumentū? Vnde hoc potest ostēdi? A purpura, à diademate, †ab ornatu, à satelli tibus?] Nónne solus semper cū duodecim discipulis ambulabat, & vilibus vtebatur cibis, vestibº, domo? Sed ô impudentiā, ô intempestiuā formidinē. Pila tus enim iam pericli tari arbitratus, si id negligeret, egreditur vt rem inquirat. Hoc enim significat, cùm sedisse dicit, & nulla habita quęstione, tradidit eum: †se eis persuadere] existimās, quod apparet, cùm in quit: *Ecce rex vester. Et cùm illi dixissent, Crucifige eum: iterū ait, Regē vestrum crucifigā? Responderūt pontifices: Non habe mus regē nisi Cæsarē.* Spōtè se reos professi sunt, ideo & deus tradidit, quādo ipsi primi prouidētia, & protec tione ipsius se subtraxerūt: & cùm vno ore regnum abnegassent, permisit suis ipsorū sententiis eos deci dere. Atqui ea verba omnē iram sedare iam debuis sent, sed timuerūt, ne dimissus iterū plebē alliceret:

quod ne eueniret, omnia conabantur. Graue enim quiddā est ambitio, graue inquā, & quæ animā per dere valeat, cuius gratia nunquam audiebāt. Pilatus quidē solis verbis motus voluit eū dimittere, hi per stāt dicētes, Crucifige. Et cur tātopere hāc eius mor tē affectabāt? Quia ignominiosa erat: vetiti ergo ne eius postmodū memoria seruaretur, hāc probrosam mortē elegerūt, nescij q, cùm impeditur, magis appa ret veritas. Nā q, hoc formidarēt, audi quid dicant: Nos audiuimº, quia seductor ille dixit, post tres dies resurgā. Idcirco omnibus modis adnitebātur, vt po steris esset abominabilis. Et identidē clamabāt, Cru cifige. Erat turba incōposita, & à principibus corru pta. Nos autē nō modò hæc legamus, sed animo re condamus: hoc est, coronā spineā, vestimentū, arun dinem, alapas, sputa, irrisiones, quæ frequēter mente repetita satis omnē irā sedare poterūt: & si ludibrio erimus, si quid iniustè patiemur, frequēter dicamus, Non est seruus maior domino suo: & allatrantiū Iu- *Supr.13.b* dæorū verba nobis subeāt, cum dixerunt, Dæmoniū *Ibid.8.f* habes, & Samaritanus es, & in Beelzebub principe dæmoniorū eiicit dæmonia. Et ideo hæc omnia per- *Matt.12.* tulit, vt eius vestigia imitemur, & maledicta perfera- *& Luc.* mus, quæ ipse grauissima nō solū pertulit, sed omnia *11.b* fecit, vt ipsos illatores saluos faceret, & ad eorū salu tem apostolos misit. Audis eos dicētes: Scimus, igno *Act.3.c* ranter fecistis: vt ad pœnitentiā adduceret: hæc nos imitemur. nihil enim adeò deū placat, vt inimicorū dilectio, & cura eis benefaciēdi. Cùm quis te perse quitur, nō ipsum, sed dæmonē instigantē cōsidera, & aduersus illū iram, euacua, & eius miserere qui ita à diabolo irritetur, à quo si mendaciū otitur, multò magis & iniusta ira. Cū maledicentē quempiā vide ris, cogita diabolū esse qui ipsum incitet. Non enim sunt Christianorū maledicta: nā qui flere iubetur, & qui audit: Væ vobis qui ridetis: inde maledicit, inse- *Luc.6.d* ctatur, furit: non ipse cōtrà maledictis, sed lachrymis prosequendus est. Nā & Christus Iudæ misertus est, qui nobis re ipsa in omnibus imitādus est: qā nisi fe cerimus, frustrà nati sumº, vel ad malū potius. Neq; eā fides sufficiēs est ad regnū consequendū, sed ma gis perderā viuētes condēnabit. Qui enim nouit vo *Ibid. 12.f* luntatē domini sui, & nō facit, multùm vapulabit. Et iterū: Si nō venissem, inquit, & locutus eis non fuis- *Supr.15.d* sem, peccatū nō haberēt. Quā ergo habebimus ex cusationē, cùm penetralia ingredi dignati, & cōmu nicātes mysteria, gētilibus eorū ignaris peiores inue niamur? Si enim illi ob inanē gloriā, tantā ptæ se tu lerūt sapientiā: lōgè magis nos decet, vt deo placea mus, virtutibº inuigilare. Illi nonnunquā suā cōtem pserūt animā, & filios dæmonū insania bellis deuo uerunt: nos neq; pecuniā propter Christū contēni mus, non irā ponimus, sed inflamur, & febricitantiū more incēdimur. Et quēadmodum illi morbo vexa ti, ita & nos affectu distracti, irā, auariciā, reliquas cu piditates sistere nunquā possumus. Ideo erubesco si mul atq; obstupesco, cùm multos gētiliū pecuniarū contēptores, nos in eas insaniētes videā. Quòd si qui etiā nostrorū eas cōtemnunt, aliis affectibus, furore videlicet & inuidia consumuntur. Difficile sanè est verā sapientiam inuenire. Quānam gratia? Remedia scripturarum negligimus, neq; cum cōtritione, fletu & planctu eis attēdimus: sed simpliciter & inconsi derātè, si quando ad legendū adducimur: propterea cùm graue secularium rerum onus incumbit, omnia

inundat,

† & vt mordeant efficit.]

†illum ridentiū & reprehendentiū.]

† Sciebat enim quæstione hāc tempore tempus habere, tūc autem]

† à curru, & militibus?]

† se eos placaturū esse]

Universidad de Deusto
Biblioteca

inundat,& ſi quid profecimus,aufert. Neq; enim ſi A quis cum vulnus acceperit,& medicinã impoſuerit, non diligẽter alligabit, ſed decidere permittet:neq; aquã,puluerem,& alia vulneri contraria cauebit,ne grauius malum ſequatur:aliquid inde cõmodi accipiet,non medicinæ, ſed propriæ deſidiæ culpa. hoc etiã nobis accidere ſolet,cùm diuinis ſermonib⁹ parum,ſecularibus ſemper attẽdimus:ita ſemen omne ſuffocatur,fructus nullus ꝓuenit. Quod ne accidat, in cœlum paululũ ſuſpiciamus, mortuorum monumenta & tumulos cõſideremus, & nos eundẽ exitũ manere,eandem migrandi neceſſitatẽ,nõnunquam ante veſperum imminere,in mentẽ veniat. Præparemur ergo huic profectioni. Multo nobis viatico opus eſt,nam & multus labor,multus æſtus,magna ſolitudo peragrãda eſt. Nullum eſt diuerſoriũ,neq; fo rũ vbi nobis neceſſaria cõparare poſſimus, niſi hinc B omnia nobiſcum auferamus. Audi quid dicãt virgi-
Mat.25.a nes,Ite ad vẽdentes:& euntes,non inuenerũt. Audi
Luc.16.g Abrahã:Chaos eſt inter nos & vos. Audi Ezechielẽ
Ezec.14.c de die illo:Noë,Daniel,& Iob filios ſuos non liberabunt. Sed hæc vtinam nos non audiamus verba:ſed accipientes hinc quę ad æternam vitam nobis ſufficiant viatica, cum fiducia videamus dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ,cum quo patri ſimul & ſpiritui ſancto ſit gloria,in ſecula ſeculorum,Amen.

Homilia lxxxiiij.ex cap.xix.

Tunc ergo tradidit eis illũ,vt crucifigeretur. Suſcepe-
runt autẽ Ieſum,& eduxerũt, & baiulãs ſibi crucẽ, exiuit in eum qui dicitur Caluariæ locus. Fœlicitates facilè improuidos deiicere & proſternere aſſo-
Num.11.b lent:ita & Iudęi à principio,diuino freti auxilio legẽ regni gentiũ quærebãt,& in eremo poſt mãna cepa- C rum recordabantur:itidẽ & hic, Chriſti regnum recuſantes,Cęſaris implorabant,ideo in regem ſecundum ſententiam ſuã inciderũt. Quod cùm audiſſet Pilatus,tradidit eum vt crucifigeretur, & quàm iniuſtiſſimè. Erat enim inueſtigandũ, an regnũ affectaſſet,ſed ſolo metu tulit ſententiã:quod ne committe-
Supr.18.g ret,Chriſtus eum admonuerat,inquiẽs:Regnũ meũ
Mat.27.b non eſt de hoc mũdo,ſed preſentibus omnino addictus,nihil magnũ ſapere voluit, quãuis vxoris ſomnium eũ perterrere debuiſſet: ſed nullo horũ factus eſt melior. Neq; cœlũ ſuſpexit, ſed tradidit eũ. Et ei crucem tanquã reo impoſuerunt (ſiquidem lignum illud abominabãtur, ac ne attingere quidẽ volebãt)
Gen.22.b ſic & in ipſius figura factũ eſt. Etenim Iſaac ligna portauit,ſed tunc in patris voluntate tantùm cõſtitit. Figura enim erat, nunc res ſecuta eſt, quia veritas. Et D exiuit in eum,qui dicitur Caluariæ locus. Vbi quidã dicũt Adam & mortuũ & ſepultũ eſſe : & Ieſum vbi mors dominata eſt,ibidem trophæũ erexiſſe,hoc eſt crucẽ, quam tulit cõtra mortis tyrannidẽ. Et quemadmodum victores,ita Ieſus victoriæ ſigna humeris tulit. Quid enim,ſi id alio animo fecerũt Iudæi? Crucifigunt autẽ eum cum latronibus. Inuiti etiã in hoc prophetiã implentes. Quæ enim illi ad ignominiam faciebãt,his veritas implebatur, vt intelligas quanta ſit eius vis. Hoc nanq; antiquitus prophęta prędixe-
Eſa.53.d rat, Quòd cum iniquis reputatus eſt. Voluit dæmonem ipſam obtegere,non tamẽ valuit. Crucifixi ſunt tres,claruit vnus Ieſus:vt intelligas ei⁹ virtute omnia proueniſſe, atq; tribus crucifixis miracula patuerũt: nemo tamen vllum alteri latronũ attribuit, ſed ſoli Ieſu:ita diaboli inſidiæ irritę factę ſunt,& in eius caput omnimodo irruerũt,nam ex duobus vnus ſaluus factus eſt. Non ſolùm igitur crucifixi gloriã non offendit,ſed non parũ auxit : neq; enim minus fuit in cruce latronẽ cõuerti,& paradiſum intrare,q̃ petras collidi. *Scripſit autẽ & titulũ Pilatus*,cùm vt Iudæos vlciſceretur,tum vt Chriſtũ excuſaret. Nam cum tanquam prauũ tradidiſſent, & ſententiã hanc latronũ ſocietate cõfirmare vellẽt, ne quis tam turpẽ mortis notã inurere, & tanquã malũ & perditũ eũ accuſare poſſet, vt calumniantiũ os obſtrueret, in regẽ ſuum inſurrexiſſe denunciat, & tanquã trophæo cuipiam literas inſculpſit, clara voce & victoriam & regnum profitẽtes,quãuis nõ perfectè. Neq; hoc vna lingua, ſed tribus demõſtrauit. Cũ enim credibile eſſet multas ad feſtũ nationes cõueniſſe, ne quis excuſationẽ ignoraret,linguis omnibus Iudæorũ immanitas notata eſt. Hoc autem ægrè ferebãt Iudæi. Atqui quid B hoc vobis nocebat? Nihil. Nam ſi mortalis erat & imbecillis,& moriturus, quid ſcripturã timuiſtis, quòd eſſet rex Iudæorũ? Et quid dicunt? vt ſcriberet, Quia ipſe dixit. Nam nunc quidẽ ſententia eſt cõmunis. ſi verò additũ fuiſſet,quia ipſe dixit, eius fuiſſet temeritati & iactantiæ adſcribendũ. Non tamen Pilatus mutatus eſt,ſed perſtitit in ſentẽtia. Nõ parua in hoc diſpẽſatio,ſed magna hinc pẽdet. Cũ enim poſtmodum defoſſum eſſet lignum crucis, nulla de eo cura ſuſcepta,cum & fideles timerẽt,& aliis vacarẽt,contigit vt diu pòſt perquireretur:& cũ tres cruces iquẽtæ eſſent,par eſt,& quia media erat & propter titulũ domini crucẽ agnitam: nam latronũ cruces titulum non habebãt. *Milites autẽ diuiſerũt Ieſu veſtimẽta,ſed non tunicã*. Ecce quomodo ſemper malè faciẽdo prophe tias implent. Nam & hoc prædictũ fuerat. Atqui tres C erant crucifixi, ſed prophetiæ in Ieſu implebantur. Quare enim nõ idẽ in aliis fecerãt? Tu autẽ prophetiæ accuratã diligentiã cõſidera, non enim ꝙ partiti ſint tãtum,ſed ꝙ non ſint partiti, prædixit. Nam veſtimenta partiti ſunt,non autem tunicã,ſed ſortẽ ſu-
Pſal.21.a per ea iecerunt. Quod autẽ dicit, *Deſuper contextam*, non ſimpliciter ponitur, ſed alij allegoriã id ſignificare dicũt,quòd non ſimpliciter homo eſſet crucifixus,ſed deſuper habuerit diuinitatẽ. Alij dicunt per illud,genus veſtis euangeliſtã declarare:nam in Palæſtina ex duobus pannis veſtes cõtexunt, quod ſignificans Ioannes,inquit, Deſuper contextã. Quod mihi dicere videtur, vt veſtimentorũ vilitatẽ oſtenderet:nam quemadmodũ in aliis omnibus, ita in habitu vilem ſpeciẽ præferebat. Et milites quidẽ hæc faciebãt,ipſe autẽ crucifixus matrem ſuam diſcipulo cõmendat:erudiens nos ad vltimũ vſq; ſpiritũ parẽtum curã habendã. Cum intẽpeſtiuè ab ea appellatus eſt,inquit,Quid mihi & tibi mulier? Et alibi: Quę *Supra 2.a* eſt mater mea? Hic immẽſam charitatẽ oſtẽdit,& cõ *Mat.12.d* mendat eam diſcipulo quẽ diligebat. Iterum nomẽ ſuum modeſtè ſubticet Ioãnes : nam ſi ſe iactare voluiſſet,quãobrem diligeretur,expoſuiſſet. Credibile enim eſt magnã eſſe & admirandã. Qua autẽ gratia nihil aliud dicit Ioãni, neq; eum conſolatur? Quod intempeſtiuũ erat,præterea non paruo eum honore his verbis afficiebat, neq; paruũ præſentiæ ſuæ præmium capiebat. Tu autẽ cõſidera quomodo crucifixus omnia ſine aliqua perturbatione trãſegit, diſcipulo matrẽ cõmẽdauit,prophetias impleuit, latroni ſpẽ bonã dedit. Atqui antequã crucifigeretur, ſudauit,perturbatus eſt,timuit. Quid hoc ſibi vult? Nihil dubij,

dubij,nihil nõ manifeſtũ:illic enim naturæ imbecillitas, hic poteſtas demonſtrata eſt. Præterea his nos duobus admonet, vt licèt antè malis perturbemur, non tamẽ abſtinendũ eſt,quin ea ſubeamus:& cùm in certamẽ deſcẽdimus,omnia facilia & leuia putãda ſunt:nolimus ergo mortem formidare. Inſitus eſt animæ naturaliter viuẽdi amor, ſed in nobis eſt vel hoc vinculũ ſoluere,& eam minuere cupiditatẽ,vel ligare,& vehementiorem efficere : quemadmodum enim nobis deſideriũ ineſt coitus,cùm autẽ philoſophamur,illius vim cõhibemus : ita & in vita accidit. Nam ſicut ad ſeruandã prolis ſucceſſionẽ,deus procreãdi cupiditatẽ hominibus indidit,non tamẽ prohibens altiorẽ continentiæ viã:ita & vitæ nobis inſeuit deſideriũ,prohibens ne quis ſe interimat,nõ impediens tamen vt præſentẽ vitã contẽnat. Hæc conſiderantibus modus ſeruandus eſt,ne ſpõtè quis ſibi B mortẽ cõſciſcat, etiam ſi innumeris vexetur calamitatibus:neq; cum deo placuerit eam fugiat & reformidet,ſed preſenti animo ſubeat,& futurã vitã huic præferat. *Stabant autẽ mulieres iuxta crucẽ*. Et imbecillior ſexus tũc fortior apparuit,ita omnia reformauit. Ipſe matrẽ cõmendans inquit: *Ecce filius tuus*. O honorem quẽ diſcipulo tribuit. Cùm enim iam abiret, matris curã diſcipulo reliquit:nã cùm par eſſet, vtpote matrem dolere & protectionẽ quærere,meritò dilecto commẽdat,cui etiã inquit, *Ecce mater tua*. Hoc dixit, vt dilectione deuincirẽtur, quo cognito, diſcipulus eam †ſecũ adduxit.] Sed cur non alius cuiuſpiã mulieris meminit cùm adeſſent:admonens quiddã amplius matribus tribuendũ. Vt enim cùm ſpiritalia impediunt,parentes ne cognoſcendi quidem ſunt : ita cùm nihil impediũt,meritò omnia his ſunt tribuenda,& omnibus præferẽdi:quia genuerũt,quòd educarunt,ꝙ innumeras pro ipſis moleſtias ſubierũt. ita Marcionis reprimitur impudentia. Nam ſi non eſſet ſecundũ carnem natus,neq; matrẽ habuiſſet,quamobrem eam ſolam tãtopere curaret? *Poſteà ſciẽs Ieſus, quia iam omnia cõſummata ſunt*, hoc eſt, nihil eorũ quæ diſpẽſanda erant reſtare. Vbiq; demonſtrare adnititur nouã hanc mortẽ fuiſſe: ſiquidẽ in poteſtate mo
Sup.10.d riẽtis erat, ne priuſquã ipſe vellet, & omnia impleta eſſent, moreretur:ideo dicebat, Poteſtatẽ habeo ponendi animam meã, & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam. Sciẽs ergo omnia cõſummata,ait : *Sitio*. Etiam hoc verbo prophetiã implens. Tu autem adſtantium prauitatem intellige. nam licèt innumeros habeamus inimicos, qui nos grauiſſimè perſecuti ſint,cùm tamẽ interimi eos videmus,flectimur miſe D ricordia:hi verò nil moti,magis efferãtur, & irridẽt, acetúmq; in ſpõgia porrigũt,vt bibat tanquam reus: †adoſt.] nam propter hoc hyſſopum † additur:] quo guſtato mortuus eſt. Vides quàm nõ perturbatè,& quàm poſiter omnia tranſigentẽ? quod & proſequẽs oſtendit : *Cùm enim omnia cõſummata eſſent,inclinato capite*, qđ affixũ nõ erat,*tradidit ſpiritũ*:hoc eſt,expirauit. Atqui non poſt inclinatũ caput expiratur,ſed poſt expirationem caput inclinatur: hic autẽ cõtrà accidit, per quod oſtendit eum euãgeliſta eſſe omniũ dominũ.
Mat.23.c Iudæi autẽ camelum deuorantes,& culicẽ excolantes,tantũ nefas auſi,de die cõſultant. *Quoniã paraſceue erat,vt non remanerẽt in cruce corpora ſabbato,rogauerũt Pilatũ, vt frangerẽtur eorũ crura*. Vides quanti ſit veritas? Per ea quę illi faciunt,prophetia impletur,alia enim ex hoc manifeſtata eſt. *Venerũt ergo milites,& aliorũ fre*

A *gerũt crura*. Non Chriſti;ſed ad Iudæorũ gratiã conciliandam,latus eius lancea aperuerũt, & mortuo adhuc inſultãt. O peſſimã voluntatẽ ac ſceleſtiſſimam: noli tamẽ perturbari dilectiſſime. quę enim malo illi animo patrarunt, veritati cõſentiebant, prophetia hinc impleta eſt,inquiẽs : Videbũt in quẽ tranſfixe- *Zach.12.c* runt. Neq; hoc tantùm, ſed non creditуris fuit fidei argumentũ : vt Thomæ,& qui cum eo erãt. Ad hæc & arcanum myſteriũ conſummatum eſt. *Exiuit enim ſanguis & aqua*. Non caſu & ſimpliciter hi fontes ſcaturierunt,ſed quoniã ex ambobus eccleſia cõſtituta eſt. Sciunt hoc initiati:per aquã enim regenerati,ſanguine & carne nutriti:hinc myſteria ortũ habent, vt quoties ad admirandũ calicem accedis,tanquam ab ipſo latere hauriẽs accedas. *Et qui vidit,teſtimoniũ perhibuit,& verũ eſt teſtimonium eius*. Hoc eſt,non aliunde audiui,ſed ipſe affui:& verũ eſt teſtimoniũ, & meritò ſanè. Cõtumelias narrat,nõ magnũ aliquid & admirabile,vt poſſis quicquã ſuſpicari. Hic hæreticorũ os cauet,& futura prædicit myſteria, & repoſitũ thеſaurum cõſiderans, †ſuper his quæ euẽtura erãt,con † *de eo quod euenerat accurate loquitur,* ſultat,] impletur etiã & illa prophetia : *Os eius non cõ-* *Exo.12.g.* *& Num.* *minuent*. Licèt enim de Iudæorũ agno hoc dictũ ſit, 9.b trãſiuit tamen figura illa ad veritatẽ, & multò magis in eo impleta eſt : propterea & prophetæ meminit. Cùm enim ſuũ attuliſſet teſtimoniũ, & nõ videretur fide dignũ,adducit Moſem; quod non temerè id factum eſt;ſed antiquitus prædictũ, ꝙ os eius non cõminuetur:& per ſe quoq; prophetæ fidẽ facit. Hæc dixi,inquit, vt intelligatis conuenientiã inter figurã & veritatẽ. Vides quantã adhibet diligentiã, vt credatur quod turpe & ignominioſum videbatur? Illudere enim mortuo,quàm ipſum crucis ſuppliciũ lõgè peius eſt. Veruntamen hæc dixi,inquit,& magna quidẽ diligẽtia, vt credatis. Nemo igitur his fidẽ nõ adhibeat,neque pudore noſtra offendat : quæ enim maximè ignominioſa videtur,hæc ſunt noſtrorũ bonorum honeſtiſſima. *Poſt hæc autẽ rogauit Pilatũ Ioſeph ab Arimathia,eo quòd eſſet diſcipulus Ieſu*. Nõ ex duodecim, ſed fortaſſe ex ſepruaginta. Iam enim putantes ſedatã iram Iudæorũ,†ad crucẽ] liberè acceſſerũt,& † *per funus* rogat,& cõceſſum eſt : nam cur non debuiſſet? Iuuit autem ipſum & Nicodemus , & magnificè ſepeliũt. Adhuc enim de eo tanquã de puro homine opinabantur,& ea ferũt aromata,quę maximè corpora ſeruare ſolent:qđ nihil magnũ de Ieſu ipſos exiſtimare arguebat,multũ tamẽ amorẽ præ ſe ferũt. Sed quare B nullus ex duodecim eò acceſſit? Non Ioãnes,nõ Petrus,non alius ex primis? Neq; hoc ſilet diſcipulus:ſi Iudæorũ metu quis diceret,& hi eodem metu tenebantur:inquit enim diſcipulũ occultũ fuiſſe propter metum Iudæorũ:neq; dici poſſet,ꝙ contẽneret,ſed timens accedebat. Ioãnes autẽ qui affuerat,& viderat expirantẽ,hic non affuit. Quid ad hoc dicendũ? Mihi videtur nobiliſſimũ fuiſſe Ioſeph , quod ex ſepulchro cõſtat ; & Pilato erat notus,quare impetrauit & ſepeliuit Ieſum : non vt reũ , ſed magnificè ſecundum Iudæorũ conſuetudinẽ , tanquã magnum aliquẽ,& admirabilẽ. Cùm autẽ tempore vrgerẽtur, nona enim hora mortuus erat ; & dum peteret eum à Pilato,& dũ lauarent;iam veſpere aduentarat,quo tempore nihil licebat operari, in proximum monumentum poſuerunt. Diſpenſatũ eſt enim,vt in nouo monumẽto ſepeliretur,in quo nemo poſitus fuerat, nec quis

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne quis aliũ resurrexisse arbitraretur: & vt discipuli eò facilè se cõferre possent, & quæ fierẽt in propinquo intuerẽtur: & vt sepulturæ testes, nõ ipsi tãtùm, sed & inimici essent. Signaculũ enim & custodes sepulchro impositi sepulturæ erãt testimonio. Mortẽ enim nõ minus q̃ resurrectionem manifestari Christus voluit: quare discipuli multùm adnitũtur ostendere, q̃ mortuus sit. Resurrectionẽ enim omne futurum tẽpus erat confirmaturũ. Mors si tũc dubia fuisset, resurrectionis ratio non cõstaret: neq; horũ tantum gratia propè voluit sepeliri, sed ne falsò potuisset quispiã furtũ insimulare. *Vna autem sabbatorũ*, hoc est, die dominico, *cũ adhuc tenebræ essent, Maria Magdalena venit manè ad monumentũ, & videt lapidem reuolutũ à monumẽto*. Surrexerat Iesus, & lapide & signis impositis: sed cùm hoc aliis manifestari oporteret, post resurrectionẽ aperuit monumentum, & ita res credita est. Hoc Mariã mouit, maximè nanq; magistrũ diligebat, postquã sabbatũ præteriit, cessare non potuit: sed cũ adhuc essent tenebræ, à loco sibi aliquã quærens consolationẽ, eò se cõtulit: & cùm videret lapidem reuolutũ, neq; intrauit, neq; introspexit, sed ad discipulos cucurrit ex nimio desiderio. Id enim curabat quàm citissimè quid de corpore factũ esset intelligere, hoc & cursus, & verba significarũt. *Tulerũt*, inquit, *dominũ meũ, & nescio vbi posuerũt eum*. Ecce quomodo nondum quicquam de resurrectione certum norat, sed esse ablatũ suspicata est, & simpliciter omnia discipulis nunciat. Euangelista autẽ tanta laude mulierẽ non fraudauit, neq; sibi dedecori arbitratus est, vt ab ea noctu profecta, primùm hæc intelligerẽt: hoc pacto semper eius veritas lucet. Cùm venisset Maria, & id significasset, audientes illi, ad sepulchrũ properãt, & videt linteamina posita: quod erat resurrectionis signũ. Neq; enim si qui corpus abstulissent, in corpore nudando operã consumpsissent: neq; si furati essent, sudariũ detrahere, & illud inuoluere, & ponere in vnũ locũ curassent, sed vt erat corpus, abstulissent: propterea prædixit Ioannes, q̃ cum multa myrrha esset sepultus, quæ non minus quàm pix corpori linteamina cõglutinat. Vt cùm audieris sudaria in sepulchro separatim posita, furto abreptũ non arbitreris: nõ enim fur adeò stultus fuisset, vt in superflua re tãtum laborasset. Quãnam gratia sudaria dimisit? quomodo id faciendo latere potuit? Etenim diutius in eo erat immorandũ, & deprehendi potuisset. Cur autẽ separatim linteamina posita erãt, & sudariũ separatim inuolutũ? vt intelligeres nõ perturbatè & festinãter fecisse: ex hoc resurrectionẽ credidẽrũt, ideo postmodũ apparuit eis Christus, †quia non videndo crediderunt.] Considera hoc in loco euãgelistæ humilitatẽ, quomodo † certitudinẽ resurrectionis Petro manifestatã dicit:] præcedens enim visis linteaminib⁹ positis, nihil amplius perquirit, sed discedit: Ille autem feruore quodã ingressus, omnia quæsiuit diligenter, & amplius quiddã vidit: & tunc consolatus est videdo linteamina posita, & sudariũ separatim reuolutũ, quod bene diligentẽ arguebat. Tu autẽ cùm audieris nudum dominũ resurrexisse, cessa quæso ab insana funeris impẽsa. Quid sibi hoc superfluũ vult, & inutile dispendiũ, quod ipsis qui faciunt, plurimũ affert detrimenti, mortuis nullã vtilitatem, vel damnũ potius? Sumptuosa nãq; sepultura nonnunquã causa est vt fures cadauer effodiant, & nudum & insepultũ proiiciant: sed ô inanẽ gloriam, quantam etiã in luctu vim, quantam amentiã ostendit? Multi igitur ne id accidat, tenuia scindũt linteamina, & multis implẽt aromatibus, vt duplici ratione inutilia furibus reddãtur, ita terræ mandãt. Nónne hęc insanientiũ, nónne furientiũ sunt, ambitionẽ præ se ferre, & rursus tollere? Sanè, inquit, vt nulla furandi sit occasio, hæc omnia molimur. Quid ergo, si nemo furabitur? Nónne tineæ & vermes consumẽt? Et si nõ hi, nónne tempus & putredo? Sed esto neq; fures, neq; vermes, neq; tẽpus, neq; aliud quippiam timendũ, sed corpus ad resurrectionẽ vsq; intactum permansurũ, & ea omnia noua prẽseruari: quid inde mortuis emolumẽti, cùm nudũ corpus resurgit? Hęc enim hic remanẽt, nihil illi exanimi conferunt. Sed cur, inquies, id in Christo seruatum est? Meritò sanè. Noli hæc humanis rebus cõparare. nam & vnguentum effudit meretrix, & sanctos pedes vnxit. Quòd si de hoc dicendũ est, hæc primùm à non intelligentibus resurrectionis ratione facta sunt, ideo inquit, Sicut mos erat Iudęis. Neq; enim ex duodecim erãt qui hæc fecerant, sed qui non multo Iesum honore prosecuti sunt. Duodecim autẽ nõ sic, sed morti, cædibus, & periculis pro eo se exposuerũt, qui honor lõgè maior. Prẽterea, vt dixi, de hominib⁹ nobis nũc sermo est: illa autẽ domino exhibita sunt: & vt intelligas nulli curæ hęc Christo esse, inquit: Esurientẽ me vidistis, & dedistis mihi mãducare: Sitientẽ, & dedistis mihi bibere: Nudũ, & induistis me: nõ autẽ mortuum, & sepelistis. Quod ego nõ vt sepulturã rollã, dico, absit: sed luxuriam & superfluã ambitionẽ. Affectus, inquit, & dolor, & mortui misericordia hæc suadet. nõ est misericordia, sed inanis gloria: nã si vis mortui misereri, aliã tibi viã ornandi funeris ostendã, & docebo his mortuũ vestibus ornare, quę simul cum eo resurgẽt, & conspicuũ reddẽt: hæ vestes nec tineis corroduntur, neq; tẽpore consumuntur, neq; diripiũtur à furibus. Quænam hæ sunt? Eleemosyna vestis est, quæ cum eo resurget. Eleemosyna tanquã signaculũ cum eo. His vestibus fulgebũt, qui tũc audient: Esurientẽ me vidistis, & dedistis mihi mandu care. hæ insignes faciunt, hę conspicuos, hæ securos. Prẽsentia enim nihil aliud sunt, quàm tinearũ & vermium esca. nõ tamẽ sepulturã prohibeo, sed modus seruetur, vt tegatur corpus, nõ nudũ mãdetur terræ. Nam si viuẽtibus præcipitur, ne quid habeãt præter vestimentũ, lõgè magis mortuis. Neq; enim ita mortuus veste indiget, vt viuus. dum enim viuimus & frigoris gratia, & pudoris, vestib⁹ egemus: mortuis nulla horũ impẽdet necessitas. ne autẽ nudũ iaceat corpus, operiendũ est. In primis autem terrã optimum habemus operimentũ, & ipsi corporũ naturæ decentius. Quòd si vbi tot necessitates vrgent, nihil superfluum est inquirendũ, multò minus vbi illæ cessant. Sed qui viderint, ridebũt, inquies. Quid tum? Quãuis ridearis, minimè curandũ est stulti iudicium, sed potius multi te admirabũtur, & doctrinã nostrã prosequẽtur. Nõ enim hæc digna risu sunt, sed illa quæ nũc facimus, cùm lugemus, cùm plangimus, cùm simul nos cũ mortuo defodimus, hæc & risu, & suppli cio digna: in his autẽ & modo sumptibus adhibẽdo, sapientia vti perquàm laudabile est, & omnes nobis plaudẽt, & Christi virtutẽ admirabũtur, & dicẽt, papæ quãta est crucifixi potẽtia? Persuasit moriẽtibus, & his qui corrũpuntur mortẽ non esse mortẽ. Non enim vt in pereuntes afficiuntur, sed vt in meliorem locum

Cap. XX.

† ab affectu in fide confirmatis.]

† diligentẽ perscrutationem Petro attribuit:]

locũ migrantes. Persuasit corpus hoc mortale & terrenum, vestẽ induere, serico & auro distincta, longè preciosiorem, hoc est immortalitatẽ: quamobrẽ non multùm de sepultura curant, sed sepulturam optimã putãt vitam optimã: Hæc si ita nos philosophari viderint, dicent. Sin plangentes, effœminatos † circunstantes plorantibus mulieribus] ridebunt, & maiorẽ in modum reprehendent, & impensam, amentiã appellabũt, etenim hęc accusari audimus, & meritò sanè. Quã enim habebimus excusationẽ, cùm corpus tabe & vermibus mox consumendũ ornamus, Christum esurientẽ, nudum errantem, contẽnimus? Cessemus, quæso, ab hac insana diligẽtia, sed eã morientium curã habeamus, quæ & nobis, & illis cõferat ad gloriã dei. Largas pro eis eleemosynas faciamus, mittamus eis pulcherrima viatica. Nã si memoria clarorum virorũ, qui mortui sunt, prodest viuẽtibus: Protegã, inquit, hãc ciuitatẽ propter me, & propter David seruum meũ: longè magis eleemosyna id faciet. Hæc mortuos suscitauit, quãdo circũsteterũt viduæ ostẽdentes quæ fecerat ipsis Dorcas. Cũ ergo quispiã moriturus est, qui morituro familiaris est, illi cõparet iusta funebria, & discedenti ęgroto persuadeat vt indigentibus aliquid relinquat: cũ his emittat indumẽtis, Christũ hæredem relinquat. Nã si reges hæredes scribẽtes, familiaribus partẽ relinquũt in puerorũ cautionem: cùm Christũ cohæredem filiis tuis dimittis, intellige quantã tibi & illis concilias beneuolentiã. Hæc sunt funera pulcherrima, hæc & remanentibus & obeũtibus proficiũt. Si ita sepeliemur, in resurrectione clari apparebimus: q̃ si curato corpore animã neglexerimus, multa illic grauia perpetiemur, & multũ ridebimur. Non enim parua est ignominia, nudũ & inopem virtutem hinc migrare: neq; corpus insepultum proiectum adeò ignominiosum videtur, vt anima tũc carens virtutibus: hanc vestiamus vestibus semper duraturis. Quod si in hac vita negleximus, saltẽ in morte nobis consulamus, † & ex rebus nostris nobis opem ferre per eleemosynã curemus] sic inuicẽ mutuo auxilio adiuti, futurorũ fiduciam habere poterimus, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

† circũponentes cætus plorãtium mulierum.

† & nostris familiaribus mãdem⁹ vt nobis mortuis per eleemosynam opẽ ferãt]

Homilia lxxxv. ex cap. xx.

Abierunt ergo iterũ discipuli ad semetipsos. Maria autem stabat ad monumentũ foris plorans. Procliue est, & ad misericordiam facile muliebre genus: quod dico ne admireris cur Maria tã amarè fleret ad sepulchrũ, nõ autem Petrus. Discipuli, inquit, abierunt ad semetipsos, Maria autẽ stabat ad monumentum plorans. Imbecillis enim natura erat, & de resurrectione nõdum norat: quemadmodũ illi visis linteaminibus, credentes resurrexisse, † spe abierunt bona.] Et qua gratia nõ statim abierũt in Galilæam, vt cũ his constituerat ante passionem? Reliquos fortasse expectabãt, prætera maximè perturbati erãt, hi ergo abierũt, illa autẽ adhuc illic perstabat. Multũ enim, vt dixi, eã consolabatur conspectũ monumẽtum. Videsne vt ad dolorem leniendũ se inclinat, & vult locũ videre vbi sepultus fuerat Iesus? propterea non paruã inde mercedem accepit: quod enim non viderant discipuli, ipsa prior vidit, sedentes angelos, vnũ adcaput, & vnũ ad pedes in albis, plenos splendoris & læticiæ. Nã cùm mulieris mẽs humilis esset, & rudis, nec ex sudario resurrectionẽ cõiectatur, videt angelos sedẽtes speciosos, vt iam mœrorẽ deponeret, & cõsolaretur, sed nihil primũ de resurrectione dicunt, sed paulatim ad id docẽdum veniunt. Vidit eorum splendorẽ, & supra consuetudinem vidit speciem, audiuit commiserãtium vocem. Dixerunt enim: *Mulier quid ploras?* Quibus omnibus tanquam apertis ianuis paulatim ad resurrectionẽ ostẽdendam venitur, & sessio ipsa ad interrogandũ eam adduxit: præferebãt enim se rem omnẽ scire, ideo non simul sedebant. Cùm enim non par esset, eã per se ausuram interrogare, ipsi ad rogandum trahunt. Tum illa & feruore quodam, & amore percita: *Tulerũt*, inquit, *dominum meũ, & nescio vbi posuerunt eũ*. Quid inquis? Nõdum resurrectionẽ concipis? Vides nondum animũ in altum erexisse? *Hæc cùm dixisset, conuersa est retrorsum.* Et quænã hæc cõsequentia, cùm illos alloqueretur, & nihil adhuc respondissent, respicere? Vt sentio, loquente Maria, cũ Christus repente à tergo ipsius apparuisset, ad domini conspectũ obstupuerũt angeli: & vultu, & motu, & gestu se dominũ vidisse significarũt, ideo mulier respexit: illis ergo de⁹ sic apparuit: Mariæ autẽ, ne primo eam aspectu perterreret, vili & cõmuni specie, & hoc vel ex eo constat, q̃ hortulanus ei visus est. Nã cùm adeò humi iaceret, non erat repente ad alta erigenda, sed paulatim: rogat ergo eã Iesus, *Mulier quid ploras? Quem quæris?* Ostendit se intelligere q̃ vellet interrogare, & vt responderet, adduxit. quod mulier intelligens, nõ amplius Iesum nominat, sed tanquam ille sciret de quo interrogaret, ait: *Si tu sustulisti eum, dicito mihi, vbi posuisti eum, & ego eũ tollam*. Iterum & positũ & sublatum, ac si mortuus esset, dicit, quasi dicat, si propter Iudæorũ metum tulisti eũ, dicito mihi, & ego eum accipiã. Magnus amor & benevolentia mulieris, sed nihil altũ cogitat, propterea iam non vultu, sed voce se notũ facit. quẽadmodũ enim Iudæis nunc notus, nunc ignotus etiam præsens erat: ita loquendo cũ volebat, cognoscebatur. Et cũ Iudæis inquit, Quem quæritis? neq; vultu, neq; voce notus est, quoad voluit: quod & nũc contigit. Et nomine eam tantùm appellauit, exprobrans q̃ de viuo id imaginaretur. Quomodo autẽ conuersa respõdet, si ad ipsum loquebatur? Mihi videtur cũ dixisset, Vbi posuisti eũ: rursum ad angelos respexisse tanquam rogatura quid obstupuerint, & ab his ad Christũ se vocantem, & voce quis esset ostendentẽ, conuertisse. Cùm enim dixit, Maria, tunc cognouit: ita nõ visus, sed vocis fuit cognitio. Quod si quis diceret, Vnde cõstat angelos obstupuisse, & propterea Mariã respexisse? etiam dicet, vnde constat tetigisse eum, & procidisse? sed quemadmodũ hoc constat, q̃ dixit, *Noli me tangere*: ita illud, q̃ conuersa sit. Sed cur inquit, Noli me tangere? Quidã dicunt spiritalẽ gratiam petere, cùm eum discipulis dicẽtem audisset, *Si vadã ad patrẽ, rogabo eum*, & dabit vobis aliũ paracletũ. Sed quomodo absens hæc audiuit? Prætera lõgè est à sentẽtia hæc imaginatio. Quomodo petit, cum nondũ ad patrem ierit? Quid ergo est? Mihi videtur velle eã adhuc cum eo versari vt solebat, & ex lætitia nihil de eo magnũ cogitasse. Siquidem lõgè melior factus erat secundũ carnẽ, quare hac eã sententia abducẽs, & vt reuerẽter se alloquatur admonens: (neq; enim cum discipulis similiter versari deinceps videtur) eius mentẽ erigit, vt reuerentius adeat. Nã si dixisset, Noli vt prius ad me accedere, non enim eadẽ sum conditione, neq; simul vobiscũ conuersaturus

† & abierũt ad seipsos admirantes]

Supr. 18. d

Supr. 14. d

Universidad de Deusto Biblioteca

uerſaturus ſum amplius,elatius & ſuperbius dictum
videri potuiſſet:ſed dicēdo, *Nondū aſcendi ad patrem:*
etſi lenius, idē tamen ſignificauit. Oſtēdit enim illuc
maturare,& cū illuc abiturus,nec amplius cū homi-
nibus cōuerſaturus eſſet,non erat eodem quo prius
animo aſpiciēdus. Et ꝙ hic ſenſus ſit,ex ſequentibus
ſignificatur:addidit enim, *Vade ad fratres meos, & dic*
eis: Aſcendo ad patrē meum, & patrem veſtrum: & deū meū,
& deū veſtrum. Atqui non continuò aſcenſurus erat,
ſed poſt quadragīta dies. Quomodo ergo hoc dicit?
Vt eius mētē excitaret,& ſe in cœlū abire perſuade-
ret. Illa autē particula, Patrem meum, & patrem ve-
ſtrum:& deū meum, & deū veſtrum : diſpenſationē
ſpectat. Aſcēdere enim carnis eſt,hæc eñ ad eā quæ
nihil magnū imaginabatur,loquitur. An aliter noſter
pater eſt? Sanè quidē. Nam ſi aliter iuſtorum, aliter
† filij ſecūdū carnē deus eſt.] aliorū hominum deus eſt, longè magis & † filij deus
B eſt,]& noſter. Et cū dixiſſet, Dic fratribus meis,ne ex
hoc æqualē arbitrareris,oſtendit differentiam. Ipſe
eñ ſeſſurus erat in throno patris, illi autē adſtaturi.
Itaq; licèt ſecundum carnis ſubſtantiā frater noſter
factus ſit, honore tamē multū differt: quātùm autē,
ne dici quidem poteſt. *Abiit ergo Maria Magdalene, hæc*
nunciatura diſcipulis. Tāti eſt ſedulitas,& tolerātia. Illi
autem quare non doluerunt magiſtri abſentiā,neq;
vt anteà locuti ſunt? Tunc vt morituri deſiderio affi-
ciebātur,nūc cū reſurrexerit,cur erat dolendū? Nū-
ciauit itaq; Maria vidiſſe Ieſum,& allocutā: quæ ſa-
tis eos cōſolari poterant. At cùm veriſimile eſſet di-
ſcipulos id audientes,vel non credere mulieri, vel ſi
crederent,ægrè ferre,ꝙ ipſi quoque eū videre digni
nō fuerint habiti,quāuis in Galilęa ſe ipſis appariturū
C rū pollicitus eſſet: ne igitur propterea ægrè ferrēt,ne
diem quidē remoratus eſt:ſed in deſiderium trahēs,
& ꝙ iam ſcirent reſurrexiſſe, & quod à muliere au-
dierant,& deſiderātibus,& timētibus,quod etiā de-
ſideriū augebat,veſpere illius diei magna cum admi
ratione adſtitit. Et cur hac hora? Quoniam credibile
erat eos magis formidare. Sed id mirandū eſt,ꝙ phā-
taſma eū nō ſunt ſuſpicati. Clauſis eñ foribus,& re-
pentè eſt ingreſſus:ſed ꝓfectò à Maria pręmoniti,fi-
dem cōfirmarant,præterea certa & manſueta ſpecie
ſe eis obtulit. Die autē non venit, vt omnes congre-
garētur,valde enim timebāt: nec oſtiū pulſauit, ſed
repentè adſtitit. *Et oſtendit latus, & manus.* Simul autē
& voce fluctuātem animum confirmauit, inquiens:
Pax vobis: Hoc eſt,nolite perturbari:& verbi ante
Supr.14.d paſſionē ad eos habiti meminit, Pacem relinquo vo
D bis,pacē meam do vobis. Et item: In me pacē habe-
Supr.16.g te,in mundo tribulationem habebitis. *Gauiſi ſunt ergo*
diſcipuli viſo domino. Vides re ſermonē domini confir-
Ibidem.e mari? quod enim ante paſſionē dixerat, Iterū videbo
vos,& gaudebit cor veſtrū, & gaudiū veſtrū nemo
tollet à vobis:hoc nunc impleuit, per hæc omnia in
certiſſimā eos fidem adduxit:nam cùm bellū impla-
cabile cū Iudæis haberent,pacē ſubinde eis dicit, vt
parem bello conſolationē afferat. Hoc verbū primū
poſt reſurrectionē dixit, ideo Paulus ſemper,gratia,
Roman.1.a.& 1.Cor.1.a.& Coloſſ.1.a inquit,& pax. Mulieribus lætitiā dicit, quia in mœ-
rore erant,& primū lætitiam ceperūt. Viciſſim verò
viris propter bellū,pacē:mulieribus propter mœro-
rē,*lætitiā annunciat:& moleſtias omnes diſſoluēs,
* χαρὰν, id eſt, gaudiū. mulieribus enim dicit χαίρετε, i. gaudete, vel auete. crucis merita colligit, quę ſunt pax:quoniā oīa ſub-
lata ſunt impedimenta, & trophæū clariſſimum ſta-
tuit,& omnia meliora facta ſunt: Inde inquit: *Sicut*

A *miſit me pater, & ego mitto vos.* Nullū habetis impedi-
mētum,& propter ea quæ iam facta ſunt, & propter
meā vos mittentis dignitatē. Quare hoc dicit? Eorū Matt.28.
animos erigit,& ſuā proponit authoritatē:ſiquidem
ſuum eis relicturus erat miniſterium:& cùm nondū
rogaſſet patrē,ſua eis authoritate poteſtatem prębet.
Inſufflauit enim, & dixit: Accipite ſpiritum ſanctū. Quorū-
cunque remiſeritis peccata,remittentur eis;& quorū retinueri-
tis,retenta ſunt. Quemadmodum enim rex præfectos
mittēs,vt in carcerē reos intrudāt,& vt liberent,po-
teſtatē præbet:ita Ieſus diſcipulos dimittēs, hac mu-
nit authoritate. Quomodo ergo inquit, Niſi ego Supr.16.b
abiero,ille nō veniet:at nūc ſpiritū dat? Quidā dicūt
nō dediſſe ſpiritū,ſed idoneos ad eum accipiendum
per inſufflationē reddidiſſe. Nam ſi Daniel viſo an- Dani.8.e
gelo perterritus eſt,quid illis arcanā illam gratiā ac-
B cipiēdo vſuueniſſet,niſi prius eos Ieſus præparaſſet?
ideo inquiūt:Non dixit,accepiſtis:ſed,accipite ſpiri-
tum ſanctū. Non tamen quiſpiam erraret,ſi tunc eos
poteſtatē quādam & gratiā ſpiritalem accepiſſe di-
ceret,non tamen vt mortuos ſuſcitarent, & virtutes
oſtenderent,ſed vt peccata dimitterent: differentes
enim ſunt gratiæ ſpiritus,quare addidit, Quorūcun-
que remiſeritis peccata,remiſſa ſunt: oſtēdēs, quod
virtutis genus largiatur. Poſt † quinquaginta] autem † quadraginta]
dies,ſignorū operationē acceperūt,ideo inquit: Ac- Acto.1.a
cipietis virtutē venientis in vos ſpiritusſancti, & eri-
tis mihi teſtes:Per ſigna ſcilicet. Eſt enim inenarra-
bilis ſpiritus gratia,& multiplex donū. Hoc autē fit,
vt intelligas patris,& filij,& ſpiritus ſancti vnum do-
num,& vnā eſſe poteſtatē:quæ enim patris propria,
eadē & filij eſſe,& ſpiritus ſancti vidētur. Quomodo
C ergo: Nemo venit ad filiū, inquit, niſi pater traxerit Supr.6.e
eū? Sed hoc filij eſſe oſtenditur. Ego,inquit,ſum via, Ibid.14.a
nemo venit ad patrē,niſi per me. Vide & hoc idem
ſpiritus eſſe: Nemo poteſt dicere dominum Ieſum 1.Cor.12.a
Chriſtū, niſi in ſpiritu ſancto. Et iterū apoſtolos ali-
quando à patre,aliquando à filio,aliquando à ſpiritu
ſancto datos eccleſiæ,& diuiſiones gratiarum patris,
& filij,& ſpiritus videmus eſſe cōmunes. Omnia er-
go faciamus,vt ſpiritū ſanctum habere poſſimus: &
qui eius gratiā aſſecuti ſunt, eos quantauis reuerētia
colamus. Magna enim dignitas ſacerdotū. Quorū- Magna ſacerdotum dignitas.
cunq; remiſeritis,inquit,remiſſa ſunt peccata. Quā-
obrem Paulus dicebat, Obedite prępoſitis veſtris,& Hebr.13.d
ſubiacete eis, vt maximum ipſis habeatis honorem.
Tu enim rem tuā curas,quā ſi bene ordinaris, nulla
tibi alia ſolicitudo impendet. Sacerdos ſi vitā diſpo-
D ſuerit,tuā autē non diligenter curauerit,cum impiis
in gehennā detrudetur:& nonnunquā non propriis
actionibus,ſed noſtris dānatur,niſi omnia quæ ad ſe
ſpectant,efficiat. Cū igitur periculi magnitudinē vi-
deatis,multa eos beneuolentia proſequamini:quod
& Paulus ſignificauit,dicens: Ipſi peruigilant, quaſi Ibidem.
rationē pro animabus veſtris reddituri : idcirco ma-
ximè colendi ſunt. Quòd ſi eis inſultabitis, neq; ve-
ſtra bene diſponetis. Quoad enim bono & læto ani
mo eſt gubernator,etiā nautę ſecuri ſunt: ſin inuiſus
his eſſe cœperit,& moleſtè ferrè,neq; itidē vigilare,
neq; artē exercere poterit,& inuitus multis eos ma-
lis afficiet:ita & ſacerdos ſi debitum à nobis cultum
ſibi præſtari viderit, rectè nos gubernare poterit : ſi
afficietis mœrore manus eius debilitantes,ſimul vo-
biſcum fluctibus, etiamſi maximi animi ſit, obii-
cietis. Intellige quid de Iudæis inquit Chriſtus: Su-
per cathe-

Matt.23.a per cathedrā Moſi ſederūt ſcribæ & Phariſæi,omnia
quæcunq; dixerint vobis vt faciatis,facite. Nunc nō
eſt dicendū,ſuper cathedram Moſi,ſed ſuper cathe-
drā Chriſti ſederūt ſacerdotes. Eius enim acceperūt
1.Cor.5.d doctrinā. Quare Paulus inquit: Pro Chriſto legatio-
ne fungimur,tāquā Chriſto exhortāte per nos. Nō-
ne videtis ſeculi principibus oēs ſubeſſe,& ſæpe ge-
nere,vita,& prudētia potiorib⁹ deteriores præponi?
Nihilominus principis qui eos præpoſuit reuerētia,
nihil quales illi ſint, cogitāt. Quòd ſi homo aliquē
cōſtituerit,tātus ſubit met⁹: ſi deus quē cōſtituit, de-
ſpicimus,maledicimus,innumeris afficimus contu-
meliis: & cū fratres noſtros iudicare prohibeamur,
Matt.7.a & Luc.6.f cōtra ſacerdotes linguā acuimus. Quánā hæc digna
excuſatione,cū in oculo noſtro trabē nō videmus,
feſtucā in proximi oculo acrius cēſemus? Neſcis gra
uius te tibi iudiciū præſcribere,cùm ita aliū iudicas?
† ſacerdotij munus indigne adminiſtrantes probem] Lutherane vide. Hæc dico non ꝙ † indignos ad ſacerdotium aſſumi
B probē,]ſed miſereſcens,& lachrymans. Non tamen
propterea à ſubditis iudicādi ſunt, etiā ſi malè & vi-
cioſè viuant. Tu autē ſi tibi cōſules, nihil in his quæ
illis à deo cōmiſſa ſunt,damni accipies. Nam ſi aſinū
loqui fecit,& per vatē benedictiones ſpiritales largi-
Num.22.e. & ſequent. tus eſt,& in muto ore,& lingua immūda Balaā,pro-
pter offendētes Iudæos operat⁹ eſt:multo magis ꝓ-
pter vos fideles,etiā ſi praui ſint ſacerdotes,deus oīa
per eos perficiet, & mittet ſpiritū ſanctū : neq; enim
pura mēs propter propriā puritatem ſpiritum attra-
1.Cor.3.d hit,ſed gratia omnia operatur. Omnia enim, inquit,
vos,ſiue Paulus,ſiue Apollo,ſiue Cephas. Quicquid
enim cōcreditū habet ſacerdos, ſolius dei donū eſt:
& vbi humanā exercet ſapientiā, minor illius gratia
apparet. Neq; hoc dico vt pigrius viuam⁹,ſed ne pi-
C grè qui vobis præpoſiti ſunt viuētibus,vos his cōmiſ
ſi aliquādo mala vobis cōparetis. Et quid ſacerdotes
dico? Neq; angelus,neq; archāgelus quicquā in his
quæ à deo data ſunt efficere poteſt:ſed pater,& fili⁹,
& ſpiritus ſanctus omnia facit. Sacerdos & linguā &
manus prębet:neq; enim iuſtū eſt,propter alius ma-
liciā ad ſalutis noſtræ ſymbola fide accedētes offen-
di. Quibus omnibus cōſideratis,& deū timeamus,&
eius ſacerdotes maiorē in modum veneremur,vt &
noſtris operibus,& illis honore exhibito,à deo mul-
tam accipiamus remunerationē, gratia & benigni-
tate domini noſtri Ieſu Chriſti, cū quo patri gloria,
ſimul & ſpiritui ſancto,in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia lxxxvj. ex cap. viceſimo.

THomas autem ex duodecim vnus,qui dicitur Didy-
mus,non erat cum eis quando venit Ieſus. Dixerunt D
ergo ei alij diſcipuli: Vidimus dominum. Ille autem
dixit eis: Niſi videro in manibus eius fixuram clauorum, &
mittam digitum meum in locum clauorum, & mittam manū
meam in latus eius,non credam. Et poſt dies octo iterum erant
diſcipuli eius intus, & Thomas cū eis. Venit Ieſus ianuis clau-
ſis, & ſtetit in medio, & dixit eis: Pax vobis, &c. Quemad-
modū ſimpliciter,& vt cōtigit,credere facilitatis eſt:
ita præter modū inquirere,& inueſtigare,craſſiſſimę
mētis,ideo Thomas accuſatur. Dicētibus enim apo
ſtolis,Vidimus dominū,non credidit: nec tantū illis
fidē derogans, quātum rei tanquā impoſsibili diffi-
dens,ꝙ ſcilicet reſurrexerit. Nō enim dixit,nō credo
vobis:ſed, niſi mittā digitum in locū clauorum, non
credā. At quomodo aliis omnibus cōgregatis ipſe ſo
lus abfuit? Credibile eſt ex fuga nondū rediiſſe. Tu
autē cùm diſcipulū non credentē videas, conſidera

A domini clementiā, quomodo pro vna etiam anima
vulnera ſua oſtēdit,& vt vnū ſaluū faceret,apparuit:
& cū craſſioris eſſet ingenij,à craſſiſsimo ſenſuū fidē
ſibi quęrit. Neque enim oculis credebat,quippe qui
nō tantū dixit,niſi videro:ſed,niſi manum miſero &
tractauero,ne imaginatio eſſe putaretur. Atqui di-
ſcipuli iſta nūciantes tunc fide digni erāt:atq; etiam
ipſe qui ſe reſurrecturū pollicitus fuerat. Verūtamē
cū amplius quæreret, neq; his eū priuauit Chriſtus.
Et qua gratia ei cōtinuò non apparuit, ſed poſt dies
octo? Vt interea à diſcipulis edoctus, iiſdē auditis in
maius traheretur deſideriū,& magis in fide cōfirma-
retur. Vnde autē intellexerat latus perforatū? Ex di-
ſcipulis. Cur alterū credidit,alterū nō credidit? Quia
hoc mirabilius erat. Et cōſidera ꝗ̃ verè loquantur di
ſcipuli,quoniā neq; ſua,neq; aliorū vicia abſcōdunt,
ſed ꝗ̃ veriſsimè ſcribunt. Adſtitit ergo iterum Ieſus,
B neq; ab illo rogari expectat,neq; quicquā tale audi-
re:ſed nihil eo dicēte,ipſe Ieſus primùm eius ſatisfe-
cit deſiderio,oſtendēs ſe cū ea diſcipulis diceret, af-
fuiſſe:iiſdē enim viſus eſt,& acrius caſtigādo,& ad fu
tura erudiēdo. Nā cum dixiſſet ei, *Infer digitum tuum*
huc, & vide manus meas : & affer manū tuā, & immitte in
latus meū, ſubdidit, *Et noli eſſe incredulus, ſed fidelis.* Vides
ex incredulitate dubitare? Sed antequā ſpiritū acci-
perēt,eo autē accepto,perfecti euaſerūt:neq; in hoc
tantū reprehendit,ſed in ſequētibus. Cùm enim ille
certior fact⁹,ad ſe rediit,& dixit: *Dominus meus, & deus*
meus: inquit, *Quia vidiſti me Thoma, credidiſti: beati qui nō*
viderūt, & crediderūt. Hoc enim fidei eſt,accipere quę
nō vidētur. Eſt enim fides ſubſtātia ſperandarū rerū, Hebr.11.a
argumentū non apparentiū. Hîc autē nō ſolū diſci-
C pulos laudat,ſed & qui poſt illos credituri erant. At-
qui,inquies,diſcipuli viderunt & crediderūt. At ni-
hil tale quęſiuerūt,ſed ex ſudario ſtatim reſurrectio-
ni priuſquā corpus intuerētur,verè crediderūt. Cū
ergo quiſpiā dicit,Vellem illis fuiſſe temporibus, &
Chriſtū miracula facientē vidiſſe : intelligat beatos
qui non viderunt,& crediderunt. Dignū autem du-
bitatione eſt,quomodo corp⁹ incorruptibile formā
clauorū acceperit,& mortali manu tāgi potuerit:ſed
hoc te nō perturbet,hoc eñ permiſsionis fuit. Cor-
pus eñ tā tenue & leue,vt clauſis ianuis ingredere-
tur,omni craſsitudine carebat: ſed vt reſurrectio cre
deretur,talem ſe exhibuit,& vt ipſum qui crucifixus
fuerat,eſſe,& neminē aliū pro eo reſurrexiſſe intelli-
gas, ꝓpterea cū ſignis crucis reſurrexit, & māducā-
uit:quod reſurrectionis ſignū apoſtoli plurimi fece-
D runt,dicētes:Qui cū eo ſimul manducauimus,& bi- Act.10.f
bimus. Quemadmodū igitur cùm ante paſsionē ſu-
per aquas ambularet,aliud à noſtra natura corpus il-
lud fuiſſe nō dicimus:ita poſt reſurrectionē vidētes
id ſigna clauorū habuiſſe,nō propterea corruptibilē
dicemus,propter diſcipulū hæc ita oſtēſa ſunt. *Multa*
& alia ſigna, inquit, *fecit Ieſus.* Nā cùm pauciora ꝗ̃ alij
hîc meminiſſet euangeliſta,dicit neque alios omnes
omnia collegiſſe,ſed tantū quæ ad faciendā audito-
ribus fidē erāt neceſſaria. Nā ſi omnia,inquit,ſcribe- Hic infr.g
rētur,nec ipſum arbitror mundū capere eos qui ſcri-
bēdi ſunt,libros. Vnde cōſtat nō ambitionis, ſed tā-
tū vtilitatis gratia ſcripſiſſe:ſiquidē qui plura omiſe-
rūt,quomodo ad ambitionē ſcripſerūt? Sed cur non
omnia trāſegerūt? Maximè propter eorū multitudi-
nem:præterea & illud conſiderarunt, ꝙ qui his non
crediderit,neq; pluribus credet: qui verò hæc acce-

Universidad de Deusto Biblioteca

perit,nõ indigebit pluribus ad fidẽ assequendã. Mihi autẽ hoc in loco de signis post resurrectionẽ dicere videtur,ideo inquit: *In conspectu discipulorũ suorũ.* Sicut enim ante resurrectionẽ multa fieri oportuit, vt dei filiũ esse crederent: ita post resurrectionẽ, vt resurrexisse crederetur:ideo addidit,In cõspectu discipulorũ.Nam cum his solis post resurrectionẽ versatus est,propterea dicebat: Mũdus me iã nõ videt: inde vt cognoscas,discipulorũ duntaxat gratia hæc facta esse:prosequitur, *Vt credentes vitã æternã habeatis in nomine eius.* Generaliter cũ natura humana loquẽs & declarans q̃ non illi cui creditur, sed nobis ipsis plurimũ gratificatur.In nomine eius.Hoc est,per eũ: ipse nanq; vita est. *Posteà manifestauit se iterum discipulis ad mare Tiberiadis.* Vides non semper cum eis esse,vt ante passionẽ? Apparuit vesperi,& abiit,& post octo dies iterũ,& se subduxit:inde ad mare, & iterũ cum multo timore.Quid autẽ significat,manifestauit? vt ostendat q̃ non nisi ex permissione videbatur, propterea q̃ incorruptibile corpus erat, & immortale. Sed cur meminit loci? Vt iã metũ eos magna ex parte deposuisse ostenderet, q̃ iam foris extra domum versarentur.Nõ enim amplius domi se cõtinebant, sed in Galilæam ierant ad declinandum Iudæorum periculum.*Vadit ergo Simon piscatum.* Cùm enim non frequẽter Iesus cum eis versaretur,neq; adhuc spiritus datus esset,neq; haberent quid facerent, ad artẽ suã redierãt.*Et erant simul Petrus,& Thomas,& Nathanael qui à Philippo vocatus erat,& filij Zebedæi,& alij duo.* Cùm ergo nihil haberent quod facerent, piscatũ se contulerunt,& noctu,quoniam formidabãt. Lucas nõ hoc,sed aliud meminit. Alij autem discipuli vnà sequebãtur:volebãt enim simul & esse,& videre veritatẽ,& ocium suum bene disponere. Laborant ergo,& laborãtibus adstitit Iesus,neque continuò cognitus est,vt in sermonem prorumperent. *Dicit ergo eis:Nunquid pulmẽtarium habetis?* Adhuc more hominis loquitur,ac si emptur⁹ esset aliquid ab eis.Cũ illi abnuerent,iussit vt in dexterã rete iacerent: iecerũt,& ceperunt.Cũ autem eũ cognouissent, proprios mores referũt Petrus & Ioãnes:Ille feruẽtior, hic altior erat:ille vehemẽtior,hic perspicacior: Ideo Ioannes prior agnouit Iesum,Petrus prior ad eũ properauit: neque enim parua erãt signa. Quænam? Primum,q̃ multos cepissent pisces, inde q̃ non scinderetur rete:præterea q̃ priusquã descenderent, prunas viderint,& piscem impositũ,& panem:quæ nõ ex subiecta materia fecerat,vt propter quandã dispensationem fecit ante crucẽ.Vt ergo cognouit eum,omnibus reiectis,& piscib⁹,& reti,succinxit se Petrus. Vides & reuerentiã,& desideriũ? Atqui ducentis quasi cubitis aberãt,non tamẽ naui appellere expectauit, sed natãdo ad Iesum venit.Quid ergo Iesus? *Venite, & prandete,*inquit.*Et nemo audebat eũ interrogare.* Iã enĩ solitam fiduciã non habebant, neque ad eum loqui audebant,sed silentio,metúq;, & reuerentia in eum intenti,discubuerunt:norãt enim dominũ esse, ideo nõ interrogarunt quisnam esset. Et cũ formam mutatam, & horroris plenã viderent, admodum erant perterriti,volebãtq; de ea interrogare:sed & metus, & q̃ norant non alium esse, eos ab interrogãdo cohibuerunt, & tantùm comederũt quæ ipse immensa potẽtia sua parauerat. Hic non amplius in cœlum suspicit,neq; hominem agit, ostẽdens illa * permissionis gratia fecisse: & q̃ non frequenter cum discipulis esset,neq; similiter, dicit. *Hoc iã tertiò manifestatus est Iesus discipulis,cùm resurrexisset à mortuis.* Et iubet de piscibus adferri, vt id imaginationẽ non esse demonstraret:sed hoc in loco nõ dicit Christum cum discipulis mãducasse,Lucas autẽ * simul manducasse alibi dicit.Quomodo autem, non nostrum est dicere.Modo quodã perquã mirabili hæc facta sunt, non q̃ natura cibis amplius indigeret, sed ad resurrectionis veritatẽ demonstrandam ita permisit.Fortasse hæc audientes cõflagratis,& qui cum Iesu tunc fuerũt,& qui futuri sunt, in communi resurrectione beatos ducitis.Adnitamur ergo pro viribus, vt faciẽ eius admirabilẽ intueamur:nam si nunc hæc audiẽdo ita flagramus, & illis temporibus quibus in terra versatus est,fuisse,vocẽ audisse,faciẽ vidisse,allocutũ esse, tetigisse, ei ministrasse desideramus: considera qualis visu futurus sit,non in corpore amplius mortali,neq; humana disponens,sed angelis cõstipatus, cùm nos quoq; immortali corpore eum videbimus, & summa fruemur fœlicitate,quę omnem sermonẽ exuperat.Quare adnitamur,ne tãta excidamus gloria:neq; enim difficile est,modò velimus, neq; onerosum,si attenderimus.Nam si sustinebimus,& con regnabimus:hoc est,si tribulationes ferimus, si persecutiones,si arcta via ambulabimus:arcta enim,natura quidẽ laboriosa est,nostra autẽ electione leuis, spe futurorũ.Id enim quod in præsenti momẽtaneũ est,& leue tribulationis nostræ,supra modũ in sublimitatem æternũ gloriæ pondus operatur in nobis: non contẽplanribus nobis quæ videntur,sed ea quę non vidẽtur.Dirigamus ergo oculos in cœlũ, & illa semper imaginemur bona,atq; inspiciamus: in quibus si semper versabimur,neque bona huius mundi nos allicient,neq; mala molestè feremus:sed & hæc & similia omnia deridebim⁹,& nihil nos aut seruos, aut superbia elatos facere poterit, modò nos eò semper desideriũ propagemus,si illam dilectionẽ intuebimur.Et quid dico pręsentibus malis nõ dolituros? Imò ne videre quidẽ ea putabimus. Tãtus enim est amor,vt non præsentes tantũ,sed absentes quos diligimus quotidie cernere videamur: magna nanque dilectionis vis. Omnia negligit, & dilecto animum colligat: si ita Christũ diligeremus, humana omnia vmbra,omnia imago,omnia nobis somniũ viderentur:diceremus & nos,Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio,an angustia? Non dixit pecunias, aut diuitias, aut formam: hæc enim vilissima sunt & ridicula:sed quę grauia videntur,posuit,Fames,persecutiones,mortes:quę ille quidẽ vt nullius momẽti cõtempsit: nos autẽ propter pecunias vitam contẽnimus,& lucem recusamus.Et Paulus quidem, non mortem,non vitã,non præsentia,nõ futura,non aliã creaturã,diuinę præponit dilectioni: nos si vel parũ auri videmus,eius cupiditate incendimur,&diuinas leges pessundamus. Quod si hæc dictu non ferenda sunt,lõgè minus factu:& quod gtaue est,auditu horrescimus,re ipsa minimè:sed facilè iuramus, peieramus,rapimus,vsuras exigimus, continentiã negligimus,à vera oratione desistimus,plurima pręceptorũ transgredimur, & pecuniarũ gratia membra nostra omnino cõtẽnimus.Nã qui pecunias amat,innumeris malis proximũ,& seipsum cũ illo afficiet: etenim irascetur facilè, maledicet, stultũ appellabit, iurabit & peierabit,neque veteris legis modũ seruabit. Nõ enim diligit proximũ qui aurũ diligit. Atqui nos & inimicos

Supr.14.c — *Cap.XXI.* — * *συγκαταβάσεως,*

id est, condescensionis, demissionis, cũ ad auditorũ imbecillitatẽ se demittebat, & in panibus multiplicandis in cœlum suspiciebat. — *Matt.14. Luc.24.f* — * *συναλιζόμενος, i. cõuescẽs. eadẽ hic est dictio quæ & Actorũ primo, quod nota pro vulgata editione.* — *2.Tim.2.b* — *2.Cor.4.d* — *Rom.8.g*

inimicos propter cœlorũ regnum amare iubemur. Quomodo ergo id cõsequi poterimus? Nã si vetera prȩcepta implentes,non erit nobis ad regnũ aditus, nisi abundauerit iusticia nostra plus q̃ illorum:si illa trãsgrediemur,quis nobis erit excusationi locus? Amator pecuniarum non modo inimicos nõ diliget, sed amicos inimicorũ loco habebit. Et quid amicos dico? Ipsam sæpenumero naturã ignorat amator pecuniarum,neq; cognationẽ nouit,neq; consuetudinis recordatur,nõ reueretur ætatẽ,nullũ habet amicum,sed omnes odit,& in primis seipsum:non tantũ quoniam perdit animã suam,sed quoniam innumeris solicitudinibus,laboribúsq;,atq; miseriis distrahitur.Etenĩ peregrinationes,odia,pericula,insidias, & alias huiusmodi subit calamitates,hac duntaxat gratia,vt malorũ radicẽ secũ habeat,& multas numeret pecunias.Quid hoc morbo grauius? omnib⁹ priuatur deliciis,omni voluptate:multũ gloriæ, multũ honoris amittit:amator pecuniarum multos formidat, multos habet accusatores,inuidos,calũniatores, insidiatores:qui ab eo iniuriã acceperũt, oderũt,vtpote offensi:qui minus,timore ne offendãtur, & offensorũ misericordia illũ vt hostẽ obseruãt,& cauent.Maiores,potentioresq;,indignãtes pro pauperũ misericordia,& liuore moti, similiter vt inimicos odio habẽt.Et quid homines dico? Cũ deũ inimicũ habeat, quid spei reliquũ ei fuerit? quid consolationis? Amator pecuniarũ his vti minimè potest,sed seruus &custos est,nõ dñs:augere eas semper cõtendit,nunquã erogare vellet.†Eum cõtemplare,& omniũ pauperũ pauperiorẽ iudicabis,]nulla cupiditate cõtentus est. Atqui pecunię,nõ vt custodiamus,sed vt vtamur,inuẽtæ sunt.Quòd eas aliis defossuri sum⁹, quid nobis est miserius,qui vndiq; cõgregare inhiamus,vt clausas teneamus,& cõmunẽ vsum auferamus? Est & alter morbus,neq; hoc minor:hi certè defodiunt, illi in ventrẽ, voluptatẽ, atq; ebrietatem iniustè omnia conferunt,& sibiipsis pręter iniusticiam luxurię etiã suppliciũ parant:alij parasitis & adulatoribus largiũtur:hi in ludis &meretricibus,hi aliis huiusmodi dispẽdiis profundũt: hoc pacto innumeras sibi ad gehennã vias sternũt,recta ad cœlũ derelicta,quæ non lucrũ tantũ,sed & voluptatẽ prædictis lõgè maiorẽ affert.Qui meretricibus dat,ridiculus & infamis est, & multos sibi inimicos parat, & breuẽ voluptatem, vel nullã potius.Quæcũq; det alienis mulieribus,ex his nulla gratia habebitur.Vas enim pertusum est domus aliena. Præterea muliebre genus temerariũ est, &inferno eius similatur cupiditas:illi enim mulieris amorẽ Salomõ comparauit:tunc cessat, cum omnibus rebus amantem spoliauit: imò nec tũc quidem, sed magis cõuiciatur,& insultat iacenti, eúmq; maiorem in modũ ridet:& tot eum malis circunuenit, quæ nullo pacto narrari possent.At sanorũ voluptas minimè talis est:nullũ riualem habet,sed omnes cõgratulãtur & plaudũt: & qui beneficia acceperũt, & qui collata viderũt.nulla ira,nulla tristicia,nullus pudor aut ignominia eius animũ expugnat: sed multa conscientiæ lætitia,multa futurorũ spes,clara gloria & splendor,& quod maximũ est,dei beneuolẽtia,& securitas: nullũ præcipitium,nulla suspicio, sedtranquillissimus portus. Quibus omnibus cognitis,vouptatem voluptati comparantes,meliorem eligamus, vt futura bona consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi,cui gloria,&c.

Matt.5.c — *† seipsum defraudat & quouis paupere miserius afficitur]* — *Pecuniis non abutẽdum.* — *Prou.30.c*

Homilia lxxxvij.ex cap.xxj.

CVm ergo prãdissent,dicit Simoni Petro Iesus:Simõ Ioannis diligis me plus his? Dicit ei:Etiã domine, tu scis quia amo te. Multa quidem alia sunt, quæ apud deũ nobis fiduciam præbẽt, & quæ nos claros & probatos ostendunt. Quod autem maximè diuinum nobis amorẽ conciliat, est proximi † dilectio,] quã à Petro Christus exigit: nã cùm finẽ cibis fecissent,dicit Simoni Petro Iesus: *Simon Ioannis diligis me pl⁹ his? Dicit ei:Etiã domine,tu scis quia amo te.Dicit ei:Pasce agnos meos.* Quid tandẽ aliis omissis de his duntaxat Petrũ affatur? Os erat apostolorũ,& princeps & vertex ipsius cœtus.propterea & Paulus eũ præter alios visurus ascẽdit,simul vt ei ostẽderet iam sibi fiduciã habendam: tanquã enim negationis obliuisceretur, fratrũ curã ei cõmittit,neq; negationis meminit,neque exprobrat,tantũ dicit,Si amas me, fratrũ curam suscipias:& quã in omnibus dilectionẽ ostendisti,& qua delector nunc ostẽde,& animã quã pro me positurũ dixisti,hãc pro ouibus meis trade.Cũ ergo semel atq; iterũ interrogatus, ipsum arcanorũ cordis perscrutatorẽ testẽ aduocasset,&adhuc tertiò interrogaret, perturbatus est Petrus,veritus superiora.Nã cũ forti animo esset,reprehensus est postmodũ,ideo iterũ ad ipsum cõfugit dicens:*Tu omnia scis:* Hoc est, præsentia & futura. Vide quãtò melior factus est, & modestior:non amplius temerè perstat in sententia, neq; contradicit:propterea cõtristatus sum,ne fortè me amare arbitratus, nõ amem: vt anteà cũ me fortem & constantẽ putarẽ,postmodum imbecillis deprehensus sum.Ter autẽ interrogat, & semper idem præcipit,vt demõstret quanti ouium suarũ curã faciat,& quod hoc maximũ sit amoris argumentũ: & cùm de sui amore sermonẽ præmisisset, prædicit & martyrium quod passurus erat,ostendens q̃ non ob eius diffidentiam id diceret,sed q̃ maximè crederet, volens amoris in eum signũ demõstrare:& nos erudire quónã pacto amãdus sit,quare inquit: *Cùm esses iunior,cingebas te,& ambulabas vbi volebas: cùm autem senueris,extendes manus tuas,& alius te cinget,& ducet te quò nõ vis.* Atqui hoc volebat,& desiderabat,ideo & hoc ipsi manifestũ fecit.Cũ enim aliquãdo dixisset,Animam meã pro te ponã:&,Si oportuerit me mori tecum,nõ te negabo:† ei vicẽ reddidit.]Quid ergo significat,quò tu nõ vis? Naturæ affectũ, & carnis necessitatẽ indicat,& q̃ anima inuita corpus relinquit: & licèt volũtas constãs & firma esset, natura tamen imbecilla.Nemo enim sine dolore à corpore dissoluitur,diuina hoc vtiliter dispẽsante prouidentia, ne multi violentã mortẽ eligerẽt:nã si etiã sic hoc diabolus persuadere potest,& q̃ plurimos in præcipitia & voragines impulit,nisi tantũ animæ esset corporis desideriũ,in paruo etiã mœrore multi sibi mortẽ cõsciscerent:quò igitur nõ vis, naturalem affectum significat.Quomodo autẽ cùm dixisset,Cùm esses iunior,subdit,Cũ senueris? Quod quidem significat,q̃ tũc neq; iuuenis esset, neq; senex, sed vir perfectus. Sed cur superioris vitæ meminit? Vt significet in rebus secularibus iuuenem vtilẽ esse, senem inutilem: non ita in diuinis,sed cùm aduẽtauerit,inquit,senectus, tunc fortior eris, atq; præstantior: nihil te ætas impediet. Hæc dixit,non vt eum perterreret,sed vt excitaret:norat enim eius animum, & q̃ iamptidem eius boni desiderio tenebatur: simul autẽ & mortis genus demonstrat.Cùm enim Petrus omnino pericula pro

† cura] — *Petrus os & princeps apostolorum.* — *Gal.1.d* — *Supr.13.d Matt.26.d.* — *† eius desiderium expleuit]*

Universidad de Deusto
Biblioteca

cula pro Christo subire vellet, Cõfide, inquit, ita eũ tuũ implebo desideriũ: nam quæ non passus es iuuenis, patieris senex. Inde erigẽs auditoris animũ euãgelista addidit: *Hoc autẽ dixit significans qua morte clarificaturus esset deum.* Non dixit, moriturus: vt intelligas mori pro Christo gloriam esse & honorem. *Et cum hoc dixisset*, inquit ei, *Sequere me.* Quibus verbis iterum curam & familiarẽ in eum affectũ ostendit. Quòd si quis percontaretur, quomodo igitur Iacobus sedem Hierosolymis acceperit: respondẽre hunc totius orbis magistrũ præposuisse. *Conuersus Petrus, vidit illum discipulũ, quem diligebat Iesus, sequentem: qui & recubuit in cœna super pectus eius, & dixit ei: Domine, hic autem quid?* Qua gratia recubitus illius meminit? Non ab re, sed vt ostendat Petri post negationẽ fiduciam: qui enim tunc nõ est ausus Iesum interrogare, sed id muneris alteri delegarat, hic commissa sibi fratrum cura, non modò alteri vicem suã mandat, sed & ipse magistrũ interrogat: & Ioannes quidẽ tacet, ipse autem loquitur, præterea & suã in eum præ se fert dilectionem. Diligebat enim maiorẽ in modum Ioãnem Petrus, quod & ex sequentibus apparet, & passim per euangelium, atq; etiam in actibus eorum vinculum demonstratur. Nam cùm magna Christus Petro communicasset, orbis terrarũ curam demandasset, martyrium prædixisset, & maiorẽ erga eum dilectionẽ testatus esset, cùm vellet Petrus Ioannem socium & collegã, inquit: Hic autem quid? Nunquid eandem viã aggredietur? & quemadmodũ in cœna interrogare non ausus, Ioannẽ suffecit: ita nunc vicẽ reddit, arbitratus eum velle, sed non audere de se scisciari. Tum Christus: *Si eum volo manere donec veniam, quid ad te?* Nam cum nimia id charitate diceret Petrus, nec ab eo diuidi vellet: ostendens Christus, q̃ quantauis eum dilectione prosequeretur, suã assequi non posset, inquit, Si eũ volo manere, quid ad te? His verbis nos erudiens, neq; dolendum, neq; curiosius præter diuinam voluntatẽ inuestigandũ. Nam cum Petrus semper in huiusmodi interrogationes feruẽtius prosiliret, iterũ eius feruorem retundens, q̃ non sit vlterius inquirendum, in hunc modũ respondit. *Exiit ergo sermo iste inter fratres quòd discipulus ille non moritur. Et non dixit ei Iesus, quia non moritur: sed, Si volo eum manere donec veniam, quid ad te?* Noli arbitrari, inquit, eodem modo me de vobis disposuisse: hoc autẽ dixit, vt intempestiuum affectũ, & consuetudinis desiderium tolleret. Cùm enim essent orbis terrarũ curam suscepturi, simul amplius esse nõ oportebat: magnũ enim fuisset mundo detrimentũ, idcirco inquit: Opus suscepisti, id considera, perfice, labora, & te certaminibus expone. Quid ad te, si volo eũ manere hîc? tu officium tuum cura, & exequere. Tu autẽ hoc in loco euangelistæ lenitatẽ intellige. Videṡ nanq; discipulorum suspicionẽ, corrigit eam, tanquã quid dixerit, non intelligerent. Non dixit, inquit, Iesus, quia non moritur: sed, si volo eum manere. *Hic est discipulus ille, qui testimoniũ perhibet de his, & scripsit hæc. Et scimus quia verum est testimonium eius.* Quid tandem præter aliorũ morem hic solus secundum de seipso perhibet testimonium? videtur enim auditoribus occurrere. Quænam hæc causa? Dicitur vltimus se ad scribendũ diuina inspiratione cõtulisse, ideo & suã dilectionem, & causam quare ad scribendum venerit, frequenter ostendit ac meminit, hinc sibi fidem comparans, q̃ inde motus sit. Et scio, inquit, quòd verũ dico, quod si multi non crederent, ex eo credendũ est, quod sequitur. *Sũt*, inquit, *& alia multa quæ fecit Iesus, quæ si scribãtur per singula, nec ipsum arbitror mundũ capere eos qui scribendi sunt libros.* Vnde constat, q̃ non ad gratiam locutus sum. Cùm enim ex tot & tantis operibus, neq; vel ea quæ alij, meminerim, sed pluribus eorũ omissis, Iudæorũ insidias, lapidationes, odia, iniurias, maledicta, & quomodo dæmoniũ habentem, & deceptorẽ appellabãt, in medium protulerim: perspicuũ est me non ad gratiam conciliandam prolocutum, quam qui aucupatur, contra facere oportet, contumelias tegere, laudes prædicare. Cùm ergo certissima scripserit, non recusat etiam suũ in medium ferre testimonium, q̃ singula inuestigarit, examinauerit q̃. Mos enim nobis est, vt verissimi esse videamur, nostrum non recusare testimoniũ: quod si nos facimus, multò magis ille qui ex spiritu scribebat: quod & alij Apostoli prædicabant, Nos testes sumus eorũ quæ dicimus, & spiritus quẽ dedit obediẽtibus sibi: omnibus enim affuerat, neq; crucifixum dereliquit, Matrẽ cõmendatã habuit, quæ & signa amoris erãt, & q̃ certò omnia sciret. Quòd si tãta signa facta dixit, noli admirari, sed immẽsam authoris potestatem intellige, & crede. Vt enim facile nobis est loqui, ita & illi, imò lõgè facilius, facere quæ vult: volũtas sola sufficit, & cuncta ei parẽt: his ergo diligẽter attendamus, neq; omittamus, quin explicemus atq; inuestigemus. A frequẽti nanq; cõgressu aliquid cõsequemur: ita vitam nostrã purgare poterimus, ita spinas incidere. Tale enim peccatũ est, & secularis cura res infructuosa, & molesta. Et quemadmodũ spina vbicunq; tangitur, tangentem pungit: ita secularia vbicunq; comprehenderis, lædunt. Verùm non huiusmodi spiritalia, sed margaritæ cuidam similãtur: quã cum tractaueris, delectat oculos. Vt exempli gratia: Fecit aliquis eleemosynam, non modò spe futurorũ nutritur, sed & seculi bonis semper confidens lætatur: & omnia audẽter faciens, malas vincit cupiditates, & ante regnũ hîc iam fructum accipit, cùm laudetur, cùm in admiratione sit, & ante omnia à propria cõsciẽtia: & singula bona opera huiusmodi sunt, quemadmodum mala etiam ante gehẽnam hîc torquent, vulnerant enim conscientiam: Et si quid maneat peccatores intelligeres, meticulosus & trepidº, etiam nemine puniẽte, efficereris: & si diuitię tibi essent, multos haberes inimicos, & suspicioſẽ viueres, neq; iam resistere posses iniuriantibus, vel potius & non iniuriãtibus: neq; enim tantum ab eis voluptatis, quantum mœroris assequimur, intus reclamante cõscientia, foris hominibus accusantibus, deo indignato, gehenna nos cupidè expectãte, non quiescẽtibus cogitationibus. Grauis, grauis inquam res, & onerosa peccatũ, & plũbo omni onerosius. qui id cognoscit, ne minimũ quidẽ oculos erigere potest, etsi sensu careat. Sic & Achab, quãuis perquam impius esset, postquã cognouit peccatũ suum, deiectis oculis ambulabat cõtritus, & ęgerrimè ferens, propterea saccum induit, & fontes fudit lachrymarum. Si itidẽ & nos faciamus, & vt ille lugeamus, exuemus peccata nostra, vt Zachæus, & aliquam veniam consequemur. Vt enim in morbis & fistulis, nisi quis prius fluentem humorem, & vulnus sistat: quæcunq; imposuerit medicamenta, nõ amota morbi causa, omnia frustra cõtendet: ita & nos nisi manum ab auaricia, & malum hũc amorem cohibuerimus, licèt eleemosynam

mosynã demus, omnia incassum laboramus. Quod enim per eũ boni fecimus, accedẽte auaricia fatiscit, atq; disperditur, & priore peius efficitur. Cessemus ergo à rapina, & ita eleemosynas impẽdamus. Quòd si in præcipitia nos deferimus, quomodo respirare poterim°? Etenim si quis casurũ erigeret, vt eleemosyna: alter autẽ humi premeret, vt auaricia, nihil ab hac pugna expectandũ est, q̃ vt discerpatur. Quod ne nobis accidat, néve auaricia deorsum premente, eleemosyna nos derelinquat, leues efficiamur, & volemus, vt & malorum liberatione, & bonis operibus perfecti, sempiterna bona cõsequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri, simul & spiritui sancto gloria, honor, & imperium, & nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homiliarum lxxx vij. D. Ioannis Chrysostomi in euangelium Ioannis finis.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI ALIQVOT homiliæ in euangelium Ioannis, secundum ordinem capitum: quæ hactenus vartis in codicibus sparsæ extabant, in commune omnium emolumentum redactæ.

DE FIDE IN CHRISTO, Homilia, Incerto interprete.

Ioan.1.d

SI credis quòd deus erat verbũ: secundum euãgelistæ testimonium crede quia hoc verbum caro factum est: hoc est, homo factũ est, ita vt incõuertibilis deitas permaneret. Deus enim inconuertibilis est, quem nulla substantia capiat: cùm ipse sit omniũ capax, non habens neq; augmentum dierum, neq; imminutionem temporũ. Nõ enim ex tempore aliquod initium habet, qui est ante secula: non aliqua factura est, q̃ę temporibus excludatur: sed in patris natura manẽs semper absq; initio inuenitur, qui cõæternus est genitori initium non habenti. Vnde & temporibus initium dedit ipse non in tempore per-
Sapiẽ. 7.d manens, sicut scriptum est: Quia in se manens, innoIoan.1.a uat omnia: per quẽ omnia facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Si verò & temporale aliquid de ipso volueris cogitare: quia cum sit vnigenitus dei filius, dicitur etiã filius hominis in dispensatione carnali: cognosce vocẽ illam patris dicẽtem: Ego hodie genui te: vt quod ait, hodie genui te, filio hominis ex Maria nato adscribas, auferens prorsus temporalitatem ab illa incõuertibili deitatis natura. Si autem & secundum paternam generationẽ eum consideres, per id q̃ ingenitus est pater: propria verò generatio filius vnigenitus, & ideo filius vnigenitus: & ideo si distinctionem aliquam inter genitorem & genitum definire velis, hîc vide vt intellectu pio tantæ necessitudinis intuearis arcanum. Quoniam & priusquã nasceretur vnigenitus, in suo iam genitore generandus manebat, nõ habens distantiam temporis, sicut impij dicunt quia erat quando non erat, qui ineffabilem domini creatoris generationẽ, mortaliũ creaturarum specie metiuntur, quæ gradibus ætatũ ge-

A nerantur & generant. Veruntamẽ etiam de ipsis eos conditionis humanæ generationibus arguamus. Nã si etiã homini inest antequã generet, & id quod ex eo generãdum est secundũ, est secundum naturam, & antequã generet nõ aliunde mutatur, vt seminet progeniẽ quã generaturus est: quantò magis in deo patre omnipotẽte ista ratio cernẽda est, vt æquè incõuertibilis & sempiternus filius, in æterno atq; incommutabili patre semper fuerit: qui secundũ naturã inseparabilis substãtia est, excludens illam impiorum blasphemiã, quæ dicit: erat quando non erat. Si verò manifestius volueris agnoscere, qui erat semper in patre priusquã nasceretur. Nõ legisti in factura & constitutione mũdi, Mose exponente, quomodo ex persona opificis dictũ sit: Producat herbã fœ- *Gene.1.b*
ni seminans semen, secundũ genus, & similitudinẽ:
B & lignũ fructiferũ facientẽ fructũ, cuius semen eius in ipso secundũ genus, & similitudinem super terrã. Si ergo lignũ fructiferum, quod in escam datum est hominibus, priusquã producat fructus, in semetipso fructum habet secundũ genus, & secũdum similitudinẽ suam: quãtò magis deus qui creator & largitor eorum est, in semetipso habuit natũ suum antequã signaret? Nõ enim duos ingenitos dicimus, sed vnũ ingenitum patrẽ perfectum, qui filium ex seipso genuit perfectũ, sicut ipse est perfectus pater. Tu ergo
Matt.26. qui vides dicentẽ: Pater, si possibile est, transeat ca-
d. & Luc. lix iste à me: verũtamen non sicut ego volo, sed sicut
22.e tu vis, nõ vides eundẽ dicentem: Potestatem habeo
Ioã.10.d ponere animã meam, & iterũ sumere eam, & nemo eam aufert à me, sed à meipso pono eã, vt rursus assumam illã. Quod vtiq; dicens, docet te, vt vi propriæ
C voluntatis eius, non extrinsecus eum natũ esse arbitreris: quia nõ sicut indigens sumpsit aliunde virtutem, cũ qua sit ope ei, sed suę potestatis imperio vsus est, & non assumptiuæ assumptionis beneficio. Cõsidera ergo liberũ, & principale diuinæ voluntatis arbitrium, & noli contrahere, atq; concludere in angustiis mẽtis tuæ deum maiestatis, qui propter te susceptam fragilitatis tuæ carnem vestitus est: sed redde altitudinem gloriæ suæ habentem potestatẽ animæ suæ ponendæ, & resumẽdæ. Diminutionem verò ad eũ refunde qui passus est, & resurrexit: passus
Ioan.5.e est tamen, quia voluit: surrexit, quia potuit. Vides ergo dicentem: Non veni voluntatẽ meam facere, sed voluntatem eius qui misit me: & qui me misit, maior
Ibid.10.f me est. Et è diuerso non consideras eum dicentem: Ego & pater vnum sumus. Vt quod sumus, personis
D adscribas: quòd verò dixit, vnum: diuinitati assignes. Et si eum orantem videris, si crucifixum, si ex tẽpore orantem consideras, secundum quod ad eum dictũ
Psal.2.b est: Ego hodie genui te: illum mihi intellige, de quo
Psal.2.b scriptum Apostolus ad Hebræos dicit: Quid est ho-
Heb.2.a mo, quòd memor es eius, aut filius hominis, quoniã
Psal.8.b visiras eum? Minorasti eum paulo minus ab angelis, gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manũ tuarum, omnia subiecisti sub pedibus eius. Et idem magister illico sua disputatione
Heb.2.b subtexuit: Nunc adhuc non vidimus omnia illi subiecta, paulo antè minus ab angelis minoratum vidimus, inquit, Iesum propter passionem, gloria & honore coronatum. Cum verò audieris & illud, quod de eodem Iesu domino nostro beatus Apostolus dicit: Quando subiecta illi fuerint omnia, tunc & ipse
1.Cor.15.e subiectus erit ei, qui sibi subiecit omnia, vt sit deus

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnia,& in omnib⁹. Et recurrere oportet ad apostolũ,& per ipsius magisteriũ intueri: quia dixit, necdũ videmus vniuersa illi subiecta, neq; omnem linguã cõfitentẽ, quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris: vt quãdo adimpleta fuerit subiectio cõtentiũ, quia dominus Iesus in gloria est dei patris, in subiectione eius, cui subiicitur omnis lingua, hoc est, filio hominis, secundũ Apostolũ. Tunc filius hominis, secundũ Apostolũ, in subiectione plenitudinis credẽtiũ subiicitur diuino verbo, vt sit iste qui assumptus est homo, sit deus, omnia in omnibus. Quia per ipsum iudicẽ erit retributio iustis iusticiæ in gloriã, & peccatoribus iustũ iudicium tormentorũ in iram
Ioan.14.a damnationis. Si autẽ volueris magnitudinem filij in agnitione patris considerare, vade ad Philippũ apostolũ, & interroga cum ipso, dicens: Ostende nobis
Ibid. 5.c patrẽ, & sufficit nobis. Et poteris discere ipso domi-
Ibid.14.a no respondente: quia pater meus vsq; adhuc operatur, & ego operor. Et cũ Philippo audies: Tãto tempore vobiscum sum, & non me vidistis? Philippe qui videt me, videt & patrẽ: quia ego in patre, & pater in me. Hoc autem ait illuminans nos.

EIVSDEM DE DIVO IOANNE

Baptista, homilia, Incerto interprete.

Ioan.1.a DE Ioanne dicitur: Fuit homo missus à deo. Vide quæ sit distãtia inter deũ & hominem. De deo: In principio erat verbũ, & verbum erat apud deũ, & deus erat verbũ. Videte quomodo piscator indoctus nouũ verbũ proprietatis dixit, sic de deo: In principio erat verbũ, quæ iam locuti sumus: neq; enim possumus eadẽ replicare. De homine videte quid dicat: Fuit homo missus à deo. Videte quid dicat, fuit. De filio dei, erat: de homine, fuit. De deo dicitur: In principio erat verbũ: de dei filio, verbũ: de homine videte quid dicitur, Fuit homo: quia ergo homo, ꝓpterea missus est à deo. Cui nomẽ erat
Ioannes, quid interpretetur. Ioannes. Gratia in homine cõprehenditur. Ioannes enim domini gratia interpretatur. Io em̃ dicitur domini, anna dicitur gratia. Cui nomen erat Ioannes. Quia maiorẽ accepit gratiã, propterea in eremo philosophatur, & reseruat se in aduẽtũ Christi, quia nũciaturus erat Christũ, statim in eremo nutritur, statũ ibi crescit, non vult cũ hominibus cõuersari. In eremo cũ angelis philosophatur: nouerat Christũ Ioannes semper esse venturũ, & nõ solùm nouerat ab infantia, sed in vtero matris nouerat, & eũ salutauerat.
Luc.1.c Deniq; scribitur: Exultauit ĩfans in vtero matris suę. Vide quomodo in vtero matris cõstitutus sensit aduentũ domini. Cõsiderate monachi dignitatem ve-
Ioannes dux monachorum. strã. Ioãnes princeps vester est dogmatis, ipse monach⁹. Statim vt natus est, in eremo viuit, in eremo nutritur, Christũ expectat in solitudine. Videte differẽtiã. Eo tempore quo Ioãnes, natus est, & erat in eremo. Hoc templũ quod videmus esse destructũ, quãtas habebat diuitias, quid auri, quid argẽti, quid multitudinis? Vultis scire quãtam habuerit multitudinẽ? Iosephus Iudaicæ scriptor historię describit eo tẽpore quo capta est Hierusalẽ, hoc est à Vespasiano & Tito, dicit mille & octingẽta milia vna die capta. Videte quid dicat, vbi tanti sunt capti, quanti habitatores erant: quãti sunt mortui, quãtos fames, quantos gladius interfecit? Deinde scribit historia quãtum auri fuerit in tẽplo, quantũ argenti, quantum gẽmarum, quantũ serici, quanti erant sacerdotes, quanti scribę, & diuersa genera officiorũ. Videte quomodo semper Christus humilitatẽ diligit. Christus dei filiũs in tẽplo nascitur, & in eremo prædicatur. Humilis em̃ humiles diligit. Hoc totũ quare dico? Vt doceã dogmatis nostri principẽ esse Baptistam Ioannẽ. Fœlices sunt qui imitantur Ioannẽ, quo inter natos mulierũ maior nõ fuit. Expectabat Christũ, nouerat esse venturũ, oculi eius nihil aliud dignabãtur aspicere.
Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil, quod factũ est. Multi enim malè legunt dicentes: Quod factũ est, in ipso vita erat. Sed ita distinguitur: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil, quod factũ est: hoc est, sine ipso quod factum est, nõ est factum. Spiritus enim sanctus nõ est factus, propterea nõ per ipsum est. Spiritus enim sanctus qui fecit omnia, non est factus à dño. Verbo domini cœli firmati
Psal.32.b sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorũ. Vides quia duo sunt qui fabricãt, dimitto patrem, quia de patre nulla dubitatio est, licèt in isto versiculo tres personę demõstrentur. Quãdo enim dicitur: Verbo domini cœli firmati sunt, nominat: id est, verbũ nominat, & deũ patrẽ, & filiũ, ergo duæ personæ dictę sunt: Verbo dñi cœli firmati sunt. Aliis verbis hoc dixit: Filio patris cœli firmati sunt, & spiritu oris ei⁹ omnis virt⁹ eorũ. Ergo manifestè in isto versiculo demõstratur ꝙ pater, & filius, & spiritus sanctus omniũ creatores sunt. Omnia per ipsum facta sunt. Si ergo omnia per ipsum facta sunt, ergo exclusus est pater, exclusus est & spiritus sanctus, & solus filius operatus est. Quoniã ergo dixerat, omnia per ipsum facta sunt, ne spiritus sancti & patris tolleret creationẽ, adiecit: Et sine ipso factũ est nihil, quod factum est. Quãdo dicitur, sine ipso nihil, ostẽditur ꝙ alius fecerit, sed ꝙ sine isto nihil fecerit: deniq; & sapientia in Prouerbiis quid dicit? Quando præparabat cœlos, aderam, &c. *Et vita Prou.8.c*
erat lux hominũ, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Generaliter quidẽ de conditore dicitur deo, quoniam semper inter medias creaturas suas sit, & tamen creatura nõ intelligit creatorẽ suũ: specialiter autẽ dicitur de domino saluatore: quoniã hoc verbũ quod erat deus, & erat in deo, esset etiam in mundo, vt luceret in tenebris Iudæorũ: & Iudæi qui sunt tenebræ, non cõprehenderunt lucẽ. *Fuit homo missus à deo.* Breuiter de singulis dicamus. Fuit homo missus à deo. Videte significantiã, proprietatẽ q; verborũ. De deo quid dicitur? de filio dei quid dicitur? In principio erat verbũ. Qui erat, principium nõ habet. Qui erat, non fuit aliquod tẽpus quando non erat. De Ioanne licèt verò sanctus sit, licèt præcursor sit, nõ dicitur erat: nõ enim erat antequã nasceretur, non erat antequã præcursor fieret, non erat antequã cõciperetur in vtero. Audiat hîc & alia hęresis: Non mittitur ille qui erat, sed mittitur & fit ille qui non erat. Quid dicitur, fuit homo missus à deo? Videte proprietates verborũ. In principio erat verbũ, & verbum erat apud deũ, & deus erat verbũ. Hoc erat in principio apud deum. Legimus & literas seculares, legimus Platonem, legimus & cæteros philosophos. Piscator noster inuenit quod philosophus non inuenit. Si dixisset: in principio erat deus filius, videbatur patrem excludisse, aut etiam duos deos facere: & nihil nobis proderat de gentibus, si reliquissemus plurimos deos, & credidissemus in duobus diis. Vide ergo quomodo paulatim & prudenter irrepit. In principio non dicit erat deus, ne videretur deum & deum facere deos duos iunctos, sed filium verbũ nominat.

nominat. Et dum dicit ipsum verbũ esse in patre, sic & filium deum dicit, vt non offerat vnum deũ. Ergo & nos qua ratione filium deũ dicimus, & vnum tamen deum dicimus in patre & in filio: sic in patre, & in filio, & in spiritu sancto triplex quidẽ est, sed vna diuinitas. Fuit homo missus à deo. Ioannes fuit, qui antè nõ erat. Factus est qui non erat. Fuit homo non verbũ. Homo ideo fuit, quia homo: verbũ non fuit, sed semper erat. Fuit homo missus à deo. In principio erat verbum. Non mittitur homo missus à deo.
Mat.10.d Quicquid ergo homo loquitur, nõ auditur qui mittit. Qui enim vos recipit, me recipit: honor mittẽtis suscipitur in eo qui mittitur. Fuit homo missus à deo. Quod nos dicim⁹ missus, Græci dicũt ἀπεσταλμένος, hoc est, missus, quod dicitur lingua Hebraica silaos.
Esa.6.c שלוח *Ergo vides ꝙ iste Ioãnes propheta, non solum propheta, sed & apostolus est. Mittitur Esaias, apostolus
Ioã.10.b fuit. Ecce ego, mitte me. Missus à deo. Pulchre dixit, missus. Dominus enim dicit in euãgelio: Omnes qui ante me venerũt, fures fuerũt & latrones. Nõ dixit, omnes qui missi sunt, fures & latrones: sed qui per se venerũt. Quid dicit: omnes qui venerunt ante me? Qui dicũt, hæc dicit dominus, & dominus nõ misit eos, isti qui venerũt per se, & non sunt missi, ipsi fuerunt fures & latrones. Iste ergo missus est à deo, cui nomen erat Ioãnes. Et nomẽ ipsius officio cõuenit.
Ioãnis interpretatio. Ioannes enim interpretatur domini gratia, Io enim dicitur dominus, anna, gratia. Ergo Ioannes domini dicitur gratia. Quòd missus est, à domino accepit. Hic venit in testimoniũ, vt testimonium perhiberet de lumine. Multa sunt quæ dicũtur, sed excludimur tẽpore. *Et verbũ caro factũ est, & habitauit in nobis.* Verbum caro factũ est, & quomodo factum est, ignoramus. A deo rationẽ habeo, conscientiã non habeo. Scio quia verbũ caro factũ sit, & quomodo factũ sit, nescio: miraris ꝙa ego nesciã? Omnis creatura ignoro. Mysteriũ enim quod absconditũ fuit in omnib⁹
Coloss.1.d seculis, in nostro seculo reuelatũ est. Dicat aliquis, si reuelatũ est, quomodo te nescire dicis? Reuelatũ est quod factũ est, cæterum celatur quomodo factũ sit.
Esa.53.c Denique dicit Esaias: Generationẽ eius quis enarrabit? & quomodo ipse dixerat, Ecce virgo in vtero cõcipiet & pariet? dicit quid factũ sit: quãdo autẽ dicit,
Esa.7.c Generationẽ eius quis enarrabit: hoc nobis ostẽdit, quoniã natus quidẽ sit: sed quomodo natus sit, ignoramus. Sãcta Maria, beata Maria, mater & virgo, virgo fuit ante partũ, virgo post partũ. Ego hoc miror, quomodo de virgine virgo natus sit, & post nationẽ virginis mater virgo sit. Vultis scire quomodo de virgine natus sit, & post natiuitatẽ mater ipsa sit virgo? Clausa erãt ostia, & ingressus est Iesus. Nulli dubiũ quin clausa sint ostia. Qui intrauit per ostia clausa, non erat phãtasma, non erat spiritus, vere corpus
Luc.24.f erat. Quid enim dicit: Respicite & videte, quia spiritus carnẽ & ossa non habet, quæ me habere videtis. Habebat carnes, habebat ossa: & clausa erant ostia. Quomodo clausis ostiis intrauerũt ossa & caro? Clausa sunt ostia, & intrat quem intrantẽ non vidimus. Vnde intrauit, omnia clausa sunt: locus non est per quẽ intret, & tamen intus est qui intrauit, & non apparet quomodo intrauit. Nescis quomodo factũ sit, & das hoc potẽtiæ dei. Da potentiæ dei, quia de virgine natus sit, & tamen ipsa virgo fuerit virgo post
Ezec.44.c partum. Legimus in Ezechiel, in tẽpli ædificatione: Porta hæc, inquit, Orientalis, quę respicit ad Orientem, semper clausa erit: & nemo, inquit, intrabit per eam, nisi solus põtifex. Clausa est porta, & nemo intrat per ipsam portã, nisi solus põtifex. Sepulchrũ saluatoris in petra durissima fuerat excisum, in petra durissima, quę nullã habebat mollitiẽ: & scriptũ est:
Mat.37.g quoniã in isto ipso sepulchro nullus antè sit positus, sed nouũ sepulchrũ erat. Manifestũ quidẽ est secundum literã quod factũ est, & propterea in petra excisum est: debemus enim primũ secundum literã dicere: Et in durissimo lapide fuerat excisum, & in nouo sepulchro positus est, & grãdis lapis positus est ad ostiũ, & custodia militũ in circuitu, vt quantum fortius seruatur ne furari possit, tãto magis virtus dei appareat cum resurrexerit. Si enim sepulchrũ fuisset in terra dicere poterãt, suffoderunt terrã, & furati sunt eum: si fuisset lapis paruulus positus, dicere poterãt, paruus lapis fuit, & dormiẽtibus nobis tulerũt eum.
Ibidem. Deniq; in euãgelio quid scriptũ est? Venerũt, inq;, alia die Scribæ & Pharisæi, & sacerdotes, & venerũt ad Pilatũ, & dixerũt ei: Domine, magus ille dicebat, quoniã surrecturus est: ne ergo veniãt discipuli eius, & furẽtur eum, & dicãt, surrexit, & peior error fiat, q̃ modo factus est, da nobis qui eum custodiant, ne eũ furentur. Et dixit Pilatus: Habetis custodiã, ita facite quomodo vultis. Diligentia scribarũ & hostiũ prodest fidei nostræ. Seruate Pharisæi, seruate: deus includi nõ potest, deus in sepulchro teneri nõ potest.
Esa.40.c Qui fecit cœlũ & terrã, cuius in pugillo terra est & cœlũ, qui appendit mundũ in tribus digitis, quod dicitur Hebraice. Qui ergo appẽdit mundũ, vno sepulchro non potest contineri. Deniq; mulieres Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Ioseph mater, pia quidẽ volũtate, sed errantes deũ quærebãt in sepulchro. Recipit quidẽ voluntatem, sed errorem arguit angelus ille qui reuoluebat lapidẽ, & sedebat super lapidẽ. Et quid ostẽdebat lapis iste, cui ego insideo, qui seruus sum istius, qui certus sum ꝙ nõ potest includere dominũ meũ, cum prematur à seruo suo. Lapis ergo ille non potuit claudere Iesum. Et dicit ad mulieres quæ venerãt ad quærendũ eũ: Iesum quæritis, nõ est hic. Vbi est? in cœlo? vltra cœlos est: in terra? vltra terrã est. vbicũq; voluerit est, vbicũq; est, totus est: vbicũq; est, & vbicũq; fueris, tu ipse qui illũ quæris, in ipso es quem quæris. Audi ergo quid dicit
Luc.24.d angelus ad mulieres: Quid quæritis viuentẽ cũ mortuis? quid quęritis dominũ in sepulchro? Iesum quęritis, dominũ quæritis, quia tantum Iesum quæritis.
Ioan.1.d Certe si sciretis illum esse viuentẽ, audiretis: Medius
Luc.17.c inter vos est, quẽ vos ignoratis. Regnũ dei intra vos est. Angelus quid dicit his mulieribus? Iesum quæritis in sepulchro. Credite eũ resurrexisse, & putate in vobis quẽ quæritis. Maria Magdalene cum vidisset dominũ, & putasset ꝙ hortulanus sit, putabat illũ ꝙ esset hortulanus: errabat quidẽ in visu, sed ipse error habebat typũ suũ. Vere enim hortulanus erat Iesus paradisi sui, arborũ paradisi. Putabat, inquit, ꝙ hortulanus esset, & voluit inquirere pedes eius. Et quid ei dixit dominus? Noli me tãgere, nondũ enim ascẽdi ad patrẽ meum. Noli me tãgere, non mereris me tangere, quem in sepulchro quæris. Noli me tãgere, quẽ tantum putes, & nõ credis resurrexisse. Noli me tangere, tibi enim necdum ascendi ad patrẽ meum: cum tibi ascendero ad patrem, tunc mereris me tangere, præstãte Christo domino nostro, cui sit honor & gloria in secula seculorum, Amen.

Diui

Universidad de Deusto
Biblioteca

Diui Ioannis Chrysostomi contra Iudæos, Gentiles, & hæreticos sermo, de euangelio, Nuptiæ factæ sunt, &c.

Ioan.2.a

Irundinũ pulli in nidulis sedentes, parentũ suorũ qui sibi alimẽta afferũt, aduentũ expectant: & cum ipsos venire conspexerint, leui ala mouẽt aẽrẽ cantillãtes, & ad illorũ aduentũ applaudẽtes: similiter & eorũ parentes cum nidulo appropiãt, cantillãt, pullis aduentũ suum nunciãtes. Similiter autẽ & vos in nido tẽpli huius sedetis, meũ aduentũ expectantes: & quia venientẽ videtis, leui mẽtis alavolatis. Neq; ego dissimiliter spirituali huic nido appropiaturus, deũ voce præmissa glorifico, q̃ mihi filios dedit tam mei amãtes. Sed hirũdines alimenta sua ab ore in os tradunt: nos autẽ nostra non sic, sed ab ore in aurẽ. Illa enim in corruptionẽ procedunt, nostra vero in incorruptibilitatẽ: illa corpora pascũt, nostra animas impinguãt. Hęc omnia non temerè à me dicta sunt, sed quia lecti Euangelij continentia ad hæc docẽda nos inducit, necessarium vt vos doceã. Vocatus est, dicit, Iesus ad nuptias. Oro, compositis moribus estote, & audite quæ dicuntur. Quoniã multi nuptias prætexunt, alij filios, alij militiam, alij negociationẽ, alij artificiũ, alij seruitutẽ, alij diuitias, alij inopiã, & quęcũq; talia sunt. Volo igitur declarare vobis quòd neq; diuitiæ impediũt, neque inopia, neq; militia, neq; negociatio, neque nuptiæ, neq; pueri, neq; seruitus, neq; opificiũ, neq; aliquid tale. Vocatus est Iesus ad nuptias. Venit, vel non venit? Certũ quòd venit. Quòd si venit, quomodo ergo nuptiæ malæ? nõ potes excusare. Ego autem non dico quòd tantum venerit, sed quòd & dona secum attulerit. Aquã in vinũ mutauit. Ne excuses te propter nuptias, dominus tuus nuptiis interfuit, & nuptias honestauit: & tu nuptias arguis, & dicis nuptias obstaculũ esse ad pietatẽ? Nullum enim ad pietatem est obstaculũ. Vis cognoscere q̃ nihil nocet habere vxorẽ & pueros? Moses nónne vxorẽ habuit & libe-
3.Reg.18.g. ros? Helias nónne virgo erat? Nónne Moses mãna è cœlo deduxit? Nónne Helias ignẽ è cœlo deduxit? Nónne Moses coturnices aduolare fecit? Nõne Helias verbo cœlũ clausit? Nónne Mosi deus locutus est? Nónne & cum Helia cõuersatus est? Nónne Moses mare diuisit & trãsduxit populũ? Nónne Helias curru igneo in cœlum sublatus est? An nocuit huic virginitas? an impedimẽto fuerunt illi vxor & liberi? Vidisti Heliã aurigã in aẽre, vidisti Mosem in mari viatorẽ? Vide & Petrum Ecclesiæ columnã, quòd &
Matt. 8.b ipse habuit vxorẽ. At non est scriptũ, inquit, quòd Petrus habuit vxorẽ: vnde ergo liquet quòd vxorẽ habuit? Ego dico: Ingressus est Iesus ad socrũ Petri, & erat illa infirma, & tetigit eã: & reliquit eam febris, & stetit & ministrauit. Vides quòd & Petrus vxorẽ habuit? Vbi enim socrus, manifestũ quòd ibi & mulier. Vides quòd & Petrus vxorẽ habuit? ne incuses nuptias. Hæc dico, vt ne quis prętexat vel vxorẽ, vel liberos, vel militiã, vel negociationẽ, vel opificiũ, vel seruitutẽ, vel diuitias, vel paupertatẽ. Hęc excusatio, hic prætextus, diaboli insidiæ sunt. Militiã prætexis, & dicis, Non possum esse pius. Cẽturio nónne miles
Ibidem. erat? & dicit ad Iesum, Non sum dignus vt intres sub tectum meũ: sed dic verbo, & sanabitur puer meus. Et admiratus Iesus, ait: Amen amen dico vobis, neq;
1.Cor.4.c et 1.Thes.2.&3.b in Israël tantam fidẽ inueni. Nihilq; nocuit illũ sua militia. At quid si opifex? Et Paulus operatus est manibus, qui & antea Ecclesiarum deprædator, & post hoc factus prædicator & apostolus. Quid vero si diues? Et Abrahã diues, & ipse vxorẽ habuit & pueros. Credidit enim Abrahã, & reputatũ est ei ad iustitiã, Rom.4.a & amicus dei vocatus est: tam nihil obfuerunt ei diuitię, & mulier, & pueri. Nõ habes excusationẽ. Tria quæ prætexere potes, vnus ille habuit, & vxorem, & pueros, & diuitias. Sed quomodo si seruus? Et Onesimus seruus erat, & scribit Paulus Philemoni, dicẽs: Onesimũ qui olim nullius frugis, nunc autẽ & mihi ad Philip. & tibi vtilis. Verũ quid si rex? Erat & Dauid rex, & 1.b cum ingressus ad eum Nathan propheta, & arguit 2.Reg.12.b. ipsum de peccato quod fecerat. Nunquid in illũ tyrannidem rex exercuit? nunquid vel asperũ aliquod verbũ prophetæ dedit? an nõ & in regno seruũ se fatebatur, dicẽs: Peccaui domino? Et propheta videns Ibidem.d pœnitentiã eius, dixit: Et dominus abstulit peccatũ Ibidem. tuum. Velox pœnitentia, velocior cõdonatio. Num aliquid tribuit sibi rex, & dixit: Rex sum, amict⁹ purpura, circũdatus diademate, fero tela, sagittas, scuta, arma: mihi sunt milites & armigeri, & pauperẽ illum timerẽ? ferrémne eum, & non occiderẽ? Sed nihil talium, quanuis rex esset: sciebat enim quòd peccarat, & ob hoc pœnituit: quia sciebat se grauiter peccasse. Et nihil ei obfuit regnũ. Iam quid si iuuenis? erat & Dan. vlt. cap. Daniel iuuenis, & leonũ ora cõstrinxit, & dracones confregit, Bel subuertit, & presbyteros iudicauit, Susannam liberauit, tantęq; virtuti imperfecta ætas nõ obfuit. An nõ & talis erat fratrũ amator Ioseph, qui tantã præ se tulit sapientiã & continentiã apud Aegyptiam? Vestẽ suam diuisit, fidẽ non distrupit, impu- Gen. 39.c dentiam mulieris vicit, concupiscentiã non satiauit, & nihil impediuit illius virtutẽ adolescẽtia. Sed quid si vidua? Erat & Sidonia vidua, quæ Heliã hospitio 3.Reg.17.c. excepit, & pauit pane & aqua, & authorẽ famis non est reuerita. Quid autẽ si meretrix? Erat & Raab, quę Iosue 6.a exploratores occultauit, & cum filij Israël terrã promissionis accepissent, saluata est ipsa cum domo & genere suo. At quomodo si pauper? Pauper erat talis Luc.16.a & Lazarus. Et quantã ille sapientiã ac patientiam in extremis ostẽdit, licet nihil illum in tãta necessitate leniret. Iam si mulieri quis deditus sit, an non & Sãpson? nam licet à muliere sit proditus, tamẽ ipsi deus dedit, vt se de alienigenis vlciscereturSed quid si amas filios? amabat & Iob, Sed tentaris, tentabatur & Iob. Vides q̃ saluati sunt? Habes fidẽ, habes omnia: non habes fidẽ, rex licet sis, non tibi proderit regnũ. Sed ne ꝓmissionis obliuiscar: Vocatus igitur est Ie- Ioan.2.a sus ad nuptias: & cũ ipse ibi esset, vinũ non habebãt. Dicit ei mater sua, Vinũ nõ habẽt. Dicit ei Iesus: Implete hydrias aqua. Et impleuerunt hydrias aqua, & fecit aquã vinum. Quare autẽ dixit, implete hydrias aqua? an non qui verbo cœlũ fecit, & terrã fundauit, & omnia quæ in eis, cuius oculus arefacit abyssos, à quo tremit omnis creatura tã cœlestiũ, q̃ terrestriũ, qui ea quę nõ sunt facit esse, potuit etiã hydrias aqua implere? & dicit, Haurite aquã. Ad quid? Ego dico, q̃ si negarint, manus eorũ quę hauserũt, & humeri qui gestauerũt aquã, ipsos redarguãt. Idẽ etiã fecit cum Lazarũ suscitauit, antequã ad locũ illũ veniret, dicit discipulis: Lazarus amicus noster obdormiuit. Post- Ibid.11.b quã autẽ venerũt sorores Lazari, & dixerũt ei, Lazarus mortuus est, dixit eis, Quò posuistis eũ? Dicũt ei, Veni & vide. O noua & inopinata opera, paulò antea dixerat discipulis, Lazarus mortuus est: & nũc dicit, Vbi posuistis eum? Mortẽ prædixerat discipulis suis,

suis, & locũ nescit. Sciebat, sed propter Iudæos dicebat, quia rudes erant. Et ita cum dicit, Vbi posuistis
Genes.3.b eum? non ignorãtiæ erat: sicut & cum in paradiso dicebat Adã, Adam vbi es? Ignorabãtne vbi esset? non est dicendũ: sed quia dicebat illis diabolus, q̃ in die in qua comedetis ex ligno hoc, eritis vt dij. Et suspicati sunt illi, q̃ futuri essent dij. Ob hoc arguit ipsum deus, Adã vbi es? pro eo q̃ comedisti & manducasti homo. Sic & apud Lazarũ egit. Nã vt appropiauit mo-
Ioan.11.f numento, dixit Iudæis: Tollite lapidẽ de monumento, & tulerũt. Dicit ipsi soror Lazari, Iam fœtet, nunc enim quatriduanus est. Et vt clamauit voce magna, dixit: Lazare, veni foras. Et ꝓdiit vinctus institis. An non qui trãsfert mõtes in cor maris, potuit verbo lapidẽ mouere? qui stimulos mortis cõfregit? qui portas inferni cõtriuit, non potuit vincula disrũpere? & dicit ipsis, Soluite ipsum. Ad quid? vt si negẽt, manus eorũ & oculi ipsorũ redarguãt ipsos. Ob hoc dixit, Soluite ipsum. In primis autẽ soror Lazari testimo-
Ioan.2.b nium dedit, dicens: Iam fœtet. Idẽ & in nuptiis fecit, dicẽdo eis: Implete hydrias aqua. Et impletis hydriis aqua, fecit aquã vinũ. Et propterea vndequaque certos ipsos reddebat. Semper enim increduli erant Iudæi, & impudẽtes. Vultis cognoscere quãta eis fecit deus, & permãserũt semper ingrati? Discite, sed oro, accommodate vos mihi, & auscultate quæ dicũtur. Demõstrabo enim vobis, q̃ ab initio ingrati & increDeu.10.d duli fuerũt. Septuaginta & quinq; animæ Aegyptũ ingressę sunt, & factę sunt sexcẽta milia. Mortuus est
Exo.32.c Ioseph, & surrexit alius rex, qui Ioseph memor non fuit, afflixit igitur filios Israël valde. Clamauerũt ad deũ, dicẽtes: Domine tu iurasti patribus nostris, daturum te semini nostro terrã fluentẽ lacte & melle: nũc domine memor esto testamẽti qđ posuisti patribus nostris, & erue nos de manu Pharaonis regis Aegypti, & ex seruitute Aegyptiorũ. Audiuit igitur
Ibid.12.d dominus vocẽ eorũ, & misit ad eos Mosem. Sed attendite verba, dicit Mosi deus: Accipe agnũ immaculatum, anniculũ primogenitũ, & immola, & sanguine eius vnusquisq; obliniat fores, vt cum venerit angelus habens gladiũ extentũ, & viderit q̃ sanguine sit linita domus, illã trãseat: sin viderit nõ oblitã, ingredietur & omnia perdet. Fecit igitur Moses sic, & tradidit populo, & illi accepto cruore ianuã linierunt. Et venit angelus habens extentũ gladium suũ, & vidit sanguinẽ in foribus, & trãsiit: vbi autẽ nõ vidit, ingressus, & omnia perdidit. Hæc omnia nõ absque ratione facta sunt: sed quia per lignũ & sanguinẽ saluãdi eramus, propterea iussit deus vnũquenq; sanguine fores signare. Et quare nõ dixit deus, Lini muros sanguine? quia nõ eramus saluãdi per lapides,
Exo.16.a & Num.16.b sed per lignũ. Eduxit itaq; eos Moses ex terra Aegypti, & tulit in desertũ, & dicũt Mosi: Eduxisti nos in desertũ, vt occideres, quasi nõ sint sepulchra in Aegypto? Nónne nobis melius erat cũ essemus in Aegypto, dũ comederemus melones & pepones, allia, & cepe? Vidisti ingratitudinem, ipsi dicebãt deo, & precabãtur vt educeret se ex terra Aegypti: at vbi in desertũ venerũt, fuerũt ingrati. Cognoscis ingratitudinem? sed rem maiorẽ & singularẽ vide. Quadraginta annis fuerunt in deserto, capillũsq; ipsorũ non creuit, neq; vnguis, vestimentũ ipsorũ nõ fuit sordidatum, calceamentũ ipsorũ non fuit contritũ: non laborauerũt, non foderũt, boues non iunxerunt, aratrum nõ traxerũt, sulcos non secuerũt, tribulos non euellerũt, semina nõ sparserũt, imbres nõ expectauerunt, Solis æstus non tulerũt, tẽpus messis non exceperunt, falcẽ non acuẽre, neq; messuẽre, nõ colligarunt aristas, non comportarunt, non cõuexerunt in areã, non extriuerunt, non repurgarunt, non pinsuerunt, non coxerunt panes, & nihil omnino illorũ fecerunt: sed panẽ è cœlo nullis manibus elaboratum comederũt: proponebatur mensa nullo pręparante, impassibilitate imitabãtur angelos, natura suæ imbecillitatis oblita erat: & post tot beneficia dixerũt Aaroni, Da nobis deos qui nos pręcedãt: Mosi enim illi Exo.32.a qui nos eduxit è terra Aegypti, nescimus quid acciderit: fecerũntq; vim magnã Aaroni. Ille vt vidit eos duri cordis & incircũcisos, dicit ipsis: Tollite inaures vestras, & mittite in ignẽ, & si quid ascẽdit, hoc deus sit, & ascẽdit bubulum caput. Hic obserua hæreticũ, parasitum, ingratũ Iudæum, dicentẽ: Si deus genuit, igitur & fluxurã sustinuit, & corruptibilis est. O miser & perdite, hæcne de filio dei suspicaris? At nos, absit, ne sit. Sed genuit pater filiũ, vnus vnicũ, deus deũ perfectũ: ita sentiunt Christiani. Quia autẽ licet teipsum nescias, superna curiosius putas perquirẽda, dic: Putásne te scire, quomodo inauribus in pyram cõiectis bubulũ caput ascẽderit? Non hoc chalcotypus operatus est. Non erat cõflator, quomodo ergo egressum est bubulum caput, audes dicere? Si nescis hæc inferiora, quomodo curiosè superna inquiris? q̃ nescis propria, quomodo curiosè aliena inquiris? Et afferũt nobis euangelicã vocẽ, q̃ Iesus dixerit discipulis, Ego sum vitis, vos palmites, pater meus agrico- Ioan. 15.a la est. Vides, dicit, q̃ fecit filiũ. Inutilis enim vitis, nisi ab agricola colatur. Et putauit q̃ magnũ aliquid & egregiũ dicãt. Sed auscultate obsecro. Dicebã de ingratis & reprobis Iudæis, finite dicã & aduersus impudẽtes hæreticos. Potes mihi dicere ingrate & impudens hæretice, agricolã nõ pasci à vite? Armis tuis te capiã. Sicut agricola colit vitẽ, ita & pater operatur suum filiũ. Videamus quis ab altero educetur, an vitis ab agricola, vel agricola à vite, vt dicis, Pater à filio habet esse: non est igitur agricola, qui nõ ex operibus suis pascitur. Quid ergo? filius pascit patrẽ? Nõ, absit. Desine insipiẽtissima hæc loqui. Nã sicut agricola gaudet de vite, ita & pater in filio. Nõ enim dixit, Pater meus operatus est me: sed, Pater meus agricola est. Gauisus est enim pater in filio. Nõ audiuisti ipsum dicentem, Ipse est filius meus dilectus in quo Mat.17.a mihi cõplacui, ipsum audite? Quãdo stetit in Iorda- & 2.Pet. nis fluẽtis, nõ dixit, Ille est quẽ creaui, quẽ feci: sed di 1.d xit, in quo mihi beneplacitũ. Num & vocẽ illã reiIoan. 8.d cis? Et iterũ dicit: Descẽdi è cœlo, nõ vt voluntatem meã facerẽ, sed eius qui misit me patris. Quibus dicebat? Omnino Iudæis qui dicebãt ipsum esse fabri filiũ, & quasi inimico dei contrarij erant, & propter hoc dixit, descendi. Et quia deo contrariũ dicebãt, respõdebat: Non veni vt faciã voluntatẽ meam, sed Matt.13.g eius qui misit me patris. Nam licet videbãtur colere patrem, ipsum tamen negabãt, & ob hoc infirmitati eorũ cõsuluit, sic loquẽdo. Alioqui quomodo is qui vbiq; est, vel qui omnia adimplet, demittitur, vel descendit? Vides igitur q̃ propter Iudæos dixit, descendi de cœlo, non propter seipsum. Nullã habes excusationẽ. Afferunt autẽ hic nobis & aliud testimoniũ Apostoli dicentis, Vnus deus pater, ex quo omnia: 1.Cor.8.b & vnus dominus Iesus Christus, per quẽ omnia. Dicis quòd alius deus præter patrem non sit: & ego dico quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca

co quòd pręter filiũ,alius talis dominus nõ sit. Quid igitur?cõtẽdemus? Minime,absit. Scimus enim propter quos & quib⁹ hæc Paulus dixerit,sed audite diligenter sermonẽ. Quia gẽtiles multos deos colebãt, Iudæi vero vnum principatũ. Vt ergo & multitudinem deorũ & principatũ vnius simul auferret,dicebat: Siue enim sint dij multi & domini multi, siue in cœlo siue in terra : sed nobis vnus deus pater. Et dicendo vnus,sustulit deorum multitudinẽ. Vbi enim vnus,ibi non sunt multi: dicẽdo vero,pater : sustulit principatũ vnius. Vbi enim pater,manifestũ q᷒ ibi & filius. Et ꝓpterea dixit: Vnus deus pater,ex quo omnia:& vnus dominus Iesus Christus,per quẽ omnia. Vides quòd ad Gẽtiles & Iudæos sermonẽ verterit Paulus,ob hoc dixit, Vnus dñs noster Iesus Christus per quẽ omnia. Quia omnia tam visibilia, quàm invisibilia,de quo audi Ioannẽ dicentem: In principio erat verbũ,& verbũ erat apud deũ, & deus erat verbum, hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil quod factum est. Vides quòd ipse omniũ est opifex. Nõ audebis,inquit,mihi ostẽdere,quòd filius cũ patre numeretur. Increduli quousq; nõ cessatis cõtradicere, peruertẽtes scripturas, vt filium simplicem dicamus creaturã vel facturã? Vultis cognoscere, quòd cũ de filio verbũ aliquod sublime & deo dignũ audiũt,insanire incipiũt,& putant in ora sua amaritudinẽ immitti? eius rei vobis exemplum dicã : Cum quis morbis & febribus laborat,& paululũ relinquitur ab eis, si ordinant medici, vt os eius melle obliniatur, faciántq; id serui vt præcipitur : existimat infirmus q᷒ amarum sit mel,licet circunstantes infirmũ moneãt dulcissimum esse mel, videtur tamen infirmãtis ori amarũ, non quòd amarũ sit mel (quid enim dulcius melle?)sed quòd ille qui mel accipit,infirmus est. Sic & illis cõtingit,cum audiunt consubstantialem,opinantur offundi sibi amaritudinẽ, non quòd sermo eius naturæ sit,sed q᷒ infirmæ illorũ sunt aures. Pater filiũ vocat, similiter Apostoli: ipsi autẽ creaturam & facturam. Et quomodo filius creatura & factura? An idẽ est gignere & creare ? Si omnis qui gignit,creat, & omnis qui creat,gignit : colligemus omnes creaturas filios & genitos esse dei: quia omnia per filium facta sunt. Igitur qui creauit,idem etiã genuit. Vides quòd nati sunt dei,sicut tu dicis ? Quandiu eritis increduli? Dicite mihi,quomodo colatur filius, quando quidẽ filius dicitur ? Nónne & tu filius ? sed quid quòd deus dicitur? nónne & tu ? Sed potes mihi dicere, Ille re filius,tu nomine. Ergo filius? Ecce os tuũ te redarguit. Ille enim nec factura,nec creatura. Ille re filius,tu appellatione. Ille à solo patre genitus est, tu autẽ ex præiacente materia formatus. Hæc cõtra Gentiles,Iudæos,& hæreticos dicta sint. Nos autem glorificemus patrem & filium & spiritum sanctum, cui gloria in secula seculorum, Amen.

Homilia D. Ioan. Chrysostomi in dictum Ioannis, Veniet hora, quando veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate, Incerto interprete.

ENnumera beneficia dei, quibus per momẽta perfruimur,si iugi meditatione animo & sermone reuoluimus : inueniemus nihil tã cõgruere nobis, quàm cõtinuare preces, narrare laudes, prædicare virtutes, atq; in eius maiestatis cultũ, tota animi veneratione, obsequio, semet deuouere. Sic enim efficitur vt dum deo gratiarũ actionem referimus, & nostra officia cõpleamus, & eius potentiam cunctis populis demõstremus. Veniet, inquit, hora, quãdo veri adoratores adorabunt patrẽ in spiritu & veritate. Dũ veros adoratores dicit, esse quosdam falsos ostẽdit, suos veros esse mõstrauit. Eius est enim quod verũ est, cuius quod falsum est, & nõ potest. Diuisit substantiã, dum speciẽ separauit : genus ostendit, dum patrem constituit. Et vt verius dicam æmulis: Cuncta consistunt, nec quicquam inuenio quod contrariũ habere possit. Deniq; separatæ sunt diuersæ naturę. Falsum enim veritas non capit, amaritudinem dulcedo non patitur: noctes & dies diuersæ sunt, frigus calori non cõuenit. Perdet res quæq; quod nascitur, si aliquãdo æmulo copuletur. Adeo & bonus malo si cõnectitur, aut pares reddũtur, aut cito abinuicẽ separantur. Amiciciæ enim pares aut quærũt aut faciũt, diuersa vero aut voluntas aut necessitas iũgit. Cæterum nefas est iũgere, quod natura copulari nõ patitur. Si cõmunicauit, inquit, lupus agno aliquãdo, sic peccator iusto. & iterum, Nolite cõiungi cum infidelibus. Quæ enim participatio iusticiæ iniquitati? Quis autẽ consensus Christo ad Belial? Quæ autẽ particula est fideli cum infideli? Quæ conuentio tẽplo dei cum simulachris? Igitur quoniã quod verũ est, dei est : quod falsum, diaboli: enitendum est, vt Christianus veritatis sectator in spiritu & veritate deũ adoret: vt inter veros adoratores constitutus, dei sit orator effectus, vt eũ clemẽter exaudiat deus. Non omnis, inquit, qui dicit mihi domine, domine, intrabit in regnũ cœlorũ: sed is qui fecerit voluntatem patris mei, qui in cœlis est: ipse introibit in regnum cœlorũ. & iterũ, Quid mihi dicitis domine, domine, & nõ facitis quæ mãdo vobis ? Falsos enim & simulatores veritatis author nec amare poterit, nec audire. Tũc etenim facile poterit esse verũ quod dicitur : si qui in veritate cõstitutus est, spiritu fuerit veritatis instructus. Nam primo, veritas extra Ecclesiam non est: quia veritas Christus. Ego sum, inquit, via, veritas, & vita. Ergo si veritas extra ecclesiã non est: in ecclesia sit cõstituta necesse est. Vnde quicunque in ecclesia cõstitutus est : in veritate iam positus sit necesse est. Is spiritu veritatis sit instructus, quia idẽ spiritus sanctus nõ nisi sanctæ ecclesiæ à deo per Christũ dominũ attribu⁹ est. Vnde in ecclesia Christianus exopter, vt sanctũ spiritũ mereatur accipere: & acceptũ sanctis actib⁹ retinere, vt inter veros adoratores & ipse possit deũ adorare. Cæterũ frustra sibi quisquã aliquid à deo promittit, qui aut extra ecclesiam fuerit, aut in ecclesia simulator existẽs aliter q᷒ debuerit vixerit. Nec à veritatis authore quicquam merebitur impetrare, qui veritatis rebellẽ sese voluerit exhibere. Perdet enim orationis precẽ, qui dominicam spreuerit iussionẽ. Non vult suã orationẽ audiri, qui putauerit præcepta dei debere contẽni. Difficilis est enim ad impetrandũ aditus, cum præcedit iussionis diuinæ contẽptus. Cæterũ facile quod postulatur, accipitur: si quod iubetur, instãtissime compleatur: vt homo sibi beneficiorũ aditus aut claudat, aut referet: aut intercludat, aut tribuat: aut neget, aut præstet. Vt enim obsequia pariunt beneficia, sic contemptus exhibet pœnã. Nec enim poterit de cõtrario prosperũ prouenire, quia de prospero nunquam potuit euenire contrariũ. Deniq; ipsius orationis habitum recognosce. Nónne cum ostẽdis manus, aperis pectus, faciẽ erigis ad cœlum, oculos attollis, totum te

tum te domino creatori ostẽdis? Deniq; fœlices manus, si mundæ sunt: beatũ pectus, si purũ est: gloriosa facies, si simplicitate resplẽdet: digni oculi, si concupiscentia non fuerint maculati: fœlix totus homo, si totus fuerit illibatus. Fœlix, inquam, si nihil in eo aut cogitatio infecerit, aut actus pessimi sordidauerint. Talis spiritu & veritate præditus, veris est adoratoribus copulatus. Hic nõ modo, quicquid pro se optauerit, impetrabit : sed & pro cæteris idoneus orator effectus, & in præsenti, quod petit, accipiet: & in futuro, quod credit, inueniet. Vt qui dei est in præsenti orator, in futuro sit cœlestium regnorũ possessor: vt præmiis delectetur in cœlo, qui dominum actibus piis delectauit in mundo.

† *Ne pili quidẽ hic agnosco phraseos Chrysostomianæ. Huius author videtur qui & penultime de resurrectione.*

† *Habes ad populum Antiochenum in vltimo tomo, homilia lvj. De sacrorum participatione mysteriorum : & quòd communicare nolenti, nec orationi dignus est interesse. Ex Ioan. euangel. cap. 6.*

De Lazaro resuscitato, homilia, Incerto interprete.

GRãdi fratres stupore ; grãdi miraculo hinc, & inde fluctibus dolorũ Lazarus mortuus est: & vt terrenis artubus, vel mẽbris fœtentibus delebatur, sepultus est, & humatus. Contractis igitur mẽbris inter ieiunas, & innumerabiles costas, pellis tetra distẽditur, & humoris riuus, qui de gurgite viscerũ laxabatur, fœtẽti iam sentina per solum cadaueris teter, & cæruleus labebatur. Sed quia iustum iuuenem Lazarum (quem loquor) dominus in seculo dilexisset, præsaga voce præscius futurorum Apostolis suis dormire Lazarũ dixit : & quẽ promisit, si ad illam ciuitatem accederet, protinus excitandum. Huic ergo Lazaro, cui per cæruleas venas mẽbra tabuerũt, quem locatũ spelunca incisę rupis, immani obiectus ex põdere lapis perenni valida detrusérat. Bono maiestatis munere serena augustæ virtutis æternitas, saluatoris flectitur pietate, & ad sorores pueri, quas Lazaro crines spartos per genas tristes capillos obduxerãt, resurgere posse Lazarũ, si isti crederent, sacratissima vera dei pietas intonabat. Mox sorores cõstipante turba, miraculi eiulatu, æstu, ieiuniis, lachrymarũ vbertatibus, ebrietate dehinc genibus à statu totius corporis miserãdæ iactantur. Heu luctus pius, precũ pulsus tenuante defectu carmine palpitati, sorores lachrymas pro germano fundebãt, & Hebræas grassitãdo voces fractis in vnũ singultibus saluatoris in laudibus explebant. Quis illic rogo vos populi festinatus, quæ spectantium turba, qualis tanti miraculi potuit esse cõuentus, vbi essent plangentes puellę, mortuus frater, & Christus fratrẽ promitteret excitandũ? Conuenerũt, credo, ad hoc spectaculum seruãdæ memoriæ sempiternę milites, Iudæi, Gẽtiles, Christiani, proselyti, nautæ, nobiles, serui, senatores & iudices, an resurgere posit. fœtor lõgius de sepulchro populũ feriebat, tota ciuitas morabatur. Qualis illic eras Iesu Christe, quàm croce⁹, quàm decorus, fonte purior, niue cãdidior, luna clarior, septies sole candentior. Ecce inter hæc Christe Iesu domine deus fleuisse narraris. Agè agè serue dei viui, si aliquãdo præuales de lachrymis domini vel pauca narrato. Flebat deus mortalib⁹ lachrymis excitatus : & cum Lazarũ (potestate sua fretus) mortis de vinculis reuocaret, præstabat pietatis officiũ solatio lamentorũ. Flebat deus, non quòd ante se mortuum perisse cognosceret, sed q᷒ sororũ fletibus obtemperaret: flebat deus, vt quod homines pro hominibus facerẽt, deus lachrymis & pietate monstraret: flebat deus, cur vsq; ad hoc mortalis deliquisset, & vt discussus de perẽnitatibus inferos adamasset : flebat deus q᷒ eos qui immortales esse potuerũt, diabolus fecisset esse mortales. Heu tenuis aura de cœlo, corpus quod rexerat, succiduis artub⁹ deserebat, sed nõ te pater, nõ filius aliquãdo despexit. Pro tua mor te factus est & Christus ipse mortalis. Flebat Maria, & fratre ipso mortuo soror Martha plangebat. Harũ ad lachrymas saluator pietate cõmotus, fletus è fletibus contrahebat, vt quia ipse sororũ lachrymis filij sui etiã inter ipsos cœlos paternitas flecteretur. Reuoluuntur saxa, secretariũ patefecit horroris, curiosi affatim gentium populorũ oculi mittebantur in antrũ. Ecce vox domini saluatoris, Lazare, inquit, veni foras. Et vt Christus docet, & præuidet, exeũte mortuo, qui curiosos oculos in antrũ solicitius prætẽdebant, veniẽte foras, expauescẽti formidine longius recurrebãt. Visus est tecta facie, manibus pedibusq; constrictus, & ad documentũ virtutis ipse mortuus adhuc vinculatus, vt Christus iusserat, suis manibus resoluebãt. Quæ rogo vocet illic, qualis pressura videntium, quàm curiosa micantiũ lumina, qualis in ceruicibus præuenientiũ multitudo pẽdebat: qui fletus, quæ gaudia, quale murmur, quàm nouũ & cœleste miraculũ. Mors vincitur, homo redditur, inferorum catenę frãguntur, & post quatriduũ Lazari lingua mouetur, manus officio præparãtur, oculis visus redditur, in orbibus currũt, vestigia gressibus explicantur, auribus renouatur auditus, acies dirigũtur in parentes. Cognatio recidiuis obtutibus renouatur, vox ꝓpsapię currit in auribus Saluatoris, vnde ad motus oscula recognoscunt frigida : poscitur & panis, necnõ & domus petitur, Christi miracula referũtur, cui est gloria in secula seculorum, Amen.

Ioan. 11. f

Homilia prima D. Ioan. Chrysostomi in dictum Ioannis, Vos amici mei estis, &c. Incerto interprete.

DOminus Christus in euãgelio suo loquitur, dicens : Vos amici mei estis, si feceritis quæ mãdo vobis. Dominus Christus clementer suos alloquitur: beneuole atq; amãter suo nomini dicatos hortatur. Vos, inquit, amici mei estis, si feceritis quæ mãdo vobis. Nõ es, inquit, seruus, sed amic⁹, si quę tibi mãdo perfeceris. Nõ es famul⁹, sed amori nostro cõiunctus, si qđ impero instanter impleueris. Transies enim in amicũ ex seruo, in familiarẽ ex famulo, migrabis in amabilẽ de externo. Nõ enim peractũ seruitutis tibi notã inurit, sed indulgentia amiciciæ nostræ coniunxit. Nec peccata facient te iam iámq; obnoxiũ, quæ donãdo tibi, mecũ te destinaui in regnũ. Serua igitur amiciciæ fidem: coniunctã nobis obtine charitatẽ. Vnum sumus vterque, par sit iubentis & faciẽtis assensus: vt par sit in cœlestibus dominatus : vt enim hominẽ nascendo ipse suscepi, & coũnitus homini deus apparui: ita tu homo per gratiam me suscepto, & mihi redẽptori coniunctus, eris sociatus in cœlo, vt nũc es mihi copulatus in mũdo. Amicicię tibi nomẽ indulgẽtia mea, non tua merita contulerũt : te amabilẽ mihi benignitas nostra, non tua præstiterunt officia. Nihil meruisti, & amicus es: quod mereri incipies, si fueris, vt iubeo, obsecutus. Quinimò amicus esse non poteris: nisi quod iubeo, studiose ac beneuole perpetraris. Vt enim ego te redimerẽ, ad terras descẽdi: ita vt tu mecũ permaneas, ad me migrabis ad cœlũ. Nã inter homines amiciciæ cum

Ioan. 15. b

Universidad de Deusto
Biblioteca

cię cum amantibus cōpulantur:& inter socios,dum seruatur fides,perseuerās societas inuenitur. Deniq; tolle amorē,& amiciciæ nomē sustuleris : tolle fidē, & societas inter homines non erit. Vt enim amore, amicicia:ita fides societate consistit. Nec contēptor amicū,nec societas perfidū poterit retinere. Sic amiciciæ cœlestis fastigiū sancti omnes Apostoli adepti sunt. Sic in amorē domini patriarchæ venerunt: sic inquā Abraham dum diuinis iussis obtēperat, dum cœlestia præcepta conseruat:& Hebręorū primo,& Christianorū postremo pater esse cōmeruit: vt arenę maris & syderibus cœli ęquaretur,duplex semen ei promissum, & vtrūq; pro meritis haberet effectū: dum obtineret cœleste semen per Christū, & terrenum semen deficeret per contemptū:vt fuisset æternū,quod præcepta seruaret: & tēporale fieret,quod contēptui subiacuisset:vt Abrahę cœleste semen inchoaretur,vt dixi,per Christū:quia terrenū cessaturū fuerat per Hebræū.Igitur nascitur Christus Abrahæ semen ex Abrahā,qui ipsum fecerat Abrahā.Nascitur,inquā,ex patre, qui prior genuerat patrē:vt esset filius patre anterior,esset Christus genitore prior. Nec enim nasci corporaliter potuisset, nisi genitori originem tribuisset:vt esset genitoris genitor, & suæ originis fabricator. Vnde dominus dicebat Iudæis: *Ioan.8.g* Amen dico vobis, ante Abrahā ego sum. Quare tu quisquis es, qui de semine Abrahæ Christiane descēdis:quisquis eius te filiū gloriaris:si filius es,serua quod pater:si amicus,imple quod pręcipit Christus: vt possis lætari de amicicia domini, si tuis actibus eū feceris gloriari.Si quis te de potētibus mūdi,aut hęredem vellet cōscribere,aut amicū sibi coniungere, aut in filiū voluisset forsitan adoptare:nónne admiratus,& stupens totū illi dicares obsequium? Nónne cum omni cultu susciperes religionis parares, officia impartires, ne in aliquo ille offensus, aut volūtatem reflecteret, aut dispositionē mutaret, aut in meliorē te forsitan quod decreuerat,trāstulisset? Nunc vero hæredem te deus, amicum Christus cōstituit:& per eundē,genitoris factus es filius.Si hęres es,testatoris delegata conserua:si amicus,amiciciæ fœdera inuiolata ostēta : si filius es,lineamēta patris demōstra.Vt enim hæres testamento,amicus officio,amore filius cōprobatur:ita Christianus esse,quod dicitur,potuerit,si quod profitetur,impleuerit. Qui sibi placet de amicicia Christi, propositæ respondeat conditioni. Vos,inquit,amici mei estis,si feceritis quæ mādo vobis.Mandatorū obseruatio,amiciciæ est cōfirmatio. Nō potest quis & amicus esse,& mādata contēnere, quia qui contēnit mandatū,amicus esse non poterit. Primū igitur, bene tibi dei cultor hoc cōtigit. Vnde tibi munus tātum venit,vt ad Christi amicicias posses accedere, vt ad familiaritatē posses domini peruenire:Si ex merito:nullū in nobis meritū,nisi quod cōtulit Christus.Si ex precib⁹:nullus precū effectus, nisi quas dominus deo patri cōmendat.Igitur si neque ex merito neq; ex precib⁹,neq; vlla prērogatiua istud nobis potuerit prouenire : restat,vt benignitas dei hoc nobis per Christū contulerit:qui pro nobis corpus induit,crucē pertulit , inferos penetrauit, & resurgēs victor,in cœlū ascendit,& nos in amicicias suæ benignitatis allegit,dicēs:Vos amici mei estis, si feceritis quæ mādo vobis.Benignitas Christi proponit præmiū,vt exigat officiū:confert dignitatē,vt de nobis exigat seruitutē:beneficiis prouocat,vt officia nostra eliciat.Nec est gratuitū qđ seruitur:quia præmiū est,quo seruitus ista pēsatur : vt iam negociatio sit ista,non seruitus:mercatio sit,non famulatus.Per vsurā enim redditur, quicquid in isto tēpore per nostra obsequia fœneratur:vt cōtēptus in homine confundatur, qui ad cultū Christi eius amiciciis noluit prouocari.Erubescę igitur quisquis es,erubescę qui in amicicias Christi vocaris,nec obsequeris : qui familiaris diceris,nec eius mādatis intendis. Nam qui præmiis in obsequiū cogeris,qui donis ad officia inuitaris, quid faceres, si gratuitū subires seruitiū , qui tam liberale Christi contēnis imperiū:vt iam qui amiciciis noluit pensare obsequiū,contēptus sui gratuitū incurrat supplicium?Non enim tibi seruus ô homo,præmiis inuitatus obsequitur, aut donis & muneribus illectus quispiā famulatur:quē cōditio subiicit,famulatus addicit : seruitus ipsa cōpellit:cū discreta ista separatáq; cōsistant : dū alius est dominus, alius seruus,alius imperans,alius qui dignitate susciпitur,alius qui cōditione subiici demōstratur. Denique tūc & homo ipse beatus est,si imperanti animo seruiat corpus,si virtutibus subiecta sint vicia, si cōtraria prosperis cedant, si bonis aduersa succumbāt. Vnde tibi homo ex teipso nascetur iudiciū:dū imperas seruo, & non pares domino:dū famulis dominaris,& dominăti ipse nō seruis:& tu tamē sine prędmio imperas,ille tibi prędmiis,quod desiderat,suadet. Deniq; volo,inquit Christus,& amicū ascisce te:volo te familiarē allegare:volo tibi amabilē me exhibere: si tamē tu,quę mādo perficias:si quę iubeo,cōpleas: si quæ tibi persuadeo,studiose instātérq; adimpleas. Cæterū amari nō potes,si contēnis:contēni non potes,si seruieris:seruus non eris,si parueris: amicus fiet maberis,si quæ mādo,perfeceris. Da quod exigo:& accipe qđ promitto. Imple quod iubeo : & posside quod dispono.Etenim quid obseruāti promittitur,si contēnenti prędmiū dispēsatur?Aut quomodo poterit in obsequium quispiā prouocari,si cōtumax indigne cœperit numerari?Tūc enim amicus dignus est nuncupari,si mandata implere contendit Christi.

Homilia secunda D. Ioannis Chrysostomi in dictum Ioannis,Vos amici mei estis,si feceritis &c.

Ioan. 15.b Vos amici mei estis, si feceritis quæ mādo vobis. Cū in hominē collatos considero diuinos affectus,& cœlestis potētię magnificos fructus, ad postremū illi impartitos attēdo : tunc & supernā benignitatē admiror:& familiaritatē Christiano cōcessam dum cogito,stupeo:dum tracto,hæsito:dum recolo,perhorresco:vt quantū natura homo sit preciosus,tantū sit indulgētia Christi magnificus. Nam si quoties hominis qualitas retractatur , toties redēptoris sublimitas cogitetur:inuenies ex redemptore pręcellentē,quē ex proprio nosti degenerē.At cum cœlestia forte iura seruauerit, & quid redēptori debeat,cognouerit:inuenies ita merito dignū,vt redēptione noris prædpuum : vt tunc mireris in homine deū,cum dei opus in hominis moribus fulgere vitæ splēdore perspexeris. Dñs loquitur, dicēs:Vos amici mei eritis,si feceritis quæ mādo vobis.Pēdet amiciciæ Christi prmissio certo cōditionis obsequio. Proponitur em familiaritatis sublimitas officiorū fœnore cōparanda , cū domino certa negociatio copulatur.Promittit em & exigit,sublimat & subiicit:benignus est,& cōpellit. Christiano enim diuinæ amicicię promittūtur,vt ab eo obsequia debita repetātur.

Famulatu

Famulatu dignitas quæritur, officio sublimitas comparatur:ad amiciciarū vero cœlestium potentiā,seruitutis obsequio peruenitur. Inuitaris amiciciarum prædmio Christiane, nec inobediētiæ excusari poteris:cuius officia tanto precio expunguntur, cuius officia liberalitate tanta pensantur:vt qui obsequi spōte debueras,prædmio ad obedientiā inuiteris: nec te à bonis debere vacare obsequiis,cui promittit benignitas Christi prædmiū. Considera enim quāta sit apud deū liberalitas,benignitas quanta:vbi obsequia sine prædmio patrari non possunt, ybi seruitus dignitate expūgitur,& amicicia Christi officio comparatur:cui seruire,promoueri est:& obsequi, sublimari. O veneranda pietas Christi,qui prædmia tibi,vt obsequaris,promittit:dignitatem, vt famuleris,ostendit: amiciciis inuitat, vt seruitutē extorqueat. Suos esse, quod ipse, desiderat : si modo vt patri ipse, sic Christianus obtēperet genitori. Nam si deriuationē nominis à Christo Christiane sumpsisti : nec aliter tibi cōpetit amiciciarū coniunctio, aut hæreditatis par- *3.Ioā. 2.d* ticipatio:nisi par fuerit officiorum cōmunio.Qui dicit se,inquit,in Christo manere:debet,quomodo ille ambulauit,& ipse ambulare. Nā si Christus patrē obsequēdo promeruit,& obsequio fastigiū tātę maiestatis accepit:cur nō imitaris dominū : cur nō eius iubentis seruas imperiū?Nam si dominus Deo patri seruiuit, cur seruus domino obsequia seruitutis non reddit?Nō potest amicus existere,qui amiciciæ iura non seruat.Non potest ad familiaritatē Christi accedere,qui eius mandata noluerit obseruare. Adeptio amiciciarum, est obseruatio mandatorū. Amicicia, *Amicicia vnde.* amoris est vinculum : vnde nominis ducit exordiū. Frustrà tibi amici nomē imponis , si amici iussa non feceris.Frustrà nomē vsurpas,si nomini per contemptum repugnas.Aut enim factis,quod voçaris,ostende:aut obseruātibus nominis vocabulū cede.Præuaricationis crimē incurris, si aliud feceris, quàm vocaris.Quinimò amicicias respuis Christi,qui in te & fœdera pietatis contulit , & amiciciæ iura donauit. Noli ingratus existere , noli dona collata cōtemptu sacrilego repudiare.Ad inuitandū te Christus publi- *Ioan.17.d* ce eum patrem exorat.Pater,inquit,volo,vt vbi ego fuero,& isti sint mecū.& videant claritatē,quā mihi dedisti priusquā mundus fieret.Si te quispiam diues in amicicias ascisceре vellet , si in familiaritatem suā potens aliquis voluisset te charitatis vinculo copulare : quanto seruitutis obsequio, quātóve famulatu insisteres, ne in aliquo forte offensus amiciciarū iura mutaret?Deus te in familiaritatē vocat,& eius mā- *D* data non seruas?Christus te amicū nūcupat, & eum contēnere non formidas?Nec vereris,ne ex familiari hostis , ex amico inimicus existas : vt qui in æternum cum Christo posses gaudere , cum diabolo incipias gehēnæ ignibus cōflagrare?O stupenda benignitas domini,ô veneranda pietas Christi:quæ antè tibi in amicicias obuenit, q̄ te sibi amicum cōstituit. Antè se tibi dominus familiarē exhibuit,quàm te in familiaritatē vocauit.Propter nos corpus induit,crucē pertulit,mortē excepit.Nos peccauimus,& Christus sanguinem fudit. Nos deliquimus,& iugulari filius dei voluit. Immortalis pro mortalibus mortuus est:innocēs pro reis occisus est : iustus pro peccatoribus interemptus est. Vnde cognoscitur quantum præstabit seruiētibus,qui tantū peccatoribus præstitit. Tantū in te Christi amorē, quo amore Christia- *C* ne pēsabis?Tantos in te beneuolētiæ fructus,quo officio cōparabis?Quicquid in eius obsequiū erogaueris,parū est. Quicquid in eius seruitutē impenderis, minus est.Nec si animā dederis,aut sanguinē fuderis,compensabis.Non enim sanguis noster proderit Christo,vt Christi profuit nobis:aut nostra passio beneficiū collatura est domino,vt domini passionē nobis contulisse gaudemus. Sed idcirco passiones nostras libēter acceptat : quia sibi fieri deputat,q̄quid propter se à nobis geri aspectat : quia nec ipsum virtute nostra sustinemus,quod patimur:pro eius potētia aggredimur, & eius victoria coronamur. Deniq; ipse in suis pugnat,ipse dimicat,& victoriā Christianis assignat.Nec poterit quisquā sibi vēdicare,quod dei est: licet deus,quod suū est,homini dignetur adscribere. Quare cœlestis amiciciæ dignitas mandatorum obseruantia teneatur : ne noster exterminet contēptus,quod pollicetur beneuolentia dominus. Custoditio enim præceptorū, perceptio est promissorum. Vt enim contemptor amicus esse non poterit:ita amiciciæ gloria perfruetur , qui Christi mandata seruauerit:sicut ipse dicit,Vos amici mei estis,si feceritis quæ mando vobis.

LECTORI S.

Interpres cùm lectori studioso tredecim duntaxat homiliarum huius succedentis operis gustum daret, non verebatur quadam sua cēsura profiteri non esse Chrysostomi lucubrationem.Sed quum vniuersum hunc commentarium postea Latinitate donarit, probabile videtur eundem mutata priore sententia suo authori asserere voluisse. Aliàs,vel à vertendo abstinuisset , vel censura meliore (quod leuiter prius tentauerat) cōfirmare perrexisset. Itaque existimauimus nihil præter interpretis sententiam facturos esse, si absque dubitatione Vlla Chrysostomo adscriberemus.

SANCTI IOANNIS CHRYSOSTOMI

Commentarium in Acta Apostolorum, Des. Erasmo Roterodamo interprete. *Authore damnato.*

PRimum quidem sermonē feci de omnibus,ô Theophile,quæ cœpit Iesus tum facere tum docere vsque ad eum diem, quo præcipiens Apostolis per spiritum sanctum quos elegerat, receptus est. *D*

HOMILIA PRIMA.



OMPLVRES sunt quibus hic liber adeo ignotus est,vt non solum ambigant de authore , à quo conscriptus sit, verum ne id quidem cognitum habeāt, an omnino extet hæc rerū ab apostolis gestarum historia. Atq; hac potissimū de causa coactus sum negocium hoc suscipere,vt ignorantes allicerē,neq; sinerem tam insignē thesaurum in tenebris abditū latere. Siquidem hinc non minor nobis contingere poterit vtilitas,quàm ex ipsis euangeliis:tanta scaret philosophia,tanta abundat cum omniū dogmatum rectitu- *Liber Actorū olim inceleberrimus.* *Vtilitas Actorū.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

rectitudine, tum præcipue eorũ quæ de spiritu sancto prodita sunt. Proinde cauendũ est ne negligenter prætercurramus hunc librũ, sed exactissima cura scrutemur, excutiamúsq;. Etenim promissa quæ Christus in euãgeliis antè verbis pollicitus erat, ea hic re præstita & exhibita videre licet, ipsámq; veritatem ipsis factis relucentẽ intueri. Simúlq; videre est discipulos mirifice ad meliora trãsmutatos, nimirũ sancto spiritu vim suam in illis exerẽte. Audierãt enim
Ioan.14.b Christum dicentẽ, Quisquis crediderit in me, signa quæ ego facio, & ipse faciet, & his maiora faciet. Audierant & illa prædicentem discipulis suis, quòd ad præsides & reges essent ducendi, quódq; in synagogis suis Iudæi essent ipsos flagellaturi, q essent atrocissima quædã passuri, sed his omnibus euasuri superiores: ad hæc q euangeliũ prædicandum esset toto terrarum orbe: quæ quidẽ omnia sic euenisse, vt nulla in parte promissoris fides desiderari possit, videre licet in hoc libro. Neq; vero hæc tantum quę modo cõmemorauimus, verumetiam alia plura, quæ dixerat dominus cum ageret cum discipulis. Conspicies autem hic & illa, nimirũ Apostolos ipsos ceu volucres, terrã mariáq; percurrẽtes, ac timidos illos quondam rudésq;, subito in alios homines esse versos, fastúq; diuitiarũ gloria, ira, cõcupiscentia, breuiter rebus omnibus superiores esse factos. Videbis summã inter ipsos concordiam, nec quicquã omnino prioris illius liuoris aut inuidentiæ residere, nec iam loci principis ambitum inter ipsos feruere, sed omnẽ virtutem in eis absolutã perspicies, tum summam eximiámque charitatẽ in illis relucentem. Nam de hac
Ioan.13.d quoq; multa illis præceperat, dicens: Per hoc cognoscẽt omnes, vos esse meos discipulos, si dilexeritis inuicem. Quin & dogmata quędã hic reperire licebit, quæ nisi liber fuisset proditus, haudquaquã fuissent vlli tã dilucide cognita, quin potius quod est caput salutis nostræ, fuisset occultũ, & in obscuro latuisset: tam de his loquor quæ ad bene viuendũ, quàm quę ad fidei nostræ dogmata pertinent. Porrò eorũ quæ
1.Cor.15.b hic tractantur, maior pars, sunt acta Pauli, qui plus omnibus laborauit. Eius rei causa est, quòd is qui librum hũc cõscripsit, discipulus & cultor Pauli fuit: nimirũ beatus Lucas, cuius virtutẽ cum ex aliis multis argumẽtis, tum hoc præcipue licet perspicere, q præceptori suo indiuulsus adhæserit, quódque per omne tẽpus illũ fuerit assectatus. Itaq; cum Demas & Hermogenes illũ in periculo deseruissent, alter in Galatiam profectus, alter in Dalmatiã: audi quid de
2.Tim.4.b hoc dicat, Lucas, inquit, adhuc solus mecũ est. Quin & Corinthiis scribens de eodẽ: cuius, inquit, laus est
2.Cor.8.c in euãgelio per omnes Ecclesias. Rursus cum dicit,
1.Cor.15.a Cõspectus est Cephæ, deinde duodecim. Item cum
2.Cor.4.a ait, iuxta euangeliũ quod accepistis, de Lucæ euangelio sentit: vt iam non aberrarit à vero, qui voluminis huius descriptionẽ ad hunc authorem retulerit. Cæterum cum dico hũc ipsum, Christũ dico. Quòd

Acta quare non longius producta. si quis dixerit, quid tandem fuit in causa, quo minus omnẽ historiam ad finẽ vsq; persecutus sit, cum illi semper adfuerit: huic sic respondere poterimus, Primum q hæc quoq; sufficiebãt his qui vellent animũ aduertere: deinde quòd euãgelistæ semper incubuerunt in ea quæ magis vrgebãt, nec illis curæ fuit historias cõscribere. Siquidem non parũ multa & absque scripto tradiderũt. Itaq; cũ omnia sint admiratu digna, quæcunq; hoc libro continẽtur, tamen illud potissimũ admirandum in apostolis, quomodo sese ad infirmorũ ac rudium captũ demiserint, atq; hoc ipsum eis spiritus sanctus suggessit, in hoc illos præparans, vt in dispẽsando verbo dei versarẽtur. Vnde factũ est, vt cum tam multa de Christo disseruerint, pauca dixerint de eius diuina natura, plurima vero de natura eius humana, de morte, de resurrectione & ascẽsu. Etenim quod id tẽporis quærebatur, illud erat, vt homines audirẽt eum excitatum à mortuis ascendisse in cœlũ. Quemadmodũ igitur ipse Christus illud in primis agebat, vt perspicuum faceret, q venisset à patre: itidẽ hic præcipue studet hoc persuadere, quòd reuixit, quódq; in cœlũ receptus est, quódq; ad eundẽ reuersus est à quo profectus fuerat. Nam nisi hæc prius credita fuissent, præsertim cũ accessisset assertio de resurrectione, déq; in cœlum reditu, nimirũ vniuersum dogma Iudæis visum fuisset vanũ & incredibile. Quapropter sensim ac paulatim illos ad sublimiora prouehit. Quin etiam apud
Christus tantũ hæc dictus. Infr. 17.g Ioan.8.g Athenienses Paulus eum simpliciter hominẽ appellat, nihil attribuens amplius: Idq; iusta de causa. Etenim si Christũ ipsum de æqualitate quã habet cum patre, differentẽ frequenter aggressi sunt lapidibus
Nouator spiritus. obruere, eáque de çausa blasphemum appellarunt, haudquaquã eum sermonẽ à piscatoribus accepissent, præsertim cum crux præcessisset. Quid autẽ de Iudæis loquor, cum ipsi tum tẽporis discipuli, quoties audiebant sublimiora dogmata, crebrò turbati
Ioan.16.e fuerint & offensi? Vnde & dicebat dominus, Multa habeo quæ vobis dicã, sed in præsentia non potestis
Sensim prædicatus est Christus. ea ferre. Quod si illi ferre nõ poterãt, qui tantũ temporis cum ipso consuetudinẽ habuerant, & quibus tam multa arcana cõmunicarat, quíq; tot miracula viderãt, quomodo homines qui recẽs ab aris, simulacris, & sacrificiis, à felibus & crocodilis venerant: (nam huiusmodi tum erant gentiũ numina) quíq; & ab aliis malis tum primum fuerãt autúsi, repẽte sublimes illos de dogmatibus sermones recepissent? Imò quomodo ipsi quoq; Iudæi qui quotidie discebãt & instituebãtur, à lege frequenter illud audiẽtes, Audi
Deut.6.d Israël, Dominus deus tuus vnus est: cũ vidissent eũ affixũ in ligno crucis, atq; adeo cum ipsi crucifixissent illũ ac sepelissent, nec eum vidissent resuscitatũ, si audissent, hic ipse deus est, ac patri æqualis: nónne maxime omniũ ab his verbis abhorruissent, ac resiliissent, & oblatrassent? Proinde paulatim ac sensim illos instituunt, sesẽq; miro studio ad captũ imbecillium in dispẽsatione dogmatũ demittunt. Cæterum quo magis se demittunt Apostoli, hoc vberior contingit illis è diuini spiritus liberalitate gratia: dum in eius nomine maiora faciunt quàm ipse fecerat, nimirum vt vtroque modo proficiat euãgelium, dum sese demittentes, auditores humiles & humi iacẽtes erigunt, & sermonẽ de resurrectione miraculis probabilem reddunt. Siquidem quod maxime agit hic liber, est resurrectionis declaratio: Quę si credita fuerit, & cæteris aperta est via. Argumentum igitur & scopus huius libri, si quis rei summã crassiore sermone velit complecti, hic potissimum est. Superest vt præfationes audiamus. *Primũ quidem sermonem feci de omnibus ô Theophile quæ cœpit Iesus tum facere, tum docere.* Statim hic quæret aliquis, Quamobrem Theophilo renouat mentionem euangelij? Vt suam declararet exactam diligentiam: Nam in illius operis præfatione dicit, Visum est & mihi ab initio assectato omnia,

diligenter

diligẽter ordine tibi scribere. Nec suo vnius testimonio contentus est, sed oĩa potius refert ad apostolos, dicens: Quẽadmodũ tradiderũt nobis, qui ab initio spectatores ac ministri sermonis fuerũt. Quare quũ illic verbis suis fidẽ cõciliarit, nihil hic opus erat alia confirmãtione, quũ ibi semel habita sit à Theophilo fides ipsius sermoni, ac per illũ certissimam veritatẽ eũ edocuerit. Etem cui fides est habita scribẽti quæ audierat, huic multò magis habẽda fides, ea conscribẽti, quæ nequaquã ab aliis accepit, sed quę vidit ipse simul & audiuit. Etem si ea quę Christus gessit recepisti, multò magis recipies res ab apostolis gestas.

Actorũ non simplex historia. Quid igitur? nihil hic aliud est, q̃ historia, & narratio spiritus expers? Nequaquã. Quî sic? Quoniam & illa quæ ab initio ipsi, qui spectatores fuerũt ac ministri sermonis, Lucæ tradiderũt, spiritus erãt. Et quare nõ dixit, quemadmodũ nobis tradiderunt, qui spiritus sancti donũ promeruerũt, sed quorum ipsi spectatores fuerunt? Quoniã hoc maximè fidem conciliat, si quis didicerit ex his qui quę narrãt, oculis suis viderũt. Illud autẽ, si spiritus authoritatẽ præ se tulissent, fastui & arrogãtiæ tribuissent imperiti. Vnde & Ioã-
Ioan.11.g nes sic loquitur: Ego vidi & testimoniũ perhibui, q hic est filiº dei. Christº autẽ sic loquitur, Nicodemo
Ioan.3.b videlicet crassiori: Quod scimus loquimur, & qđ vidimus testificamur, & testimoniũ nostrũ nemo recipit. Rursus declarans, multa testimonia proficisci ab
Ibid.15.d oculis, dicebat discipulis: Et vos testificamini de me,
Infra.2.e quoniã ab initio mecũ estis. Quin & ipsi apostoli frequẽter hunc in modũ loquũtur, Testes nos, & spiritus sanctus, quẽ dedit deus fidẽtibus sibi. Postea Pe-
Infr.10.f trus cõprobans resurrectionem dicebat, Qui simul edimus & bibimus cũ illo. Facilius enim testimoniũ auditores recipiebãt ab his qui vixerant cũ illo, q id tẽporis adhuc multi abessent ab intellectu spiritus.
Ioan.19.f Vnde & Ioãnes in suo euangelio, quod scripsit, ait se vidisse qđ narrat de fluxu sanguinis & aquę, hoc ipsum grauissimi testimonij loco ponẽs, quod vidisset, etiãsi quę spiritus suggerit certiora sunt iis quę videmus, sed nõ apud incredulos. Porrò q Lucas nõ fuerit expers spiritus, pluribus ex argumẽtis perspicuũ

Miracula per Lucã. est, vel è miraculis, quæ nũc per illum fiunt, vel q tũ
2.Cor.8.c quilibet participes fiebant spiritus sancti, non solùm eximij, qualis erat Lucas, vel ex ipsiº Pauli de illo testimonio. Ait enim, cuius laus est in euãgelio: vel ex hoc q ecclesiarũ suffragiis delectus fuit. Siquidẽ suprà dictis & illud adiicit, Quin etiã electus est ab ecclesiis, vt nobis peregrinationis sit comes, in hac gratia, quæ administratur à nobis. Iam mihi vide q̃ hic euãgelistæ sermo absit ab omni fastu. Non enim dicit, prius euangeliũ quod euangelizaui: sed, priorem quidem sermonẽ feci, nimirũ euangelij prædicationem magnificentius quiddã esse ducẽs, q̃ pro ipsius dignitate aut viribus: Et tamen apostolus hoc titulo

Lucæ modestia. ornat illum dicens, Cuius laus est in euangelio. Ipse cõtrà modestè loquitur, dicens: Priorem quidẽ sermonẽ feci de omnibº ô Theophile, quæ cœpit Iesus tum facere tum docere, nõ simpliciter de omnibus, sed ab initio ad finẽ vsq;, ait enim: ad eum vsq; diem quo receptus est in cœlũ. Atqui Ioannes declarat im
Ioan.21.g possibile perscribere omnia. Siquidẽ hoc vt ostẽderet, vbi dixerat, Quę si scribãtur singulatim, nec ipse vt arbitror caperet mũdus: addidit, qui scribẽdi forẽt libri. Quomodo igitur, inquiet aliquis, hic Lucas loquitur de omnibus? Atqui nõ dixit omnia, sed de

Quæstio.

omnibº, perinde ac si quis dicat summatim & in genere: aut de omnibº loquitur, quæ necessaria sunt vt gentq;. Ac mox indicat, quæ sint illa oĩa, quæ cœpit Iesus tum facere tũ docere: intelligi volẽs miracula ad doctrinã. Nec id verò solùm indicauit, verũ etiã quod Iesus faciẽdo docuerit. Vide porrò humanitatem eius ac mẽtem apostolo dignam etiam si vnius hominis causa tam diligẽtẽ solicitudinẽ suscepisset, vt totum euangelium cõscriberet: vt, inquit, habeas eorum sermonũ quos audisti certitudinẽ. Audierat
Matt.18. enim Christũ dicentem, Non est volũtas patris mei, vt vel vnus pereat ex his pusillis. Et quã ob causam non vnicũ fecit librũ, quem vni mitteret Theophi-
Lucas quæ lo, sed in duo partitus est argumẽta? Nimirũ quò res distinctione voluminũ esset dilucidior, simulq; vt intermissiõe respiraret ac refocillaretur auditor. Quãquã & alioqui distinctæ sunt res quæ in his libris tractãtur. Quin & illud cõsidera, quo pacto Christº dictis suis per opera fidẽ conciliarit. Ad mansuetudinẽ
Ibid.11.d hortatus est, dicens: Discite à me, q mitis sum & humilis corde. Docuit nos paupertatẽ, & vtrunque factis demõstrauit. Siquidẽ filius hominis, inquit, non habet vbi caput suũ reclinet. Rursum præcepit, vt di-
Ibid.8.e ligeremus inimicos. Exhibuit hoc in cruce, deprecãs pro crucifigẽtibus. Dixit, Volẽti trahere in ius vt tu-
Matt.5.f nicã eripiat, permitte vt & pallium auferat. Ipse verò non vestimenta tantùm, verùm sanguinẽ quoq; suũ dedit. Idẽ vt facerent & discipulis præcepit: vnde & Paulus dixit, Quẽadmodũ habetis formã ex nobis.
Philip.3.d Nihil eĩm doctore frigidius, qui verbis dũtaxat philosophatur: Neq; eĩm hoc doctoris est, sed histrionis & hypocritæ. Eóq; apostoli prius vitæ exẽplis docebãt, deinde verbis. Quin potius ne verbis quidẽ erat opus, quũ clamarẽt opera. Nec aberrarit à vero, qui passionem eius actionẽ dixerit. Nam patiendo fecit
Patiens agit. ingens illud & admirandũ opus, quo mortem deiecit, reliquaq; omnia peregit. *Ad eũ vsque diẽ, quo præcipiẽs apostolis per spiritũ sanctũ, quos elegerat, in cœlũ receptus est.* Per spiritũ præcipiens, hoc est spiritualia ad illos verba loquutus, nihil autem humanum. Vide igitur, nũ hic sensus placeat, an magis placet accipere, qđ per spiritũ eis præceperit. Vides vt adhuc Lucas modicè de Christo loquitur, quemadmodũ & ipse dominus de se ipso loquebatur: Quòd si ego per spiritũ
Matt.12.f eiicio dæmonia. Etenim spiritus ille sanctº operabatur in eo tẽplo. Quid tandem præcepit? *Profecti, docete oẽs gẽtes, baptizãtes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, docẽtes illos seruare omnia quæcũq; præcepi vobis.* Magna laus apostolorũ, quum talia fuerint aggressi, nimirũ totius orbis salutẽ, quum horũ verba spiritus essent plena. Quod ipsum sanè innuit, quum dicit, per spi-
Ioan.6.g ritum sanctũ, hoc est, etiam verba quæ locutus sum vobis, spiritus sunt. Cæterũ quod dicit, hoc est: primùm auditorẽ rapit ad cupiditatẽ, deinceps discendi cognoscendíq; præcepta, tum apostolis fidẽ conciliat, quandoquidem spiritus verba dicturi sunt, & Christi præcepta. Itaq; quum præcepisset, inquit, receptus est: Non dixit, ascendit: Nam adhuc tãquam de homine loquitur. Videlicet & post resurrectionẽ docuit discipulos, cæterùm huius temporis historiã nemo nobis explicuit exactè totã. Verùm immoratur quidem huic rei Ioannes magis q̃ cæteri, quemadmodũ & hic: sed nullus omnia euidẽter disseruit, propterea qđ alia festinarent. Didicimus igitur hęc per apostolos, qui quæ audierant retulerunt, quibus

Universidad de Deusto Biblioteca

& seipsum præbuit viuũ. Prius autẽ de assumptione loquutus, dicit & de resurrectione. Posteaquam em̃ dixit eum assumptũ, ne putares illum ab aliis assumptũ esse, adiecit, quibus & exhibuit seipsum viuũ. Etem̃ si semetipsum exhibuit in re maiore, multò magis in minore. Vides quomodo clãculũ aspergit magna hæc dogmata? *Per dies quadraginta visus est ab illis.* Neq; enim ita tũc perpetuò quẽadmodũ ante resurrectionẽ fecerat, versatur cũ illis. Illud vide, non dixit, quadraginta diebus, sed per quadraginta dies. Aduolabat em̃, ac deuolabat rursus. Quur ita tandẽ? Subducebat animos illorũ ad altiora, nec patiebatur illos similiter erga ipsum sic affectos esse quẽadmodum prius fuerant. Neq; verò hoc simpliciter faciebat, sed ad vtrũq; diligẽter pręparabat, & vt crederetur resurrectio, & vt deinceps maior humana cõditione haberetur. Atq; hæc erant inter sese contraria. [B] Vt enim persuaderetur resurrectio, oportebat multa esse facta, quæ erant humanæ naturę. Vt autẽ crederetur id qđ est mirabilius, videlicet diuina natura, cõtrà. Et tamen vtrunq; factũ est opportuno tẽpore. Cæterũ qua de causa nõ apparuit omnib⁹, sed discipulis tãtùm? Quoniã multis illorũ visum fuisset spectrũ, videlicet iis qui non nouerant arcanum mysterij. Etenim si ipsi discipuli diffidebãt initiò ac turbabantur, & opus erat vt manibus contrectarent, opus erat mẽsa cõmuni: quomodo verisimile est affectos futuros fuisse vulgares istos? Proinde ex miraculis certã & indubitatã facit resurrectionis fidem, vt non solùm euidẽs esset eius ętatis hominibus, verũ etiam omnibus sequuturis. Quod em̃ in illis effecerũt conspecta ꝓdigia, hoc in omnibus posteris erat effectura fides. Quapropter & incredulos per fidẽ colligimus. Etenim si nõ resurrexit, sed manet adhuc mortuus: quomodo in nomine eius apostoli edidere miracula? At nõ edidere miracula, dixerit aliquis: Quomodo igitur nostra natio collecta est? Nec enim hoc saltẽ sic habere negabunt, neq; repugnabunt iis quę videntur. Itaq; quum aiunt non esse facta miracula, tum magis etiã seipsos pudefaciũt. *Miraculũ innouati mundi.* Nam hoc ipsum maximũ est miraculũ, absq; miraculis orbem terrarum accurrere, à duodecim pauperibus & illiteratis hominibus attractum. Neq; enim opulentia diuitiarum, neq; sapientia dicẽdi, nec alia re simili vicerunt piscatores, vt iã vel inuiti fateantur homines in illis diuinã esse virtutẽ. Nam erat impossibile, vt vnquã res tanta viribus hominũ cõficeretur. Atque hac de causa & ipse diebus quadraginta cõmoratus est post resurrectionẽ, longo tẽporis spacio certis argumentis declarans & comprobans conspectũ sui ipsius, ne spectrum & inane fantasma crederẽt quod videbatur. Ac ne his quidẽ contentus fuit, sed mẽsam etiã addidit. Nimirũ hoc est, quod deinceps dicit: *Et conuescens simul cũ illis.* Sic hoc argumento ipsi quoq; apostoli semper astruxerũt resurrectionis fidẽ, vt quum aiũt, qui quidem cibũ simul sumpsimus, & bibimus cum illo. *Act.10.f* Sed quid apparẽs faciebat? Per quę illos ad fidẽ adduxerit ostendit, dicens, Apparens illis, & loquens de regno dei. Quoniã autem deiectis erãt animis, & his quæ facta fuerãt conturbati, ac restabat, vt magna aggrederẽtur certamina, recreat & erigit illos: prædicẽs quid esset illis euẽturũ, ac præcipiẽs ne discederẽt ab Hierosolymis, sed expectarẽt promissa patris. Primùm euocarat illos in Galilæã, metuentes etiámnũ ac trementes, quò vacui pauore, possent

[A] audire quæ dicerentur. Deinde quũ audissent, & in his quadraginta dies essent versati, præcepit ab Hierosolymis ne discederẽt. *Simile.* Quur ita tandẽ? Quẽadmodũ milites in multitudinẽ erupturos, nemo patitur exire, priusquã armati fuerint, neq; quisquam equos sinit à carcere prosilire priusquã aurigam nacti sint: ita nec Christus discipulos suos passus est in acie cõspici, priusquã descẽderet spirit⁹, ne facilè caperẽtur, & abducerẽtur à multitudine. Verùm non hæc sola causa est. Sed posteaquàm cõplures erant illic credituri, & rursum cum his alij, ne qui dicere possent, ꝙ prætermissis notis, ad peregrinos abissent ostẽtandi sui gratia: hac de causa, apud ipsos qui Iesum occìderãt, exhibẽt argumẽta resurrectionis: apud ipsos, inquã, qui eum crucifixerant, qui sepelierant, in ipsa ciuitate in qua facinus illud impiũ erat patratũ, vt aduenis etiã omnibus os occluderetur. [B] Etenim quũ ipsos etiã qui dominum crucifixerunt, palàm esset credidisse: satis constat, ꝙ verè crucifixus fuerat dominus, & euidẽs erat eius facinoris impietas, deniq; resurrectionis fides apertè cõprobatur. Post hęc ne dicerent, quomodo ergo poterimus inter homines impios & homicidas, ad hæc tã multos durare, quũ simus pauci contẽptiq;? vide quomodo desperationẽ hanc dissoluat dicens, sed expectate promissionẽ patris, quã audistis ex me. Et quando audierũt, dixerit aliquis? Quũ diceret, Expedit vobis vt ego discedã, *Ioan.11.f* nisi enim ego discessero, cõsolator ille non veniet ad vos. Ac rursum, Rogabo patrẽ, & alium consolatorẽ *Ioan.14.b* mittet vobis, vt maneat vobiscũ. Et quare is non aduenit quũ adhuc adesset dominus, aut mox ab illius discessu, sed ipse quidẽ abiit die quadragesimo, spiri- *Spiritus sanctus quare non statim missus.* [C] tus autẽ aduenit quum cõpleretur dies quinquagesimus? At si nõdũ aduenerat, quî cõsistit qđ dixerat, Accipite spiritũ sanctũ? *Ioan.20.f* Nimirũ vt eos capaces redderet, & idoneos accipendo spiritui. Etem̃ si Daniel *Dani.8.f* angelũ visur⁹ semotus est, multò magis hos decebat secedere, tantũ dei donum accepturos. Vtrũ igitur licet hoc pacto quęstionem propositã soluere, an sic potius accipiẽdum est, ꝙ de eo quod erat futurum, perinde quasi iam factũ esset sit loquutus: Velut quũ dicit, Calcate serpẽtes & scorpios, & omnẽ virtutem *Luc.10.d* inimici? Quã igitur ob causam nõ tum protinus aduenit spiritus? Oportebat illos desiderio ꝓmissi teneri, atq; ita donũ accipere. Ideoq; quũ ipse digressus esset, tũ aduenit spirit⁹: Qui si venisset eo præsente, nõ habuisset illos tã ardẽs expectatio. Et ideo nõ protinus ab ascẽsione domini venit spiritus, sed post [D] octo aut nouẽ dies. Itidẽ & nos tum maximè excitamur in deũ, quoties in necessitate cõstituti sum⁹. Sic & Ioãnes tum maximè mittit discipulos ad Christũ, *Luc.7.d* quum maximè futurũ erat, vt opus esset Iesu, quãdo ille iã habitabat in carcere. Sed aliter exponi potest: Oportebat in cœlo cõparere naturã nostram, & perfectam reconciliationem fieri, ac tum venire spiritũ, quo purũ merumq; gaudiũ fieret. Nã si spiritu præsente dominus quidẽ abisset, ille verò mansisset, nõ fuisset perinde magna cõsolatio: Siquidẽ sic erãt affecti, vt admodũ ægrè ab illo diuellerentur, vnde & consolans illos dicit, Expedit vobis, vt ego discedã. *Ioan.11.f* Itaq; diebus aliquot interiectis differt missionẽ spiritus, vt paulisper afflicti, & in necessitate, quẽadmodũ dictũ est, cõstituti, mox solido puróq; gaudio fruerẽtur. *Spiritus æqualis filio.* Porrò si spiritus esset minor aut inferior filio, nõ erat sufficiẽs cõsolatio. Sed quomodo dictũ est illud,

Expedit

Expedit vobis? Ideo spiritui seruata est maior doctrinæ portio, ne putarẽt illũ minorẽ. Iam illud cõsidera, quantã eis imposuerit necessitatẽ manendi Hierosolymis, ex eo ꝙ pollicetur sese illic exhibiturum spiritũ: Nam ne rursum post ascẽsionem ipsius fugerẽt, hoc promisso ceu vinculo quodã eos illic astringit. Cæterùm quum dixisset, *Expectate promissionem patris, quã audistis ex me*, subiecit, *Quoniã Ioannes quidẽ baptizauit aqua, vos autem baptizabimini spiritu sancto post non multos hos dies.* Demõstrat in sequẽtibus, quid intersit inter Ioannẽ & ipsum, nõ iam adũbratè, quẽadmodum prius: vehementer enim obumbrarat sermonẽ, *Matt.11.b* quum diceret, Qui autẽ minor est in regno cœlorũ, maior est eo: sed nunc manifestius, Ioãnes, inquit, baptizauit aqua, vos autẽ baptizabimini spiritu sancto. Non iam vtitur testimonio, sed personæ tantũ meminit, quo memoriã illis refricet eorũ quæ prius dixerat, simulq; declarat eos iã maiores factos Ioanne, [B] quãdoquidẽ & ipsi baptizaturi erãt spiritu. Neq; dixit, ego vos baptizo spiritu sancto, sed baptizabimini, nos interim docẽs, vt modestè de nobis sentiam⁹. *Ibid.3.c* Nam hoc iam ex Ioannis testimonio dilucidũ erat, ꝙ ipse esset qui baptizaret, quũ diceret, Ipse vos baptizabit spiritu sancto & igni. Atq; hac de causa, huius vnius facit mẽtionem. Igitur euãgelia quidẽ eorum quæ Christus gessit ac dixit, narrationẽ & historiam quãdam continent. Cæterùm Actorũ liber refert ea quæ alter ille paracletus dixit ac fecit. Nã & tũ quidẽ multa ipse faciebat. Quẽadmodum & nũc Christus agit occulta vi, sicuti & tunc quoq; temporis agebat. Sed tum quidẽ per ipsum templum, nunc autẽ per apostolos. Ac tum quidẽ in virgineum venit vterũ, templúmq; construxit: nunc verò in ani- [C] mos apostolicos: Rursum tum venit in specie colũbæ, nunc in specie ignis. Quur ita? Videlicet illic pręse ferebat mansuetudinẽ, hic verò etiã vindictę seueritatẽ. Tempestiuè sanè cõmonefecit iudicij: quum enim iam oportebat peccata concedere atq; abire, plurima opus erat mãsuetudine. Rursum posteaquã adepti sumus donũ, iam instat iudicij & examinationis tẽpus. Sed quomodo dicit, baptizabimini, quum *Vnctio spiritus.* aqua non esset in cœnaculo? Quoniam in baptismo præcipua pars est spiritus, per quẽ & aqua fit efficax. Itaque quemadmodũ ipse dicitur vnctus, quum nequaquã vnctus esset oleo, sed accepisset spiritum sanctũ, sic & baptizati dicuntur discipuli. Est & alia interpretatio. Cõperire licet illos aqua fuisse tinctos. Idq; diuersis tẽporib⁹. In nobis em̃ vtrũq; fit pariter, *Apostoli à Ioanne baptizati.* tunc verò disiunctim. Siquidẽ initio à Ioanne baptizati sunt. [D] Id ne cui mirũ videatur. Etenim si meretrices ac publicani ad baptismũ illum venerũt, multò magis venerunt hi qui pòst erant baptizandi spiritu. Post hæc ne dicerent totũ hoc nihil aliud esse q̃ pollicitationes: iam enim multa de hoc baptismo dixerat, néve putarẽt, hanc spiritus vim talem vt nusquã appareret, reuocãs illos ab huiusmodi suspicione dicit, Post nõ multos hos dies. Nec expressit, quando, quò semper vigilarẽt, tãtũ dixit breui futurũ, ne deiicerẽtur animis: quãdo verò id esset futurũ, nõdum addidit, vt semper essent vigilantes. Nec hac re solũ illos inducit ad credẽdum, videlicet breuitate tẽporis, verũ etiam quum dicit promissionẽ quã audistis ex me. Porrò quod dicit hoc est, Nõ nunc, inquit, tãtùm dixi vobis, sed & iãpridẽ promisi, quæ sine dubio facturus sum. *Dies qua- re non exprimitur.* Quid igitur miraris, si nõ exprimit

[A] diem, quo hæc erant perficienda: quandoquidẽ hũc instantẽ ac vicinũ noluit esse manifestũ, ídq; iustissima sanè de causa? nimirum vt vigilantes solicitius promissum expectarent. Non enim datur, nõ datur, inquam, gratia nisi vigilanti. An nõ vides quid dicat Helias discipulo? Si videris me quũ abripiar, sic erit *4.Reg.2.b.* tibi: hoc est, continget tibi quod postulas. Quin & Christus vndiq; ad ipsum cõfluentibus dicebat, Credis? *Infr.9.b* Etem̃ nisi addicti fuerimus ei quod datur, ne sentiemus quidẽ magnopere beneficiũ. Sic & Paulo nõ statim data est gratia, sed triduũ intercessit, quo fuit cęcus, atq; interim metu purgatur ac pręparatur. Etenim quemadmodũ qui purpurã tingunt, prius aliis quibusdã coloribus præparãt id quod tincturã accipiet, ne flos dilutus & euanidus fiat: itidẽ & hic prius animi solicitudinẽ deus præparat, ac deinde infun- [B] dit gratiã. Eandẽ ob causam nec spiritũ illico misit, sed in die quĩquagesimo. Quòd si quis dixerit, quare non & nos eodẽ tempore baptizamus? illud sanè respondere possumus, ꝙ gratia quidem tum esset eadẽ quæ nunc est, cæterùm animus nũc fit sublimior & excelsior, dum ieiunio præparatur. Quanquam & Pẽtecostes tẽpus habet aliquã rationem haudquaquam absurdã. *Pẽtecostes mysteriũ.* Quam tandem dicis? Existimauerũt patres satis idoneum malæ cupiditatis frænum, magnamq; doctrinã esse baptismũ ad hoc, vt etiã tempore deliciarum sobrietatẽ tuerentur. Itaq; perinde quasi simul cũ Christo cibum capiamus, cõmunisq; cũ illo mẽsæ participes simus, ne quid temerè faciamus, sed in ieiuniis, in precib⁹, multaq; sobrietate degamus. *Simile.* Etenim si quis aditurus annonæ præfecturã, sibi parat quicquid ad vitę vsum pertinet, atq; vt sibi [C] nõnihil dignitatis assequatur, & pecunias consumit, & tẽpus impendit, & innumerabiles suffert labores: *Cõtra socordes locus cõmunis.* quo malo nos digni fuerimus, si cũ tãta socordia regnũ cœlorũ adierimus, neque vlla cura nosmetipsos ad hoc præparauerimus, priusquã accipiamus? quin & postquam acceperimus, socorditer egerim⁹? Ideo nanque posteaquam accepimus socordes sumus, ꝙ priusquã acciperemus nõ vigilauerim⁹. Ideo cõplures posteaquã acceperũt, protinus redierũt ad priorem vomitum, ac redditi deteriores, grauius supplicium sibi accersierunt, eo ꝙ à prioribus peccatis liberati, hoc pacto grauius etiam iudicis iram in se prouocarunt, dum tanto liberari morbo, ne sic quidẽ ad sanitatem mentis conuerti potuerint, quin illud potius illis vsu venit, quod paralytico cõminabatur dominus dicẽs: Ecce sanus fact⁹ es, noli posthac peccare, *Ioan.5.c* [D] ne quid tibi deterius eueniat. Itẽ quod de Iudæis prædicabat, ostendens ꝙ illos ob ingratitudinẽ immedicabilia manerent mala, Si non venissem & loquutus eis fuissem, peccatũ non haberẽt. *Ioan.15.d* Itaq; posthac dupla & quadrupla peccata fiunt. Quî sic? Quoniam post exhibitam nobis dignationem ingrati sumus & improbi. Quapropter nihil nobis ꝓficit lauacrũ ad hoc, vt mitius puniamur. Illud verò considera: Habuit aliquis cõmissa grauia, vel homicidio, vel adulterio, vel alio quopiã facinore patrato, hæc per lauacrũ remissa sunt. *Baptismo condonantur omnia.* Non enim est, non est, inquam, vllum iam peccatũ, vllàve impietas, quod nõ cedat, locumq; det dono dei. Nã diuina res est gratia. Denuò mœchat⁹ est aliquis, aut homicidiũ perpetrauit: prius quidẽ adulterium cõdonatum est, & homicidiũ illud simul cũ adulterio concessit, ac nequaquã reuocatur: Nesciũt enim pœnitentiã dona & voca-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Relapsi post baptismum.

tio dei. Cæterũ pro his,quæ post baptismũ cõmissa sunt tantã damus pœnam,quasi & illa reuocata sint, ac multò etiam grauiorẽ. Iam enim nõ simplex peccatum est,sed duplex aut triplex. Quòd autẽ his gra-

Heb. 10.e

uior pœna debeatur,audi quid dicat Paulꝰ: Qui sperniit legem Mosi,sub duobus aut tribus testibus,absq; misericordia,morte luit pœnas. Quã̃ò putatis graui-ore vindicta dignus censebitur, qui filium dei cõculcarit, ac sanguinem testamenti immundũ duxerit,ac spiritui gratiæ cõtumeliã fecerit? Fortasse multos auertimus,ne nũc accipiãt baptisma. Verùm non propterea diximus hæc,sed vt qui iã acceperũt,perseuerẽt in multa sobrietate multáq; modestia. At dicit aliquis,metuo. Si metueres,accepisses vtiq; seruasses;. Verùm ob hoc ipsum, inquiet, non accipio,q̃ metuã. At non metuis sic ex hac vita decedere? Humanus,inquit,est deus. Igitur accipe baptismũ. Humanus enim est,& opitulatur. Tu verò vbi vigilãdũ erat,non occupas istam humanitatẽ dei: vbi verò tibi visum fuerit differre,tum venit in mentẽ illius humanitas. Atqui tunc erat tẽpus vtendi hac humanitate,quam tum magis assequemur, quum eã nostra spõte amplectemur. Eteñ qui posteaquã curã vniuersam cõiecit in deũ, post baptisma redierit in peccatum,nimirũ homo,si pœnituerit, dei benignitatẽ experietur. At qui veluti deludẽs dei bonitatẽ,excesserit expers gratiæ,nullo pacto valebit effugere vindictã. Quur autẽ istiusmodi caussificationes aduersus tuã ipsius salutẽ vsurpas? Impossibile est, impossibile est inquã,eũ qui tali spe differt baptismũ,agere quic quam egregiũ aut honestum. Tu verò cuius tãdem rei gratia tantũ periculi recipis,& incertũ futuri amplecteris? Quin potius istum timorẽ mutas in laborem,ac studium,vt magnus sis ac suspiciendus. Vtrũ meliꝰ est metuere an laborare? Si quis te collocasset ociosum in domo ruinosa dicens, expecta donec in caput tuũ deciderit testudo iã putris, fortassis enim cadet,fortassis nõ cadet: quod si id nõ placet,operare ac tutissimũ inhabita thalamũ: vtrũ magis eligeres? ociũm ne illud cum timore,an laborẽ cum securitate? Sic igitur & nũc facito. Siquidẽ incertus euẽtus futuri ceu domus quædã est putris,semper ruinã minitans. At industria illa,quanquã laborem habet, tamen spondet securitatem. Abũt igitur vt in tãtam necessitatẽ incidamus, vt post baptisma recidamus in peccatum. Attamẽ si quid acciderit istiusmodi,ne sic quidẽ abiiciamus spem. Benignus est erga genus mortale deus,multasq; vias nobis dedit abolendorũ criminum etiam post baptisma cõmissorum. Cæterum quemadmodum hi qui post baptismum delinquunt,ob id grauius puniuntur q̃ catechumeni: ita qui sciunt esse pœnitentiæ remedium, nec eo volũt vti,grauiora luent supplicia. Eteñ quò maior est dei benignitas erga nos,hoc maior erit vltio, nisi illiꝰ benignitate sicut oportet vtamur. Quid ais homo, qui tantis malis plenus es ac deploratus? Semel factus es amicus,semel vltioni supremæ subductus es, haudquaquã ex propriis laboribus,sed ex dei dono. Rursus ad pristinã turpitudinẽ reuolutus es, dignus qui grauiter puniaris. At deꝰ ne sic quidẽ auersus est abs te,sed dedit innumeras reparãdæ salutis occasiones, per quas redeas in gratiam. Et hæc quidẽ facit deus. Tu verò ne tãta quidẽ lenitate ,puocatus vis laborare. Et qua tãdẽ venia posthac dignus habeberis? An nõ optimo iure gẽtes te ridebũt,ceu fucũ quẽpiam

Baptismi dilatio periculosa.

A sterilẽ,frustraq; viuentẽ? Si potens & efficax est, inquit,philosophia quã profitemini: ostẽdite quid sibi velit tanta nondum initiatorũ multitudo. Præclara verò & expetenda mysteria. At nullus animã agens, capit lotionem. Nõ enim illud est tẽpus mysteriorũ, sed testamẽtorũ. Mysteriorũ tẽpus est, sanitas mentiũ,& puritas animarũ. Eteñ dic mihi,si quis ad istũ affectus modũ nolit scribere testamentũ,si verò scripserit etiã dat in posterũ ansam rescindẽdi testamẽti (siquidẽ propterea solent his verbis præfari, Viuus, sanæq; & integræ mẽtis ordinaui de bonis meis) quũ fiet,vt qui iã sui cõpos esse desiit,possit ad plenũ initiari mysteriis? Etenim si de rebus ad hanc vitã corporalẽ pertinẽtibus statuere volẽti,non permitterẽt leges ciuiles ordinare,quoties testari volens nõ admodũ constat animo,præsertim quum de suis ipsius facultatibus præscripturus sit: quomodo qui de re-

De iis qui baptizantur i mar. te. simile.

B gno cœlorũ docetur,déque bonis illis ineffabilibus, poterit ad plenũ oĩa percipere, frequẽter & à morbo factus attonitus? Quãdo vero futurum est, vt illa verba dicas Christo,consepultus cũ illo,quũ iam sis mox abiturus? Nam factis & verbis oportet declarare beneuolentiã. Tu verò perinde facis, ac si quis tũ postulet asscribi militiæ, quum iam bellũ est soluendum: aut si athleta tũ vestes exuat, quũ iam surgere cœperint spectatores è theatro discessuri. Siquidem in hoc arma sumis,nõ vt ,ptinus aufugias, sed vt acceptis illis ex aduersario trophẽũ referas. Ne quis arbitretur intẽpestiuũ esse hisce de rebus sermonẽ, eo q̃ nunc nõ est dies quadragesimus. Nam hoc ipsum

Infra. 8. g. Ibid. 16. f.

est quod vrit animũ meũ,in huiusmodi rebus obser-

Baptismi tẽpus semper est.

uari tẽpus. Atqui Eunuchus ille, quũ esset barbarus

Exemplũ Eunuchi & custodis carcerarij.

C & iter faceret,esseteq; in via publica, non exquisiuit opportunitatẽ, sed ne carcerarius quidẽ ille,quum esset inter vinctos, conspiceretq; doctorẽ cæsum ac vinctum,præsertim quum id temporis crederet illũ in carcere mansurũ. Hìc autẽ pleriq;, qui nec in carcere habitãt,nec in itinere sunt, proferũt salutis suæ negociũ,idq; vsq; ad extremũ vitę halitum. Quòd si adhuc ambigis nũ Christus sit deus,statò foris,ne diuinos sermones audias,néve teipsum inter catechumenos numeraris. Quòd si fidis,& hoc certò cognoscis,quid cõtaris? quid refugis? q̃d detrectas? Vereor, inquit,ne peccẽ. Verũ illud quod periculosius est nõ vereris,ne cũ tãtis sarcinis abeas illuc? Nec enim idẽ est,gratiã in medio positã non assequi: & quum iam aggressꝰ sis ad honesta tẽdere,frustrari. Agè,dic mihi,si quis sic tecũ expostulet,quã ob caussam non accessisti? quã ob caussam non pertẽdisti quò cœperas? Quid dices? Nã illic fortasis habebis quod causeris, onus præceptorũ,ac difficultatẽ virtutis: at hic nihil istiusmodi. Hic eñ gratia est gratis largiens libertatẽ. Sed vereris ne pecces. Istuc dicito post baptismũ, tunc istũ habeto metum,quo serues libertatem quã accepisti,non, vt non accipias tãtum donum gratis oblatũ. Nunc verò cõtrà,ante baptisma cautus es ac circũspectus,post baptismũ socors & incogitãs. Sed tẽpus opportunũ expectas quadragesimæ. Qua gratia? Nunquid enim amplius habet illud tẽpus? Ipsi apostoli nõ in Pascha donati sunt hac gratia, sed alio tẽpore. Præterea quũ baptizarẽtur tria milia & quĩq;

Infra. 2.f

milia,nõ erat Paschę tẽpus. Similiter quũ baptizaretur Corneliꝰ,& Eunuchꝰ,aliiq; cõplures. Proinde ne

Infr. 10.b

tẽpus expectemus,ne quãdo fiat,vt dũ contamur & recrastinamus,discedamꝰ hinc inanes, vacuiq; tãtis

bonis.

bonis. Quomodo creditis me discruciari animo, quoties aliquis nondũ initiatus ex hac vita sublatus fuerit, mecũ reputantẽ intolerabiles illos cruciatus, & suppliciũ ineuitabile? Rursus quos æstus pectoris sentio, quoties alios video sub extremũ halitũ festinãtes ad initiationẽ,nec hinc fieri puriores? Eoq; sanè multa fiũt indigna tãto dei dono. Oportet enim epulari,choros ducere,gaudere & coronari, quoties alius initiatur. Ast vbi vxor ægrotantis audierit hoc ordinatũ esse à medico, veluti magnũ aliquod malũ acciderit,ita cõsternatur ac plorat, singultus & eiulatus totã vndiq; domũ implent nõ aliter q̃ comploran-tur iudicũ sententia cõdemnati,quum ad capitis supplicium abducuntur. Ille verò multò magis etiam plorat, & si contingat à morbo cõualescere,grauius etiam dolet,velut affectus cõtumelia. Quoniã enim nondum præparatus est ad virtutẽ, contatur ac de-

B trectat deinceps futura certamina. Vides quas artes excogitet diabolus,quod probrũ, quãtum ludibriũ. Itaq; subducamus nos à tali ludibrio, viuamus quẽadmodũ præcepit Christus. In hoc dedit baptismũ, nõ vt eo accepto mox decedamus,sed vt semper viuẽtes baptismi fructus proferamus. Quomodo dices hinc abeunti,fructifica, quomodo dices idẽ iam ex

Gal. 5. d

arbore execto? Non audisti quòd fructus spiritus est charitas,gaudium,pax? Quomodo igitur his diuersa proueniũt? Siquidẽ vxor adstat lugens,quum oportuerit gaudere: adstant liberi flentes,quũ oportuerit gratulari parenti. ipse decũbens in tenebris,tumultu ac perturbatione plenus est: quum oporteat diẽ festum agere,toto consternatus est animo,q̃ filios orbos relinquat, q̃ vxorem viduam, q̃ domum desolatam. Dic mihi quis ad istum modũ adit mysteria? Quis sic accedit ad sacrã mensam? Hæccine ferenda videntur? Si rex missis literis iubeat vinctos è carcere dimitti,gaudiũ est ac lætitia. Deus autem mittit spiritum è cœlis,nõ reliquias pecuniæ debitæ, sed vniuersa peccata condonãs: & omnes fletis ac eiulatis?

Mortuos baptizari ridiculũ.

Quæ tandẽ est hæc inæqualitas? Nõdum cõmemoro,q̃ etiam mortuis infusa est aqua, & q̃ sancta proiecta sint in terram. Nõ enim vestra culpa fiunt ista, sed ingratorũ. Proinde exhortor, vt omnibus rebus omissis,conuertamus nosmetipsos,ac baptismũ omni cum animi prõptitudine adeamus, vt posteaquã in hac quoq; vita declarauerimus nõ vulgare studiũ animi nostri,futurã consequamur libertatem,quam nobis omnibus contingat assequi,gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi,cui gloria & imperiũ in secula seculorum, Amen.

Illi quidem igitur congregati interrogauerunt eum dicentes: Domine,num in tempore hoc restituis regnum Israeli?

Homilia secunda.



Vm discipuli dominũ parant interrogare, simul adeunt: hoc autẽ faciunt, quo pudore reuerentiaq; multitudinis, quod scire desiderãt extorqueãt. Nouerũt enim quod prius dixerat, nemini cognitũ esse diẽ illum, repellentis fuisse sermonẽ, non ignorantis, sed differentis responsionẽ. Vnde rursus aggressi eadem percõtantur. Nequaquã autem interrogassent, si verè persuasum habuissent. Nam quoniã audierant q̃ spiritũ essent accepturi, tanquã digni iam cupiunt discere, & ad libertatis spẽ habebant erectos animos. Nõ enim volebãt sese cõiicere in pericula, sed respirare potius ac refocillari, eo q̃ nõ exigua forent, quæ illis conti-

D aperuit tempus, ita & hic facit. Quanquã & alioqui hic isti non de fine mundi, sed de regno Israelitico percontantur, eoq; dicebant, Num in tempore hoc restituis regnũ Israël: Ille verò ne id quidem illis aperuit. De fine verò mundi & prius interrogauerãt, sed non quemadmodũ illic seuerius respondit, aduocãs animos illorum ne putarent liberationẽ esse vicinã, cõiiciens eos in pericula: itidem & hic facit, sed mãsuetius dat responsum. Etenim ne sibi viderentur illudi, néve existimarent ista quæ dicebantur, prætextus esse: audi quomodo pollicetur sese protinus eis daturum, quo gauderent. Subiecit igitur, *Sed accipietis virtutem sancti spiritus superuenientis in vos, eritisque mihi testes, tum Hierosolymæ, tum in tota Iudæa & Samaria, & vsque ad extrema terræ.* Deinde ne rursus ipsum interrogarent, protinus assumptus est. Quemadmodum igitur illic metu illis offudit tenebras, negãs se scire:

Universidad de Deusto Biblioteca

fic & hic idē facit,post sermonem statim receptus in
cœlum: vehementer enim id scire desiderabant, nec
destitissent percontari, quum esset vehementer ne-
cessariū,ne scirent,quod scire volebant.Agè,dic mi-
hi,vtrum minus credunt gentes, futurám ne mundi
consummationē,an deum hominē esse factum, & è
virginis vtero prodisse,&ab hominibus in carne cō-
spectum esse? An hoc nequaquā dices, sed respōde-
bis:omnino tuum fuerit & hoc dicere. Atqui pudet
me perpetuò hac de re loqui,veluti de negocio quo-
piam ancipiti vel indifferēti.Rursus ne dicant,quare
suspēdis causam?Quæ pater,inquit,posuit in sua po-
testate. Atqui eadē est potestas patris & illius, veluti
Ioan.5.d quū dicit,Sicuti enim pater suscitat mortuos,& viui-
ficat: sic & fili⁹ quos vult viuificat. An quū est operā-
dū,eadē cū patre potestate operatur: vbi verò scire
quippiā oportet,nō cum eadem scit potestate?Atta-
men longè maius est excitare mortuos q̃ scire diē.
Quòd si cū potestate facit id quod maius est,multò
magis faciet & alterū.Verùm vt intelligatis rem,ad-
Simile. hibita similitudine reddā dilucidiorē.Quemadmo-
dū quum videmus infantem plorantē,semperq́; cu-
piētē aliquid à nobis accipere,quo nihil illi est opus,
tū occultato potius quod cōcupiscit, ostēdimus illi
manus vacuas,dicētes: Ecce non habemus: Itidē &
ille fecit apostolis. Sed queēadmodū puer ille,si post-
ea nihil ostēdamus instat plorādo,vidēs se esse delu
sum,deinde eo relicto discedimus,dicētes,vocat me
talis, & aliud quiddā eius loco quod concupiscebat
damus,volentes illū auocare ab eo qđ maluisset ac-
cipere,extollētesq́; illud qđ in alterius locū damus,
eo dato repētè subducimus nos:Itidē fecit & Chri-
st⁹.Illi quærebāt accipere,hic negauit se habere. At-
tamē primū deterrebat.Cæterū vbi rursus quęrerēt,
iterum negauit se habere, nisi ꝙ nunc non territat:
verū posteaquàm ostēderat,quod fecerat, dicit etiā
ꝓbabilē causam,Pater,inquit, posuit in sua potesta-
Matt.15.b te.Quid igitur,Nescis ea quæ sunt patris? An ipsum
quidē nosti,cæterum quæ facit ignoras? Ipse dixisti,
nemo nouit patrē nisi filius,Et spiritus quidē omnia
scrutatur,etiam profunda dei:tu verò ne hoc quidē
scis? Absit,Nō,vt hoc suspicemur,ad istum loquutus
est modū.Sed ita se gerit quasi nesciat, quò illos re-
uocet ab intēpestiua inquisitione. Timuerunt igitur
iterum interrogare,ne audirēt,Et vos sine intellectu
estis? Lōgè magis enim illū nunc metuunt, q̃ anteà.
Sed accipietis virtutem spiritus sancti superuenientis in vos.
Queādmodū illic nō respōdet ad ea quæ perconta-
bātur:nā hoc doctoris est,docere nō quæ vult disci-
pulus,sed quę discere expedit:sic & hic quę cōcessit
illis scire,ideo prædicit,ne turbarētur,nimirū adhuc
etiam imbecilles. Vt autē illos confirmaret,erexit il-
lorū animos,simulq́; texit ea quę erāt auditu grauia.
Nā quum esset illos paulò pòst relicturus,hęc collo-
quens cū illis,nihil dicit molestū simpliciter, sed cū
admixta laude mitigat per hæc quæ nunc facit,illud
propemodū dicēs,Ne formidetis,capietis enim vir-
tutē superueniētis in vos spirit⁹, & eritis mihi testes,
& Hierosolymis,& in tota Iudęa ac Samaria.Quan-
Matt.10.a doquidē antè dixerat,In viā gentium ne abieritis, &
in ciuitates Samaritanorū ne ingrediamini.Nūc au-
tem vult eos per omnē,Iudæam ac Samariam prędi-
care.Et quod tū reticuerat hic addit, *Et vsque ad ex-
tremum terræ*: Eloquutus quod erat omium maximè
formidabile.Deinde ne rursus ipsum interrogarent,

A *Videtibus illis subleuatus est, & nubes suscepit eū ab oculis eo-
rum.* Vides eos prædicasse & implesse euangeliū?Ve-
rè rem magnam illis donauit.Cæterū vbi,inquit, ti-
muistis Hierosolymis,illic primū prædicate, pòst vs-
que ad extremū terræ. Deinde rursus astruitur fides
his quæ dixerat,Videntibus illis eleuatus est,inquit.
Nō resurrexit quidē illis vidētibus, sed vidētibus il-
lis eleuatus est. Quoniā nec hic aspectus potuit oīa.
Et resurrectionis finē quidem viderant, principium
verò nō item. Rursus assumptionis initium quidem
viderunt,finē verò non item.Siquidem illud abstu-
lit,videlicet vti resurrectionis principium viderent,
quum præsens esset qui hæc loquebatur, quū ipsum
monumentū declararet ipsum illic non esse.Cæterū
quod restabat,sermone discendū erat.Quoniā ocu-
li non poterant assequi celsitudinē vt viderent, vtrū
B in cœlum ascenderet,an velut in cœlum, vide quid
fiat.Quòd idē Iesus esset,sciebant ex his quę loqu-
tus fuerat ad ipsos: ꝙ autem susceptus esset in cœlū,
ipsi deinde docuerunt angeli. Eminus enim nō po-
tuissent agnoscere. Vides sic rerū ordinē esse dispen-
satum, vt non gererentur per spiritum, verùm etiam
nonnulla visu. Quamobrem nubes suscepit eum? Et *Sensus*
hoc signum erat illum in cœlū ascendere. Nō ignis, *quędam*
neq; currus igneus,quemadmodū factum est in He- *tradit fi-*
lia,sed nubes eum suscepit,quod erat cœli symbolū: *dei. 4.Reg.2.b*
quemadmodum dicit propheta,Qui posuit in nube *Psa.103.a*
ascensum suū. Quanquam hoc & de spiritu dictum
est:ideoque dicit,in nube:declarans, ꝙ in ipso signo
diuinæ potentiæ ascēderet. Nec enim alia virtus vl-
la videtur in nube.Audi rursus quid dicat alius pro-
pheta,Deus sedet super nubem leuem.Mihi sanè vi- *Esa.19.a*
C detur hęc,quū adhuc interrogarēt,illis vehementer
attendentibus iis quę dicebantur vigilantibus mini-
meq́; dormitantibus esse facta.Quanquam etiam in
monte nubes cinxit illum, quū Moses ingrederetur *Exod.33.b*
in caliginē,verùm nō illius causa adhibita est nubes.
Ipse verò non dixit simpliciter vado, ne rursus mœ-
rore afficerentur:sed addidit,mitto spiritum.Nam ꝙ
abiret in cœlū,oculis ipsis didicerunt.Papę quo spe-
ctaculo dignatus est illos dominus, *Erant*,inquit,*in-
tendentes oculos in cœlū,eunte illo. Et ecce viri duo astiterunt
illis in veste candida,qui & dixerunt,Viri Galilæi,quid statis
aspicientes in cœlum?* Hic demonstrantis est sermo quo
vsi sunt,quū aiunt, *Hic qui assumptus est à vobis in cœlū,
sic veniet queādmodum vidistis illū euntem in cœlum*. Iterū
læta rerum facies ostēditur. Siquidē angeli quidam
simul coniuncti humanā speciem prę se ferentes,as-
D sistūt & aiunt, Viri Galilæi. Superest vt digni videā-
tur,quib⁹ fides habeatur in his de quibus loquūtur.
Itaq; veluti dignitate præminentes, è loci vocabulo
cōpellāt illos.Quid enim alioqui opus erat, eos au-
dire cuius essent patrię,quū id nequaquā ignorarēt?
Quin & ipsa specie reddiderūt illos in se intētos, vi-
delicet hoc quoq; modo declarantes,ꝙ essent è cœ-
lo profecti. Quam ob causam, nō ipse potius domi-
nus hæc discipulis loquitur,q̃ angeli?Imò præuene-
rat dominus,atq; hæc oīa prædixerat suis. Proinde
per angelos cōmonefacit illos eorum quæ audierāt.
Nec dictum est,quem vidistis assumptū, sed, eūtem
in cœlum:nimirum vt intelligas hāc assumptionem
esse reditū siue ascēsum.Carnis autē est assumi, eoq́;
dicunt,qui assumptus est à vobis,sic veniet.Nō mit-
tetur,sed veniet.Vbi sunt igitur, qui dicūt filiū patre
minorē?Nubes suscepit eum, Rectè dictū est,eum.
Ipse

Ephe.4.b Ipse enim cōscendit nubē.Proinde qui ascēdit, ipse
est qui descēdit.Hic verò mihi cōsidera, quomodo
partim quidē iuxta discipulorum intelligentiam lo-
quantur angeli,partim verò iuxta diuinæ naturæ di-
gnitatē,tum quo pacto deinceps cogitatio videntiū
tollatur in altum,eo ꝙ illis secundi aduentus nō me-
diocris cognitio data sit.Siquidē hæc verba, Sic ve-
niet:perinde valēt,ac si dicerent,cū ipso corpore ve-
niet.Nam hoc audire cupiebant:deinde declarāt,ꝙ
similiter nubi insidens iterū venturus esset ad iudi-
cium. *Et ecce*,inquit,*viri duo astiterunt*. Quur ait,viri?
Nā tota specie viros repræsentabant,ne pauore con
sternarētur.Qui & dixerūt, Quid statis intuentes in
cœlū?Protinus addunt castigantiū verba, quæq; nō
sinerēt illos protinus expectare reditū illius. Angeli
quod minus est dicūt,quod maius est tacent. Quòd
enim sic esset vēturus,quodq́; idē è cœlo foret expe
ctandus,eloquūtur. Cęterum quādo id esset futurū,
silēt. Deinceps igitur illos ab eo spectaculo seuoca-
tos,reddūt attētos ad ea quæ dicebantur,ne quoniā
non poterant iam videre dominū, crederent illum
non ascendisse. Verùm hanc cogitationē suis verbis
Ioan.13.d occupāt ac præueniūt.Etenim si prius dicebāt, quò
vadis?multò magis & nunc dixissent,num in tēpore
hoc restituis regnū Israël? Vsq; adeo delectabantur
illius mansuetudine,vt etiam post crucem ac mortē
Marc.13.a percontarentur illū, Num restituis? Atqui prius illis
dixerat, Audietis bella & rumores de bellis,sed nōdū
finis:neq; Hierosolyma capietur. Nā tum de regno
percōtabantur,nō de cōsummationę mūdi. Quan-
quam & aliâs,posteaquā resurrexerat dominus,non
miscet cum suis prolixos sermones.Igitur sanè velut
ipsi quoq; futuri in precio si id eueniret, percōtātur.
Matt.24.a Ipse verò nō aperuit,quādo restitueret regnū. Quid
enim opus erat illos hoc scire?Hoc ergo veriti, non
rursum ita loquūtur,quod signū aduētus tui, & cō-
summationis seculi:sed hunc in modum interrogāt,
Num restituis regnum Israël?Existimabāt enim iam
illud adesse.Ipse parabolis docuerat illos, ꝙ nō esset
in propinquo.Itaq; hoc percōtantibus non respon-
dit ad percontationē,verùm alium sermonē iniecit:
Sed accipietis,inquiens,virtutē sancti spiritus super-
uenientis in vos.Hic illud considera,quod dixit, su-
peruenientis,non missi:nimirum quò declararet ho
noris æqualitatē.Vbi es igitur ô tu qui bellās aduer-
sus spiritū,creaturam illum facis? *Eritis mihi testes*. In-
nuit assumptionē,quin potius eorū quę prius audie-
rāt memoriā illis renouat,vt palàm faceret,ꝙ in cœ-
lum ascēdisset. Animaduerte verò,ꝙ queādmodum
Psa.96.a dixit Dauid,Nubes & caligo in circuitu eius,ita nūc
ad id alludit dicēs, Nubes suscepit eū:his verbis de-
clarans illū esse regē cœlorū. Quemadmodū currus
regalis declarat ipsum regem,sic & ad illum missum
est regale vehiculum,ne quid triste loquerētur, nec
4.Reg.2.c idē illis accideret, qđ accidit Helisæo, qui magistro
assumpto in cœlū,dilacerauit tunicā suā. Quid au-
tē dicūt angeli?Hic Iesus qui assumpt⁹ est à vobis in
cœlū,sic veniet.Et ecce viri duo astiterūt illis. Con-
Deut.17.a gruēter.Siquidem in ore duorū testium stabit omne
Matt.28.a verbū,præsertim quum eadē loquantur. Et in veste,
inquit,cādida. Quemadmodū antè iam angelus ad
monumentū visus est in vestimētis fulgurātibus,qui
& prædixit illis quid in animo versarēt,sic & assum-
ptionis præco exhibetur angelus.Quod si prophetæ
nusquā prædixerūt,ne mireris. Superuacaneū enim

A erat,separatim eius rei mentionē facere,cuius intel-
lect⁹ cū resurrectionis intelligētia cōiunctus est.Cę-
terū vbiq; apparent angeli,velut in natiuitate,rursus
apud Mariā.Iterū in resurrectione.Itidē apparuerūt
& in assumptione.Magis autē & in secūdo aduentu
apparebunt angeli præcursores. Quū verò sic essent
loquuti,Hic Iesus assumpt⁹ est à vobis:ne cōsterna-
rēt illorū animos,subiecerūt,Sic veniet.Respirarunt
aliquantulū quū audissent eū denuò rediturū: præ-
terea sic rediturū,vt intelligerent illū sic rediturum,
vt adiri possit.Rursus hęc particula,A vobis,nō sim-
pliciter addita est, sed commēdat domini charitatē
erga illos,quos è mūdo selegerat,docetq́; eum nun-
quam deserturū,quos elegerat.Itaq; suę quidem re-
surrectionis ipse fuit testis,qđ id esset omniū maxi-
mè mirandum quæ acciderāt post virginis partum,
imò & omniū quæ cōtigerunt ante virginis partum.
B videlicet ꝙ ipse suscitaret seipsum. Ait enim,Soluite
tēplū hoc,& ego excitabo illud. Cæterū posterioris *Ioan.2.d*
aduētus angeli fuere testes,dicētes,Sic veniet. Pro-
inde si quis desiderat videre Christū, si quis dolet ꝙ
illū non viderit,hoc angelorum audito sermone,Sic *Excessus*
veniet:vitā admirādis virtutibus cōponat, & omni- *in locum*
no visurus est quē desiderat, nec frustrabitur suo vo *cōmunē.*
to.Nā maiore cū gloria veniet, sic tamē veniet cum
nubē:sic veniet cū corpore:sed multò magis admirā
dū est videre eū è cœlo descēdentē,q̃ è terris in cœ-
lū ascendentē. Venturū igitur dixerunt,in quo verò
vēturus sit,nondum addiderūt. Hic sermo cōfirmat
resurrectionis fidē. Etenim si in corpore assumptus
est,multò magis cū corpore resurrexit. Vbi sunt,qui
pertinaciter negāt resurrectionē?Qui sunt,dic mihi,
C Ethnici,an Christiani?Nō enim satis agnosco.Quin
poti⁹ optimè noui,nimirū Ethnici sunt,qui nec mū-
dū à deo cōditū credūt.Nā eorundē est,nō cōcede-
re deo potestatē aliquid è nihilo creandi, & negare
illū posse suscitare quæ sepulta sunt. Mox erubescē-
tes ꝙ non cognoscāt virtutē dei, ne vocētur in hoc
crimē,tergiuersantur,dicētes,Non eò hæc dicimus,
sed ꝙ corpore nō sit opus.Aptū ꝓfectò cōgruūq́; re-
spōsum.Fatuus eīn,vt dicit Esaias,fatua loquitur. An *Esa.32.b*
nō pudet detrahere deo potestatē ex nihilo creandi *Cōtra Ma-*
quę vult?Quòd si tantū creat ex his quæ sunt,qua re *nichæos.*
differt ab hominibus? Sed vnde, inquit,mala? At tu
quia nō intelligis vnde,non ideo debes aliud indu-
cere malū in cognitione malorū.Hic eīn gemina cō
mittitur absurditas, altera quidē ꝙ sic audes loqui:
Etenim si negas deū ex his quæ nō sunt creare quæ
D sunt,multò magis ignorabis vnde sint mala. Altera
verò,ꝙ dū ista dicis,inducis maliciā creatā.Cogita q̃
sit absurdū,dū studes inuenire fontē malorū, & hūc
ignorare,& alterū huic addere. Quære fontē malo-
rū,& ne blasphemias inferas deo. Quomodo, inq̄t,
blasphemias infero deo?Quid ais?An nō blasphem⁹
es,dū malū inducis increatū,dū illi tribuis potestatē
deo parē?Dū vim malorū inducis, æqualis cum deo
potētiæ,dū malū facis increatū?Vide quid dicat Pau
lus,Inuisibilia enim illius, ex creatione mūdi per ea *Rom.1.b*
quæ facta sunt,intellecta conspiciūtur. Cæterum ille
diabolus vtraq; dixit esse hyles,hoc est,primæ mate-
riæ,ne deinceps vlla ex re deū cognoscam⁹. Agè dic
mihi, vtrū difficilius, creare quod natura sit malū,si
tamen vllū est(Loquor enim iuxta vestrā sententiā.
Non enim potest creari natura malū, quod bono sit
adiumēto)an creare ex nō extantibus?Vtrū facilius?

Universidad de Deusto
Biblioteca

Verbi causa de qualitate loquor,eã quæ nõ sit inducere,an quæ sit in diuersum vertere? Vtrũ difficilius? domũ quæ non sit extruere,an desertam instaurare? Perspicuũ est illud esse difficilius. Nõ hoc igitur impossibile. Quemadmodũ autem hoc impossibile, ita & illud impossibile. Sic enim loquor, vt in contrariũ colligam disputãdi gratia. Quin potius si hoc nõ est impossibile,nec alterũ erit impossibile. Agè dic mihi,vtrũ facilius,vnguentum conficere,an efficere vt cœnũ habeat eandẽ vim, quam habet vnguentum? Vtrum facilius? quandoquidem deũ nostris rationibus effingimus,nõ nos,absit hoc,sed vos potius. Ipsos oculos vt sint creare, an efficere vt cæcus videat acutius videtẽ? & ipsa cæcitate abuti ad acuendũ visum,& surditate abuti ad facultatẽ audiẽdi? Mihi videtur prius illud difficilius. Quod ergo difficilius est quũ tribuas deo, qđ facilius est eidẽ non tribuis? Sed quid hęc cõmemoro? Etiã animas aiũt ex dei substãtia ꝓfectas esse. At vide quantũ hoc impietatis, quãtumq; dementiæ: dũ enim probare nitũtur deũ esse malorũ authorem, aliud magis etiam impium inducunt. primũ enim fingũt mala iuxta tẽporis spacium æqualia deo, prædicãtes hũc nihilo vetustiorẽ quolibet illorũ. Nec verentur his senectutem ac longæuitatem immensam dare. Deinde maliciã asseuerãt immortalem, neq; enim interit quod non nascitur. Videtis blasphemiam? ita necesse est, vt aut nihil sit à deo: aut si hæc nõ sunt, ne deũ quidẽ esse. Quod tertio loco proposueram, in hoc ipsi secum pugnant, ac maiorẽ æterni numinis indignationem in se prouocant. Quartũ est, quod materiæ quæ nõ subsistit, tãtam vim tribuũt. Quintũ, quod aiunt maliciã fuisse causam diuinę bonitatis, quodq; absq; hac deus, qui bonus est, non fuerit futurus bonus. Sextũ, quod viã nobis præcludunt perueniẽdi ad cognitionem dei. Septimũ, quod deum ad homines deducunt, imò ad plãtas & ligna. Etenim si nostra anima pars est substantiæ diuinæ, anima vero demigrat etiã in corpora cucurbitarũ, peponum, & ceparum, cõsequitur vt substãtia dei sit in cucurbitis. Iã si dicamus, quod spiritus sanctus in virgine construxerit templũ dei, deridẽt. Si dixerimus quod deus habi arit in spirituali tẽplo, rursus irridẽt. Ipsos vero nõ pudet dei substãtiã in cucurbitas, pepones, muscas, bruchos, & asinos detrudere, noua idololatrię specie reperta. At nõ cepe, inquit, in deo est, sed deus est in cepe. Quur fugis ne videaris deo tribuere demigrationẽ in corpora? Turpe est, inquis. An nõ igitur istud multo turpius? An nõ hoc turpe est? Quomodo nõ turpe sit in deũ, quod si nobis cõtingat, reuera turpe futurũ sit? Videtisne fecẽ impietatis? Sed quãobrẽ tandẽ nolũt corpora resurgere? Quid hic adferunt? An q, corpus sit malũ? vnde igitur nosti deũ? vnde habes rerum cognitionẽ? Tum Philosophus quo pacto philosophus est, si nihil efficit corpus? Destrue sensus, & disce aliquid eorũ quę scire est opus. Quid autẽ insipientius esset anima, si ab initio sensus habuisset corruptos? Etenim si vna corporis parte corrupta, nimirũ cerebro, lædit vniuersa vis animæ: quid futurũ cẽses, si cæteræ quoq; corporis partes corrũpãtur? Vbi fuerit vtilis anima? Ostẽde mihi animam sine corpore. An nõ audisti medicos aliquãdo dicentes, Morbus quũ adest, vehemẽter obscurat animæ vires? Quousque persistetis? Dic mihi, nũ corpus est materię? Pulchrè. Igitur habẽdũ erat odio? Quur igitur illud alis? quare foues? Quin potiꝰ liberãda erat anima ab hoc carcere. Nã alioqui deus nõ potest vincere materiã, nisi illi cõmisceatur. Nõ em̃ potest illi præcipere, donec illi mixtus fuerit, ac per vniuersam materiã constiterit. O imbecillitatẽ. Rex quidem imperando peragit omnia, deus autẽ malis nõ imperat? Imò in totũ nisi malicia boni cuiuspiã fuisset particeps, ne subsisteret quidẽ: talis est enim natura mali, vt nõ consistat, nisi virtuti cuipiã admisceatur. Proinde nisi prius fuisset malicia admixta virtuti, iam olim perierat. Nã hunc in modũ sese habent mala. Sit aliquis lasciuus, quisq; sese prorsus non tẽperet, num vixerit decem dies? Sit rursus latro quispiã, quem à nullo facinore retrahat conscientia, sit etiã talis erga latrocinij socios, nũ vixerit omnino? Sit aliquis fur impudens, qui non vereatur etiã palàm furari, num viuet istiusmodi? Mala nõ habent naturam, vt ex sese possint subsistere, nisi paulũ aliquid à virtutibus ceperint: Sic ista deus cõparauit, vt alteris altera sint admixta. Sit ciuitas virorũ improborũ, an stabit vnquã? sed fac stare malos, vttum stabunt iuncti bonis, an inter sese? At fieri nõ potest vt soli stent. Verè stulti facti sunt, quũ se dicãt esse sapientes. Si corpus malũ est, omnia simpliciter mala sint oportet, & frustra sunt quæ cõspiciuntur, aqua, terra, sol & aër. Siquidẽ & aër corpus est, quãquam inuisibile. Tẽpestiuum igitur existimarũt iniqui loqui nugalia. Verũ ista ne toleremus, quin potius aduersus illos obturemus aures. Est enim, est inquã corporis resurrectio. Hoc declarat sepulchrum quod est Hierosolymis: hoc declarat lignũ, cui fuit alligatus quũ flagellis cęderetur. Comedimus enim, inquit, & bibimus cum illo. Credamus itaq; resurrectionẽ, & hac digna operemur, quo simul & futura bona consequamur in Christo Iesu domino nostro, cui cum patre & spiritu sancto, gloria, imperium, honor nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

Rom.1.c

Infr.10.f

Tunc reuersi sunt Hierosolymam à monte qui dicitur Olueti, qui abest ab Hierosolymis iter sabbati. Homilia tertia.

TVnc, inquit, *reuersi sunt*. Tunc, Quando? postquàm audierant. Alioqui nõ sustinuissent, nisi alter aduẽtus ipsis promissus fuisset. Mihi vero videntur hæc in sabbato gesta fuisse, alioqui nõ ad istum modum indicasset interuallum loci, dicens, *A monte qui dicitur Olueti, qui abest ab Hierosolymis iter sabbati*. Etenim certa viæ longitudo præscripta fuerat, quam peragere fas esset die sabbati. Et quum essent ingressi, ascenderunt in cœnaculum, vbierãt permanentes. Itaq; posthac Hierosolymis manebãt post domini resurrectionẽ, Petrus, Iacobus, & Ioannes. Non hic iam solus cum fratre recensetur, sed & Andreas cum Petro. *Philippus & Thomas, Bartholomæus & Matthæus, Iacobus Alphæi, & Simon Zelotes, ac Iudas Iacobi*. Rectè mentionẽ fecit discipulorum. Postquã enim vnus prodidit, alter diffisus est, declarat quod vno excepto reliqui essent incolumes. *Hi omnes erant vnanimiter perseuerãtes in deprecatione & obsecratione cum mulieribus*. Pulchrè. magna siquidem armatura in tẽtationibus est deprecatio, & hoc abundè didicerant prius ab ipso magistro. Quanquam & alioqui præsens tentatio ad orandum illos adegit. Atque hac gratia conscendunt etiam cœnaculum. Vehementer enim metuebant Iudæos. *Cum mulieribus*. De his loquitur de quibus narrant euangelia, quod dominum sint sequutæ. *Et Maria matre Iesu, & fratribus eius*. *f*

Matt.27.

Quo

Ioan.19.c Quomodo igitur dictũ est, q, peculiariter in sua receperit eã ille discipulus? Sed rursus vbi cõgregasset illos, ita demũ & illa simul aderat. *Et cum fratribus eius*. De his loquitur, qui prius diffisi fuerãt. *Et in diebus illis surgens Petrus in medio discipulorũ dixit*. Quàm est feruidus? Quàm agnoscit creditum à Christo gregem? Quàm in hoc choro princeps est? & vbique primus omniũ incipit loqui. Erat autẽ turba hominum, inquit, simul ferè cẽtum viginti. *Viri fratres oportebat impleri scripturã hanc quã prædixit spiritus sanctus*. Quur nõ solus à Christo postulauit, vt ipsi daret aliquẽ substituendum in locũ Iudæ? Deinde quur nõ potius per seipsos perficiunt electionẽ? Iam Petrus erat seipso factus melior. Hoc ad priorẽ quæstionẽ responsum esto. Alterius verò, quamobrem non simpliciter, aut vulgari more, sed ex reuelatione postularint supplerí ministeriũ, duas causas adferemus: vnã quidem, q, aliis rebus essent occupati: alterã, q, hoc esset certissimum argumentũ, Christũ adhuc illis adesse. Quẽadmodũ enim quũ præsens esset, elegerat: ita & absens elegit. Ea res non mediocre momentũ habebat ad cõsolandos discipulorũ animos. Iam & illud considera quàm Petrus agit omnia ex cõmuni discipulorum sententia, nihil authoritate sua, nihil cum imperio. Neq; simpliciter dixit, hunc in locũ Iudę sufficimus, sed cõsolans illos super eo quod acciderat, vide quo pacto dicẽdi sumit exordiũ. Neq; enim Iudæ factum mediocriter cõsternauerat illorũ animos. Nec id tibi mirũ videri debet. Etenim si nũc vulgus hoc factũ traducit, quid illos tum dixisse consentaneum est? *Viri*, inquit, *fratres*. Si dominus suos discipulos fratres appellauit, multò magis cõuenit vt Petrus suos cõdiscipulos appellaret, quapropter & omniꝫ præsentibus sic loquutus est. Ecce dignitas ecclesiæ, & status angelicus. Nullus erat illic ab aliis diuulsus, non masculus, non fœmina. Tales optarim & nunc esse cõgregationes. Nullus erat solicitus de his quæ ad corporis victum pertinent, nullũ torquebat cura rei domesticæ. Tantũ boni affert tentatio. Tantum commodorũ habet afflictio. *Oportebat impleri scripturã hanc quã prædixit spiritus sanctus*. Semper cõsolatur illos ex eo qđ antè fore prædictũ sit. Itidẽ & Christus vbiq; facit. Quem morẽ seruans & Lucas ostendit nihil accidisse noui, sed quod iam olim prædictum erat fore. *Oportet*, inquit, *impleri scripturã hanc, quã prædixit spiritus sanctus per os Dauid*. Nõ ait, Dauid dixit, sed spiritus per eum. Consídera in ipsis statim libri principiis, qua doctrinæ ratione sit vsus. Vide quod aggressus hoc opus scribere, non abs re dicebã hunc libri arbitrio sancti spiritus conscriptũ esse. *Quã prædixit*, inquit, *spiritus sanctus per os Dauid*. Perpẽde quomodo prophetã reddit familiarem, cúmq; adducit in medium, sciens & ipsis fratribus expedire vt intelligant hoc per Dauid fuisse dictũ, & non per alium prophetã. *De Iuda*, inquit, *qui dux fuit*. Vide & hic hominis prudentẽ moderationem. Non dicit cõtumeliam, neq; insultat, dicẽs, de scelesto illo, & omnibus scelerib⁹ inquinato, sed simpliciter quod accidit indicat. Neq; dicit de eo qui prodidit, sed in alios detorquet crimẽ, per quos ad hoc deuenit. At ne illos quidẽ acriter mordet, *Qui dux*, inquit, *fuit cõprehendentibus Iesum*. Ac priusquam eloquatur vbi prædixerat hoc Dauid, narrat quod accidit Iudæ, vt ex præsentibus crederẽt futura, ostenderétq; Iudã iam dedisse pœnas. *Quoniam cõnumeratus erat nobiscũ, & sortitus est sortẽ ministerij huius. Hic quidẽ igitur possedit agrũ ex mercede iniquitatis*. Moralem reddit sermonẽ, & latenter crimen aperit, quòd ita cõducat ad correptionẽ. Nõ dicit, Iudęi possederũt: sed hic agrũ possedit. Etenim quoniã infirmorũ animi non tam respiciunt ad futura, q̃ ad præsentia, de vindicta prẽsente cõmemorat. *Et suspẽsus crepuit medius*. Rectè non in peccato, sed in vltione sermonẽ facit acriorem. *Et effusa sunt*, inquit, *omnia viscera eius*. Hoc audiẽtibus adferebat consolationẽ. *Et innotuit omnibus habitãtibus Hierosolymis, adeò vt vocaretur ager ille propria ipsorum lingua Aceldama, hoc est, ager sanguinis*. Iudæi quidẽ hoc cognomẽ indidere agro, non ob agrũ ipsum, sed propter Iudã. Nam is agrũ adduxit in hoc nouũ cognomen, impietatis suę cognomen ferẽs ab hostibus. Id sentire Lucã declarat tum id quod ait, nominauerunt: tum illud quod mox subiicit, propria ipsorũ lingua. Deinde post digressionem nominatim prophetæ verba subiicit, dicens: *Scriptũ est enim in libro Psalmorũ, Fiat cõmoratio ipsorum deserta, nec sit qui inhabitet in ea*. Hoc de loco, dęq; domo: *Et episcopatum eius accipiat alter*: hoc est, principatum, sacerdotium. Proinde non hæc accidunt, inquit, meo cõsilio, meáq; volũtate, sed illius qui hæc prędixit, ne videretur ipse rem ardũã conari, sed talẽ cui Christus testẽ adhibuerit prophetã. *Oportet igitur*, inquit, *è nobis congregatis in omni tempore*. Quamobrem cõmunicat hoc negociũ cum illis? Ne res verteretur in pugnã, ac delaberetur in contentionẽ. Nam si his ipsis hoc accidit, multò magis accidisset illis. Sẽper autem hoc deuitat. Quamobrem exordiẽs dicebat, *Viri fratres oportet eligere è nobis*. Multitudini permittit iudiciũ, simul eos qui eligebãtur, reddẽs reuerẽdos, & seipsum liberãs ab inuidia simultatéq;, quæ poterat à cæteris oboriri. Nam hęc semper ingẽtia gignit mala. Quod igitur sic oportuit fieri, docuit adducto prophetæ testimonio. E quibus autẽ oporteat fieri electionẽ, ipse interpretatur dicẽs, *Ex congregatis nobis per omne tempus*. Etenim si dixisset, modestos oportet adesse, cæteros affecisset cõtumelia. Nunc autẽ tempori permisit iudicandi negociũ, non simpliciter dicens, cõgregatis, sed addit: *In omni tẽpore, quo exiuit & intrauit ad nos dominus Iesus, exorsus à baptismo Ioãnis vsq; ad diem quo assumptus est à nobis: testẽ resurrectionis eius nobiscum fieri vnum ex his*. Vt fieret quid? Ne chorus non haberet suum numerũ. Quid? An nõ licebat ipsi eligere? Licebat, & quidẽ maximè. Verùm id nõ facit, ne cui videretur gratificari. Quanquã alioqui nondum erat particeps spiritus. *Et statuerunt*, inquit, *duos, Ioseph qui vocabatur Barsabas, cognomento Iustum, ac Matthiam*. Non ipse eos statuit, sed omnes. Cæterùm sententiam ipse protulit, sed hanc quoq; declarãs suam non esse, sed è supernis profectã iuxta prophetiam. Itaq; recitator fuit, non præceptor. *Ioseph qui dicebatur Barsabas, cognomẽto Iustus*. Fortassis ob multos cognomines posuit & agnomen & cognomẽ, quandoquidem & inter apostolos cõplures erant cognomines, Iacobus Zebedæi, & Iacobus Alphæi: Simõ Petrus, & Simon Zelotes: Iudas Iacobi, & Iudas Iscariotes. Quãquàm iuxta aliũ sensum ex vitæ mutatione, aut fortassis ex instituto cognomen est additũ. *Statuerũt*, inquit, *Ioseph, qui vocabatur Barsabas, cognomẽto Iustũ, & Matthiã. Et orantes dicebãt, Tu domine qui nosti omniũ corda, ostẽde quẽ elegeris ex his duobus vnũ, & accipiat sortẽ ministerij huius, & apostolici muneris: vnde præuaricatus est Iudas, vt abiret in locũ suũ*. Rectè cõmemorant illius peccatum,

Ecclesiæ primæ status.

Universidad de Deusto
Biblioteca

catum, declarantes se testē quærere, non supplentes numerum, sed non sinentes eum imminui. *Et dederūt sortes suas.* Quoniā non erat spiritus, sortibus rem peragunt. *Et cecidit sors super Matthiā, & suffragijs additus est vndecim Apostolis. Tunc*, ait, *reuersi sunt Hierosolymam à mōte, qui dicitur Oliueti, qui abest ab Hierosolymis iter sabbati.* Hoc ait, vt declararet illos nō facere longum iter: Ne quid terroris accideret, pauēt adhuc metuúntq; sibi. *Quū essent ingressi, ascenderūt in cœnaculū.* Non enim audebāt in ciuitate cōparere. Ac rectè ascenderunt in cœnaculū, ne promptū esset ac facile illos cōprehendere. *Et erāt*, inquit, *vnanimiter perseuerātes in deprecatione.* Vides quàm fuerint vigilātes. Duo quædā de illis testificatur, alterū q̄ in precibus perseuerarēt, alterum q̄ vnanimiter velut hoc eodē animo facientes. Ioseph itaq; forsitan iam erat vita defunctus, eóque noluit huius facere mentionē. Neq; enim quū fratres credidissent ille erat incredulus, qui crediderat ante omnes. Quapropter nō videtur vulgari more ad hunc attēdere, velut ad hominē, id quod declaratur ex eo q̄ mater dicit, Ego & pater tuus dolētes quærebamus te. Ante omnes igitur ille cognouit dominum, Ad fratres autē dicebat Christus, Nō potest mundus vos odisse, me autē odit. Vide vero Iacobi modestiā. Is acceperat Hierosolymis episcopi munus, & tamen hīc nihil loquitur. Cōsidera autē & aliorum discipulorū singularem modestiā, quo pacto cōcedunt ei soliū, nec amplius ambigūt disceptātes inter sese. Illorū enim ecclesia talis erat qualis est in cœlis, nihil habēs rerū mundanarū, non parietibus, non marmoribus, sed feruore eorū qui cōuenerant relucens. *Erant*, inquit, *fermè centū viginti.* Fortassis septuaginta quos selegerat, aut alij quoque probiores, qualis est hic Ioseph, Matthias, mulieres quæ à Galilæa sequutæ fuerāt illū, simul & vbiq; adfuerāt. Hæc doctoris prouidētia. Primus hic doctorē constituit: Non dixit, nos ad docendū sufficimus. Vsqueadeo aberat ab omni inanis gloriæ studio, & ad vnū tantùm spectabat. Quanquā autem habebat cōstituendi ius par omnibus, tamen hęc cōgruenter fiebāt ob virtutē viri, & ob hoc, q̄ tum tēporis, præfectura nō honos erat, sed cura subditorū. Ea res nec patiebatur eos qui eligebātur efferri, q̄ ad pericula vocabātur, nec eos qui nō fuissent electi, veluti contēptos affici mœrore. Tametsi nūc non eodē fit modo, sed prorsus diuerso. Ecce centū & viginti erāt, & vnū duntaxat postulat è tota multitudine. Meritò primus omnium authoritatē vsurpat in negocio, vt qui omnes habeat in manu. Ad hunc enim dixit Christus, Et tu aliquando conuersus cōfirma fratres tuos. *Quoniam*, inquit, *connumeratus erat nobiscū.* Quapropter oportebat alterū proponere, vt illius loco fieret testis. Iam illud vide quomodo præceptorē imitatur, vbique loquens è scripturis, neq; quicquā adhuc loquens de Christo, quoniā id ipse dominus antè crebrò iusserat. Neq; hīc mentionē facit proditionis Iudæ. Verūt de Iuda, eo q̄ proditionis merces, eadem esset præco vindictæ, *Parauit*, inquit, *agrū ex mercede iniquitatis.* Vide quomodo quod factum est, fuerit diuinæ dispēsationis. Iniquitatis inquit. Multæ sunt iniquitates, sed hac nihil vnquā factū est iniquius. Itaq; iniquitatis erat negociū. Neq; præsentibus tātùm innotuit quod factū est, verùm etiā posteris omnibus. Inscientes igitur eum sic nominauerūt locū, non data opera, quemadmodum & Caiaphas insciens edidit prophetiā. Ita deus cōpulit eos sic edere vocabulum Hebraicū, Aceldama. Hinc enim patefiebant etiam mala quæ Iudæis erāt superuētura. Hactenus ostendit ex parte euenisse quod erat prædictum hisce verbis, Bonū erat si natus non fuisset homo ille. De Iudæis autē conuenit eadem dicere. Etenim si punitus est qui fuit dux, multò magis & isti. Sed horum nihil adhuc loquitur. Post hæc declarās q̄ de eo cōgruenter dici debeat aceldama, allegat prophetam dicentem, *Fiat commoratio eius deserta.* Quid enim desertius esse possit sepulchro? Itaq; meritò debuit hoc nomine vocari ager. Etenim qui precium numerauit, etiā si fuerūt alij qui emerāt, tamen is meritò pro domino habebatur magnæ desolationis. Hæc desolatio procemiū est Iudaicæ desolationis, si quis diligenter expēdat. Nam & ipsi seipsos occiderunt fame, multosq; peremerunt, & ciuitas versa est in sepulchrum hospitū ac militū. Nam nec illos patiebātur sepeliri: neq; enim sepultura fuerant digni. *Oportet igitur*, inquit, *ex nobis qui cōgregati fuimus viris.* Vide vt illos voluit esse spectatores. Quanquam spiritus erat adfuturus, tamen huius rei magnā curam habebat. *Congregatis*, inquit, *nobis viris, in omni tempore quo egressus & ingressus est ad nos dominus Iesus.* Significat illos habitasse cum eo, non simpliciter vt discipulos adfuisse. Nimirum iam tum ab initio multi sequebātur eum. Vide igitur quomodo id declaret, dicēs, Erat vn⁹ ex duobus qui audierant à Ioanne, & secuti sunt Iesum. *In omni*, inquit, *tēpore quo ingressus & egressus est apud nos dominus Iesus, incipiēs à baptismo Ioānis.* Pulchrè. Etenim quæ prius fuerant facta, nemo nouerat edoctus, sed spiritu didicerant. *Vsque ad diem*, inquit, *quo assumptus est à nobis, vt testis resurrectionis eius nobiscū fiat vnus ex his.* Non ait, Cæterorum testis, sed tantùm testis resurrectionis. Siquidē illi magis erat habēda fides qui poterat dicere, Qui edebat, qui bibebat, qui crucifix⁹ est, idē resurrexit. Itaq; nō oportebat esse testē neq; priorum temporū, neq; prodigiorū quæ post gesta sunt. Nam quod quærebatur id erat, resurrectio. Siquidē illa erāt manifesta & in cōfessis, hæc autē clàm facta est, hísq; solis erat manifesta. Neq; dicūt, angeli retulerunt nobis, sed vidimus nos. Vnde liquet istud? Ex miraculis quę facimus. Ob id potissimum id tēporis digni erāt quibus crederetur. *Et statuerūt*, inquit, *duos.* Quare nō multos? Ne maior fieret animorū perturbatio, néve res in multos distraheretur. Neq; temerè non præfert illū, videlicet ostendens eū frequenter qui apud homines in precio est, apud deum esse inferiorē. Omnes tamen cōmuniter orant dicentes, *Tu domine qui nosti corda omniū, ostende.* Tu inquiūt, non nos. Aptè cordium cognitorē appellant. Hinc enim erat electio facienda. Hoc pacto confidebant, quòd oporteret omnes vnum fieri. Non dixerūt, elige, sed ostende electum: hoc est, quem tu elegisti, scientes quòd omnia prius à deo fuerāt destinata. *Ex his duobus, vt vnus accipiat sortē huius ministerij, & apostolici muneris.*

Luc. 2.g

Ioan. 7.a

Psal. 108. 6.

Act. 22.d

neris. Hoc ideo dicūt, q̄ esset aliud ministeriū. *Et dederūt eis sortes.* Nondū iudicarūt sese esse idoneos, vt ipsi ex sese facerēt electionē, eóq; cupiunt aliquo signo edoceri. Alioqui si illic vbi nec erat deprecatio, neq; viri probi, tātùm valuit sors, eo q̄ recto animo fieret super Iona: multò magis hic expleuit chorū, ac perfecit ordinē, nec alter ille præteritus doluit. Non celarunt apostoli, si quid habuerūt minus perfectū, qui quidē de ipsis primoribus non veriti sunt dicere, q̄ alicubi cōmoti fuerūt, idq; non semel, sed semel atq; iterū ac sæpius. Hos igitur & nos imitemur. Nō iam omnibus loquor, sed his tantū qui principatum affectant. Si credis dei esse electionē, ne indigneris: illi enim indignaris, & aduersus illū irritaris. Illius enim est electio. Quòd si ipse elegit, tu verò audes huic indignari, idē facis quod Cain. Oportet enim probare quod deo placuit. At ille quoniā prælata est victima fratris, incēsus est, indignatus est, quū oporteret cōpungi. Ego verò non hoc dico, sed q̄ deus nouit vtiliter dispēsare. Fit enim crebrò, vt qui moribus es humanioribus, nō sis idoneus. Rursus est tibi vita inculpata, moréq; liberales, cæterùm in ecclesia non his tantùm opus est. Quin & alioqui alius ad aliud est appositus. Non vides quot verba faciat super hac re scriptura diuina? Sed si quādo ob aliquā causam res deuenerit ad contentionē, non tanquā ad principatum aut præfecturā frattrum accedamus, sed tanquā ad illorū honorē ac refocillationē. Etenim si nouisses q̄ episcopus debet omniū onera gestare, q̄ aliis irascētibus datur venia, ipsi verò nequaquàm: quòd aliis peccātib⁹ supereſt excusatio, ipsi verò minimè: haudquaquā festinasses ad primatū, haudquaquam accurrisses. Hic enim omnium linguis expositus est, omniū iudiciis obiectus, & sapientiū & insipientiū: curis perpetuis obtunditur, tum diurnis, tum noctur nis. Multos habet quib⁹ est inuisus, multos habet inuidētes. Nec enim mihi loquaris de his qui nihil nō faciunt ad gratiā, qui dormire cupiūt, velut ad quietem accedūt ad negociū. De his non loquor, sed de his qui vigilant pro animabus vestris, qui subditorū salutē anteponūt suæ. Dic mihi, si qui decem habet filios subditos, assiduè cum ipso viuētes, cogitur sine intermissione curam illorū agere: quid non patietur hic qui tot habet, non domesticos sed obedientiam habentes in sua ipsorum potestate? Sed habetur, inquiūt, in honore. Quis honos? Pauperes triobolares cōuicia iaculātur in illū in foro. Cur igitur illis non occludit os? Admodū sanè. Nō enim opus episcopi narras. Rursus nisi semet omnib⁹ præbeat, & his qui viuūt in ocio, & his qui in negocio, mille vndiq; criminationes. Nemo metuit accusare ac traducere. Nā in principib⁹ vrget metus, in his vero nequaquā, quādo dei timor apud istos valet nihil. Quis eloqui possit in dicēdo docendóq; solicitudinē? Quis difficultatē in electionibus? Fortassis aut ego sum vehemēter infirmus & infœlix, nihilíq;, aut sic habet res, nihil à naui quæ fluctibus iactatur differt sacerdotis animus. Vndiq; premitur ab amicis & inimicis, à suis & ab alienis. Nónne terrarū orbis imperiū tenet imperator? Hic autē vnius ciuitatis episcopus est. Sed tātò plus curarū habet hic, quātum interest inter aquam fluminis vento agitatā, & inter mare intumescens & insaniēs. Quā ob rem tandē? Quoniam illic cōplures sunt qui adiuuāt, eo q̄ legibus ac mādatis omnia peraguntur: hīc vero nihil tale. Neq; enim liceret ex authoritate præcipere. Verùm si vehementer cōmoueatur, audit crudelis: si parū vehementer, audit frigidus. Sed oportet hæc duo cōtraria cōcurrere, sic vt neq; contēnatur, neq; odio habeatur. Quin & aliàs, ipsa negocia præueniūt occupántq;. Quam multos cogitur offendere, volēs nolens? Quàm multos obiurgare, velit nolit? Nō temerè dico, sed vt affectus sum ac sentio. Nō arbitror inter sacerdotes multos esse qui salui fiāt, sed multò plures qui pereāt. In causa est, quoniā res excelsum requirit animū. Multas enim habet causas quæ depellāt ipsum à suis moribus, & innumeris oculis illi opus vndiq;. Nō vides quàm multas res oportet adesse episcopo, vt sit appositus ad docendū, vt tolerans malorū, vt tenax sit ac fidelis in doctrina sermonis? Quantæ hoc difficultatis? & q̄ alij peccāt, illi imputatur. Nihil dico præterea, si vel vnus tātùm decedat nō initiatus, nónne totam ipsius subuertit salutē? Vnius enim animæ perditio, tantā habet iacturā, vti nulla ratio possit æstimare. Etenim si vnius animæ salus tāti est, vt ob hāc filius dei fieret homo, tātáq; pateretur, q̄ditio cogitā quantā cōciliabit pœnā. Quòd si quis ob hominē in hac vita perditū morte dignus est, quātò magis ille? Ne mihi dixeris igitur, Peccauit presbyter, aut diaconus, omniū horū crimina redundāt in caput eorum qui hos elegerunt. Rursus aliud dico: Euenit vt quis successionē accipiat virorū improborū, quid cōsilij capiat, hæret, peccatis præuētus. Vtrinq; præcipitiū est. Nec illum oportet amittere, nec alios offendere. Quid? An excutiēdus est prior? Verùm nō adest occasio. An omittēdus? Certè, inquis. Nā eius est culpa qui elegit. Quid igitur? Nō oportet eligere quēquā, nec in aliū reuocare gradū? Verùm ita fiet, vt omnes norint illū esse malū. Itaq; rursus alio offendit modo. Ergo ad maiorē gradum promouendus est? Hoc multò deterius. Proinde si quis ad summū sacerdotium accesserit, velut ad solicitudinem & curā, nullus illud facilè susceperit. Nunc autem non aliter q̄ prophanos magistratus, & hāc affectamus dignitatem. nimirū vt glorificemur & honoremur apud homines; perdimur apud deum. Quid lucri fert hic honos? Quomodo demonstratū est eū esse nihil? Quū cōcupiscēs sacerdotiū, ex aduerso pone criminationes quas illi perpeti necesse, pone virā à negociis liberam, pone supplicij modū. Quoniā si pecces priuatim, nihil tale passurus es: sin in sacerdotio, peristi. Reputa q̄ multa sustinuerit, in quàm multis philosophum præstiterit Moses, quàm multa præstiterit bona: sed quoniā peccarat vnum peccatum, acerbè punitus est, idq; meritò, quippe quū id aliorū iactura factum sit. Itaq; grauiores pœnas dedit, non solùm ob id quod propalā factum est, sed & q̄ esset sacerdotis peccatū. Neq; enim simili pœna plectimur pro cōmissis manifestis & occultis. Propterea q̄ peccatum quidē idem est, iactura non est eadē, imò ne peccatum quidē est idē. Neq; enim idem clàm occultéq; peccare & in propatulo. Episcopus autē non potest peccare clàm. Bene enim cum illo agitur, si non peccans liber esse possit à criminationibus, tantū abest, vt peccās id possit. Si vel irascatur, si vel rideat, si vel somnū relaxationis cōcupiuerit: multi sunt qui scōmatis incessant, multi qui offendantur, multi qui leges præscribant, multi qui priorū memoriam refricent, & præsentē deiiciant, idq; faciunt non vt illos laudent, sed vt hunc mordeant. Dulce aiunt bellum

inex-

Universidad de Deusto
Biblioteca

inexpertis. hoc & nunc cõuenit dicere, Imò potius A
hoc dicimus prius q̃ veniamus in certamen. Cæterũ
postea q̃ eò descendimus, sic nos gerimus vt popu-
laris cõditionis hominibus etiam ignoti simus. Non
enim est nobis bellũ aduersus eos, qui potẽtia oppri
mũt pauperes, neq; sustinemus ꝓpugnare gregẽ, sed
Ezec.34.a. ad exẽplum pastorũ, quorũ meminit Ezechiel, ma-
ctamus ac deuoramus. Quis nostrũ præstat tantã so-
Gen.30.c licitudinẽ pro ouibus Christi, quantã præstitit Iacob
erga greges Laban? Quis potest recẽsere toleratũ no
ctis gelu? Ne verò mihi dixeris peruigilatas noctes,
tantámq; curam exhibitã. Totũ itaq; cõtrarium est.
Primates ac præfecti nõ tãto potiũtur honore, quãto
qui præest ecclesiæ. Si ingrediatur in aulã regiã, quis
prior? Si apud matronas, si in ædib⁹ versetur magna-
tum, nullus alius illi præfertur honore. Perierũt om-
nia, corruptáq; sunt. Hęc loquor nõ vt vobis pudorẽ
incutiã, sed vt vestrã cohibeã cupiditatẽ. Quẽ enim B
cõsciũ adibis, si procuratis vel per teipsum, vel per
aliũ? Quibus oculis obtueberis illũ qui tibi fuit auxi-
lio? Quid habebis quod excuses? Etenim qui nolens
& inuitus cõpulsus est, habiturus est aliquã excusa-
tionẽ. Quanquã maximè & hic priuatus est venia,
nisi q̃ ad hoc collatus habet aliquid excusationis.
Cogita quid acciderit Simoni. Quid enim refert si
nõ das pecuniã, sed pecunię loco adularis, subornas,
Act. 8.d multáq; machinaris? Pecunia tua sit tecum in perdi-
tionẽ, ad illũ dictũ est. Et his dicetur, Ambitio tua sit
tecũ in perditionẽ, quoniã putasti ambitu humano
parari donũ dei. Verùm nullus fortassis est talis, Vti-
nam non sit. Cupio siquidẽ nihil horũ ad vos perti-
nere quę loquor. Sed interim ipse sermonis tenor in
harũ rerum mentionẽ me deduxit. Neq; enim quo- C
ties loquimur aduersus auariciã, aduersus vos loqui-
mur, imò nec prorsus aduersus vllũ. Vtinã cõtingat
vt remedia frustra sint à nobis parata. Talia sunt me-
dicorũ vota, nihil aliud postulantiũ, nisi vt post mul-
tum laboris insumptũ prorsus abiiciãtur pharmaca.
Idẽ & nos optamus, vt nostra verba prorsus in aërẽ
dicãtur, & verba tantũ sint. Equidẽ omnia promptè
sustinuero, vt nõ sit opus hæc dicere. Quin si vultis
tacebimus, tantùm vt silentiũ careat periculo. Nec
enim arbitror quenquã, quanuis admodũ gloriæ si-
tientem, nisi vocet necessitas, velle prorsus episcopũ
designari. Cõcedemus vobis doctrinã. Nã hæc ma-
ior est doctrina, quæ docet ipsis factis. Quandoqui-
dem & medici sunt optimi, qui tametsi morbus æ-
grotantium adfert ipsis mercedẽ, cuperẽt tamẽ suos
amicos vti prospera valetudine. Et nos cupimus om D
nes bene valere. Non enim cupimus vt nos probati
simus, vos autẽ reprobi sitis. Optarim si fieri possit,
vt ipsis oculis meã erga vos charitatẽ valeam ostẽ-
dere. Id si fiat, nullus posthac mihi culpã vllã impin
geret, etiã si sermo meus fuerit vehemẽter asper. Et-
enim quæ ab amicis dicũtur, etiã si contumeliam ha
beant, tolerabilia sunt. Magis enim credendũ vulne
ribus amici, quàm spontaneis inimici osculis. Nihil
mihi vobis charius, ne lux quidẽ ista. Optarim enim
ipse vel millies execrabilis esse, si queã per hoc ve-
stras animas cõuertere. Adeò mihi luce dulcior est
vestra salus. Quid enim mihi prosunt Solis radij, si
dolor per vos obortus, multã caliginẽ offundat ocu
lis? Tunc enim bonũ est lumen, quũ in gaudio exo-
ritur. Nam animę mœrẽti etiam molestũ videtur es-
se. Cæterùm non mẽtiri me quæ loquor, vtinam nõ
cõtingat vnquã experimẽto discere. Verùm siquan-
do cõtigerit vestrũ peccare quẽpiam, dormiẽti mihi
obuersamini. Emoriar, nisi videor similis dolore exa
nimatis, nisi attonitus: & vt verbis propheticis vtar,
etiam ipsum lumẽ oculorũ meorũ non est mecum. Psal.37.b
Nam quæ spes nobis, si vos non proficiatis? Rursus
quantũ animi solatiũ, si vos probati sitis? Gestire mi-
hi videor, quoties boni quippiã audio de vobis. Im-
plete meum gaudium. Hoc solùm adfero ad votum,
quoniam desidero profectũ vestrũ. Quòd aduersus
omnes decerto, hoc est, quoniã diligo, quoniã con-
glutinatus sum, quoniam omnia mihi vos estis, & pa
ter & mater & fratres ac liberi. Itaq; ne quid eorum
quæ à me dicuntur arbitremini ab odio vestri profi-
ciscí, sed in hoc dici, vt corrigamini. Frater, inquit, Prou.18.c
qui à fratre adiuuatur, vt ciuitas munita. Ne igitur a-
spernemini. Neq; enim ego contẽno, si quid dicere
voletis, sed cuperẽ & à vobis corrigi, cuperẽ discere.
Omnes enim nos fratres sumus, vnus autem est no-
ster magister. Quanquã & inter fratres fas est vt vn⁹
præscribat, ac cæteri obtẽperent. Ne igitur aspernemini,
sed omnia faciamus in gloriam dei: Quoniam
ipsi gloria in secula seculorum, Amen.

Et dum compleretur dies Pentecostes, erant vnanimiter Cap. II.
congregati in vnum: & factus est repentè de cœlo so-
nitus. Homilia IIII.

QVæ est hæc Pentecoste? quũ falx mittenda
esset in messem, quũ fructus essent colligen
di. Vides typũ? Vide iam veritatẽ. Quũ falx
sermonis esset adhibẽda, quũ colligẽdę fruges: tunc
spiritus ille veluti acuta falx aduolauit. Audi enim
Christũ loquentẽ, Attollite oculos vestros, & videte Ioan.4.c
regiones, quòd iã albæ sunt ad messem. Ac rursum,
Messis quidẽ multa, operarij verò pauci. Vnde ipse Luc.10.a
prior falcẽ misit in messem: propterea quòd ipse se-
getis primitias subuexit in cœiũ, nostra assumpta na
tura: atq; hãc ob causam appellat messem. *Dum com-*
pleretur, inquit, *dies Pẽtecostes*: Hoc est, non ante Pente-
costen, sed circiter, vt ita loquar, Pentecosten. Nam
oportebat festi tempore rursus hæc fieri, vt qui cruci
adfuerãt Christi, iidẽ hæc quoq; spectarẽt. *Et factus*
est repẽtè de cœlo sonitus. Quare id non est factũ absque
signis sensibus expositis? Quoniã si quũ hoc accidis
set dixerunt, musto pleni sunt: quid non dixissent, si Supr.2.b
signũ non fuisset additũ? Neq; tantũmodo repentè
factus est sonitus, sed vt magis excitaret illorum ani-
mos, totã etiam domũ repleuit. Miram spiritus vehe
mentiam expressit. Præterea demõstrat omnes fuis-
se congregatos, vt simul & qui aderant crederent, &
discipulos eo munere dignos ostẽderet. Nec id acci
dit modò, verùm etiã quod multo cognitu est mira-
bili⁹: *Et visæ*, inquit, *sunt illis dispertitæ linguæ, velut igneæ.*
Rectè vbiq; additum est, velut, ne quid sensibile de
spiritu suspicareris. Velut igneæ, inquit, & velut fla-
tus. Nec enim vẽtus erat simpliciter per aërẽ diffu-
sus. Ac tum quũ Ioãni deberet innotescere spiritus,
velut colũbę specie in caput Christi venit: nũc verò
quum tota multitudo conuertenda esset ad fidẽ, ve-
nit in specie ignis. *Et insedit singulis illorũ*: Hoc est, mã-
sit apud illos, & in illis requieuit. Nam sedẽdi verbũ
stabilitatẽ ac mansionem declarat. Quid autem, an
in duodecim venit tantùm, non etiam in cæteros?
Nequaquã, sed venit etiam in illos centum viginti.
Neq; enim temerè Petrus allegauit prophetæ testi-
monium,

Ioel.2.b moniũ, dicẽs: Et erit in nouissimis diebus dicit do-
minus deus, Effundã de spiritu meo super omnẽ car A
nẽ, & prophetabũt filij vestri, & filiæ vestræ, & iuue-
nes vestri visiones videbunt, & senes vestri somnia
somniabũt. Animaduerte q̃ vt non solùm obstupe-
scas, verùm etiã gratia implearis, ideo venit in spiritu
sancto & igni. *Et repleti sunt omnes spiritu sancto, & cœpe*
runt loqui varijs linguis, prout spiritus dabat illis loqui. Non
accipiunt aliud signũ, sed hoc primũ: erat enim no-
uum, nec erat opus alio signo. *Insedit*, inquit, *singulis*
illorũ. Ergo & illi qui non fuerat assumptus, eóq; iam
nec dolet se non fuisse electũ, quemadmodum fuit
Mathias. *Et repleti*, inquit, *sunt omnes*. Rectè sic loquu-
tus est, nec enim vulgariter acceperũt gratiã spiritẽ,
sed eousq; vt implerẽtur. Et cœperũt loqui variis lin
guis, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Quũ &
apostoli essent illic præsentes, haudquaquã dixisset
omnes, nisi cæteri quoq; fuissent participes. Alioqui B
quũ illos anteà seorsum ac nominatim sit eloquut⁹,
nũc non cõiunxisset illos in eodẽ negocio, nisi fuis-
set omniũ cõmune. Etenim si tum quũ loquendum
esset, quãdo priuatim aderant, apostolorũ meminit,
multò magis hìc idẽ feciſſet. Illud autem considera,
quũ instant deprecationi, quũ charitatẽ inter se ha-
bent, tum aduenit spiritus. Ad hæc quomodo etiam
cõmonefecerit illos alterius visionis, quum ait, velut
ignis, quandoquidẽ & in rubo velut ignis apparue-
rat. *Prout spiritus dabat illis loqui*: Hoc pacto loquitur,
indicans apophthegmata ac velut oracula esse, quæ
ab illis dicerẽtur. *Erant autẽ Hierosolymis habitãtes viri*
Iudæi religiosi. Hoc ipsum habitare, signũ erat religio-
nis. Quomodo? Quia quũ essent è tam multis profe-
cti nationibus, tamen & patria & domo, & cognatis C
relictis habitabãt illic. *Erãt enim*, inquit, *Hierosolymis ha*
bitantes Iudæi viri religiosi ex omni natione quæ sub cœlo est.
Quũ autẽ facta esset hæc vox, conuenit multitudo, & cõfusa
est. Quoniã id quod fiebat in domo gerebatur, meri-
tò qui foris erant concurrebant. *Confusa est multitudo.*
Quid est, confusa est? Turbata est, admirati sunt: de-
inde declarãs quid admirarẽtur, adiungit: *Quoniã eo-*
rum singuli audiebãt illos propria cuiusq; lingua loquentes. Et
cõuenit multitudo, & inter se dicebãt. Nónne ecce omnes isti
qui loquũtur Galilæi sunt? Hęc dicũt respiciẽtes ad apo-
stolos, & addũt: *Quomodo nos audimus illos propria cuiusq;*
lingua loquentes in qua nati sumus, Parthi, & Medi, & Ela-
mitæ, & qui incolũt Mesopotamiã, Iudæã simul & Cappado
ciam, Pontũ & Asiam, Phrygiã pariter & Pãphyliam, Ae-
gyptũ & eius partes Libyæ, quæ est circa Cyrenẽ: præterea qui
hìc agũt Romani, partim Iudæi, partim Proselyti, Cretenses & D
Arabes, Audimus eos loquẽtes nostrarũ linguarum proprieta-
tibus magnifica dei. Stupuerunt autẽ omnes & hæsitabãt in-
ter se dicẽtes, Quid hoc vult esse? Vides quemadmodũ ve-
lut alati terrarũ orbẽ percurrerint. Alij verò subsan-
nabant illos, dicẽtes, musto repleti sunt. O vesaniã, ô
maliciã inauditã. Atqui ne tempus quidẽ illud habe
bat mustũ. Erat enim Pẽtecoste. Quódq; mirabilius
est, quũ omnes confiterẽtur, & qui erãt Romani, &
qui erãt aduenæ, fortasse & hi qui dominũ in crucẽ
egerãt, illi post argumẽta tam multa dicũt, musto re-
pleti sunt. Sed rursus ab initio quæ dicta sunt consi-
deremus: Repleuit, inquit, domũ flatus, & facta est
veluti piscina plena aquarũ. Porrò ignis arguit gratię
copiam ac vehementiã. Nequaquã idem accidit in
prophetis: sed tum quidẽ sic accidit illis, prophetis
autẽ alio modo. Nam capitulũ datum est Ezechieli,
edebátq; quæ dicturus esset. Eóq; dictũ est. Factum Ezec.3.c
est in ore eius vt mel dulcescens. Rursus manus do- Hiere.1.b
mini tetigit linguã alterius prophetæ. Cæterùm hìc
ipse spiritus operatur omnia. Tãta est inter patrẽ &
filiũ æqualitas. Ac rursus alius alibi, Lamentatio, & Ezec.2.d
canticũ, & væ. Illis meritò in libris datum est donũ.
Adhuc enim eis opus erat parabolis. Quin potius ob
id, q̃ illi prophetæ ad vnã duntaxat gentẽ mitteban
tur, eámq; peculiarẽ ac propriã: isti verò ad vniuer-
sum terrarũ orbẽ, & ad nationes hactenus incogni-
tas. Helisæus per exuuium ouillũ accepit gratiã: Rur
sus alius per oleũ, quemadmodũ Dauid. Moses verò Exod.3.a
per ignẽ rubi vocatur: Non itidẽ hìc factum est, sed
ipse ignis insedit. Et quã ob causam, dixerit aliquis,
non apparuit ignis qui repleuit domũ? Quoniã ex-
territi fuissent. Demõstrat tamen quòd hoc factum
sit. Tu verò considerà quòd non solùm dixerit, visæ
sunt illis dispertitæ linguæ: sed additũ est, ignis. Tam
magnus ignis immensam syluã potest incẽdere. Ac
rectè dixit, dispertitæ: Nam ex eodẽ fonte venerãt,
vt intelligas occultã vim esse à paracleto missam, qui
quidẽ ignis mundi peccata quasi syluã exussit. Vide
verò & illos primum declaratos eo munere dignos,
atq; id temporis spiritu donatos fuisse, sicut & in Da
uid factum est. Nam quæ fecerat quum esset pastor
ouium, eadem fecit & post victoriã ac trophæũ, quò
videlicet ipsius nuda simpléxq; fides declararetur.
Rursus cõsidera Mosem, qui & ipse regiã aulã con-
tempsit, & Samuẽlem qui post quadraginta annos
quũ populi rem administrasset, tamẽ adhuc nutrie-
batur in tẽplo: specta Helisæũ omnia relinquẽtem,
cúmq; his Ezechielẽ. Porrò quòd ad hunc modum
res illis gesta sit, perspicuũ est etiã ex his quæ sequu-
ta sunt, quãdoquidẽ & hi facultates suas omnes pro
desertis habuerãt. Eóq; tum accipiunt spiritum san-
ctum, posteaquàm suę virtutis dedere specimen. Di-
dicerant humanã infirmitatem ex his quæ ipsis acci
derant: didicerãt quòd ea quę piè fecerãt, frustra ges
serint. Sic & Saül prius dum adhuc testimonium ha
beret quòd vir bonus esset, tum accipiebat spiritum.
Sed eodem modo quo nunc discipuli, nemo alius.
Quin potius ne Moses quidẽ prophetis maior. Nam
ille quũ oporteret alios afflari spiritu, ipse diminutus
est. Hìc verò non eodẽ modo, sed quẽadmodum ab
igni, quotquot volet aliquis lucernas accendit, nec
ignis imminuitur: ita & in apostolis tum tẽporis acci
dit. Non enim per ignem tantùm gratiæ largitas de-
monstrabatur, sed vnusquisq; spiritus fontẽ accepit:
sicut & ipse fontẽ aquæ saliẽtis in vitã æternã dixit Ioan.4.b
accepturos eos qui in ipsum credidissent. Idq; val-
de congruẽter. Neq; enim cum Pharaone disceptatu-
ri abierãt, sed cum diabolo luctaturi: quódq; mi-
rabilius est, quũ mitterẽtur nihil excusarũt, neq; di-
xerunt se gracili voce esse linguæq; inexplanatæ. Si-
quidem Moses illos in hoc erudierat. Non dixerunt
se iuniores esse. Nam Hieremias hìc illos reddit ve-
recundos. Atqui multa audierant terribilia, multóq;
plura quàm illi, & tamen veriti sunt cõtradicere. Ex
quo liquet illos lucis angelos fuisse, & cœlestiũ ne-
gociorum administratores. Attamẽ istis quidẽ nul-
lus è cœlo apparuit adhuc in terris agẽtib⁹. Sed post-
eaquàm abiit homo superna petẽs, simul spiritus è su
pernis delabitur. *Quasi ferretur*, inquit, *flatus vehemens.*
Per hoc perspicuum facit, neminem fore qui pos-
set illis resistere, sed ab eis aduersarios ceu puluerem
dissi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

discipãdos. *Et repleuit totã domum.* Domus, mundi typũ gerebat. *Et sedit super singulos illorũ, & cõuenit multitudo & confusa est.* Vides illorũ religionẽ, & quomodo nõ illico pronũciant, sed hæsitant? Alij verò dementes pronunciãt dicẽtes: musto pleni sunt. Quoniã licebat per legẽ ter quotãnis apparere in tẽplo, ideo habitabant illic ex omnibus nationibus viri religiosi. Hinc perpende quàm nõ adulatur illis qui hæc scribit. Non enim dixit pronunciarũt, sed quid? *Quũ facta esset hæc vox, cõuenit multitudo, & confusa est.* Meritò. Existimabãt enim ipsis rem ad extrema peruenisse, ob facinus quod ausi sunt in Christũ. Quin & alioqui cõscientia perturbabat illorũ animos, eo q̃ etiãnum in manibus esset homicidium, omnes illos reddens attonitos. *Nónne ecce,* inquit, *omnes isti qui loquũtur Galilæi sunt?* Pulchrè hoc dixit, quandoquidẽ hoc se esse profitebãtur. Vsqueadeo sonitus illos reddiderat attonitos, q̃ hic maiorẽ orbis partẽ cõprehenderit. Illud verò cõfirmabat apostolos, quòd quid tandem esset Parthicè loqui, non nouerãt, ab illis tamẽ id tẽporis scire putabãtur. Porrò gentium meminit quæ illis erant hostes, Cretensiũ, Arabũ, Aegyptiorum, Persarũ, videlicet declarãs q̃ eas omnes essent in ditionẽ suam reducturi. Quippe quũ id temporis Iudæi essent in captiuitate, cõueniebat vt illic multi adessent ex gẽtibus: siue quòd iam ad gentes quoq; fidei dogmata seminata fuerint, & hanc ob causam complures ex illis aderãt, vt memorarẽt quæ audierant. Certissimũ vtiq; nec vllã recipiens cõtradictionem testimoniũ, à ciuibus, ab hospitib⁹, ab aduenis. *Audiuimus eos loquẽtes linguis nostris magnifica dei.* Neq; enim quidlibet garriebãt, sed admirãda quędam loquebantur. Vnde meritò hæsitabãt, nunquam enim tale quicquã acciderat. Vide hominum modestiam. *Stupebãt & hæsitabant dicẽtes, Quid vult hoc esse? Alij verò subsannantes dicebãt, q̃musto pleni sunt.* O impudentiam si ob hoc irridebãt. Et quid mirũ? Quãdoquidẽ ipsum etiam dominũ, qui dæmonia pellebat, dæmoniũ habere dixerũt. Nam vbicũq; fuerit improbitas, vnum hoc dũtaxat studet, nẽpe dicere. Quid tandẽ? non vt dicat rei cõsentanea, sed tantùm vt dicat, Musto impleti sunt. Prorsus sanè, quũ homines in tãtis constituti periculis, extrema metuẽtes, & in tãta versantes desperatione, eiusmodi audẽt proloqui. At quum id esset minimè verisimile vt audiẽtibus imponãt, persuadeántq; illos esse temulentos, hebetudini crapulæq; rem totã adscribũt, dicẽtes eos esse musto plenos. *Stans autẽ Petrus cum reliquis vndecim, extulit vocem suam, ac loquutus est illis.* Vidés ne illic curiositatem, hîc animi fortitudinẽ? Etenim si admirabantur, si stupebant: nónne & illud q̃uè mirandũ erat, in tã numerosa multitudine in verba prorũpere hominẽ illiteratum & idiotã? Nã si quis inter familiares dicturus pertubatur, quãtò magis hoc accidere debuit apud hostes & vociferãtes? Quòd autem ebrij non essent, protinus ex ipsa voce declararunt, quòd non essent arrepti furore more vatũ, quódq; nulla vi compellerentur. Quid autẽ est cum reliquis vndecim? Communem, inquit, vocẽ edebant, ac Petrus omniũ erat os, sed àstabãt illi vndecim testimonio suo comprobantes ea quæ ab illo dicebãtur. *Extulit,* inquit, *vocem suã*: Hoc est, multa cum fiducia loquebatur. Id autẽ facit, vti cognoscerẽt spiritus esse gratiã, quum is qui vilis puellæ non tulerat percontationẽ, nunc in medio populi, cũctis vociferantibus, tãta cum fiducia disserat, vt hoc indubitatũ esset resurrectionis argumentum, ridẽtibus interim hominibus, taliáq; scommata in eos iacientibus tãta vti libertate. Quãtæ putas hoc esse improbitatis, quãtę impietatis, quãtæ impudentiæ, temulẽtiæ asseribere linguarũ miraculũ? Verùm id apostolis nihil attulit tristiciæ, neq; reddidit illos timidiores, quũ eo tẽpore audirent in se iaci scõmata, quãdo iam aduentu spiritus fuerãt instructi, vt essent cunctis rebus corporalibus superiores. Quoscũq; autẽ accesserit spiritus sanctus, eos pro luteis reddit aureos. Iam mihi Petrũ considera ac reputa, timidus ille, adeóq; timidus, vt nec mulierculę vilis percontationẽ tulerit, qui vir factus sit post accessionem & largã suppeditationẽ spiritus. Quin & illud cõsidera, apostolorũ concordiã, qui Petro cesserint cõcionandi ius. Neque enim oportebat omnes pariter loqui. Et sublata voce sua loquitur, quæ res declarat ingentẽ illam fiduciã, animíq; præsentiam. Tale quiddã est esse virũ spiritualẽ. Tãtum nosipsos præbeamus dignos cœlesti gratia, & omnia fuerint facilia. Quemadmodũ enim igneus homo si in medias incidat stipulas, nihil lędetur, sed magis vim exeret suã, nec enim ille quicquã patitur mali, sed qui his reluctãtur, ipsi seipsos perdũt: ita nũc euenit. Imò potius ac si quis ignem gestans, luctetur cum eo qui importat fœnũ. Itidẽ videlicet & apostoli illos adorti sunt multa cũ fiducia. Quid enim obsecro, læsit illos tãta multitudo? Num illis cum egestate & fame fuit conflictatio? Num cũ ignominia & infamia? Nũ impostores esse credebãtur? Nũ irrisionibus & conuiciis præsentium succubuerũt? Nam vtraq; hæc simul in eos incidebãt, eo quòd alij deridebant illos, alij etiã scõmatis incessebant. Nónne totæ ciuitates furoribus & insaniis illos impetebãt? Nõne seditionibus & insidiis obiecti sunt? Nónne igni, ferro & bestiis? Nónne vndiq; illos innumera bella vallabant? Nónne perinde fuerũt affecti, quasi in somnis vidissent hęc mala, aut in pictura? Quid igitur? Nõne consumpserunt omnium furores? Nónne in ipsos animi anxietatẽ retorserũt? Nónne illi furore metúq; omniũ maximè tenebãtur? Nónne periclitabãtur, formidabãt ac tremebãt? Audi enim illos dicẽtes, Vultis inducere in nos sanguinẽ hominis istius? Atq; illud interim mirabilius, q̃ apostoli nudo corpore cõsistebant aduersus armatos, aduersus principes qui publicum in ipsos ius habebãt, imperiti, elingues ac simplices idiotæ, aduersus impostores & circunuentores, aduersus sophistarũ, rhetorũ ac philosophorũ turbã, qui in Academia Platonis & Aristotelis deambulationibus exercitati depugnarãt, & in Stoicorũ porticib⁹ fuerãt occupati. Hos ita superauit Petrus, quasi cum mutis piscibus certamẽ fuisset. Nec enim aliter q̃ piscator mutos pisces, ita hic illos superauit. Ac Plato quidẽ ille multa nugari solitus, obticuit: hic verò loquitur, nõ tantũ apud suos, verùm etiã apud Parthos, apud Medos, apud Elamitas, apud Indos, breuiter, in omni loco, vsque ad orbis terminos. Vbi nunc Græciæ fastus, vbi nomẽ Athenarũ, vbi philosophorũ deliramẽta? Ille Galilæus, ille Bethsaidę nat⁹, ille rustican⁹, vniuersos illos deuicit. Agedũ, nõne ad nominatã patriã illius qui vos deuicit erubescitis? quòd si nomẽ ipsum hominis audieritis, Cephas ẽm dictus est, multò magis obtegetis faciẽ. Siquidẽ hoc vos, hoc inquã perdidit, quòd expolitam habere linguã laudi ducitis, ac huius rei imperitiã probrosam existimatis.

existimatis. Non ingressi fuistis qua oportuit, sed regali omissa via, quæ facilis est ac leuis, operosam illã ac pręruptã difficilémq; calcastis, eóq; non peruenistis ad regnum cœlorũ. Quur igitur, dixerit aliquis, non in Platone & Pythagora operatus est Christus? Quoniã Petri mẽs multò erat, quàm illorũ ad Philosophiam accõmodatior. Nam illi re vera pueri erãt, vbiq; supra modũ gaudentes inani gloria. Hic verò vir fuit philosophicus & gratiæ capax. Quòd si hæc quũ audis rides, mitũ non est, quandoquidẽ & illius tẽporis homines ridebãt, eósq; musto plenos esse dicebant: verùm posteà quũ perpessi illa tam acerba, vt omnes calamitates superarẽt, quũ ciuitatẽ viderent direptã, quũ incendium in altũ subuolãs, quum mœnia solo æquata, quum varias illas debacchationes, quas nemo possit oratione cõsequi, tum non ridebant. Similiter & vos tũc non ridebitis, quũ iudicij dies ingruerit, quũ gehẽnæ ignis fuerit incensus. Sed quid loquor de futuris? Vis ostendam qui vir sit Petrus, qui Plato? Iam mores illorũ si videtur expendamus: videamúsq; quid ambo gesserint. Hic omnẽ vitã consumpsit distorquẽs sese circa dogmata inutilia superuacaneáq;. Quid enim prodest scire, quòd anima philosophi sit musca? Re vera musca est, nõ in muscã cõuersa est, sed accessit animæ in Platone habitanti. Quid hîc nõ est stultiloquij? Vnde tales nugari nugas illi venit in mentẽ? Homo plenus erat ironiæ, ac zelotypia laborabat aduersus cunctos. Itaque quasi studeret in hoc, vt nec ex sese, nec ab altero quicquam adferret vtile, sic ab alio mutuatus est animarum transmigrationẽ, ex sese verò rẽpub. cõmentus est, in qua leges prodidit multa refertas turpitudine. Vxores, inquit, cõmunes sunto, nudæ virgines sub oculis amatorũ luctãtor. Tum genitores, tum filij qui gignuntur cõmunes sunto. Quæ tam insignis dementia est, quã ista non superent? Ad hunc igitur modum habet illius doctrina. Hic porrò nõ natura facit cõmunes parentes, sed Petri philosophia, quandoquidem & illud quod Plato docuit, sustulit. Nihil enim is aliud effecit, nisi vt si quis verè pater est, tantùm nõ ignoretur, & qui nõ est inducatur, in ebrietatẽ quandã & sterquiliniũ cõiecit animũ. Omnes, inquit, vxoribus audacter vtũtor. Eóq; non expẽdo Poẽtarũ dogmata, ne quis me dicat fabulas expẽdere: sed alias adfero fabulas, Poẽticis multò magis ridiculas. Vbi Poẽtæ quicquã tam prodigiosum prodidere? Verùm ille philosophorũ Antesignanus, vt habebatur, & arma addit mulieribus, & galeas, & ocreas, nec quicquã dicit hominũ genus differre à canibus. Posteaquàm enim, inquit, inter canes fœmina & mas cõmunicant in factis, cõmunicent & mulieres, cunctáq; sursum deorsum misceãtur. Semper enim per illos hoc egit diabolus, vt ostẽderet nostrũ genus nihil à brutis differre, quando nõnulli in opinionem tam peregrinã & absurdam venerũt, vt animalia rationis expertia, dixerint rationalia. Vides verò quàm multipliciter debacchatus est in illis mẽtibus, posteaquàm qui sunt inter illos primi, docuerũt animã nostram in muscas, canes, & animantia bruta trãsmigrare. Cæterũ his successerũt, q̃ hoc veriti dicere, in aliã absurditatẽ delapsi sunt, omnẽ rationalẽ scientiã brutis cum homine cõmunem facientes, ac demõstrantes ea quæ per nos facta sunt, meliora esse quàm nosipsos. Non solùm autẽ hoc, sed & futurorũ præsensionem & religionẽ apud illa esse prædicant. Coruus, inquit, nouit deum & cornix, & prophetiæ « donũ habent, futuráq; prædicũt, quin & iusticia ad- « est illis, & resp. & leges, & apud illa canis habet inui- « diam, secundũ Platonis sententiã. Fortasse nõ credi- « tis quæ dicimus. Nec iniuria, quippe sanis imbuti dogmatibus. Nam si quis hoc cibo sit enutritus, nequaquã credere possit, esse hominẽ qui libẽter vescatur humanis excremẽtis. Proinde quoties illis dicimus, istę fabulæ sunt demẽtia plenę, nõ intellexistis, inquiũt. Vtinã ne intelligamus vnquã vestra tam ridicula. Multo sanè intellectu, sensũq; ꝓfundo opus est, vt perdiscã quid sibi velit tanta impietas, tantáq; rerũ cõfusio. Ne coruorũ more loquamini ô demẽtes, quemadmodũ faciunt pueri. Nam te vera pueri estis, quẽadmodũ illi. Petrus verò nihil tale docuit, sed emisit vocẽ, quæ tanquã lumẽ in tenebris vehementer refulgẽs dispulit orbis terrarũ caliginẽ. Verùm mores illius quàm erãt mãsueti, quàm humani, vt omni gloria inani erant superiores, vt suspexit in cœlũ, alienus ab omni fastu, idq; quũ excitaret mortuos? Quòd si cui dementiũ illorũ tale quid peractũ fuisset, non verè, sed fallaci specie, an non protinus arã popposcisset ac templũ, ac deo par haberi postulasset? maximè quũ semper talia somniẽt etiam huiusmodi nihil agẽtes. Quid enim illis vult Minerua, Apollo & Iuno? Genera sunt apud illos dæmoniorũ. Et rex est apud illos, ideo non recusans mori, vt diis æqualis habeatur. Verùm apostoli non itẽ, sed cõtra fecerũt. Audi enim illos loquẽtes de claudi sanatione, Viri Israëlitę quid nobis intẽditis quasi nostra po- *Infrà 3.b* testate nostráve pietate effecerimus vt hic ambulet? Rursus alibi, Et nos homines sumus iisdem obnoxij *Infr. 14.e* quibus vos. Illic verò multus est tumor, multa arrogantia, omnia propter honorẽ humanũ, nihil philosophiæ gratia. Vbi quid eñ glorię causa geritur, omnia manẽt vilia. Quòd si quis habeat quidẽ omnia, sed hoc nõ obtineat, totã excidit philosophia, violentissimo nimirũ turpissimóq; affectui obnoxius. Huius inanis gloriæ contẽptus sufficit ad docendũ quicqd est rerũ bonarũ, & ad propellendũ ex animo omnẽ pernicioſam cupiditatem. Quapropter hortor vt & vos magno studio adnitamini, morbũ hũc radicitus ex animis euellere, alioqui nõ potest is placere deo, nec illius oculi, qui nescit obdormiscere, beneuolentiam vobis cõciliare. Omnem igitur curam adhibeamus, vt illius in nos propensionẽ promereamur, quo simul & præsentium malorũ afflictionẽ effugiamus, & fututi seculi bono digni inueniamur, per gratiam & benignitatem domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & spiritu sancto, gloria, imperium, honor nũc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Hactenus D. Erasmus Roterodamus. *Author damnatus.*

Viri Iudæi & qui inhabitatis Hierusalem omnes, hoc vobis notum esto, & auribus accipite verba nostra. Homilia V.

Vos superius peregrinos dixit, ad illos sermonẽ hîc cõuertit. Et videtur quidẽ disputare cum illis, verùm re ipsa emẽdat subsannates. Ita enim diuina dispẽsatione euenit, vt quidã irriderẽt, & sic initio excusationis daretur occasio, docerétq; apostolus inter excusandũ. Magnũ sanè encomiũ arbitrabantur, etiã Hierosolymas inhabitare. *Hoc vobis,* inquit, *notũ esto, & auribus accipite verba mea.* Attẽtiores iam illos facit, deinde & satisfactionem profert. *Non enim sicut vos existimatis, hi ebrij sunt.*

Vides

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vides q̃ placida sit excusatio? tametsi multũ apud se haberet populũ, maiore tamẽ cum mãsuetudine illis loquitur,& ante omnia, malã suspicionẽ tollit,& deinde apologiã proponit. Idcirco etiam non dixit, Nõ enim sicut vos subsannatis, neq; sicut vos ridetis,sed sicut suspicamini: volẽs ostẽdere illos id non dedit a opera fecisse, & magis illos ignorantiæ velament o honestat,q̃ maliciæ crimine notat. Nõ enim sicut vos suspicamini,hi ebrij sunt. *Est enim hora diei tertia.* Et quare hoc dicit,an nõ & tertia hora inebriari quidã possunt? possunt vtiq;. At in hoc non multũ lab orat,neq; ita se gerebant,quemadmodũ irrisores i li dicebãt. Igitur hinc discimus, nõ multos sermones præter necessitatẽ insumendos. Et aliter: nam & quæ adiungũtur,huius nobis cõmendationẽ faciũt. Cæterũ sermo ad omnes sit cõmuniter. Sed hoc est
Ioel.2.g quod dictũ est per prophetã Ioël. *Et erit in diebus nouissimis, dicit dominus deus.* Minimè nũc auditur nomẽ Christi,neq; promissio,illius ꝓmissio dicitur,sed patris. Vide sapientiã,nõ progressus est,& dixit statim, quæ per Christũ facta, & q̃ ille promiserit hæc mox post suã crucifixionẽ: nónne sic loquẽs subuertisset omnia? Et profectò dixerit quispiã,sufficiebãt illa ad diuinitatẽ eius ostendendã,verũ est,si fidem habuissent,& credita ab his essent. Quod autẽ quærebatur, iam creditũ esse oportebat. Quæ autẽ non credẽda, etiam illos fecit præterire. *Effundam de spiritu meo super omnẽ carnem.* Daret & illis spem bonã,si quidem vellent. Sed non permittebat illorũ auaricia quę scilicet & inuidiæ parẽs erat. Etiam hac ratione inuidiã minuit. *Et prophetabũt,* inquit, *filij vestri.* Neq; vestra,inquit,est hæc virtus,neq; laus: pertingit hęc gratia vsque ad puellos vestros. Illorũ filios seipsos vocãs,& patres illos. *Et iuuenes vestri visiones videbũt, & seniores vestri insomnia somniabũt. Et quidẽ super seruos meos & ancillas meas in diebus illis effundã de spiritu meo, & prophetabunt.* Nunc ostendit se quidẽ probatos fuisse,vtpote spiritũ assequutos,illos autẽ minimè,eo quòd crucifixerant. Sic & Christus volens illorũ mulcere furo-
Matt.12.c rem,dicebat: Si autẽ filij vestri,in quo eiiciũt dæmonia: nõ dixit,discipuli mei. Etenim visum fuisset adulationem sapere, ita & ille nõ dixit q̃ non sint ebrij, sed spiritu loquũtur: & non simpliciter,sed ad prophetam cõfugit,& illo fretus asserit. Sic per se quidẽ ipsos ab accusatione liberauit, prophetã autẽ gratiæ testẽ adducit. Effundã de spiritu meo super omnem carnẽ. Sic dixit q̃ aliis quidem per somnia,aliis verò manifestè effusa est gratia. Nam & per somnia viderunt prophetæ,& reuelationes acceperunt. Deinde D progreditur in prophetia habente terribile quiddã. *Dabo,* inquit, *prodigia in cœlo superne, & signa in terra infernè.* Hęc & de futuro iudicio & de captiuitate Hierusalem dicẽs insinuat, *Sanguinẽ & ignẽ, & vaporem fumi.* Vide quomodo captiuitatẽ describit. *Sol cõuertetur in tenebras, & luna in sanguinẽ.* Ab affectione eorum qui patiebãtur hoc dixit. Dicuntur sanè & multa id genus in cœlo, sicut Iosephus testatur, facta esse. Interim tamẽ & illos perstrinxit,tenebras cõmemorãs factas,& ad futurorũ expectationẽ inducens. Priusquã veniat dies domini magnus & manifestus. Non enim quoniã nunc sine pœna peccatis,inquit,confidatis. Hęc sanè initia sunt magnę diei cuiusdã,& grauissimæ. Vides quomodo cõcussit animum,& risum conuertit in defensionẽ? Si enim hæc sunt initia diei illius, necessariũ est periculũ in extremis valde aggrauari. Iam,nũquid dicens terribilia in illis perseuerat? minimè. Sed quid agit? iterũ permittit illis respirare,ac dicit: Et erit,omnis quicũq; inuocauerit nomẽ domini,saluus erit. Hoc dictũ quidẽ est de Christo,sicut Paulus dicit. Ille autẽ hìc nõ audet manifestè illum reuelare. Videamus igitur quæ iterũ dicta sint. Bene quasi cõtra ridẽtes ac subsannantes insurgit,dicẽs: *Notum sit omnibus vobis, & auribus accipite verba mea.* Incipiẽs autẽ dicebat, Viri Iudæi. Iudæos mihi videtur dicere eos qui Iudęã inhabitabãt. Ad hęc si placet apponamus verba illa in euãgelio, vt discas quis repẽtè factus sit Petrus. Exiit,inquit, puella,dicens: Et tu eras cum Iesu Nazareno. Ille autẽ respon *Matt.26.g* dit: Nescio hominẽ. Et iterũ interrogatus cœpit deuouere ac iurare. Hìc verò vide libertatẽ illius in dicendo,magnámq; fiduciã. Non laudauit eos qui dixerant, Audiuimus loquẽtes illos nostris linguis magnalia dei. Sed & grauitate quadã insinuat,eáq; grauitate illos studiosiores efficere, & sermonẽ ab adulatione alienũ afferre vult. Honestũ est enim vt hoc vbique obseruetur,& vt quodãmodo familiarior eis sit sermo,ab omni adulatione & cõtumelia fiat liber, id quod perquã difficile est. Et tertia hora hæc euenisse,non simpliciter ordinatũ est. Tũc nõ curiosius prãdij curã habẽt homines,tũc clara lux est,tũc omnes sunt in foro. Vides & libertate plenũ sermonẽ? Et auribus accipite verba mea. Quo dicto,nihil suũ addidit,sed apposuit: Hoc est quod dictũ per prophetã Ioëlẽ, Et erit in dieb⁹ nouissimis. Ostẽdit enim postea consummationẽ propè affuturã. Ita dicẽs in nouissimis diebus,habet quandã euidentiam. Deinde ne putetur q̃ res hæc ad solos filios pertineat, adiicit: Et seniores vestri somnia somniabũt. Vide ordinem dicentẽ, prius filij,sicut & Dauid inquit: Pro patribus tuis nati sunt filij tui. Et Malachias iterũ: Con- *psal.44.d*
uertens corda patrũ ad filios. *Et super seruos meos, & su-* *Luc.1.b*
per ancillas meas. Et hoc virtutis indiciũ est. Serui enim illius facti,liberi sumus facti à peccato. Multiplex autem & hoc donũ, quando etiã in alium sexũ transit gratiæ donũ, & nõ in muliere vna & altera sola substitit, vt olim in Debbora & Olda. Et non dixit quid sit spiritus sanctus,neq; interpretatus est ea quę propheta dixit, sed solam prophetiã attulit per seipsam certantem. Et nihil de Iuda iam loquitur, quoniam omnibus erat manifestũ, qualẽ dedit pœnã: sed silet, sciẽs nihil posse fortius iis propheticis potuisse obiici. Ea enim etiã operibus ipsis validiora sunt. Signa enim facienti Christo sæpius cõtradixerunt. Quan-
do autẽ Christus prophetã illis opposuit dicentem: *Psal.109.a*
Dixit dominus domino meo,sede à dextris meis: ita siluerunt,vt ne verbũ quidem vltrà quisquam ei respondere auderet. Et sæpius scripturarũ & ipse meminit,dicens: Si illos deos dixit,ad quos verbum dei factũ est,imò vbique hoc quis inuenerit: idcirco & hìc dixit: Effundã de spiritu meo super omnem carnem: hoc est,gentes. Cæterùm nũquam reuelat, neque interpretatur,neq; quod mox sequitur ad explanandum conferebat, quoniam & hoc obscurum.

Dabo prodigia in cœlo superne. Imò illos terrebat obscuritas. Si autẽ interpretatus esset, magis illis obstitisset. Posteà etiam quasi manifestum præterit talem volens dare opinionem. Deniq; post hæc interpretatur illis, quando cum illis de resurrectione disputat, sermoniq; viam anteà fecit. Propter hoc autem spontè præterit, quoniã ad conciliandos illos, bona non

non sufficiebant, tametsi hoc nunquã factum, nunc A autẽ fideles dispersi sunt sub Vespasiano. Et hoc est
Matt.24.b quod dicit, Nisi abbreuiati fuissent dies illi, nõ seruata esset omnis caro. Quod molestius erat, primũ cõtigit. Initiò eñ accidit, inhabitatores capi,& ciuitatẽ subuerti accendiq;. Deinde insistit metaphoræ, ante auditorum oculos ponens vrbis subuersionẽ ac captiuitatẽ. *Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem.* Videtur mihi per hoc maximã cędem dicere,& valde anxium sermonem cõplere. *Et erit, quicunque inuocauerit nomẽ domini, seruabitur.* Dixit & nõ dum reuelat,
Matt.19.a siue seruus sit, inquit, siue liber. Nõ enim est mas vel fœmina in Iesu Christo,neq; seruus, neq; liber. Meritò. Hoc enim discrimen hic est, vbi omnia vmbra sunt. Nã si in regũ aulis nullus nobilis est vel ignobilis,sed sua quenq; opera insignem reddũt,& opus commendat artificem, multo magis in hoc ordine. B
Matt.7.c Quicunq; inuocauerit, inuocauerit inquã non simpliciter. Nõ enim omnis, inquit, dicens mihi, Domine domine, intrabit in regnũ: sed qui loquitur cũ affectione, cum vita optima, cum fiducia cõgrua. Iam minus molestum facit sermonẽ, de fide agens,& minus terribilem, supplicij grauitatẽ abscõdens. Quomodo? ostendit q̃ in inuocatione salus. Quid dicis, refer mihi, salutis post crucẽ memor es? Attẽde nũc. Multa enim misericordia dei est, & hoc non minus ostendit illum esse deũ, q̃ resurrectio, & non minus signis est illos inuocare: hoc enim valde bonum est,
Luc.18.d hoc deo maxime peculiare. ꝓpter hoc & dicit: Nullus bonus nisi vnus deus. Sed ne bonitatem in desi-
Iohel.2.g diæ occasionẽ arripiamus. Etenim etiam punit sicut deus. Illa certe ipse, qui dixit, Quicunq; inuocauerit nomẽ domini, seruabitur, fecit. De excidio Hieroso- C lymitano loquor,& grauissimo illo supplicio, de quo nũc pauca vobis narrare statui, profutura vobis etiã cõtra Marcionistas,& multos alios hæreticos. Quoniam enim dicunt bonũ deum Christum, illum autẽ malũ, videamus quis hæc fecerit. Quis igitur hæc fecit, malús ne illũ vlciscẽs? minime. Quomodo igitur alienus ab illo? nunquid autem bonus? Cæterum
Matt.20.a ostẽditur & pater & filius fecisse, pater quidẽ multis
Luc.19.d in locis, sicut quãdo dicitur In vineã mittere exercitus suos. Filius vero quãdo dicit, Inimicos meos adducite & occidite corã me, eos qui me noluerũt esse ipsorum regẽ. Et aliter: Etiam ipse dicit tribulationes futuras, quarum nulla vnquã crudelior fuit facta. Et ipse illas annũciauit. Vis igitur audire quæ facta? Verubus illos transfixerunt: quid hoc spectaculo grauius? Iam nõ narrabo ne mulieris illam tragœdiam, D quæ omnẽ aliam calamitatẽ obscurat? nec ostendã fames ac pestes? & trãseo quæ his grauiora. Ignorata apud illos fuit natura, ignorata lex, bestias superarũt feritate. Omnia autẽ hæc belli vis inuexit, deo volẽte ac Christo. Hæc etiã cõtra Marcionitas cõgruẽt, & cõtra eos qui nõ credunt esse gehennam. Idonea enim sunt hæc, & sufficiẽtia ad illorum impudentiã confutandã. Nónne mala hæc grauiora fuerunt his
Matt.14.b quę in Babylone perpessi? nõne fames hæc grauior, q̃ illa? De his & ipse pronũciauit Christus, dicẽs: Erit tribulatio qualis non fuit, neq; erit. Quomodo igitur dicunt quidã, q̃ remisit eis Christus peccatum? Fortasse videtur vulgaris quæstio,& ipsi potestis soluere. Nullus vsquã poterit tale figmentum ostendere, qualis est hæc historia quæ vere accidit. Et si quidem Christianus fuisset, qui eã conscripsit, esset for-

tassis sermo suspect⁹. Quia autẽ Iudęus,& ęmulator, qui post euangelium floruit, quomodo nõ omnibus manifesta sunt quę facta? Videbis enim illũ vbiq; res Iudaicas extollere. Igitur est & gehẽna, & bonus est deus. Num horrescitis hæc audiẽtes? Verũ hæc quidẽ, quæ hic fiunt, nihil sunt ad ea quę alibi erunt. Iterum cogor videri iniucundus, onerosus & grauis. Et quid patior? In hoc positus sum, sicut pædagogus asper ad hoc cõstitutus est, vt odio illũ persequantur quos erudit, sic sanè & vos. Quomodo enim nõ absurdũ, cũ homines quibus aliquid à regibus præcipitur, etiãsi iniucũdũ sit, vt continuo ꝑatũ faceſſant, vos autẽ propter vestrã reprehẽsionem omittere qđ deus præcepit? Alius aliud opus habet. Multorũ ex vobis opus est vt misereamini, humanitatẽ declaretis, suaues ac blãdi sitis iis quib⁹ benefacitis: nos vero quibus debemus esse vtiles, iis & graues & iniucũdi B videmur. nõ eñ vtiles sumus docendo ea quæ oblectãt, sed ea quæ mordẽt. Talis est & medicus, at ille quidẽ nõ valde iniucundus. Statim enim cũ sua arte vtilitatẽ adhibet, nos autẽ in futuro. Talis est & iudex inuisus morbidis ac seditiosis, talis & legislator molest⁹ his qui legẽ accipiũt. At nõ itẽ qui vocat ad delicias, neq; qui facit publica festa & cõuẽtus, neq; qui coronat populũ: tales enim blandi ac amici sunt inuitãtes ciuitates ad varia spectacula, & sumptus faciẽtes: vnde & illos celebrãt vicissim ij quib⁹ benefaciunt, & tapetis & lampadũ multitudine, & coronis, & ramis, & veste splendida. Si autẽ medicum viderint laborãtes, tristes ac mœsti efficiũtur: & si iudicem seditiosi, cõtrahunt non diffundunt vultũ, nec exultant eo, q̃ & ille ad hoc opus ordinatus est. Videamus igitur quinã maxime vrbibus prosint, nũ ij qui publica cõuiuia, & festa, & mẽsas, & delicias exhibẽt: an ij qui omnibus illis sublatis ferẽtes sceptrũ & fasces, & lictores & milites terribiles, & vocẽ terrificã præmittẽtes, & animaduertentes in noxios, & silentiũ triste faciẽtes, & virga eos qui in foro sunt amouentes. Videamus igitur, vbi finis lucrosior, nã hi quidẽ insuaues, illi verò amabiles. Quid igitur ab illis qui oblectãt, prouenit? voluptas quædam frigida vsq; ad vesperam manẽs, & sequẽti die diffluẽs, risus incõpositus, verba iniucũda & dissoluta. Quid autẽ ab his qui cõtristant? timor, modestia, mẽs humiliata, animæ iusticia, desidię interẽptio, frænũ affectionũ quæ intus sunt, mur⁹ aduersus ea quæ foris insultant: per hos vnusquisq; facultates suas possidet, per illas autẽ ferias cũ dãno dilapidamus eas, non inuadentibus latronibus, sed latrocinante vana gloria cũ voluptate. Videt latronẽ vnusquisq; deprædantem oĩa, & oblectatur. Nouus latrocinandi modus, persuadet spoliatis bono esse animo, verũ illic nihil tale. Sed ab omnibus separauit deus sicut pater cõmunis, & ab his quæ videtur, & ab his quę nõ videntur. Vi-
dete enim, inquit, eleemosynã vestrã ne faciatis co- *Matt.6.a*
ram hominibus. Discit anima hinc, iniusticiã fugere. Iniusticia enim est nõ solum diuitias per auariciam conquirere, sed & plus dare vẽtri q̃ illi præscribitur, & læticiã è suis egredi terminis, inq; insaniam transire. Illinc discit temperantiã, hinc intemperantiam. Non enim solum mulieri misceri intemperantia est, sed etiam incontinentibus oculis aspicere. Illinc hu-
militatem discit, hinc fastum. Omnia enim mihi, in- *1.Cor.6.c*
quit, licent, sed nõ omnia expediunt. Illinc honestatem, hinc turpitudinẽ. Omitto enim ea quæ in thea-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tris fiunt. Quòd autẽ neq; voluptas aliqua sit, sed iniucunditas potius, ostendite mihi post vnũ diem festi & eos qui sumptũ fecerint, & ad spectacula inuitatos: & videbis quidẽ oẽs tristicia correptos, maxime autem illũ qui sumptum fecit. Et merito, nã præcedẽti die oblectauit quidẽ populariter hominem, & popularis quidẽ spectator iucũdus erat, ac delectabatur multum: tunc enim gaudebat splẽdida veste, propria autẽ illius cum non sit, videns se exui, dolet & cruciatur. Ille autem qui sumptus impẽdit, & suã fœlicitatẽ paruam cũ ea quæ ex sumptu habebat, cõspicere putabat. Idcirco sequẽti die reddunt sibi vestes iterũ, & maiorẽ dolorẽ ludi exhibitor concipit. Iam si in externis eà quę oblectant, & lucrũ minuũt, hábent tantũ tristiciæ, multo magis in spiritualibus. Eapropter nullus succẽsset legibus, sed omnes ad cõmunem vtilitatem pertinere eas censent. Nõ enim peregrini aliũde aduenientes, vel hostes has leges ciuibus statuere, sed ipsi ciues, ipsi præsides ac curatores, salutisq; ac beneuolẽtiæ indiciũ esse putãt leges cõdere, tametsi pœnarũ plenæ sint leges, neq; potest inueniri lex absq; pœna. Quomodo igitur nõ absurdũ, illos quidem qui enarrãt leges, & seruatores, benefactores & præsides appellari, nos autem tetricos quosdam & morosos haberi, si leges dei loquamur? Quãdo enim de gehẽna disserimus, illas leges citamus, & quẽadmodũ iurecõsulti leges de homicidiis & de mãticulariis, & de nuptiis, & oẽs tales: ita & nos punitiuas, quas nõ homo cõdidit, sed ipse vnigenitus dei filius. Qui immisericors est, puniatur, inquit. Iniuriarũ memor, extremũ luat supplicium. Temere irascens, in ignẽ cõiiciatur. Scommatibus incessens, pendat in gehenna pœnã. Si autem vultis nouas audire leges, ne tumultuemini. Si enim non posituruſ fuisset nouas, cur etiã aduenit Christus? Illę eñ manifestæ vobis sunt, q̃ homicidam & adulterũ oporteat punire. Si igitur eadẽ eramus audituri, quæ vtilitas erat magistri cœlestis? Propterea nõ dicit, Adulter puniatur, sed vidẽs intẽperantibus oculis: & vbi, *Matt.5.d* & quando pœnã dabit, apponit: & nõ in statuis, neque in colũnis leges inscripsit, neq; columnas æreas excitauit, & literas insculpsit: sed animas duodecim nobis excitauit, apostolorũ inquã, in illorũ mẽtibus per spiritum has literas scripsit, has vobis nos merito prælegimus. Nã si Iudæis hoc licebat, vt ne quis illorum ad ignorantiã cõfugeret, multo magis & nobis fas est. Si autẽ quis dicat, Nõ audiam, ne iudicẽr: hoc nomine magis punietur. Si enim nullus esset qui doceret, liceret ad talia cõfugere: sed cũ assit doctor, nõ *Ioan.15.d* itẽ. Vide igitur quomodo Iudæos venia priuet. Nisi venissem & locutus essem illis, peccatũ nõ haberẽt. *Rom.10.d & Psal. 18.a* Et iterũ Paulus: Sed dico, an non audierunt? Itaq; in omnem terrã exiuit sonus eorum. Tunc enim venia est, quãdo nullus est qui dicit: vbi autẽ talis est intẽtio, & opus sic habet, nõ vltrà est venia. Imò nõ voluit Christus ad illas colũnas solũ nos respicere, sed etiã nos vult esse columnas. Quoniam autem indignos nos ipsos exhibuimus hisce scripturis, licet vt vel ad illas spectemus. Quẽadmodum enim colũnæ aliis minãtur, ipsæ autẽ nõ sunt reæ, sicut neq; leges: ita & beati Apostoli. Et vide, quomodo nõ in vno loco steterit columna illa, sed vbiq; circũferũtur scripturæ, etiãsi ad Indos proficiscaris, audies illas: etiãsi ad Hispanos & ad ipsos terminos terræ, nullꝰ est qui non audit, nisi forte quis propter suã desidiã. Ne au-

A tem ægrè feratis, sed attendite quæ dicuntur, vt positis opera virtutum apprehendere, ac æterna bona assequi. In Christo Iesu domino nostro, cum quo patri simul ac spiritui sancto gloria, imperiũ, & honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Viri Israẽlitæ, audite hos sermones meos.
Homilia. vj.

NOn est hoc adulãter dictũ, sed quos acriter perstrinxerat, erga illos remissior esse incipit, tempestiuam Dauidis mentionẽ faciẽs. Et ne turbẽtur, nouum procemium exorditur, quia mentionem facturus erat Iesu. Nam superius quidẽ non essent turbati audientes prophetam, nomẽ autem Iesu statim illis propositum obstitisset. Et nõ dixit, persuadeamini: sed, audite, id quod erat minus molestũ. Vide etiã quomodo nihil dixit sublime, sed à valde humilibus incipit. *Iesum*, inquit, *Nazarenum.*
B Statim patriã dicit, quæ sanè videbatur cõtemptior esse, & nihil iam magnũ de illo dicit, neque quod de propheta alius quis diceret, *Iesum*, inquit, *Nazarenum virum demonstratum à deo erga vos.* Videq̃ magnũ hoc erat, quod à deo esse missum dicit. Hoc enim sursum ac deorsum cũ ipse tum Ioãnes ac alij apostoli monstrare studebãt. Audi itaq; Ioannẽ dicentẽ, Ille mihi *Ioan.1.e* dixit: Super quẽ videris spiritũ descendentẽ ac manentẽ super illũ, hic est. Ipse autẽ Christus frequentius hoc agit, dicens: A memetipso non veni, ille me *Ibid.8.e* misit. & vbiq; scripturarũ hoc potissimũ sollicite tractatur. Idcirco & sanctus ille præcipuus in beato illo choro, amator Christi, ardentissimus discipulus, cui claues cœlorũ concreditæ, spirituali reuelatione accepta, cõpressis timore illis, cum ostendisset magna illos esse cõsecutos, fecisseteq; credulos, tũc & de illo
C disserit. Papæ q̃ audacter in medio eorũ qui occiderant dixit q̃ surrexerit. Et non dixit q̃ resurrexerit statim, sed q̃ à deo ad nos venit. Hoc autem manifestum quibus fecit? Non iam dicit q̃ ipse, sed q̃ per illũ deus, vt magis modeste loquendo illos sibi conciliet, eo q̃ & ipsos testes vocat, ac dicit: *Virum demõstratum à deo erga vos virtutibus ac prodigiis & signis, quæ fecit per illum deus in medio vestri, sicut & ipsi scitis.* Deinde vbi incidit in facinus illorũ hoc sceleſtum, vide quàm attentet liberare illos à crimine. *Hunc*, inquit, *definito cõsilio & præscientia dei expositũ cũ accepissetis, per manus iniquorũ crucifixum interemistis.* Quasi illa Ioseph verba diceret, quę scilicet ille quoq; ad fratres dicebat, Ne timeatis q̃ prodidistis me: non vos, sed deus *Gen.45.b* huc me misit. Deinde vt dixit, Cõsilio dei, vt ne di-
D cant, Igitur bene fecimus, illos quoq; reos facit, per hoc quod addidit: *Per manus iniquorum crucifixum interemistis.* Hic Iudam insinuat, interim illis etiã ostendit q̃ non ipsorum potentiæ fuerit, nisi & ipse concessisset, & exposuisset illũ deus. Hoc enim est quod non dicit ἔκδοτον expositum, sic totum conuertit crimen in caput Iudæ traditoris. Ille enim ipsum tradidit osculo. Vel igitur de hoc, quod per manus iniquorum, vel militum dicit, manifestans q̃ non simpliciter interemeritis, sed per iniquos viros. Et specta, quomodo vbique curant vt passionem primum confiteantur. Quod autem ad resurrectionem attinet, quoniam magnifica erat, nunc adumbrat, & ita quodammodo in medio constituit: nam crux & mors quidem inter cõfessa erant, resurrectio autem nondum. Idcirco & postea de illa inquit, adiiciens, *Quem deus suscitauit solutis doloribus mortis, secundum quod*

non erat possibile teneri illum ab ea. Hic magnum & sublime quiddã insinuauit. Quod enim non erat possibile, declarat, etiã ipsum dantem cõprehendere ac posse, & q̃ etiã ipsa mors illũ detinens doluerit, & gra-
Dolor mortis, quid in scriptura. uia passus sit. Doloré enim mortis scriptura periculũ vbiq; solet appellare, & q̃ sic resurrexit tãquam iam non iterũ moriturus. Vel dicendo: Secundum quod non erat possibile illũ teneri ab ea, hoc manifestat, q̃ resurrectio eius nõ sit communis cum aliis. Deinde priusquã aliquid mens illorũ cogitet, assistit illis Dauidem, qui omnem humanam rationem subuertat. *Dauid enim*, inquit, *dicit de eo.* Et vide quomodo iterũ testimoniũ humile. Propter hoc & suprà illud ex humilioribus accepit, vt ostendat q̃ mors non sit ex his quæ contristent. *Prouidebam dominum in conspectu meo semper, quia à dextris meis est, vt ne commouear, quia non derelinques animam meam in inferno.* Postea testimonio pro-
B phetico addit, *Viri fratres.* Quando magnum quiddã dicturus est, hocvtitur procemio excitans illos, & inde familiares sibi reddens. *Licet libere dicere apud vos de patriarcha Dauid.* Magna est hæc animi modestia, vbi nõ est dãnosum, condescẽdit. Idcirco & non dixit q̃ hæc de Christo dicta sint, non de Dauid, idq; valde prudenter, ob magnũ erga Dauidem honorẽ illos reuerens, deq; re aperta ac confessa, tanquã audacius videatur dixisse, paulatim deuitat eos quos laudabat. Ideo & non de Dauid inquit simpliciter, sed de patriarcha Dauid, q̃ & mortuus sit ac sepultꝰ. Nõ iã dicit, Et nõ resurrexit, sed aliter idipsum ꝓbè confirmat ac dicit: *Et sepulchrũ illius est apud nos vsque in hodiernũ diẽ.* Deinde vt apparuit quod volebat, neq; sic venit ad Christũ, sed iterum affert laudes Dauid. Propheta igitur cũ esset, & sciret quod iureiurando
C iurasset illi deus. Hæc autẽ dicit, vt sermonẽ de resurrectione etiã propter illius dignitatẽ ac genus recipiãt, quasi prophetia violaretur, nisi hoc esset, atque adeo & ipsorũ honori derogaret. Et sciens, inquit, q̃ iureiurãdo iurasset sibi deus. Nõ dixit, promisit simpliciter, sed quod maius erat, iureiurando iurauit, ex lumbo eius quo ad carnẽ oriturum Christum, vt sedeat super thronũ illius. Vide vt excelsa iterum insinuet, nam postquã illos sermonibus placauit, magna fiducia interposuit propheta, & de resurrectione disserit, q̃ neq; anima illius detineatur in inferno, neq; enim caro illius sciuit corruptionẽ. Hoc iterũ admirabile est. Ostendit enim q̃ dissimilis aliorum sit resurrectioni resurrectio, nam cõprehendit quidem illum, sed non fecit quod suũ tunc mors. Et peccatum quidem adũbrando dixit, pœnã autem non addidit.
D Et q̃ crucifixerunt quidẽ manifestè dixit, deinde ad signũ dei venit. Quando autem demonstratur, q̃ iustus occisus est, & q̃ amicus deo, etiãsi tacueris pœnam, is qui peccauit seipsum magis quàm tu condẽnabit. Omnia igitur offert patri, vt accipiant quę dicuntur. Deinde, quod nõ possibile fuerit, ex prophetia adducit. Videamus itaque denuo quæ supra sunt dicta. *Iesum*, inquit, *Nazarenũ virum demonstratum à deo erga vos.* Hoc est, de quo nõ est ambiguum, sed operibus demonstratũ. Ita & Nicodemus dicebat, Signa
Ioan.3.a hæc nullus potest facere quæ tu facis. Virtutibus, inquit, & prodigiis ac signis, quæ per illũ fecit deus in medio vestri, atq; ita nõ clanculo si in medio. Primũ incipit ab his quæ illis nota erãt, & deinde ad minus nota progreditur. Postea dicens, *Consilio dei:* Ostendit quòd non ipsi potuerint, & quod factum est, sapien-

ter quidẽ ac diuina ordinatione & dispensatione. Et quod valde molestum illis fuisset, transiit. Vbiq; illis studiũ est, ostendere q̃ mortuus est: licet vos negetis, inquit, illi testaturi sunt. Qui autẽ negociũ fecit morti, multo magis iis qui crucifixerũt, poterit. Sed nihil tale dicit, q̃ potuerit vos occidere, sed simpliciter solũ insinuauit. Iam autem discamus & nos per ea quę dicta sunt, quid sit tenere. Qui enim dolet nõ tenet quod tenetur, neq; operatur, sed patitur, & abiicere cupit. Et bene dixit. Dicit enim Dauid de eo, vt ne prophetæ quod dictũ est, imputes. Vides quomodo interpretatur mox prophetiã, & nudam constituit, manifestans quomodo super thronũ illius sedeat. Regnũ enim spirituale in cœlis est. Vide quomodo cũ resurrectione & regnũ declarat in resurrectione, ostẽdit quod necessitas fuerit prophetæ dicẽdi. De illo enim erat ꝓphetia. Quare nõ dixit de re-
B gno illius, sed de resurrectione illius. Magnum hoc erat. Quomodo autẽ super thronũ sedit? regnans Iudæis, q̃ si Iudæis, multo magis his qui crucifixerunt ipsum. *Non enim caro eius vidit*, inquit, *corruptionẽ.* Hoc resurrectione videtur quidẽ minus esse, veruntamẽ idem est. *Illum Iesum suscitauit deus.* Vide quomodo nõ aliter illum vocat. *Cuius omnes nos testes sumus: dextera igitur dei exaltatus.* Iterũ ad patrem confugit, quãuis sufficiebat dicere quod prius, sed scit quantum mo-
mẽti hoc habeat. Hic & de assumptione insinuat, & quòd in cœlis sit: cæterũ neq; istud manifeste dicit. *Et promissione spiritus sancti accepta.* Vide quomodo incipiens dicit, q̃ non ipsemet illum demisit, sed pater. Postquam autẽ meminit signorũ illius, & quæ Iudęi fecerãt illi, & de resurrectione disseruit, liberè post-
C ea & de his sermonẽ inducit, iterum illos testes per vtrosq; sensus adducẽs. Porrò resurrectionis quidẽ sæpe memor est, sceleris autem illorum semel, vt ne illos grauet. Et accepta, inquit, spiritus sancti promissione. Hoc iterũ est magnum, opinor autem q̃ nunc promissionẽ dicat eam, quæ ante passionẽ facta. Vide quomodo q̃ illius postea facit totũ suum, magna illa occultè operãs. Nã si ille effudit, de illo prophe- *Hic sup. e & Ioel.2* ta locutus est superius, In nouissimis diebus effundã de spiritu meo super seruos meos, & super ancil- *g* las meas, & dabo ꝓdigia in cœlo suprerne. Vide quãta occulte interserit. Verũ quoniã magna erant, iterũ illa obũbrat in eo quod à patre accepit. Dixerat bona quæ facta, signa illa, & quod sit rex, quodq; ad ipsos venerit. Dixerat quod ipse spiritum det: quęcunque enim dicere quis poterit, nisi ad vtilitatẽ tendãt,
D temere dicit: Quẽadmodũ & Ioannes facit, Hic nos *Matt.3.f* dicens baptizabit in spiritu sancto. Et ostẽdit, q̃ non solũ ipsum non minuerit, sed etiã clariorẽ effecerit, quandoquidẽ olim quidẽ promiserat ei deus, tunc autem dedit. Vel promissionẽ dicit quã nobis promisit, sicut præscius erat futurã, & maiora nobis post crucẽ largitus est. Et effudit, inquit. Hic dignitatem euidẽter tradit, & nõ simpliciter, sed etiã cũ vberta-
te. Ideo & istuc ipsum manifestũ faciẽs, adducit cætera. Postea enin libere & de assumptione in cœlos loquitur. Et nõ simpliciter, sed iterũ testem adducẽs, & illius meminit, de quo Christus dixit: *Nõ enim Dauid*, inquit, *ascendit in cœlos.* Hic iam non cũ demissione concionatur, habẽs ex dictis fiduciã. Neq; dicit, licet dicere, neque vlla talia. Dicit autem manifeste,
Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis, donec ponã *Ps.109.a* *inimicos tuos scabellum pedũ tuorum.* Iam si dominus est

Universidad de Deusto Biblioteca

Dauidis,multo magis illorũ.Sede à dextris meis.Totũ hic poſuit.Donec poſuero inimicos tuos ſcabellũ pedum tuorũ. Hic etiam magnum metum incutit, quemadmodũ initio monſtrauit,qualia amicis,qualia etiã inimicis faciat. Et iterũ potentiam, vt ne minus credatur,patri acceptã fert. Itaq; quoniam magna locutus,iterum ad humilia ſermonem deducit: *Certo igitur ſciat*,inquit,*tota domus Iſrael*. Hoc eſt,ne dubitetis,ne ambigatis.poſtea & aperte definit,*Quia & dominũ illũ,& Chriſtũ deus fecit*.Hoc à Dauid,& à Pſalmo cõmemorat.Oportebat enim dicere. Certo igitur cognoſcat omnis domus Iſraël, quod à dextris ſedet,id quod magnũ erat,ſed eo relicto,aliud adducit multo humilius,vbi dixit,fecit:hoc eſt,cõſtituit,atq; adeo nihil hic de ſubſtãtia dicitur,ſed totum de hoc dicit,*Hũc Ieſum quem vos crucifixiſtis*. Bene hic definit, concutiens illorũ mentem.Quoniam enim oſtẽdit, quantũ hoc ſit facinus,tunc tandẽ & ipſum aperuit, vt ſic maius oſtendatur,& metu illos corripiat.Non enim ſic homines beneficiis adducuntur, vt timore caſtigãtur. Verũ admirabiles illi & magni amici dei neutro horũ indigẽt,qualis ſcilicet Paulus erat. Neq; enim regnũ vel gehẽnam magni faciebat,& hoc eſt amare Chriſtũ,hoc eſt,non eſſe mercenarium, neq; quæſtum vel negociationẽ exiſtimare, ſed verè eſſe virtute præditũ,& omnia facere eo ꝙ grata ſint deo. Quantis igitur lachrymis digni, qui tãtam debentes menſuram, neq; vt negociatores ambimus regnum cœlorũ.Tanta nobis pollicetur,& neq; ſic audimus. Quid huic inimicitiæ comparari poterit, quanuis ij qui inſana pecuniarũ cupiditate laborãt,ſiue ſeruos, ſiue hoſtes,ſiue inimiciſſimos inueniant, vnum hoc expectãt,ſi poſſint ab illis pecunias accipere, omnia faciunt,& adulantur,& ſeruiunt,& ſeruituti ſe addicũt,omnibusq; ſe putãt eſſe honeſtiores, vt quid ab illis accipiãt.Pecuniarum enim ſpes,nihil horũ illos ſinit cogitare.Regnũ autẽ non valet cõquirere tantas diuitias,neq; tam multiplices, quãuis neq; is qui aſſecutus eſt,promittit illud, ſed incõparabiliter etiã ipſo regno maior eſt.Quando autẽ & quod promittitur regnũ eſt,& deus qui illud promittit, magnum vtiq; fuerit illud à tali accipere.Nũc autẽ perinde fit, ac ſi rex quidẽ hęredes ſuos & cohęredes filio volẽs facere,poſt innumera etiã alia beneficia contemnatur.Princeps autem latronũ,qui innumeris malis & nos & parẽtes noſtros affecit,& impleuit, & cõfundens noſtram cum gloriã,tum ſalutem, vnico duntaxat obolo mõſtrato adoratur à nobis. Regnũ promittit deus & cõtemnitur, gehennã apparat diabolus & honoratur:ille deus eſt,hic vero diabolus: ſed videamus præceptorũ diſcrimẽ. Si enim nihil horũ eſſet,& hic nõ eſſet diabolus,ille vero nõ eſſet deus: & hic nõ gehennã,nec ille regnũ exhiberet: nónne ipſa mandatorũ natura ſufficeret ad hoc perſuadendum?Quid igitur vterq; imperat?hic ea quæ cõfundũt,ille ea quæ glorioſos reddũt:hic ea quæ inumeris inuoluũt calamitatibus ac turpitudinibus, ille ea quę multũ refrigerij cõcedunt.Vide enim.Ille dicit,
Mat.11.d Diſcite à me,quia mitis ſum & humilis corde, & inuenietis requiẽ animabus veſtris.Hic inquit, Ferox eſto & immãſuetus,ac iracũdus,& beſtia magis q̃ homo. Videamus igitur quid vtilius?quid ſcilicet vtilius? ſed non hoc ſolũ, ſed cogita ꝙ ille diabolus eſt,maxime enim illud monſtratũ eſt.Ad hæc triũphi erũt maiores.non eñ facilia imperat hic curator,ſed vti-

A lia tamẽ.Quia & patres moleſta imperãt, & domini ſeruis.Sed propter hoc alij quidẽ patres ſunt ac domini,alij vero abigei &raptores hominum damnoſi, ſuntq; omnia contraria.Veruntamen ꝙ & voluptatẽ habet,hinc manifeſtũ.In quibus autem putas eſſe iracundũ,in quibus etiam tolerãtem malorum ac mãſuetũ? Nónne huius anima ſolitudini cuipiã habenti multã quietem comparatur,illius vero foro & turbæ,in quo multus clamor ſequẽtium camelos & mulos ac aſinos,multũ ad accedẽtes exclamãtibus, ne conculcẽtur.Nõne illa quidẽ mediis quidẽ ciuitatibus cõparata,in quibus hinc argentifabrorũ, inde ærifabrorũ magnus auditur ſonitus, & alij quidẽ inuadunt,alij autẽ inuadũtur: ſed hæc vertici cuidã mõtis eſt ſimilis,in quo lenis flat aura, & purus ſplẽdor fulget,& perſpicua fontium ebulliunt fluẽta, &
B multiplex florũ producitur gratia,vti ſunt verna prata ac horti,florẽtibus arboribus & floſculis, & defluẽtibus aquis.Quod ſi & ſonus auditus fuerit,dulcis eſt, & multã effundit voluptatẽ: nam vel aues cãtillantes ſummis arboribus inſidẽt,& cicadæ,& philomelæ, & hirũdines cõcorditer vnã quandam perficiũt muſicã:vel zephyrus blandè allidit arborum ramos, in quercubus & pinis ſtridens etiã olores imitatur: vel pratũ roſas producẽs & lilia inter ſe colliſa & cõmota,quaſi pelagus parũ vndabundũ referunt. Imò multas quis inuenerit ſimilitudines:nã quando quis roſas aſpexerit,itidẽ putabit videre: quando autem violas,mare vndabundũ:quando vero lilia, cœlum. Neq; ſpectaculo ſolo & aſpectu oblectatur tunc talis,ſed & ipſo corpore:nã & refrigeratur, & reſpirat, ita vt in cœlo potius q̃ in terra videatur eſſe. Eſt &
C alius ſonus quidã,quando aqua à ſumma altitudine per tubos ſuo motu fertur,& blando ſtrepitu ſubiectis ſilicibus obſtrepit,ita relaxat mẽbra noſtra voluptas,vt etiã oculis ſomnũ mẽbra fouẽtem immittat. Libenter audiuiſtis narrationẽ, forſan etiam ſolitudinis facti amatores, ſed hac ſolitudine multo ſuauior lõganimis anima:nõ enim vt pratũ deſcriberemus,neq; vt ad oſtẽtationẽ ſermonẽ ducamus,hanc attigimus ſimilitudinẽ,ſed vt per hanc deſcriptionẽ videremus quãta ſit lõganimorũ voluptas, & ꝙ multo ſuauius ſit viro mãſueto cõuiuere,maioráq; emolumenta ab illo accipiantur, q̃ ſi in talibus verſetur locis.Hos imitemini. Quando enim neque validus ventus ex tali anima egreditur, ſed benigni quidam ſermones ac blandi,& zephyro placido recte cõparantur,dũ admonitiones nihil habẽt aſperũ,ſed aues
D cantillãtes imitantur, quomodo igitur hoc nõ melius?nõ enim corpori accidit ſermonis aura, ſed animas reficit. Nõ ita ſtatim medicus febricitantẽ hominẽ à febribus liberarit ſua cura,vt longanimus vir & iracundũ,& præ ira flagrantẽ apprehenſum refrigerabit per ſpiritũ propriorũ ſermonum. Et quid de medicis dico?Neq; ferrũ ignitũ & aquæ intinctũ ita ſtatim calorẽ amittit, ſicut ſi incidat in animã lõganimẽ homo iracundus.Sicut autẽ ſi in forum ingrediantur cãtillãtes aues,& nugę eſſe videntur,ita etiã noſtra pręcepta in animas iracũdas immiſſa.Nónne ſuauior manſuetudo q̃ ira & temeritas? & non hoc ſolũ,ſed etiam hoc quidẽ diabolus, illud vero deus imperauit.Videte ꝙ non temere dixi, quòd ſi etiam nõ eſſet diabolus,nec deus:illa tamẽ præcepta ſufficiant vos ad abducendũ.Nam manſuetus quidẽ ſibi ipſi dulcis,& aliis eſt vtilis,Iracundus vero & ſibi in-

ſuauis & aliis dãnoſus. Nihil inſuauius homine iracundo,nihil oneroſius,nihil moleſtius,nihil fœdius, quẽadmodum ſcilicet nihil ſuauius eſt eo qui neſcit iraſci.Melius eſt cohabitare beſtiæ,q̃ homini tali:nã illa quidẽ ſi ſemel cicuretur, ſeruat ſuã legẽ: illũ autẽ quoties placaueris,iterũ exaſperatur. Sibi eñ habitum quẽdam talem indidit ſemel.Quemadmodũ enim dies cãdidus ac lucidus,& hyems plena cõturbatione,inter ſe multũ diſtant,ita etiam iracundi ac manſueti animæ.Sed nondũ quę ab illis ad alios veniunt incõmoda,ſed ſolũ quæ ſibi ipſis inferunt audiuimus:quanuis & hoc non paruum damnũ,alium damno affeciſſe. Verũtamen nũc hoc cõſideremus, quis lictor latera ſic confringere poterit, quæ verua ignita ſic trãſfigunt & explorãt corpus, quæ inſania ſic ſtupida reddit naturalia pręcordia,vt ira& furor? Scio multos ex ira morbos natos, ſuntq; febres illæ acutiſſimæ.Si autẽ corpora ita offendũtur, cogita animã.Ne enim ratiocineris tecũ quod nõ vides, ſed cogita quod ſi ille qui accipit maliciã,ita offenditur, id qđ parit quãtũ ſuſcipit dãnum? multi oculos perdiderũt,multi in morbũ grauiſſimum inciderũt: attamen ille quidẽ fortiter fert omnia & facile,quãuis imperet moleſta, & horũ mercedem ponat gehẽnã, & diabolus ac inimicus ſalutis noſtrę ſit,& magis illi obtẽperamus q̃ Chriſto,qui ſaluator eſt ac benefactor,taliáq; dicit, quæ & vtiliora & ſuauiora ſunt & nobis &his qui nobiſcũ viuũt maxime.Nihil ira deterius profecto,& intẽpeſtiuo furore. nõ fert longã morã,acutus morbus eſt.Sæpe & verbũ quis per furorẽ effudit,&perdit quo ad miniſterium totius vitę opus habet,& facit aliquid quod totã vitã eius ſubuertit.Moleſtum enim hoc eſt,ꝙ quis in breui tempore,& vno opere,& vnico verbo nobis æterna bona aufert,& innumeros labores elargitur. Ideo õro vos,vt omnia faciatis,quò frænetur hæc beſtia. Cæterũ hæc de mãſuetudine & ira dicta ſint. Si autẽ & alia quis dicẽdo aſſumpſerit,vt auariciã,deſpectũ pecuniarũ:intẽperantiã,ſobrietatẽ:inuidiã, benignitatem,& ſcrutatus fuerit,etiam aliud quid excellẽtius ſciet.Scitote ꝙ per præcepta ſolum deus diabolusq; mõſtrantur.Obtẽperemus igitur deo, & ne in barathrũ nos ipſos proiiciamus,ſed dum adhuc tẽpus eſt ab omnibus quæ animã noſtrã damno afficiũt, nos abluamus,vt æterna bona aſſequamur,gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti,cum quo patri ac ſpiritui ſancto gloria, imperium, honor, nunc & ſemper,& in ſecula ſeculorum, Amen.

Auditis autem illis,compuncti ſunt corde,& dixerunt ad Petrum ac reliquos apoſtolos: Quid faciemus viri fratres? Homilia ſeptima.

Vides quantum bonum ſit manſuetudo. Ipſa pectora noſtra magis q̃ vehemẽs auſteritas extimulat,& plaga ferit maiore. Quemadmodum enim percutiens obdurata corda, non tam facile ſentire facit,vt ſi eadẽ prius mollia faciat ac tenera:ita & hoc loco prius oportebat mollire,& tunc pungere:mollit autẽ nõ furor, neq; accuſatio vehemẽs,neq; conuicia,ſed mãſuetudo. Nam ille quidẽ iracundus auget morbũ,hic autem qui mitis eſt,imminuit. Atq; ita ſi volueris quempiã qui iniuſte egit corripere,magna cum manſuetudine illũ alloquere. Vide igitur & hoc loco,quid faciat. Mãſuete in memoriã reduxerat illis ſua flagitia,& nihil addidit. Dixit dei donũ, adiecit gratiam, quæ his facta erãt, te-

A ſtimonium dabat,& vlterius ſermonẽ produxit.Reueriti ſunt Petri mãſuetudinẽ, quia his qui dominũ ſuũ crucifixerant,& contra ipſos clamarant,tãquam pater & magiſter curã gerens loquebatur.Non ſimpliciter obedierũt,ſed ſeipſos condẽnarunt,ſenſerũt quę fecerãt. Nõ enim permiſit illos furore intumeſcere,& mẽte obtenebrari,ſed per modeſtiam,indignatione quaſi nebula turbatis demonſtrabat quod perpetratũ erat.Etenim ſic vſuuenit,vt ſiquando dicimus nos iniuria affectos, illi attẽtẽt demõſtrare ꝙ non iniuſte egerint:quando autem dicimus nos, ꝙ nos iniuria affecti nõ ſimus,ſed iniuſte egerimus,magis illi contrariũ faciunt: & ita ſi vis eum qui iniuſte egit,reum facere,ne accuſes illũ, ſed reũ te cõſtitue. Eſt enim genus hominũ ad cõtentiones propẽſum. Hoc Petrus fecit,nõ accuſauit illos ſeueriter, ſed at-
B tẽtauit quantũ poſſibile erat, etiã mãſuete defendere,& idcirco illorũ animos perſtrinxit.vnde manifeſtum,quòd compuncti fuerunt?Ex verbis illis.Quid enim dicũt? Quid faciemus viri fratres? Quos enim impoſtores vocarãt,fratres vocãt: non intantũ ſe illis ęquabant,quantũ ad ſui curã ac amorẽ his verbis attrahere nitebãtur. Et aliter, Quoniã illi eos primũ ita appellare dignati fuerunt,dicũt, Quid faciemus? Nõ dixerũt ſtatim,Igitur reſipiſcamus, ſed permiſerunt ſeſe illis,quemadmodũ in naufragio aliqui cõſtituti vel morbo,conſpecto gubernatore vel medico,omnia illi cõcedunt ac obediunt. Similiter & hi fecerunt: Confeſsi ſunt ſe eſſe in extremis malis,& nullã ſalutis habere ſpẽ.Et vide non dixerunt, Quomodo ſeruabimur, ſed quid faciemus? Quid igitur Petrus? *Iterũ hic interrogatis omnibus ipſe reſpondet, Reſi-*
C *piſcite* dicẽs,*& baptizetur vnuſquiſque veſtrum in nomine Ieſu Chriſti*.Et nõdũ credite,ſed baptizetur vnuſquiſque veſtrũ.Hoc enim in baptiſmate accipiebãt:deinde oſtendit etiã lucrum. *In remiſsionẽ peccatorum,& accipietis donũ ſpiritus ſancti*.Si donũ accipietis,ſi remiſſionẽ habet baptiſma, qui futuri eſtis? Deinde probabiliorem ſermonẽ faciens,ſubdidit, *Veſtra eſt enim promiſsio*. Hanc & hic,quã ſuperius dixerat. *Et filiorũ veſtrorũ*. Igitur & hinc maius donum eſt, quod bonorum etiã hæredes habeant. *Et omnium*, inquit, *qui longe ſunt*.Multo magis veſtri,qui prope eſtis. *Quoſcunque vocarit dominus deus noſter*.Vide quando dicit eorũ qui procul,tunc quando illos inuenit ſuos factos, & ſeipſos condemnaſſe. Anima enim quando ſeipſam condemnarit,non vltrà poterit inuidere.*Aliiſque ſermonibus plurimis teſtificabatur ac obſecrabat dicẽs*.Vide illũ
D vbiq; ſubmiſſum,& nec ambitioſum,nec oſtentatorem. Teſtificabatur,inquit,&orabat dicens,Abſoluta & perfecta eſt doctrina,quæ & metum incutit, & amorẽ declarat. *Saluemini à generatione hac peruerſa*.Nihil de futuris,ſed de præſentibus dicit,quibus maxime agũtur homines:& oſtendit,ꝙ prædicatio nõ ſolum à pręſentibus,ſed etiã à futuris eripit malis.*Itaq; illi libẽter accepto ſermone eius,baptizati, & appoſiti ſunt die illo animæ quaſi tria milia*. Quomodo putas hoc non magis recreaſſe apoſtolos,quàm ſigna?*Erant autẽ perſeuerantes in doctrina Apoſtolorum vnanimiter, & communicatione*.Duę virtutes,& perſeuerare,& vnanimiter. Hoc autem dixit,vt oſtendat ꝙ longo tempore illos docuerint.*Et communicatione,& fractione panis; & oratione*. Omnia communiter,omnia cum perſeuerantia faciebãt,inquit. *Obortus eſt autem omni animæ timor, multáque prodigia & ſigna per Apoſtolos gerebantur*.Meri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

to. Neq; enim vt vulgares homines despiciebāt, neque personis intēti erant, sed accensa erat eorū mēs. Quoniā autem superius multiflua erant verba Petri, & ostenderat promissiones ac futura: merito correpti sunt metu, & testificabantur dictis signa. Itaque quemadmodū & in Christo primū videre licebat, signa, dein audiebatur doctrina, & deinde veniebant miracula, ita & nunc. *Omnes autem credentes erant cōiuncti, & habebant omnia communia.* Vide statim quantum incrementū. Non enim in precibus solis erat cōmunicatio, neq; in doctrina sola, sed & in administratione. *Et possessiones ac substantias vendebant, & partiebantur illa omnibus prout vnicuiq; opus erat.* Nō simpliciter quēadmodum apud Græcos philosophi, quorū alij reliquerunt terrā, alij multū auri in mare proiecerūt, id quod non erat opū contemptus, sed stulticia & insipientia. Vbiq; enim & semper diabolus studuit infamare creaturas dei, quòd quis bene vti pecuniis nequeat. *Quotidie autem perseuerantes vnanimiter in templo.* Hic modū docet quo doctrina fruebantur. Et vide quomodo nihil aliud vel paruū vel magnū faciebāt Iudæi, sed assidui erant in tēplo. nam qui inter illos erant feruentiores, etiā loco maiorē exhibebant reuerentiā. neq; enim auellebāt illos Apostoli, scilicet ne incōmodent. *Et frangebant per singulas domos panem, simul accipiebant cibum in exultatione, & simplicitate cordis, laudantes dominū, & habentes gratiam apud omnē populum.* Panē dicēs, videtur mihi hoc loco ieiunium significare, & austeram vitam: simul enim accipiebant alimentum, nō delicias. Hinc discito dilecte, q̄ non deliciis sed cibis suauiter fruamur, & q̄ delicati sunt in mœrore, & non delicati in gaudio. Vides q̄ sermones Petri etiam vitæ afferebant tēperantiam? Sic nō est exultatio, vbi non est tenuitas. Et quomodo, inquit, habebant gratiā apud omnē populū? propter ea quæ faciebant per eleemosynas. Ne enim attendas oro, inquit, q̄ sacerdotes præ liuore & inuidia illis obsistebant, sed vide q̄ gratiam apud omnem populum habebant. *Dominus autē addebat eos qui salui fierent quotidie Ecclesiæ. Omnes autem credentes erant cōiuncti.* Sic vbiq; bonū est concordia. *Aliisque sermonibus testificatus est.* Hoc dixit ostendens q̄ non sufficiebant quæ dicta erant. Vel etiā dic, q̄ illa quidē vt ad fidē adducerent, hæc autē fideles redderēt, dicta sunt. Et non dixit: In cruce, sed in nomine Iesu Christi baptizetur vnusquisq; vestrum. neq; continuo illis crucis memoriam inculcat, vt ne opprobrare videatur: sed simpliciter, Resipiscite, inquit, & baptizetur vnusquisq; in nomine Iesu Christi in remissionē peccatorum. Cæterū longe aliter habent iudiciorū quæ hic sunt, leges: nā hic qui peccauit, quando confitetur, seruatur. Vide quomodo nō præteriit quod maius, sed prædicta gratia illud subdidit dicēs, Accipietis donū spiritus sancti. Dign⁹ acceptione & fide sermo ille, ex his quæ ipsi iam acceperāt. Iā enim quod facile dicit, multiplex habet donū, & tūc ad vitā ducit, sciens q̄ materia etiam ipsis est studij, iam tanta bona gustasse. Porrò quia auditor desiderabat audire qđ plurimorū sermonū caput & quę summa esset, etiā illud apponit ostendens q̄ donum sancti spiritus. Cæterū illi accepto sermone, laudauerunt quæ dicta sunt, quanuis metu plena, & post indulgentiā ad baptisma veniunt. Cæterum videamus iterū quæ dicta sunt. *Erant*, inquit, *perseuerantes in doctrina*: ex hoc est manifestū quòd non vno vel duobus diebus, sed multis docuerint, vtpote in aliā vitā illos trāsferentes. *Et obortus est omni animæ timor.* Si omni, etiā his qui nō credierant. verisimile autem illis hoc accidisse, quia viderūt tantā subitam mutationē, fortassis etiā quia viderant signa. Nō dixit autē simul, sed vnanimiter. Multi enim sæpe cōgregantur, qui tamen nō sunt vnanimes, sed sententiis dissident. Sermonibus queobsecrabat. Nō dixit doctrinā succidens. Licebat autē discere, q̄ sicut nouos pueros educabāt alimento spirituali, & angeli repente facti sunt. *Et diuidebant prout vnusquisque opus habebat.* Viderunt q̄ spiritualia cōmunia, & nullus alio plus habebat, & statim peruenerunt ad hoc vt sua omnibus distribuerent. Omnes enim credentes erant cōiuncti: nō loco fuerunt cōiuncti, vt manifestū est ex his quæ addidit dicens, *Et omnia habebant cōmunia.* Omnes autē inquit, nō ille quidem habebat, ille vero nō habebat. Hæc erat angelica respublica, nihil dicere sibi proprium esse. Hinc radix malorū exacta est, & per ea quæ fecerūt, demōstrarunt quod audierūt. Igitur hoc erat qđ dicebat, Seruamini à generatione peruersa ista. Et appositę sunt die illo animę quasi tria milia. Postquā tria milia facti sunt, eduxerunt illos foris, qui & magna cū fiducia iam agebant, quotidie ascenderūt, & assidui orant in tēplo. Quia & Petrus & Ioannes paulo pòst idē fecerūt. Nihil iam Iudaicū mouebāt, sed honor ille in locum pertingebat vsq; ad templi dominū. Vidisti pietatis incrementum, diuitias abiiciebant & gaudebant, & multa erat læticia. Maiora enim erāt quæ accipiebāt bona, null⁹ opprobrabat, nullus inuidebat, nō erat fastus, nō erat cōtemptus, quasi pueri nup nati, putabāt se erudiēdos. Quid sicut in obscura dico imagine? Si meministis, q̄ quando ciuitatē nostram concussit deus, & omnes erant attoniti, sic afficiebātur: nullus dolosus erat, null⁹ malignus. Etenim talē faciebat timor, talem tribulatio, non erat frigidū illud verbum, meum & tuum. Et ob hoc exultatio erat immēsa, nullus quasi ex propriis ederet afficiebatur, null⁹ etiā quasi ex alienis, quāuis videatur ænigma esse. Ea enim quæ fratrū erant, nō arbitrabantur esse aliena: erāt enim vt dominorum: neq; propria, sed vt fratrū: neq; pauper cōfundebatur, neq; diues inflabatur. Hoc est exultare. Et ille q̄ cōmunicabat, quasi beneficiū accepisset lætabatur: & illi qui accipiebant, quasi sic honestati. *Et valde inter se erāt cōiuncti*, Quoniā in opū distributionibus, & cōtumelias, & cōtristationes, & molestias fieri contingit: propter hoc dicebat Apostolus, Ne ex tristicia vel ex necessitate. Vide quantū illis testificetur & tribuat, fidē germanā, vitam rectā, perseuerantiam in auditorio, in precibus, in frugalitate, in læticia. Duo erāt quę poterāt illos cōturbare, ieiuniū & pecuniarum erogatio, illi autē propter vtrunque gaudebāt. Enimuero quis sic affectos nō vt patres communes dilexisset? nihil mali pariebāt inter se, totū permittebāt diuinæ gratiæ, nō erat timor, idq; in mediis periculis. Vnde per simplicitatē oēm virtutē declarauit, quæ maior ipso ieiunio, diuitiarū erogatione, ac perseuerātia in oratione. Sic autē & pure laudabāt, imò hoc est laudare deū. Vide īsuper & illos hic statī accipere mercedē. Habere em̄ gratiā apud populū est fu isse quosdā valde dilectos ac amabiles. Quis em̄ nō obstupescceret, quis nō admiraretur hominē morib⁹ simplicē, vel quis nō se iūgeret ei qui subdol⁹ nō est, & quorū aliorū est sal⁹, & quorū magna bona? Nōne

pastoribus initiò euāgelium prædicatū est? nōne Ioseph simplex quidā homo erat, & ita vt nec per adulterij suspicionē perterreretur, quo peccato perpetrādo consentiret? Nōne agrestes fuci expertes elegit? Anima em̄, inquit, benedicta omnis simplex. & iterū, Qui autē ambulat innocēter, ambulat cū fiducia. At dicet quis, Nōne & prudētia opus est? Quid em̄ aliud est simplicitas, q̄ prudentia? Quando enim nihil suspicaris malū, neq; moliri poteris malū: quādo nihil fers molestę, neq; vindictam meditari poteris. Cōtumelia quis te affecit, nō doluisti: calūniatus est, nihil inde affectus es: odio persequitur, & sic quoq; nihil affectus es. Via quædā est ad philosophiā simplicitas. Quēadmodū enim in corpore tristis & mœstus & cogitabūdus, licet pulcher sit quis, multū tamen pulchritudini detrahit: hilaris autē & subridens aspectu, formositatē auget: ita profecto etiā anima. Subdolus licet innumera habeat bona opera, dispердit ea, cōtra agit mēte liber ac simplex. Et amicū talē quis cum simplicitate fecerit, & inimicū factum cōciliarit. Non itē opus habet custodia, & custodię custodia, neq; vinculis & cōnexionib⁹ ad hoc, sed multa est illi laxatio, & iis qui cū eo viuūt. Quid igitur si in malos inciderit viros talis? Deus qui præcepit esse simplices, porriget manū. Quid simplicius erat Dauide? quid Saüle malignius? Vter igitur superauit? Quid itē de Ioseph dices? nónne simpliciter vsus est fratribus? nōne propter hoc probatus fuit, eo q̄ ipse quidē oīa absq; suspicione loquebatur, illi autē maligne insidiabātur? Somnia semel ac iterum dixit, & nō sibi cauebat, & iterum cauebat, & iterum ad illos abiit cibos allaturus, & nō sibi cauebat, totū cōmittens deo: verū hi erga ipsum tāquam hostem affecti sunt, ipse vicissim erga illos & fratres: & poterat de⁹ illū non permittere incidere in illos, sed permisit, vt ostendatur miraculum, & q̄ licet illi quod poterant declarabāt, ille tamē vincat: & sic quāuis plagā accipiat, nō à seipso sed ab alio accipit. Malignus autem seipsum quidē percutit primum, alium autē nullum, & sic sibipsi est hostis. Illius anima plena est mœrore perpetuo, cogitationib⁹ semper cōplicitis siue audiē dum siue dicendū quid sit, omnia trahit ad crimen, omnia incusat. Procul ab illis amicicia & cōcordia, proximæ autē illis habitant & inimiciciæ & fœditates, & sibiipsis suspecti sunt tales, his neq; somnus dulcis, neq; aliud quippiam. Quòd si & mulieres habēt, papæ q̄ sunt omnibus hostes ac inimici, innumeræ æmulationes, timor perpetuus. πονηρὸς malus quidē παρὰ τὸ πονεῖν à laborando dictus est, sic scilicet scriptura semper laborē maliciā vocat, sic quando dicit, sub lingua eorū fatigatio & labor. & alibi iterum, Et quod reliquū illis? fatigatio & labor. Si autem admiretur quispiā, vnde nam initiò tales facti sint, & hodie nō sint tales: discant causam esse afflictionē, doctricem philosophiæ, matrem pietatis. Quando pecuniæ in vsu nō erant, tunc neq; labor erat? Etiā, inquit, istuc ipsum enim rogo, nunc autem vnde tanta malicia, vnde illa tria milia & quinq; milia statī virtutē arripuerunt, & mox adeo philosophi facti sunt, nunc autē vix vnus inuenitur, tunc autē sic cōspirabāt? Quid hoc quod illos tā agiles & excitatos reddebat? quid illos repente accendit? quoniā cum multa accedebant deuotione, quoniā honores nō erant sicut nunc, quoniā ad futura suam mentem conuerterant, & nihil præsentiū expectabāt. Hoc est ignitæ animæ in periculis versari, hoc putabāt illi Christianismū esse, sed non nos: nunc in meris dissolutionibus viuitur, propter hoc neq; quādo oportet hęc assequemur. Quid faciemus interrogabāt illi, cōdemnātes seipsos, nos autē secus agim⁹. Quid faciemus, dicimus, vēditantes nos præsentibus, & sublimia de nobis ipsis sentiētes. Illi facebāt quæ sanè facere decebat, nos autē contrarium agimus. Condemnarunt seipsos illi, desperarūt de salute sua, & propter hoc tales facti sunt, agnoscebant quantū donū acceperāt. Quomodo autē vos eritis tales, per omnia diuersum quod illi faciebant, operātes? Illi simul audierunt ac baptizati sunt, nō dixerūt hæc frigida verba, quæ scilicet nos nunc, neq; moras nectebāt, quāuis scilicet nō omnia nō omnes audierāt iustificationes, sed solum, Seruamini à generatione hac praua, eos nō segnes effecit, sed acceperūt sermones: & qđ acceperāt, operibus declarabāt, & mōstrarūt quales essent. Simul enim vt in certamē ingressi, vestes exuerunt, nos autē insaniētes, cū vestibus certare volumus: ꝓpter hoc antagonista noster laborib⁹ nō habet opus, sed impliciti in nobis ipsis sæpe deiicimus. Idē em̄ facimus, quēadmodum si quis athlet ā puluere aspersum, nigrū, nudum, & ab arena, & à Sole multū habētē luti, & oleo, sudore ac luto simul deformatū viderit, ipse vnguentū olēs, acceptis sericis & aureis vestibus, & stola vsq; ad corrigias calcei demissa, & aureo ornatu in capite ingressus se immittat. Qui enim talis est, nō impedietur solū, sed oēm curā habet, ne inquinetur & distūpatur vestis, vnde & primo aggressu cadet: & id qđ timuit, statim patietur, cū plagis & dāno accepto. Tēpus adest certaminis, tu autē sericis indueris: tēpus est exercitationis, tēpus statij, tu autē quasi ad pōpam teipsum ornas, & quomodo vinces? Oro ne videas ad externa sed ad interna. Horū em̄ curis, quasi vinculis grauibus vbiq; anima colligata est, manū nō sinēs extollere, neq; extēdere cōtra hostē, molles faciens ac delicatos. Optandum, liberatum ab omnibus posse illam immūdā superare potestatē, propter hoc & Christus q̄ non sufficiat solarū diuitiarū abiectio, vide quid dicat, Vēde facultates tuas, & da pauperib⁹: & veni, sequere me. Si autē neq; quādo deposuerimus opes, nōdum securitatem consequimur, sed & alia quadā arte ac diligētia nobis op⁹ est: multo magis has adhuc habētes, nihil magni faciemus, sed ridiculi & spectatoribus & ipso maligno hosti erimus. Nā licet diabol⁹ nō esset, licet nullus qui impugnet appareat: innumerę tamen vię sunt, quæ diuitiarū amatores ad gehennā ducūt. Vbi nūc sunt qui dicūt, Quare diabolus factus est? Ecce hic diabolus nihil operatur, sed nos totū. Atqui hæc eos qui in montibus sunt dicere oportebat, qui post tēperantiā, & diuitiarū contemptū, & aliarū rerū despectū, patrē ac domos, & agros, & vxorē, & pueros relinquere sæpissime volētes, sed illi maxime hęc nō dicunt. Isti autem quos nunquam dicere oportebat, dicūt. Illa reuera sunt diaboli certamina, ad hæc autem neq; descendere dignū. Sed istā, inquit, diuitiarum cupiditatē immittit diabolus. Et improba ne approbes homo. Nunc autē si quidē videres aliquē à ianua reiicere lutū, deinde videre cōtra se iaci ac stare, & omnia capite assumere, non solū nō misereres, sed etiam indignareris, & diceres illum iuste passum esse: Et ne stultus sis, omnes ad illū loquerentur. Nunc autem vides q̄ diaboli est diuitiarū cupiditas,

Prou. 10. b

Mar. 10. f

2. Cor. 9. b

psal. 9. e

Universidad de Deusto
Biblioteca

vides q̃ innumera mala affert, vides illum sicuti luti aceruos facere cogitationes fœdas, & nudo capite accipiens immunditiã illius non intelligis? parũ declinare oportebat, & ab affectione liberari, quẽadmodũ si illũ locũ declinans liberetur, sic & tu accipe tales rationes, & fugias peccatũ, & repellas cõcupiscentiã. Et quomodo repellã, inquit? Siquidẽ Ethnicus esses, & præsentia solũ admirareris, fortasse multa esset difficultas, quãuis illi id virtutis exercuerint. Homo autẽ cœlũ expectãs & ea quæ in cœlis, dicis, quomodo repellã? si contrariũ dicerem, tunc oportebat hęsitare: si dicerẽ, cõcupisce diuitias, & quomodo concupiscã diuitias diceres talia videns? dic oro: Si auro proposito & lapidibus preciosis dicerẽ, cõcupisce plumbũ, nõ igitur opus erat hæsitatione? dixisses enim, quomodo possum? Si autẽ dicerem, Ne cõcupiscas, hoc facilius fuisset. Nõ admiror despicientes, sed eos qui nõ contẽnunt. Hoc est animæ multa ignauia impletæ, nihil muscis & culicibus præstãtioris, humiq; repẽtis. Quid dicis? Vitã hęreditaturus es æternã. Et dicis, quomodo cõtemnã prę illa præsentem? Nõ sunt æquè amabiles illæ res. vestẽ acceptaturus regiam, dicis, quomodo contemnã pãnosam? In regis ingressurus domum dicis, quomodo despiciã pauperẽ illã casam? Sic nos sumus vbique authores, nolẽtes vel parũ excitari. Nam quotquot voluerũt, vitam in melius mutarũt amplexi virtutẽ, fecerũtq; illud strenuè, magnáq; cum facilitate. Vtinã & nos præsenti admonitione persuasi recte agamus, & imitatores efficiamur eorum qui bene egerunt, Gratia & misericordia vnigeniti illius filij, cum quo patri & sancto spiritui, gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen,

Cap. III. *Simul autem Ioannes & Petrus ascendebant in templum ad horam orationis nonam.*

Homilia octaua.

NOBiq; duo illi inter se concordiam magnã habere cognoscũtur, huic innuit Petrus, simul ad sepulchrũ veniũt. De hoc dicit Christo,

Ioan. vlt. f Hic autẽ quid? Et alia quidẽ signa non curauit libri huius scriptor: quod autẽ magnum afferebat stuporem, & omnibus nouũ videbatur, dicit. Et vide iterũ non prius cõsilio capto ad hoc venisse, adeo ab ostẽtatione & honoris cupiditate erãt alieni, & suũ imitabãtur præceptorem. Cur autẽ tunc ascenderũt in templũ? nunquid adhuc Iudaicè viuebant? minime, sed vtiliter hoc faciunt. Fit autem signum hoc, alios quidẽ iterum confirmans, alios autẽ attrahens. Et signum quale nondũ fecerant, naturalis morbus erat, & maior arte medica, imò quadraginta annis claudicans fuerat, sicut in progressu dicit, & nullus illum vnquã curauit. Scitis autem quòd curatu difficiliora sunt, quæ scilicet à natiuitate insunt. Tam grauis autem erat morbus ille, vt nec sibiipsi cibum operãdo parare posset, & insignis erat cũ à loco, tũ à morbo. Et quomodo? audi. *Et vir quidã*, inquit, *claudus ex vtero matris suæ gestabatur, quem ponebant quotidie ad portã templi quæ dicebatur Speciosa, vt peteret eleemosynã ab his qui ingrediebãtur in templũ.* Eleemosynã vtiq; accipere quærebat, & ignorabat quinã essent illi viri. *Qui visis Petro & Ioãne ingressuris in templũ, rogabat vt eleemosynã acciperet. Vt autẽ Petrus inspexisset in illum cum Ioanne, dixit, Respice in nos.* Hoc audi. Ille autẽ neq; sic surgit, sed adhuc manet interturbans. Hunc enim paupertas cogit, vt etiã vrgeat dare eos qui negant. Cõfundamur nos qui resilimus, dum orant nos inopes. Vide autẽ æquitatem quomodo ostẽdit Petrus statim & dixit, *Vide in nos.* Sic illorũ habitus morum facilitatẽ ostendebat. *Ille autem intendebat in eos, expectans aliquid ab ipsis accipere. dixit autem Petrus, Argentum & aurũ nõ est mihi. Hoc autem quod habeo, tibi do.* Non dixit, Do tibi quod multo argento preciosius. Sed quid? *In nomine Iesu Christi Nazareni surge & ambula. & apprehẽsa illius manu dextra suscitauit.* Ita & Christus fecit, sæpe curauit verbo, sæpe & opere, sæpe & manum adhibuit vbi erant infirmiores in fide, vt ne videatur fieri natura. Et apprehẽsa illius dextra manu suscitauit. Hoc fecit manifestã suscitationẽ. Erat eñ resuscitationis imago. *Et statim confirmatæ sunt illius plantæ ac tali. Et exiliens stetit & ambulabat.* Tentans forsan seipsum, & maiorem probationẽ faciebat. Non igitur simpliciter factum est, quod actum. Infirmi pedes illi erant, non fatigati, non secti. quidã autem dicunt, q̃ nescierit ambulare. *Et ingressus est cum illis ambulans in templum.* Reuera admiratione dignũ. nõ ipsi illum adducunt, sed ipse sequitur, comitatu benefactores suos testatus. Et per hoc q̃ cum exultatione laudabat deũ, non illos admirãs, sed deũ, qui per illos sibi benefecerat. Sic gratitudinis studiosus vir erat. Sed videamus iterũ quæ dicta sunt. *Ascendebant*, inquit, *ad horam orationis nonã.* Fortassis per tẽpus illud gestantes claudũ ponebant, quando maxime ingrediuntur homines in tẽplum. Vt autẽ ne putet quis, q̃ propter aliud quiddã portabant, & nõ vt acciperet, vide quomodo hoc manifeste astruat in his quæ dicit. Ponebant illũ, vt eleemosynã acciperet ab his qui ingrediebantur in templum. Et propter hoc etiã locorum meminit, argumentum dans eorũ quæ scribit. Et quomodo illum nõ adduxerunt Christo? forsan fuerũt infideles qui tẽplo assidebant, qui quidẽ neq; apostolis illum adduxerunt. Vt vidit autem illos ingrediẽtes, & miracula facientes talia, Rogabat, inquit, vt eleemosynã acciperet, quemadmodũ illos viros pios quosdã ex ipso habitu statim cõsiderabat. Et idcirco intendit in illos. Vide autẽ quomodo & Ioãnes vbiq; tacet, Petrus vero etiam pro illo rationẽ reddit. Argentum, inquit, & aurum non est mihi: non dixit, Non habeo hic, qualia nos dicimus, sed prorsus, nõ habeo. Quid igitur claudus? Et despicis me orantẽ? Non dixit, sed ex his quæ habeo accipe. Vides quomodo à fastu alienus sit Petrus, & nõ ostentator, etiam neq; erga illum cui benefaciebat. Os igitur & manus totũ operabantur. Tales quidam erant & Iudæi claudicãtes, & opus erat illis petere sanitatem, ipsi autem magis opes petebant humi iacentes, qui & propter hoc tẽplo assidebant, vt ditarentur. Quid igitur Petrus? Nõ despexit illũ, non ditantem aliquem quæsiuit, neq; dixit, Etiamsi nõ fiat illi miraculũ, nihil magni fuerit. nec honorem aliquem ab illo expectauit, neq; præsentibus quibusdam curauit illũ. Erat enim vir in ingressũ, nõ ibi sed intus erat multitudo, sed nihil horũ quæsiuit Petrus, neq; ingressus prædicauit, sed solo suo habitu claudum attraxit ad petendũ. Et hoc miraculũ, quòd statim credidit. Qui enim liberati sunt à diutinis morbis: vix credunt etiam cum viderint. Et qui sanatus est, deinde cum Apostolis erat, gratias agens deo. Et ingressus est, inquit, cum illis ambulans in templo, exultans & laudans deum. Vide quomodo non solus erat: præ voluptate quidem saliebat, laudabat autem deum vt ora illorum obturaret.

ret. Mihi autem videtur, vt ne putetur esse simulatio ipsum saltasse, quod certè ostẽdebat non esse hypocrisim. Qui enim omnino ire non poterat, præsertim quũ antea etiã fames cogeret: neq; enim voluisset in gestãtes distribui ea quæ in eleemosyna vix sibi sufficiebãt: multò magis tũc. Quomodo autẽ simulasset propter eos qui eleemosynam non dederãt? Sed gratias agebat vir etiã post sanitatẽ. Vtrinq; enim fidelis ostenditur & à gratitudine, & ex eo quod acciderat. Non sanè omnibus notus erat, vnde & agnoscebãt illũ. *Et vidit*, inquit, *illũ omnis populus ambulantem ac laudantem deũ, agnoscebãtq; illũ, quòd hic esset, qui ad eleemosynam accipiendã sedebat in speciosa porta tẽpli.* Et bene dixit, Agnoscebãt, qui ignotus posteà ob miraculũ esse cœperat. Hoc enim verbo vtimur in his quos vix agnoscimus. Oportebat igitur credere, nomẽ Christi remittere peccata. Quũ autẽ sanatus teneret Petrũ ac Ioãnẽ, accessit omnis populus ad vestibulũ, quod vocatur Solomonis, & obstupescebat, à beneuolẽtia quæ in illos, & amicicia qua ab illis nõ separabatur: Fortassis autẽ & gratias agẽs illis, & laudãs. *Vt autem vidit illos Petrus resp̃õdit.* Iterũ ipse & operatur ac concionatur. Igitur nuper illos ad audiendum excitarat donum linguarũ, nunc verò hoc miraculũ: & tunc quidem initiũ accepit à crimine, nũc verò ab admiratione. Videamus autẽ quid differat cõcio hæc ab illa, & quid cum ea cõmune habeat. Nam illa quidẽ in domo fiebat, quũ illi nondũ progressi vel aliquid operati essent, hæc autẽ admirãtibus omnibus, sanato propè assistẽte, nullóq; dubitãte, quemadmodũ *Supra 2. b* tunc quãdo dicebãt, q̃ musto pleni sint. Et tũc cum apostolis omnibus existẽs disserebat, nũc autẽ cum Ioãne solo: nam liberè loquitur, & vehementior sit. Tãta enim res virtus est, vt initio sumpto progrediatur, & nusquã subsistat. Vide autẽ & qua dispẽsatione in tẽplo cõtigit signũ fieri, vt & alij fidentiores fiant. Neq; enim in angulo operabãtur alicubi, vel etiã occultè, sed neq; intus in tẽplo, vbi magna multitudo erat. Quomodo creditum esset, inquit, q̃ ipse qui sanatus prædicaret beneficiũ, neq; enim mentitus fuisset, neq; si ad alios quosdã venisset. Igitur vbi latitudo erat, & locus separatus, ibi faciebãt miraculum. Et vide quid factũ sit: Ad aliud opus veniũt. Sic *Infr. 10. a* & Cornelius, sed ieiunãs orabat. & alia vide. Etenim hactenus vbiq; Christũ Nazarenũ nominãt, In nomine Iesu Nazareni, inquit, surge, & ambula. Iã enim hoc erat quod quęrebatur, credi illũ. Ne obsecro ad initium fatigemur narrationis. Sed & licèt bonum quoddã opus dixerit, & desinat, iterum resumamus initiũ, donec habitũ consequamur: fortassis ad finẽ
» veniemus, fortassis colophonẽ imponemus, Studiũ
» enim, inquit, studiũ generat, & ignauia ignauiã. Qui parum quiddã dextrè egit, accipit adhortationẽ, vt ad maius perueniat, immo vt ex illo vltrò concedat. Et sicut ignis vt ligna corripuerit plura, hoc fit vehemẽtior, ita & alacritas. Quod enim excitarit cogitationes pias, hoc magis armatur & cõtra alia, exempli gratia dicam: Stant inter nos sicut spinæ, periurium, mendaciũ, hypocrisis, dolus, malignitas, cõuicia, scõmata, risuũ excitationes, turpiloquia, sales. Iterum ex alia parte, auaricia, rapina, iniusticia, calumnia, insidiæ. Iterũ, concupiscentia mala, immũdicia, luxuria, scortatio, adulteriũ. Iterum, inuidia, æmulatio, ira, furor, vindictæ cupiditas, retaliatio, blasphemia, & innumera talia. Si priora probe egerimus, non solùm illa rectè facta erunt, sed per illa etiã posteriora. Fortior enim fit cogitatio ad illorũ subuersionẽ. Vt qui multùm iurauit, amputet diabolicã consuetudinem hãc, nõ illud solùm ille rectè egerit, sed & alia pietas inducta erit. Nullus enim non iurantiũ facilè volet aliquid mali operari, sed reuerebitur virtutẽ quam iam operatus est. Quemadmodũ pulchrã vestẽ portans erubescit semetipsum luto volutare: sic & ille. Ab hoc veniet ad hoc, vt nõ irascatur, nec percutiat, nec cõtumelia afficiat. Si enim vel semel parua bene operatus fuerit, totũ perfectũ est. Cõtingit autẽ sæpius cõtrarium, eos qui semel bene aliquid fecerint, in eadem peccata ex ignauia iterũ relabi, ita vt inde quasi impossibile reliquũ opus constituere, vt si posuimus nobisipsis legẽ non iurandi, virtutẽ exercuimus ad dies tres, quatuor, post hoc necessitate quadam vrgẽte, collectũ lucrum totũ dispersimus, ac incidimus. Deinde in tantã peruenimus segniciem ac desperationẽ, ita vt non libeat eadẽ vltra attingere. Et meritò. Nam qui sibi aliquid ædificauit, deinde vidẽs structurã deiectã, ignauior fit ac negligentior, & non iam æquus est ad extruendũ. Verùm non oportet negligẽter agere etiã sic, sed iterum laborẽ aggredi. Ponamus igitur nobis quotidianas leges, iam à facilibus incipiamus. Malam iurãdi consuetudinẽ ab ore nostro auferamus, frenũ imponamus linguę: Nullo hîc sumptu opus, nullus labor exigitur, nõ indiget magna tẽporis mora exercitatio: Sufficit velle, & totũ factũ est. Res enim hęc à cõsuetudine pẽdet. Etiã obsecro & oro, studiũ tale afferamus. Dic oro mihi, si iussissem erogare pecunias, nónne alacriter omnes pro viribus cõtulissetis? Si me in periculis vidissetis extremis, nónne etiã carnis vestræ portionẽ si possibile esset dedissetis? Iam in magno & maximo periculo sum, nec magis dolerẽ, etiã si vel in carcere agerem, vel sexcẽtas plagas exciperẽ, vel in metalla condẽnatus essem. Manũ igitur porrigite, cogitate enim quantum periculũ, neq; hoc minimũ est: minimum autem dico, quantum ad laborẽ attinet, posse bene agere. Quid dicã, quum arguar, quare tũc non redarguebas, quare non imperabas, quare non legẽ ponebas, quare non obtẽperantes non prohibebas? Nõ sufficit mihi dixisse, admonui. Sed & acriore opº erat increpatione, inquit. Quoniã Heli admonebat (sed absit, vt vos illius conferam pueris) & ille admonebat, & dicebat, Ne faciatis sic filij, malus rumor est *1. Reg. 2. c* quẽ de vobis audio. Sed scriptura pergẽs dicit, Non admonebat filios suos. Hoc autẽ dicit, quoniam nõ *ibid. 3. c* acriter, neq; cum austeritate faciebat. Quomodo igitur non absurdũ, in synagogis quidẽ Iudæorum tam fortes esse leges, etsi docẽs imperet omnia fieri, hîc autẽ nos ita cõtẽptos esse ac abiectos? Nõ mihi mea gloria curæ est. Gloria enim mea est, vestra probata vita, vestra salus. Quotidie clamamus, insonamus in aures vestras. Qui audiat, nullus est, & nihil egregiũ opere declaramus. Timeo ne ob intempestiuã illam & multã misericordiã, pœnã in futuro die sustineamus: ꝓpterea magna & clara voce prædico omnibº ac testificor, ita vt eos qui sic præuaricãtur, quíq; ea quæ à maligno sunt loquũtur, hoc est enim iuramẽtum, ne limina ecclesiastica ascẽdãt. Pręstitutus autẽ vobis sit mẽsis præsens, vt sic corrigamini. Ne enim mihi dixeris q̃ me negociorũ vrget necessitas, quia fidẽ nõ inuenio. Iã remoue mihi illos, qui ex cõsuetudine iurãt. Scio q̃ multi nos risuri sunt. Atq; meliº est nos

Universidad de Deusto
Biblioteca

est nos nũc rideri, quàm olim deplorari. Quis enim A
seruãs præceptũ ridebitur? q; si omnino ridebũt,nõ
nos,sed Christũ ridebũt. Horruistis quod dictũ est.
Scio & ego. Nam si ego quidem legẽ hanc induxis-
sem,& ego deriderer.Si autẽ alius legislator est,in il
lum trãsit irrisio. Et cõsputus est aliquãdo Christus,
& in maxillã percussus est,ac alapã tulit. Fert etiam
hęc nũc,& nihil dissimile:idcirco gehẽna parata est,
idcirco vermis immortalis. Ecce iterũ dico ac testifi
cor. Rideat qui voluerit, subsannet qui voluerit. In
hoc posiri sumus, vt rideamur scilicet ac subsanne-
mur, vt omnia patiamur, purgamẽta mundi sumus
1. Cor. 4. c secundũ beatũ Paulũ. Si quis noluerit hoc præceptũ
perficere, quemadmodũ tuba quadã per verbũ de-
nuncio,abstineat à liminibus ecclesiasticis illis, siue
princeps sit,siue alius diademate cinctus. Nunquid
deposuistis me ab hoc principatu? vel si mãsero, nul B
la me manẽt pericula,nõ patiar vt ascendã in hãc se-
dem magna non faciẽs? Nam si hoc nõ possibile,sa-
Præses, quando inutilis. tius fuerit infrà stare:nihil eũ miserius præside,sub-
ditis nihil vtilitatis afferẽte. Adhuc oro attenti sitis,
nec vagemini animis vestris,obsecro,immo conten
damus dicendũ,& omnino aliquid amplius:Ieiuna-
te,orate deũ,& nos vobiscũ,vt illã pernicios am con
suetudinẽ eiiciamus. Nihil maius est quàm fieri do-
ctores orbis,nõ paru fuerit,vbiq; audiri, q; nullus in
hac vrbe sit qui iuret. Si hoc fieret,nõ solùm vestro-
rum operũ accepturi essetis mercedẽ, sed & nostri
pro fratribus studij.nã quod nunc vobis sum,id vos
toti orbi futuri estis. Omnino & alij imitabũtur vos,
omnino futuri estis lucerna super candelabrũ posi-
ta. Est hoc,inquit,torũ? non est hoc totũ,sed hoc est
initiũ aliorũ. qui non iurat,omnino ad pietatem ve- C
niet,etiam aliã,siue velit, siue nolit & cõfunditur ac
timetur. At multi sunt qui non ferũt ac resiliunt, sed
melior est vnus faciens voluntatẽ domini,quàm in-
numeri peccatores. Ab hoc scilicet omnia subuersa
sunt,omnia sursum ac deorsum facta sunt,quia quẽ-
admodum in spectaculis multitudinẽ desideramus,
nõ multitudinẽ probatã. Quid enim turba,dic mihi
potẽrit prodesse? Vis discere q; turba sancti sunt,nõ
multi? educite in bellum centũ myriades, & vnũ san
Eccli. 46. a. ctũ: scimus quis plura operetur. Exiit Iesus Naue in
bellũ,& solus omnia operatus est strenuè, & ita alij
nihil profuerũt. Multitudo,dilecte,quãdo voluntatẽ
domini non facit, nihil differt ab his qui nõ sunt.
Orarim sanè,& vellem,etiam libẽs & præ desideriis
æger sim,vt multitudine ornetur ecclesia,sed multi-
tudine probata. Si autẽ hoc fieri nequit, saltẽ pauci D
illi probati sint. Nõ videtis q; melius sit habere vnũ
lapidẽ preciosum,quàm mille obolos? nõne melius
est oculos sanos habere q̃ excæcatis grauitate carnis
onerari? nónne videtis quòd melius sit habere pau-
cos bonos filios,quàm multos malos? Non videtis q;
in regno pauci,in gehẽna multi? Quid mihi cũ mul-
titudine? quæ vtilitas? nulla, sed potius aliis damnũ.
Idẽ enim est, ac si cui licet decem habere sanos, vel
sexcẽtos infirmos,& adiiciat illis decẽ innumeros il
los. Illi sanè plurimi nihil rectè agẽt, nihil aliud no-
bis afferẽt q̃ pœnã tũc,& in præsenti tẽpore ignomi-
niam. nullus enim q; multi simus dicet,sed cũcti ar-
guẽt nos tanquã inutiles. Hoc sanè nobis semper di-
cunt,quãdo dixerimus q; multi sumus: subiicitũr,sed
& mali. Ecce iterũ denũcio,& clara voce clamo: io-
cum nullus esse putet. Abarcebo,& prohibebo non
obtẽperantes, & quãdiu in hac sede cõsedero nihil
illius iustificationibus præferã. Si me quis deiecerit,
posteà sine culpa fiã,donec reus fiã. Nõ possum de-
spicere,non propter meam pœnã,sed propter vestrã
salutẽ,quam plurimùm cupio, pro illa lachrymor &
doleo:sed obtẽperate, vt & hîc & in futuro multam
accipiatis mercedẽ,& communiter æternis fruamur
bonis: Gratia & misericordia vnigeniti illius filij,cũ
quo patri, simul ac spiritui sancto gloria, imperium,
nunc & semper,& in secula seculorum, Amen.

Quo viso Petrus respõdit ad populum: Viri Israelitæ,quid admiramini super his, vel quid nos intuemini, quasi nostra virtute aut pietate effecerimus vt hic ambularet?
Homilia nona.

MAiore sermonis fiducia referta est hæc ora-
tio,quàm superior: non q; in priore sibi ti-
muerit,sed quoniã homines illi irrisores ac
subsannatores,& cõcitatores risus ad tantã orationẽ
non fuissent idonei. Vnde illã quidẽ incipiens, sta-
tim in initio attẽtos facit. Hoc vobis notũ sit dicens, *Suprà 2. b*
& auribus percipite verba mea: hîc autẽ non habet
opus tali præparatione. Non enim segnes erãt,quos
signũ attentos fecerat: vnde & metu ac stupore ple-
nis,nõ opus erat hinc incipere,sed aliũde, vnde illos
sibi maximè cõciliabat,repulsa illorũ opinione. Ni-
hil enim ita prodest, & adducit auditores: vt si non
solùm nihil magnũ de se dicat differẽs,sed etiam su-
perbiæ suspicionẽ eximat. Sic tamẽ contẽpta gloria
magis seipsos glorificabant, interim demonstrando
nõ humanũ,sed diuinũ esse quod acciderat: & quod
dignũ sit,vt ipsi admirẽtur cum illis,& nõ vt in admi
ratione sint. Vides quàm ab ambitione purus sit, glo C
riam quæ dei erat vrget. Sic & veteres faciebãt,quẽ-
admodum & Daniel dicebat: Et ego non in sapiẽtia *Dani. 2. d*
quę erat in me. & Ioseph: Nónne à deo manifestatio *Gen 40. b*
illorũ? Et Dauid,quãdo veniebat leo ac vrsus,in no- *1. Reg. 17. d.*
mine domini illos discerpebat. Et hic igitur: *Quid inditus in nos quasi propria virtute aut pietate effecerimus vt hic ambularet?* Neq; hoc nostrũ est, inquit,non enim
quasi digni sim°, cõciliauimus nobis diuinũ fauorẽ.
Deus Abrahã, deus Isaac, deus Iacob, deus patrũ nostrorum.
Vide quomodo subinde progenitores refert, ne vi-
deatur nouũ quoddam dogma inducere: & illic pa-
triarchæ Dauid meminit: & illic Abrahæ & Isaac.
Glorificauit filium suũ Iesum. Iterum humiliter sicut in
prœmio, deinde audacior factus, quod acciderat,
extollit,sed non quẽadmodum anteà adũbrat: facit
autẽ hoc magis illos adducere volens. Quãtò enim
magis reos illos monstrabat,tantò magis hoc fiebat.
Glorificauit filiũ suum Iesum,quẽ vos quidem tradidistis, & negastis illũ in conspectu Pilati,qui iudicarat illũ absoluendũ.
Duo crimina,& q; Pilatus volebat dimittere,& q; il-
lo volẽte nolebatis. *Vos autem sanctum & iustũ negastis, & postulastis vt virũ homicidã donaret vobis: principẽ verò vitæ interfecistis,quẽ deus suscitauit à mortuis, cuius nos testes sumus.* Quasi diceret, pro illo latronẽ petiistis, & ita
valde illis onerosum reddebat sermonẽ: Et quia il-
los in manu tenebat,deinde acriter cædit. *Principem verò vitæ,* inquit. Hoc loco fidẽ resurrectionis appa-
rat. *Quẽ deus suscitauit ex mortuis.* Vt ne quis dicat,vnde
hoc manifestũ? nõ iam ad prophetas cõfugit,sed ad
seipsum,quoniã iam fide dignus erat. Nam tũc qui-
dem quũ dixisset q; resurrexisset,Dauidem adduxit
testẽ: nũc verò idipsum dicens, chorum apostolicũ,

cuius

cuius nos sumus,inquit,testes: & in fide nominis il- A
lius hunc quẽ videtis & nostis,consolidauit nomen
ipsius: & fides quæ per eum est,dedit illi integritatẽ
corã omnibus vobis. Quærens causam dicere,statim
signũ addit: In cõspectu,inquit, vestri omniũ. Quo-
niam valde illos carpserat, & mõstrarat resurrexisse
crucifixũ: iterum sermonẽ remittit,dans illis faculta
tem pœnitentiæ dicẽs: *Et nũc fratres scio quòd per ignorantiã feciſtis,sicut & principes vestri.* Secundũ ignoran
tiã feciſtis,vna est hæc excusatio: altera, sicut & prin
cipes vestri. Quemadmodum Ioseph fratribus dice-
Gen. 45. b bat: Deus me misit ante vos. imò quod cõtractè illic
Supr. 2. d dixerat: Definito cõsilio,& præscietia dei expositũ,
quũ accepissetis per manus iniquorũ: hoc illic dila-
tat. *Deus autẽ quæ prænunciauerat per os omniũ prophetarum suorum passurũ Christũ,impleuit sic.* Simul ostendit quòd
non illorũ sit,si hoc demonstratũ anteà,& quòd per B
voluntatẽ dei factũ sit. dicendo autẽ: Quæ prænun-
ciauit verba, ea quæ in cruce opprobrabãt insinua-
Ioan. 19. b uit. Si vult illum,saluet illum,dicentes: Dixit enim fi
lius dei sum. cõfidit in illũ,descendat nũc de cruce.
Nũquid nugæ sunt hæc ô stulti? absit. sed sic oporte-
bat fieri. Et testimoniũ perhibent prophetæ, atq; ita
non descendit, non ob suam infirmitatẽ, sed ob suã
virtutem. Et ponit hoc in excusationem Iudæorũ, vt
etiã accipiant. Impleuit itaq; sic. Vides quomodo to
tum illuc refert? *Respicite igitur,* inquit, *& cõuertimini.*
Et non dicit à peccatis vestris, sed vt remittantur pec
cata vestra. Istuc ipsum manifestans, *Vt cùm venerint tẽpora refrigerij à cõspectu domini.* Ostẽdit hoc loco mise
ros illos factos, & multis malis subiectos. Ideo & sic
dixit: Sciens hunc sermonẽ patienti,& consolationẽ
quærẽti cõgruere. Et vide qua via procedit: nam in C
prima cõcione, paulatim resurrectionẽ, & in cœlos
assumptionẽ insinuauit: hîc autẽ & clarum aduentũ.
Et miserit Iesum Christũ,qui antèà prædicatus est,quẽ oportet quidẽ cœlum accipere. Id est,necesse est,vsq; ad tempo-
ra restitutionis omniũ: Quare nunc non veniat, cau
sa manifesta est. *Quæ loquutus est deus per os omnium sanctorum suorũ à seculo prophetarũ. Moses quidem ad patres di-*
Deut. 18. c *xit: Prophetã suscitabit vobis dominus deus vester de fratribus vestris mei similẽ, audietis eum iuxta omnia quæcunque dixerit vobis.* Illic quidẽ Dauidis meminit: hîc autem
Mosæ. Omniũ, inquit, quæ loquutus est deus: nõ di-
cit, quæ loquutus est Christus, adhuc adumbrando
magis illos adducẽs paulatim ad fidẽ. Deinde confu
git ad fide dignũ illud: Prophetã vobis suscitabit do-
minus deus ex fratribus vestris mei similẽ, illum au-
dietis per omnia. Deinde & pœna magna subditur: D
Erit autẽ, inquit, *omnis anima quæcũq; non audierit prophetam illũ,exterminabitur de populo: Quin & omnes prophetæ à Samuele ac deinceps quotquot loquuti sunt, & annunciauerũt dies istos.* Hîc bene exterminiũ posuit. Quando enim
aliquid magnum dicit,ad priores cõfugit,& testimo
nium repetit vtraq; cõplectens: quemadmodũ illic
Psal. 109. a. dixit, Donec ponam inimicos tuos sub pedes tuos.
Admirabile enim q; simul hæc duo, & subiectio, &
præuaricatio & pœna. Sicut me inquit. Quid igitur
facitis? *Vos estis filij prophetarũ, & vt vobis dixi,propter vos omnia facta sunt.* Quoniã enim propter facinus arbi-
trabantur se alienos esse factos: etenim nõ erat con-
sentaneum rationi, illum nunc crucifigi, & mox vt
suos curare: ostẽdit q; & illud iuxta prophetiam: Vos
estis, inquit, filij prophetarũ & testamẽti, quod testa-
Gen. 22. d tus est deus erga patres vestros dicẽs ad Abrahã: Et

in semine tuo benedicẽtur omnes familię terræ. *Vobis primùm,* inquit, *quum suscitasset filiũ suũ misit. Igitur & aliis, sed vobis primùm qui crucifixistis illũ, benedicentẽ vobis, ita vt vnusquisque vestrũ conuertat se ab iniquitate.* Videa-
mus autẽ iterum diligentius quę lecta sunt. Prius in-
struit q; ipsi non fecerũt miraculum, dicendo: Quid
admiramini, & nõ finit discedere dicto, vtq; id cre-
dibilius faciat, primùm illorũ iudicium reprehẽdit:
Quid in nos intẽditis, quasi propria virtute aut pietate fecerimus? Si hoc vos terret ac turbat, discite quis sit qui fe
cerit,& ne obstupescite. Et vide vbiq; q; postquã ad
deum cõfugit ac dixit, ab illo omnia facta esse, tunc
securè illos perstringit: ꝓterea & superius dicebat:
Virũ declaratũ à deo, & exhibitũ erga vos. Et vbiq; *Supr. 2. d*
memores eos facit facinoris sui, vt & miraculũ ostẽ-
datur,& resurrectio cõfirmetur. Hîc autem & aliud
addidit. Non enim iam Nazarenum dicit, sed quid?
Deus, inquit, *patrũ nostrorũ glorificauit suum filiũ Iesum.*
Vide vt alienus est à fastu: Nõ obiecit, neq; mox di-
xit: Et nunc credite. Ecce homo quadraginta annis
quũ claudicãs esset, in nomine Iesu Christi surrexit,
Non sic dixit. Contẽtiosiores enim fecisset: sed iam
laudat q; admirẽtur factũ. Et iterũ à progenitore vo
cat,& nõ dicit, Iesus illum curauit, quãuis certè ille
ipsum curasset,sed vt ne dicant, quomodo sunt hæc
verisimilia,num præuaricatorẽ glorificat? idcirco il-
los memores facit iudicij apud Pilatũ, ostẽdẽs quod
si voluissent animaduertere,nõ esse pręuaricatorem
cognouissent. non enim Pilatus illũ voluisset dimit-
tere, nec dixisset quũ voluisset, sed iudicasset illum
dimittendũ, manifestans quòd eum quidẽ qui alios
occidisset, dimittendũ petieritis: occisos autem vi-
uificantem nolueritis. Et vt ne dicant iterũ, quomo-
do nunc illum glorificat, qui tũc non adiuuit, addu-
cunt prophetas testificantes, quòd sic oporteat fieri.
Deinde vt ne putẽt dei dispensationẽ, ipsorum excu
sationem esse, prius illos perstringit. Et negare in cõ-
spectu Pilati non erat fortuitũ, quũ ille vellet dimit-
tere: & quia si voluissetis, neq; erat illi possibile eum
vobis negare. Accusat ergo ille à quo petitus. Sic &
hoc mira dispẽsatione cõtigit. Hîc impudentiã illo-
rum ostendit,& q; gentilis quidẽ qui primum illum
tunc solũ viderat, liberasset illum, quãuis certè nihil
magnũ audisset. Illi autem qui inter signa enutriti,
contrariũ fecerint. Quòd autẽ iustè iudicauerit ab-
soluendum, & hoc non in gratiã fecerit, audi illum
aliubi dicẽtem: Cõsuetudo vobis est dimitti vnum *Ioan. 18. a*
quendã. Vultis igitur hunc dimittã vobis? *Vos autem sanctũ & iustum negastis.* Non dixit, Exposuistis vel re-
liquistis: sed omnino, Negastis. Meritò. Sic enim di-
cebant: Non habemus regẽ nisi Cęsarẽ. & non dixit: *Ibid. 19. a*
Nõ expetiistis irreprehensibilẽ, neq; negastis solùm,
sed etiã occidistis. Quãdo excæcati erant, nihil tale
dixit: vbi autẽ persuasum est animabus illorũ, tunc
perstrinxit acrius, quando scilicet sentire poterant.
Quemadmodũ & nos ebriis nihil dicimus: quando
autẽ sobrij facti fuerint, & ab ebrietate reuersi, tunc
eos perstringimus. Sic sanè & Petrus agit, quum pos
sent intelligere quæ dicta, tunc & linguã acuit, cri-
minãq; multa numerat, vtpote quòd eum quẽ deus
glorificauit, ipsi tradiderint: quòd eum quẽ Pilatus
absoluit, negarint in cõspectu illius: quòd prælege-
rint latronẽ. Vide iterũ quomodo occultè de poten-
tia illius disserit, ostendens quòd seipsum suscitauit,
quemadmodum in priore oratione dicebat. Secun-
dum quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum quod non erat possibile illũ detineri ab illa. Et hoc loco: *Principẽ uerò*, inquit, *uitæ occidistis*. Nõ igitur ab alio habuit vitã, quemadmodũ princeps malicię. Ipse enim qui maliciã peperit, princeps est maliciæ: & princeps homicidij, qui homicidiũ primus induxit: sic & princeps vitæ, qui à seipso vitã habet. Quẽ deus suscitauit, inquit. Postquã hoc locutus est, subdidit: *Et in fide nominis illius, hũc quẽ spectatis, & scitis consolidauit nomen illius, & fides quæ per illũ dedit illi integritatem hanc.* Cæterùm si fides quæ in illũ, operata est totum: & q̃ in illũ credidit, quare nõ dixit: Per nomẽ, sed in nomine? Quia nondũ audebãt dicere, In illũ fides. Ne autẽ sit humilius dictũ, adiicit: Et nomen illius cõsolidauit illum. Et vbi hoc prius dixit, deinde subdit: Et fides quę per illũ, dedit illi incolumitatem istã. Vide quomodo declarat, q̃ etiã illud se paruitati nostræ accõmodans dixerit. Nõ enim alio habebat opus ad resurrectionẽ, cuius nomẽ claudũ à mortuo nihil differentẽ suscitauit. Cõsidera quomodo vbique testimonia illorũ adducit: nam superius quidẽ dicebat, Sicut & ipsi scitis, Et in medio vestri. Et iterum: Quẽ spectatis ac videtis in cõspectu vestri omnium: quãuis q̃ in nomine illius factũ esset nescirẽt, sed hoc scierũt q̃ claudicãs fuisset. Et illi quoq; qui fecerũt, confitebãtur quòd non propria virtute, sed Christi cõsolidatus sit. Si autẽ hoc non fuisset, & reuera credidissent resurrexisse, nõ tam mortui quàm suam gloriã quęsissent. Hæc dicẽdo, idq; illis se aspicientibus, deinde perculsas illorũ animas statim fraterna cõsolatione mitigauit. Dicens igitur: Viri fratres. Illic quidem nihil de seipsis dixit, sed solùm de Christo. Certò igitur dicẽs: Cognoscat omnis domꝰ Israël. Hìc autẽ & admonitionẽ apponit. Illic expectauit vt illi dicerẽt, hìc sciebat quantum facturi essent, vtpote magis nũc familiares. Sanè & quæ suprà dicta nõ processerãt ex ignorãtia: nam q̃ latronẽ petierint, q̃ iudicatũ absolutione dignũ voluerint, & q̃ occidere noluerint, quomodo ignorassent? Attamen dat eis potestatẽ negãdi & pœnitẽdi de factis, imò & defensionẽ pro illis ponit verisimilẽ, ac dicit: Sciebatis quidẽ q̃ occideretis innocentẽ: quòd autem principẽ vitæ, forsan ignorabatis. Et hinc non illos solos à criminibus liberauit, sed etiam pręcipuos maliciæ authores. Nónne cõtentiosiores illos fecisset, si quidem sermonẽ ad accusationẽ produxisset? Nam quãdo quis graue aliquid cõmisit, dum accusatur, attẽtat se maiore excusatione defendere, & nõ dicit vltrà, Crucifixistis, occidistis: sed fecistis, ad veniam illos admittẽs. Si illi per ignorantiã egerũt, multò magis hi: si illis remittũtur peccata, multò magis his. Hoc autem admirabile est, quod & suprà & hìc quũ dixisset, illic quidẽ definito cõsilio & præscientia dei: hìc autẽ q̃ prænũciauerit omnibus Christũ, nullũ adducit testimoniũ, propterea q̃ nullũ sit, qđ non cum multis criminibus & pœnis cõtra illos dictum sit: Et dabo, inquit, impios pro sepultura illius, & diuites pro morte illius. Et iterũ: *Quæ anteà prænunciauit per os omniũ prophetarũ quòd passurus sit ille, impleuit sic.* Magnũ demõstrauit consiliũ, quandoquidẽ omnes hoc dicebãt, & nõ vnus dũtaxat. Profectò quoniam per ignorantiã facta sunt, præter voluntatẽ dei facta sunt. Vide autẽ quãta dei sapientia, quæ aliorũ malignitate vtitur prout res postulat. Implẽr (inquit) sic, vt ne putẽt posteà omissum esse aliquid, hoc addidit, manifestãs impleta esse quæcũq; pati oportebat. Cęterùm ne putetis quia prophetę illa dixerint, & per ignorantiã feceritis, quòd hoc vobis ad defensionẽ sufficiat, nõ dicit sic, sed latius. Pœniteat igitur vos. Quare? vt deleãtur peccata vestra, non dico illa sola quæ in crucifigẽdo cõmissa sunt, forsan illa per ignorantiã contigerũt: sed ita vt & alia vestra peccata deleãtur. Deinde adiecit, *Si quo pacto ueniant uobis tẽpora refrigerij.* Hìc de resurrectione differit obscurè. Reuera enim illa refrigerij tẽpora, quę inquirebat & Paulus dicẽs: Et nos qui sumus in tabernaculo, inge 2. Cor. 5. A miscimus grauati. Deinde ostendẽs quòd ille sit tẽporum refrigerij author, *Et misit*, inquit, *prænunciatũ uobis Iesum Christũ.* Non inquit, Expunctũ est peccatum vestrũ, sed peccata, etiã illud interim insinuans, *Misit.* Hoc, vt dixit, nõ dicit posteà vnde veniat, sed solùm addit, quẽ oportet quidẽ cœlos accipere, adhuc accipere. Et quare non dixit, quẽ cœlũ suscepit? B Hoc vtpote de superioribus tẽporibus differens dixit: Sic dispensatũ est, inquit, sic constitutũ est: de æterna illius existẽtia nondum dicit, sed adhuc versatur in ipsius dispẽsationis modis, & dicit: *Moses quidẽ locutus est patribus, Prophetã uobis excitabit dominus.* Deinde vt superius dixit, vsq; ad tempora restitutionis omnium quę locutus est deus per os omniũ sanctorum illius prophetarũ à seculo, tunc tandẽ ipsum inducit Christũ. Nam licèt multa prædixit, illũ tamen audire oportet, volẽs non prophetas ita prædixisse si quis peccet. Et aliter vult ostendere quòd eadem & prophetæ prædixerũt: & si quis diligenter exquirat, inueniet etiã in veteri obscurè quidem prædictum. Dicta autẽ sunt hæc clarius nuperrimè. *Prius annunciatũ*, inquit. Hìc illos etiã terret, quasi multa adhuc reliqua sint. Quomodo igitur dixit: Impleuit ea quę C oportebat illũ pati? Impleuit, inquit, non impletum est, ostendẽs quidẽ quòd ea quæ pati illũ oportebat implerit, quæ autẽ futura relinquũtur nondum impleta sunt. *Prophetã excitabit uobis dominus deus ex fratribus uestris mei similẽ.* Quod maximè illos cõciliabat dicens. Vides quomodo humilia iuxta sublimia seminat? Humile enim & excelsum est, nõ si ascẽsurus in cœlos similis sit Mosi, veruntamẽ tũc magnũ erat. Nunquid & in hoc similis Mosi, quòd quisquis illũ non audiet, exterminetur ex populo? Innumera & alia dixerit quis, in quibus euidẽter mõstratur quòd ei manserit similis Moses, atq; adeò magnũ quoddam testimoniũ attigit. Deus illũ suscitabit, inquit, ex fratribus vestris. Et quòd Moses ipse interminatus est his qui non audiunt. Hæc omnia satis dicta. *Et omnes quoque prophetæ*, inquit, *à Samuele.* Noluit singillatim tractare, vt ne prolixũ faciat sermonẽ, sed tẽpestiuè Mosaici testimonij memor, vltra mittit illos: *Vos estis*, inquit, *filij prophetarum, & testamẽti, quod testatus est deus.* Testamẽti, inquit, filij: hoc est, hæredes. Vt enim ne videantur hæc ex beneficio Petri accipere, ostendit quòd olim illis debitũ fuerit, vt magis credãt, quod & deo hoc probetur. Vobis primùm, quũ suscitasset, inquit, deus filium suũ misit. Non dixit simpliciter, misit filium suum, sed etiam post resurrectionem, & quando crucifixus est: vt enim ne putent quòd ipse quidem hæc largitus sit, pater autẽ minimè: propter hoc addidit, Benedicentẽ vobis. Si enim frater vester ipse etiam benedicet vos, promissio res est: hoc est, tantum abest quòd non velit vos his communicare, & horũ socios esse, sed etiam aliis vos authores ac duces fieri vult. Igitur ne tanquã abiecti vel repudiati vos

Supr. 2. d

Supr. 1. c

Esa. 53. e

Deut. 18. c

diati vos habeatis. *In hoc, vt se cõuertat vnusquisq; ab iniquitatibus.* Sic vos benedicet, & nõ simpliciter. Et quę est ista benedictio? magna. nónne cõuerti ab iniquitatibus, hoc sufficit & alia soluere? si autẽ soluisse nõ suffecisset, quomodo benedictionẽ exhibuisset? Nũquid enim qui iniustè egit, iam & benedicitur, sed liber fit à peccatis: id mihi videtur, nisi quis iuxta modum legislationis acceperit, minimè aliter congruiturum. Illũ audietis inquit, & nõ simpliciter: Sed erit omnis anima, quæcunq; non audierit prophetã illũ, exterminabitur de populo. Quando illos indicauit, qui peccarũt, & veniæ participes fiũt, & promisit iucunda: tunc tandẽ ostendit, q̃ & Moses idẽ dicit. Et quę ista cõsequentia dicere, vsq; ad tẽpora restaurationis, & adducere Mosem dicentẽ q̃ omnia audiẽt, quæ dicet Christus, & nõ simpliciter, sed cum terribilibus minis: ostẽdit enim q̃ & propter hoc obtemperare debent illi. Quid est filij prophetarũ & testamenti? hæredes, successores. Si igitur filij, quare ergas res vestras tanquam erga alienas affecti estis? Igitur accusatione quidẽ digna feciſtis, poteritis autem simul veniã assequi. Deinde vbi dixit hęc, rectè & alia subdit. Vobis misit deus filiũ suum benedicẽtẽ vos: non dixit seruantẽ, sed quod maius est, benedicentem, ostendẽs q̃ crucifixus benedicet illos qui crucifixerunt. Imitemur igitur & nos, eiiciamus animã, homicidij & bellorũ auidam. Non enim sufficit, nõ vlcisci. Hoc & in vetere lege factũ est, sed omnia faciamus pro his qui iniusticiã fecerũt, quasi pro amicis germanis, quasi pro nobis ipsis. Illius imitatores simus, illius discipuli, qui postquã crucifixus omnia fecit pro his qui crucifixerunt, etiam quũ apostolos emitteret, quãuis certè nos sępe etiã iustè patiamur: C ille autẽ nõ solùm iniustẽ, sed etiã ab impiis. Benefactorem enim & eũ qui nihil iniustè fecit, crucifixerũt. Quare dic oro? propter gloriã? certè ipse illos ho Mat. 23. a nestabat. Quomodo? Super cathedrã Mosi, inquit, sederũt scribæ ac Pharisæi, omnia igitur quæ dicunt vobis vt faciatis, facite: secundũ opera autẽ illorũ nõ Ibid. 8. a facite. Et iterũ in alio loco: Vade, ostẽde te sacerdoti: & quũ posset illos perdere, seruabat. Hunc igitur imitemur, & nullꝰ inimicus cuiuspiã sit, neq; hostis, quàm solius diaboli. Non parũ ad hoc cõfert etiam nõ iurare, & nõ irasci. Nam ex eo q̃ non irascimur, nec inimicũ habebimus. Abiice hominis iuramentũ, & etiã quæ iræ sunt abieceris, irámque extinxeris omnẽ. Est enim sicut vẽtus ira & iuramentũ. Sinuamus vela, nulla vtilitas veli, si desit vẽtus. Si igitur nõ clamamus, neq; iuramus, neruos succidimus iræ. Si D autẽ non creditis, periculũ facite rei, & sic se habere cognoscetis. Pone irascẽti legẽ, ne vnquam iuret, & nõ opus habebis illi de mãsuetudine sermonẽ facere, & sic totũ perfectũ erit. Et neq; peierabitis, neque iurabitis oĩno. Nescitis in quot fœda hinc vos præcipitetis, necesse enim vinculo seipsos cõstringentes, & omni conatu operã dantes, vt ab hoc ineffugibili malo animã suã eripiãt. Deinde, si nõ poteritis reliquũ vt in dolore agatis & pugnis, & damnũ accipiatis ex ira. Nũ hæc temere ac frustra fiũt? igitur minare, desini, omnia fac, sed absq; iuramẽto. Licet retexere etiã quæ dicta sunt, & quæ facta si volueris. Sic hodie necesse est vobis mãsuetius loqui. Quoniam enim si audieritis, etiã quod vobis reliquũ, rectè perfectũ erit. Agè, dic quã ob causam introductũ est iuramentũ, & quare cõcessum? dicamus originẽ eius, & vnde natũ sit iterũ, & quomodo & à quibus narrantes, remunerabimus vos, hac oratione pro vestra audiẽdi facilitate. Eum enim qui iustè facit, necesse est & sapiẽtiæ studiosum esse: & qui nõdũ talis, neq; dignꝰ est qui audiat sermonẽ. Fecit olim pacta Abrahã, & immolauit victimas, & hostias obtulit, & nõdũ erat iuramentũ. Vnde igitur ingressum est iuramentum? quãdo mala creuerũt, quãdo omnia simul sursum ac deorsum facta sunt, quãdo ad idololatriã inclinarunt: tũc sanè, quãdo infideles apparuerũt, deũ vocabãt testẽ, quasi fideiussorem dãtes dictis satisfacturum. Iuramentũ enim est fideiussio, vbi mores fi- *Iuramẽdem non habẽt. vnde primùm taxatur is qui iurat, si tũ, quid.* ei fides nõ habeatur absq; fideiussore, & fideiussore maximo: & quia tã parũ homines sibi mutuùm credũt, nõ hominẽ quærũt fideiussorẽ, sed deũ. Secũdò idẽ crimẽ est eius qui iuramentũ recipit, si pro contractibus deũ ad fideiussionẽ trahat, & dicat se non crediturũ, nisi illũ accipiat. O excellentẽ stupore, ô cõtumeliã, vermis ac terra ac cinis existẽs & fumus, audes talẽ dominũ tuũ in fideiussorẽ rapere, & illũ cogis accipere? Dic oro, mihi, nũ si filiis vestris contendẽtibus inter se, & sibi mutuũ nõ habẽtibus fidẽ, dixerit cõseruus, nõ credendũ, nisi cõmunis dominus fideiussor accedat: nónne illi irrogarẽtur plagæ multæ, vt discat q̃ domino in aliis, non in hisce vti oporteat? Quid dico cõseruũ? nã si magis venerãdũ voluerit virũ, nõne cõtumeliã causa haberet? At ego volo, inquit. Igitur neq; illũ coge, quoniã & in hominibus hoc fit. Si dixerit, Aliquãdo fideiussorem tu ne recipias. Quid igitur? Et perdã, inquit, quod datur: nõ dixerim hoc, sed deum cõtumelia affici ne sustineas. Ideo & qui cogit, q̃ qui iurat, magis ineuitabile habet supplicium. Similiter & qui nullo postulãte iurat. etiã hoc difficilius est, q̃ q̃s iurat pro vnico obolo, pro paruo emolumento, pro iniusticia. Et hæc sic periculosa, quãdo nõ fuerint periuria: si autẽ piuria cõmittẽtur, tũc oĩa confundũtur, & in causa sunt, tã is qui dat, q̃ is & qui accipit iuramentũ. Sed sunt aliqua quæ ignorãtur, obiiciũt. Verùm hæc præuidẽs, nihil temerè facias: si autẽ quid feceris negligẽtius, pete à te ipso incõmodi pœnã. Melius sic dãno afficì, vel aliter. Dic enim mihi, rapis ad iuramẽtũ virũ, quid expectãs, num q̃ peieret? sed hoc extremæ insipiẽtiæ. In tuũ enim caput pœna cõuertetur. Melius erat opes perire, q̃ illũ perire. Quare cũ tuo damno hoc facis, & cũ cõtumelia dei? Bestiæ est talis anima & viri impij. Sed expecto, q̃ nõ peieret. Igitur & absque iuramẽto crede. Sed sunt multi, aiũt, qui absque iuramẽto audẽt fraudẽ facere, qui cũ iuramẽto non itẽ faciũt. Decipis teipsum homo. Homo furari qui didicerit, & hominẽ iniuria afficere, vellet etiã iuramentũ calcare sæpius. Si autẽ reuerentiã habet in iurando, multò magis iniustè faciẽdo. Sed inuitus ais hoc patitur? Igitur venia dignus? Sed quid dicã de iuramẽtis illis, relictis forẽsibus? Illic em̃ nihil tale potes dicere, nã pro decẽ obolis iuramẽta fiunt & periuria. Quia enim fulmẽ supernè non descẽdit, & nõ omnia subuertũtur, stas obstringens deũ. Quãobrẽ? vt olera accipias, vt calceos, pro paruo argẽto in testimoniũ illũ vocas? nũquid quoniã nõ punimur, putamus nos neq; peccare? Hoc diuinæ misericordiæ est, nõ nostrę virtutis. Iura per tuũ puerũ, iura per teipsum: dic, Sic ne lictor assistat lateribus meis? Sed times. Laterib⁹ igitur vilior est deus? capite tuo cõtẽptior?

Universidad de Deusto
Biblioteca

ptior? dic, sic ne excæcer? At Christus nobis quidem A
parcit, vt prohibeat etiã per proprium caput iurare.
Nos autẽ sic despicimus gloriam dei, vt vbiq; ille tra
hatur. Nescitis quid sit deus, & quali ore inuocari
debeat. Porrò quoties de viro aliquo virtutibus prę-
dito loquimur, dicimus: Laua os tuũ, & sic memor
Phil. 2.b sis: nũc verò honorabile nomẽ, quod est nomen su-
Psal. 8.a per omne nomẽ, quod admirabile in omni terra, qđ
dæmones audiẽtes contremiscũt, simpliciter distra-
himus, ô cõsuetudinẽ, quæ id fecit contẽptissimum.
Deniq; si imposueris alicui necessitatẽ iurãdi in do-
mo sancta, quàm horrendũ iuramẽtũ si sic afficeris,
iniũgis. Nũquid q̃ illo quidẽ simpliciter abutimur,
hoc autẽ minimè? Nónne hòrrere oportebat, quum
nominatur deus? At inter Iudæos quidẽ hoc nomẽ
Exo. 39.f tam reuerẽdum erat, vt in tiaræ lamina scriberetur,
& nulli eas diuini nominis literas licebat gestare q̃
soli summo sacerdoti: nũc autẽ temerè ita portamus
nomẽ illius. Si simpliciter nominare deũ nõ omni-
bus fas erat, hoc certè quod in testimoniũ vocatur,
quãtæ audaciæ: dic oro, quãtæ insaniæ? Ecce dico, & B
testificor vobis, emẽdate iuramẽta forensia, eos autẽ
qui non obtẽperant omnes mihi indicate: ecce præ-
sentibus vobis, imperabo his qui ad ministeriũ segre
gati sunt domuũ orationis, & admonebo, & ostendã
nulli iurare licere, imò neq; aliter. Ad me igitur du-
catur, quisquis fuerit, quoniã & hæc oportet coram
nobis agi, quasi pueri essetis. Proh pudor, confusio
enim est, q̃ de quibusdã adhuc opus habetis erudiri.
Num sacrã mensam tãgere audes, qui initiatus non
es? Sed id adhuc peius, tu qui initiatus es audes sacrã
mensam tãgere, quã nec omnibus sacerdotibus tan-
gere licet, & sic iurare? Et tu quidẽ pueri caput non C
tãgeres egressus, mẽsam autẽ cõtingis, & non horres
neq; mẽtuis? Ad me tales affer, ego iustã pœnã infe-
ram, & vtrosq; cum gaudio emẽdabo, quod volue-
ris facito, legẽ pono omnino non iurare. Quæ salu-
tis spes, sic vobis omnia cõtemnentibus ac perden-
tibus? num propterea accepisti literas & symbola, vt
perdas animã tuam? Quid, tãtùm lucraris quantùm
perdis? Peierauit, perdidisti & te & illũ. Sed non pe-
ierauit? Etiã sic perdidisti, qui coẽgeris præceptum
trãsgredi. Expellamus hũc morbum ab anima, iam à
foro illũ pellamus, ąque omnibus mercatorũ & opi-
ficum officinis, maior labor nobis erit, ne putetis per
trãsgressiones legũ diuinarũ secularia corrigi. At nõ
credit, inquit: Etenim & ego hoc ab aliquib° audiui,
q̃ si nõ iurauero multa iuramẽta, nõ credetur mihi.
Tu horũ causa es, qui tam prõptè ac facilè iuras. q̃ si D
hoc nõ esset, sed omnibus esset manifestũ, quòd nõ
iures: crede mihi dicẽti, quòd vel solo nutui plus cre
deretur tibi, quàm iis qui innumera iuramẽta deie-
rant. Cui igitur magis creditis, mihi non iurãti, an iu
rãtib°? Sed tu, inquit, princeps es ac episcopus. Quid
igitur, si ostendero q̃ non hoc solùm? Cum veritate
respõdete mihi obsecro. Si cõtinuò iurassem ac sem
per, nunquid priuilegiũ haberet principatus meus?
Minimè. Vides, q̃ non propter hoc. Quid igitur lu-
craris, dic obsecro mihi, Paulus esuriebat, & tu eligas
esurire magis quàm trãsgredi quædã diuina mãda-
ta, curtam infidelis es? Itaq; tu quidẽ omnia eliges &
facere & pati vt ne iures, ipse autẽ te nõ remunera-
bit? sed periuros quidẽ & multũ iurantes, quotidie
pascit: teverò tradet fami, quoniã audiisti illũ? Om-
nes sciãt q̃ his qui in hãc eccleſiã congregãtur, nulli
iurare liceat, & ex hoc efficiamur certi, & non sola
fide, etiã hoc signo à Græcis & ab omnibus aliis dif-
feramus. Signaculũ accipiamus ex cœlestibus, vt tã-
quã regia armẽta vbiq; fulgeamus, ex ore & lingua
iam noti efficimur, sicut barbari, & sicut ij qui Græcè
loqui sciunt: Lingua enim à barbaris discernimur.
Dic eñ oro mihi, psitaci vnde sunt cognobiles, nõ-
ne ex eo q̃ loquũtur sicut homines? & nos quoque
cognobiles fiamus, si loquamur sicut apostoli, & lo-
quamur sicut angeli. Si dixerit enim q̃s, iura: audiat *Matt. 5.f*
q̃ Christus iussit, & nõ iuro. Hoc suffecit ad omnem
virtutẽ inducẽdam. Ianua quædã est pietatis, via ad
philosophiã inducẽs, palæstra quædã est, hæc custo-
diamus, vt & præsentia & futura bona assequamur,
gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cũ
quo patri simul cum sancto spiritu gloria, imperiũ,
honor, nunc & semper in secula seculorum, Amen.

Loquentibus autem illis superuenerunt sacerdotes ac magistratus templi. *Homilia decima.*

Cap. IIII.

Ondũ rectè à prioribus respirarãt tentatio-
nibus, & statim inciderunt in alias. Et vide
quomodo res dispẽsentur: primùm omnes
simul subsannati sunt, nõ parua erat hęc tẽtatio. De-
inde qui præcipui erãt, periculis implicabãtur: post-
ea verò non duo hæc & vulgaria fiebãt, sed vt prius
cõcionibus claruerũt, & post illas miracula operati
sunt: nunc deinceps magna cum fiducia, cõcedente
deo, certamina aggrediũtur. Tu autẽ obsecro consi-
dera, quomodo quæsierint Iudæi primùm proditо-
rem, qui Christũ traderet, quod vt factũ, manus ipsi
iniecerit, nũc audaciores & impudẽtiores facti sunt,
etiam post crucẽ. Peccatũ enim quãdiu parturitur,
habet cõfusionem ac pudorẽ, vbi autẽ perfectũ fue-
rit, impudẽtiores facit eos qui ipsum patrarũt. Sanè
quare hic & magistratus assistit? Superuenerũt enim
illis loquẽtib° sacerdotes, inquit, & magistratus: hoc
est, dux militũ templi, vt iterũ ea quæ fiebãt, publico
crimine infament, & nõ vt priuatũ aliquod vlciscan
tur, id quod vbiq; vt facerent studebãt. *Molestè feren-*
tes eo quòd docebãt illi populũ. Molestè ferebãt, nõ solùm
quòd docebãt, sed quòd non solùm dicebant illum
resurrexisse, sed etiã nos per illum resurrecturos: eo
q̃ illi docebant, inquit, populũ, & annunciabant sub
nomine Iesu resurrectionẽ mortuorũ. Tam fortis &
efficax est illi° resurrectio, vt & aliis iste resurrectio-
nis factus sit author. *Et iniecerũt eis manus, & posuerunt*
eos in custodiã vsque in diem posterũ, erat enim iam vespera.
O impudentiã. Habebãt adhuc priore sanguine ple
nas manus, & nõ cessabant, sed iniecerũt illas iterũ,
vt & alio sanguine impleãtur. Num fortassis etiam ti
muerunt, q̃ illi iam iustæ plebis numerũ referrẽt, &
eapropter etiã dux militũ illis superuenit. Erat enim,
inquit, vespera iam. Illi quidẽ igitur volẽtes eos mi-
tigare, hoc faciebant & custodiebãt: apostolos verò
magis audaces reddebat mora tẽporis. Et vide qui
cõprehendãtur, apostolorũ pręcipui, aliis posteà exẽ
plum facti, vt terreãtur alij, & nõ vltra se mutuũ in-
quirant, neq; cõmuniter agant. *Multi verò eorũ qui au-*
dierant sermonẽ, crediderunt, & factus est numerus virorum
circiter quinque milia. Quid hoc? nunquid viderũt illos
honestari? nónne cõspexerũt ligari? quomodo igitur
crediderũt? Vides manifestam efficaciam? Cæterùm
eos qui iam crediderãt, oportebat infirmiores fieri,
sed non sunt infirmiores facti. Sermo enim Petri, se-
mina in altã miserat profunditatem, & mẽtem illo-
rum atti-

rum attigerat. Alij verò ob hoc succensebãt, q̃ nihil A
ipsos illi reuerebãtur, q̃ præsentia mala nihili facie-
bant. Si enim crucifixus, dicebant, talia operatur, &
claudũ suscitauit, neq; nos timeamus illos. Igitur &
hoc diuina dispẽsatione cõtigit, q̃ nunc plures inde
crediderũt quàm prius. Quia lictores idcirco aposto
los illis videntibus ligabãt, vt & illos meticulosiores
faciant. Factũ est secus quàm illi volebant. Idcirco
etiam corã illis istos non examinãt, sed priuatim, vt
ne libertas qua illi loquebãtur audientes lucrifacе-
ret. *Factũ est autẽ postero die, vt congregarẽtur principes eo-*
rum & seniores, & scribæ in Hierusalem, & Annas princeps
sacerdotũ, & Caiphas, & Ioãnes, & Alexãder, & quotquot
erãt de genere põtificio. Iterũ conueniũt simul. Nam le-
gem iam non vltrà seruabãt, sicut & multa alia mala
faciebant. Et iterũ iudicij formã negocio huic adhi-
bẽt, vt iniusto iudicio reos illos faciant. Et quum sta-
tuissent eos in medio, interrogabant qua virtute, aut B
quo nomine feceritis hoc vos, quãuis nossent. Mole-
stè enim ferẽtes, inquit, eo q̃ annũnciabant in Iesu
resurrectionẽ: sanè propter hoc vinxerãt eos. Cuius
igitur gratia interrogãt? expectabãt & putabãt quòd
propter multitudinẽ negaturi essent, & propter illã
nihil nõ facturos. Vide sanè & quid dicãt: *In quo no-*
mine feciſtis hoc vos? Tũc Petrus repletus ſpiritu ſancto dixit
ad eos: Oro recorderis nũc sermonũ Christi, & quo-
Luc. 12.b modo euenerit quod dixerat, Quando autẽ tradent
vos in synagogis, ne soliciti sitis quomodo vel quid
loquamini, spiritus enim patris vestri est qui loqui-
tur in vobis. Itaq; magna spiritus efficacia freti sunt.
Audi item quid dicat: *Principes populi, & seniores Iſrael.*
Vide sapientiã viri, & quomodo magna cũ libertate
nihil cõtumelioſum loquitur, sed cũ reuerẽtia. *Prin-* C
cipes populi & seniores Iſrael, ſi nos hodie examinamur de eo
quòd bene fecerimus homini infirmo, quomodo ille ſaluus fa-
ctus ſit, notũ ſit omnibus vobis, & omni populo Iſrael. Satis
generosè etiã in procemio illos perstringit ac carpit,
immo illos cõmonefacit priorũ, q̃ de beneficio ipsos
iudicẽt, quasi diceret: Omnino oportebat nos pro-
pter talia coronari, & vt benefactores promulgari:
nũc autẽ etiã iudicamur, quia benefecimus homini
infirmo, nõ diuiti, nõ potẽti, non nobili, quãuis quis
hoc inuidisset: magna enim grauitate sermo ille re-
fertus est. Ostenditur autẽ hinc, q̃ illi seipsos malis
immiscuerint. *Quòd in nomine Ieſu Nazareni.* Quod ma
ximè illos contristabat, apponit. Hoc erat quod illis
Mat. 10.c Christus dixerat, Quod audiuistis in aure, prędicate
super tecta. *In nomine Ieſu Nazareni, quẽ vos crucifixi-* D
ſtis, quẽ deus ſuſcitauit ex mortuis, per hunc ille aſtat vobis ſa-
nus. Ne putetis, inquit, q̃ occultemus patriã vel pas-
sionem eius quẽ vos crucifixistis, quẽ deus suscita-
uit ex mortuis, per hũc ille astat coram vobis sanus.
Iterũ passio, iterũ resurrectio. *Iſte eſt lapis qui reprobatus*
à vobis ædificãtibus, qui factus eſt in caput anguli. In memo
riã reducit eis verbũ quod terrere illos sufficiebat.
Mat. 21.d Qui ceciderit enim, inquit, super lapidẽ hunc, con-
fringetur: eum autẽ super quẽ ceciderit, dissilire fa-
ciet. *Nec eſt in vllo alio ſalus.* Quas putas ex his verbis
plagas illos accepisse? *Nec enim aliud nomen eſt ſub cælo*
datum hominibus, in quo oporteat vos ſeruari. Hìc & sublì-
mia loquitur. Nã quãdo nõ est corrigendũ aliquid,
sed sola libertas declaranda, non parcit. Non enim
timuerat, ne percuteret. Et non dixit simpliciter, per
alium: sed non est in alio vllo salus, manifestãs q̃ hic
vos seruare potest. Simul autẽ & volẽs illos terrere.

Videntes autẽ Petri libertatẽ, & Ioãnis, cõpertóq; quòd homi- A
nes essent illiterati ac idiotæ, admirabãtur, & agnoscebãt eos,
quòd cũ Ieſu fuiſſent. Et quomodo, inquit, illiterati rhe-
toricati sunt contra illos & summos sacerdotes? non
ipsi loquebãtur, sed per illos gratia spiritus. Hominẽ
autẽ videntes stare cum eis qui sanatus fuerat, nihil
poterãt cõtradicere. Magna hominis libertas, & ma-
nifestum est vel ex eo q̃ & in ipso iudicij loco illos
nõ reliquerit, & ita si dixissent non sic se habere, ille
reprehẽdisset. *Iuſſis autẽ illis è cõcilio ſecedere, conferebant*
inter ſeſe, dicentes: Quid faciemus hominibus iſtis? Vides vt
perplexi sint, & iterũ humano timore omnia operã-
tur? Itaq; sicut & cum Christo, quod factũ erat sub-
uertere, & tegere non potuerũt: sed prohibẽtibus il-
lis, ea quæ fidei, magis crescebãt: sic & nũc fit. Quid
faciemus? ô insipientiã, q̃ illos propter gustata cer-
tamina perculsos fore existimarũt, immo si propter
suã dignitatem quam ita liberè loquẽtes non cura-
uerant, sperauerunt facturos aliquid. Quantò igitur
magis, phibere volebãt, tãtò amplius res crescebãt.
Nam conſpicuũ ſignũ editũ eſſe per eos omnibus habitantibus
Hieroſolymis manifeſtũ eſt, nec poſſumus inficiari, ſed ne am-
plius diuulgetur in populũ, minaciter interminemur eis, ne poſt-
hac loquantur ſub hoc nomine vlli hominum. Et accerſitis illis
præceperũt, ne omnino loquerẽtur neq; dicerẽt in nomine Ieſu.
Vide & horũ impudentiã, & apostolorũ sapientiam.
At Petrus & Ioãnes reſpõdentes, An iuſtũ ſit in cõſpectu dei
vos potius audire quàm deũ, iudicate. Nõ enim poſſumus, quæ
vidimus & audiuimus, nõ loqui. At illi additis minis dimiſe-
runt eos, non inuenientes qua ratione punirẽt eos propter populũ.
Miracula, ora eorũ concludebant, & posteà nõ tule-
runt eos implere sermonẽ, sed interrũpentes impe-
diebãt magna cum cõtumelia. Quia omnes glorifi- C
cabãt deũ super eo quod acciderat. *Annorũ enim erat*
amplius quadraginta homo in quo factũ eſt ſignũ iſtud ſana-
tionis. Sed iterũ videamus quę dicta sint. *Quid faciemus*
hominibus iſtis? Primùm ꝓpter gloriã humanã omnia
faciebãt, nũc etiam propter aliud simulãt, ne videan
tur esse homicidæ, q̃ post hoc dicebãt: Vultis super *Infra 5.e*
nos adducere sanguinẽ hominis illius? Prohibeam°
illis nõ loqui in nomine hoc. Vides insipientiã? Per-
suasi q̃ resurrexerat, inde sumpta coniectura quòd
deus sit: alij autẽ docere in nomine eius quem neq;
mors potuerat detinere, prohibere conati sint. Quid
huic insipiẽtiæ par? Et ne mireris q̃ iterũ attentant
quæ nõ perficiũt. Tantũ enim malũ est iniusticia, ni-
hil videt, sed vbique tumultuatur, & in seipsam ruit.
Quasi decepti ac ludificati ita cõsulunt, id quod fa-
cere solẽt, qui se irrisos suspicãtur: hoc sursum ac de- D
orsum tractãt, quod dixissent, deus illũ suscitauit, &
in nomine Ieſu hic sanus assistit, ostẽdentes q̃ resur-
rexit Iesus. Et aliter: Etiã ipsi resurrectionẽ putabãt,
frigidè quidẽ ac pueriliter, putabãt tamẽ, nunc autẽ
non credũt, & tumultuãtur cõsulentes quid sibi fa-
ciẽdum. Hoc profectò solum nónne sufficiebat per-
suadere illis, ne quid faciãt dũ illi tam liberè loquun
tur? Quare nõ credis, dic Iudæe? Oportebat enim si-
gna facta & sermonẽ attẽdere, nõ q̃ tam multi mali
sunt. Et quare nõ tradũt illos Romanis? Iam malè au
diebant apud eos propter ea quæ in Christũ egerãt,
atq; ita seipsos magis incommodarãt imminuentes
suã æstimationẽ, & sanctimoniæ nomẽ: at non item
Christo, quẽ media nocte raptũ statim abduxerunt
morę impatiẽtes, ac multùm timẽtes propter multi-
tudinem. De his autẽ nullam fiduciam habebãt, ne-
que illos

Universidad de Deusto
Biblioteca

que illos ducunt ad Pilatũ,timẽtes & ſuſpicãtes propter ſuperiora,ne etiã de illis redarguerẽtur. *Factum eſt autẽ vt congregarẽtur ipſorũ principes in Hieruſalem.* Iterum cõcilium in Hieroſolymis, & iterũ illic iniqua perpetrãtur, & neq; ciuitatis habetur reuerẽtia. Nõ vidiſti illorum maliciã, & quomodo attentãtes quæ perficere nequeũt,nõ abſterrẽtur. Vide poſtea,oro, & Petri ſapientiã,& quid in medium progreſſus illis loquitur: *Si nos iudicamur de eo quòd benefecimus homini infirmo, in quo ſeruatus eſt. In quali nomine feciſtis hoc?* In quali,quare non dicis ſed adumbras: In quali nomine feciſtis vos hoc? Etiã dicebat, non nos fecimus. Vidiſti ſapientiã,non dixit ſtatim,In nomine Ieſu fecimus.Sed quid?In nomine eius hic aſſiſtit corã vobis ſanus.Et iterũ:Si nos iudicamur quòd benefecimus homini infirmo, perſtringit illos, quaſi ſemper eiuſcemodi in crimen vocantes, & reprehendentes quòd benefiat hominibus,& priora in memoriã reducit quòd ipſi ad cędes currãt:& nõ hoc ſolùm,ſed etiã ob beneficia arguunt.Vides q̃ pondus habeant verba?In his enim exercebãtur, & poſteà imperteriti fuerũt ex iis,ex quibus oſtendunt illis,quòd ipſi magis,tametſi inuiti prædicãt Chriſtũ,& diiudicando & examinãdo dogma extollunt. *Quẽ vos crucifixiſtis.* O magnam libertatẽ. *Quẽ deus ſuſcitauit ex mortuis.* Id iterum maiorẽ ſermonis libertatẽ præ ſe fert. Igitur quod dicit,hoc eſt,Ne putetis q̃ ignominioſa oc cultemus,quæ tantùm abeſt ne celemus,vt etiam liberè prædicemus. Hæc quaſi opprobrans illis dicebat:& non ſimpliciter,ſed etiã moratur in ſermone. Hic eſt lapis reiectus, dicens,à vobis, deinde oſtendens hoc in magnã vtilitatẽ ceſſiſſe,addit: *Qui factus eſt in caput anguli*: Hoc eſt, qui natura nobilis & precioſus ac probatus,hic reiectus eſt. Adeò propter ſignum magna libertate dicẽdi vtebatur.Tu autẽ obſerua quomodo quãdo oportet docere, multas adducunt prophetias: quando autẽ liberè loquendũ, ſolùm affirmãt: *Neq; enim nomẽ eſt aliud ſub cœlo datum hominibus,in quo oporteat ſaluos fieri.* Quia omnibus hominibus & non illis ſolis datũ eſt nomen,proinde & illos adducit teſtes. Quoniam enim dicebãt,In quo nomine feciſtis?De Chriſto inquit,non eſt aliud nomen.Quomodo igitur interrogatis? Sic vbique hoc manifeſtũ eſt. Neq; enim nomẽ eſt aliud ſub cœlo, inquit,in quo oporteat ſaluos fieri.Hæc ſunt animæ verba quæ de hac vita deſperauit,id quod magna libertas oſtẽdit. Hic manifeſtat q̃ quãdo etiã humilia loquebãtur de Chriſto,non hoc metu,ſed attẽperatione morũ fiebat. Quoniam autẽ nũc tempus erat, ſic loquitur ſublimia,quòd illo ipſo etiam auditores omnes perterret.Ecce & aliud ſignũ nõ minus priore. *Agnoſcebántq; illos,quòd cum Ieſu fuiſſent.* Nõ temerè hanc particulam poſuit euãgeliſta,ſed vt manifeſtet etiã vbi fuiſſent,nẽpe in paſſione. Illi enim ſoli tunc aderãt,quando etiã viderunt illos humiles, exiléſq;. Maximè illos mirari faciebat repentina mutatio:etenim illos viderãt Annas & Caiphas q̃ aſſiſterẽt tũc hi,nunc autẽ perterruit illos valde libertas.nõ enim verbis ſoĩs mõſtrabant nõ curare ſe de quibus iudicentur,& q̃ extrema intentẽtur pericula,ſed etiã habitu,& voce,& aſpectu,& in ſumma omnibus libertatem apud populũ demonſtrabãt per ea quę loquebantur. Admirabantur autẽ fortaſſis q̃ homines & illiterati & idiotæ eſſent:quoniã reperire licet illiteratum,qui tamen non ſit idiota,& contra idiotã qui non planè illiteratus:oſtẽdit hîc quòd duo illa conuenerint. *Compertóq;.* inquit.Vnde?ex his quæ dicebant.Non lõgos extẽdit ſermones,ſed & ab ipſa annunciatione & habitu libertatẽ manifeſtat, ita vt & extrema authoritate mãdaſſent eis,niſi præſens fuiſſet homo. *Agnoſcebántq; illos, quòd cum Ieſu fuiſſent.* id quod fecit illos credere,q̃ ab illo didiciſſent hæc, & ſicut diſcipuli eius hęc feciſſent. Nõ minorẽ autem vocẽ quàm illorũ erat, emittebat & miraculũ ac ſignum:quod ſanè illorum ora maximè obturabat. *Si iuſtum eſt,* inquit,*corã deo, vos magis audiri quàm deũ,iudicate.* Quando timor magis ſucciſus eſt,nam & interminari nihil aliud erat q̃ dimitti, tunc mãſuetius loquuntur,tam lõgè ſacerdotes à temeritate erãt,quia notũ ſignũ erat.Nõ poſſumus negare:atq; adeò negaſſent,niſi ita fuiſſet,niſi plurimorum fuiſſent teſtimonia, omnibúſq; fuiſſet manifeſtũ, ſed talis beſtia eſt impudentia ac temeritas.Minaciter minabimur. Quid dicitis, minãdo expectatis ceſſaturã prædicationem?Sic vbiq; principia ardua ac difficilia,magiſtrum interemiſtis,& nõ ſuſtuliſtis prędicationẽ,etiã nũc minaturi eſtis,expectatis vt deſtituatis nos,vincula non perſuaſerũt humiliter loqui,& vos perſuadebitis? multũ ſcilicet, maximè his qui vos licèt minemini,nihili faciũt. An iuſtũ eſt corã deo, vos magis audire quàm deũ? Hîc deũ inquit pro Chriſto. Vidiſti quomodo nũc eueniat quod dixit illis, Ecce enim ego mitto vos tãquam oues in mediũ luporũ, ne timueritis illos. Deinde iterum ſtabiliũt reſurrectionem per ea quæ apponũt,dicentes: *Nos non poſſumus nõ loqui quæ vidimus & audiuimus.* Vnde nos fide digni teſtes ſumus,vos autẽ interminãdo iterũ fruſtra minamini.Oportebat ſanè illos mutari,propterea q̃ populus glorificabat deũ:illi autem mortẽ minãtur, ſic cõtra deũ pugnabãt.At illi additis minis dimiſerũt eos.Hinc magis clari & illuſtres facti ſunt,immo præter mandatũ iam teſtificabantur.Quid eſt quod dicũt,nos nõ poſſumus nõ loqui ea quæ vidimus & audiuimus? Si falſa ſunt,inquit,quæ dicimus,reprehende:ſin vera,cur prohibes? Tanta res eſt ſapiẽtiæ ſtudiũ:ille in anguſtia,hi in gaudio:illi multa implẽtur cõfuſione, hi cũ ſumma libertate omnia faciũt: illi timent,hi cõfidunt. Qui enim erant, dic oro,qui timerẽtur,dicẽtes,ne diuulgetur amplius in vulgus: vel dicẽtes,nõ poſſumus quę vidimus & audiuimus non loqui? Erãt hi in maiore voluptate, libertate,ac lætitia quàm omnes:illi verò in triſtitia,confuſione ac metu. Populũ enim metuerunt.Quæ volebãt loquebãtur hi,illi quæ volebãt non faciebãt. Qui erãt in vinculis ac periculis,nónne hi maximè?Poſſideamus igitur virtutẽ,ne abſq; voluptate quæ dicuntur ſint,& conſolationẽ nullã afferãt.Non eſt hoc theatrum dilecte citharœdorũ vel tragœdorũ, vbi ſolius voluptatis fructus eſt,& cũ prætereunte die,prꝫterit etiã voluptas,& vtinã eſſet voluptas ſola,& non noceret cum voluptate:attamen inde domũ vadũt ſinguli,quaſi à vico quodã in quo multùm mercati referãt. & adulеſcẽs quidẽ recipit melodias carminis diabolici,& quãtùm potuit memoria cõplecti,conti nuò domi cãtat:ſenior autem vtpote honeſtior,hoc quidẽ nõ facit,omnia autẽ quę illic dicta ſunt verba memorat.Hinc verò nihil habẽtes abitis,& quomodo nõ dignũ cõfuſione?Legẽ poſuimus,imò nõ nos poſuimus.Abſit.Non eñ vocabitis,inquit,magiſtrũ *Matt.5.f.* ſuper terrã.Legẽ poſuit Chriſtus,ne quis iuret.Quid factum

factũ eſt,oro,cum hac lege?Nõ enim ceſſabo de illa diſſerere, ne fortè iterũ veniens ſicut Apoſtolus ait, nõ parcã.Nunquid ſolliciti fuiſtis in opere?Nũquid adhibitũ eſt ſtudiũ à vobis?num iterum iidẽ ſermones ſunt attingendi?immo ſiue aliquid feceritis ſiue non,eoſdẽ repetamus,vt in vobis fortiores ſint,& alios cohortemini.Vnde igitur nos incipiemus,vultis à vetere lege,ſed id in noſtrã cõfuſionem,q̃ ea quæ in veteri dicũtur, quæ excellere oportebat,nõdũ cuſtodimus.Nos eñ conueniebat nõ de his audire.Iudaicæ eñ prauitatis fuerint hæc præcepta:ſed illa pfecta abiice opes,ſta viriliter,animã pro prædicatione impẽdito,tide terrena omnia,nihil ſit tibi cũ præſente vita cõmune,benefac ſi quis te iniuſtè afflixerit, ſiue defraudat⁹ fuerit benedic,ſi blaſphemarit honora,omnibus eſto ſublimior.hæc & talia audire congruebat:nũc autẽ de iuramẽto diſſerimus, & idẽ fit, quẽadmodũ ſi quis eũ qui iã debeat philoſophari,ab illis doctoribus ſuis abſtrahat, & ſyllabas ac elemẽta legere faciat.Cogita,oro,quanta ſit cõfuſio hominẽ quendã cui eſt grauis pera,& baculus ac pallium,ad Grãmaticos cũ puellis ꝓficiſci,& eadem quæ illi diſcere.Nõne magnus oritur riſus?ſed maior ex vobis: non enim tantũ diſcrimen inter Philoſophiã & elemẽta,quantũ inter Iudaica & noſtra, ſed quantũ inter angelos & homines.Si quis,dic oro,angelũ è cœlo deuocet, ac dicat illi, vt hîc ſtet ac audiat noſtros ſermones,quaſi inde erudiẽdus ſit: nõne ridiculũ foret,&confuſione dignũ?Si autẽ de his erudiri adhuc ridiculũ,illis nõ attendere,dic oro,quanta condemnatio,quanta cõfuſio? Et quomodo nõ confuſione dignũ,Chriſtianũ erudiri debere, non iurandũ eſſe? Veruntamẽ reprimam⁹ affectus,ne magis rideamur. Agè igitur de veteri lege diſſeramus hodie. Quid autem iſta inquit,Iuramento ne aſſueſcas os tuũ, neq; cũ nomine ſancti coaſſueſcas.Quare?nam quemadmodũ famulus ſi cõtinuò flagelletur, à cicatrice nõ purificabitur:ſic neq; qui iurat. Vide ſapientiã iſtius ſapiẽtis.Nõ dixit, Iuramẽto ne aſſueſcas mentẽ tuã, ſed os tuũ.Quia ſciuit totum oris eſſe,& quòd facile corrigitur.Cõſuetudo enim eſt,quæ poſtea etiã abſque electione fit, vt ſunt multi, qui balnea ingreſſi ſimul vt fores trãſierint,ſignãtur:hoc ſolet manus etiam ꝓpter conſuetudinẽ,etiã nullo iubẽte. Iterum accenſa lucerna ſæpe mẽte aliud quiddã conſiderãte manus ſignũ facit,ita ſanè & os nõ cum anima loquitur,ſed ex cõſuetudine,& in lingua totũ ſitũ eſt. Neq; cum nomine ſancti,inquit,coaſſueſcas. Deinde poſtquam hoc dixit,apponit:nã ſicut ſeruus qui flagellãtur continuò à cicatrice non purgabitur, ita neq; qui iurat.Nõ periuriũ hoc loco, ſed iuramentũ amouendũ admonet,appoſita illi pœna. Igitur iurare peccatũ eſt,talis reuera eſt anima,talibus plena eſt vulneribus,talibúſq; cicatricibus.An nõ vides? Hoc enim graue eſt,quãuis certè poteris, ſi voles videre. Dedit enim tibi deus oculos.Talibus oculis videbat ꝓpheta,dicẽs:Fœtuerũt & putruerũt cicatrices meę à facie inſipiẽtiæ meæ.Contẽpſimus deum,odio habuimus nomẽ bonum,conculcauimus Chriſtũ, ſoluimus pudorẽ. Nullus cum reuerẽtia memor eſt nominis dei.Et tu quidẽ ſi dilexeris quẽpiam,& ad nomẽ illius excitatior efficeris. Deũ autem ſic cõtinuò vocas, quaſi nihil. Voca illũ vt benefacias inimico, voca illũ in ſalutẽ tuæ animæ, tunc aderit, tũc lætificas illum,nunc autẽ exacerbas.Voca illũ ſicut vocauit Stephanus.Quid dicens?Domine,ne ſtatuas illis peccatũ hoc.Voca illũ vt vocauit vxor Elcanæ,cum lachrymis,cũ lamentis,cum oratione, nõ prohibeo, ſed & valde exhortor.Voca illũ ſicut vocauit Moyſes,& clamabat orans pro illis qui ipſum in fugã egerant.Et tu quidẽ ſi alicuius viri reuerendi memor es ſine reuerentia,cõtumeliam putas:deum autem circunferens,non ſolùm ſine reuerentia,ſed etiã intempeſtiuè,nihilne facis rem illam?& quanto ſupplicio dignus eris?Nõ prohibeo deum perpetuò habere in animo. Hoc enim orarim & velim,ſed nõ præter id quod illi placet,ſed ſi laudas,ſi colis,magna ſi hoc cõ ceſſerit nobis bona ſunt.ſi quãdo oportet,ac in quibus oportet ſolùm vocauimus illũ. Quare dic oro,in apoſtolorũ ore tot virtutes,tantæq; fiebant,in vobis autem nõ?quanuis idem ſit deus,idẽ nomen,ſed nõ eſt par.Quomodo?quia illi quidẽ in his quæ dixi,ipſum inuocabant ſolùm, vos autem nõ in illis,ſed in aliis.Si autem ideo iuras,quia nõ credit,dic quidem crede.Veruntamẽ ſi vis iura per teipſum,nõ legiſlatori contrarium aſſero. Abſit.Sit enim,inquit,ſermo veſter,etiam etiam,non non,vt in hoc condeſcendã vobis,vt magis in hoc vos inducã,& à tyrãnica conſuetudine liberẽ.Quot ſunt in aliis admodũ probati,& in his rebus totum perdunt?Vultis diſcere,quare cõcedebant priſcis iurare,peierare enim neq; illis conceſſum erat:quoniã per idola iurabant.non confundemini in his legibus manentes,in quibus verſabantur infirmi?Quia & nunc Græcum ſi accipio,nõ ſtatim illi hoc impero, ſed nunc vt ſciatur Chriſtus admoneo.Fidelis autẽ & qui didicerit illũ,& audierit,ſi vſurus eſt eadem indulgentia qua Græcus,quæ vtilitas,quod lucrum?At ob conſuetudinem difficile tibi eſt,& ab illa ægrè abſtraheris.Igitur quoniam tanta conſuetudinis eſt vis,eam in aliam transfer cõſuetudinem.Et quomodo,inquit,poſſibile?quod ſæpius dixi,hoc etiam nunc dico.Sint animaduerſores eorum quæ dicuntur multi,ſtent inquiſitores & correctores.Non eſt confuſio ab alio corrigi,immo cõfuſio eſt repellere corrigentes,& in damnũ propriæ ſalutis hoc facere.Et tu quidem ſi veſtẽ induaris inuerſam,permittis te à puero admoneri, & non confunderis ab illis diſcens,quãuis certè in hoc magna confuſio.Hic autẽ incõmodans,confuſió ne eſt,dic mihi ab alio erudiri? & ornantem quidẽ te veſtibus fers ſeruulũ,& calceantem:ornantem autem animã tuam non fers?& quantæ inſipientiæ hęc ſunt?Sit & miniſter horũ doctor,ſit & puellus, ſit & vxor, ſit & amicus,& vicinus,& cognatus.Quemadmodum enim beſtia,quę vndequaq; agitatur, non facilè euadit: Ita fieri nequit, quin is qui tot habet cuſtodes, tot obſeruatores,tot increpãtes, & vndiq; affligitur, facilè effugiat,& nõ ſeruetur. Et in vno quidem die difficilè feres hoc & in ſecundo,& in tertio.Deinde autem facile erit,etiã poſt quartum moleſtum, vltrà non erit:periculum facite,ſiquidẽ non credideritis. Curam habete oro,non enim vulgare eſt hoc quod peccatur & corrigitur, ſed vtrinq; magnũ & bonũ, & malum.Concedatur hoc bonum fieri gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti,cum quo patri ſimul ac ſancto ſpiritui,gloria, imperiũ,honor,nunc & ſemper,& in ſecula ſeculorum,Amen.

Dimiſſi autem venerunt ad ſuos, & annunciauerunt illis quæcunque ad ipſos principes ſacerdotum & ſeniores dixerunt.

Infrà.7.g *1 Reg.1.d* *Exod. 2.c* *Matt. 5.f* *Ecclĩ. 23. b.* *conſuetudo.* *Pſal.37.b*

Universidad de Deusto
Biblioteca

NOn vana gloria extimulãte narrãt, quæ alie-
na ab illis erat, sed gratiæ Christi indicia ostẽ-
dunt. Idcirco & quęcũq; illi dixerãt narrant,
quæ autẽ per ipsos licet prætereãt, attamẽ & sic ma-
gis fidẽtes fiunt. Et cõsidera quomodo iterũ ad verũ
auxiliũ confugerint, ad subsidiũ orationis inuictum,
iterum vnanimiter, & cũ studio. Nõ est enim oratio,
quæ simpliciter fit. At illi qui audierant vnanimiter
sustulerunt vocẽ ad deũ, & dixerunt. Vide quàm di-
ligenter fiunt illorũ preces, quãdo apostolatu dignũ
Supr.1.d sibi mõstrari petiuerũt, sic dicebant: Tu domine om
niũ cordiũ cognitor ostẽde: opus enim erat illic præ-
scientia. Hìc autẽ quoniã ora aduersariorũ obturari
oportebat, de domino disserũt, ideo & sic cœperũt:
Psal.2.a *Domine deus, qui fecisti cœlũ & terrã, ac mare, & omnia quæ
in illis sunt, qui per os Dauid pueri tui loquutus es: Quare fre-
muerũt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt re-
ges terræ, & principes cõgregati sunt simul aduersus dominũ,
& aduersus Christũ eius.* Prophetiã in mediũ afferunt,
tanquã pactum à deo exigentes, & seipsos interim
consolantes, q̃ inuanum hostes meditentur omnia.
Hoc autẽ est, quod dicere volunt: Illa in mediũ pro-
fer, & ostende q̃ vana meditati sint. *Congregati enim
sunt reuera in ciuitate hac, contra sanctũ puerũ tuum Iesum,
quem vnxisti, tam Herodes quàm Pontius Pilatus, cum gen-
tibus & populis Israel, vt faciãt quæcũque manus tua & con-
silium tuũ fieri præfiniuit. & nũc domine vide in minas illorum.*
Vides philosophiã, & quomodo his nõ imprecẽtur
mala. Nõ posuerunt autem minas speciatim, sed so-
lùm dicũt q̃ minati sint. Abbreuiat enim cõscriptor
sermonem. Et vide. Nõ dixit, Disrumpe illos, deiice
illos. Sed quid? *Et da seruis tuis libere loqui sermonem tuũ.*
Sic discamus & nos orare. Quanuis quo non furore
impleatur quis, si in viros incidat, occidere illum ten
tantes, & id genus cõminantes, & quam non hostili-
tatem admittit? At nõ ita sancti isti. *In hoc vt manus ex
tendat ad sanationes, & vt fiant signa ac prodigia per nomen
sancti pueri tui Iesu.* Si in nomine illo fiunt efficaciæ ac
virtutes, magna erit fiducia, inquit. *Rogantibus autem
illis, motus est locus in quo erant cõgregati.* Factum est hoc
signum, vt audirẽt illi etiã diuinam visitationem. *Et
impleti sunt omnes spiritu sancto.* Quid est impleti sunt?
reaccensi sunt spiritu sancto. Etenim reaccẽsum est
in ipsis charisma, & loquuti sunt sermonẽ dei cum li
bertate. *Huius autẽ multitudinis credentium erat cor vnum
& anima vna.* Vides q̃ cum gratia dei etiam sua affe-
rebãt. Vbiq; enim hoc obseruatu dignum est, quod
cum gratia dei, & ea quæ ab ipsis erant declarant.
Supr.3.a Quemadmodũ Petrus dicebat, Argentum & aurum
non est mihi. Itaq; quod superius dixerat, q̃ omnes
fuerint in illo ipso, hoc est simul: iterum hìc idem di
cens manifestat, q̃ multitudinis credentium fuerit
cor & anima vna. Vt dixit autem quod audierunt, di
cit postea & eorum virtutem. Ingressurus enim erat
narrationẽ Sapphiræ & Ananiæ: ideo volens illorũ
ostẽdere scelus, prius de aliorũ virtute disserit. Dic,
oro, mihi, an charitas paupertatẽ, vel paupertas cha-
ritatẽ pepererit? Mihi videtur q̃ charitas paupertatẽ,
quæ & illam magis astringit. Audi igitur quid dicat.
Omniũ erat cor & anima vna. Ecce cor & anima idẽ
sunt. *Et nullus aliquid ex his quæ possidebat, proprium esse di-
cebat, sed erant illis omnia communia. Et virtute magna red-
debãt apostoli testimonium resurrectionis domini Iesu Christi.*
Ostendit hoc, quasi eis cõmissum sit, vel q̃ tanquam
debitores faciãt. Et gratia magna erat cum omnibus
illis, neq; indigus quispiã erat inter eos. Sicut in do-
mo paterna filij, qui eiusdẽ honoris sunt: ita omnes
affecti erãt. Sed hoc est mirabile, quòd quasi relictis
suis negociis, ita enutriebant, vt nõ vltrà quasi ex ꝓ-
priis, sed quasi ex communibus educari videantur.
*Quotquot autẽ possessores prædiorũ vel ædium erant, vendẽtes
afferebant precia eorum quæ vendiderant, & posuerunt ad pe
des apostolorũ. Diuidebatur autem vnicuique, prout opus habe
bat.* Magnus honor, quãdoquidẽ non in manus, sed
ad pedes apostolorũ ponebant. *Ioses autẽ qui agnomi-
natus est Barnabas ab apostolis: quod si interpreteris, est filius
cõsolationis.* Nõ mihi videtur ille esse qui cũ Matthia.
Supr.1.d Ille enim & Ioses dicebatur & Barsabas: postea autẽ
agnominatus est & Iustus. Hic autẽ Barnabas est fi-
lius cõsolationis ab apostolis. Et videtur mihi à virtu
te assumptũ nomen, quasi ad hoc sufficiat & studio-
sus sit. *Leuites Cyprius genere, quum haberet agrũ, vẽdidit &
attulit pecuniã, & posuit iuxta pedes apostolorũ.* Hìc velim
obserues, quomodo ostẽdat legem solui: & quomo-
do inquit, quũ esset leuites, Cyprius erat? quia postea
etiã quum migrasset, appellabãtur leuitæ. Porrò vi-
deamus iterũ quæ dicta sunt. Dimissi, inquit, vene-
runt ad suos, & annũciauerunt omnia quæ ad ipsos
principes sacerdotũ & seniores dixerant. Vide apo-
stolorũ philosophiam à fastu alienã. Non circũeun-
tes inuulgarũt & dixerunt, quomodo sacerdotibus
responderint, neq; de annũciatione gloriabãtur, sed
simpliciter vt venerunt, ea quæ audierant ab illis se-
nioribus annunciabant. Hoc loco discimus, q̃ perí-
culis seipsos non iniecerunt, sed potius tentationes
quæ intentabãtur, strenuè tulerũt. Alius autẽ si quis
esset, fortè multitudinis fiducia fretus, licèt cõtume-
lias loquutus esset, licèt innumera dixisset inepta: at
non hi philosophi, sed omnia mansuetè & benignè.
Qui autẽ audierãt, inquit, *vnanimiter sustulerũt vocẽ ad deũ.*
Clamor factꝰ est ex voluptate, & magna affectione.
Etenim quæ tales, efficaces sunt preces, quæ tãto sapiẽ
tię studio sunt plenę, quę de talibꝰ sunt, quę in talibꝰ
tẽporibus, quæ hoc modo, sicut aliæ certè abomina-
biles sunt ac immundæ. Vide vt nihil superfluũ, sed
de virtute illius solũ disserunt, immo quẽadmodum
Christus dicebat Iudæis, Si autẽ ego in spiritu dei lo
quor, ita & illi loquuntur per spiritum sanctũ. Quid
autem sit quod dicunt, audi: *Domine deus, qui per os Da-*
Psal.2.a *uid pueri tui dixisti, Quare fremuerũt gentes.* Mos est scri-
pturę etiã de vno tanquã multis loqui. Sensus igitur
dictorum est, Nõ illi valuerunt, sed tu qui permisisti
totũ, etiam ad finẽ perducens, operatus es, qui indu-
strius quiduis operaris: & sapiens es, qui inimicis pro
tua voluntate vteris. Hìc emẽ de mira illius facultate
ac sapiẽtia in operãdo disserunt, manifestantes q̃ illi
quidẽ conuenerint, tanquã hostes animo sanguina-
rio, & homicidarum, & aduersarij futuri, fecerint au
tem quæ tu volebas. *Vt facerent quæcũque manus tua &
consilium tuum præfiniuit fieri.* Quid est manus tua? Hìc
mihi videtur manũ dicere potentiam ac consilium.
Sufficit, inquit, tibi velle solum. Nullus enim potẽtia
præfinit. Igitur quæcũq; manus tua, hoc est quæcun
que præcepisti. Vel igitur hoc dicit, vel q̃ manu ope
ratꝰ est distinctè. Sicut igitur tũc vana meditati sunt,
ita & nunc illos frustra meditari facito. Et da seruis
tuis: hoc est, ne cõpleantur opere minæ eorum. Hęc
autem dicebant illi nõ detrectantes difficile quiddã
pati, sed ꝓ prædicatione. Nõ enim dixerũt, Et eripe
nos à periculis. Sed quid? *Et da seruis tuis cũ fiducia omni
loqui*

loqui sermonẽ tuum. Igitur qui illa ad finẽ deduxisti, &
hæc deduc. *Quem vnxisti*, inquit. Vide quomodo & in
precibus passionem distinguunt, & totũ in illum re-
ferunt, & libertatis in loquendo illum authorẽ esse
dicũt. Vidisti quomodo omnia propter deũ petunt,
& nihil ad suã gloriam. Itaq; quod suum, promittũt,
quòd nõ prætereantur: digni autem habeantur, qui
miracula operentur. In hoc, inquit, vt manum tuam
extendas ad sanationẽ, & vt signa ac prodigia fiant.
Bene, nam absq; illis licèt summã præ se tulissent ala
critatem, omnia fecissent inuanũ. Annuit eorum pe
titioni, & manifestũ hoc fecit eis, commoto loco, q̃
asit ipsorum precibus: *Orantibus enim illis*, inquit, *mo-*
Psal.103. *tus est locus.* Quod autẽ propter hoc factũ sit, audi ꝓ-
Ibid.111.b phetam: Qui aspicit terrã, & facit illã tremere. Et ite-
rũ: A facie domini mota est terra, à facie dei Iacob.
Et facit deus etiam per maiorẽ terrorem, & ad fidu-
ciam illos inducẽs post magnas illas minas, & ad li-
bertatem maiorẽ exercens. Quia enim initium erat,
& sensibili signo opus habebãt, vt illi persuadeãtur.
Post hoc autem nunquã hoc fit. Tantã consolationẽ
assequuti sunt ex precibus. Meritò autẽ & signorũ
gratiam petunt. Nusquam aliunde enim potuissent
ostendere, q̃ resurrexisset, q̃ ex signis. Et ita non so-
Supr.2.a lùm suam petebant securitatem, sed etiã ne confun-
derentur, verũ liberè loquãtur. Motus est locus, etiã
illos magis cõsolidauit. Hoc autem aliquando qui-
dẽ iræ est indiciũ, aliquãdo verò visitationis & pro-
uidentiæ, nunc autẽ iræ. Porrò in saluatoris passione
nouè & præter naturã facta est. Etenim tunc omnis
terra cõmota est, & ita vt vbiq; agnoscatur crucifixi
virtus, & quòd deus qui patiebatur, & nõ simpliciter
homo. Et aliter: Licèt iræ sit indiciũ, verum ea cõtra
illos erat, hos autẽ & spiritu impleuit. Itaq; & apo-
stoli post preces spiritu implẽtur. *Et magna*, inquit, *virtute
reddebãt testimonium, erãtq; gratia in omnibus illis, neq; enim
quispiã indigebat inter illos.* Vides quãta huius rei virtus
vbi scilicet & illic hac opus erat. Ista est emẽ honorũ
occasio, cuius & secũdò meminit, admonens omnes
de pecuniarũ contemptu. Superius quidem dicens,
q̃ nullus aliquid eorum quę possidebat, sibi dicebat
Supr.2.a proprium esse. Hoc autem loco, q̃ non indigẽs ali-
quis esset inter illos. Nam quod fiebat, non à solis si-
gnis esse, sed etiã à voluntate illorũ, manifestat Sap-
phira & Ananias. Nõ sermone autem solùm, sed &
1.Cor.2.a virtute reddebant testimoniũ resurrectionis, sicut &
Paulus dicit: Et prædicatio mea nõ in persuasibilibꝰ
humanæ sapiẽtiæ sermonibus, sed in demõstratione
spiritus & virtutis. Et nõ simpliciter virtute, sed ma-
gna virtute. Bene autẽ dixit, quòd gratia erat in om-
nibus. Propter hoc enim gratia, quia nullus erat in-
digus: hoc est, ob magnã dantiũ alacritatem nullus
erat indigus. Non enim partem quidem dederunt,
partem autem recondiderũt, neq; omnia quidẽ, sed
quasi propria: sic inæqualitatẽ è medio eiiciebant, &
in multa abũdantia viuebant, & cum multo honore
hoc faciebãt, neq; enim in manus audebãt dare, ne-
que cũ fastu suppeditabãt: sed ad pedes afferebãt, &
illos dispẽsatores permiserũt fieri, & dominos fece-
runt, vt quasi ex cõmunibus postea insumãtur, & nõ
quasi ex ꝓpriis. Hoc etiã cõferebat ad hoc, ne vana
gloria extollerẽtur. Hoc si & nunc fieret, vtiq; maio-
re cũ voluptate viuerem⁹, & diuites & pauperes, nõ
maiorem autẽ pauperibus q̃ diuitibus hoc voluptã
afferret. Et si placet hoc sermone describamus,

& sic voluptatẽ assequamur, quãdoquidẽ operibus
non vultis. Maximè autẽ & ex illis manifestum, quæ
tunc facta, quia vẽdentes nõ erant indigi, sed & pau
peres faciebant diuites: verũtamen & hoc nunc ser-
mone describam⁹, & omnes sua vendãt omnia, & in
mediũ afferant. Hoc sermone dico, nullus turbetur,
neq; diues, neq; pauper. Quantũ putas aurũ cõgeri,
ego coniecto, neq; enim hoc satis euidenter dici po
test: q̃ si cuncti & cunctæ vniuersas pecunias suas e-
uacuarint, & agros, & domos, & possessiones aliena-
rint (seruos emẽ non dixerim: nã & tunc nõ erant, &
dominos suiipsorũ permittebant fieri,) forsan centũ
decem milia librarũ auri congregarẽtur, imò bis ac
ter tãta. Dic enim oro mihi: Ciuitas enim nostra ꝓ-
miscuorũ hominum, quãtum implet numerũ? quot
vultis esse Christianos? vultis esse centũ milia? quan-
tus autẽ numerus Ethnicorum & Iudæorũ? quot põ
do auri cõgregata fuerunt? quantus autem est nume
rus pauperũ? non opinor supra centum milia paupe
res. Hos sanè quotidie pasci quanta liberalitas esset,
imò communi alimẽto facto, si simul pascerẽtur, nõ
plurimo sumptu esset opus? Quid igitur facturi esse-
m⁹, insumptis omnibus? Putás ne tu posse insumi om
nia aliquãdo? nónne mille millies dei gratia auctio-
ra fierẽt? nónne opulẽte gratia dei effũderetur? quid
igitur, nõne cœlũ facerem⁹ terrã? Si hìc tria milia &
quinq; milia intantũ fulserũt, vt nullus eorũ inopiã
quereretur, multò magis in tãta multitudine. Quis
igitur etiã externus nõ aliquid adiiceret? Vt autẽ o-
stẽdã, q̃ hoc in diuersa diuelli, sumptuosum sit, & in-
opiæ causa, sit domus vbi pueri decẽ, & vxor, & vir,
& illa quidẽ lanam operetur, ille autem externè affe
rat emolumẽta. Dic, num plus insumant vnã haben-
tes domũ, vel dispersi? manifestũ q̃ dispersi. Dispersi
enim decem pueri, decẽ domiciliis opus habent, de-
cem mensis, decẽ ministris, & alio huiusmodi emo-
lumento. Cur autẽ hìc seruorum multitudo non est?
nónne quia mensam vnã omnes habent, vt nõ opus
sit magno sumptu? Nõne diuisio semper minora cõ
moda affert: vnanimitas autẽ & consensus, incremẽ
tũ? Sic qui in monasteriis nunc viuunt, quẽadmodũ
olim fideles. Quis mortuꝰ est fame? quis nõ liberali-
ter educatus est? nunc tamẽ hoc timẽt homines, ma-
gis quàm in immensum & inexhaustũ pelagus inci-
dere. Si autẽ periculũ huius faceremus, tunc aggre-
deremur rem, quantã putas & gratiam fore. Si enim
tunc quũ nullus esset fidelis, sed solùm tria milia &
quinq; milia solùm, quũ omnes qui in mũdo, essent
hostes, quum nusquã consolationem expectarẽt, sic
aggressi sunt opus: multò magis nũc nihil defuturũ,
vbi gratia dei vbicunq; terrarum fideles. Quis enim
mãsit Ethnicus reliquus? nullum equidẽ opinor, ita
omnes attraximus, & nobis cõciliauimus. Verũtamẽ
si hac via ꝓgredimur, credo deo q̃ & hoc futurum
sit. Obtemperate mihi solùm, & per ordinẽ corrige-
mus negocia: & si deus vitã dederit, credo quòd sta
tim in hanc nos recepturi simus vitæ rationẽ. Iam le
gem illã de iuramento facite & stabilite, & is qui ser-
uarit eum qui nõ seruarit, manifestũ faciat, & repre-
hẽdat postea acriter, vehemẽterq; increpet. Præscri-
ptus enim terminus propè est, & exquirã negociũ,
& deprehẽsum segregabo & excludã. Absit autẽ ne
quis talis apud nos inueniatur, sed omnes cũ diligen
tia spirituale hoc seruẽt symbolum. Quemadmodũ
enim in bello tam cõmilitones quàm alieni à signo

Universidad de Deusto Biblioteca

dignoſcuntur,ita etiã nunc fiat(nam & nũc in bello ſumus)vt & fratres agnoſcamus noſtros:quantũ bonũ erit nobis hoc ſignaculũ,& hîc & in aliena terra? quãta ſunt hæc arma aduerſus diaboli verſutias? Os enim quod neſcit iurare,ſtatim etiã deũ in precibus inuocãs cõciliabit,& graui plaga diabolũ percutiet. Os qđ iurare neſcit, neq; cõtumeliis afficiendi conſuetudinẽ habebit. Nã queadmodũ ex domo quadã,ita à lingua hunc ignẽ eiice,& foras trahe. Minimè illud reſpirare ſinas,vlcus infirmius fac. Etiã obſecro, vt nobis & aliam quãdam doctrinã exponat. Nõdum enim hoc nõ correcto, non auſim ad aliud quiddã venire. Hoc cum diligentia à nobis corrigatur. Huius correctionis ſenſum prius accipite, & tũc vobis etiã alias allaturꝰ ſum leges:immo nõ ego, ſed Chriſtus. Plãtate in anima veſtra bonũ hoc,& paulò pòſt eritis paradiſus ac hortus dei,multò melior illo paradiſo:neq; enĩ ſerpens apud vos,neq; arbor mortifera,neque aliquid aliud horũ. Figite in profundo hanc conſuetudinẽ. Si hoc euenerit,non ſolùm præſentibus eritis vtiles,ſed etiã omnibus qui in mũdo: &nõ his ſolis,ſed & iis qui olim futuri ſunt. Cõſuetudo enim bona ſemel recepta,& ab omnibus ſeruata, in longũ tempus trãſit,& nullũ tempus extirpare eã valet. [Num. 15. d] Si ligna quidã ſabbato colligẽs,lapidatus eſt, ꝙ multò grauiora collectione illa operatur,& onꝰ peccatorum colligit(eſt enim iuramentorũ multitudo, onus)quid nõ ſuſtinebit?quid non portabit? Magnũ accepturi eſtis à deo adiutoriũ,ſi hoc vos rectè correxeritis. Si dixero,Ne cõtumelia afficias, ſtatĩ furorẽ mihi profers in mediũ. Si dixero,Ne inuideas,aliam cauſam dices. Hîc nihil tale poteris dicere, ꝓpterea à facilibus incipio,quãdoquidẽ & alij in artibus aliis omnibus idem faciunt,vt quis ſic ad maiora veniat. Scietis q̃ ſit hoc facile,ſi corrigentes,etiã aliam accipietis legẽ. Date mihi libertatẽ loquendi etiam quæ Ethnicis & Iudæis eſt,& ante omnia quæ dei eſt. Etiam oro per charitatẽ,per dolorem partus quo vos peperi,filij mei. Quod autem ſequitur, non adducã. Quos iterum parturio,neq; dicam,donec figuretur in vobis Chriſtus. Credo enim ꝙ figuratus eſt Chriſtus in vobis,ſed alia ad vos dicã. Fratres mei dilecti & deſiderati,gaudiũ & corona mea. Credite enim mihi,ꝙ non aliter dicam. Si quis innumeras gẽmatas coronas meo capiti nunc impoſuiſſet, non tam lætificaret quantum in profectu veſtro, immo neq; regem opinor ſic gaudere,ſicut ego de vobis. Quid dicã? Si omnibus gẽtibus aduerſariis expugnatis victor rediiſſet,& precioſa corona plures alias precioſiores accepiſſet coronas,& diademata victoriæ ſymbola:non opinor ſic illũ gauiſurũ in triumphis, ſicut ego in ꝓfectu veſtro:nã quaſi innumeras coronas ſuper caput habẽs,exultarẽ,& meritò. Si enim diuina gratia hic mos à vobis acceptus fuerit,innumera bella deuicimus,& multò difficiliora q̃ ille, contra dæmones malignos, contra arrogantes & certantes, & præliantes,nõ gladio,ſed lingua & voluntate. Vide enim quãta correxeritis,ſi quidem correxeritis. Primùm,quia cõſuetudinẽ difficilem excecatis. Deinde rationẽ malam, & vnde omnia mala, nempe quòd putatis nihil referre,& nihil nocere. Tertiò furorẽ, quartò auariciã. Omnia enim hæc iuramentũ parit. Quin ab hoc & ad alia bona opera magnã accipietis occaſionem. Quemadmodum enim qui elemẽta diſcunt puerilia,nõ illa ſola diſcunt, ſed etiã per illa

A erudiũtur paulò pòſt legere: ita ſanè & vos nõ vltrà decipiet mala ratio,neq; vltra à dictis quòd indifferens hoc ſit,non vltra iuxta conſuetudinẽ loquemini,ſed in omnibus ſtabitis viriliter, vt perfectis per omnia virtutibus quę deo placent æterna accipiatis bona, Gratia & miſericordia vnigeniti illius filij, cũ quo patri & ſancto ſpiritui ſit gloria,imperium, honor nunc & ſemper,& in ſecula ſeculorum,Amen.

Ioſeph autẽ qui agnominatus eſt Barnabas ab apoſtolis:quod ſi interpreteris,eſt filius conſolationis, leuites,Cyprius genere quum haberet prædium,vendidit,& portauit, & poſuit ad pedes apoſtolorum. Homilia XII.

NArraturus de Anania & Sapphira,& volens oſtẽdere virũ qui peſſimè egerat, prius memor eſt eius,qui bene fecerat. Quia quũ tãta eſſet multitudo,tãta faciens, tantáq; gratia ac tãta B ſigna,à nullo horũ emẽdatus, ſed ſemel ab auaricia excæcatus, perniciẽ illam ſibi conciliauit ſuo capiti, quum eſſet illi prædium, manifeſtans ꝙ illud ſolum poſſideret:vendito eo,attulit pecuniã,& poſuit iuxta pedes apoſtolorum. [Cap. V. † ἐνοσφίσατο.] *Vir autem quidã Ananias cũ Sapphira vxore ſua,vendiderat poſſeſſionem ſuam, ſepoſuerat † de precio, conſcia vxore,& allatã partẽ quãdã ad pedes apoſtolorum poſuit.* [Attende quàm grauiter animaduerſũ ſit in vitiũ proprietatis ipſo etiã initio coruſcãtis euãgelij.] Hoc graue,ꝙ peccatũ fiebat,ſimul illis reponentibus,& nullo alio conſcio,vnde euenit miſero illi hoc facere? Dixit autẽ Petrus, *Anania,quare impleuit † ſatanas cor tuum,vt mentireris tu ſpiritui ſancto, & ſeponeres de precio prædij?* Vide & nunc magnũ ſignum fieri,& priore multo maius. *Nónne manens tibi manſiſſet,& venditum in tua poteſtate erat?* Hoc eſt,nunquid neceſſitas vel violẽtia quædam erat? Nunquid enim inuitos vos trahimus? [† ἐπλήρωσεν.] *Quid quòd ponis in corde tuo rẽ hãc,* C *non mentitus es hominibus,ſed deo. Audiens autẽ Ananias, cecidit & expirauit.* Vides vnde maius ſignum hoc? Ex eo quòd ſuſtulit,& ꝙ cognouit ea quæ in mente, & quæ clàm facta. *Factus eſt autem metus magnus ſuper omnes qui audierant hæc. Surgentes autem iuniores,amouerunt,elatúmque ſepelierunt. Factum eſt autem quaſi trium horarum interuallo,etiam vxor illius,neſciẽs quid factum,intrauit. Reſpondit autem illi Petrus,Num tanti agrum vendidiſtis?* Hãc volebat ſeruare. Ille enim dux erat peccati, & ꝓpter hoc,huic dat fortaſſe tẽpus defenſionis, & poteſtatem pœnitentiæ. Ideo & dicit, *Dic mihi, ſi tanti prædiũ vendidiſtis? Illa autem dixit,Etiam tanti. At Petrus dixit ad illam,Cur conſpiratum eſt inter vos tentare ſpiritum ſanctum? Ecce pedes eorum qui ſepelierunt virum tuum ad ianuam, & efferent te. Cecidit autem ſtatim iuxta pedes illius & expirauit. Ingreſſi autem iuuenes inuenerũt illam mortuam,& elatã* D *ſepelierunt iuxta virũ ſuum. Et factus eſt timor magnus ſuper totã eccleſiã,& ſuper omnes qui audiebant illa.* Poſtquã factus eſt timor,maiora ſigna fecerũt: & quæ fecerint, audi: *Per manus autẽ apoſtolorũ fiebant ſigna & prodigia in populo multa,& erãt vnanimiter omnes in porticu Salomonis. Aliorũ autẽ nullꝰ audebat illis adhærere,ſed magnificabat illos populus.* Meritò,etenĩ Petrus erat iã terribilis, puniẽs, & quæ in mẽte erãt redarguẽs, cui & magis adheſerãt,tũ propter ſignũ,& primam cõcionẽ ſecundãq; ac tertiam. Ipſe enim & fecerat ſignũ primum illud nunc,quod mihi etiã duplex,& non ſimpliciter vnũ quoddã ac ſolũ eſſe videtur. Vnũ quidem,ex mente arguere. Secundũ autem,occidere præcepto. *Magis autem apponebantur credentes,* inquit, *multitudo virorum ſimul ac mulierum,ita vt in plateas exportarent infirmos, & ponerent in lectulis ac grabbatis,vt venientis Petri vel vmbra obumbraret aliquem horum.* Hoc in Chriſto non eſt factum,

ctum,proinde videre licet re ipſa impletũ eſſe quod [Ioan. 14. b] dixerat,Qui credit in me,opera quę ego facio & ille faciet,& maiora illis faciet. *Cõueniebat autẽ & multitudo vicinarũ ciuitatũ Hieroſolymã, afferens ægros ac vexatos à ſpiritibus immundis,qui ſanabãtur omnes.* Tu autẽ conſidera quomodo omnis illorũ vita,aduerſitatibus cõtexatur:mœror primus erat,aſſũpto Chriſto:deinde lætitia,de miſſo ſpiritu ſancto. Iterũ mœror,ſubſannãtibus Iudæis:& mox læticia,ex fidelibus & ſignis. Iterũ mœror,quia cõprehẽdebãtur,quẽ excepit excuſationis læticia. Iterũ etiã hîc & mœror ac læticia, nam læticia quidem erat,ꝙ ſic clareſcerẽt, & ꝙ illis deus reuelationes faciebat: mœror autẽ, ꝙ ſuos occidebant. Iterum læticia,ꝙ clareſcerẽt:iterũ mœror, à principe ſacerdotũ:& vbique conſiderãtes,videre hoc poſſunt quod ſanè etiã apud veteres quis inuenerit. Videamus autem iterũ quæ dicta ſunt. *Vendebant,*inquit,*& afferebãt precia,ac apponebãt iuxta pedes apoſtolorũ.* B Vide dilecte,quomodo non permittebant apoſtolos vẽdere,ſed ipſi vẽdebãt, & illis precia dabãt. At non ſic Ananias,ſed ſubtrahit aliquid de precio agri quẽ vendiderat. Ideo & punitur, tanquã nõ bene in hac re ſe habẽs,& deprehenſus rerũ ꝓpriarũ fur. Hic ſermo etiam noſtri temporis ſacerdotes plurimũ taxat. Quoniã autem facti cõſcia erat & illius mulier,ideo & illã examinat. At dixerit fortaſſe quiſpiã,ꝙ valde acerbè illã tractarit. Dic ſodes,quæ [Num. 15. d] eſt illa ſeueritas amara? Si enĩ qui ligna collegerat, lapidatur,quanto magis qui ſacra diripit,ſacrilegus? Etenĩ pecuniæ illæ iã ſunt ſacrę. Igitur qui voluit ſua [Proprietas ſacrilegiũ eſt.] vendere,ac diſtrahere,iterũq; accepit de illis,ſacrilegus fuerit. Si autẽ qui de ſuis accepit,ſacrilegus,multò magis qui de alienis. Non enim, qm̃ hoc non fit, C vt eueſtigio ſequatur ſuppliciũ,putetis impunita de relinqui. Vides,ꝙ hoc crimen imputatur,eo ꝙ pecunias ſuas accepit,quas conſecrarat. Nũquid non poteras illis,etiã quum vẽdideras,tanquam ꝓpriis vti? Nũquid prohibitus es? Quare accipis poſtquam ꝓmiſiſti? Vide quomodo ſtatim ab initio inſidiatus eſt diabolus etiã in mediis ſignis ac ꝓdigiis quæ fiebãt,imò quomodo & hic ab illo excæcatus eſt. Tale quiddã & in veteri lege accidit,quãdo Charmi de- [1. Para. 2. a] prehẽſus eſt anathematis fur:attamen noſti quantã & ille vt facinus admiſit,pœnã luit. Sacrilegiũ enim valde graue & magno contemptu plenũ. Neq; vendere coẽgimus,inquit, neque pecunias,poſtq̃ vẽdidiſti,dare. Tu verò ex tua voluntate feciſti. Quur igitur furatus es de ſacris pecuniis? *Impleuit,*inquit,*ſatanas cor tuũ.* D Et ſi ſatanas hoc fecit,quur illi imputatur? Reus factus eſt illius operationi parẽs, & efficacia impletꝰ. At oportebat,inquit,corrigi.ſed nõ correctus eſſet.nã qui talia viderat,nullũque lucrũ inde fecerat,multò magis nec alia ratione lucrifieri poterat. Nõ oportebat igiĩ qđ fiebat omnino cõtẽni,ſed vt putrefactionẽ quandã excindi, vt ne poſtea totũ corpus incõmodet:nam nũc quidem, & ille vtilitatẽ accipit,ne vltrà pergat in malicia,& cæteri magis [Quàm hodie in Lutheranos exclamaret chryſ. quibus nihil æquè familiare eſt atque ſacrilegiũ] ſtudioſi facti ſunt. Tũc autẽ ſi contrariũ accidiſſet, idcirco primum arguit & oſtendit,ꝙ non latuit illũ quid factũ ſit,& tũc condẽnat. Quare,inquit,hoc feciſti? Voluiſti habere? Oportebat initiò habere,&nõ promittere. Nunc autẽ poſtq̃ conſecraſti maius ſacrilegiũ cõmiſiſti. Qui enim aliena rapit,forſan alienarũ rerũ deſiderio rapit. Tibi autẽ licebat tua retinere. Quur igitur ſacra feciſti ea,& poſtea accepiſti?

A Id feciſti ex magno contẽptu. Facinus veniã non habet,excuſatione caret. Nullus autẽ offẽdatur,ſi quidã etiã nunc ſint ſacrilegi:ſi enim tunc fuerunt,multò magis & nũc quãdo multa mala: ſed reprehẽdamus illos in omnibus,vt & cæteri metũ habeant. Iudas ſacrilegus fuit,ſed nõ offendit hoc alios diſcipulos. Vides quanta mala,pecuniarum cupiditas facit. *Et ortus eſt,*inquit,*timor magnus ſuper omnes qui audiebant hæc.* Ille punitus eſt, & alij lucrifacti ſunt. Atq; adeò nõ ſimpliciter hoc diſpenſatur, tametſi & alia ſigna prius facta fuerint,attamẽ nõ erat talis metus. Sic verũ eſt illud,ꝙ cognoſcitur dñs iudicia faciẽs. Ita & in arca vſuuenit. Oza enĩ punitus eſt, & factus eſt aliis [Pſal. 9. a] timor. Sed illic quidẽ territus rex amouerat arcam. [2. Reg. 6. b & 2. Paralip. 13. c] Hîc autẽ illi attẽtiores facti ſunt. Vidiſti quomodo non vocauit illã Petrus,ſed expectauit donec ingrederetur? Neque alius quiſpiã auſus fuit annunciare B quid acciderat. Hoc erat,metus magiſtri, honor diſcipulorũ,& obedientia. *Triũ horarũ interuallo.* Et nõdũ didicerat vxor, neq; aliquis eorũ qui præſentes fuerãt,annunciarat,quanuis ad diuulgandũ ſat temporis erat, verũtamen timebant. Hoc ſanè etiã admirans hiſtoriæ conſcriptor dicit,ꝙ ignorans quid factum,ingreſſa eſt. Sanè ex hoc poterat diſcere,ꝙ ſciret ea quæ occulta erãt. Quare enĩ nullo alio interrogato,vos interrogat? Nõne manifeſtũ ꝙ quaſi cõſcia? Sed magna cæcitas nõ permiſit illã crimen deponere: verùm cũ pertinacia multa reſpondit. Putabat enim,ꝙ cum homine loqueretur. Graue hoc,ꝙ quaſi ex vno cõſilio peccatũ,vel quaſi ex pacto quodam. *Quur igitur conſpiratũ eſt inter vos,*inquit,*tentare ſpiritũ ſanctũ? Ecce pedes illorum qui virũ tuum ſepelierũt, apud* C *ianuã ſunt,& efferent te.* Prius illam docet quid peccarit,& tunc oſtendit quòd iuſtè eadẽ quæ vir paſſura ſit,quãdoquidem & eadem peccarat. Et quomodo? inquit, *Statim cecidit ad pedes illius,& expirauit.* Quia propè aſtabat. Sic illi in ſeipſos pœnam accerſerunt. Quis nõ timuiſſet apoſtolum? Quis non admiratus eſſet? *Et erant ſimul vnanimiter omnes in porticu Salomonis.*

Et hoc manifeſtum,quòd non in domibus, ſed in tẽplo quod occuparãt,conuerſabãtur. Neque vltrà cauebãt ſibi ne contingerent mortua,ſed nihil curãtes,eos attingebãt. Et vide quomodo in ſuos erãt auſteri,in alios autẽ potentia nõ vtebantur. *Magis autẽ,* inquit, *apponebãtur credẽtes domino multitudo tam virorũ quàm mulierũ,ita vt in plateis ponerẽt ĩfirmos in lectis ac grabbatis,vt veniẽte Petro vel vmbra aliquem eorum obũbraret.*

Magna accedentium fides,& maior q̃ ſub Chriſto D ipſo. Vnde autẽ hoc factũ eſt? Ex eo quod Chriſtus prędixerat. Qui credit in me,opera quæ ego facio [Ioan. 14. b] faciet,& maiora faciet. Manẽtibus enim illis illic,& nõ circumeũtibus, afferebãt omnes in lectis & grabbatis quos habebãt infirmos. Et vndequaque illis cõſtabat miraculũ,à credẽtibus,& ab his qui curabantur,à fiducia quę erga illos,à virtute eorũ qui nõ vulgariter crediderãt. Neque enim quod fiebat, tãtùm erat ſignorũ,licet & illi modeſtè ſe habentes,huic totum imputãt,dicẽtes ſe in nomine Chriſti hæc facere,ſed etiam vita & virtus virorũ hoc fecit. Cõſidera autem quomodo numerũ eorum qui crediderũt hoc loco nõ dicit,relinquẽs hoc auditori, vt ex ſeipſo cõiectet. Sic ad immẽſam multitudinẽ ea quæ fidei ſunt,ſe extẽdebãt. Hinc & reſurrectio magis prædicabatur. *Nullus autẽ audebat ſe illis coniungere, ſed magnificabat illos populus.* Hoc dicit,quòd non vltrà erant

Universidad de Deusto
Biblioteca

contemptibiles,ſicut & prius,& quòd breui tẽpore
ac vnico momẽto tanta facta ſint à piſcatore & pri-
uato.Cœlum itaq; iam erat terra,tum propter viuẽ-
di rationem,tum ob libertatem dicendi,miraculáq;
omnia , & quemadmodum angeli, ita admirabiles
erant ad nihil ſe cõuertentes , non ad riſum,non ad
minas,nõ ad pericula.Non ſolùm autẽ propter hoc,
ſed etiam quòd valde humani,& pro aliis ſoliciti e-
rant,alios enim pecunia , alios corporali miniſterio
iuuabant. *Quare impleuit ſatanas cor tuum?* Quaſi ratio-
nem reddens,Petrus puniturus illum etiã alios eru-
dit. Quoniam factũ hoc valde moleſtum apparitu-
rum erat,& propter hoc etiã in illo & in vxore eius,
terribile iudiciũ faciebat.Si autem abſque venia pec
cantes ambo non talem reportaſſent pœnam,quan-
tus porrò contemptus dei fuiſſet?Quia autẽ propter
hoc,manifeſtũ ex eo quòd non ſtatim ad puniendũ
progreditur,ſed oſtẽdit principiò peccatum . Vnde
nullus ingemuit, nullus eiulauit, ſed omnes timue-
runt.Meritò autẽ,quia fides illorum creſcebat, plu-
ra etiam ſigna fiebant , & magnus etiam apud ſuos
metus erat,quoniam non ſic externa nos turbãt, vt
domeſtica. Simus igitur inter nos coniuncti, nullus
erit nobis inimicus,quemadmodũ ſi inter nos diffi-
deamus,oẽs nobis inſidiabũtur. Ex hoc & illi poſt-
ea fidẽtiores erant,& cum magna libertate etiã in fo
rum ſe conferebant,& in medio inimicorum etiam
potentes erant.Et implebatur illud quod dictũ erat,
Pſal.109.a Dominare in medio inimicorũ tuorum:id quod &
maioris virtutis initiũ erat,quia hęc quum compre-
henderentur ac ligarẽtur,faciebant. Igitur ſi hæc pa
tiebãtur,qui ſolùm mentiti erãt,ij qui peierant,quid
nõ patiẽtur?Adde,quòd & mulier ſimpliciter dicẽs,
Etiã,tanti. talem dedit pœnam,& non effugit. Co- *In periuros γνώμη cũ exemplo.*
gitate qua pœna digni ſunt qui iurant ac peierãt.Tẽ
peſtiuũ fuerit & hodie ex lege oſtẽdere, periurij gra
uitatẽ,Falx,inquit,volans erat lata cubitis decem.
Quòd volat, manifeſtat pœnæ celerrimũ aduentũ
iuramẽtis affuturæ.Quòd autem cubitorum decem
latitudine ac lõgitudine , vehemẽtiam ac magnitu-
dinẽ ſignat malorũ.Quòd autem à cœlo,ſignum eſt
ſententiã in cœleſti ferri iudicio.Porrò quòd in fal-
cis ſpeciẽ oſtẽditur, ineffugabilem pœnã monſtrat.
Quemadmodũ enim falx, quæ in ceruicẽ immiſſa,
nec in ſeipſam retracta fuerit,manet quodammodo
iam etiã reſecta ceruice:ſic & terribilis quædam pœ
na eſt,quę ſuper peierãtes venit,nec deſiſtit,niſi pri⁹
perfecerit opus ſuũ. Si autem iurantes effugerimus,
ne cõfidamus. In malũ enim noſtrum hoc fit,quo-
niam quid cenſetis,nónne multi eadẽ,quę Ananias
& Sapphira cõmiſerunt,& non eadem paſſi ſunt? Et
quomodo,inquit,paſſi nõ ſunt ? Non quia cõdona-
tum eſt illis,ſed quia grauiori malo ſeruantur. Atque
ita qui multùm peccãt, magis timere debent ſi non
puniantur,quàm ſi puniantur . Creſcit enim ipſorũ
pœna ex eo q; deus lõganimis nõ vlciſcitur : ne hoc
igitur ſpectemus,q; non punimur, ſed ſi non pecca-
uerimus.Si autẽ peccantes non punimur,magis tre
mere debemus.Dic enim oro , ſi ſeruũ haberes , cui
ſemper minareris,& quẽ nõ percuteres,quãdo ma-
gis terretur,quãdo magis fugit,ac fugitiuus fit:nón-
ne quando ſolùm minaris? quando etiam mutuum
monemus non cõtinuò minandum, vt ne ſic terro-
re animam magis cõcutiamus , atque ita non magis
diſcerpamus,q̃ plagis ipſis.Et aliter: Et illic quidem

A temporaria pœna,hîc autẽ ęterna.Ne igitur ſi nunc
nullus patitur ea quæ falx minatur,ſed illud cogita,
num talia faciat quis . Quoniã multa fiunt nũc,quæ
in diluuio:ſed diluuium nõ accidit : gehennæ enim
pœna nunc inter minas eſt. Multi peccant qualia hi
qui in Sodomis,ſed ignis pluuia nõ deſcendit:igneũ
enim flumẽ paratum eſt. Multi ea quæ Pharao auſi
ſunt, ſed non eadem paſſi ſunt quæ Pharao , neque
ſubmerſi ſunt in mari rubro.Expectat enim illos pe-
lagus abyſſi.Ibi nõ abſque ſenſu pœna,neque ſuffo-
catio eſt,ſed multò magis puniũtur,cruciantur,ſtrã-
gulantur.Multi quæ Iſraëlitæ auſi ſunt, ſed non de-
uorarunt illos ſerpentes , manet enim illos vermis
immortalis . Multi ea quæ Giezi auſi ſunt, ſed non
ſunt lepra percuſſi:expectat enim illos pro lepra , q;
diſſecentur & ponantur cum hypocritis . Multi etiã
B iurarunt ac peierarunt. Si autẽ & effugerint,ne con
fidamus, manet enim illos ſtridor dentium , & for-
taſſis etiam hîc patientur & non effugient , etiam ſi
non eueſtigio,ſed in aliis peccatis,vt grauior ſit pœ-
na. Quoniam & nos ſæpius ſumpta occaſione à mi-
noribus, etiam pro magnis, totã iram explemus. Et
ita quando videris tibi aliquid cõtigiſſe,memor eſto
illius peccati tui. Hoc enim in filiis Iob cõtigit. Me-
miniſtis fratrum Ioſeph,vendiderant fratrem,occi-
dere attentarant,imò quantum in ipſis erat occide-
rant,deceperant,contriſtarãtque ſenem,nihil patie-
bãtur . Itaque poſt multos annos extremis periculis
laborarunt,& peccati ſui recordantur: & quòd non
cõiectura ſit quod dico,audi illos quid dicãt: Etiam *Gen.42.d*
in peccato enim ſumus propter fratrem noſtrũ. Sic
ſanè & tu facito.Quando aliquid acciderit,dic, etiã
C in peccato ſumus , quia non audiuimus Chriſtum,
quia iurauimus . Iurandi conſuetudo & periuria in
caput noſtrum reciderunt.Itaque confitêre,etenim
& illi confeſſi ſunt,ac ſeruati.Quid etiam ſi non ſta-
tim pœna inuadit? quoniam & Achas propter Na- *3.Reg.21.b*
buthem,non ſtatim poſt peccatũ paſſus eſt ea,quæ
paſſus.Quare autẽ hoc fit?Dat tibi pręſcriptum tem
pus deus, ita vt abluaris : quando autem perſeuera-
ueris,adducit poſteà pœnam.Vidiſtis quid paſſi ſint
ij,qui mentiti?Itaque & cogitate quid patiantur etiã *γνώμη in periuros, licèt vitio que violenta videatur.*
hi qui peierant. Cogitate & deſiſtite. Non eſt poſſi-
bile,quòd is qui iurat,non peieret,ſiue volẽs ſiue no
lens.Non eſt etiã poſſibile,quod periurus ſaluetur.
Sufficit vnum periurium ad hoc perficiendum , &
totam pœnã nobis intentandam . Propterea oro, vt
noſtri ipſorum curã habeamus, vt & pœnam pecca-
D tis debitã effugiamus,& bona æterna cõſequamur.
Gratia & miſerationibus vnigeniti filij illius,cũ quo
patri & ſpiritui ſancto ſit gloria , imperium , honor,
nunc & ſemper,& in ſecula ſeculorum, Amen.

Surgens autem princeps ſacerdotum & omnes qui cum illo, quæ eſt ſecta Sadducæorum , impleti ſunt æmulatione , & iniecerunt manus ſuas in apoſtolos, & poſuerunt illos in cuſtodiam.

Homilia XIII.

NIhil impudẽtius neq; audacius malicia. Qui
experti anteà didicerãt,quanta illorum viri-
litas ac fortitudo ex his quæ attentarant,at-
tamen denuò attentant,& iterum ſimul cõſurgunt.
Quid autem eſt,*Surgens autem princeps ſacerdotũ,& omnes qui cum illo.* Motus ex his, inquit, quæ acciderant
excitatus eſt,& iniecerũt man⁹ ſuas in apoſtolos, &
poſuerũt eos in cuſtodia publica.Nunc vehemẽtius
illos inſectãtur,nec ſtatim illos iudicarũt,expectan-
tes

tes iterũ,vt illis fiant benigni.Et vnde manifeſtũ, q;
illos aggreſſi ſint durius ? ex eo q; poſuerunt illos in
cuſtodiã publicã.Iterum incidunt in pericula , iterũ
diuina gratia fruuntur.Et quomodo,audi cætera:
Angelus autẽ domini per noctẽ aperuit fores carceris,eductíſque illis dixit,Ite & ſtantes in tẽplo loquamini populo omnia † verba vitæ huius.† *† τῆς ζωῆς ταύτης.* Hoc etiã in illorum cõſolationem
factũ eſt,& horum vtilitatẽ ac doctrinã, & vide etiã
hîc fieri, qđ & de Chriſto legimus . Miracula enim
quæ in quibuſdã locis facta nõ ſinit illos videre, ſed
præparat aliqua ex quibus hæc diſcãt: vt in reſurre-
ctione ſua nõ permiſit videre, quomodo reſurrexit:
Ioã.2.b indigni enim erãt hãc videre,ſed oſtẽdit ea per quæ
hæc fecit:ſimiliter etiã in vino quod ex aqua factũ,
nõ vident diſcumbẽtes:inebriabantur enim,& aliis
iudicium permiſit.Nã eos qui educebantur,non vi-
dent:coniecturã ex qua diſcere poterant ea quæ fa-
cta ſunt,viderunt. Cur enim etiam per noctẽ emiſit
illos,quia ſic magis q̃ aliter eis creditum eſt.Et aliter
dic,q; licèt ad interrogãdum veniſſent , vel alia ra-
tione,etiã ipſi nõ credidiſſent.Sic & apud veteres ac
Danie.3.g cidit,vt Nabuchodonozori, vidit laudãtes deum in
camino pueros,& tunc obſtupeſcere cœpit.Oporte
bat igitur & hos interrogare primum,Quomodo e-
greſſi eſtis?Illi autẽ quaſi nihil factum eſſet, interro-
gãt,dicentes:*Nónne denunciando denunciauimus vobis,ne loquamini?*Et vide quomodo per alios diſcũt omnia.
Vident enim clauſum carcerem cum ſumma ſecuritate, & cuſtodes ſtantes ante fores. His auditis autẽ, ingreſſi ſunt ſub ipſum diluculum in tẽplum,& docebant.adueniens autem princeps ſacerdotum,& qui cum illo,conuocauerunt concilium & omnium cœtum ſeniorum filiorum Iſrael,& miſerunt ad carcerem,vt adducerent illos.Quum veniſſent autẽ miniſtri , non inuenerunt illos in carcere, & reuerſi annunciarunt dicentes, Carcerem quidẽ inuenimus clauſum cum omni integritate,† & cuſtodes ante fores,vt autẽ aperuimus,intus neminem inuenimus. *† ἐν πάσῃ ἀσφαλείᾳ.* Duplex ſecuritas,ſicut & in ſepulchro erat obſi-
gnatio & homines. Vide quomodo cũ deo pugna-
bãt.Dic oro,erántne hæc humana,quę cũ illis facta?
quis illos eduxit ianuis clauſis?quomodo exiuerunt
cuſtodibus ante fores ſtãtibus, ita inſaniẽtibus & e-
bria verba pferentibus?Quos nõ detinuerũt carcer
& vincula,fores clauſæ,hos ſperabãt ſe poſſe vince-
re,inſipientiũ puerorũ rẽ diſcẽtes. Miniſtri ſanè il-
lorũ,propter hoc adſunt,& factũ cõfitentur,vt oẽm
in illis excludãt occaſionem.Vides ſigna varia cum
ſignis,alia quidẽ ab illis,alia autem in illos facta,quę
& clariora erãt?Bene,neq; ipſis ſtatim indicatũ eſt,
ſed prius anxij ſecũ fuerunt,vt cognoſcentes diuinã
eſſe virtutem,ſic diſcãt omnia. *Vt autẽ audierunt ſermones illos & princeps ſacerdotũ,& dux militiæ tẽpli, † & primarij ſacerdotes, ambigebãt de illis quidnã futurum eſſet hoc. Adueniens autẽ quidã nunciauit eis,Ecce viri quos poſueratis in carcere,ſunt in tẽplo ſtantes ac docentes populũ.Tunc abiit dux militiæ cũ miniſtris,adduxit illos ſine vi.Timebant enim populũ ne lapidarentur.* *† ὁ στρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ.* O inſipientia.Timebant,inquit,
turbã.Quid enim illis prodeſſe poterat turba?Opor
tebat timere deũ, qui tanq̃ volucres illos ſemper ex
ipſorũ manibus eripiebat:ſed magis turbam metue-
bant. *Et interrogauit illos princeps ſacerdotũ, dicens: Nónne etiã atque etiã præcepimus vobis , ne doceretis in nomine iſto, & ecce repleſtis Hieroſolymã cum doctrina veſtra,† & vultis inducere ſanguinem hominis iſtius.* *† Τῆς διδαχῆς ὑμῶν.* Quid igitur apoſtoli,
iterum cũ manſuetudine illis loquũtur, quãuis cer-
tè dicere poterant,Quinam eſtis vos,qui cõtrarium

A deo præcipitis?Sed quid?Iterũ tanquam admonen-
tes ac cõſulentes cum manſuetudine reſpondent:
*Reſpondens autem Petrus & apoſtoli dixerunt,Obedire oportet deo magis quàm hominibus.*Magna cum ſapientia o-
ſtendunt,q; illi cum deo pugnent.*Deus patrum noſtrorum ſuſcitauit Ieſum,quem vos interemiſtis ſuſpendentes in ligno.Hunc principem & ſeruatorem exaltauit dextera ſua, vt det pœnitentiam Iſraeli,remiſſionémque peccatorum.* Quem
vos interfeciſtis,inquit,deus ſuſcitauit.Et vide,quo-
modo patri totũ imputauit,vt ne videatur alienus fi-
lius eſſe à patre. *Et exaltauit*,inquit,*dextera ſua.* Nõ ſim
pliciter hoc ſolùm reſurrectionem , ſed etiã aſſum-
ptionem manifeſtat. Vt pœnitentiã det Iſraeli.Vide
hîc vtilitatem& doctrinã pro defenſione exactè ab-
ſolutã. *Ac nos ſumus ei teſtes eorũ quæ dicimus.*Magna li-
bertas.Deinde ſermonem faciens fidelem ac credi-
B bilem adiecit:*Inſuper autem & ſpiritus ſanctus , quẽ dedit deus obedientibus ipſi.* Vides quomodo non ſolùm ſuo
ipſorũ,ſed & ſpiritus teſtimonio vſi ſunt.Et nõ dixe-
runt,quẽ dedit nobis,ſed obedientibus,ſimul & mo
deſtiã ſeruãtes,& magnũ illud docentes,quod & illi
poſſent accipere. Vide quomodo & verbis & operi-
bus erudiuntur,& nõ attendebãt,vt iuſta illis condẽ
natio fiat:nã & propter hoc deus ſinebat illos in iu-
diciũ duci,vt & illi erudirentur , ſiquidẽ diſcere vo-
luiſſent. *Hæc autẽ quũ audiſſent,diſſecabãtur,& conſultabant,vt interficerent illos.*Vide excellentẽ maliciã,opor
tebat ex his quæ audierant,perterreri:illi autẽ diſſe-
cabãtur,& cõſultabãt illum vt ſine cauſa occiderẽt.
Sed neceſſariũ eſt iterũ lecta videre.*Angelus autẽ domini per noctẽ aperuit fores carceris,& eductis illis dixit,Ite, & ſtãtes loquamini in templo verba viæ huius.*Eductis:nõ
C ille eduxit eos , ſed permittit , vt & hac ratione ipſi
imperterriti eſſent:quod & oſtenderũt,nocte ingreſ
ſi in templũ & docẽtes.Si autem emiſiſſent illos cu-
ſtodes, effugiſſent : ſiquidẽ perſuaſi exiiſſent.imò ſi
eos illi emiſiſſent,neutiquã in tẽplo docuiſſent , ſed
fugiſſent. Hoc autem nullus eſt tam inſipiens,vt nõ
videat. Nónne etiam atq; etiam præcepimus vobis?
Igitur ſiquidẽ & illi vobis obediiſſent,bene arguere-
tis.Sed quia & tunc dixerũt ſe nõ obedituros,ſuper-
fluæ ſunt illæ correctiones. Vide criminũ contextũ,
& magnam inſipientiã. Voluntates nunc Iudęorum
cædis auidas oſtendere volunt,q; non propter veri-
tatẽ hæc faciant,ſed vt ſeſe vlciſcantur.Propter hoc
apoſtoli illis nõ reſpõdent audacter.Doctores enim
fuerunt,quanuis quis eſt,qui ſi ciuitatem totã repa-
raſſet,tantã habens gratiam, nõ dixiſſet ac loquutus
D eſſet magnum quiddam?At illi nõ fecerunt, neq; e-
nim iraſcebãtur,ſed miſerabantur illos & lachryma-
bantur: & cõſiderabant quomodo illos liberent ab
errore & furore,& nõ iam dicunt illis,Vos iudicate,
ſed affirmant dicentes: *Quem deus ſuſcitauit.* Per hoc
manifeſtãtes,q; iuxta mentem ac ſententiã dei hæc
facta ſint.Nõ dixerunt autem, quod nõ diximus vo
bis etiam tunc:Nos non poſſumus, quæ vidimus & *Supr.4.d*
audiuimus nõ loqui.Nõ enim erãt ambitioſi ac glo-
rioſi.Sed iterũ eadem dicũt, crucem ac reſurrectio-
nẽ. Et nõ dicunt quare crucifixus eſt, quod pro no-
bis:ſed inſinuant quidem,nõdum autem manifeſtè,
iam illos terrere volẽtes.Dic oro qualis eſt hæc rhe-
torice hoc loco? Nulla. Sic abſq; apparatu euãgeliũ
vitæ prædicatur.Dicit & ad quid. nẽpe vt det pœni-
tentiam,adducens & remiſſionem peccatorũ Iſraë-
li. At hæc tunc non videbantur probabilia, dicunt:

Universidad de Deusto Biblioteca

Quid dicis?& quomodo nõ erãt probabilia,quibus
neq; principes,neq; multitudo cõtradicere poterat?
ſed ora quidem illorũ obturabantur,hęc autẽ doce-
bantur: *Ac nos*,inquit,*teſtes horũ verborum ſumus*.Quo-
rum?ꝙ remiſſionem ac pœnitentiam promiſit.Nam
reſurrectio quidem erat iam ex cõfeſſo. Quòd autẽ
remiſſionẽ dat,nos teſtes ſumus , & ſpiritus ſanctus:
qui non aduenißet, peccatis antea nondum ſolutis,
atq; adeò argumentum hoc dubitatione ac contro-
uerſia caret.Remiſſionẽ peccatorum audis miſer,&
quòd pœnã non exigit, & vis occidere ? Quanta eſt
hæc malicia? Quãuis oportuerat falſa docẽtes redar
guere,etiã ſi non poſſent perſuaderi.Si autẽ non vo
luiſſent perſuaderi,nõ occidere, quid enim opꝰ erat
cæde? At illi pręfurore neq; ſciebant quid factũ.Vi-
de,quomodo hîc vt recordati ſunt facinoris , de re-
miſsione etiã loquũtur:oſtendẽtes facta quidẽ mor
te digna,quę autẽ dantur,tãquam reſipiſcẽtibus da-
ta.Quomodo aliter quis perſuaderet illis ? Nũ quaſi
bene egiſſent diceret?Et vide malignitatẽ.Sadducæi
illis aſtãt,qui maximè de reſurrectione dolebãt , ſed
nihil à malicia lucrifecerũt.At dixerit fortaſſe quis,
Et quis homo aſſequutus tãta bona,quãta apoſtoli,
nõ eſſet magnus?Sed videre te velĩ quomodo priuſ-
quã hanc gratiã conſequuti ſint, fuerũt ſimul perſe-
uerãtes in oratione,& fiſi ſunt ſuperno auxilio.Et tu
dilecte,ſperas regnũ cœlorum,nihilq; ſuſtines?Et tu
ſpiritũ accepiſti, ſed nõ talia pateris, neq; periclita-
ris. Illi autẽ priuſquã à prioribus reſpirarẽt , iterũ ad
illa ducũtur.Iſtud autẽ ipſum,nõ vana gloria inflari,
quantũ eſt bonũ?Cũ tanta mãſuetudine loqui, quã-
tum eſt lucrũ ? Nõ autem omnia gratiæ miraculorũ
erant,ſed etiam ſtudij illorũ magnæ coniecturæ.Nã
quod in illis,ea quæ gratiæ erant fulgebãt: illorũ di-
ligentiæ erat . Itaq; vide ſtatim ab initio , q̃ ſolicitus
ſit Petrus,q̃ ſobrius & vigilans: quomodo credẽtes,
pecunias abiiciebãt,nihil propriũ habebant. In ora-
tione erãt,concordiã præ ſe ferebãt, in ieiuniis ver-
ſabãtur.Hęc quãtæ gratiæ,dic oro.Idcirco &per eos
facit fieri reprehenſionẽ à miniſtris illorũ,qui etiam
ſicut apud Chriſtũ dicebant miſſi:Nunquam ſic ho-
Ioan.7.g mo loquutus eſt,ſicut hic homo . Annũciauerũt re-
uerſi quæ ſcilicet viderant . Tu autem cõſidera hoc
loco & illorũ conſuetudinem,quomodo cædunt,&
principis ſacerdotũ fictam mentẽ. Manſuetè enim
hinc illis loquitur,vtpote timens, & ꝓhibere magis
volebat q̃ occidere,quoniam hoc nõ poterat:atque
ita omnes monet,etiam extremũ illis impendêre pe
riculum. *Vultis*, inquit,*inducere ſuper nos ſanguinẽ homi-
nis illius*? Adhuc homo illis eſſe videtur. Sic dixit,o-
ſtendens ꝙ neceſſarium illis fuerit præcipere . Sed
vide etiam Petrum quid dixerit : *Hunc deus principem
& ſeruatorem exaltauit dextera ſua vt daret pœnitentiã Iſ-
raeli,& remißionem peccatorũ*. Hîc nõ meminit gentiũ,
vt ne det anſam.*Et volebant*,inquit,*occidere illos*. Vide
iterum illos in anguſtia & dolore, iſtos autẽ in læti-
cia & voluptate,nõ ſimpliciter dolebant, ſed diſſeca
bantur.Hoc eſt profectò malè habere, quemadmo-
dum & hîc videre licet:In vinculis erant iſti,& ſiſte-
bantur in iudicio,& qui iudicabant erant anxij, con
Simile. ſiliiq; expertes.nam ſicut qui adamantem percutit,
ipſe ſibi plagam infert,ita & hi.nam videbant nõ ſo-
lùm horum libertatem nõ impediri,ſed prædicatio-
nem etiam magis augeri , & imperterritos illos etiã
non data occaſione loqui.Imitemur hos dilecti etiã

A nos, & imperterriti ſimus in omnibus moleſtiis. Ei
enim qui timet deũ iam nihil graue eſt,ſed ſunt gra-
uia in his qui non timent. Qui enim per virtutẽ paſ-
ſiones vincit,& res præſentes tãquam vmbram præ-
tercurrit:quomodo ab aliquo patietur malũ ? quem
timebit?vel cur grauia putabit?Itaque confugiamus
ad petram illam incõcuſſam.Si quis nobis ciuitatem
conſtruxiſſet,& murũ appoſuiſſet, imò ſi ſegregaſſet
nos in terram,in qua nullus obturbat,& omnẽ abũ-
dantiam ſuppeditet,nõ ſinens nos cum vllo habere
negocium: non conſtituiſſet nos in tanta ſecuritate,
quanta Chriſtus . Sit igitur ſi placet & ciuitas ænea,
murũ vndequaq; habens fortẽ ac inexpugnabilẽ,
nullus illi adhæreat hoſtis , vberẽ terram habeat ac
pinguem,aſſit etiam aliarũ rerum abundantia, ſtent
etiam ciues manſueti ac amabiles, & nullus illic ap-
pareat vir malefactor,fur,manticularius,calũniator,
B forumq; iudicis nullũ , ſed ſolum cõtractus pacifici,
& hanc habitemus ciuitatẽ:neq; ſic tamẽ ſecurè vi-
ueretur . Quare?quia neceſſe foret,& à ſeruis, & ab
vxore & à pueris differre,multiq; mœroris eſſet oc-
caſio.Hîc autẽ nihil tale,nõ enim offenderet etiam
quod mœrorẽ exhibet:ſed hoc mirabile,ꝙ ipſa quæ
negocium videntur exhibere,illa potiſsimũ , omnis
gaudij ac læticiæ eſſent cauſa. Dic oro quamobrem
illi cõtriſtaturi ſunt,vel ſtomachaturi?Vis afferamus
quendã in mediũ?Stet quis ex principibus, magnas
poſſideat opes,ciuitatem inhabitet regiã,negocium
cum nullo habeat , delicietur ſolùm , & huic rei ſoli
vacet,ſedens in vertice honorum,deliciarũ,ac diui-
tiarum:opponat autẽ illi quis Petrum in vinculis,&
ſexcentis moleſtiis ſi placet,& hũc inueniemus mul
C tò magis in deliciis, nam quando tãta gaudij abun-
dantia erit ſicut oblectari in vinculis, cogita quanta
erit gaudij magnitudo.Sicut ij q̃ in magno ſunt prin
cipatu,quæcunq; illis grauia accidunt , nõ ſentiunt,
ſed perdurant in gaudio:ſic ſanè & hi,propter illa ip
ſa enim magis gaudebant,neq; enim ratione poterit
quis cõprehendere voluptatem, quantam habent ij
qui propter Chriſtum graue quiddã patiuntur:nam
multò magis gaudẽt in malis quàm in bonis. Si quis
dilexerit Chriſtũ,ſcit quid dicam.Iam quid ? ſecuri-
tatis ne gratia fugituri ſunt mala ? Sed quis dic,oro,
innumeras poſsidẽs diuitias tanta pericula poſſet ef-
fugere,cum tantis gentibus cõuerſans, ſi ſola reipu-
blicæ adminiſtratio transferatur? Hi autem quaſi ex
præcepto regio perficiebant , imò & multò facilius.
Non enim ſic regum præceptũ,vt illorũ verba, om-
D nia perfecerũt.Regium enim pręceptum neceſſariò
cogit,hi autẽ voluntarios ac ſpõtaneos , & maximas
gratias habẽtes.Quale præceptũ regium,omnes pe-
cunias relinquere,animæ perſuaſerit, ac cõtemnere
domũ,patriam,cognatos,& ſalutẽ ſuam:ſed ſunt pi-
ſcatorum ac pellionũ voces tam potentes,atq; ita e-
tiam in voluptate erant & potentiores ac fortiores
omnibus.Etiam,inquit,concedo ꝙ illi,quia ſigna fa
ciebãt.Qui autẽ credebant,dic oro,quæ ſigna fece-
runt,tria milia & quinq; milia, qui & in exultatione
magna verſabãtur. Meritò.nam omniũ mœrorũ ſu-
ſtẽtatio,diuitiarum cupiditas exploſa erat.Illa enim
& bellorũ, & cõtentionum , & triſticiæ ac mœroris,
& omnium malorũ cauſa erat,quæ vitam facit mo-
leſtam &triſtiorẽ,illa eſt.Et inueniet quis plures qui
mœrorẽ habent diuites q̃ pauperes.Si autem nõ vi-
detur quibuſdam ſic eſſe, hoc cõtingit non ꝙ ea ſit
rerum

rerum natura,ſed ꝙ talis eſt eorum opinio. Iam ſi &
diuites habẽt aliquid voluptatis,haud mirũ eſt:nam
& qui ſcabie pleni ſunt , ſunt in magna voluptatẽ.
Quòd autẽ & diuites ab illis non differant,& ſit illis
eiuſmodi anima,manifeſtũ inde:contriſtant illos cu
ræ,attamen volũt in illis detineri propter voluptatẽ
momentaneam. Qui autem ab his liberi, in ſanitate
ſunt & extra mœrorem. Vtrum ſuauius dic , oro, &
vtrũ ſecurius?Pro vno,de pane & veſtibus eſſe ſolici
tum, an pro multis, & ſeruis & liberis qui pro ſeipſis
non ſint anxij ? Quemadmodũ enim hic pro ſeipſo
timet , ita & tu pro his qui à tuo capite pendent. Et
quarénam fugiẽda videtur paupertas,inquit? Quo-
niam hoc multis etiã de aliis virtutibus videtur,quæ
ſanè per ſe non ſunt fugiẽdę,ſed propter eum qui æ-
grè operatur.Igitur & illa nõ eſt fugienda:ſed ita vi-
detur ei qui ęgrè amplectitur,atq; adeò ſi quis illam
ferre poſſet,vtiq; nõ eſſet deprecabilis.Quare enim
illã apoſtoli deprecati nõ ſunt?quare multi etiam eli
gunt illã?Et non ſolùm non deprecãtur, ſed etiã ad-
uolant:nam quod reuera horrendum,nequaquã eli
gibile eſt,niſi ab inſanis.Si autẽ philoſophi qui inter
homines ſublimiores fuerũt ad hanc venerũt, quaſi
ad ſecurũ prædium & morbis nõ obnoxiũ,neq; mi-
rabile ſi aliis non videatur.Nam diues quidem nihil
aliud mihi eſſe videtur , quàm ciuitas abſq; muris in
agro ſita,& vndiq; inſidiantibus expoſita.Paupertas
verò ſecurũ præſidiũ,æreis muris,& expugnatu diffi
cile.At dixerit quis,res contrario ſe habet modo : hi
enim ſæpè ad tribunal trahũtur,hi ſunt qui ſępe affli
gũtur,qui malè habẽt. Nõ pauperes ſimpliciter, ſed
pauperes quidẽ qui ditari volũt.Ego autẽ nõ de illis
loquor,ſed de iis quibus ſtudiũ eſt in paupertate ver
ſari.Dic enim oro mihi,quare nullus eos qui in mõ-
tibus habitãt, trahit ad iudicẽ, quãuis ſi illi qui pau-
periores magis trahũtur ad iudicẽ,hos omniũ maxi-
mè oportebat?Quare autẽ mendicãtes nullus trahit
ad iudicẽ ? Quare nullus cogit, nullus calumniatur?
Nónne quia in ſecuriori loco habitãt?Quàm multis
autem infœliciſſimũ videtur eſſe pauperẽ & mendi
care?Quid igitur? Eſtne bonũ mendicare?Bonũ in-
quã,ſi eſſet qui cõſolaretur & miſereretur:ſi eſſet ſup
peditãs , vitã ſic ocioſam & ſecurã omnes probarẽt.
Ego autẽ non hoc laudo, abſit: ſed ita, vt quis opes
non deſideret.Dic oro mihi,vtrũ dixeris magis bea-
tum,eum qui virtutis ſtudioſus eſt,vel eum qui pro-
cul ab ea eſt?Certũ,quòd ſtudioſum. Vter igitur ſtu
dioſus ad cognoſcendũ quid vtile ac clarũ in philo-
ſophia,hic vel ille?omnibus manifeſtũ, quòd hic. Si
autẽ non credis,diſce. Ducatur à foro mendicantiũ
aliquis,& ille quidẽ ſit cæcus,claudus,mancus:alius
verò quidã aſpectu formoſus,corpore robuſtus,vn-
dequaq; delicatus,pecuniis afflués,genere ac poten
tia clarus : ducamus itaq; hos in philoſophiæ ſcholã,
& videamus vter illorũ doctrinæ ſit capacior. Sit igi
tur primum præceptũ, humilis ſis & mitis:hoc enim
Chriſtus præcepit. Vter horũ magis perficiet quod
Matt.5.a præceptũ,hic vel ille?Beati qui lugẽt:vter magis ad-
hibebit dicto fidẽ?Beati humiles,vter magis audiet?
Beati mũdo corde:beati eſurientes ac ſitientes iuſti-
tiam:beati perſequutionẽ paſſi propter iuſtitiã : vter
facilius hæc amplexabitur ? & ſi vis,adaptemus hæc
omnibus:nónne ille quidẽ ardet ac inflatur vndiq;?
Hic autẽ humiliter ſapit ſemper,& per omnia demiſ
ſior eſt:certũ quod ita eſt,id quod & externus verſi-

A culus teſtatur. Seruus quidẽ Epictetus , corpore in-
curuus,paupertate Irus,& amicus immortaliũ:& ita
quidem habet pauper.Diuitis autẽ anima,omnibus
plena eſt malis, arrogãtia, vana gloria,cõcupiſcẽtiis
innumeris, ira & furore, auaritia, iniuſtitia, & omni
alio.Itaq; certũ quòd hæc ad philoſophiã magis ido
nea,quàm illa.Omnino quæritis diſcere,vtrũ magis
ſuaue?Hoc enim à multis quæri video,ſiquidem iſta
vita ſuauior,& nec de hoc ambigendũ : nam qui ſa-
nior,idem & ſuauius agit.Vter autẽ dic mihi de lege
quę propoſita,ſiquidẽ eam perficere velimus,magis
idoneus ? Ipſe dico aptiorẽ pauperẽ,quàm diuitem.
Vter facilius iurabit,qui iraſcitur filiis , an qui cũ plu
rimis habet negocium?Nónne qui pro vno de pane
ac veſtibus eſt ſollicitus?hic neq; iuramẽtis opus ha-
bet ſi voluerit , ſed ſemper in mãſuetudine verſatur:
B imò qui doctus eſt nõ iurandũ,is etiã facilè opes cõ-
temnet:& vbiq; illũ videbit quis virtutũ ſectantem
vias, & omnes quę ferũt ad manſuetudinẽ,ad opum
deſpicabilitatẽ,ad pietatem,ad cõpoſitionem ac mo
derantiã animæ , ad cõpunctionem. Ne ſimus ergo
negligẽtes dilecti,ſed iterũ omnem adhibeamus di-
ligentiã:& hi quidẽ qui ſe correxerint ac bene ege-
rint,vt quod correctũ eſt conſeruẽt,ita vt non facilè
defluãt,& retrorſum abeant : qui autẽ reliqui adhuc
& excitẽtur ac operã dent, ac poſthac impleãt : & ij
quidẽ qui iam rectè viuunt, eis qui nondũ potuerũt
quaſi in pelago natantibus, manũ porrigãt,in portu,
quò non iurent,ſuſcipiant.Portus enim quidẽ ſecu-
rus eſt, non iurare. Portus in quo à vẽtis impetuoſis
quis nõ ſubmergitur. Nam licèt ira,licèt furor, licèt
inſultus efferueſcat,licèt quidlibet ſit,anima in ſecu
C ritate cõſtituitur,& ita neq; eiiciat aliquid eorũ quæ
non oportet dicta eſſe.Non enim ſibi neceſſariã pu-
tauit legẽ. Vide quid propter iuramentũ facit Hero-
des,caput præcurſoris amputauit,Propter iuramen- Marc.6.d
tum enim,inquit, ac diſcũbentes nolebat illã repul-
ſam pati. Quid propter iuramentũ paſſæ ſunt tribus
infeſtæ tribui Beniamin ? Quid propter iuramẽtum 1.Reg.21.
paſſus eſt Saül?nam ille quidem adiurauit, Herodes b
autem etiã homicidium periurio peius cõmiſit. Ite-
rum Ieſus propter iuramentũ Gabaonitis factũ,qua- Ioſue 9.c.
lia paſſus eſt,cognouit. Satanæ enim laqueus eſt iu- d
rare,diſrumpamus igitur funes,& facilè cõtra omnẽ
cuſtodiam conſiſtemus, liberemur à laqueo ſatanæ.
Timeamus dominicum præceptum, cõſuetudinem
optimã nobis vendicemus , vt progredientes in via
virtutum,& hoc & alia mandata perficiamus,ac aſſe
D quamur bona promiſſa iis qui diligunt illũ,gratia &
miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cũ quo pa-
tri ſimul & ſpiritui ſancto gloria, honor , imperium,
nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum,Amen.

*Surgens autem quidam in concilio Phariſæus,nomine Ga-
maliel,legis doctor,in precio habitus apud totum populũ,
iuſsit vt pauliſper ſecederẽt foras apoſtoli.Homilia xiiij.*

HIc Gamaliel Pauli præceptor fuit, & dignũ
admiratione, quòd tanto iudicio valens ac
legis doctor exiſtens , nondum crediderit,
nõ poterat ille per omnia manere incredulus, & ma
nifeſtum hoc ex verbis illius,quæ cõſulendo affert.
Iußit enim,inquit,*vt apoſtoli foras ſecederẽt*.Vide ſapiẽ-
tiam & intelligentiã in concione,& quo modo illos
ſtatim perterruit,ita vt nulla ſuſpicio eſſet, ꝙ eadem
cum illis ſentiret:ſic ad eos qui eiuſdẽ ſententię erat
loquitur,neq; magna vehementia vtitur,ſed vt cum
viris

Universidad de Deusto
Biblioteca

viris ebrij furore,ita dicit: *Viri Israelitæ attendite vobis ipsis in hominibus illis quid facturi sitis.* Ne simpliciter nequeita temerè,ait,feramini. *Ante illos enim dies surrexit Theudas dicēs sese esse aliquē,cui adhæsit numerus virorū circiter quadringentorū,qui occisus est,& omnes qui credebāt ei dissipati sunt,& redacti sunt in nihilū.* Exēplis illos castigat,& illū qui plures deficere fecerat, posterius ponit. Itaq; antequā exēpla diceret,inquit, Attēdite vobis. Postquā autē ostēdit,affirmat,dicēs: *Et nunc dico vobis abstinete ab hominibus istis,& sinite illos. Post hunc surrexit Iudas Galilæus in diebus professionis, & auertit magnū populū post se,& ille periit,& omnes quicunq; paruerāt illi dispersi sunt: & nūc dico vobis,abstinete ab omnibus illis,& sinite illos. Quia si fuerit ex hominibus consiliū istud, vel opus, dissoluetur: Si autē ex deo est,nō poteritis dissoluere istud.* Quasi diceret,expectate: nā si & illi ex seipsis surrexerūt, nihil prohibebit etiā illos destrui: ne quo pacto etiā cū deo pugnare inueniamini. Et sic per impossibile & per inutile auertit illos. Nō dixit autē à quo interempti sint,sed simpliciter q̄ occīsi sint,fortasse in his quæ subdit quasi cōcomitans supponit docēs: quod siquidē humanū est opus, nullis est nobis opus negociis: si autē diuinū est,quicquid feceritis,nō poteritis vincere. Sic sanè & sermo sapiens videtur: Quia & persuasi fuerūt,vt nō occiderēt illos,sed solùm flagellarent. *Persuasi sunt autē ab illo, & accersitos apostolos flagellarūt,& præceperunt eis, ne loquātur in nomine Iesu,& dimiserunt illos.* Vide post quot miracula flagellātur,nihilominus tamē doctrina iterū crescit. Etenim & in domo & in tēplo docebāt. *Et illi quidē gaudētes ibāt à facie concilij,quòd digni habiti sunt pro nomine Christi,contumelia affici. Et quotidie in tēplo,& in singulis domibus nō cessabant docere,& annūciare Iesum Christū.* *In diebus illis numero discipulorū crescente,ortū est murmur Græcorū aduersus Hebræos,quòd despicerētur in ministerio quotidiano viduæ illorū.* Non in illis omnino dicit diebus, sed quia hæc est consuetudo scripturæ etiā futura aliquādo quasi deinceps facta dicit. Idcirco sic dixit: Hellēistas autem,hoc est, Græcos opinor dici qui Græcè loquebantur. Hi enim Græcè loquebātur, quāuis Hebræi essent. Ecce noua tētatio,imò & tu si vis cōsiderare, videbis & intus & foris bella iam ab initio esse. *Cæterùm duodecim illi quū iussissent adesse multitudinē discipulorum, dixerūt: Non est placitū relinquere nos verbū Dei,& ministrare mēsis.* Bene. Ea enim quæ magis necessaria,minus necessariis sunt præferēda. Vide autē quomodo statim & horū curā habeāt, & prædicationē nō negligūt. Quasi autē magis venerabiles illi essent,ideo & præferūtur. *Circūspicite igitur fratres viros ex vobis spectatæ probitatis septē,plenos spiritu & sapiētia,quos constituemus in hoc ministerio. Nos verò deprecationi & ministerio verbi incūbemus. Et placuit sermo corā omni populo,& elegerunt Stephanū virū plenū fide ac Spiritu sancto.* Vtiq; & illi pleni fide fuerūt,quos & elegerūt, vt ne eadē fierēt sicut cum Iuda,& cum Anania ac Sapphira. *Et Philippum,& Prochorum,& Nicanorē,& Timonē,& Parmenam,& Nicolaū Proselytū Antiochenū, quos statuerūt corā apostolis: & quū orassent,imposuerūt eis manus, & sermo Dei crescebat, ac multiplicabatur numerus discipulorū Hierosolymis valde,multáq; turba sacerdotum obediebat fidei.* Sed videamus iterū quæ dicta sunt: *Viri,attēdite vobis.* Vide, oro, hic Gamalielē quomodo cum māsuetudine loquitur,& nō dicit antiquas historias,quāuis haberet multas,sed recētiores,quę ad cōfirmandam fidē dictorum plurimū momēti habebāt. Ideo & cū occultatione insinuat dicēs, *Nam ante hos dies.* Quasi manifestans quòd non ante multos dies. Itaq; siquidē statim dixisset, *Dimittite viros*, & ipse visus esset suspectus, & sermo eius non fuisset tam validus, cum exē plis autē suū robur accepit. Propter hoc non vnius meminit, sed etiā alterius, quāuis & tertiū potuisset dicere ex abundātia, & se bene dicere ostēdēs, & illos abducēs à voluntate sanguinaria. *Absistite ab hominibus.* Vide quàm māsuetis moribus, & neq; longum sermonē, sed breuē facit, neq; illorū cum furore meminit. *Et quot quot paruerunt illi, dispersi sunt.* Hoc dicēs, nihil in Christum blasphemat, sed quod vult maximè corrigit. *Si fuerit,* inquit, *ex hominibus, dissipabitur.* Hic & illos videtur hortari, vt ratiocinētur ac colligant. Igitur quia non dissipatū est, nō est humanū. Ne quo pacto & cū deo pugnare inueniamini. Hoc dixit, impossibili, & inutili illos cōpescens. *Si autē ex Deo est, non poteritis.* Nō dixit, Si fuerit Christus deus. Opus enim hoc declarabat, neq; asseruit q̄ non humanū, nec q̄ non diuinū, sed futuro tēpori fidē permisit, ita vt persuadeat. At dicet quis, Si psuasit, quare flagellarūt? Non potuerūt nō videre q̄ indubitata iustitia, nihilominus tamē furorē suū impleuerunt. Et aliter: Et iterū hac ratiōe territuros se expectarūt. Gamaliel autē apostolos nō præsentes magis conciliabat, & sermonū suauitate, & eorū quæ dicebantur iustitia. Persuasit, quasi prædicabat & hic euangeliū, imò quasi iustā sententiā cōtra illos proferebat. Credite, quòd nō poteritis dissipare. Quare nō credidistis? Tā magna prædicatio, quia & ab inimicis testimoniū habet. Illic quadringēti surrexerant, & posthac iusta multitudo. Hi duodecim erāt primi. Ne igi tur nobis spernenda sit multitudo quæ accessit. *Si enim fuerit ex hominibus opus hoc, dissoluetur.* Poterat & alium Aegyptiū dicere, sed superflua fuisset mentio ei⁹. Vidisti quomodo terrore sermonē cōclusit? Ideo & non affirmat simpliciter, vt ne videatur pro illis dicere, sed ab euētu rei ratiocinatur. Nō ausus est autē affirmare, q̄ nō humanū esset, neq; ex deo. Quoniā si dixisset, q̄ ex deo, cōtradixisset vtiq;. Si autē ex hominibus, iam iterū propēsi fuissent facti ad insurgendum: eapropter iussit vt illi finē expectarēt, dicens, Abstinete. Illi autē minātur iterum, sciētes quidē q̄ nihil efficiūt, faciētes autē quod poterāt. Talis enim res est malitia: Impossibilia sæpe attentat. *Post hūc autem surrexit Iudas.* Hæc si Iosephi historias inspexeritis, discetis euidentius, nam ille horū historiā cōscribens, diligēter narrat. Vidisti quale ausus est dicere, q̄ ex deo: quando postea à rebus fidē accepit: Reuera magna fiducia, & à personarū respectu plurimum alienus animus. Persuasi autē sunt ab eo, & accersitos apostolos flagellarunt, ac dimiserūt eos. Reueriti sunt gloriam viri, ideo & destiterunt ne occiderent apostolos: flagellatos autē solùm dimiserūt. Itaq; illi profecti sunt gaudentes à facie cōcilij, q̄ pro nomine Christi digni habiti sunt, qui contumeliā paterēt. Quibus signis hoc nō magis admirabile est? Nusquā hoc apud veteres cōtigit, quia & Hieremias flagellatus est propter verbū domini. Et Heliæ ac aliis minati sunt. Sed hic etiā ab hoc, & non à solis signis, virtutē dei declararunt. Non dixit, quòd non dolebant, sed quòd dolentes gaudebant. Vnde manifestum? ex libertate dicēdi, quæ post flagella sequebatur. Quocirca id manifestās, *In tēplo,* inquit, *ac singulis domibus non cessabāt docere ac annunciare Iesum Christū.* *In diebus*

Infra 23.c

supra 5.b

diebus autem istis. Quibus istis? Quando hæc fiebant, quando flagella, quando minę, quando multiplicabantur discipuli. *Tunc ortum est murmur.* Hoc fortassis ob multitudinē venit. Non enim possunt omnia in multitudine tam exactè fieri. *Et magna turba sacerdotū obediuit fidei.* Quia multi ex his credūt, à quibus Christo mors intētata. *Ortū est,* inquit, *murmur, quòd despicerētur in ministerio quotidiano viduæ ipsorū.* Itaq; quotidie ministrabāt viduæ. Et vide quomodo & hic ministerium vocat, & non statim eleemosynā: ne & hos qui darent, & eos qui acciperēt, extolleret. Hoc nō erat malitię, sed multitudinis forsan ignauia. Propterhoc proposuit etiam istud. Non paruū enim malū erat, vnde opus vt statim corrigeretur. Vides quomodo principiò etiā mala erant, non foris tātùm, sed etiam intus? Tu autē non solùm hoc attendas, quod corrigitur, sed etiam quòd magnū malum fuerit. *Circunspicite igitur fratres, viros ex vobis septem.* Non propria sententia faciunt, sed prius rationē reddunt multitudini. Sic & nunc fieri oportebat. *Non est placitū,* inquit, *vt relicto verbo Dei ministremus mēsis.* Principiò absurdū ponit, ostēdens, q̄ nō possit vtrūq; fieri accuratè: quoniam & quando Matthiam ordinaturi erant, primùm rei ostendunt necessitatē, eo quòd vnus defecerat, & oportebat fieri duodecim. Etiā hic vtilitatē ostendunt, sed hoc non fecerūt in principio, sed expectarunt, vsque dum oriretur murmur, neque etiā expectauerūt, vt hoc supra modū fieret. Vide quod iudiciū ipsis permiserunt, & præferūt eos, qui omnibus placent, & ab omnibus testimoniū habent. Itaq; quū Matthias præferendus esset, Oportet, dicebant, vt ex his viris qui fuerunt nobiscū omni tēpore. hic autē non sic. Non enim erat tale negotium. Ideo & hoc non permiserunt sorti, neq; quū possent ipsi spiritu moti eligere, hoc faciūt: sed magis statuūt quod multorū testimoniis approbabatur. Nā definire numerū, & ordinare, etiā hoc sibi vendicāt. Eligere autem viros illis permittūt, vt ne videantur ipsi in gratiam quorundam agere. Quoniā & Deus Mosi permittit eligere viros quos ipse sciebat. Etenim sapientia multa opus est ïn huiuscemodi dispēsationibus. Profectò non est existimandū, quoniā rationē non reddiderūt, ideo non opus esse talibus sapientia. Magna enim indigent. *Nos autē,* inquit, *orationi, & ministerio verbi incumbemus.* Et incipiendo, & finiendo rationem reddunt. *Incūbemus,* inquit. Sic enim oportebat non simpliciter, neq; sine opera, sed cū perseuerātia incūbere. *Et placuit,* inquit, *sermo coram omni populo.* Et hoc illorū sapientiæ congruebat. Omnes dictū laudabant, & sic sapientia declarabatur. *Elegerūt,* inquit. Iterum illi eligunt. *Stephanum virū plenum fide ac spiritu sancto, & Philippū, & Prochorū, & Nicanorē, & Timonē, & Parmenā, & Nicolaum Proselytū Antiochenū, quos statuerunt corā Apostolis, & quū orassent, imposuerunt illis manus.* Ex hoc manifestū, q̄ segregauerūt illos à multitudine. Et illi trahūt, non Apostoli ducūt. Vide quomodo cōscriptor non est superfluus. Nō enim dicit quo modo: sed simpliciter quòd ordinati sunt per preces. Hoc em̄ est χειροτονία, id est, ordinatio. Manus viro superponitur, totū autē Deus operatur: & illius est manus, quæ eius qui ordinatur, caput cōtingit, si quēadmodū oportet, ordinatur. *Et sermo,* inquit, *Dei creuit, & multiplicatus est numerus discipulorū.* Nō simpliciter hoc dixit, sed vt ostendat, quāta sit vis eleemosynæ ac ordinis bene instituti. Et quoniā narraturus est posteà de Stephano, ideo & causas illorū præmittit. *Et multi,* inquit, *sacerdotes obediebant fidei.* Quoniam enim videbāt principē ac doctorē hęc affirmasse, ex operibus iam periculū faciebāt. Et admiratione dignū est, q̄ populus non scindebatur in electione virorū, quomodo apostoli ab illis non reprobati sunt. Quantam autē dignitatē habuerūt hi, & qualē acceperunt ordinationē, necessarium erit discere. Nunquid eam quæ est diaconorū? Et profectò hoc in ecclesiis non est, sed presbyterorū est hæc dispēsatio, tametsi nullus adhuc esset episcopus, sed apostoli soli: vnde neq; diaconorū, neq; presbyterorū nomen esse opinor, quod clarū ac manifestū: sed tūc in hoc fuerūt ordinati. Et nō frigidè ac simpliciter potestas eis cōcredita, sed apprecabātur, vt fieret illis hæc potestas. Vide autē oro, si septē viris in hoc, opus erat: tātæ fortassis affluebant opes, tótq; viduarū erat multitudo. Itaq; nō simpliciter preces fiebāt, sed cū multa attentione: & hoc fiebat, sicut prædicatio: plura enim illis perficiebāt. Sic ad spiritualia ista adnumerabantur, sic & ad profectiones mittebātur, sic hi sermonē in manus acceperūt. Et nō dicit, neq; extollit illos: sed quòd nō placitū, opus datū relinquere. Ita erāt à Mose eruditi, ne omnia tractent. Propter hoc & Paulus inquit, Tātùm vt memores pauperū essemus. Discę autē, quomodo & antecesserūt hos: Ieiunabant, intēti erāt precibus. Hoc etiā nūc fieri oportebat. Nō autē simpliciter spirituales, sed spiritu philosophia plenos dixit, ostēdēs q̄ magna philosophia ferebant accusationē viduarum. Quæ enim vtilitas, quādo nō per furtū, sed nihilominus cūcta pereunt, si dispēsator vel temerarius sit & exacerbetur? Etem hoc nomine etiā Philippus admirabilis erat. De illo enim dicit, *Et quū ingressi in domū Philippi euāgelistæ, qui vnus erat ex septem, māsimus apud illū.* Vides nihil humano more dispensari. *Et crescebat numerus discipulorum in Hierusalē.* In Hierosolymis crescebat multitudo. Mirabile, ibi occisus est Christus, & illic creuit prędicatio, & nō solùm nō sunt offensi quidā ex discipulis, videtes apostolos quidē flagellari, alios autē fugari, alios spiritus tētare, alios obmurmurare, sed & sic credentiū numerus augebatur, ita emendabatur, ex eo quod Ananiæ acciderat, & maior timor illis fiebat. Vide autem oro, quomodo creuerit multitudo: post tentationes tūc creuit, nō anteà. Cōsidera autē, quāta & benignitas Dei, ex illis enim principibus sacerdotū, qui ad cædē turbā exasperarāt, qui talia elamarāt, & dixerāt, Alios saluos fecit, seipsum saluū facere nequit. Ex his multi, inquit, obediebāt fidei. Illius igitur & nos fiam⁹ imitatores. *Suscepit illos, & emisit.* Ita & nos, inimicos qui innumera nobis mala fecerūt, beneficiis afficiamus: siquidē habere volum⁹ bona, illis exhibeamus, ne benefaciēdo prętream⁹. Si enim mala ferēda, dū impletur illorū furor, multò magis etiā si benefacimus. Hoc enim illo nō est minus. Nō est enim idē benefacere inimico, & maiora voluisse pati, vel velle, ab hoc etiā ad illa veniemus. Hæc dignitas est discipulorū Christi. Crucifixerāt illū, q̄ ad benefaciēdū illis venerat, discipulos illius flagellarāt, & postea in eundē cū discipulis honorē ducit, & similiter sua illis cōmunicauit. Imitatores fiam⁹ oro Christi. In hoc decet imitari illū. Hoc ęqualē facit Deo. Hoc plus est quā humanū. Vacemus eleemosynæ. Hæc pædagoga & magistra illius philosophiæ est. Qui didicit misereri eius qui in calamitate,

Supra 1.d

Num.16. & 31.a

Matth. 27.c

Galat.2.b

discet

Universidad de Deusto
Biblioteca

discet etiam nõ reminiſci malorum ſibi irrogatorũ, ac inimicis benefacere poterit. Diſcamus ꝓximorũ malis cõfringi,& compati, & diſcemus etiam illorũ mala ferre. Illũ interrogemus, qui etiã malè erga nos affectus eſt, an non condẽnet ſeipſum, an nõ velit reſipiſcere, an non totũ eſſe dicat iræ vel puſillanimitatis, vel miſeriæ, an velit eſſe is qui cõtumeliã ferat,& ſileat,& nõ contumeliã inferens ac inſaniens,& admiratus peſſum abeat. Ne putes, q̃ hoc contẽptibiles facit. Cõtumelia afficere nõ tã venerabiles facit, atq; cõtumelias ferre. Ille em̃ eſt contumelioſus, hic verò Philoſophus: & ille quidẽ homine peior, hic vero ãgelis par. Licèt em̃ minor fuerit eo qui cõtumeliã fecerit: attamen ſi voluiſſet, potens fuiſſet vlciſci. Et aliter, Etiã ab omnibus miſericordiã conſequetur, hic quidẽ, ille verò exoſus erit. Quid igitur? Nón ne hinc etiam ille multò melior erit: illũ enim vt inſanientẽ, hunc verò vt prudentem obſeruabũt omnes. Quãdo igitur cogeris, vt aliquẽ crimineris, dic ad illũ: Nõ poſſum illi maledicere. Timeo enim, ne fortè ſit talis: maximè quidẽ in mẽte ne dicas, ſed neque alteri, ne in hoc cũ deo pugnes. Si videris vituperari quendã, adiuua. Dic paſſionis non viri verba ſunt, dic iræ nõ amici, inſaniæ nõ animæ. Hæc cogitemus de vnoquoq; peccato. Ne expectes accendi ignem, ſed anteà comprime, ne exacerbes beſtiã, ſed neque exacerbari ſinas: non enim poteris illũ compeſcere ſi flãma accẽdatur. quid enim dixit, Inſipiẽs & ſtulte? Vtri igitur verè imputatur, dicẽti ne an audienti: nam ille quidẽ licèt valde ſapiẽs, in ſtulti exiſtimatione erit: hic etiã licèt inſipiens, ſapiens ac philoſoph⁹ habebitur. Vter inſipiẽs dic oro, is ne qui alteri dicit ea quæ nõ ſunt, an is qui neq; ſic mouetur: nam ſi ſapiẽtiæ eſt, etiã ſi moueatis nõ moueri, magnæ vtiq; inſipiẽtiæ eſt, ſi non mouearis quẽ plagis affici. nondũ dico, quis locus pœnę repoſitus ſit his, qui talia opprobrãt & maledicũt. Sed cur, ignobilẽ & ex ignobilibus, & vilẽ ac ex vilibus dixit? Iterũ in ſeipſum cõuertit opprobriũ. nam ille quidem venerabilis apparet ac reuerẽdus: hic verò vilis. Talia em̃ tanquam opprobriũ proferre, generis vilitatem inquã, animæ eſt reuera paruę. Qui autẽ magn⁹ & admirabilis erit, vtpote qui nihil tale ſentit, ſic afficitur quaſi audiuiſſet, q̃ haberet aliquid aliud præcellens. At adulteriũ ac alia dicet? Hic & ridere oportebat. Quando enim laceſsitur qui nõ eſt conſcius, nõ habet locũ ira. Cogitantes autem & quæ in mediũ ꝓducat verba, neq; ſic oportet dolere, id quod poſtea vnuſquiſq; diſcere poterit. Hoc iã reuelauit. Deinde omnib⁹ ſe fide indignũ exhibuit, vtpote neſciẽs ꝓximorũ mala tegere,& ſeipſum magis cõfudit, q̃ alium,& in totũ portũ impegit, pœnas ſibi ipſi graues aſciuit futuri iudicij. Non enim hũc vt illũ auerſantur omnes, qui tegẽda reuelat. Tu autẽ ne dixeris ea quæ noſti, ſed file, ſi vis bonũ nomen habere, non enim ſubuertes quę dicta ſunt, ac teges, ſed etiã aliud facies bonũ. Non em̃ iam facies cõtra teipſum ferri ſententiã. Iam quiſpiã tibi maledicit? dic tu, Si omnia noſſet, nõ hęc ſola dixiſſet. Admirati eſtis cũ ſtupore quod dixi, arqui imitari oportet. Ideo em̃ omnia hæc quæ ab exteris dicta ſunt diximus, nõ quòd non habeamus innumera talia in ſcripturis. Sed q̃ magis hi poſſunt cõfundere, quoniã & ſcriptura no

Matt. 5.g uit ad confuſionẽ loqui, ſicut quãdo dicit, Nónne &
Hier. 35.g Ethnici hoc faciunt? Propheta autẽ Hieremias filios

A Rechab in mediũ adduxit, paternum mandatũ præuaricari nequaquã volẽtes. Maledicebat Maria Mo *Num. 12.*
ſem, & ab illis ſtatim expetiit pœnã, neque conceſſit a
tanto tempore quanto diſci poterat iniuſtũ eſſe. At
nos nõ ſic, ſed hoc maximè volumus oẽs diſcere, q̃
non abſque pœna abiit. Quãdiu de terra ſpiramus,
non poteſt ex vna ſolùm parte conſtare bellũ. Trahes enim inſanientes ex vtraq; parte, imò exacerbabis, ſiue à dextra, ſiue à ſiniſtra. Extĩxiſti furorẽ. Qui
verberat, ſi quidẽ habuerit eũ qui non patitur, magis
extollitur. Si autẽ patientem, magis deſtruitur, & in
ipſum plaga cõuertitur. Non em̃ ſic ſubuertit antagoniſtę vim homo certaminũ peritus, ſicut homo q̃
iniuria afficitur, & nõ viciſſim cõtumelias infert. Cõ
fuſus enim illò deinde abit & condemnatus. Primũ
quidem à conſcientia. Secũdũ autẽ ab omnibus qui
B vident. Et prouerbiũ quoddam eſt. Qui honorat, ſeipſum honorat: ita etiã qui cõtumelia afficit, ſeipſum
cõtumelia afficit. Nullus nos poterat iniuria afficere
iterũ dico, niſi noſmetipſos: neq; pauperem me quis
faciet, niſi ego meipſum. Age ſic cõſiderem⁹: Sit mihi anima pauper, & oẽs in me pecunias erogẽt, quid
inde? donec illa non mutetur, omnia in vanũ ſunt.
Sit mihi anima magna, & cuncti accipiant pecunias
meas, quid inde? donec illã nõ feceris pauperẽ, nullũ certè damnũ. Sit mihi vita impura, & omnes con
traria dicãt de me: quid hoc? licèt dicãt, ſed non etiã
in mente ſuffragiis cõfirmãt. Iterũ ſit mihi vita mũda, & omnes contraria dicant. Et quid inde? Nam in
conſciẽtia ſua condẽnant. Non enim perſuaſi dicũt.
Nam quemadmodũ nõ oportet celebritati credere
ita neq; accuſationi. Et quid dico hæc? nullus nobis
C inſidiari vnquam poterit, neq; accuſatione vlla circũdare ſi voluerimus. Videamus autẽ & ſic, Trahat
quis ad forũ ac calũnietur, ſi vis etiam animam efferat. Et quid hoc ſi pauliſper præter dignitatẽ hæc fe
ras? Igitur hoc quidem iſtud malũ eſt, quod propter
meritũ pateris? Sed cur? meritó ne oportebat? Dicã
quid iterũ. Philoſophus quidam externus vbi audiuit, q̃ quidam mortuus eſt, & quidam diſcipulorum
dixit illi, Væ mihi quia iniuſtè. Ille conuerſus, ſed "
quid dicebat, Iuſté ne voluiſſes? At Ioannes, nónne "
iniuſtè mortuus eſt? Cui igitur magis etiã miſereris,
eíne qui iuſtè mortuus, an ei qui iniuſtè? nónne hũc
quidem miſerũ dicis, illũ autem & admiraris? Quid
igitur iniuria affectus eſt homo, quum ab illa morte
non ſolùm magnũ lucrũ faciat, ſed & nihil læditur:
nam ſiquidem ex immortali feciſſet mortalẽ, fortaſ
D ſis detrimentũ eſſet. Si autem mortalem & in hac natura paulò pòſt moriturum, accelerat, vt cum gloria
mortem amplectatur, quid damni? Sit nobis anima
quæ bene compoſita, & nullũ forinſecus erit damnũ. Sed non es in gloria? Et quid hoc? nam quod eſt
in pecuniis, hoc etiã eſt in gloria. Si enim fuero magnificus, nullo opus erit. Si autem vanę gloriæ cupidus, quò plus continget, hoc plus deſiderabo: tunc
autem maximè clarus ero, & maiore gloria fruar, ſi
contempſero gloriam. Hæc igitur ſcientes & gratiã
habeamus Chriſto deo, qui talem vitam nobis largitus eſt, & ambiamus illum in gloriam illius: Quia ipſum decet gloria cum vnigenito patre & ſancto illius ſpiritu, in ſecula ſeculorum, Amen.

Stephanus autem plenus fide & virtute, faciebat prodigia & ſigna magna in populo. *Homilia xv.*

Vide

VIde, quo modo etiã in illis ſeptẽ vnus ceteris
præferebatur, & primatũ habebat. Nã quãuis cõmunis omniũ ordinatio, attamen ille
maiorẽ ſibi cõciliarat gratiã. Ante illud tempus nullum fecerat ſignũ, at vbi manifeſtatus eſt, vt oſtẽdatur non ſufficere ſolam gratiã, ſed opus etiã ordinatione, vt ſpiritus ſancti augmẽtũ fiat. Quòd ſi & antè
pleni ſpiritu, at id à lauacro. *Surrexerũt autẽ quidã ex ſynagoga.* Iterũ vocat ſurrectionẽ, illorum exacerbationem & irã. Vide & hoc loco magnam multitudinẽ, imò aliam accuſationis figurã. Nam poſtquam Gamaliel illos prohibuerat, ne quid contra illos attentent, aliam accuſationẽ inducũt: *Surrexerunt autẽ quidam eorũ ex ſynagoga: quæ dicebatur Libertinorum, & Cyrenæorum, & Alexandrinorũ, & eorũ qui à Cilicia & Aſia, diſputantes cum Stephano, & non potuerunt reſiſtere ſapiẽtiæ & ſpiritui quo loquebatur: tunc ſubornarũt viros, dicẽtes: audiuimus illũ loquentẽ blaſphema verba cõtra Moſem ac deũ.*
Vt accuſationẽ inſtituant, contra deũ inquit, & contra Moſem loquitur. Idcirco & diſputabant, vt cogerẽt illũ dicere aliquid. At ille poſtea apertius loquutus eſt. Et forſan ſolùm dicebat quieſcere legem, vel
non dicebat quidẽ, ſed inſinuabat: quoniã ſi dixiſſet
manifeſtè, non opus fuiſſet viris ſubornatis, nec etiã
falſis teſtibus. Variæ autẽ ſynagogæ erãt, Libertinorum, & Cyrenenſiũ. Sed Cyrenenſes quidem vltra
Alexandrinos ſiti ſunt, qui & illic pro conſuetudine
quæ tunc erat, habebant ſynagogas: fortaſsis autẽ &
illic mãſerũt, ne cogerẽtur cõtinuò migrare. Libertini autẽ, qui à Romanis libertate donati erãt, ſic appellabantur. Porrò quemadmodũ illic morabantur
hoſpites multi, ita & ſynagogas habebant multas, in
quibus oportebat & legẽ legi, & preces fieri. Tu au- C
tem cõſidera velim quo modo & hic, dum cogitur,
docere attẽtat, & illi iterum per ſigna in inuidiã non
ſolùm mouẽtur, ſed quoniam & legis cognitione ſuperior erat, illíſq; intolerabilis, falſos quoq; teſtes cõ
ſtituũt. Non volũt enim ſimpliciter occídere, ſed &
cum ſuffragio, vt & gloriã ipſorũ infamẽt, & illis relictis ſic ad alios veniãt, hac ratione perterrẽtes etiã
illos. Qui etiam non dixerunt, q̃ loquatur, ſed quòd
nõ ceſſãt loqui, aucta ſicq; accuſatione. *Cõmouerũntq; preſbyteros & ſcribas, atq; inuadẽtes corripuerũt eum, & adduxerunt in concilĩũ, ſtatuerũntq; falſos teſtes, dicentes: Homo iſte non ceſſat loqui verba blaſphema contra locũ ſanctũ hũc & legẽ.* Non ceſſat, inquit, quaſi ille faciat opus, per
hoc manifeſtãtes: *Audiuimus enim eum dicentẽ, Ieſus Nazarenus iſte demolietur locũ hunc, & mutabit mores quos tradidit vobis Moſes.* Ieſus, inquit, Nazarenus, magno cũ D
contẽptu, demolietur locũ hunc, & mutabit mores.
Mat. 27.e Hoc etiã Chriſtũ accuſantes, dicebãt: Quid deſtruis
templũ dei? Multa enim illis erat reuerẽtia erga templũ, vtpote & iuxta illud habitare volẽtibus, & erga
nomẽ Moſis. Et vide quo modo duplex accuſatio.
Demolietur, inquit, locũ, & mutabit mores. Non ſolùm autẽ duplex, ſed & amara, & plena periculis. *Et quũ inſpexiſſent illũ omnes qui erãt in cõcilio, viderũt faciem illius quaſi faciẽ angeli.* Sic poſſunt & qui in minore gradu ſunt clareſcere. Et quid oro, hic minus habebat
apoſtolis? nónne ſigna operatus eſt? nónne magnam
dicẽdi libertatẽ prę ſe tulit? Viderũt faciẽ illius quaſi
faciem angeli, inquit. Hoc igitur erat gratia, hoc &
Moſis gloria erat. Videtur autẽ mihi deus illũ feciſſe
tantæ gratiæ ac amabilẽ, vt ſtatim aſpectu terruerit illos. Poſſunt enim facies & ſpirituali gratia plenæ eſ-

Libertini vnde dicti.

A ſe, & deſiderãtibus deſiderabiles, & odio habẽtibus
reuerẽdæ ac terribiles. Vel hoc dixit vt cauſam propter quã paſſi ſunt illũ cõcionari. *Dixit autẽ princeps ſa* *Cap. VII.*
cerdotũ: Num hæc ita ſe habent? Vides quo modo cũ mãſuetudine rogat, atq; ſine moleſtia. Eapropter & ille
benignis verbis incipit: *Viri fratres & patres, audite, deus
gloriæ apparuit patri noſtro Abrahæ, cum eſſet in Meſopotamia, priuſquã moreretur in Charran.* Statim ab initio opinionem illorũ tollit, & per ea quæ dicit, abſque ſuſpicione inſtruit nihil eſſe quodãmodo templũ illud
& inſtituta, nec victuros illos prædicationẽ, deúmq;
ſemper omnia facere, nullo egentẽ inſtrumẽto. Vide itaq; in his pulchrè cõtexi concionẽ, & demonſtrari, quòd qui fruãtur magna miſericordia, diuerſis
deũ retalient, & alioqui impoſſibilia attentẽt. Deus
gloriæ apparuit patri noſtro Abrahæ, & dixit ad illũ:
B Egredere de terra tua, & veni in terrã quã monſtra- *Gen. 12.a*
uero tibi. Et templũ nondũ erat, & ſacrificium nondum erat, & dei conſpectũ aſſequutus fuit Abrahã,
licèt etiam progenitores haberet Perſas, & in aliena
terra eſſet. Et quare in principio vocat deum, gloriæ
deũ? quoniã ignobiles glorioſos fecit, & vt doceat,
q̃ ſi illos glorificauit, multò magis ipſos. Vides quo
modo illos à corporalibus abducit, & à loco primũ,
quoniã de loco ſermo erat. Si gloriæ deus, manifeſtum q̃ nõ opus habet noſtra gloria, neq; ea quæ eſt
per tẽplum. Ipſe enim eſt fons gloriç. ne igitur putetis hac ratiõe ipſum glorificari, & quo modo, inquit,
ſcriptura hoc non dicit de patre Abrahami? Quia nõ
eſt multiloqua in his quæ non multùm neceſſaria.
Hoc ſolùm nos docuit, q̃ vidẽs abire filiũ, ierit cum
eo: Quod autẽ amplius nõ enarrauit, eo q̃ mortuus
C eſt nõ multò poſteaquã habitauit in Charris. Exi à
cognatione tua. Hic oſtendit quòd non ſunt ipſi filij
Abrahę. Quo modo? quia ille credulus erat: ipſi autẽ
increduli. Imò iubẽs diſcere ex his quæ faciebat, q̃
ille quidẽ labores ſuſtinuit: ipſi verò fructus metant,
& q̃ omnes progenitores fuerint in variorũ malorũ
tolerãtia. *Et egreſſus ex terra Chaldæorũ habitauit in Charran, & illinc poſtquam mortuus eſt pater ſuus, fecit habitare
illũ in terra hac, in qua vos quidẽ nũc habitatis. Et non dedit
illi hæreditatẽ in illa, neq; veſtigiũ pedis.* Vide quo modo illos à terra abducit. Nõ enim dixit, Dabit: ſed, nõ dedit: manifeſtãs q̃ omnia ab illo, & nihil ab ipſis. Venit enim relicta cognatione ac patria. Quare igitur
nõ dedit? quia figura erat alterius terrę, & promiſit ſe
eam daturũ illi. Vides q̃ nõ ſimpliciter iterũ ſermonem reſumit. Nõ dedit, inquit, illi, & promiſit etiam
D ſemini illius poſt eum, quũ nõ eſſet illi filius. Iterũ potentia dei hinc oſtẽditur, & q̃ abſq; omni adminicu
lo omnia facere queat. Eũ enim qui in Perſide erat,
ac tãtùm aberat, dixit ſe Palæſtinæ dominũ facturũ.
Sed iterũ videamus quæ dicta: *Et intuentes eum omnes,*
inquit, *videbant faciem illius quaſi faciem angeli.* Vnde
in Stephano gratia illa florebat? nunquid a fide? manifeſtũ q̃ ſupra teſtimoniũ accepit, quia fide plenus
erat. Fieri autẽ poteſt, vt fidẽ quis habeat abſq; ſanationũ gratia. Nam alij quidẽ data eſt gratia ſanatio- *1. Cor. 12.*
num: alij verò ſermo ſapiẽtiæ. Hic autẽ mihi videtur *a*
inſinuare illum fuiſſe facie amabilẽ, dicendo: vidi faciem illius quaſi faciem angeli, quod & de Barnaba
teſtificantur. Vnde ſcimus ſimplices & innocẽtes in
admiratione eſſe, maximè ſi tam gratioſo vultu ſint.
Tunc ſubornarunt viros dicentes: Audiuimus illum
dicentẽ verba blaſphema. De apoſtolis quidẽ dicebant,

Universidad de Deusto Biblioteca

bant, quòd resurrectionẽ annunciarint, & q̃ multa turba affluat. Hic autẽ, quòd & sanabãtur. O insipiẽtiam, pro quibus oportebat gratias agere, pro his redarguebantur, & iis qui re ipsa præualebãt, præualituros se verbis cõfidebant. Id quod & Christo faciebant, & semper ad sermones illos se cõuertebãt. Erubescebant enim ita simpliciter illos rapere nihil habentes quod obiicerẽt. Et vide quo modo neq; illi testificantur, qui iudicabãt, reprehẽsi enim fuissent, sed simpliciter alios cõducunt, vt ne videatur violẽtum opus. Id quod etiam Christo fecisse eos quis viderit. Vidisti prædicationis vim, & quo modo dum flagellabãtur, & lapidabãtur, præualet, atq; etiã dum ad tribunal ducũtur, & vndiq; fugãtur? Hinc & falsis testibus non solùm præualẽt, sed neq; hi obsistere valebant, quãuis valde impudẽtes, sic illos violenter capit, ídq; cùm multa non persuasibilia & inconuenientia sicut & cõtra Christũ afferrẽt, nihil omittentes q̃d ad mortẽ illius faciebat, vt omnibus manifestum fieret non esse humanũ bellũ, sed dei cum hominibus. Cõsidera autẽ & quid dicãt hi qui statuebant falsos testes, hi qui sanguinaria mẽte illũ in concilium rapuerant. *Audiuimus illũ dicentẽ verba blasphema cõtra Mosem ac deũ.* O impudẽtes opera facitis blasphema cõtra deũ, & nõ curatis, & Mosis curã vobis esse simulatis? Idcirco illis datus est eis Moses, quia ea quæ dei nõ valde curæ erãt, semper autem Mosi meminerũt: Moses, dicẽtes, ille qui eduxit nos, ambiguę fidei populũ irritãtes. Iam quo modo homo blasphemus vinceret? quomodo autẽ & sic blasphem⁹ signa faceret talia in populo? At tanta res est inuidia, stultos efficiẽs captos, vt neq; cõtueãtur quæ vidẽt. [*Supra 6.d*] Audiuimus illũ, inquit, loquentẽ verba blasphema contra Mosem ac deũ. & iterũ, Hic homo nõ cessat loqui cõtra locum sanctũ, & legẽ, adiicientes: Quæ tradidit vobis Moses. Nõ iam dicũt deus. Vides quo modo illũ ob auersam & turbatã rempublicã impietatis accusant? Quòd autẽ non potuerit ille talia loqui, nec fuerit tam audax, omnibus est manifestum, tam mitis erat, atq; adeò in facie cernebatur. Igitur vbi quidẽ non calumniabantur, nihil tale inquit scriptura. Quoniã autem totũ hoc loco calũnia est, meritò illã corrigit deus, atq; adeò ipso aspectu. Itaque apostoli non patiebantur calumniã, sed prohibebantur: hic autẽ & calumniam fert, propter hoc & ante omnia facies ipsa defendit ac excusat. Fortassis hoc & pontificẽ terruerat. Vt autem dixit, q̃ promiserat, ostendit promissionẽ ante locum factã, ante circuncisionẽ, ante sacrificium, ante templũ, & q̃ hi vt par fuisset, non acceperãt neq; circuncisionẽ, neq; legẽ: sed terra, obedientiæ solius merces erat, sed neq; circuncisione data promissio impletur. Et q̃ figura fuerit, etiam patriã relinquere ac cognationem, deo iubente. Illa enim patria quoquò duxerit deus, & hæreditatem hic non accepit. Et quòd si quis diligẽter inquirat, Persę sunt Iudæi. Et hic disce, quòd absque signis obedire oportet deo, licèt grauia quædã contingant. Quoniã & patriarcha etiã relicto sepulchro paterno ac omnibus obtẽperauit deo. Si autẽ illius pater non fuit ei socius profectionis in Palæstinã, eo quòd infidelis erat, multo magis pueri nõ erũt socij ac participes, licèt magnã partem viæ eant, si patris [*Gen. 12.b. & 15.d*] virtutẽ nõ fuerint imitati. Et promisit vt illam daret illi ac semini eius, inquit, post illũ. Magna etiam hic dei misericordia ostenditur, ac Abrahæ fides, quòd

[A] obedit quum non esset illi filius. Hoc ostendit obedientiã ac fidẽ. Quãuis ea quæ facta diuersum monstrabãt, vtputa, q̃ postquã venissent, nõ habuit vestigium pedis: id sanè fidei contrariũ erat. Hęc considerantes etiã nos, quæ scilicet promiserit deus, recipiamus etiã si aduersa fuerint ea quæ fiũt, quãuis nobis non sunt aduersa, sed valde congrua. Nã ibi quidẽ, si fuerint promissiones, & cõtraria fierent, reuera sunt aduersa: apud nos autẽ secus est: nam hic quidẽ afflictionem dixit, illic verò refrigeriũ. Quur confundimus tempora, quur quæ sursum sunt, infrà facimus? Tribularis dic oro, quia in paupertate agis, & turbaris propterea? ne turberis, turbatione enim dignũ foret, si illic tribulãdus esses. Hæc enim tribulatio refrigerij causa est. Infirmitas ista, inquit, nõ est ad mortẽ. [*Ioan. 11.a*] Illa tribulatio pœna, hæc disciplina & correctio. Certamen est in pręsenti tẽpore, vnde & opus est pugillatione, [B] bellũ est ac præliũ. nullus in pręlio quęrat delicias, nullus pro diuitiis sollicitus sit, p̃ vxore nullus curã gerat, sed vnus vnũ solũ videat, vt inimicos vincat. Hoc & nos faciamus, & si vicerimus & redierimus cum triũpho, omnia nobis dabit deus. Hoc solum nobis curæ sit, quo modo vincamus diabolum, imò nõ nostri studij opus est, sed diuinæ gratiæ totũ est. Vnũ nobis curæ sit, quomodo cõciliemus nobis illius gratiã, vt trahamus ad nos fauorẽ illũ. Si deus [*Rom. 8.f*] pro nobis, quis cõtra nos? inquit. vnũ solum nobis curæ sit, quo modo hic nobis nõ efficiatur inimicus, vt nos nõ auertat. Nõ tribulari malũ, sed peccare malũ est: id fuerit graue, etiã si in deliciis fueris, nõ dico in futuro, sed etiam in pręsenti. Quo modo enim putas cõscientias nostras morderi? An hoc nõ quouis tormento [C] fuerit peius? Vellẽ diligenter interrogare eos qui in malis viuũt, nunquã ne si in mentẽ veniãt illis sua peccata tremãt, formidẽt, doleãt, & beatos dicãt ieiunãtes in mõtibus, & philosophiæ deditos. vis refrigerium inuenire illic? fer hîc tribulationẽ propter Christũ, nihil huic refrigerio par, gaudebãt apostoli [*Supra 5.g*] dum flagellarẽtur. Paulus hoc admonet, dicẽs: Gaudete in domino. [*Phili. 4.a*] & quomodo potest quis gaudere, vbi vincula, vbi tormenta, vbi tribunalia? maximè in hoc gauderi potest. Quo modo autẽ, disce. Qui nihil sibiipsi conscius est, plurimùm lætabitur. Ita vt quò maiorẽ dixeris tribulationẽ, hoc maiorẽ dicas voluptatẽ. Dic obsecro mihi, miles qui plurimis vulneribus impetitur, & resistit: nónne cũ magna redit voluptate, vulnera vt testimoniũ libertatis habẽs, fulgoris & claritudinis? Et si posses erũpere in vocẽ illam [D] quã Paulus protulit: Stigmata Iesu porto: [*Gala. 6.g*] poteris magnus fieri, & clarus, ac probatus, sed nõ est persequutio. Sta contra gloriam: & si dixerit quis contrarium aliquid, ne timeas dici malus propter Christum. Sta cõtra tyrannidẽ superbiæ, sta cõtra irę pugnã, sta cõtra cõcupiscentiæ tormentũ. Et hęc stigmata sunt ac tormẽta. Quid maius illis tormẽtis? nũquid si anima dolet ac vritur? nã illic quidẽ licèt corpus diuiditur, hic autẽ totũ illius est. Circa illã dolor quãdo irascitur vel inuidet, vel aliud quiddam facit, imò patitur: nõ enim est facere, sed pati, irasci, vel inuidere. Vnde [*Passiones animæ*] & passiones animæ dicũtur, & vulnera, & cicatrices. Reuera passio est, & passione difficilius. Cogitate, q̃ irascimini, q̃ patiẽdo hoc facitis. Itaq; nõ patitur, qui non irascitur. Vides q̃ qui contumelia afficitur, non patitur: sed is qui contumelia afficit, id quod & iam dixi. Quod enim patitur, manifestũ est ex eo, quòd à passione

passione sic vocetur. Passiones enim ab ira nascũtur, hebetatio visus, stupor, & innumera alia mala. Sed puerũ contumelia affecit, inquit, sed ministrũ. ne putes esse infirmitatẽ, quòd nõ & ipse hoc possis facere: dic enim mihi, Bene factũ ne est? nõ opinor quòd dicas. Igitur ne feceris quod non bene factũ. Scio q̃ in talibus iræ nascũtur. Quid igitur, inquit, si contẽnat, si iterũ dicat? argue, increpa, obsecra, mãsuetudine ira soluitur, vt accesseris, accusa. nam in his quidẽ quæ erga nos, neq; hoc faciendũ, sed pro aliis & necessitate. Ne propriã contumeliã putes, quòd filius contumelia afficiatur: & si doleas pro illo, ne tanquã ipse cõtumelia affectus. Nõ enim quoniã puer malè habet, tu cõtumelia affectus es, sed is qui malefecit. Restringe irã, acutus gladius in vagina condatur. Si habuerimus illum nudũ, sæpe etiã vbi non est opus, illo vtemur, ab ipso tracti. Si autẽ fuerit occultatus, etiã si opus fuerit, extinguetur ira. Pro illis non vult nos irasci Christus: audi enim quid dicat ad Petrũ: [*Mat. 26.c*] Cõuerte gladiũ tuum in vaginã, & tu pro puero irasceris? Doce etiam puerũ philosophiã, dic illi passiones domini, imitare meũ magistrũ. Quãdo ignominia [*Ioan. 15.c*] aspergẽdi erãt, nõ dixit, vlciscar. sed quid? Si me persequuti sunt, & vos persequẽtur. Igitur ferte fortiter, nõ enim estis meliores me. & tu ad puerũ & seruũ dic: Nõ es domino tuo melior. Sed viduæ, verba philosophica ista vidẽtur. Heu mihi, quod sermone nõ licet hoc persequi, vt rẽ ipsam experiamini. & vt discas: In medio duorũ simul certantiũ stãs, sis à parte eorũ qui iniuriã patiũtur, & nõ iniuria afficiunt, si nõ apud teipsum triũphos videas, si non claras accipias coronas. Vide quo modo contumelia afficitur [*Gene. 4.b*] deus, & q̃ mãsuetè respõdet: Vbi est, inquit, Abel frater tuus? Et quid ille? Nũ custos ego sum fratris mei? Quid hoc pertinacius, licèt hoc à filio audisset quis? nam si à fratre, nónne quis dixerit esse ignominiam? At deus iterũ mãsuetè respõdet: Vox sanguinis fratris tui, inquit, clamat ad me. At deus, inquit aliquis, iræ nõ est obnoxius. Sed propter hoc descẽdit filius dei, vt te deũ faciat, iuxta humanas vires. Sed nõ possum, inquit, quũ homo sim. Itaq; homines tibi adducamus: Et ne putes me tibi dicere Petrũ ac Paulũ, sed quosdã illis multò inferiores. puer Heli, Annã cõtu[*1. Reg. 1.b*]melia affecerat, dicẽs: Digere vinum tuũ. Quid hoc cõtumeliosius? Quid igitur illa? Mulier in amaro die ego sum. Nihil reuera afflictioni par, philosophiæ mater est. Ista etiam æmulã habens, non affecit illã cõtumelia. Sed quid? ad deũ confugit, & orans illius nec meminit, neq; dicit, quoniam opprobriis affecit me quædã, vltor meus esto. adeò philosophiæ assueta erat mulier. Cõfundamur viri, quãuis scitis q̃ zelo nihil par sit. Telones cõtumelia affectus à Pharisæo, non retulit cõtumelias, quãuis potuisset, si quidẽ voluisset. [*Luc. 18.c*] Sed animo philosophico tulit, dicens: Propitius esto mihi peccatori. Memphibaal à seruo accusatus, & calumniã passus, neq; dixit, neq; fecit illi aliquid mali, neq; de rege ipso. Vis & scorti audire philosophiam? audi Christũ dicentẽ, quãdo capillis pe[*Matt. 21.c*]des illius tersit. Telonæ & meretrices præcedũt vos in regno. Vidisti illam stantẽ ac lachrymantẽ, & sua crimina abluentẽ. [*Luc. 7.f.*] Vide quo modo & contra Pharisæum non irata fuit, quũ cõfunderetur, Si sciret, inquit, quòd peccatrix est mulier ista, nõ permisisset illam. Et non dixit ad illũ: Cur nam, dic? Tú ne à peccatis mundus es? Sed magis patiebatur, magis plora-

[A] bat, plus calidarũ lachrymarũ emittebat. Si autẽ mulieres & Telonæ, ac meretrices philosophabantur, ídq; faciebãt ante gratiam: qua erimus nos venia digni post tantã gratiã, magis quã si bestiæ expugnarentur, lachrymãtes, & recalcitrãtes: nihil fœdius furore, nihil vilius, nihil grauius, nihil insuauius, nihil nocentius. Hæc dico nõ solùm vt cũ viris simus mansueti, sed etiã si mulier loquax sit, vt feras. Sit tibi palæstra ac gymnasiũ mulier. Quo modo enim nõ absurdum, gymnasia ferre nihil lucri afferẽtia vbi affligimus corpus: gymnasia autẽ non facere domi, quæ nobis coronas etiã ante agones suppeditãt? Contumelia afficit mulier, ne fias tu mulier. Muliebre em̃ est cõtumelia afficere: Infirmitas est animæ, imminutio est, ne putes indignũ te esse, quãdo mulier cõtumelia te afficit: indignum, quando tu quidem con[B]tumelia afficis, illa verò philosophatur: tunc turpiter te geris, tũc cõtumelia afficis. Si autẽ cõtumelia affectus feras, erit roboris tui magnũ indiciũ. Non hæc loquor vt mulieres inducã ad cõtumelias, absit, sed quando satana impugnãte contingat, vt feratis. Fortium virorũ est ferre infirmos. licèt minister cõtradicat, philosophare tu: non quod meretur audire dicas vel facias, sed quod oportet te etiã facere ac dicere. Nunquam puellã contumelia afficiens, verbũ turpe efferas: nunquam ministrũ, scelestum dicas. Ille non cõtumelia affectus est, sed tu. In seipso eum qui irascitur, non est possibile manere purũ, quemadmodũ neq; pelagus quod fluctibus mouetur, vel fontẽ, luto in illo alicubi illapso: sic omnia permiscentur, sic omnia sursum ac deorsum mouẽtur. Licèt percusseris, licèt disruperis vestẽ, tu maius damnũ sustinue[C]ris. Nam illi quidem circa corpus & circa vestes plaga, tibi circa animã: illam dissecuisti, illã vulnerasti: aurigã equis subiecisti, supinũ trahi fecisti. Et idẽ fit, sicut si auriga alteri succẽseat, patiatur trahi, quanuis verberes, quanuis moneas, & quicquid facias absq; ira & furore: Si enim verberans medicus est peccantis, quo modo poterit curare alium, seipsum prius affligens? Si quis, dic oro, medicus iuerit vt curet aliũ, prius manum suam sauciarit, prius oculos excęcarit, nunquid illũ curabit? Minimè. Sic & tu, licèt verberes, licèt admoneas. Munda videãt oculi tui, ne turbes mentẽ, alioqui quo modo medicina erit? Nõ est possibile in eadẽ trãquillitate esse, qui non irascitur, & qui irascitur. Cur igitur doctore à se deturbato, ita loqueris humi iacẽti? Non vides iudices, qui iudicaturi cõsident in sede ac habitu decente? Ita & tu fac: [D] orna animã vestitu iudiciario. Illa est mansuetudo, & tunc in sede iudex sedeto. Sed non terrebitur, inquit? imò terrebitur? tũc si iusta dicas, furori imputabit minister: si autem cum mãsuetudine seipsum cõdemnabit, proficientẽ autem te suscipiet deus, vt sic possis æterna bona assequi, Gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul ac sancto spiritui sit gloria, in secula seculorum, Amen.

Loquutus autem est sic deus: Quòd erit semen illius peregrinum in terra aliena, & in seruitutem redigent illud, & affligent quadringentis annis: & gẽtem cui seruiet, ego iudicabo, dixit deus: & post hoc egredientur, & seruient mihi in loco isto.

Homilia xvj.

VIde ante quot annos promissio, & promissionis modũ, & nusquam sacrificium, nusquã circuncisio. Hic ostẽdit deũ permisisse illos

Universidad de Deusto
Biblioteca

illos grauiter affligi,& nõ reliquisse afflictos impuni A
tos. Gentẽ autẽ cui seruiet,iudicabo ego,dixit deus.
Vides? qui promisit, qui dedit terrã,prius mala per-
mittit:sic & nunc,licèt regnũ promiserit,tentationi-
bus exerceri sinit. Si hic post quadringentos annos
libertas,quid mirũ si idẽ in regno fiat? Nihilominus
quod deus promiserat præstitit,nec potuit sermonẽ
illius vt falsum,redarguere tẽpus,tametsi nõ vulgarẽ
tulissent seruitutẽ. Cæterùm nõ est cõtentus punire
illos,sed & bona his promittit. Mihi autẽ videtur,q̃
velit illis etiam beneficia quæ acceperant in memo-
riam reducere. *Et dedit illi testamentũ circuncisionis,& sic genuit Isaac.* Hic postea contexit, *& circuncidit quidem illum die octauo. Et Isaac Iacob,& Iacob duodecim patriar-chas,& patriarchæ qui æmulabãtur,Ioseph vẽdiderũt in Aegyptũ.* Hoc & in Christo factũ est. Etenim illius figu-
ra erat Ioseph. Ideo insinuãs historiã per totũ enar-
rat:quũ enim nihil haberẽt quod illi obiicerent,sed
venientẽ vt cibũ illis afferret, malè tractarũt:& vide
etiam hoc loco iterũ promissionẽ magnã, attamen
cõpletur. *Et erat deus cum illo.* hoc & pro illis. *Et eripuit illũ ex omnibus tribulationibus suis.* Hoc loco ostendit,q̃
nescientes cooperati sunt, vt impleatur prophetia: &
quòd ipsi authores fuerunt, & mala in ipsos recide-
rũt. *Et dedit illi gratiã ac sapientiã corã Pharaone rege Aegy-pti.* Gratiam dedit,idq; apud barbarũ virũ, seruo cap-
tiuo,quem fratres quidem vendiderant,ille autem
emerat. *Facta est autẽ fames in omni terra Aegypti,& Cha-naan,& tribulatio magna, nec inueniebãt cibos patres nostri. Cùm audisset autẽ Iacob frumenta esse in Aegypto,misit pa-tres nostros primùm: & cùm iterũ misisset eos,agnitus est Io-seph à fratribus suis.* Descẽderũt empturi,& illius opera
vti coacti sunt. Quid igitur ille? nõ solùm misericor- C
diam declarauit,sed etiã Pharaoni notos fecit, & il-
los deduxit. *Et innotuit Pharaoni genus Ioseph. Misso autẽ nũcio Ioseph,accersiuit patrẽ suum Iacob, & omnẽ cognatio-nem suã in animabus septuaginta quinque. Et descẽdit Iacob in Aegyptũ, defunctúsque est ipse & patres nostri, & translati sunt in Sichẽ,& positi sunt in monumẽto quod emerat Abra-ham à filijs Hemor filij Sichẽ. Cùm autẽ appropinquaret tem-pus promissionis, de qua iurauerat deus Abrahæ, creuit popu-lus,& multiplicatus est in Aegypto, donec surgeret rex alius, qui nesciebat Ioseph.* Iterũ alia desperatio, prima quidẽ
fames: secũda autẽ incidisse in manus fratris: tertia,
pronunciari sententiã a rege vt interficiãtur. attamẽ
in his omnibus seruati sunt. Deinde omnipotẽtiam
dei ostẽdens,inquit: *In quo tẽpore natus est Moses,& erat gratus deo.* Et illud miraculũ quòd à fratribus venun-
datus: sed hoc magis mirũ,quòd rex educauit illum, D
is qui periturus erat, illũ, qui regno deiecturus erat.
Vide vbique mortuorum resurrectionẽ quodã mo-
do prefigurari,quãuis non sit idem deum facere ali-
quid,& humano arbitrio quid fieri. Hæc sanè nõ hu
mana dispositione fiebãt. Hoc dixit, & illũ seruato-
rem,& hos erga benefactorẽ ingratos ostendẽs. Igi-
tur quẽadmodum tunc à Ioseph qui malè afflictus,
seruati sunt:ita & nũc ab eo qui malè tractatus erat,
Mosem dico,seruati fuerũt. Quid enim,quòd nõ oc
ciderunt re ipsa? Sermone certè occiderãt sicut illi.
Et illi quidẽ è sua in alienã & ignotam terram ven-
diderant:hi verò ex aliena in alienam fugarunt. Et il
li quidem afferentẽ cibum:hi autem, consulentem
ea per quæ deo placentia facerent. Ita verumetiam
ex his quæ nũc dispẽsantur, illud quod à Gamaliele
Supra 5.g dictũ. Quod si fuerit ex deo,non potestis illud dissi-

pare. Tu autem dicens eos qui insidiantur,authores
salutis fieri insidiãtibus,obstupesce dei omnipoten-
tiam ac sapientiam: nam si illi non fuissent insidiati,
hi non fuissent seruati. Fames erat,& non cõsumpsit
illos. Et non solùm non perdidit,sed & per illam ser-
uati fuerunt ab eo quòd expectabant, perituros se.
Præceptum regiũ non perdidit illos,sed magis auxit
multitudinẽ, quãdo ille mortuus est qui cognoscẽ-
bat eos. Seruatorẽ suum volebant occidere, & neq;
sic potuerunt. Vides quòd per quæ diabolus attẽtat
impedire promissionem dei, per ea creuerit? Hoc &
illos tunc decebat dicere, q̃ omnia deo facilia sunt,
& nos poterit hinc reducere. Hoc enim diuinæ po-
tentiæ erat,in tanta regis indignatione gentem cre-
scere, quæ seruiebat, affligebatur,trucidabatur. hæc
magnitudo promissionis erat. Si enim in terra sua
creuissent,non tam mirabile fuisset. Et nõ paruo tẽ- B
pore in aliena terra fuerũt,sed quadringentis annis.
Hinc discimus, quòd magnã philosophiã præ se tu-
lerint. Etenim nõ sicut seruis domini illis vtebantur,
sed vt hostes ac tyranni. Ideo & prædixit,q̃ in liber-
tate magna futuri sint. Hoc enim est: Seruiẽt mihi,&
quòd inde regrediũtur,& non sine vltione. Et vide,
quo modo videtur quidẽ aliquid circuncisioni con
cedere: nihil autẽ tribuit, quandoquidẽ promissio
illam quidem præcesserit,ipsa autẽ sequuta est. Et pa-
triarchæ, inquit,qui æmulabãtur. Hic non incõmo-
dat illos,sed gratificatur:patriarchas autẽ vocat pro-
genitores, quoniã & de illis gloriabantur. Et aliter:
Ostẽdit quòd sancti non fuerint tribulationũ exper
tes,& quũ essent in mediis illis tribulationibus, auxi
lium cõsecuti sunt,& illæ non solùm non perdebãt,
sed etiam cooperabantur,quũ deberent magis impe
dire. Itaq; quemadmodum Ioseph clariorem reddi-
derunt vendẽtes,ita rex Mosem,quũ iussisset occidi
filios: Nam si non iussisset,non fuisset hoc factũ. Et
vide prouidentiã dei. Ille fugat Mosem,deus autem
non prohibet,quod futurũ erat dispẽsans,vt illic dei
aspectus dignus fieret:sic & seruũ venditum illic fa-
cit regem,vbi putabatur seruus esse. Quẽadmodum
autem hic illic regnat,vbi eum emerant,ita & Chri-
stus in morte virtutẽ declarauit. Hoc non solùm ho-
noris erat,sed vt etiã sua virtute fidat. Sed videamus
iterum quæ dicta: *Et constituit eum præfectum super Ae-gyptum,& totam domum suam.* Vide per famem qualia *Gen.46.c*
efficit, in septuaginta & quinq; animabus descẽdit,
inquit,Iacob in Aegyptũ. Defunctúsq; est ille & pa-
tres nostri,& translati sunt in Sichẽ, & posuerunt in
monumẽto quod emerat Abraham precio pecuniæ
à filiis Hemor filij Sichem. Ostẽdit quòd neq; sepul
turæ domini fuerint. Vt autẽ appropiauit tẽpus pro-
missionis,quã iurauit deus Abrahæ, creuit populus,
& multiplicatus est in Aegypto donec surrexit rex
alius, qui nesciebat Ioseph. Vide quòd neque in tot
annis auxit,sed quãdo appropiaturus erat finis,quã-
uis iam quadringẽti anni præteriti erãt ac plures in
Aegypto. Itaq; mirabile hoc est. Hic circunueniens
genus nostrũ,afflixit patres nostros vt exponerẽt in-
fantes suos,ne essent fœtus eorum vitales. Circũue-
niens,inquit,insinuãdo clandestinã cædem:ideo &
subdidit hoc dicens, Vt exponerent infantes suos. *Exod.1.d*
Quo tẽpore natus est Moses, & ἀστεῖος: id est, gratus
erat deo. Hoc mirabile, q̃ futurus præfectus, neque
post hæc,neq; ante hoc,sed in ipso medio furore na
scitur, & educatur mensibus tribus in domo patris:

quando

quando igitur humana spem omnẽ negant, etiã ab- A
Ibidem. iecerunt illũ,tunc diuina dispensatio clarè fulsit. Ex-
positũ autem illũ sustulit filia Pharaonis,& eũ nutri-
uit sibi pro filio. Nusquã templũ,nusquam sacrificiũ,
quũ tantæ dispensationes factę sunt. Et enutritus est
in domo barbarica, & institutus est Moses in omni
sapientia Aegytiorũ: erat autẽ potens in verbis ac o-
peribus. Mihi videtur q̃ incipiebat esse admirabilis.
Quomodo quadraginta annis fuit illic,& nõ depre-
hensus est ex circuncisione, imò quomodo securè
agentes sua despiciũt & hic,& Ioseph,vt & alios ser-
uent? *Vt autem impletũ est illi quadraginta annorũ tempus, ascẽdit in cor eius,vt inuiseret fratres suos filios Israel:& quũ vidisset quendã iniustè affligi,vltus est,& fecit vindictã pro eo qui affligebatur,percusso Aegyptio: putabat autẽ intelligere*
Exod.2.c *fratres suos,quòd deus per manum suam det illis salutẽ: illi au-tem non intellexerunt.* Vide quomodo adhuc non vi-
detur esse molestus,sed tanta concionatur,& adhuc B
audire illũ patiuntur:ita illos gratia vultus trahebat.
Putabat,inquit,intelligere fratres suos,& quũ re ipsa
declararet se esse præfectũ illum, attamẽ neq; sic in-
tellexerunt. Vides quomodo cum mansuetudine lo
quitur,& quomodo demonstrata in illum ira,ostẽ-
dit in hoc mãsuetudinẽ. *Et sequenti die visus est illis liti-gantibus, & redegit eos in cõcordiam,dicens: Viri fratres estis, cur vos inuicem lædetis? Cæterùm is qui iniuriam faciebat pro-ximo,repulit eum dicens: Quis te constituit principem ac iudicẽ super nos? Nunquid interficere me vis, sicut interfecisti heri*
Ioan.16.c *Aegyptiũ?* Eadem mente & contra Christũ videntur
dicere: Non habemus regem, nisi Cæsarẽ. Hic mos
semper fuit Iudæis,quũ beneficia acciperent. Vidi-
sti insipientiã,saluaturum se accusent,dum dicunt:
Quomodo occidisti heri Aegyptium? *Et fugit Moses* C
ad dictum hoc,& factus est aduena in terra Madian, vbi ge-nerauit duos filios. Fugit,& neq; fuga dispensationem
Exod.3.a sistit,quemadmodum neq; mors. *Et expletis annis qua-draginta,apparuit illi in deserto mõtis Sina, angelus domini in flammeo incendio rubi.* Vides quomodo neq; tempore
sistitur dispensatio? quum exul esset ac peregrinus,
multúmq; temporis in terra aliena fecisset,ita vt etiã
duos filios generasset, quum nõ expectaret vltra re-
ditum,tũc angelus ipsi apparet. Filium dei angelum
vocat,sicut & hominẽ. Et vbi apparet? in deserto, nõ
in templo. Vides quanta fiunt miracula,& nusquam
templum,nusquam sacrificium. Et neq; hoc loco in
deserto simpliciter,sed in rubo. *Moses autem vt cõspe-xit,admiratus est visum. Porrò quum accederet vt attenderet, facta est ad eum vox domini: Ego sum deus patrũ tuorũ,deus Abraham,deus Isaac,& deus Iacob.* Non solũ hîc ostẽ- D
dit,q̃ apparens illi angelus,fuerit magni consilij an-
gelus, sed ostẽdit etiã quantam misericordiam deus
per apparitionem fecerit. *Tremefactus autem Moses non audebat attendere: dixit autem illi dominus, Solue calceamentũ pedum tuorum: locus enim in quo stas, terra sancta est.* Nus-
quam templũ,& locus sanctus est: apparitione & ef-
ficacia Christi, multò admirabilius hoc, q̃ locus in
sanctis sanctorum. Illic enim nunquam apparuit sic
deus,nũquã tremefactus est sic Moses. Vidisti mise-
ricordiam? *Videns vidi afflictionem populi mei,* inquit, *in Aegypto,& gemitum illorum audiui, & descendi vt eripiam eos. Et nunc veni,& mittam te in Aegyptum.* Vide quo-
modo ostendit,q̃ per beneficia,& per pœnas,& per
miracula adduxit illos. Illi autem semper iidẽ man-
serunt. Sic hinc discimus, q̃ vbiq; præsens est deus.
Hæc audientes & nos,in afflictionibus ad illum cõ-

fugiamus. Nam & gemitũ illorũ,inquit,audiui. Non
simpliciter dixit, audiui, sed propter calamitates. Si
autẽ quis diceret,& cuius gratia illos permisit affligi
sic? audiat,q̃ omnib⁹ maximè iustis afflictiones mer-
cedum causæ fiũt. nónne & propter hoc illos dimi-
sit affligi, vt illius virtutem & hinc ostẽdat clarescẽ-
re,& illos ea per quæ affliguntur, per omnia Philo-
sophari erudiant? Vide igitur,quãdo erant in solitu-
dine,incrassati sunt,impinguati,dilatati,sed & dere-
liquerunt deum. Vbiq; enim remissio malũ est deli-
cti. Idcirco & initiò Adæ dicebat: In sudore vultus *Gen.3.d*
tui vescẽris pane tuo. vt igitur ne quũ ex afflictione
multa in remissionẽ venerint, contumelia afficiant,
permittit illos affligi. Magnũ enim bonum est afflic-
tio,& quod bonum, audi Dauidẽ dicentem: Bonũ
mihi,quia humiliasti me. Si autẽ magni & admirabi- *Psal.118.a*
les viri sunt in magna tribulatione,multò magis nos.
Si volueritis autem ipsam per se examinabimus af-
flictionem. Stet quis gaudens multũ, & lætabundus
ac risus effusioris,quid turpius, quid insipiẽtius illo?
Stet quis dolens & mœrens, quid illo magis philo-
sophicũ? Idcirco & sapiens admonet,dicens: Melius *Eccles 7.a*
est in domum luctus ingredi,q̃ in domum risus. for-
san & irridebis quæ dicuntur. verũtamen videamus
qualis fuerit Adã in paradiso,& qualis posteà: qua-
lis erat Cain ante hoc,& qualis posteà. Non stat in
sua sede animus,sed quemadmodum à quodã spiri-
tu tollitur à voluptate & alleuiatur, nihil habens fir-
mum. Enimuero & ad promissiones est facilis, & ad
pollicendum pronus,& magna est turbatio rationũ.
Hinc intempestiuus risus. Hilaritas nõ habẽs ratio-
nem,verborũ magna & superflua nugacitas. Et quid
dico alios? sanctorum vnum in manus accipiamus,
& videamus quis quidem in voluptate vixerit, quis
autem & in mœrore. Vultis igitur Dauidem videa-
mus? Quãdo igitur hic in voluptate erat ac in gaudio
propter multos triumphos, victorias, coronas, deli-
cias,ac fiduciam,vide qualia & dixit,& operatus est.
Ego autem dixi in abũdantia mea,non mouebor in *Psal.29.b*
æternũ. Postquã autẽ affligi cœpit, audi quid dicat:
Et si dixerit mihi,Nolui te,ecce ego, faciat mecum
quod placitum coram ipso. Quid his verbis magis
philosophicum? quicquid deo magis fuerit gratum,
ita fiat. Et iterum Saũli dicebat: Si autẽ dominus cõ-
mouerit te contra me, odoratum sit sacrificium tuũ.
Et tũc quidem quum esset in tribulatione,etiã par-
cebat amicis. Ante delicias nihil iniustè, nihílq; in-
humaniter agebat. Item Iacob quũ in afflictione es- *Gen.28.b*
set,dicebat: Si dederit mihi dominus panem ad co-
medendum,& vestem ad amiciẽdum. Et filius Noë
ante hoc nihil tale fecerat: vbi autem de salute fidẽ-
tior factus est, audis q̃ factus sit contumeliosus. Et
Ezechias quũ esset in tribulatione,vide qualia facie-
bat pro salute. Saccum enim induit, & in terra sedit. *4.Reg.19*
Vbi autẽ in deliciis esse cœpit,cecidit præ altitudine *a*
cordis sui. Idcirco & Moses admonet,dicens: Come- *Deut. 6.b*
dens & bibẽs,& impletus memor sis domini dei tui.
Præceps enim est locus deliciarũ,& obliuionem dei
affert. Quando tribulabantur Israëlitæ,multò plures
fiebant: quãdo autem illos dimisit,tunc omnes peri-
bant. Et quid dico veterum exempla? Videamus de
nostris si placet. Ex nostris multi, qui inflati sunt in
fœlicitate agẽtes,omnibúsq; fiunt hostes, ac iracun-
di: vbi autem præsens facultas fuerit ablata,mãsueti,
humiles,mites,veniunt in cogitationem suæ naturę.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psal. 72.a Et quòd sic habet, ostẽdit etiam Dauid, dicens: Tenuit illos superbia in finem, egredietur tanquam ex adipe iniusticia eorũ. Hæc sanè antè dicta sunt, vt ne omnibus modis gaudiũ quęramus. Et quomodo autẽ Paulus dixit, Gaudete semper? Nõ simpliciter dixit, Gaudete. Sed appositũ est, in domino. Istud maximum gaudiũ est, tali & apostoli gaudebant, gaudium lucrũ afferens, quod à vinculis, quod à flagellis, quod à persecutionibus, quod ab obloquutionibus, quod à mœstis omnibus habet principiũ, & radicẽ, & occasionẽ. Vnde & in bonũ finẽ occurrunt. Quod autem à mundo, secus se habet: nam incipit quidem à suauibus, desinit autem in tristiciam. Neq; ego prohibuerim gaudere iuxta dominũ, sed & valde admonuerim. Flagellabantur apostoli, & gaudebant: vinciebantur, & gratias agebant: lapidabantur, & prædicabant. Hoc & ego velim gaudium, quod à nullo corporali habet initiũ, sed à spiritualibus rebus. Non est possibile q̃ hi qui secundum mundum gaudent, simul & iuxta deum gaudeãt. Omnis enim qui iuxta mũdum gaudet, in diuitiis gaudet, in deliciis, in vana gloria, & in potentia, in arrogantia. Qui autem secundũ deũ gaudet, in ignominia quæ propter illũ, in paupertate, in opũ carentia, in iciunio, in humilitate. Vides quot cõtraria argumenta. Quotquot extra gaudiũ sunt hîc, & mœroris sunt expertes: & quotquot extra mœrorem hîc, etiam extra voluptatem. Et reuera hæc sunt quæ faciunt verũ gaudium, quoniam illa solum habẽt nomen gaudij, totum autẽ in mœrore situm est. Quãtum mœroris superbus habet, quomodo dum insolẽter alios irridet, in suo facto impeditur: parat autẽ innumeras sibiipsi contumelias, magnum odium, magnas inimicicias, magnam inuidiam, magnam inuidẽtiam: nam licèt à maioribus cõtumelia afficiatur, dolet: & si non cõtra omnes surgat, mordetur. Humilis autem, in multa est voluptate, à nullo expectãs honorem. Itaq; siquidem honoratus fuerit, gaudet: si autẽ non honoratur, non dolet, sed diligit q̃ non honoratus est. Itaq; in eo q̃ non quærit honorẽ, & honoratur, magna voluptas est. Illic autem contrario modo fit, & quærit honorẽ, & non honoratur. Nõ similiter autẽ gaudet honore qui quærit, & qui non quærit. Hic quãtũcũq; acceperit, nihil se accepisse putat: ille autẽ vt minimũ dederis, accipit quasi vniuersum acceperit. Iterũ qui in deliciis est, innumeras habet difficultates: etiã si facilè & quasi ex fontibus ipsi cõmoda affluãt, attamẽ formidat mala quæ ex deliciis veniunt, ac futuri incertitudinem. Hic autẽ semper securus est ac in voluptate, qui assuescit seipsum in tenuitate victus. Nõ enim ideo seipsum cẽset miserũ, q̃ non particeps est mensæ lautioris. Quàm delicatè agit, non formidans incertitudinẽ futurorum. Quæ autẽ ex deliciis sint grauia, nullus ignorat: necessarium autem & nunc dicere: Duplex bellum est, corporis, inquã, & animæ: duplex hyems: duplices morbi. Et non hoc solùm, sed etiam q̃ insanabiles & magnas afferunt hæc calamitates. At non habet id mali frugalitas, sed duplex sanitas est, duplicia bona. Somnus sanitatis, inquit, in interna mediocritate. Semper enim quod mediocritatem custodit, amabile est: quod verò modum non seruat, iniucundum. Vide enim: Scintillæ paruæ magnam lignorum congeriẽ impone, & non iam ignis erit fulgidus, sed fumum videbis valde insuauem. Viro valde forti, & magno

Phil. 4.a

A impone sarcinam vires eius excedentem, & videbis cum sarcina humi iacêre. Magnũ onus iniice in nauim, & graue facies naufragium. Tale autem quidã est & voluptas. Sicut enim in nauibus supra modum oneratis, magna turbatio est nautarum, gubernatoris, eius qui in prora est, eorũ qui ascendunt malum, qui superiora quidẽ proiiciunt in mare, quę autem inferiora perdũt: sic sanè & hoc loco: nam quæ superius sunt, euomũt: alia autem inferius. Et seipsos corrumpẽtes liberantur. Quòd sanè turpius est omnibus, quia ipsum os vsum recipit postremarum partium, & fit illis ignominiosius. Si autem in ore tanta turpitudo, cogita in anima quid? Etenim illic omnia procellæ, omnia tenebræ, multa rationum confusio, quæ apprehẽdunt, quæ affligũt, lingua ipsa iniuriam clamante. Hinc & ipsa ventris mãcipia se inuicẽ arguunt, ęgrè ferunt, studentvt internum stercus abiiciant, attamen & postquam abiecerint, neq; sic turbatio quiescit. Sed & febres hinc & morbi. Etiã, inquit, morbosi sunt & turpes. Sermo frustrà hæc pertractat, & morbos nobis enumerãs. Infirmus eñ sum ego, & laceror ego, & deformis sum ego, qui non habeo quod edam. Hos autem in deliciis agẽtes est videre bene affectos, lasciuos, gaudentes, gestari in equis. Væ mihi, lamentis enim digna sunt verba hæc. Eos enim qui podagra laborant, & in bigis feruntur, & alligatos, vnde videmus, dic oro? Et si nõ rem putarent contumelioſam, & cum contumelia hæc dici putarentur, iam & nominatim percenſerem illos. At sunt quidam, aiunt, qui & bene habent. Quoniã non solùm deliciis adhibiti sunt, sed etiã laboribus: alioqui da mihi hominẽ qui pingueſcit, & laboribus caret ac iacet, nihilque laborat, sanum: sed non inuenies: nam licèt sexcẽtorum medicorum turba aduenIat, à morbis illũ nequaquã liberare poterunt: neq; enim hoc natura finit. Potrò ego & medicorum sermonem afferã: non quicquid in vẽtrem mittitur, fit alimentum: quoniam neq; in alimenti natura est, vt totũ alere queat, sed partem diuidit in secessum, partem in alimentũ. Itaque da congrua, conficientur, & suam accipient regionẽ, & quod sanum ac vtile, in suum regredietur locũ: quod autem superfluũ & inutile, excernetur & abscedet. Si autem multitudo ciborũ sumatur, etiam quod in illis ad alendũ vtile, fiet dãnosum: pro exẽplo dicã, vt manifestius quod dico vobis, fiat: Frumentũ aliud est similago, aliud farina, aliud furfur. Itaque si mola accipiat, quæ potest pinsere: hæc omnia discernit. Si autẽ plura immiseris, omnia confunduntur. Iterũ vinum si congruam cõcoctionem habeat, ac tẽporum temperiem, prius quidem totũ simul fit: post hæc autem pars in fecem desidet, pars in spumam recurrit: eo autẽ quod manet, frui possumus. Et hoc est vtile, & nũquam facile hoc vertetur: prius autẽ neque vinum est, neq; fex, dum omnia mixta sunt. Hoc & in mari viderit quis, quando magna tẽpestas oritur, pisces videmus mortuos adnãtes, eos præ frigore in profundum descendere non valentes. Ita & apud nos fit. Quando enim sæpe refluit voracitatis pluuia, quę omnia cõmouet, mortuas annare facit cogitationes, quæ iã sanæ sunt, & in nobis quiescunt. Itaq; quoniam ex tãtis exemplis, vobis relinquitur magnum damnum, cessemus beatos dicere eos, quos deplorare oportebat, & lachrymari vos, ꝓpter ea propter quæ beatos vos dicere oportebat, & frugalitatẽ diligamus. An non auditis, &

B

C

D

ditis, & medicos dicentes: Indigentia, mater est sanitatis? ego autem non corporalis sanitatis matrem indigẽtiam dixerim, sed animæ potius. Hæc & Paulus clamat verè medicus. Habentes, inquit, alimenta, & tegumenta, his contenti simus. Obtemperemus igitur illi, vt sani existentes faciamus quę oportet facere: In Christo Iesu domino nostro, cum quo patri & spiritui sancto simul, gloria, imperium, honor, nũc & semper, & in secula seculorum, Amen.

1.Tim. 6.b

Hunc Mosem, quem negarunt hi qui dixerunt, Quis te constituit principem & iudicem super nos? Hunc deus principem ac redemptorem misit cum manu angeli, qui apparuit illi in rubo.

Homilia xvij.

ARgumento proposito multũ cõgruit quod dicit, Hunc Mosem. Qualẽ hunc? eum qui plurimũ periclitabatur, qui ab illis cõtemptus erat, quem negauerant qui dixerant. Quis te cõstituit principem? quemadmodũ & Christo dicebãt: Non habemus regem, nisi Cæsarẽ. Hunc deus principẽ ac redẽptorem misit cum manu angeli, qui dixerat illi: Ego sum deꝰ Abrahæ. Hic & miracula quæ facta sunt, per Christũ facta esse ostendit. Hic, id est Moses. Hoc loco vide quo pacto clarũ ostendunt eũ quæ sequũtur. Eduxit illos factis signis ac prodigiis in terra Aegypti, & in mari rubro, & in eremo annis quadragĩta. Hic est Moses, qui dixit filiis Israël: Prophetam excitabit vobis dominus deus ex fratribus vestris, sicut me: hoc est, contemptũ, & insidiis appetitum. Etenim volebat & hunc tollere Herodes, & in Aegypto seruatus est, quemadmodũ & ille quum esset puellus, insidiis expositus fuit. *Hic est qui fuit in cõgregatione in solitudine cũ angelo, qui loquutus est illi in mõte Sina, & cum patribus nostris, qui accepit eloquia viua, vt daret vobis.* Iterum nusquã templum, nusquam sacrificium: Cum angelo, inquit, accepit, vt daret vobis eloquia viua. Hîc ostendit, q̃ non fecit signa solùm, sed etiam legẽ dedit sicut Christus. Itaque quemadmodum hic primũ signa facit, & deinde legem ponit, sic etiam Christus. At nõ audiuerũt illũ, qui semper soliti fuerunt inobedientes esse: etiam post hæc signa, post miracula, post quadraginta annos. Et nõ hoc solũ, sed contrarium declararũt, quod & manifestans adiecit: *Cui noluerunt obedientes esse patres nostri, sed repulerunt, & auersi sunt corde suo in Aegyptum, dicentes ad Aaron: Fac nobis deos qui præcedant nos. Moſi enim illi, qui eduxit nos de terra Aegypti, nescimꝰ quid acciderit. Et vitulum fecerunt in diebus illis, & obtulerunt sacrificia idolo, & lætati sunt in operibus manuum suarũ. Conuertit se autẽ deus, & tradidit illos vt seruirent militiæ cœli, sicut scriptum est in libro prophetarum: Num victimas & sacrificia obtuliſtis mihi annis quadraginta in deserto domus Israel? Et accepiſtis tabernaculũ Moloch, & sydus dei vestri Remphan, figuras quas feciſtis vt adoretis eas, & transferam vos vltra Babylonem.*

Exod. 2.c

Exod. 3.d

Deut. 18.c

Exod. 2.a

Exod. 32.g

Tradidit, hoc loco idẽ est quod permisit. Tabernaculũ testimonij erat patribus nostris in deserto, sicut ordinauerat illis loquens ad Mosem vt faceret illud secũdum formam quam viderat. Et quum tabernaculum esset, sacrificia non erant. Quòd autem non fuerint, propheta manifestum facit, dicens: Num victimas & sacrificia obtuliſtis mihi? Tabernaculũ testimonij erat, & nihil proderat, sed consumebantur, neq; ante hoc illis signa, neque post hæc profuerunt aliquid. Quod & induxerunt, qui succesſerũt patres nostri. Vides q̃ illic locus sanctus est, vbi deus fuerit:

A propter hoc enim & in deserto dixit, vt locũ loco cõparet. Deinde beneficium: *Et induxerunt*, inquit, *patres nostri, qui succesſerunt cum Iesu in possessionem gentium earum quas expulit deus à facie patrum nostrorum, vsque ad dies Dauid, qui inuenit gratiã coram deo, & petiit vt inueniret tabernaculum deo Iacob.* Petiuit ædificare Dauid, sed non cõcessum est illi magno & mirabili, sed ędificat abiectus ille Salomõ. Propter hoc dicit: *Salomon autem ædificauit illi domum, at nõ altissimus in manu factis tẽplis habitat.* Monstratum quidẽ hoc etiam per ea quæ iam dicta: mõstrat autem & per vocẽ propheticam. Sicut & propheta dicit: *Cœlum mihi sedes, & terra scabellum pedum meorum. Et qualem domum ædificabitis mihi, dicit dominus, vel quis locus quietis meæ? Nónne manus mea fecit hæc omnia?* Ne admiremini, inquit, si iis qui illius detrectant regnũ, Christus benefacit, quandoquidẽ & in Mose hoc factum est. Et non simpliciter illos eruit, sed etiam in deserto agentes. Vides q̃ propter illos & illa signa? Itaq; qui cum deo loquutus est, qui mirè seruatus, qui tanta fecit ac potuit, ostendit q̃ omnino impleri oporteat prophetiam, & non est sibiipsi contrarius. Sed videamus iterum quæ dicta sunt. *Hic est*, inquit, *Moses qui dixit: Prophetam vobis suscitabit dominus sicut meipsum.* Huc opinor Christum respexisse, quum diceret: Ex Iudęis salus est, seipsum insinuans: Hic est qui factus est in deserto, cum angelo qui sibi loquebatur. Ecce iterum illum ostendit legem dedisse, quandoquidem cum illo erat in congregatione in deserto. Hic autem & magni miraculi quod in monte contigit, memor est. *Qui accepit eloquia viua vt daret vobis.* Vbiq; mirabilis Moses: maximè autem quando lex ferenda erat. Quid sunt eloquia viua? vel prophetias dicit, vel ea quorum fides per sermones monstrabatur. Deinde crimen est in patriarchis, post signa & miracula, post accepta eloquia viua ei noluerunt, inquit, obedientes esse. Bene autem eloquia viua dicit, ostendens etiam eloquia esse non viua, de quibus & Ezechiel dicit, sicut quãdo dicit: Et dedi vobis præcepta non bona. Ad talia igitur respiciens, dicit eloquia viua. Sed repulerunt & conuersi sunt corde suo in Aegyptum, illuc ingemiscebant, illuc clamabant, vnde deum inuocabant. *Et dixerunt ad Aaron, fac nobis deos qui antecedant nos.* O insipientiam. Fac, inquit, vt præcedant nos. Quò? In Aegyptum. Vides quomodo à moribus Aegyptiorũ auelli non poterant. Quid dicis? Non expectas eum qui eduxit, sed negas beneficium, & benefactorem fugas? Et vide quomodo contumelia afficiunt. Mosi enim illi, inquit, qui eduxit nos è terra Aegypti. Nusquam dei nomen, sed omnia Mosi adscribunt. Et vbi quidem illos gratos esse oportebat, Mosem in medium adducunt: vbi autem legi obediendũ erat, non iam Mosem. Insuper dixit, quòd ascendit vt legem acciperet: illi autem nõ manserunt quadraginta diebus. Fac nobis deos. Sic insanierunt, non dixerunt deum, sed deos, quia nesciunt quę dicunt. *Et fecerunt vitulum in diebus illis, & obtulerunt sacrificiũ idolo.* Vidisti magnam insipientiã? Vbi apparuit deus Mosi, illi vitulum faciunt & sacrificant: Et lætabantur, inquit, in operibus manuum suarum. Propter quæ oportebat se abscondere, in illis lætabantur. Et quid mirum, quandoquidem ignoratis Christum, vbi & deum, & Mosem tot signis mõstratum? Illi autẽ non solùm ignorarunt, sed etiam conuiciis & contumeliis affecerunt dum idolum faciunt. Conuertit autẽ

Esa. 66.a

Deut. 18.f

Ioan. 4.f

Exod. 12.f

Universidad de Deusto
Biblioteca

deus,&tradidit illos,vt seruiãt militię cœli.Hic post-
cà & mores reliqui,hinc sacrificia.Isti primũ fecerũt
sacrificia idolis.Hoc & Dauid assignans dicit: Et fe-
Exod. 32. b cerunt vitulum in Choreb, & adorarunt sculptile.
Quoniam ante hoc nusquam sacrificij nomen, sed
præcepta viua, & eloquia viua: nusquam sacrificia,
sed miracula,& signorum ostensiones.Sicut scriptũ
est in libro prophetarum:hoc testimonium non sim
pliciter adduxit,sed vt ostendat non opus esse sacri-
ficiis.Et vide quid,num victimas & sacrificia obtuli-
stis mihi in deserto quadraginta annis, & accepistis
Amos.5. g tabernaculum Moloch,& sydus dei vestri Remphã,
figuras quas feciſtis, vt adoraretis eas?Cum emphasi
vsus est verbo.Quod autem dicit, hunc sensum ha-
bet,Non potestis dicere, quòd ex eo quod mihi sa-
crificastis, etiam illis sacrificastis, idq; in solitudine,
vbi maximè illis præsidebat,& assumpsistis taberna-
culum Moloch.Causa sactificiorum ista fuit:*Et trãs-
feram vos vltra Babylonem.* Sic & captiuitas accusatio
maliciæ est. Et quomodo tabernaculum inquit te-
stimonij? Sed propter hoc erat, vt testem deum ha-
beant.Igitur ad hoc solùm erat. Secundum figuram
enim,inquit,monstratum in monte, & ita in monte
depictio facta est. Istud autem in solitudine circun-
gestabatur, & in loco nõ erat situm. Testimonij au-
tem tabernaculum, nõ aliam ob causam quàm pro-
pter miracula & præcepta. Porrò & istud & illi non
habebant templum, sed figuram illam angelus ille
dedit. Vsque ad dies,inquit, Dauid. Vsque,Tunc igi-
tur non erat templum,quanuis etiam gentes expul-
sæ essent.De quibus dicit:Quas expulit deus à facie
patrum nostrorum. Hoc autem dicens ostendit q̃
tunc non erat templum. Quid dico,tanta miracula,
& nusquam templum? Sic & primum tabernaculũ,
& nusquam templum. Et petiuit vt inueniret gra-
tiam coram deo. Petiuit & non extruxit. Sic non
erat magnum quid, templum: quanuis putauerunt
quidam Salomonem magnum esse,quia extruxit tẽ
plum,qui propter hoc & patri suo illum prætulerũt.
Quòd autem non melior fuerit patre, sed neque
par, solùm autem iuxta quorũdam opinionem, ma-
nifestauit id adiiciens: Sed neque qui celsus est,ha-
Esa.66.a bitat in templis manufactis,sicut propheta dicit:Cœ
lum mihi sedes:terra autem scabellum pedum meo-
rum. Neque enim hæc digna deo, quandoquidem
factura sunt, & manus illius opera. Vide quomodo
illos paulatim abducit,ostendens enim per prophe-
tam,quod indignum sit hæc de deo dicere. Et cuius
gratia hîc metaphorico vsus est sermone?Magna di-
cendi libertas erat in morituro. Etenim opinor il-
lud etiam ex reuelatione cognouisse: *Dura ceruice &
incircuncisis labiis ac auribus.* Etiam hoc propheticum
est,neque illius proprium. *Vos semper spiritui sancto
restitistis, sicut patres vestri, & vos.* Quando nolebat
esse sacrificia, vos sacrificabatis: quando volebat,
iterum non sactificabatis: quando noluit vobis da-
re præcepta, requirebatis: quando accepistis, ne-
glexistis. Iterum quando stabat templum, idolis
seruiebatis: quando vult absque templo sibi seruiri,
iterum contratium facitis.Non dixit, deo resistitis,
sed spiritui. Sic nullum scit in personis discrimen.Et
quod maius,Sicut patres vestri,inquit,& vos. Ita &
Christus opprobrauit, quoniam semper magna
crepabant de prophetis: *Quem prophetarum non sunt
persequuti patres vestri? Et occiderunt eos qui prædixerunt de*

A *aduentu iusti.* Adhuc iusti dicit,volens illos compri-
mere. *Cuius nunc vos proditores & occisores fuistis.* Duo
illis improperat, & q̃ ignorarunt, & q̃ occiderunt.
*Qui scilicet accepistis legem per dispositiones angelorum, nec
seruastis.* Quid est hoc? Quidam putant eum dicere
illam quæ ordinata fuit ab angelis. Non est autem
sic.vbi enim angeli apparuerunt,ordinantes legem?
Sed dispositam legem dicit eam, quæ illi tradita fuit
per angelum qui illi apparuit in rubo. Nónne ho-
mo erat? Nihil igitur mirabile eos qui illa fecerant,
& hæc facere. Si eos qui denunciarant occidistis,
multò magis illum.Hic & deo,& angelis,& spiritui,
& prophetis, & omnibus ostendit inobedientes.
Sicut & alio in loco inquit scriptura, Domine,pro- *2.Reg.19.*
phetas tuos occiderunt, & altaria tua subuerterunt. *b*
Igitur illi verbis simulantes se obseruantes legis di-
xerunt, In Mosem blasphemauit. Ille autem oſten-
B dit, quòd ipsi potius non blasphemant solùm, sed
etiam in deum, & quòd illi anteà similia fecerint,&
disiparint instituta, & quòd non opus illis, & quòd
improperantes & dicentes se Mosi contrarium, ipsi
spiritui sancto contrarij fuerunt: & non simpliciter,
sed etiam cum cæde, & iterum habuerunt inimici-
cias. Vides quòd & Mosi & omnibus ostendit illos
esse contrarios,legémque non seruare. Quanuis sa-
nè Moses dixisset,Prophetam vobis suscitabit domi- *Deut.18.*
nus,& alij hunc venturum prædixerunt.Et prophe- *b*
ta dicens,Qualem mihi domum ædificabitis?Et ite- *Esa.66.a*
rũ: Num victimas & sacrificia obtuliſtis mihi annis
quadraginta? Hæc erat libertas viri in dicendo, qui
crucem ferebat.Imitemur igitur & nos illam,tamet-
si nõ sit tempus belli. Loquebar enim, inquit, de te- *psal.118.f*
C stimoniis tuis in conspectu regum,& nõ confunde-
bar Si igitur commisceamur cum gentibus, sic illo-
rum obturemus ora absq; ira & absq; asperitate. Nã
siquidem cum furore hoc fecerimus, non iam fiduci-
a,sed affectio esse videtur. Si autem mãsuetè, tunc
est vera loquendi libertas. Non enim possibile est si-
mul idem secundũ seipsum & bonũ opus esse ac de-
lictum. Dicẽdi libertas bonum opus est: furor, deli-
ctum.Igitur nos liberè dicturos,mũdos à furore esse
oportet, vt ne illi imputentur verba.licèt iusta cum
furore dicas,totum perdideris etiam si liberè loqua-
ris,etiã si moneas, etiam si quoduis operatus fueris.
Vide virũ illum non cum furore loqui.Neque enim
contumelia affecit,sed illos prophetici sermonis ad-
monuit.Nam q̃ ex furore non fuerit loquutus,ostẽ-
debat quando in cruciatibus pro illis orabat, & di-
D cebat: *Ne statuas illis peccatum hoc.* Adeò non irascebatur illis,sed dolebat pro illis, & mordebatur hæc di-
cens,quoniã & de facie illius ideo dicebat: *Viderunt
faciem illius quasi angeli, vt illos attrahat.* Puri igitur ab
ira simus. Nõ habitat spiritus sanctus, vbi furor.Ma-
ledictus furibundus. Nihil sani potest ingredi, vbi
egreditur furor. Nam sicut in tempestate maris ma-
gnus est tumultus,magnus clamor, & nec ad tẽpus
potest quis philosophari:sic neque in ira.Sed si quid
philosophicum vel dicendum, vel faciẽdum: opor-
tet prius in portu esse. Non vides quomodo quan-
do voluerimus de aliquibus necessariis loqui, locos
à turbatione mũdos obseruamus,ibi trãquillitas, ibi
silentium,vt ne expellamur? Si autẽ qui foris est tu-
multus impedit,multò magis interna turbatio. Et si
orat quis,frustra orat cum ira hoc faciens:et si tacet,
iterum simile est:et si comedat,etiam sic damnũ ha-
bet:et si

bet:& si bibat,nõ bibat,sed eat,surgat,dormiat: nam A
& in somniis talia imaginãtur.Quid enim in iracun-
do non turpe?oculi insuaues,os distortum,membra
tremula,lingua infrænis,nullique parcens, mens stu
pida,figura indecẽs,multa insuauitas. Vide oro dæ-
moniacorũ oculos& ebriorum,& insaniẽtium,quid
differũt inter se?nónne nihil est quàm insania?Quid
enim si ad tempus hoc fit? nam & insaniens ad tem-
pus detinetur. Hoc autẽ quid peius?& non confun-
duntur in defensione.Nesciebã,inquit,quid dixi.Et
quare nesciebas hoc,homo rationalis,rationem ha-
bens?Quare ea quę brutorum sunt facis,sicut equus
ferox ab ira & furore raptus? Profectò defensio hęc
crimen meretur.Vtinã scisses quæ dixisses. Iræ ver-
ba sunt,inquit,nõ mea.Quomodo illius? Etenim ira
nõ habet robur,nisi à te accipiat.Quasi quis dixerit,
manus sunt,nõ mea vulnera. Cui putas maximè op⁹
esse ira,nónne bello & prælio? Sed & illic si quid cũ
ira fit,totum perit ac corrumpitur.Maximè certãtes
conuenit nõ irasci,maximè eos qui contumelia affi-
ciuntur,conuenit non irasci.Et quomodo certandũ
est,inquit?ratione ac mãsuetudine. Certamen enim
est ex aduerso stare.An nõ vides & hæc bella legib⁹
& ordinationibus & tẽporibus definita?Ira enim ni-
hil est q̃ irrationalis impetus. Nihil autem quod ra-
tionem requirit:per id quod ratione caret, geri po-
3.Reg.18. d test.Quoniam & hic talia loquebatur,& non irascebatur. Et Helias dicebat: Quousque claudicatis in
vtraſq; coxas?&non irascebatur.Et Phinees occide-
bat,& nõ irascebatur. Ira enim nõ permittit videre,
sed quasi in nocturna pugna omnia ligat, & oculos,
& aures,&trahit quoquò voluerit. Liberemur igitur
ab hoc dęmone,incipientẽ illum cõpescamus.Sigil- C
lum tanquam frenum impone pectori.Canis impu-
dens est ira,sed discat audire legem. Nónne si canis
ita in caula ferox sit, vt nõ obediat imperanti pasto-
ri,neq; illius voçẽ agnoscat, omnia pereunt ac cor-
rumpũtur? Cum ipsis ouibus pascitur,sed si illas de-
pascitur,inutilis est ac occiditur.Si didicerit te audi-
re,ale canẽ,vtilis est contra lupos,contra fures,con-
tra latronũ principem latrans,non contra oues,ne-
que contra familiares.Si nõ audiet, omnia corrum-
pit.Si didicerit contẽnere,omnia perdit. Quod igi-
tur in te est mansuetũ,ne consumat,sed custodiat ira
& pinguefaciat: custodiet autẽ,& in magna securi-
tate seruire faciet, si malas & pollutas cogitationes
cõficiat,si diabolũ persequatur vndequaq;.Sic man-
suetudo seruatur,quãdo nunquam imputamus ma-
lũ quiddã proximo.Sic venerabiles efficimur, quã-
do nõ solemus esse impudentes. Nihil enim ita im-
pudentem facit,sicut mala cõscientia. Quare scorta
impudentia sunt?quare virgines pudibundę?nónne
illa propter peccatũ,hæ propter continentiam? Ni-
hil sic enim impudentẽ facit, atq; peccatũ. At dicet
quis,quod & de cõtratio erubescitur: nam illũ de se
desperare,alium autem impudentiorem perfrictæq;
Prou.18.a frontis efficit. Qui enim de se desperat,audax fit.Im-
pius enim,inquit,si in profundũ malorum ingressus
fuerit,contemnit.Qui autẽ impudens & roboris ex-
pers fuerit,sic audax & pertinax efficitur. Vis disce-
re,vt mansuetudo cõsumatur? Quando malæ cogi-
tationes illam perdomuerint,quanuis & hoc cõtin-
gat,quia nõ stat canis multũ latrans.Neq; sic despe-
randũ.Est enim & nobis fundibula ac lapis. Scitote
quod dicitur,Est nobis & lancea,& pera,& sica,qua

custodiemus cogitationes illæsas. Si canis aduletur
quidem ouibus,ferociat autẽ contra externos & vi-
gilet,virtus est canis: & licèt esuriat,nõ tangat oues:
& licèt satur sit,non parcat lupis.Talis & ira sit, licèt
irritetur,mãsuetudinem non amittat:licèt quieta sit,
cõtra malas cogitationes insurgat. Suum dominum
etiam percutientem nõ relinquat,sed agnoscat,alie-
num autem etiam adulãtem impetat. Adulatur dia-
bolus sæpe sicut canis,sed sciãt omnes alienum esse.
Sic sanè & nos virtuti etiãsi onerosa sit applaudam⁹,
& maliciã etiãsi exhilaret,auersemur. Ne simus de-
teriores canibus,qui flagellati &cõstricti non desci-
scunt.Si illos autẽ & pascat alienus, quomodo non
magis nocebũt?Est aliquando vtilis ira, sed quando
latrat cõtra alienos. Quid est, qui irascitur fratri suo
temerè?Hoc est,ne vlciscere teipsum, neq; vindictã
B exige:si aliũ videris pereuntem,porrige manum: nõ
vltra id tunc erit ira,quãdo à tua compassione liber
fueris.Accepit Dauid Saũlem,& nõ iratus fuit:neq; *1.Reg.26*
infixit lanceã suscepto inimico, sed vltus est diabo- *b*
lum.Moses quãdo alienum iniustè agere vidit, etiã *Exod.2.b*
occidit:quãdo autem cognatũ,non item, sed fratres
conciliauit,ab illis autem & repulsus est:tametsi mi-
tissimum illum scriptura testetur, nihilominus erat
etiam viuax & alacer. Nos autẽ non sic,sed vbi man *Num.12.*
suetudinẽ declarare oportebat, omnibus bestiis su- *a.*
mus ferociores: vbi autem seueros esse, omnibus se-
gniores.Igitur quoniam his quæ in nobis sunt non
vtimur vt oportet,propter hoc etiã vita nusquam vt
oportet instituitur.Sicut & in vasis si alio aliter vta-
tur quis q̃ oportet,omnia perdit: vt si quis accepto
gladio non vtatur vt oportet, sed manu hoc faciat, C
nihil amplius operabitur,& si vbi manu vtendũ,gla-
dium adhibeat,omnia perdiderit.Sic certè & medi-
cus,nõ incidens vbi oportet, & vbi non oportet in-
cidens,omnia corrũpit.Ideo oro vt re hac tempesti-
uè vtamur.Iræ autẽ tempus nunquam,quando nos-
ipsos iuuamus:si autẽ alij corrigẽdi sunt,tũc ea vten-
dum maximè,vt alios eripiamus.Ita & deo æquales
erimus,per omnia solliciti ne iræ simus obnoxij, &
futura bona cõsequemur, Gratia & misericordia do
mini nostri Iesu Christi,cum quo patri simul ac spi-
ritui sancto gloria, honor, imperium nũc & semper,
& in secula seculorum,Amen.

*His autem auditis dissecabantur in cordibus suis,
& stridebant dentibus in illum.*

Homilia xviij.

ADmiratu dignũ est, quomodo ex dictis il- D
lis non acceperunt occasionẽ occidẽdi il-
lum,sed adhuc insaniunt, & quærunt cau-
sam.Ita semper malè habent ij qui iniustè agunt.Ita-
que quẽadmodũ summi sacerdotes secum perplexi
dicebant:Quid faciemus hominibus istis?ita sanè &
isti dissecãtur.Et profectò ille erat qui succẽsere de-
bebat,qui nihil quidẽ iniustè egerat, passus autẽ est
calumniã ac vim ab iniustè agentibus.Cæterùm ca-
lũniatores magis arguuntur etiã hac ratione.Sic ve-
rũ est id quod semper dicebam. Malè agere est verè
malè pati,quãuis ille nihil perperã fecerit, sed virtu-
tem suã demonstrarit. Ita quando cõtumelia affici-
mur,dum nõ sumus malè conscij,nihil patimur.Ita-
que volebant quidem occidere,sed hoc non faciũt,
eo q̃ causam honestã suo facinori prętexere cupie-
bant.Quid igitur? an nõ erat magna qua redargue-
bat contumelia?Nõ illius erat contumelia,sed sic ac-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cusabat propheta: Nónne spontè etiã remorabãtur, ne videãtur propterea illũ occidere, quemadmodũ scilicet & Christũ,sed propter impietatem? Hoc autẽ quod Stephanus loquebatur, pietatis erat verbũ. Igitur attẽtantes etiã illius famã perdere cum mortẽ,dissecabãtur. Timebant enim ne iterũ noui quippiam circa illũ fieret. Deinde quod cũ Christo fecerunt,id & cũ Srephano. Et sicut illic postquã dixit:

Matt.26. f Videbitis à dextris virtutis filiũ hominis sedentem: blasphemiã esse dicebãt,& testes turbas faciebãt:ita etiã hoc loco. Illic disruperunt vestimenta,hìc aures continebant. *Quum autẽ esset plenus spiritu sancto, intentis in cœlũ oculis,vidit gloriã dei,& Iesum stãtẽ à dextris dei,& ait:Ecce video cœlos apertos,& filiũ hominis stãtem à dextris dei. Exclamãtes autẽ voce magna,continuerũt aures suas,& impetũ fecerunt vnanimiter in eũ,& ejectũ eũ è ciuitate lapidabãt.* Profectò si mẽtitus esset, vt insaniẽs relinquẽdus erat:ille autẽ sic loquens,volebat illos doceri. Et postquã dixit de morte solũ,& de resurrectione nõdũ dixit,etiã hoc postea opportunè addidit dogma: Ita autẽ dicit sibi apparuisse,sicut alicubi tractat,vt& sic accipiant sermonẽ, qui quoniã dixerat illum sedere,molestum illis erat,nũc istum de resurrectione sermonẽ mouet,& inquit illũ stare. Ab hoc tempore coniecto, & faciẽ illius glorificatam. Deus enim quum sit misericors, per quæ insidiabantur illi,iisdẽ volebat prouocare,siquidem nihil amplius factũ esset. *Et ejectum extra ciuitatem lapidabant.* Iterum extra ciuitatem mors,quẽadmodum de Christo. Et in ipsa morte confessio,& prædicatio diuulgabatur. *Ac testes deposuerũt vestimẽta ad pedes adolescẽtis,qui vocabatur Saulus, & lapidabãt Stephanũ inuocantẽ ac dicentẽ:Domine Iesu Christe,suscipe spiritum meum.* Hoc ostẽdit simul ac docet illos,q̃ non perit. *Et positis genibus,clamauit voce magna:Domine,ne statuas illis peccatum hoc.* Quemadmodum defendens, q̃ nec priora ex ira dixerit, inquit: Domine, volens hac quoq; ratione conciliare illis: nam remittere iram ac furorem cedere,purámq; ab affectione seruare animã,valde acceptũ facit sermo-

Cap. VIII nẽ. *Saulus autẽ consentiebat in necem eius. Facta est autẽ in illa die persecutio magna aduersus ecclesiã quæ erat Hierosolymis,& oẽs dispersi sunt per regiones Iudææ & Samariæ præter apostolos.* Nõ temere cõtigit hæc persecutio,sed singulari dispẽsatione. Vides quomodo iterũ tentationes permittit deus fieri? Sed vide oro,hinc etiã quomodo dispẽsantur res. In admiratione fuerũt propter signa,flagellati nihil passi sunt,versati sunt in regionibus,creuit sermo,posteà permittit prohibitionẽ fieri magnam,& fit persecutio nõ vulgaris,vt ita simul & hos fugẽt. Timebant enim audaciores illos factos,vt omnibus manifestũ existeret,q̃ homines fuerũt qui timebãtur ac fugerẽt. Vt enim ne tu post hæc dicas, q̃ per gratiam solùm bene egerint, licèt persecutionem paterẽtur, & permissi sunt etiam ipsi fieri timidiores,ac illi audaciores. Et oẽs dispersi sunt præter apostolos,inquit. Itaq; non frustra dixi, dispensatione quadam factã persecutionẽ. Si enim non facta esset,neq; discipuli dispersi essent. *Curauerunt autẽ vnà Stephanum viri religiosi,& fecerunt planctũ magnum super illo.* Vel nondum erãt perfecti,vel q̃ tanta gratia præditus erat,ideo & plangunt illum. Simul autem hìc ostendit illos homines fuisse, non solum metus, sed etiam luctus & planctus. Quis enim nõ prolassẽt videns illum mansuetũ agnum lapidari,& iacere mortuum? Iustum illi epitaphium statuit euangelista. Et

A positis genibus quum dixisset,clamassẽtq; voce magna. Et fecerũt planctũ magnũ super illo. Sed videamus iterũ quæ dicta sunt: *Quum esset autem plenus spiritu sancto,intẽtis in cœlum oculis vidit gloriam dei,& Iesum stantem à dextris dei,ac dixit:Ecce video cœlos apertos. & cõtinebant aures suas,& impetum fecerunt vnanimiter in illũ.* Quanuis aliàs accusatione hæc digna sint, nihilominus cogita quomodo eum qui talia signa fecerat, qui omnes sermone vicerat, qui talia dixerat, susciB pientes, sicut volebant, furorem suum implerunt. *At testes posuerant vestimenta sua ad pedes adolescentis, qui dicebatur Saulus.* Vide q̃ diligenter ea quæ ad Paulum pertinent narrantur,vt tibi monstret opus dei quod posteà factum est cum illo: iam autem ille non solũ non credit, sed & plurimis illum manibus homicidarum mittit. Ideo & hoc manifestans dicebat,Saulus verò consenserat in necem eius. Non simpliciter autem orat beatus hic, sed cum attentione. Positis enim,inquit,genibus. Vnde diuina illius & mors facta est. Nam huc vsq; permissum erat animabus in inferno esse. Omnes autem dispersi sunt per regiones Iudææ ac Samariæ. Absq; metu ac liberè posteà Samariæ se committunt,tametsi audierant, In viam *Matt.10.* gentium ne abieritis. Veruntamen de apostolis non *a* dicit,ostendens q̃ & hac ratione adduci volentes Iudæos,ciuitatem non reliquerunt,vel vt & aliis fierẽt audaciæ authores. *Saulus verò deuastabat ecclesiam per singulas domus, trahénsque viros ac mulieres tradebat in custodiam.* Magna insania,& q̃ ille solus erat,& q̃ in domus ingrediebatur, ita animã suam pro lege dabat. Rapiens,inquit,viros ac mulieres. Vide & licẽtiam, & contumeliam,& insaniam. Omnes quos assequebatur,plurimis malis afficiebat, vtpote à cæde factus audacior. Illi igitur dispersi peragrabant annunciantes sermonem: Philippus autem vt descendit in ciuitatem Samariæ,prædicauit illis Christum. Intendebant autem turbę vnanimiter his quæ à Philippo dicebantur,audientes & videntes signa quæ faciebat. Spiritus enim immundi è multis qui ab illis tenebãtur exibant,clamãtes voce magna. Multi autem paralytici ac claudi sanati sunt, & factum est gaudium magnum in illa ciuitate. *Vir autem quidam nomine Simon,qui ante in ea ciuitate artem exercuerat magicam,ac gentem dementarat Samariæ,dicens se esse quempiam magnũ,cui auscultabant omnes à minimo vsque ad maximum, dicentes: Hic est virtus dei,quæ vocatur magna.* Vide oro & aliam tentationem, quæ est à Simone. *Auscultabant autem ei,* inquit, *turbæ, eo quòd multo tempore magicis artibus dementassẽt eos: quum verò credidissent Philippo euangelizanti de regno dei, deque nomine Iesu Christi, baptizabantur viri simul ac mulieres: tunc Simon & ipse credidit. Et quum baptizatus esset, adhærebat Philippo, vidensque signa & virtutes viri, stupens admirabatur. Quum autem audissent apostoli qui erant Hierosolymis, quòd recepisset Samaria verbum dei, miserunt ad illos Petrum & Ioannẽ: qui quum descendissent, orauerunt pro ipsis, vt acciperent spiritum sanctum: nõdum enim in quenquam illorum illapsus fuerat, sed baptizati tantũ erant sub nomine Christi Iesu. Tunc imponebant manus super illos, accipiebántque spiritum sanctum. Quum vidisset autem Simon, quòd per impositionem manuum apostolorum daretur spiritus sanctus, obtulit eis pecunias, dicẽs: Date & mihi potestatem, cuicunque imposuero manus, accipiat spiritum sanctum.* Quomodo, inquit, Spiritum sanctum illi non receperant? Spiritum acceperant remissionis, spiritũ autem signorum non receperãt. Et quod hoc sit quòd

spiritum

spiritum signorum non acceperint, vide quomodo hoc cernens Simon accessit & petiit. Quanuis autẽ tunc maximè flagrabat persecutio, attamẽ deus iterum illos eripuerat,signa illis vt murum pręponens. Porrò mors Stephani illorũ furorem non restinxerat,sed magis auxerat: ideo & disperguntur discipuli,vt doctrina amplius propagetur. Et vide iterũ etiã bona illos accipere & in gaudio esse. Magnũ enim, inquit,gaudium factũ est in ciuitate, quanuis & luctus magnus factº esset. Ita semper facere solet deus, & tristibus læta miscere, vt in maiori admiratione sint. Multo autem iam tẽpore morbo obnoxius erat Simõ,vnde neq; sic ab illo liberatur. Quomodo autem illum & baptizauit? quemadmodum Christus & Iudam elegerat. Hic videns signa quæ fiebãt, obstupescit quidem,non audet autem gratiam signorũ petere,quandoquidem videbat etiam alios non ac- B cepisse. Igitur quomodo illum non occiderũt sicut Ananiam & Sapphiram? quia etiã olim is qui in sabbato ligna collegerat,occisus est, vt alij erudirentur: neq; posteà alius idem passus est. Sic & nunc Petrus facit,& punitis illis hunc nõ punit,sed dicit ad eum. *Pecunia tua tecum sit in perditionem, quia donum dei putasti pecuniis possideri.* Et quare non acceperunt spiritum sanctum,ij qui baptizarẽtur? Vel forsan quia Philippus in hoc apostolos breui venturos honorabat, vel q̃ hoc donum non habebat. Erat enim ex septem illis,id quod magis videtur dicẽdum. Vnde mea sententia hic Philippus vnus ex septem erat secundus à Stephano. Ideo & baptizans spiritum sanctum non dabat,neq; enim facultatem habebat. Hoc enim do num solorum apostolorũ erat. Considera autem q̃ illi non egressi erant: dispensatum autẽ est vt ij egrederentur,qui & gratia posteriores erãt, propter hoc q̃ nondum acceperant spiritũ sanctum. Nam virtutem quidem acceperant faciendi signa, non autem dandi aliis spiritum sanctum. Igitur hoc erat in apostolis singulare. Vnde & præcipuos & nõ alios videmus hoc facere. Vt autem vidit, inquit, Simon q̃ per impositionem manuum apostolorum datus est spiritus sanctus. Non sic dixisset, nisi & sensibile quiddam factũ esset. Hoc & Paulus fecit,quando linguis loquebãtur. Vidisti scelus Simonis? pecunias attulit, quanuis nõ vidisset pecuniarum gratia illum hoc facere, vnde non ignorantiæ opus erat, sed tentantis, & volentis accusationẽ quærere. Propter hoc & audit. *Non est tibi pars, neq; hæreditas in verbo hoc. Cor enim tuum non est rectũ coram deo.* Iterum quæ occulta in animo erant,affert in mediũ, quoniã ille occultum esse putauit. *Resipisce igitur à malicia tanta, & ora dominum si fortasse remittatur tibi cogitatio cordis tui. In felle enim amaritudinis,& colligatione iniusticiæ video te esse. Respõdens autẽ Simon dixit: Orate vos pro me ad dominum, vt nihil eorũ quæ dixistis eueniat in me.* Oportebat illum toto corde pœnitentiã agere,oportebat plorare. Ille autem obiter hoc faciebat. Si fortasse remittatur tibi hoc,dixit, non q̃ nõ dimissum esset illi si ploraſſet,sed mos etiam prophetis est solum denegare, & non dicere. Si autem hoc feceris, condonabitur tibi, sed quod omnino erit pœna futura. Tu autem hoc admirare, quomodo in tempore calamitatis nihil negligunt, sed prædicationi incumbunt. Et quodammodo, sicut sub Mose per comparationem fiũt miracula, ita etiam hoc loco. Magia erat, attamen manifesta hæc signa erant, quanuis nullum oportebat esse illic dæ-

A moniacum,quandoquidẽ multo tempore demẽtarat illos: quoniã autem multi dæmoniaci, multi paralytici,illa non erant vera. Philippus autem non signis solũ, sed & verbis illos adducebat de regno & Christo loquens. At Simon, inquit, baptizatus,Philippo, nõ fidei gratia,sed vt & ipse talis fieret adhærebat. *Vt autem illi descenderunt,orauerunt pro illis,vt acciperẽt spiritum sanctum. Nondũ enim erat illapsus cuiquã: tunc imposuerunt manus super illos,& acceperunt spiritum sanctũ.* Vides q̃ non simpliciter hoc fit, sed multa opus est virtute, vt detur spiritus sanctus? non enim idem est assequi remissionem peccatorũ, & accipere virtutẽ illam. *Vt autem vidit Simon, quòd per impositionem manuũ apostolorũ datus est spiritus sanctus,obtulit illis pecunias.* Nũquid alios vidit hoc facere? nũquid non putauit illos esse eius cuiº oportebat esse mẽtis? Ideo bene Petrus B & rem donũ vocat,dicens: *Peccatum tuum tecum sit in perditionem,quoniã existimasti donum dei pecuniis possideri.* Vides vbique puros à pecuniis. *Non est tibi pars neq; hæreditas in sermone hoc, cor enim tuũ non est rectũ coram deo.* Atq; ita per maliciam omnia fecit,at simplicem esse oportebat. *Resipisce igitur,nã in felle amaritudinis & colligatione iniusticiæ video te esse.* Magnæ iræ verba sunt; non punit autem illũ,vt ne postea necessitatis sit fides,vt ne res crudelis esse videatur,vt ea quæ pœnitentię introducat,vel etiam quod sufficiebat ad correctionem,arguisse & dixisse ea quæ in corde erant. nam in eo qđ dicit, *Orate vos pro me:* simul confitetur ac ostendit. Vide quomodo quãuis scelestus ille esset, redargutus tamen credidit, quemadmodum & humilis factus,quando iterũ redargutus est. Videns signa quæ fiebant, obstupuit, ostẽdens mendacium C fuisse quicquid ipse faciebat. Non accessit dixit, sed obstupuit. Et cúrnam illud statim non facit? Putauit posse latere,putabat artem esse quod fiebat. Vbi autẽ non potuit latere apostolos,accessit. *Spiritus enim immundi è multis qui ab illis tenebãtur exibãt clamãtes voce magna.* Hoc egrediendi signum manifestum erat, signa verò magorum contrario modo se habebant. *Multi autem paralytici & claudi sanati sunt.* Nõ erat hoc loco deceptio,sed ambulabant, & viuaciter agebant,vt oportebat. Auscultabãt autẽ illi omnes,dicẽtes: Hic est virtus dei. Hoc loco impletur quod à Christo dictum: Multi veniẽt pseudochristi,& pseudoprophetæ in nomine meo. Quare nõ statim illum redargu- *Marc.13.* erunt? contenti erant q̃ seipsum condemnabat. Et- " enim & hoc doctrinę erat. quoniam autem resistere non poterat,simulat,quemadmodũ & magi quando D dicebãt,Hoc,digitus est dei. Vt autem ne iterum in *Exod. 8.a* obliuionẽ veniat,& obscurus sit,ideo & adhęret Philippo,& nõ separabatur. Tu autem velim consideres quanta dispẽsentur per mortẽ Stephani. Dispergũtur per regiones Iudææ ac Samariæ,euãgelizãt verbum,prædicãt Christũ,Signa perficiunt, paulò pòst accipiũt hi donum. Hoc duplex signum erat. Tunc enim illis dari,& huic tunc non dari, maximũ signũ erat. *Et illi quidẽ testificati & locuti sermonẽ dei, regressi sunt Hierusalem,& multis oppidis Samaritanorũ euangelizabant.* Bene sic dixit, Testificati. Testificantur enim fortasse propter illum,ne decipiantur,vt posteà securiores fiant,ne propter inexperientiam sæpe simul rapiantur. Regressi sunt in Hierusalẽ. Quare iterum abeũt illuc? ibi tyrannis,ibi principium malorũ,ibi qui maximè clamabant. Sicut in bellis duces faciunt, & nõ relinquunt laborantem belli partem, idem & illi fa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ciunt. Vide nō primò veniētes in Samariam apostolos, sed discipulos qui persecutionē patiebātur. Sicut & apud Christū apostoli emittuntur ad eos qui iam ex Samaritanis crediderāt. *Auditis autem illis*, inquit, *apostoli miserunt ad illos Petrū & Ioannem*. Quaré nā mittuntur? vt liberent illos à Magia, & ita illis doctrinā quam primū à Christo acceperant, in memoriā reducerent. Oportebat igitur aduersariū petere, vt acciperent spiritū sanctū: at ille quoniam hoc ei non erat curæ, sed vt det aliis petit, quāuis illi non acceperint hūc, vt ita dēt. Sed volebat hic Philippo esse clarior, qui inter discipulos erat. *Argentū tuum sit tecum in perditionem*. Non imprecantis, sed erudientis sunt hæc verba: Quoniā enim illo non est vsus vt oportebat. Tibi, inquit, fit, qui talis es: quasi diceret quis, Cū voluntate hac tua simul pereat, q tam parum sentis de dono dei, qđ speraſti omnino humanū esse negociū: non est hoc. Itaq; siquidem accessissēt sicut oportebat accedere, & si acceptus esset, & si vt perniciosus fuisset, non latuisset. Vides q parua de magnis sentiēs duplicia peccat? Duo igitur illi præcipit, *Respisce & ora, si forte remittatur tibi cogitatio cordis tui*. Ita erat cogitans malū quiddā: propter hoc & dixit, Si fortè remittatur tibi, quia sciebat incorrigibilem esse. At ille iterū timuit multitudinē, & metuit negare. At si non turbatus fuisset, dixisset se nescisse & imprudenter egisse, sed obstupefactus fuit: primū quidē q captus erat ignis, seūdò q manifestabatur cor eius. Propter ea procul posteà abiit, nempe Romam, eo q apostoli illuc non præuenerant. *Et multis oppidis Samaritanorū euangelizabant*. Vide quomodo & itinera illis negociū afferebant, at non temerè proficiscebātur. Tales etiā nos oportebat profectiones facere. Et quid dico pfectiones? multi oppida habēt ac prædia, & nō est illis curæ: sed quomodo balnea fiāt, & vt precia crescāt, & vt aulæ ac domicilia extruantur, multū solliciti sunt: quomodo autē animæ colantur, non item. Et tu quidē si sentes iuxta sulcum videris, secas, vris, perdis: & sic terram liberas à suo incōmodo. Videns autē illos agros plenos spinis, nō desecas? Non times & horres dic oro, q de hoc rationem redditurus sis?

Adhortatio ad tēplorum ædificationē quæ impij Lutherani funditus euertunt.

Num opus est, vt vnusquisq; fideliū ædificet ecclesiam? & vt credat simul, etiā doctor fit? Nunquid ante omnia hoc cōsiderādū, vt omnes sint Christiani? Quomodo dic mihi, Christianus erit agricola, vidēs te sic suā negligere salutē? Non potes facere signa, & persuadere iis quibus illi persuaserunt, misericordia vtere, cura, māsuetudine, affabilitate, aliisq; omnib⁹. Ac fora quidē ac balnea faciūt multi, ecclesias autē non item, & omnia magis q̄ has. Ideo oro ac supplico, & gratiā peto, imò & legem pono, vt nullus qui habet villā, appareat carere ecclesia. Ne mihi dixeris propè est, in vicinia est, magnus est sumptus, nō magnū cōmodū: si quid habes insumendū in pauperes, illuc insume, melius illuc q̄ ibi, educa magistrū, educa diaconū & sacerdotalem ordinem. Quasi ducta vxore vel sponsa, vel data virgine, sic erga ecclesiam affectus es, dotem ascribe illi, ita tibi benedictionis prædiū multiplicabitur. Quid enim nō erit illic bonorū? Parū ne est oro torcular benedici? parū ne est deū ex omnibus frugibus ac decimis prius partē ac decimas accipere? Ad pacē agricolarū hoc vtile. Venerabilis erit & presbyter posteà, & ad securitatē agri cōducet. Preces illic perpetuę, ppter te, laudes & synaxes, ppter te, oblatiop singulos dies dominicos.

A Quid magis mirandum, q alij extruunt clara sepulchra, vt posteri audiant q ille construxit, an q tu ecclesias excitas? Cogita q vsq; ad Christi aduentum mercedē habiturus sis qui altare dei excitaturus es. Dic enim oro, si rex tibi præcepisset domū extruere, vt illic habitet, nónne omnia feciſſes? Nūc igitur regia est Christi ecclesiæ constructio; ne sumptū spectes, sed fructum cōputa. Illi colunt terram; tu cole illorum animas: illi tibi ferunt fructus, tu illos infer in cœlos. Qui initium dedit, hic & omnium aliorum causa est. Igitur & te authore illic erudiētur initiandi, ij qui agro tuo vicini, quū balnea quidē molliores reddāt agricolas, institoriæ officinę delicatiores, attamen facitis hæc propter gloriā. Forum & prætoria publica faciūt impudentes. Hīc autem omnia secus fiunt. Quale enim fuerit, videre senem, ad exem
B plum Abrahæ incedētem, canum accinctum, & fodientem, & ipsum operantē. quid illo agro desiderabilius? Hic maior est virtus. Non est lasciuia illic, sed abacta est: nō est ebrietas, ac voluptas, sed eliminata est: nō est vana gloria, sed extincta est, plus illic fulget beneuolentiæ propter simplicitatem. Quāta res est abire & ingredi in domum dei, & videre q ipse illam extruxerit, & quiescere in villa securum, & habere deambulationem seruientē corpori, & matutinis vespertinisq; hymnis esse præsentē, ac simul prādentem sacerdotem, simul cōuersantē, benedictione frui, & alios videre illuc venientes? Hoc fuerit in murum ac securitatē agri. Hic est ager, de quo dicit: *Gen. 27.d* Odor agri pleni cui benedixit dominus: quanuis & præter hoc bona sit villa, propter quietem, propter abundantiam ocij, q si templum accesserit, quid illi
C comparabitur? Villa enim habēs ecclesiam, paradiso dei comparatur, nō est illic clamor, nō est turbatio, nō varij inimici, neq; sectæ, omnes licet videre amicos, & participes eorundē dogmatū. Ducit te in philosophiā, ab hac philosophia accipiens te presbyter curabit facilè: nam hīc quæcunq; dixerimus, forum excutit: illic autē quæcunq; audieris, fixa habebis in mente. Alius in agro eris per illum, & illis præsidebit ac erit custos, & vt asint, & vt componant seipsos. Vnde autem est & sumptus, dic mihi? Fac iam partū domum pro templo, qui sequetur te faciet porticū, qui post illum aliā adiiciet, & sic tibi imputabitur totum. Tu das parum, & totius accipis mercedē. Igitur initium facito, fundamentū iacito, imò mutuum adhortemini, vt certetis in hac re. Nunc autē domus in quibus paleā & frumentū, &
D omnia talia reponi oportet, facilè extruunt: vbi autem colligere oportet animarū fructus, minimè curant: sed coguntur multis stadiis ire, & magnas profectiones facere, vt in ecclesiam abeant. Quātum autem est bonū cum multa quiete in ecclesiam sacerdotē venire, vt accedat deum, & pro ea quotidie oret ad dominū? Parum est dic oro, in sanctis oblationibus nomē tuū semper referri, & quotidie pro villa preces ad deū fieri? Quantum tibi & ad alia hoc cōducit? Contingit quoſdam ex vicinis habitare, & habere curatores. Ad te igitur pauperem nō dignabitur vllus horū venire: ac presbyterū fortasis vocabis, & mēsæ participem facies. Vides quāta inde erūt bona? Erit tunc villa ab omni suspicione libera, nullus homicidij, nullus furti accusabit, neq; aliquid suspicabitur. Habēt & aliā consolationē, siue morbus, siue mors accidat. Nō simpliciter neq; fortuitò etiā amiciciæ fiunt eorum qui illuc eunt,

eunt, & cōgregationes erūt multo aliis cœtibus suauiores: non solum autē cōgregationes, sed & illi qui præsunt per presbyterū sunt magis reuerēdi. Omnino audis q Hierusalē olim aliis ciuitatibus honoratior fuerit: sed nō simpliciter, verū propter impietatem quæ tunc prævaluerat. Propterea ibi colebatur deus. Nihil est mali, multa securitas erit & apud deū & apud homines. Etiam oro, ne obiter, sed alacriter opus in manus suscipiatis. Qui enim educit preciosum à vili, quasi os dei erit, qui tot animabus tā præsentibus q̄ futuris, vsq; ad aduentū Christi prodest, quantā gratiam apud deū habebit? Præsidiū extrue cōtra diabolū. Hoc est enim ecclesia. Illinc impetū faciant manus ad laborē, prius extendātur in precibus, & tūc abeāt ad opus, vnde erit corporis robur, ita erit multa agricolatio, ita omnia mala erūt foris: non potest voluptas verbis tradi, quādiu opere nōdum fuerit suscepta. Ne hoc videris q nullā habeat accessionē ac commodū: nam si hoc feceris, nihil facies, si non putas tibi vtilitatē prædio maiorem accedere. si non sic affectus es, nō operaberis, si non opus hoc cogitas tuis omnib⁹ præferendū. Quid hac vtilitate maius, animas in areā quæ est in cœlo inducere? Hei mihi, quòd nescitis quantū sit lucrifacere ani
Ioan. 21.d mas. Audi quid dicat ad Petrum Christus: Si diligis me, pasce oues meas. Si oues regias vidēs, vel equorum armentū, apud stabulū non habere quę proponantur, accipies ipse, & extrues stabulū & equile, vel præficies pastorē, quantis te remuneraturus est rex? nūc ouile Christi cōgregas, & pastorē præficis, & nō putas magnū quiddam te facere? Quid dico? Si quis scādalizarit etiā vnū, tātas pœnarū minas audit, qui tot seruat non seruabitur? nam quale posteā habebit
C peccatū? etiam si habuerit, nō delebit illud? A pœna eius qui scandalū dederit, discе præmiū eius qui seruat. Si non curæ esset deo etiā vnius animæ salus, nō tam irasceretur ob illius perditionē. Hæc igitur sciētes, curā habeamus operis spiritualis, & me vnusquisque vocet, & nos pro viribus simul operabimur. Et si quidē tres fuerint domini, in cōmune conferāt: si autē vnus, & aliis vicinis suadeat tantū vt hoc corrigat solliciti sitis, vt vbique bene placētes deo æterna bona consequamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri & spiritui sancto gloria, honor, imperium nunc & semper, &c.

Angelus autem domini locutus est ad Philippum, dicens: Surge, & vade Meridiem versus, ad viam quæ descēdit à Hierusalem in Gazam, hæc est deserta: & surgēs abijt. Homilia decimanona.

D VIdentur mihi conscripta, de eo qui à Samaria, nō qui à Hierosolymis vadit. A Hierosolymis enim non itur ad Meridiē, sed ad Septentrionē. A Samaria autē ad Meridiē est iter. Ista est solitudo. Hoc dicit, atq; adeo vt nō terreatur Iudæorum seditione. Et non interrogauit Quare? sed surgēs abiit. *Et ecce*, inquit, *vir Aethiops Eunuchus potens Candaces reginæ Aethiopū, qui erat præfectus omni thesauro eius, & venerat adoraturus in Hierusalē. Reuertebatur autē, & sedebat in curru suo, legebátq; prophetā Esaiam*. Magnis laudibus prædicatur ille, quandoquidē & ille in Aethiopia manēs, & tantis occupatus negociis, & cum nō esset festus dies, agerétq; in supertitiosa ciuitate, venit adoraturus Hierusalē. Magnáq; diligētia erat, quia etiam in curru sedens legebat. *Dixit autē spiritus Philippo: Accede, & adhære currui huic. Vt autem accurrit Philippus, audiuit illum legentē Esaiā prophetā, & dixit: Nūquid intelligis quæ legis? At ille dixit: Quomodo possem, nisi quis viā ostenderit?* Vide iterū aliā pietatē, nescіens legebat, & postquā legerat, inquirebat. *Rogauitq; Philippum vt ascenderet, sederétq; secū. Continentia autem scripturæ quā legebat, hæc erat: Tanquā ouis ad occisionem ductus, & Esa. 53.c sicut agnus coram tondente mutus, sic non aperuit os suū. In humilitate ipsius iudicium eius sublatū est. Generationem autem eius quis enarrabit? quoniā tollitur de terra vita eius. Respōdens autem Eunuchus Philippo dixit, Obsecro te de quo propheta dicit hoc, de se, an de alio quopiā? Aperiens autem Philippus os suū, & incipiēs à scriptura ista, prædicauit illi Iesum*. Vide quomodo res cum illo gerātur, primum legit ac ignorat, deinde legit illud potissimū capitulū, in quo & passio & resurrectio, ac donū docebātur. *Et dum irent per*
B *viā, venerūt ad quandā aquam. Et ait Eunuchus: Ecce aqua, quid prohibet me baptizari?* Vidisti alacritatē? vidisti diligentiā? *Iussitq; stare currū, & descenderūt in aquā ambo Philippus & Eunuchus, & baptizauit illū. Vbi autem ascenderūt ab aqua, spiritus domini rapuit Philippū, & non vidit illū vltrà Eunuchus, ibat enim per viā suam gaudens*. Quare, inquit, tulit illū spiritus domini? eo quòd & per alias ciuitates trāsiturus erat, ac annūciaturus. Factúmq; est hoc, vt postea in admiratione sit, & ita ne humanū aliquid de illo, sed diuinū existimes. *Philippus autem inuentus est in Azoto, & pertrānsiens euāgelizabat ciuitatibus cūctis, donec veniret Cæsareā*. Et ex hoc manifestum, q hic vnus ex septē fuerit. Etenim & postea illic inuenitur in Cęsarea. Vtiliter igitur rapuit illū spiritus, alioqui rogasset Eunuchus, vt simul cum illo proficiscatur, quē ille cum nondū tēpus esset, renuens ac
C negans cōtristasset. Vidisti angelos cooperātes prædicationi, & ipsos quidē non prædicātes, hos autem vocātes? Hoc autē mirabile etiam hinc ostenditur, nam quod olim rarū erat & vix fiebat, id hic perquā liberaliter fit. Et aliter: Prædictū erat illos dominaturos alienigenis: nam q fideles sint fide digni, sufficit obediētiæ assuetos etiā ipsos in similē zelū excitari: propter hoc sanè & gaudens ibat, atq; adeo si nesciuisset, nō esset gauisus. Quid autem prohibuisset, inquit, omnia illū diligēter discere, & in curru existentē, maxime in deserto? quia res hęc non agebatur ad ostentationē. Sed videamus iterum quæ lecta sunt. *Et ecce vir Aethiops, Eunuchus*, inquit, *præfectus Candaces reginæ Aethiopū*. Ex hoc manifestū, q ab ea terra venerat. Nā olim & mulieres imperabāt, veteri quadā
D lege. Sic nesciebat Philippus quare venisset in solitudinem, quia & non iam angelus, sed spiritus illum rapit. Nihil autē horū Eunuchus adhuc imperfectus videt, vel q & hæc non corporis, sed spiritualib⁹ oculis spectāda sint: neq; etiā quæ Philippus edocebatur, discit. Et quare nō ipsi apparet angelus, & ipsum ducit ad Philippū? Quia fortasis non obediisset, sed solum perterritus fuisset. Vide Philippi philosophiā. Nō calūniatus est, nō dixit, Ignoras, ego te docebo? non dixit, Ego hæc accuratè scio: nec adulatus est, dicens: Beatus es hæc legēs, ita à temeritate ac adulatione verbū alienū erat, sed curā se gerere & misericordē esse declarabat: oportebat eū illū interrogare, oportebat illū desiderare. Est autē hoc manifestè insinuātis, se scire hoc qđ ille nesciebat, dū dicit: Nūq̄d intelligis ea quæ legis, & simul ostēdit magnū in his latere sensum. Et Eunuchus excusat, Quomodo eū, inquit, possem, si q̄s mihi viā nō indicet? Nō vidit in

Universidad de Deusto
Biblioteca

dit in curtũ,non dixit:Tu quis es,nõ redarguit,non A insolẽter locut⁹ est,nõ dicit se scire,sed fatetur ignorantiã,ideo & discit, mõstrat vulnus medico. Simul agnoscebat q; & ille sciebat,& docere volebat. Vidit alienũ à fastu, neq; enim claro habitu vestitus erat. Ita erat audiendi auidus,& sermonibus attendebat.

Matt.7.b Quia & in ipso implebatur,Qui quærit,inuenit. Obseerauit autẽ,inquit,Philippũ,vt ascenderet & sederet cũ ipso. Vidisti diligentiã? vidisti desideriũ? orat vt ascẽdat,ac secũ sedeat. Sic nesciebat quid esset illi dicturus,sed simpliciter putabat se prophetiã quandam auditurũ. Maior autẽ honor est, q; non simpliciter ascẽdere facit,sed etiã orat. Vt autẽ accurrisset Philippus,audiuit illũ legentẽ:& cursus,signũ est voluntis aliquid discere,& lectio,studij. In eo enim legebat tẽpore,quo Solis calor feruẽtior. Continẽtia

Esa.53.c autẽ ista erat: Sicut ouis ad occisionẽ ductus est. Et B hoc illius in discẽdo cupiditatis indiciũ erat, q; prophetam aliis sublimiorem in manibus habebat. Ideo nõ cum seueritate illi enarrat,sed mãsuete,imò neq; sic loquitur prius,donec interrogatus est, donec ille obsecrauit. Quẽadmodum istud iterũ faciẽs,inquit: Oro te, de quo propheta dicit hoc? Mihi videtur q; nesciebat quod de aliis dicunt prophetæ, vel si non hoc, nesciebat quod de aliis vt de seipsis loquantur. Confundamus & pauperes & opulẽti illũ quẽstorẽ. Deinde venerũt ad aquã,inquit: Ecce aqua. Id erat animæ valde flagrãtis. Quid prohibet me baptizari? Vides illius concupiscentiã. Non dicit, Baptiza me, neq; silet. Sed mediũ quiddã inter desideriũ & accipiendi pronitatẽ loquitur,dicẽs:Quid prohibet me baptizari? Vide quomodo absolutadogmata habuit. Etenim propheta omnia cõtinebat,in carnationem, C passionẽ,resurrectionẽ,assumptionẽ,iudiciũ futurũ. Quæ sanè magnũ illi desideriũ ingenerabãt. Cõfundamini, quotquot nondũ illuminati estis. Et iussit, inquit,stare currũ. Simul dixit & imperauit. Vt autẽ ascẽderunt ab aqua,spiritus domini rapuit Philippũ. Bene,vt diuinũ ostẽdatur quod factũ,& vt ne putetur homo vulgaris. Et iuit,inquit,viam suã gaudens. Hoc dixit ostẽdens q; cõtristatus esset, si cognouisset. Itaq; præ multo gaudio,quãuis spiritum cõsecutus,neq; videbat præsentia. Et inuẽtus est,inquit,in Azoto. Multũ hinc & Philippus lucratus est. Nã id quod audiuit de prophetis,de Abacuk,de Ezechiele ac aliis,vidit in se quoq; fieri, qui in minimo tempore expertus sit multũ itineris se cõfecisse, quãdoquidem in Azoto inuẽtus est, & illic postea stat vbi

Cap. IX. etiam illũ euãgelizare oportebat. *Saulus autẽ adhuc spirans minas ac cædẽ aduersus discipulos domini,accessit ad principem sacerdotũ,& petijt ab eo epistolas,quas perferret Damascum ad synagogas, vt si quos inuenisset eius Viæ seu viros seu mulieres,vinctos duceret Hierusalem.* Opportunè de zelo Pauli hic disserit, vt ostẽdat q; medio zelo vehebatur,nondũ satiatus cæde Stephani, neq; persecutione ecclesiæ impletus ac dispersione, accedit ad principem sacerdotũ, vbi impletur quod à Christo ad di-

Ioan.16.a scipulos dictũ,Quia venit hora,quòd omnis qui occidit vos,arbitratur se obsequiũ deo offerre. Hic igitur sic faciebat,non vt Iudæi. Absit: nam quod zelo faciebat, manifestũ ex eo q; in exteras ciuitates abibat. Illi autẽ etsi ea quæ in Hierosolymis erant curabant,solum vt gloriã obtinerent. Quare autẽ in Damascum ibat? magna ciuitas erat ac regia: timebat igitur ne & illa ciuitas præueniretur. Et videre licet desiderium ac ardorẽ,quomodo legitime operatus est: nam accedit ad principem, petit epistolas ab illo, vt quotquot inueniret esse in via Viã eos qui credebãt vocat, qui apud omnes sic tũc nominabãtur, fortassis ob hoc quòd viam secabant ferentem in cœlum. Quare autẽ non accepit potestatẽ illic puniẽdi illos, sed in Hierusalẽ ducit? vt ita cum maiore potestate ibi pœnam de illis sumat. Et vide quali periculo seipsum cõmittebat, attamẽ & sic timet ne quid mali patiatur. Sanè propter hoc & illos secũ accipit, vt fidentius quotquot viros ac mulieres inueniret, vinctos adduceret in Hierusalẽ. Et aliter: Etiam per viã ostẽdere spiritus voluit omnibus suũ totum esse, ita illi non operabãtur hoc. Et vide illum etiã in carceres coniicientẽ. Igitur illi quidẽ infirmi erant, hic autem pro alacritate sua erat potẽs. *Et cũ iter faceret, contigit vt appropiaret Damasco, & subito circũfulgurauit eum lux de cœlo: collapsúsq; in terrã, audiuit Vocẽ dicentẽ sibi, Saul Saul, quid me persequeris?* Quare hoc nõ est factũ in Hierosolymis? quare nõ est factũ in Damasco? Ita vt non possent istud alij aliter narrare, sed ille fide dignus vt narret qui propter hoc abierat. Hoc sanè dicit & Agrippæ rationẽ reddens: laborat autem & visu, eo q; excellẽs lumen grauare solet. Habẽt enim suas menturas oculi. Dicitur autẽ excellẽs sonus surdos facere ac attonitos, sed hũc solũ excęcauit, & terrore suo furorẽ extinxit, ita vt audiret ille ea quę dicebantur, Saul Saul, quid me persequeris? Non dicit illi crede, neq; aliud tale quippiã, sed crimẽ obiicit. Quid mali, quod aut magnũ, aut paruũ tibi feci, q; hæc facis? *Dixit autẽ: Quis es domine?* Iam cõfessus est se esse seruũ. *Dominus autẽ dixit, Ego sum Iesus, quẽ tu persequeris.* Quasi dicat, Ne putes tibi cum hominibus solis esse certamen. *Qui autẽ cum illo erant, Vocem quidẽ Pauli audierunt, nullum autem videbãt cui respõderet.* Merito: nã illos minorum rerũ fecit auditores. Nam si vocẽ illam audissent, nec sic credidissent, & Paulũ videtes respondere admirati sunt. *Sed surge, & ingredere in ciuitatẽ, & dicetur tibi quid debeas facere.* Vide quomodo nõ statim omnia illi reuelat, sed solũ illius mentẽ præmitigat: & dum præcipit quid ei faciendũ, statim bonam illi spem dat, quòd iterũ visurus sit. *Viri autem illi qui erant ei comites itineris stabant attoniti, audientes quidem Vocẽ, neminem tamen Videtes. Surrexit autẽ Saulus è terra, apertísque oculis neminẽ videbat, sed manu ducentes illũ introduxerunt Damascũ.* Spoliũ diaboli, vasa eius quasi capta ciuitate ac metropoli quadã introducunt. Et quid hoc mirum? Illi hostes & inimici introducunt illũ omnibus D videntibus. *Et erat tribus diebus non videns, ac non comedit, neq; bibit.* Quid huic comparabimus? Consolatio ista adducto Paulo cõpensabat mœrorẽ quem è morte Stephani cõceperant. Et erat etiam inde gratum, q; ille sic abierat. Sic & Samaritanorũ ciuitates adductæ inde multæ recreatæ sunt. Et quare, dicit quis, hoc non factũ est ab initio, sed postea? Vt ostẽdatur quòd vere surrexerit Christus. Qui enim persequebatur illum, & non credebat illius mortẽ ac resurrectionem, etiã discipulos illius persequens: hic quãnã ratione credidisset, nisi magna fuisset crucifixi virt⁹? Esto illi obtẽperent, quid diceres ad hunc? Et aliter: propterea post resurrectionẽ accessit, & nõ statim, vt manifestius illius videatur certamẽ. Qui cũ sic insanit vt & sanguinẽ effundat, & in carcerẽ coniiciat, statim credit. Non suffecerat q; non fuerat cũ Christo, sed oportebat & vehementer oppugnari ab illo

fideles,

fideles, neq; vnam insaniæ excellentiam omittebat. A Omnibus hic acrior erat: vbi autẽ excæcatus est, tũc dominationis & misericordię illius cõiecturas agnoscit. Vel etiam ne quis dicat, q; simularit: quomodo enim de eo qui sanguinarius, & qui sacerdotes accesserat, qui periculis se exposuerat, & etiã exteros afflixerat ac punierat hoc sentiendũ? Hic igitur post hæc omnia dominationẽ cõfitetur. Quare autẽ non in ipsa ciuitate circũfulgurauit illũ lux, sed ante illã? quia multi nõ credidissent, sed irrisissent poti⁹, quãdoquidẽ & suprà cum audiuissent vocẽ, dicebant,

Supr.2.a. & Ioan. 12.d Tonitru est. Hic autẽ fide dignus erat referens quæ sibi acciderãt. Et ligatus introductus est, non circũpositis illi vinculis, & trahebãt illum qui sperabat se alios tracturũ. Quare autẽ non comedit neq; bibit? cõpungebat se propterea quæ fecerat, confitebatur, precabatur, orabat deũ. Si autẽ dixerit quis, hanc rẽ

Inf.13.b fuisse coactã, interrogabimus, num & Elymas non B istud ipsum passus fuerit. Etiã, sed mãsit vt habebat. Quomodo igitur nõ coactus est, & quid magis cogere poterat terræmotu qui fuerat in resurrectione, & militibus qui & multa alia signa nunciabãt, quàm si vidissent illũ qui resurrexerat? At nõ sunt illa compulsiua, sed docẽtia. Iudæi quare nõ crediderũt hæc audiẽtes? q; vera dixit manifestũ erat. Nũquid cõuersus esset hoc nõ facto? atq; ita omnes credere oportebat. Nõ minor erat his qui resurrectionẽ prædicarant, imò fide dignior erat, cũ repente cõuerteretur: non præsens apud aliquẽ fidelẽ, sed in Damasco cõuertebatur, imò ante Damascũ hoc passus est. Rogo Iudæũ, vnde dic oro, mutatus est Paulus? tanta signa vidit, & mutatus nõ est? Quis persuasit illi? imò quis

Rom.9.a repẽre illi immisit tantam alacritatẽ, vt & anathema C optarit fieri pro Christo? manifesta est rerũ veritas, sed vt dixi, cõfundamur iam, q; Eunuchus illuminatur & legit. Videtis quomodo erat in magistratu, inque diuitiis, & neq; in via quieuit. Qualis igitur erat ille cũ esset domi, cum sic in itinere ociũ non admitteret? Qualis erat in nocte? Quotquot estis in dignitatibus audite, & imitemini humilitatẽ ac pietatem. Quãuis reuerteretur domũ, nõ dixit intra se, Redeo in patriã, illic accipio lauacrũ, vt sunt multorũ friuola verba. Nõ opus habebat signis ac prodigiis, per solum prophetã credulus factus est. Propter hoc plan-

1.Tim.1.c git seipsum Paulus, dicẽs: At propter hoc misericordiam cõsecutus sum, quia ignorãs feci in incredulitate, & vt in me primo mõstraret Iesus Christus omnẽ longanimitatẽ. Dignũ profecto mirari Eunuchũ illum, non viderat Iesum Christũ, nõ viderat signũ. D Vltrà videbat quis status Hierosolymis, & credidit Philippo. Vnde igitur talis factus est? Solicita erat anima illius, attẽdit scripturis, vacauit lectionibus: cũ & latro viderit signa, & magi viderint stellã: hic autẽ nihil tale viderat, ac credidit. Tãta res est, ac tã vtilis scripturarũ lectio. Quid igitur Paulus? An non legẽ meditabatur? sed mihi videtur hic q; oportebat remissę, propter ea quæ prius dixi, vbiq; volẽte Iudæos cõciliare Christo: nam si mentẽ habuissent, nihil ita profuisset eis atq; hoc. Nã hoc plus momẽti habebat ad cõciliandos eos, q; signa & omnia alia. Itaq; quẽadmodum nihil ita solet offendere crassiores. Vides igitur dispersis apostolis deũ operari signa? Criminabantur Iudæi apostolos, cõiiciebant in custodiã, adhuc deus miracula facit. Et quomodo, vide, educere è carcere, illius signũ erat: ducere Philippũ, illi⁹ signũ erat: Paulũ adduci, illius signũ erat: mõstrare se Stephano, illi⁹ signũ erat. Et cõsidera quomodo Paulus quidẽ honoratur, & quomodo Eunuchus. Huic & Christus apparet forsan propter duriciã, & q; nõ aliter psuasus esset. In his miraculis & nos cõuersati, dignos exhibeamus nosipsos. Multi nũc etiã Ecclesiam ingressi, ignorãt quę dicũtur. Eunuchus autem & in foro, & in curru vectus lectioni scripturarũ attẽdebat. Sed neq; vos hoc agitis, nullus enim vestrũ in manibus habet librũ, sed omnia potius q̃ librum. Quare autẽ non videt illũ antequã egressus è Hierosolymis, sed postea? Nõ oportebat illũ videre cum exigeret apostolos, eóq; infirmus adhuc, neq; antea sic erat facile, sicut quãdo propheta illũ erudiuit. Ita & nũc si quis vestrũ voluerit attẽdere prophetis, nõ opus habebit signis. Et si placet ipsam prophetiã videamus quid dicat. Sicut ouis ad occisionẽ ductus *Esa.35.c* est, & in humiliatione illius iudiciũ eius sublatũ est. Hinc didicit q; crucifixus est, q; sublata à terra est vita illius, q; peccatũ nõ fecit, quòd potuit & alios seruare, quod generatio eius inenarrabilis, q; petræ ruptæ sint, quòd velũ scissum est, quòd mortui è sepulchris suscitati sunt. Imò hæc omnia dixit illi Philippus, solum à propheta sumpta occasione. Magna res profecto est scripturarũ lectio. Sic illud impletur qđ à Mose prędictũ est. Sedẽs & in lecto cubãs, & exur- *Deut.6.b* gens ac ambulãs memor esto domini dei tui. Maxime enim viæ quãdo solitariæ fuerint, cogitationib⁹ nostris dãt locũ, nullo obturbante. Et hic in via credit, & Paulus in via. Sed hunc nullus trahit q̃ Christus. Maius hoc erat, quàm qđ apostoli agebãt. Hoc autẽ maius, quoniã cũ apostoli essent in Hierosolymis, & nullus esset ex his in Damasco; ascẽdit illinc persuasus, qui nõ à Hierosolymis venerat persuasus: epistolas enim ferebat, ad hoc vt credẽtes ligaret, sicut medicus optimus, febre adhuc furẽte auxiliũ illi attulit Christus. Oportebat enim illũ inter insanientes cõprehendi, tunc potissimum cõcidit, & seipsum condẽnauit, q; grauia attẽtarit. Iam iterũ operæpretium fuerit sermonẽ qui vestri gratia assumptus resumi. Quare dic oro, scripturæ? Quantũ ad nos attinet, omnia sublata sunt. Quare ecclesiæ? Defodi libros, forsan nõ tale crimẽ, nõ talis pœna. Si quis defoderit illos in stercore, & nõ audierit eos, non tam cõtumelia afficit vt nũc fit. Quid enim illic cõtumelioſum, quòd illos defodit? Quid autẽ hic fit, q; non audimus illos. Dic oro, vtér nam maxime cõtumelia afficit, qui silẽti vel qui loquẽti nõ respõdet, atq; ita maior nunc est cõtumelia, quãdo etiã loquentẽ non audis, maior est cõtemptus. Iudæi dicebãt prophetis: Ne loquamini nobis vetera. Vos autẽ peius faci- *1.Reg.2.d* tis. Ne loquamini, non facimus. Nam illi auersabant eos, sed loquẽdo quasi specię pietatis ex voce accipientes: vos autẽ præ multo contẽptu nec hoc facitis. Credite si manibus iniectis ora nostra obturaretis, non esset tanta cõtumelia quãta nunc. Dic enim oro, qui audit ac nõ obedit, plus contẽnit, an qui nõ audit? Agẽ causam illã de cõtumelia exquiramus. Si quis illũ qui cõtumelia afficit cõtineat, & os obturet tanquã ægrè ferens contumelias, alius autẽ non curet neq; afficiatur, vter magis contẽnit, an non hic? Nam ille quidem declarat palàm, quòd plagã accipit: hic autẽ quasi os obturet dei. Horretis dictũ, sed audi quomodo etiam hoc fit. Os per quod deus loquitur, os est dei. Nã sicut hoc os, animæ nostræ est:

quanuis

Universidad de Deusto
Biblioteca

quãdo anima non habeat os,ita & os prophetarũ est A os dei. Audite & horrescite. Stat minister, cõmunis minister,alta voce clamat,ac dixit, Attẽdamus,& sæpius illã vocẽ clamat,hæc cõmunis ecclesiæ est,quã ille emittit,& nullus attendit. Post illã incipit lector prophetiã Esaię,& neq; sic attẽdit quis,tametsi prophetia nihil humanũ habeat. Deinde auditori pronunciat dicẽs,Hæc dicit dominus,& neq; sic attendit qs. Quid dico? Horrẽda quædã, & terribilia pertractat,& neq; sic est qui attẽdat. Verum quid dicũt pleriq;? Semper,aiũt,eadẽ legũtur. Hoc vos maxime perdit. Itaq; siquidẽ sciuissetis illa, neq; sic oportebat ab illis recedere,quoniã & in theatris semper eadem fiunt,attamẽ nõ satiamini. Quæ eadẽ audes dicere? qui neq; prophetarũ nomina scis? & non confunderis dicendo ideo non audienda, quoniã eadẽ legũtur? Etenim tu cõfessus es, q̃ eadẽ dicũtur. Ego B si hoc protulissem, te sic accusassem, te igitur oportebat ad aliã defensionẽ confugere, non ad hãc tuã accusationẽ. Dic oro,tu non admones filiũ tuum? Si igitur ille dicat,q̃ semper eadẽ inculcas: nónne contumeliã esse putas? tunc non oportebat eadẽ dicere, quãdo illa & sciuissemus, & operib⁹ declararemus: imò neq; tunc superflua lectio. Attamẽ & illi Paulus
1.Tim.4.d. scribẽs dicebat, Attẽde lectioni & adhortationi: nõ enim fieri potest vt mentẽ scripturarum quis exhauriat. Fons enim est immẽsus: Dixerũt, deceptus sum, inquit,& tũc recessit à me. Vultis ostendã q̃ nõ sunt hæc eadem? Quot putatis dixisse in euãgelia? sed hi omnes nouẽ dixerũt. Quo magis enim quis versatur in illis,hoc clarius videt,tantoq; puriorẽ videt lucẽ. Ecce quãta dico. Quid est prophetia,dixistis? quid sunt historiæ? quid est parabola? quid est allegoria? C quid est typus? quid est symbolũ? quid sunt euangelia? Hoc vnũ dicite mihi, quare dicta sunt euãgelia? quãuis sæpe audieritis q̃ euãgelia nihil habẽt durũ,
Mar.9.g Matth.7. & 25.d hæc multa austeritate plena sunt. Ignis illorum non extinguetur,inquit,& vermis nõ morietur. Tũc discedabit illũ, & ponet portionẽ eius cum hypocritis, tũc dicet, Nescio vos, discedite à me qui operamini iniquitatẽ. Igitur ne decipiamus nos ipsos, putantes hæc vobis more Græcanico dici. Nihílne hæc ad vos? vos autẽ surdi facti estis, & vultũ deiicitis quasi attoniti essetis. Euangelia nihil habere debent quod operandũ, sed solũ bona cõsulant: hæc autẽ innumera habẽt, quæ faciẽda, qualia sanè sunt, & id genus.
Mat.10.d Si quis non odio habet patrẽ suũ ac matrẽ, non est
Ioan.16.g me dignus. Et, non veni mittere pacẽ super terrã, sed gladiũ. Et, afflictionẽ habebitis in mũdo: Bona scilicet. Nũquid hęc sunt euãgelia? Euangeliũ enim hoc est. Hæc tibi erunt bona, quemadmodũ & homines inter se dicere solent, vt tale quiddã, Pater tuus veniet vel mater tua,nõ dicũt: Hoc fac. Iterũ dic mihi, quid differũt hęc à propheticis, quare non & illa dicuntur euãgelia? Etenim & illa eadẽ dicũt: exempli
Psal.67.c gratia, Saliet vt ceruus claudus. Dominus dabit ver-
Esa.65.c bum euangelizantibus. Dabo vobis cœlũ nouum & terrã nouã. Quare nõ & hęc dicũtur euãgelia? Quare non & hæc prophetia? Si autem neq; sciẽtes quid sint euãgelia despicitis scripturarũ lectionẽ, quid vobis dicã? Dicã quid & aliud. Quare non decẽ? quare non viginti? quare nõ multi aggressi sunt cõscribere euãgelia? quare non vnus? quare discipuli? quare hi qui non discipuli? quare etiã omnino scripturę, quã-
Hebr.8.c uis contrariũ dicit vetus. Dabo vobis testamentum nouũ. Vbi sunt qui dicũt semper eadẽ? Si hæc sciuissetis q̃ licet homo plurimis annis viuat, nõ sunt eadem, nõ dixissetis hæc. credite, neq; hęc vobis dicerem, nec priuatim, nec in cõmuni: sed siquidem inuenerit quis, annuã: si autẽ non, sinã. Sic enim vos fecerim inutiles semper omnia prõpte dicẽtes, & quãdo oportet, non renuẽtes. Ecce habetis quæstiones sufficiẽtes. Cõsiderate, dicite causam. Quare euãgelia, quare non prophetiæ, quare faciẽda in euãgeliis, & si hic definiat, alius quærat. Etiam cõferte ea quæ ipsi inter vos excogitatis, deinde autẽ nos silebimus. Nãsi dicta vobis nihil ꝓfuerint, multo magis neq; si alia apposuerimus. Profecto haurimus in vas perforatũ. Hinc etiã vobis maior pœna. Igitur ꝓpter hoc silebim⁹? qđ certe ne fiat, in vobis situ est. Si enim viderimus vestrũ studiũ, fortassis iterũ loquemur, vt& vos amplius ꝓbati sitis, & nos in vobis exhilaremur, in omnibus glorificãtes deum ac patrẽ domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperiũ, & magnificentia, & honor, cum ingenito patre, ac sancto illius spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Erat autẽ discipulus quidã in Damasco, Ananias nomine, & dixit ad illũ dominus in visione: Anania. At ille dixit: Ecce domine. Dominus autẽ ad illum dixit: Surge, vade in vicũ qui dicitur Rectus, & quære in domo Iudæ Saulum nomine Tarsensem. Ecce enim orat, & vidit in visione virũ Ananiam nomine introeuntẽ, & imponentem sibi manus vt videat. *Homilia vicesima.*

Varé nam per nullũ ex pręcipuis Apostolis hunc vocauit, neq; misit ad illius institutionem aliquẽ ex his? quoniã nõ oportebat illum per homines, sed per Christũ erudiri. Quoniam & hic docuit quidẽ illum nihil, baptizauit autem solum. Simul autẽ cum baptizaretur, accepit magnam spiritus gratiã ob zelũ & alacritatẽ plurimam. Quòd autẽ & Ananias valde insignis fuerit, manifestũ fit ex his quæ ad illum dicit, & quę ille respondet, dum dicit, *Domine audiui ex multis de homine hoc, quanta mala fecerit sanctis tuis in Hierusalẽ.* Si igitur cõtra dominum locutus est, multo magis si angelus missus esset. Et propter hoc, ante hũc, neq; Philippus audit quid futurum, sed solum videt angelũ, & nondũ spiritus iubet accedere & adhærere currui. Iam autẽ hoc loco metũ illius minuit, & dicendo, Ecce orat: quasi hoc dicit, Cęcus est, & tu metuis? Ita & Moses timet. Vnde magis verba sunt timẽtis, quàm non credẽtis. Et audi verba ipsa: *Domine audiui à multis de viro hoc.* Quid dicis? Deus dicit, & tu dubitas? Sic nondũ sciuerunt potentiã Christi. *Et hic habet potestatẽ à summis sacerdotibus, vt vinciat omnes qui inuocant nomen tuũ.* Vnde hoc manifestũ? Verisimile erat illos qui in timore erant, curiosiores fuisse. Non igitur hoc dicit, quasi nesciat Christus: sed dubitat quomodo hæc fiant, cum illa ita se habeãt. Ita & alibi discipuli dicũt, Quis potest Mar.10.d saluari? Et vide quot res gerantur, vt credat vẽturo. In somnio vidit, prædixit illi. Orat, inquit, igitur ne time. Et quare non dicit illi, quid factum sit? Erudit nos, ne prædicemus opera nostra. Imò & timentem videns, neq; sic dixit, Ne sis infidelis. Sed quid? *Surge, vade. Vidit enim in visione virum qui imposuit illi manus.* Ideo in visione, quia cæcus erat. Et neque miraculi excellẽtia rapuit discipulum: ita metuit. Attamen per illum, Paulũ cum esset cæcus, videre deus fecit. *Dixit autem dominus ad illum, Vade, quia vas electionis mihi est hic,*

est hic, vt portet nomen meũ coram gẽtibus & regibus filiorũ A *Israel. Ego enim mõstrabo illi, quanta oporteat eũ pro nomine meo pati.* Non solũ fidelis erit, inquit, sed & doctor, & magna dicẽdi libertate vtetur. *Corã gentibus ac regibus.* Ita crescet doctrina, inquit, vt & populos & reges omnes vincat. *Abijt autẽ Ananias, & ingressus est in domum, & positis super illũ manibus dixit, Saul frater, dominus misit me, Iesus qui apparuit tibi in via qua ibas, vt respicias, & implearis spiritu sanctο.* Statim illũ familiarẽ facit nomine: Iesus, inquit, qui apparuit tibi in via. Porrò hoc non dixerat illi Iesus, sed à spiritu sancto didicerat. *Et statim deciderunt ab oculis illius tanquã squamæ: vidítque statim, & surgẽs baptizatus est, & cibo sumpto cõualuit.* Solum illi manus imposuit, & statim squamæ ab oculis illius deciderũt. Has quidã dicũt cæcitatis illius fuisse causas. Et quare non excæcauit illius oculos? Hoc admirabilius erat. Nam & apertis oculis nõ videbat B id quod patiebatur à lege, donec nomẽ appositũ est Iesu. *Et statim*, inquit, *baptizatus est, & sumpto cibo cõualuit.* Igitur infirmus factꝰ erat, & ex itinere, & ex metu, & ex ieiunio, & ex tristicia. Volens igitur illius augeri tristiciã, cæcũ manere ꝓmisit, donec venit Ananias: & vt ne quis putet, cæcitatẽ phantasiã esse: propter hoc erãt squamæ. Igitur non opus habebat alia doctrina: sed quod acciderat, doctrina erat. *Fuit autẽ Saul cum his qui Damasci erãt discipulis diebus tribus, & statim prædicabat Christũ, quòd hic est filius dei.* Vide, statim doctor factus est in synagogis, non erubescebat mutationẽ, neq; formidabat destruere ea in quibus antea clarescebat. Non simpliciter erat doctor, sed etiã in synagogis. Ita ab initiis homo erat & occidens, & ad cædes cõpositus. Vides vt manifestũ signũ in illo factum. Hoc ipso & oẽs obstupescere faciebat. Ideo C & hoc manifestãs addit, ac dicit: *Attoniti autem sunt omnes qui audierãt ac dicebãt, Nónne hic est qui expugnabat in Hierusalẽ inuocãtes in nomine hoc, & huc ideo peruenit, vt ligatos ducat ad summos sacerdotes? Saulus autẽ magis confortabatur, & cõfudit Iudæos qui habitabãt in Damasco, cõuincens quòd hic est Christus.* Vtpote in lege edoctus obturabat illos, & nõ sinebat loqui. Liberati à Stephano, putarũt se liberatos ab huius rei disputatione, & nũc aliũ inuenerũt Stephano potentiorẽ. Sed videamus iterũ ea quę de Anania. Nõ dixit ad illũ, Loquere ac doce illũ. Nam si cum dixisset, orat, & vidisset vitum impositis illi manib⁹, nõ credidit, multo magis si hoc dixisset. Vidit, inquit, in visione. Et ita ne de hac re dubites, Ne igitur timeas, sed vade. Sic neq; Philippus tũc totũ statim audiit, Quia vas electionis mihi est hic. Ita agit qui timorẽ omnem excutit, & fidere D persuadet, quãdoquidẽ de illo sensurus erat melius, quia & passurus erat. Vt autẽ dixit, vas: ostẽdit q̃ nõ sit naturalis illius malicia. Electionis, addidit, quò ostendat & probatũ esse: nam quod probatũ est, eligimus. Ne igitur quis hæc audiẽs, putet q̃ non credẽs his quæ dicebãtur, hæc dicat Ananias, vel putat deludi Christũ. Absit. Sed timẽs ac tremẽs neq; attendebat dictis, audito nomine Pauli: ita corripuerat metus illius animã, vel solo nomine audito. Quãuis cum audisset q̃ excæcasset illũ, oportebat fidere. Et huc ob istuc ipsum, inquit, venit, vt omnes inuocantes nomen hoc ligaret. Quasi diceret, Timeo ne fortasse me in Hierusalẽ ducat. Quid me proiicis in os leonis? Cur me huic prodis? Timet ac hęc dicit, vt discam⁹ vndiq; virtutẽ viri. Nã hoc à Iudęis dici, haud mirũ fuerit, at quod ab hoc & tam territo, maximũ esse indiciũ virtutis diuinæ ostẽditur. Saul frater, hic & timor factus est magnus, & obediẽtia maior post timorẽ. Deinde postquã vas electionis dictus est, vt ne dicas totũ esse dei, abducẽs te ab hoc, apponit qđ sequitur, dicẽs: Vt portet nomen meũ corã gẽtibus & regibus, filiisq; Israẽl. Audiuit quod valde desiderauit Ananias, q̃ & Iudæis oppositurus se esset. Ideo & nõ solũ gaudio, sed & fiducia impletur. Ego enim ostendã illi quę oporteat illũ nomine meo pati. Hęc prædicit, simul inhortatur. Nam si ille tanta passurus est qui adeo insaniit, ille autẽ neq; baptizari vult, vt videat: Bene habet, inquit, dimitte illum cæcũ esse: propter hoc nunc mãsuetus est, quia cæcus est: quid me iubes illius aperire oculos, vt iterũ liget? At ne timeas futurũ. Apertione enim non cõtra nos, sed pro nobis opus erit, ad hoc vt respiciat. Insuper & hæc adiiciantur. Ne timeas. Nihil faciet vobis graue, sed etiam patietur multa. Et hoc sanè admirabile, quia prius patietur, & tũc incidet in pericula. Saul frater, dominus Iesus qui apparuit tibi in via, misit me. Nõ dixit, qui excæcauit: sed, qui apparuit: Ita solebat modeste & nihil insolẽtius loqui. Igitur sicut Petrus curato cæco dicebat, Quid in nos intenditis, quasi no- *Supr.3.b* stra virtute vel pietate fecerimus illũ ambulare? Ita & hic Iesus qui apparuit tibi, cum imponeret manus hæc loquebatur, & duplex cæcitas soluebatur. Vbi autẽ dixit q̃ sumpto cibo cõualuit, declarauit q̃ infirmatus fuerit, nimio mœrore, cæcitate, timore & fame. Neq; antea cibũ sibi dari permittebat, donec baptizatus magnorũ donorum particeps factus est. Et nõ dixit Iesus crucifixus ille, filius ille dei, qui signa facit. Sed quid? Ille qui apparuit tibi: propter ea quæ illi nota erant: quoniã & Christus ipse nihil amplius apposuit, neq; dixit, Ego sum crucifixus ille qui surrexi: sed quem tu persequeris. Nõ dixit, qui persecutionem passus sum: vt ne putetur, quasi per furorem ac risum assistat. Qui apparuit tibi, inquit, in via. Veruntamẽ nõ apparuit, sed per opera visus est, & volẽs sermonis molestiã adumbrare, statim addidit, vt videas & implearis spiritu sancto. Nũquid quod factũ erat improperabat? Nõ. Sed daturũ se gratiã, inquit. Mihi videtur & hũc & Corneliũ, statim cum dicerẽtur hæc ad illos spiritus sancti gratiæ factos esse participes: tametsi hic is qui dedit nõ fuerit vnus ex duodecim. Ita nihil vel humanũ ex omnibus quę in illo, vel per hominẽ factum est: sed deus aderat, qui hoc faciebat. Interim autẽ & illũ erudit, vt modeste se gerat, nõ ducẽs illũ ad eximios apostolos. Et ostẽdit q̃ nihil hoc loco humanũ, neq; tũc assecutus est spiritũ qui faciebat signa, vt & sic fides illius ostẽdatur: nõ enim miracula fecit. Et statim, inquit, in synagogis prædicabat Christũ, q̃ hic est filius dei. Nõ q̃ surrexit, prædicauit: neque q̃ viuat. Sed quid? Valde euidẽter exponebat hoc dogma, q̃ hic est filius dei. Qui autẽ hæc audiebãt, adhuc in incredulitate persistebant. Oportebat autẽ nõ credere solũ, sed etiam obstupescere. Et quaré nam non simpliciter q̃ persecutor fuerit, dicũt: sed q̃ expugnet inuocantes nomen hoc? Valde furibundũ per hoc declarabant: & non dicebant Iesum, præ inuidia, neq; nomẽ audire sustinẽtes: ita erant exasperati. Et huc propterea venit. Non possumus dicere, inquit, q̃ prius cum apostolis fuerit. Vide quomodo per multa testificatio fit, ipsum Paulum esse ex numero hostiũ. At ille non solũ non confundebatur propter hoc, sed & gloriabatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

batur. *Saulus autẽ magis corroborabatur,& cõfundebat Iudæos*, Hoc est,ora eorũ obturabat. *Confirmans quòd hic est Christus.* Docebat,inquit:doctor enim statim erat. *Vt autem impleti sunt dies.sat multi cõspirauerunt Iudæi, vt occiderent illũ.* Iudæi ad validum syllogismũ redeunt. Non enim iam sycophantas & accusatores, & falsos testes inquirũt. Neq; enim vltra illos ferũt. Postea illi per seipsos hoc faciunt. Nam quoniam videbant rem augeri,neq; iudiciũ adhibent. *Innotuerunt autem Saulo insidiæ illorũ,obseruãtes portas dies ac noctes, vt occidãt illum.* Quare?quia signũ hoc iam factũ,prę omnibus
Act.2.g & 4.a intolerabile erat,etiã eo ꝙ quinq; & tria milia crediderant,& in summa, omnibus. Et vide illũ iam non gratia seruari, sed humana sapiẽtia, vt discas virtutẽ viri etiam absque miraculis claresccntis. *Discipuli autem acceperũt illũ nocte,& dimiserunt per murũ, submittentes in sporta.* Merito,vt res suspicione careat. Quid igitur? Vt graue periculũ effugiat. Nunquid manet? Minime: Sed vadẽs hinc,magis illos accẽdit. Nã quod vere crediderat,multi adhuc non credebãt. Propter hoc post dies sat multos hoc fit. Quídnam hoc est? Verisimile illum nondũ voluisse inde proficisci,multis forsan admonentibus. Vbi autẽ hæc didicit,tunc permisit discipulis suis. Etenim statim habebat discipulos. Hoc insinuãs dicebat, *Præfectus Aretæ regis custodiebat ciuitatẽ apprehendere me volens.* Et vide euangelistam,nihil superbe dicentẽ,neq; claritudinẽ Pauli dicentẽ,sed solum quod excitarunt regẽ. Igitur illũ solum emiserunt, & nullum cum illo,idq; perquam vtiliter,vt ipse apostolis in Hierusalẽ se ostẽdat, imò illi quidẽ emiserunt, vt deinde ipse sibi adesset & se seruaret. Ipse vero contrariũ faciens, ad insanientes statim transiit. Hoc est accensum esse,hoc est magis C
seruere. Et considera quomodo sequitur. A primo statim die seruat præceptũ quod audierãt apostoli,
Mat.10.g Nisi quis tulerit crucẽ suã,& sequatur me. Igitur qui post alios venerat,magis quàm alij seruebat:& opere implebat illud: Cui dimittitur multũ, magis diliget. Vnde quò posterius venit,hoc magis dilexit. Et propter hoc etiam priorẽ vitam suã suggillans, sæpe seipsum notabat,nihil satis esse putans ad priora occultanda. Cõfirmans,inquit,hoc est,cum mansuetudine docẽs. Et vide quod nõ dicũt illi,Tu es qui expugnas,quare mutatus es? Cõfundebãtur enim, sed inter seipsos dicebãt. Dixisset enim & multo iustius. Hoc nos maxime docere oportebat,quoniã & apud Agrippã sic rationem reddit. Hunc imitemur oro & nos,& contra omnia pericula simus parati. Et quomodo,inquit,ille fugit? Nõ erat opus timoris,sed cu D
stodiebat seipsum verbo Si timidus fuisset,nõ venisset in Hierusalem, neq; statim susccpisset doctrinã, remisisset alacritatẽ. Atqui non erat timidus,sed prudens,& tẽporis obseruator,edoctus passione Stephani. Proinde non putabat magnũ mori pro prædicatione,nisi cũ magno lucro hoc fiat:homo neq; Christum videre volẽs,quem maxime omniũ videre cupiebat, quoniã nondum suũ erga homines ministerium impletũ erat. Talẽ oportet esse Christiani animã. Statim ab initio & ianua ostendebatur Pauli effigies,imò & antea per ea quæ non secundũ scientiã faciebat,sed humana ratione motus. Nam cum post tantum tẽpus noluit dissolui, multo magis in initio negociationis,nuper è portu egressus. Nõ eripit autem illũ periculo Christus,sed permittit:quoniã vult etiã humana industria pleraq; fieri. Et aliter: Permit-
A tit,vt discamus quod & illi homines fuerint,& quod nõ vbiq; gratia operabatur:alioqui si hoc nõ fuisset, simpliciter habiti essent stipites,propter hoc & illi in multis dispẽsabant,& operabãtur. Hoc & nos faciamus,& ita fratrũ salutem optemus. Hoc non minus fuerit martyrio, nihil deprecari pati propter multorum salutẽ. Nihil adeo lętificat deũ. Iterũ dicã,quod sæpe dixi,quoniã valde istud velim, quoniã & Christus faciebat,de remissione admonẽs,ac dicẽs: Quã- *Matt.5.c*
do oraueritis vos,remittite si quid cõtra aliquẽ habe *Ibid.18.d*
tis. Iterũ Petro loquẽs,inquit,Non dico tibi,ꝙ remittas solum septies,sed vsq; septuagies septies. Et operibus remisit,quę in illũ delicta sunt. Sic sanè & nos, quoniã scimus scopũ Christianismi esse. Semper de illo loquimur. Nihil frigidius Christiano alios non seruante. Non potes hic paupertatem dicere. Quæ *Luc.21.a*
enim duo minuta dederat,accusabit. Et Petrus dice- *Supr.3.a*
B bat, Argentũ & aurum non habeo. Et Paulus ita erat pauper,ꝙ & sæpe esurierit,& necessario alimẽto habuerit opus. Non potes ignobilitatẽ dicere, etenim etiã illi ignobiles fuerũt & ex ignobilibus. Nõ potes prætexere ꝙ idiota sis,nã & illi erant illiterati. Licet seruus sis,licet fugitiuus,poteris quod tuũ est implere:quãdoquidẽ & Onesimus talis erat,sed vide quò *Ad Philem.1.b*
illũ vocet,& in quantã dignitatẽ prouehat. Vt communicet mihi,inquit,in vinculis. Nõ potes infirmitatẽ dicere, quoniã & Timotheus talis erat,frequen
tes habẽs infirmitates. Quod autem infirmus fuerit, *1.Tim.5.d*
audi: Vino modico vtere propter stomachũ tuũ, & frequẽtes infirmitates tuas. Potest vnusquisq; proximo suo ꝓdesse:si volueris quod tuũ est implere. Nõ videtis arbores steriles ꝙ sint validę,quomodo pulchræ,procerę,leues,ac sublimes? At si hortũ haberemus, vellemus malogranata, oliuas habere frugiferas,& multo magis q̃ illas. Illa enim ad voluptatẽ magis sunt,q̃ ad vtilitatẽ. Et vtilitas autẽ parua quædam est. Tales sunt qui solũ considerant ea quæ sua sunt, imò neq; tales. nã hæ ad incendiũ paratæ sunt,alioq illa eriã ad ędificiũ, & ad rerum securitatẽ. Tales fuerũt etiã virgines,castæ quidẽ & ornatæ ac modestæ: at nulli vtiles, ideo & exurũtur. Tales sunt qui non pauerũt Christũ. Vide enim horũ nulli improperari sua peccata,non quòd scortati sint,nõ ꝙ peierarint, nihil omnino,sed quòd alteri non fuerint vtiles. Talis erat qui talentũ defoderat, irreprehensibilẽ quidem exhibens vitã. Qui autem alij non est vtilis, dic mihi, quomodo erit Christianus? Si fermentũ commixtum farinæ,nõ cõmutauerit totũ in aliũ habitũ: nunquid fermentũ tale est? Quid etiã si vnguentum non implerit odore accedẽtes, vnguentúmne dicemus? ne dicas,impossibile est mihi adducere alios: nam si fueris Christianus,impossibile est vt hoc non fiat. Nã sicut ea quæ in natura contradictionẽ non habẽt,ita etiã hæc. Etenim in natura Christiani sirũ est hoc,ne afficias cõtumelia deũ. Si dixeris ꝙ sol nõ potest lucere,cõtumelia illum affeceris. Si dixeris ꝙ Christianus non potest prodesse,cõtumelia affecisti deũ,& mendacẽ dixeris. Facilius enim est ꝙ sol nõ calefaciat,neq; luceat, quàm Christianũ nõ lucere. Facilius est lucẽ esse tenebras,quàm hoc fieri. Ne igitur dicas ꝙ sit impossibile. Impossibile enim contrarium est. Ne igitur cõtumelia afficias deum, si quod nostrũ est rectè perfecerimus, omnino erunt illa, & quasi naturale quoddã opus sequetur. Non potest latere lux Christiani,non potest occultari lãpas tam
clara.

clara. Itaq; ne simus negligentes. Etenim sicut à virA *Et erat ingrediens & egrediẽs Hierusalem, & libere loquẽs in nomine Iesu. Et loquebatur & disputabat cum Græcis, quoniã discipuli metuebant illum: apostoli vero non credebant illi, propterea metũ illorũ qui illic, tollit. Loquebatúrq; & disputabat cum Græcis.* Ἐλληνιστάς, Græcos dicit, qui Græce loquebantur: idq; valde sapiẽter. *Neq; enim videre illũ voluerunt Iudæi: alij vero etiã aggrediebãtur, vt interficerẽt illum.* Magnæ alacritatis, victoriæq; potẽtis hoc indicium erat, etiã illos valde mœstos factos ob id quod acciderat. *Vt autẽ cognouerunt fratres, deducũt illũ in Cæsareã.* Propter timorẽ hoc faciũt. *Metuẽtes enim, ne postea idẽ cum illo fiat, quod cum Stephano, deducunt illũ in Cæsareã, & emiserunt illũ in Tarsum.* Licet propter metũ, attamen emittũt, simul & prædicaturũ, & securiorẽ futurum in sua patria. Vide autem oro, quomodo non omnia gratia fiunt, sed permittit illos deus etiã propria sapientia multa moderare ac facere, humano more. Si B
enim ab ipso factũ est hoc, multo magis ab illis. Permittit hoc vt ignauorũ prætextũ auferat. *Itaq; Ecclesia per totã Iudæã & Samariã habentes pacem ædificabãtur, & ambulabãt in timore domini, & cõsolatione spiritus sancti implebãtur.* Vt igitur ne quis ex timore hoc factũ putet, prius, vt habuerint ecclesiæ, narrat, ostendens ꝙ persecutionis tẽpore Hierosolymis erat: vbi autẽ res ecclesiæ vbiq; in pace, tũc postea & Hierusalem relinquit: adeo ferũs & alacer erat. Nõ enim quòniã pax erat, putabat nihil opus suo aduẽtu. Et propter quid, inquit, hoc facit & nouit, cum esset pax, & postquam Paulus abiit? Quia istos oblectabãt maxime, vtpote sæpius cõmendatos, & multitudini admirabiles, illum autẽ contemnebãt, & magis in eũ duri erãt. Vidisti quomodo pax bellũ secuta? imò vidisti quid fecerit bellũ istud? Dispersit pacẽ facientes per C
Samariã, cõfusus est Simon in Iudæa, Sapphira puni ta est. Igitur nõ quia pax erat, remissiora erant negocia, sed talis erat pax, vt & cõsolatione haberet op⁹. *Factũ est cum Petrus trãsiret per omnes, descẽdit etiã ad sanctos qui habitabãt in Lydda.* Quẽadmodũ dux in exercitu obambulãs cõsiderabat quæ pars sit coadunata, quæ ornata, quę suo aduẽtu egeat. Vide vbiq; illũ circũcursare,& primum inueniri. Quãdo eligendus Apostolus, hic primus: quãdo loquendũ Iudæis, nõ apostolos esse ebrios: quãdo curãdus claudus, quando concionandũ, hic præ aliis est: quãdo agendum contra principes, quãdo contra Ananiã, quando ab vmbra sanationes fiebant, hic erat. Et vbi quidẽ erat periculũ, hic: & vbi moderatio. vbi autẽ trãquillitate res erãt plenæ, cõmuniter omnes. Sic non exigit ho D
norẽ maiorẽ. Iterũ quando fieri miracula opus erat, ipse prosilit. Et hic iterũ ipse per se laborat, ac iter facit. *Inuẽnit autẽ illic hominẽ quendã Aeneã nomine ab octo annis decumbentem in lecto, qui erat paralyticus, & dixit illi Petrus, Aenea, sanet te Christus: surge & sterne tibi ipsi. Et statim surrexit.* Et quare non expectauit fidẽ viri, neq; interrogauit, vis sanus fieri? Maxime igitur ad multorum cõsolationem factũ est hoc miraculum. Itaq; audi quantum lucrũ. Subdit enim dicens, *Et viderũt omnes qui habitabant Lyddã & Assaronẽ: quotquot conuersi erãt ad dominũ.* Bene sic dixit. Insignis enim erat vir, vnde argumentũ dat signi, vt tollat lectum. Etenim non solũ ab infirmitatibus liberaui, sed etiã cum sanitate vires contuli. Et aliter: Et tunc nondũ indicia suæ virtutis exhibuerãt: & ita merito nõ exigebatur à viro fides. Itaq; quẽadmodum Christus, incipiens à signis non exigebat fidẽ, sic neq; illi. Nam in Hie-
rosolymis

clara. Itaq; ne simus negligentes. Etenim sicut à virtute lucrũ erga nos, & ad eos qui vtilitatẽ capiunt, trãsit: ita & à malicia duplex damnũ, & in nos, & in eos qui offendũtur venit. Sit quispiam, si vis, idiota, innumera à quodã passus, & nullus illum vlciscatur, sed & benefaciat. Qua doctrina hoc non fuerit validius, quibus sermonibus, quibus admonitionibus, quẽ furorẽ extinguere & suffocare nõ valeret? Itaq; hoc sciẽtes, possideamus virtutẽ, eo ꝙ nõ possumus aliter seruari, quàm cum his bonis operibus hãc vitam perficiẽtes, vt & futura bona assequamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul sanctóq; spiritui gloria, imperiũ, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Vt autem Saulus venit Hierusalem, tentauit adhærere discipulis, & omnes timebant illũ, non credentes quòd esset discipulus. Barnabas autem apprehensum illum duxit ad apostolos, & narrauit illis quomodo in via viderit dominum. *Homilia vicesimaprima.*

Galat.1.c Ectè hoc loco dubitatur, quomodo in epistola quidẽ ad Galatas dicit, Non abii Hierusalẽ, sed in Arabiã, & Damascũ, & quòd post tres annos ascẽderit, vt videret Petrũ. Hic vero contrariũ dicit ꝙ Barnabas duxerit illum ad apostolos. Vel igitur hoc dicit, Non abij, vt morã facerem.
Ibidem. Dicit enim illic, nõ acquieui carni & sanguini, neq; abij ad eos qui ante me erãt apostoli. Vel si nõ hoc, quia insidię erant in Damasco, postquã ille venit ab Arabia factũ est, inquit. Deinde iterũ ascendit postquam inde venisset. Sanè ipse nõ abiit ad apostolos, sed discipulis adhærere tẽtabat, vtputa non doctor sed discipulus existẽs. Igitur non propter hoc ascen C
dit, vt abiret ad eos qui ante se, neque enim ab illis quiddam didicit. Vel hunc ascensum non dicit, sed relinquit: & cum sic esset, abiit in Arabiã, deinde venit in Damascũ, postea in Hierusalẽ, postea in Syriã. Vel si non hoc, iterũ sic ascendit in Hierusalẽ, dein in Damascũ, emissus deinde in Syriam, postea in Damascum iterum, mox in Cęsaream, & tunc per quatuordecim annos, forte quãdo fratres adiit cum Barnaba. Vel si non hoc, aliud dicit tempus. historiographus enim multa succindit, & multa tẽpora cõgerit. Vide quomodo non est ambitiosus, neq; narrat visionem illam, sed prætcrit. Iterum autem sic incipit, ac dicit: *Cum venisset autẽ in Hierusalẽ, tentauit adhærere discipulis, qui timebant illum.* Et ex hoc iterum feruorẽ Pauli ostẽdit, nõ ab Anania, neq; ab his qui illic ad- D
mirabantur eum, sed ab his qui Hierosolymis erant. neq; enim hoc humanæ expectationis erat. Et vide illum non ad Apostolos euntẽ propter modestiam, sed ad discipulos, vtpote discipulum existentẽ: nondum enim fide dignus putabatur. *Barnabas autẽ assumens illũ duxit ad apostolos, & narrauit illis quomodo in via vidisset dominũ.* Barnabas ille mitis quidam & mansuetus homo erat. Filiũ autẽ consolationis interpretari quis posset ex nomine: vnde & amicus Paulo factus est. Quòd autẽ valde vtilis erat & facilis, hoc ex his quæ in manibus, & quæ cum Ioanne agũtur, manifestum est: & propterea hic non metuit, sed narrat quomodo in via viderit dominũ, & quòd locutus sit illi, & quomodo in Damasco liberè egerit in nomine domini Iesu. Verisimile enim ꝙ ille etiam in Damasco audierit de illo: ideo & hæc tanquã præparatoria facit, operibus confirmans ea quæ dicta erant.

Barnabas quid interpretetur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rosolymis quidem,merito fides illorū prius exigeba A
tur,vnde & propter fidē, quotquot morbis obnoxij
erant,in viam exponebantur, nēpe vt venientis Petri
vel vmbra quempiam illorū obūbraret,multa enim
facta erant illic signa. Hic autē hoc primum cōtigit.
Nam signa quædā fiebant, vt allicerentur alij, quæ-
dam vero pro credentiū consolatione. *In Ioppe autem erat discipula quædam nomine Tabetha, quæ si interpretetur quis, dicitur Dorcas. Itaq; hæc plena operibus bonis & eleemosynis quas faciebat. Factū est autē in diebus illis, quòd cū ægrotasset illa, mortua est. Lotā autē illam posuerunt in cœnaculo. Quia autē prope erat Lydda Ioppe, audientes discipuli quòd Petrus esset in illa, miserūt duos viros obsecrātes, ne differat venire vsque ad se.* Quare expectauit vt moreretur? quare nō & ante hoc Petrus rogatus? Indignū censebāt,
pro talibus discipulos solicitos esse, & à prædicatio- B
ne auellere. Quoniam & propter hoc dicit, q; prope
erat: & ita mōstrat q; vt rem superuacaneā hoc petiis
sent. Discipula enim erat. *Surgens autē Petrus venit cum illis. quē vt venit, adduxerūt in cœnaculū.* Non orant, sed
illi permittunt, vt à seipso vitā illi cōcedat. Ita hic im
pletur, quòd eleemosyna liberat à morte. *Et fleterunt circa illū omnes viduæ plorātes, & mōstrantes tunicas & vestes quas fecerat Dorcas cum esset cum ipsis.* Ducunt Petrū
eò vbi sita erat mortua, fortasse putātes aliquid illi ad
doctrinā dari. Vidisti quantū augmentū factū? Non
simpliciter autē datum est nomen mulieri, sed vt di-
scamus q; ferret nomen ita vigilās ac sobria, vt Dor-
cas. Multa enim nomina singulari dispēsatione indi
ta sunt, vt sæpe vobis dixi. Plena erat, inquit, operib⁹
bonis & eleemosynis quas faciebat. Magnū mulie-
ris encomiū, quādoquidē vtraq; sic faciebat, vt vtris-
que plena esset. manifestū autem q; primum illorū, C
etiam tunc huius faciebat diligentiā. Quæ fecerat,
inquit, cum Dorcas adhuc esset cum ipsis. Multa hu
militas: non enim sicut nos agebāt, sed communiter
omnes erant: magnā eleemosynæ faciebat rationē.
Eiectis autē foras omnibus Petrus posuit genua ac orauit, & cōuersus ad corpus dixit. Tabetha surge. Illa autē aperuit oculos suos, & viso Petro resedit. Cūrnam omnes eiicit? plā-
nè ne lachrymis cōturbetur, nec cōfundatur. *Et positis genibus orauit.* Hoc indiciū erat attentæ & ordinatę
orationis. *Et apprehensa*, inquit, *manu.* Hic ostendit per
partē, vitam, deinde virtutē quæ inducebatur: illam
per verbū, hanc per manū. Data autē illi manu exci-
tauit illam, & vocatis sanctis ac viduis cōmendauit
illam viuentē. Aliis quidem ad consolationē, quòd
accepissent sororē, & q; vidissent miraculū: aliis autē
vt præesset. *Notū autem factū est per totā Ioppen, & multi* D
crediderunt in dominū. Factū est autem cum mansisset ille sat multis diebus in Ioppe apud Simonem quendā coriarū. Vide
humilitatē ac māsuetudinem Petri, quòd non apud
hanc manet, neq; apud alium quendā insignem, sed
apud coriariū: per omnia nos in humilitatē inducēs,
& neq; viliores confundi permittēs, qui & propter
hoc cēsuit transeundū, quoniā illius doctrina opus
habebant credētes. Videamus iterū quę suprà dicta.
Tentabat, inquit, adhęrere discipulis. Non impudē-
ter accessit, sed submisse. Discipulos autē vocat etiā
eos, qui non erāt in choro duodecim, eo quòd om-
nes tum propter eximiam virtutē discipuli vocaban
tur. Erat enim manifesta illorū imago. Et omnes ti-
mebant illū, inquit. Vide quomodo metuebāt disci-
puli, quomodo adhuc metus vigebat. Barnabas au-
tem apprehensum illū duxit ad Apostolos, & narra-

ploras? Non vides quale sacramentū est quod fit? q̄ A
terribile ac horrendū, & verè hymnis ac gaudio dig-
num. Vis discere, vt scias q; non sit lachrymarū tem
pus? Hoc diuinæ sapientiæ maximæ est mysterium.
Nam quemadmodū domo sua relicta pergit anima
ad suum festinans maritū ac dominum, tu autem lu-
ges? Itaq; & nato puero hoc facere oportebat. Etenim
hic partus illo melior. Vadit enim ad aliā lucē, soluī-
tur quasi à vinculo quodā, & quasi à certamine egre
ditur. Etiā, inquit, de ꝓbatissimis rectè hæc dicis. Et
quid ad te homo? Tu enim hoc neq; apud ꝓbatissi-
mos agis. Dic oro mihi, cur de puello poteris desp-
rare, cuius gratia luges illū? Cur nuper illū natū? Et-
enim sicut ille, ita & iste se habet. Quare igitur luges
illū? Nescis q; sicut sol mundus ascendit, ita & anima
relinquēs corpus cum pura cōscientia fulget clarè?
Non cum tāto silētio videri potest rex ascendens in
ciuitatē, vt anima quę reliquit corpus, & cum ange- B
lis abit. Intellige quæ sit anima, in quāto tunc stupo-
re sit, in quāta admiratione & voluptate. Quid luges
dic oro? Nō enim in peccatoribus hoc solum facis.
Vtinā hoc esset, & non prohiberem luctus. Vtinam
talis mēus esset: hic luctus apostolicus est hic luctus
Luc. 19.f & dominic⁹. Plorauit enim & Iesus Hierusalē. Vellē
hac lege discerni luctus. Quādo autē reuocans na-
turam dicis & consuetudinē & curā: nónne propter
hoc luges? sed considera. Luge, plora peccatorem, &
ego deducam lachrymas, & ego magis q̄ tu: quanto
& maiore supplicio obnoxius ille, & ego plorabo ta-
li animo. Nō te autem solùm oportet plorare, sed &
ciuitatem totam & omnes occurrētes, tanquam eos
qui ad mortē ducuntur. Verè enim mors illa, mala
est, mors peccatorū, & omnia cōfudit. Hic luctus sa- C
piētiæ est, multámq; habet doctrinā: ille autem pusil
lanimitatis. Si sic luxissemus oēs viuētes, illos emen-
dassemus. Igitur si posses prohibere afferentē reme-
dia, fecisses mortem illam corporalem: ita & nūc si-
quidē hanc luxisses mortē, prohibuisses certè & su-
per te & super illo fieri. Nunc autē ænigma est quod
fit, quum sint multi qui possent nō permittere hanc
accedere, & demittere vt fiat, vt autē facta fuerit lu-
gere. Verè lachrymis digni, quādo assistēt tribunali
Christi, qualia audient verba: quantas res patientur?
Frustra vixerūt hi, immo non frustra, sed etiā in ma-
lum. Et de illis tēpestiuè diceretur, Vtile erat illis si
non fuissent nati. Quæ enim vtilitas dic oro, tantum
insumere tempus in malum tui ipsius capitis? Nam si
frustra solū insumptum esset, non satis fuisset damni.
Dic oro, si quis mercenarius fact⁹, viginti annos per- D
dat, frustra nō plorabit & lachrymabitur, & videbi-
tur omniū miserrimus? Et hic quantum vitæ frustra
insumpsit, neq; vnum diem vixit sibi, sed voluptati,
luxuriæ, auariciæ, peccato, diabolo? Hoc igitur non
plorabim⁹, dic oro? nō tētabimus nos ab his pericu-
lis eripere? Est eñ si voluerimus illi leue facere sup-
plicium. Itaq; si preces pro illo faciamus cōtinuas, si
eleemosynā damus, & si ille indignus sit, nobis deus
placatior erit. Si per Paulū alios seruauit, & per alios
aliis parcit: quomodo nō & propter nos istuc ipsum
faciet? Ex illius opibus, ex tuis, vnde volueris, iuua:
instilla oleū, immo aquā: nō potest suas eleemosynas
ostentare, licèt cognatorū. Non habet eas quæ factæ
sunt à se, tametsi factas pro se. Ita cum fiducia illum
deprecabitur tunc mulier, precium redēptionis pro
illo deponens: quò pluribus peccatis fuit obnoxius,

hoc magis opus est illi eleemosyna. Nō propter hoc
autem solùm, sed q; neq; æqualem habet vim nunc,
sed multò minorē. Non est autem par, quod quis ip-
se facit, & quod per aliū facit. Itaq; quum minor sit,
ita multitudine maximam faciamus illam, non circa
monumēta, nō circa sepulchra occupati simus. Assi-
ste viduas. Hæc erit sepulchralis cura maxima. Dic
nomē, oēs iube pro illo facere supplicationes & pre-
ces. placabit hoc deū, etiamsi non ab ipso factum sit:
sed propter illū alius author fit eleemosynæ. Et hoc
dogma est diuinæ misericordiæ. Viduæ circunstātes
& lachrymantes, non solū à præsenti, sed etiam a fu-
tura possunt eripere morte. Multi etiā vtilitatem ac-
ceperūt ex eleemosynis ab aliis pro se factis: nā licèt
non perfectā, attamen consolationem quandam in-
uenerūt. Quoniā si hoc nō est, quomodo pueri ser-
uantur: quāuis certè illi nihil afferūt, sed parētes to-
tū, & mulieribus donati sunt sępius pueri? Multas no
bis de⁹ salutis dedit vias, modò ne negligam⁹. Quid
igitur si quis pauper fuerit, inquit? Iterū dicā, multi-
tudo eleemosynæ nō ex his quæ dātur, iudicatur sō-
lum, sed etiā ex voluntate: modò ne des minus q̄ fa-
cultas tua potest, & totū exquisiueris. Quid igitur si
solitarius fuerit, & peregrinus, & nullū habeat? Qua-
re enim nullū habet, dic oro? Hoc illo dat pœnam,
q; nullum ita amicum, ita virtute præditum habet.
Itaq; hoc fit, vt licèt ipsi non simus virtute præditi,
curemus socios & amicos virtute præditos habere,
& mulierē & filiū quasi fructum quendam etiā per
illos habētes, paruum quidē fructum habentes, atta-
men aliquem: si curaueris, nō diuitem, sed frugalem
vxorem ducere, hac cōsolatione frueris. Similiter si
operam dederis, ne diuitē filium relinquas, sed piū,
ac filiam honestam: & sic hac frueris consolatione, si
hæc curaueris, & talis eris. Et hæc pars virtutis est, q;
tales elegeris & amicos, & vxorē, ac filios. Non fru- *oblatio-*
stra oblationes ꝓ defunctis fiunt, nō frustra preces, *nes pro de*
nō frustra eleemosynæ. Hæc omnia spirit⁹ dispositi, *functis*
volens vt nos mutuum iuuemus. Vide enim vtilita- *nō frustra*
tem accipiet ille per te, & tu per illū, cōtemptis opi- *fieri.*
bus inductus ad faciendū aliquid generosum: & tu
illi salutis, ipse verò tibi eleemosynæ fact⁹ est author.
Ne dubita, quia erit aliquis fruct⁹ suauis. Nō simpli-
citer minister clamat pro his qui defuncti sunt in
Christo, & pro his qui illorū memoriā faciunt. Non
diaconus est qui talem illam vocem emittit, sed spi-
ritus nō sanctus inquam, sed donum. Quid dicis? In
manibus est hostia, & omnia proposita sunt bene or-
dinata, adsunt angeli, adsunt archangeli, adest filius
dei, cum tanto horrore astant omnes, astant illi cla-
mātes omnib⁹ silētibus, & putas simpliciter hæc fie-
ri? Igitur & alia simpliciter, & quæ ꝓ ecclesia, & quę
pro sacerdotibus offeruntur, & quę pro multitudine
ac vbertate? Absit. Sed omnia cum fide fiūt. Quid
putas pro martyribus offerri q; vocantur in illa ho-
ra, licèt martyres sint, etiam pro martyribus magnus
honor nominari domino præsente, dum mors illa
perficitur, & horrendum sacrificium, & ineffabi-
lia sacramenta. Nam quasi sedente rege quæcunque
voluerit, perficit: vt autem surrexerit, quæcunq; di-
cit, frustra dicit. Ita & nunc quādiu proposita fuerint
mysteria, omnibus honor maximus in memoria ha-
beri. Vide enim: Annunciatur tunc sacramentū hor-
rendum, q; pro mundo dedit seipsum deus, cum illo
miraculo tempestiuè memor est ille eorū qui pecca

Universidad de Deusto
Biblioteca

runt. Sicut enim quando regũ trophæa statuuntur, tunc celebrantur quidẽ & quicunq; victoriæ socij fuerũt: dimittũtur autẽ qui sunt in vinculis per illud tempus: vbi autem transierit hoc tẽpus, qui nihil assequutus est, nihil obtinet: ita sanè & hic. Trophęorũ
1.Cor.11.g & celebrandæ victoriæ tẽpus est. Quoties enim, inquit, manducatis panẽ hunc, mortẽ domini annunciate. Itaq; ne simpliciter accedamus, neq; fortuitò hæc fieri putemus. Et aliter: Martyrum memores sumus, & hoc in fidem q̃ non mortuus adhuc est dominus: idq; quia deuicit & occidit mortẽ, signum facti esse illũ mortuum. Hæc scientes cõsideremus, quantas cõsolationes possemus mortuis, pro lachrymis, pro lamẽtis, pro monumentis, præstare: nempe eleemosynas, preces, orationes, vt & illi & nos assequamur promissa bona, gratia & misericordia vnigeniti filij, cum quo patri simul sanctóq; spiritui gloria, imperium, honor, vnnc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Cap.X. *Vir autem quidam in Cæsarea, nomine Cornelius, centurio, ex cohorte quæ appellatur Italica, pius ac timens deum, cum omni domo sua, faciens eleemosynas multas populo, & orans deum semper.* *Homilia xxij.*

Ille non erat Iudæus, neq; iuxta legem viuebat, sed prius nostro more vitam egerat. Et vide duos credere nunc, nempe Eunuchũ
Supr.8.e à Gaza, & hũc, quum ambo sint in dignitatibus, magnámq; pro illis habitã curam. Verũ ne putes, q̃ electi sint propter has dignitates. Minimè: sed propter pietatem. Sanè propter hoc dignitates positę sunt, vt maior pietas ostendatur. Mirabilius etenim, quãdo quis in diuitiis & potentia agens talis fuerit. Iã magna illius laus, qui tãtam peregrinationem susceperat, & neq; per illud tempus lectionem intermitte-
Ibidem.f bat. Et Philippum quum in curru veheretur, orabat: & multa alia. Magna autem & huius laus est, q̃ facit eleemosynas ac preces, & pius est in tanto principatu. Vnde & ab dignitate hac virum notum reddit. Et meritò, ne quis dicat, scripturarũ historiã fallere. *Ex cohorte*, inquit, *quæ vocabatur Italica.* Σπεῖρα, cohors
Νόμισμα. est, quæ nunc vocatur numerus. *Pius ac timens deũ, cũ omni domo sua.* Hæc dicit, ne putes q̃ propter dignitatem illius talia facta sint. Itaq; quando Paulũ adduci oportebat, minimè angelus, sed ipse dominus apparet: neq; mittit illum ad aliquẽ duodecim apostolorum, sed ad Ananiã. Hic autẽ secus fit. Præcipuũ adducit, sicut & Philippum, attẽperans se illorum infirmitati, & docẽs quomodo talib⁹ vti oporteat. Quoniam & Christus ipse, qui abiit, apparet sæpe iis qui
D grauiter patiuntur, & per seipsos accedere non possunt. Vide autẽ oro, hic iterũ aliud eleemosynæ encomiũ, sicut illic in Tabetha, *Vir*, inquit, *pius & timens deum cum omni domo sua.* Audiamus nos quotquot domesticos negligimus. Hic autem & militũ curam gerebat, & faciebat eleemosynam omni populo. Sic & dogmata & vita illius recta fuerũt. *Vidit in visione manifeste, circiter horam nonã diei, angelũ dei ingressum ad se, & dicentem sibi, Corneli.* Quare videt angelũ? Etiam hoc faciebat ad confirmationẽ maiorẽ Petri, immo non illius, sed aliorũ infirmorum. Nona autẽ hora, quando curæ dimittebãtur, & quies erat, quãdo in precibus & compunctione. *Vt autem intuitus est illum, & trepidus factus est, dixit.* Vide angelum non statim dicere ad quæ dicẽda venerat, sed prius soluere metum, & mẽtem illius sublimia contemplantẽ. Etenim aspectu territus erat, sed metu moderato, & solũ animaduertentẽ faciente. Mox verba metum soluũt, immo laus in illis dicta quæ formidinis asperitatẽ mitigabat. Audi autẽ & qualia verba: *Preces tuæ ac eleemosynæ tuæ ascenderũt in memoriam coram deo. Itaq; nũc mitte in Ioppen, & voca Simonẽ qui agnominatur Petrus.* Ne ad alium veniant, nõ à solo cognomine, sed etiã à loco manifestat virũ. *Et ille est qui hospitatur apud Simonẽ quendam coriariũ, cui est domus apud mare.* Vidisti quomodo, quia diligebant solitudines ac silentiũ, in secretiores vrbium partes ingressi sunt? Quid igitur si cõtigisset & alium Simonẽ esse, eundémq; coriarium? Vnde & aliud signum habebat, q̃ apud mare habitabat. Vix autẽ possibile erat tria illa vni competere. Et non dixit, quare, ne cõtristet illũ: sed relinquit illum, ita vt desiderium habeat audiẽdi illum. *Vbi verò abiit angelus, qui locutus est Cornelio, quum vocasset duos seruos suos, &*
B *militẽ piũ, ex his qui manebant apud illũ, & narrasset illis omnia, misit eos in Ioppen.* Vides q̃ non simpliciter hæc dicit, sed vt ostẽdat, q̃ etiã hi qui cum illo, tales essent? *Et quum narrasset illis omnia, dixit.* Vide q̃ alienus est à fastu? Nõ dixit, Vocate mihi Petrum: sed ita vt persuaderet, narrauit omnia. Idq; singulari ratione faciebat. Non enim volebat id sola authoritate præcipere & accersere: idcirco nunc narrat, tã moderatus erat vir: tametsi nihil magnũ cogitari poterat de viro qui apud coriariũ diuerterat. *Sequenti autẽ die quum illi in via essent ac ciuitati appropiarent, ascendit Petrus in superiorẽ partem domus, vt oraret circa horã nonã.* Vide quomodo spiritus connectit tempora, & neq; citius neque tardius facit hoc. Ascendit, inquit, Petrus in superiorẽ partẽ domus, vt oraret circa horam sextam,
C hoc est, seorsum, & in quiete, quasi in cœnaculo. *Et quum esuriret ac vellet sumere cibum, parantibus autem illis irruit super eum mẽtis excessus, & vidit cœlum apertũ.* Quid est ἔκστασις? Spiritualis, inquit contemplatio facta est in illo: quasi diceret quis, anima excessit è corpore. *Et vidit cœlum apertum, & descendens ad se vas quoddã, velut linteum magnum, quatuor initiis alligatum submitti è cœlo in terram, in quo erant omnia quadrupedia terræ, bestiæq; & reptilia ac volatilia cœli. Et facta est vox ad illum, Surge Petre, macta & vesce. Ait autem Petrus, nequaquam domine, quia nunquam edi quicquam commune vel immũdum. Et vox iterum secundò ad eum, Quæ deus purificauit, tu communia ne dixeris. Hoc autem factum est tertiò. Et rursum receptum est vas in cœlum.* Quidnam hoc est? Symbolum totius orbis fit. Homo ille præputium habebat, & nihil cõmune cum Iudęis. Quoniam igitur accusaturi erant
D omnes Petrum, tanquam præuaricatorẽ, & hoc valde illis frequens erat, necessariò & tẽpestiuè inquit, Nunquam comedi. Nunquid ipse timuerat? Absit. Sed spiritus ita moderabatur eum, vt defensionem habeat contra eos qui reprehensuri erant, quod & contradixerit: nam magna cura illam legem seruabant. Ad gentes mittebatur, vt igitur & hæ illum nõ accusent, sicut iam dixi: hæc singulari dispensatione contigerunt, vel etiam ne videatur spectrum quoddam esse, dixit: *Nequaquam domine, quia nũquam edi commune vel immũdum. Facta est autem vox ad illum, Quæ deus purificauit, tu ne communia dicas.* Hoc videtur quidem ad illum dici, totum autem Iudæis dicitur: nã si magister increpatur, multò magis hi. Itaq; linteum hoc est, terra: bestiæ autem in illa, gentiles. Macta verò & comedè, quod etiam illos accedere oporteat. Tertiò autẽ fieri, baptisma significat. *Minimè domine, nunquam*

quam comedi cõmune vel impurum. Et quare, inquit, con-
Gen.22.a tradixit? Ne quis dicat, q̃ tentauerit illum deus sicut
Ioan.6.a Abraham, quando iussit vt filiũ hostiam offerret, si-
Deut.12.b cut & Philippũ quando rogauit, Quot habetis panes? non vt discat, sed tentans illum. Quin & in lege Moses distinctè præceperat de mũdis ac immundis, tam in terra, q̃ in mari. Attamen neque sic sciebat, adeò apud seipsum hæsitat Petrus, quænã esset vsio illa quã vidisset. *Ecce viri qui missi erant à Cornelio, percõtati de domo Simonis astiterũt ad ianuã. Et vocãtes, interrogabãt, an Simõ qui cognominaretur Petrus, illic haberet hospitiũ.*

Quoniã admiraretur ac dubitaret Petrus, veniunt viri tẽpestiuè dubitationem soluentes. Quoniam & Iosephum prius permisit turbari, & tunc archangelũ mittit. Facilè em̃ anima solutionẽ accipit, quæ prius dubitauit. Itaq; nõ diutius permittitur hæsitare, neque anteà, sed cõmodissimo tempore. *Petro verò co-*
B *gitante de visione, dixit spiritus ei, Ecce viri quærunt te: Surge itaq; & descende, ac vade cum eis, nihil hæsitãs, propterea quod ego misi illos.* Est hic & alia defensio Petri ad discipulos, vt discat, q̃ & hęsitarit didicerit q; nõ hæsitandũ. Quia ego, inquit, illos misi. Vide quãta spirit⁹ facultas. Quod autẽ facit deus, hoc spiritus dicitur facere. Verum angelus non sic. Sed primùm dicens, Preces tuæ ac eleemosynę tuæ: tũc inquit, mitte: vt ostẽdat q̃ illinc missus sit. Spiritus autem, quoniam dominus, Ego illos misi. *Descẽdens autẽ Petrus ad viros, dixit, Ecce ego sum quẽ quæritis, ob quã causam adestis? Qui dixerunt: Cornelius Centurio, vir iustus, ac timens deum, & testimoniũ habens ab vniuersa gente Iudæorũ, oraculo admonitus ab angelo sancto, vt accerseret te in domũ suã, & audiret verba abs te.* Dicunt laudes, vt persuadeant, q̃ & angelus
C apparuit illi. Introò vocatos igitur eos excepit hospitio. Vides vnde initiũ fit gentiũ? A viro pio, qui operibus dignus est habitus. Nam si offenduntur Iudæi quum talis fuerit: si non fuisset talis, quid non dixissent? Introductos, inquit, illos hospitio excepit. Vide quãta securitas. Intus vocat, ne quid graue eis accidat, & fidẽter victitat cum illis. *Sequenti verò die Petrus profectus est cum illis, & quidã ex fratribus Ioppẽsibus comitati sunt eum. Postridie verò introierunt Cæsaream.* Nobilis erat vir, & in præclara degebat ciuitate. ideo apud illũ omnia simul pulchrè gerũtur, & à Iudæa res accipit initiũ, vtpote quæ nõ dormienti, sed vigilanti interdiu acciderit. Circa horam enim nonam. Ita seipsum attẽdebat. Sed videamus iterũ quæ supra dicta: *Et dixit angelus, Preces tuæ ac eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam coram deo.* Hinc manifestum q̃ per vocem
D vocauit angelus, & ita vidit illum: q̃ si non vocasset, neq; vidisset. Ita quibus vacabat, erat intẽtus. Et accersi Simonẽ, qui Petrus cognominatur. Iam q̃ ad vtilia illum vocet, manifestauit: qualia autem vtilia hæc, non addidit. Sic neque Petrus dicit totum. Sed vbiq; sunt succisæ narrationes, vt audientes excitẽt: sic & Philippum solũ vocat in solitudinem. Ascendit autẽ Petrus in superiorem partẽ domus, vt oraret circiter horam sextam, & cecidit super illũ mentis excessus, & videt vas quoddã quasi linteum. Vide q̃ neq; fames cogit illum accurrere ad linteum. Vt autem non diu hæsitet, audit vocem dicentem, Surge Petre, macta, & ede. Forsan positis genib⁹ orabat ac videbat visionem. Mihi videtur propter prædicationem hanc visam esse. Quòd autem & diuinũ fuerit quod videbat, manifestum, quia supernè id quod videbat, descendebat: & q̃ vox inde afferebatur, & ter fiebat, & cœlũ aperiebatur, & q̃ illinc veniebat, & illuc rapiebatur, maximum autem indiciũ erat diuinè fieri. Quare autem hoc fit? Propter eos quibus erat narraturus. Quia ipse iã audierat, In viã *Matt.10.*
4 gentium ne abieritis. Et ne mireris. Si enim circũcisione & sacrificio Paul⁹ habebat opus, multò magis tunc in principio prædicationis, quum essent adhuc infirmiores, illis egebãt. Et ecce viri, inquit, missi à Cornelio astabant ad ianuam, & vocantes, rogabant an Simon qui cognominatur Petrus, illic habeat hospitiũ? eo q̃ vilis domus erat, intrà rogabant, non vicinos. Petro autem cogitante, dixit ei spiritus: Surge, descende, & vade, nihil hęsitans, eo q̃ ego misi illos. Vide, non dixit, Propter hoc enim visio apparuit tibi: sed, ego misi illos: ostendens q̃ sic persuadere debent non exacturi pœnas. Sufficit enim illi ad
B omnem probationẽ, audire ab illo, Fac hoc, loquere hoc: & nihil amplius quærere. Descendẽs autem Petrus dixit, Ecce ego sum quẽ quæritis. Curnã nõ statim illos suscipit, sed quærit? Vidit milites esse qui astabãt. Ideo nõ simpliciter rogat, sed prius cõfessus esse se quẽ quærebant, quærit causam aduẽtus, vt ne putetur propter hoc quærere, quasi velit seipsum occultare. Et rogat vt si quidẽ op⁹, statim festinet, & simul eat. Si autẽ min⁹, vt hospitio excipiat. Quare autẽ illi dicũt, Accersit te in domũ suam? quia hoc illis præcepit. Fortassis autẽ & quasi rationẽ pro illo dantes dicunt: Ne desperes, non quasi contẽnens misit, sed præcepit sic. Cornelius autem expectabat illos, cõuocatis cognatis suis & necessariis amicis. Meritò: nõ enim iustũ fuisset etiam cognatos & amicos non simul adduci. Et aliter, & illic præsentes magis q̃ illi
C audissent. Vidistis quanta eleemosynæ virtus, & in priore, & in præsenti sermone. Illic à temporali morte liberati, hic ab æterna, & ianuas aperuit cœli. Vide etian quanti fecerit q̃ credat Cornelius, vt & angelus missus, & spiritus operatus, & princeps apostolorum accersitus, visionemq; talẽ vidit, & nihil omnino intermissum est: Quot fuerũt Cẽturiones & Chiliarchi & reges, & nullus horũ assequutus est quę ille? Audite oẽs qui in militia estis, qui regibus assistitis. *Pius erat*, inquit, *ac timens deum.* Et quod maius, *Talis erat cum omni domo sua.* Ita erat huic rei intentus ac affectus, vt non solũ sua bene constitueret, sed etiam in ministris suis istuc ipsum faceret. Nõ cũ sicut nos qui omnia facimus vt nobis timẽdi sint ministri, at pij non ita. Et hic non sic, sed cum omni domo sua deum timebat: nõ solùm enim quasi communis pater eorũ qui cum ipso erãt, sed etiam militum qui ei
D suberant. Audi autẽ & quid aliud dicunt. Necessario enim appositũ est, quòd testimoniũ habebat ab omni populo, ne quis dicat: Quid enim, licet præputiũ habeat? Et *illi*, inquit, testimoniũ ei dant. Igitur nihil eleemosynæ par est. Immo tam magna rei virtus est, quãdo ex penuariis puris profunditur, vt ea quæ ex iniustis promuntur cõparentur luto, immisso in fontẽ: quæ autẽ ex iusto lucro flumini quod pellucidũ & purum in horto, dulce quidẽ aspectu, dulce etiam contactu, dãs lene ac frigidũ in meridie. Iuxta hunc fontẽ, non pini & quercus, neq; cypariſſi: sed plantæ illis multò proceriores, amor dei, laus hominũ, gloria quæ in deo, beneuolẽtia ab omnibus, peccatorũ abolitio, multa fiducia, opum contemptus: Eleemosyna autem per quam charitatis planta nutritur. Nihil enim ita charitatem fouere solet, ac dum quis se

Universidad de Deusto
Biblioteca

misericordē exhibet. Hic ramos in sublime erigi facit. Hic melior fons eo qui est in paradiſo, non in quatuor diuiſus initia, ſed in cœlū ipſum ſurgit. Hic parit flumen illud quod ſalit in vitā æternam. in hūc ſi mors inciderit, tanquam flāma à fonte cōſumitur ſic: vbi irrorarit, magna operatur bona. Hic, ignis flumen extinguit, vt ſcintillā. Hic vermem ita ſuffocat, vt nihil fiat. Qui illū habet, non ſtridet dentibus. Ab aqua iſta ſi irrorat in vincula, ſoluit ea: ſi in caminos inciderit, totos extinguit. Itaque quemadmodum in horto fons nō nunc quidē profundit flumina, nunc verò areſcit, alioqui non eſſet iā fons, ſed ſemper ſcaturit, ita & noſter, ſemper largius profundit flumē in eos qui maximè indigent miſericordia, vt maneat fons. Hoc hilarē facit eū qui accipit. Hoc eleemoſyna eſt, nō ſolū emittere flumen rapidū, ſed etiā lympidum. Si vis quaſi ex fontibus tibi implui dei oleū, & tu fontem habe. Nihil illi par. Si tu huius fontis aperueris ora, fontis dei talia erunt ora, ita vt omniū abyſſum vincant. Occaſionem ſolam quærit à vobis accipere deus, & profundit ex penuariis ſuis bona. Quando inſumit, quādo ſumptus facit, tūc diteſcit, tunc abundat. magnū illius fontis os, purum eius flumen ac lympidū, ſi hunc non obturbaueris, neq; illum. Nulla ſterilis ſtet apud illū arbor, vt ne humorē illius abſumat. Habes diuitias, ne planta ſalices illuc. Talis eſt enim voluptas, multa inſumit, & nullū in ſe oſtendit fructū ſed perdit: ne plantes populum, ne tiliam, neq; aliam talē quandam, quæ ſumptum quidem poſtulant, fructum verò negant. Tales ſunt veſtiū deliciæ, pulchræ aſpectu: cæterū inutiles. Imple arboribus omnia vtilia, planta in pauperū manibus quæcunque volueris, nihil hac terra pinguius, quanuis parua ſit capacitas munus, attamē in ipſum peruenit cœlū arbor quæ plantatur. Iam quod plantatur in terra, licèt non modò, attamen poſt centum annos fructū affert. Quid plātas arbores, quibus nō frueris? Priuſquàm fruaris, præripit te mors. Hæc arbor quādo mortuus fueris, fructū tibi afferet. Si plātas, ne in gaſtrimargiæ plantes ventre, vt ne in ſeceſſum fructus exeat, ſed plāta in vtero afflicti & ieiunantis, vt ſaliat in cœlum fructus. Refocilla pauperis animā quę in anguſtiis eſt, vt ne ſpacioſam tuam arctes. Non vides ꝙ arbores quę ſine fine ac modo rigantur, à radice corrumpūtur: quæ autem cum modo, creſcunt. Sic ſanè & tu, ne tuum ipſius ventrē ſupra modū riges, ne corrumpatur radix arboris. Pota ſitientem, vt fructū feras. Quæ in tempore rigantur, non corrumpit ſol: quæ autem abſque modo, corrūpit. Talis enim Solis eſt natura. Vbiq; malum, vbi nō eſt mediocritas. Ideo demamus aliquid cupiditati, vt & nos aſſequamur quæ cupimus. In ſummis locis fontes dicūtur naſci. Igitur ſimus & nos anima ſublimes, & ſtatim miſericordia diffluet. Non poteſt enim fieri, ſummam animam non etiam miſericordem eſſe, & miſericordem non eſſe ſummam. Itaq; contemnens diuitias, radice malorum ſuperior eſt. Fontes in ſolitudinibus ſunt magna ex parte. Et nos animā à turbulētia educamus, & ſcaturiet apud nos eleemoſyna. Fontes quò magis purgantur, clariores fiunt. Sic ſanè & nos, quò magis inſumemus, tantò magis bona ſcaturient. Qui fontem habet, nō timet. Si igitur & nos habuerimus eleemoſynam fontem, nō timebimus. Etenim ad potum, ad rigationem, ad ædificium, ad omnia nobis vtilis eſt hic fons. Nihil A fonte hoc melius, nō ſolet ille ebrietatem inducere. Melius talem habere fontem, q̄ auri fontes fluentes aureis glebis. Mulier quæ hoc fert aurū, anima. Non enim in hæc regna, ſed in ea quę ſurſum ſunt, aurum ſimul concedit, ornatúſq; ſit eccleſiæ dei. Ex hoc auro gladius efficitur ſpiritus, gladius per quem draco abſecatur. Ex hoc fonte lapides promanāt precioſi, qui ad caput aſſumūtur regis. Ne igitur negligamus tātas diuitias, ſed inferamus eleemoſynā cū largitate, vt cōſequamur miſericordiā dei, Gratia & miſerationibus vnigeniti illius filij, cui etiā gloria, honor, & imperiū, cum ſancto ſpiritu in ſecula ſeculorū, Amē.

Sequēti verò die ſurgens Petrus, profectus eſt cum illis. Quidam autem fratres Ioppenſes comitati illum, ſimul ingreſſi ſunt in Cæſaream: Cornelius verò expectabat illum, vocatis cognatis & neceſſariis amicis ſuis. Homilia xxiij.

B POſtquam hoſpitaliter tractauit viros, profectus eſt cum illis. Bene, prius benevolum ſe illis præbet, vtpote ex itinere fatigatis, & familiares ſibi reddidit, & tum tandem proficiſcitur. *Sequēti vero die*, inquit, *ſurgens Petrus, profectus eſt cum illis. Quidam autem fratres Ioppenſes.* Non ſolus, ſed & alij veniunt cum eo, id quod ſingulari ordinatione cōtigit, vt eſſent poſteà teſtes, quando Petro opus defenſione. *Cornelius vero expectabat illum vocatis cognatis & neceſſariis amicis ſuis.* Hoc amici officium, hoc pij, in talibus bonis neceſſarios amicos facere ſocios. Meritò hos cōuocat, quibus fidebat, & cum quibus de talibus ſemper egerat, quæ fruſtra cum aliis tractaſſet. Mihi autem videntur amici & cognati ab ipſo fuiſſe inſtituti. *Vbi vero aduenit Petrus*, C *occurrens Cornelius illi, & cadens ad pedes, adorauit. Petrus autem erexit illum, dicens: Surge, nam & ego homo ſum.* Hoc faciens, humilitatem ſuam oſtendit, & alios docuit, deóq; gratias agit, ac declarat ꝙ licèt iuſſus ſit, tamen & per ſe multam habeat promptitudinem. Quid igitur Petrus? Surge, nam & ego homo ſum. Vides quomodo præ aliis illos docent, nihil de ſe magnum ſentire. *Et ingreſſus colloquebatur cum illo, & inueniebat multos qui ſimul aderant, dixitque ad illos: Vos ſcitis quòd non eſt fas hominem Iudæum adhærere alienigenæ.* Vide vt ſtatim de diuina miſericordia diſſerit, monſtrans ꝙ magna illis bona deus conceſſerit. Non ſolùm autem hoc admirabile hic eſt, ꝙ talia differit, ſed quòd aliquo modo ſimul & ſublimia loquitur, & modeſtiæ rationem habet. Non enim dixit, Non dignamur accedere aliquos homines, & venimus ad te. Sed quid? Vos ſcitis ꝙ deus hoc iuſſit, inquit, iniuſtum eſſe adhærere D vel accedere alienigenam. Deinde vt ne in illo gratiam ſtatuat, ſubdit: *Et mihi deus oſtendit nullum communem vel immundum dicendum hominem.* Hoc apponit, ne videatur adulari homini. *Ideo & abſque contradictione veni accerſitus*: Quod quāuis in hoc legē præuaricaretur, quia veniat, totū deo imputat. Non ſolùm non adhærere, ſed neq; accedere liceat, inquit. Obedio igitur ſermoni quo me vocaſtis. Sciebat ēm Petrus totum ex viſione, ſed primùm vult illos confiteri, & fidei mancipare. Quid igitur Cornelius? nō enim dixit: Nónne dixerunt tibi milites: ſed vide quàm manſuetè ac humiliter. *A quarto die vſque in hanc horam eram ieiunans, & nona hora orans in domo mea. Et ecce vir ſtetit coram me in veſtitu ſplēdido. Et inquit, Corneli, exaudita eſt oratio tua, & eleemoſynæ tuæ aſcenderūt in memoriā coram deo.* Et nona hora, inquit, orās. Quid eſt hoc?

eſt hoc? Mihi videtur & tēpora vitæ religioſæ ſibi cō ſtituiſſe. Et in aliquot diebus: ꝓpter hoc enim dixit, A quarto die. Vide, quāta ſit oratio, quantùm ſe indulſerit pietati. Tūc apparet illis angel⁹. Ille vn⁹ dies erat: & quādo abierūt miſſi, iterum vnus: & quando venerunt, iterū vnus: & quarto die apparuit, ita vt ſit ſecundus dies poſt quē orauerat. Et ecce vir ſtetit coram me in veſtitu ſplē dido. Nō dicit angelum, adeò alienus erat à faſtu. Et in quit: Corneli, exaudita eſt oratio tua, & eleemoſynæ tuæ in memoria habitæ ſunt corā deo. *Mitte igitur Ioppē, & accerſe Simonē qui cognominatur Petrus, hic agit hoſpitē in domo Simonis coriarij iuxta mare: qui vbi aduenerit, loq̄tur tibi. Ex hac igitur hora miſi ad te. Tu autē bene feciſti qui aduenerīs. Nūc ergo oēs nos corā deo aſſumus, vt audiamus oīa quæcūq; tibi præcepta ſunt à deo.* Idcirco dixit, qua ratione accerſiſtis me, vt hæc ſic dicat verba. *Aperiēs autē Petrus os, dixit, In veritate cō perio quòd nō eſt perſonarū acceptor deus, ſed in omni gente qui* Rom. 2. b *timet illū, & operatur iuſticiā, acceptus illi eſt.* Hoc eſt, ſiue præputiatus ſit, ſiue circūciſus. Hoc & Paulus manifeſtās, Nō enim eſt perſonarū acceptio apud deum, dicit. Nūc igitur aſſumus oēs, inquit, corā deo. Vide quāta fides, quāta pietas. Sciebat Petrū nihil humani dicturū, quū dixiſſet, Deus monſtrauit mihi. Ideo & aſſumus vt audiamus oīa quæ præcepta ſunt tibi à deo, dicit. Quid igitur? Nūquid accept⁹ illi eſt is qui in Perſide agit? Si fuerit dignus, hac ratione accept⁹ erit vt aſſequatur fidē. Hīc etiā Eunuchū ex Aethiopia non deſpexit. Et quid, dicet quis, dicis de his qui deū colunt, & deſpecti ſunt? Abſit. Nullus qui deum colit, deſpicitur. Nō enim poſſibile eſt, vt quis vlla in gente deſpiciatur vnquā. In omni enim, inquit, gēte, qui timet deū, & operatur iuſticiā. Iuſticiā vocat C omnē virtutē. Vides vt deprimat illius arrogantiam ne ſublime de ſe ſentiat, dicendo, In omni gente qui timet deū, acceptus illi eſt. Quaſi dicat, nullū repellit, omnes admittit credentes. Deinde vt ne putētur eſſe inter abiectos, adiicit: *Sermonē quem miſit filiis Iſrael, euangelizāntem pacem per Ieſum Chriſtū, hic eſt omnium domin⁹.* Hęc dicit propter preſentes, vt & illis perſuadeat. Idcirco facit & Corneliū loqui. *Sermonē*, inquit, *quem miſit filiis Iſrael.* Vide, dat his priuilegium, mox & illos teſtes adhibet, dicens, *Vos ſcitis verbum quod factum per totā Iudæam, quod incepit à Galilæa poſt baptiſma quod prædicauit Ioannes.* Quòd ſic habeat, ex ſequentibus firmat: *Ieſum Nazarenum quomodo vnxerit illum deus in ſpiritu ſancto & virtute.* Non dixit, Scitis Ieſum. Neſciebant enim, ſed quæ ab illo facta erant, pertractat. *Qui ambulauit benefaciendo & ſanando oēs oppreſſos à diabolo.* Hinc oſtēdit multas cęcitates diabolicas & corruptiones corporis ab illo factas. *Quia deus erat cū illo.* Iterum humilia loquitur, non ſimpliciter opinor, ſed propter humanitatem. *Et nos teſtes omnium quæ fecit, tā in regione Iudæorum, quàm in Hieruſalem. Quem & interemerunt ſuſpenſum in ligno.* Hic paſſionē prædicat. *Hunc deus ſuſcitauit tertio die, & poſuit illum vt manifeſtus fieret, ſed teſtibus his qui prædordinati erant à deo, nobis ſcilicet qui comedimus & bibimus cum illo poſt reſurrectionem à mortuis.* Hoc maximū reſurrectionis argumētum eſt. *Et præcepit nobis prædicare populo & teſtificari, quòd ipſe eſt qui definitus eſt à deo iudex viuorum ac mortuorum.* Magnū etiā hoc, vt demonſtret fide dignos. At ille etiam teſtimonium adhibet, dicens, *Huic omnes prophetæ teſtimonium perhibent, quòd remiſſionem peccatorum accepturus ſit per nomen illius, omnis qui credit in illū.* His quid poſt hæc A futurum prædicebatur: quod vt corroboraret, prophetas tēpeſtiuè teſtes adhibet. Sed videamus iterū ea quæ de Cornelio dicta. Miſit, inquit, in Ioppē, vt accerſerent Petrum. Omnino venturum credidit, & propterea mittit. Et colloquens cum illo, dicit, intrauit. Quidnam colloquens? hæc opinor loquēs, quæ ſcilicet anteà dicta ſunt: & quū cecidiſſet ad pedes, adorauit. Vide ſermonem ab adulatione alienū, & per omnia humilitate plenū. Hinc dignus monſtratur & ille Eunuchus. Iuſſit enim, inquit, Philippū vt aſcēdat & ſedeat in curru, quāuis neſciret quis eſſet. Vides mores ſine faſtu? Tu autē oro conſidera quomodo Petrus diuinā ſuam loquendi audaciam oſtēdit, dicendo, Vos ſcitis q̄ non licet. Et quare non dixit ſtatim linteū? quia erat valde alienus à vana gloria, nam dicit quidem q̄ miſſus erat à deo, quomodo B autem, non item: ſed quando oportebat, tunc dixit, Vos ſcitis q̄ non licet Iudæo adhærere vel accedere ad alienigenam. Ita erat expers vanæ glorię. Vos ſcitis, hoc dicens, etiā illorum ſententiā admittit. Quid igitur Cornelius? Aſſumus, inquit, coram deo, vt audiamus omnia hæc quæ tibi præcepta à deo: non dixit, coram homine, ſed corā deo, oſtēdens ſic oportere accedere ſeruos dei. Vidiſtis mentem excitatā & vigilem? vidiſtis illis omnibus dignū? *Aperiens autē* (inquit) *os, dixit: In veritate comperio quòd non eſt acceptor perſonarum deus.* Hoc & ad Iudæos præſentes defendēdi gratia dicebat. Habiturus enim ad illos ſermonem, hoc tanquā defenſionem præmittit. Quid igitur? num antea perſonarū acceptor erat? Abſit, quia & anteà ſic erat. Omnis enim qui timet deū, & operatur iuſticiā, inquit, acceptus illi erit. Hoc & Paulus Rom. 2. b C ſcribens dicit, Quādo enim Gentes legē non habētes, natura quæ legis ſunt faciunt, etiā dogma adhibet, & inſtructionē. Nam ſi Magos & Eunuchū non deſpexit, neq; latronē, neq; meretricem: multò magis eos qui faciebant iuſticiā & volebāt, omnino nō deſpiciet. Cur igitur, ꝙ ſunt humani & faciles homines, & credere nolunt? Ecce cauſam dixiſti, ꝙ nolūt. Et aliter: Iuſtū hic dicit nō ſimpliciter benignum & humanū, ſed eum qui operatur iuſticiam, hoc eſt, eū qui in omnibus virtute præditus eſt. Quis igitur talis eſt, vt habeat timorem vt oportet? ſolus deus nouit. Vide quomodo erat hic acceptus. Mox vt audiuit etiā obediuit. At dicet quis, Etiam nūc nemo eſt qui non obediret adueniēte angelo? At nunc multò maiora ſunt ſigna q̄ hæc fuerunt, & nihilominus increduli multi. Deinde doctrinā incipit, & Iudæis nobilitatem ſeruat. *Sermonem*, inquit, *quem miſit filiis Iſrael, euangelizantem pacem, hic eſt dominus omniū.* Primùm de D dominatione illius diſſerit, multūq; ſublimiter. Quia ad hominē loquebatur eximium iam factum, & alacriter ſuſcipientē omnia quæ à ſe afferebātur. Deinde præparās ſermonem quomodo dominus omniū, addit ac dicit, Quem miſit euāgelizantē, hoc eſt, ad bona vocantem, non iudiciū intentantem. Hinc oſtendit ꝙ hic à deo Iudæis primùm miſſus eſt: deinde ab his quæ per totā Iudæam facta ſunt, hoc ſimul oſtēdit & dicit, Vos ſcitis, verbū quod factū per totā Iudæam. Etiā hoc mirabile, quum incepit à Galilæa poſt baptiſma quod prædicauit Ioannes. Prius dixit ipſius opus, & tunc fidenter loquitur de eius patria, dicendo, Ieſum à Nazareth. Sciebat enim ꝙ patria offendebat. Quomodo vnxerit eū deus ſpiritu ſancto & virtute. Iterū præparat, vt ne quis dicat, vnde Rom. 2. b

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc manifestũ addit, dicẽs, Qui ambulauit benefa- A
ciẽdo & sanãdo omnes oppressos à diabolo. Posteà
cum bonis quę fecerat,ostendit etiam potentiam q̃
plurima esset ac magna. Et causa, Quia deus erat cũ
Ioan.3.a illo,inquit. Propter hoc & Iudæi sic dicebãt,Scimus
q̃ à deo venisti,magister:nullus enim hæc signa po-
test facere,nisi deus sit cum illo. Deinde vbi ostẽdit
q̃ à deo missus,tunc dicit q̃ occisus est, ne quid ab-
surdum imagineris. Vides illos nusquam occultare
crucem,sed cum aliis & modũ ponere. *Quem & occi-*
derunt,inquit,*suspensum in ligno*. Et posuit illũ vt mani-
festus fieret nõ omni populo,sed testibus qui prę-
ordinati à deo,nobis. Quanuis ipse illos elegerat, attamẽ & hoc refert in deũ. His qui præordinati,inquit.
Vides vnde resurrectionem stabilit, à comedendo.
Quare autẽ non resurgens fecit signũ, sed comedit,
ac bibit? Quia & resurrectio ipsa per se magnũ signũ B
erat. Nihil autẽ ad ostendendam illam maius, q̃ co-
medere ac bibere. Testificari inquit. Hinc etiam cũ
terrore dixit,ne possent ad ignorantiã confugere: &
nõ dixit,Hic est filius dei,sed quod maximè illos ter
rebat,Hic est præfinitus à deo iudex viuorũ ac mor-
tuorũ. Deinde valida est argumentatio à prophetis.
Illi enim in magna existimatione habebantur. Huic
omnes ꝓphetæ testimoniũ dant. Postq̃ timore con-
cussit, tunc & addit veniam,non ab illo, à prophetis
dictam. Et hoc quod terrebat,ab illo dictũ:quod au-
tẽ blandius erat,à prophetis sumptũ. Quotquot hãc
remissionẽ assequuti estis,quicunq; fidem hanc ad-
epti,scitote doni magnitudinẽ: obsecro, date operã
nebenefactorem cõtumelia afficiatis. Obtinuimus
eũ remissionẽ, vt ne deteriores efficiamur, sed mul-
tò meliores ac præstãtiores. Nullus igitur dicat,deus C
nobis author malorũ est,dum non punit nec vindi-
cat. Die enim oro,si princeps apprehensum homici-
dam,liberũ dimittat:nunquid iudicatur esse author
sequẽtium homicidiorũ? Minimè. Et quomodo au-
dem⁹ hoc impiis linguis permittere vt blasphemẽt?
nõ reueremur,nec horremus. Quid enim nõ dicũt?
quid nõ loquuntur? Ipse illis permisit, aiũt. Eos enim
qui pœna digni erant,non oportebat aut honorare,
aut coronare,aut primatu euehere,sed punire ac vl-
cisci? At ille nihil horum illis faciens,sed pro his etiã
honorãs,tales illos efficit. Oro & obsecro, ne sic lo-
quamini,nullus hanc vocem à nobis emittat. Satius
fuerit sexcenties defodi,q̃ deũ audire talia per nos.
Matt.27. Dicebãt ad illum & Iudęi,Qui destruis templum,&
d. & in tribus diebus illud excitas,salua teipsum. & iterũ:
Mar.15.c Si filius dei es,descende de cruce. At hæ blasphemię D
Matt.27. illis multò grauiores. Absit igitur, ne dicatur à nobis
e deus maliciæ doctor,ne sic blasphemando ipsi rei ef
Rom.2.d ficiamur & digni suppliciis. Propter vos, inquit, no-
men meũ blasphematur in gentibus. Demus operã,
vt alia de nobis dicãtur, viuentes vt decet illum qui
nos vocauit, & eos qui adoptionis filiorũ baptisma
acceperũt. Profectò magna est baptismatis virt⁹: par-
ticipes doni alios ex aliis facit. Non sinit esse homi-
nes,homines. Fac vt credat Pagan⁹, quia magna est
spiritus potẽtia vt trãsformet,morésq; cõpositos red
dat. Cur expectas extremam respirationẽ,sicut fugi-
tiuus,sicut malefactor, sicut nõ debens deo viuere?
Quare sic afficeris,quasi inhumanũ & crudelẽ quẽ-
dam dominũ sortitus sis? Quid frigidius,quid infe-
rius his qui illuminationem nõ accipiunt? Amicũ te
fecit deus,& omnibus dignatus est bonis, vt & ipse
facias ea quę amici sunt. Dic oro mihi,si multis quẽ-
piã contumeliis & innumeris probris proscideris,&
in illius incideris manus, ille autẽ pro his omnib⁹ te
honoret,& omnia sua communicet,& inter amicos
quũ cõtumelia affectus sit, nihilominus te coronet,
& dicat q̃ habeat vt germanum filium, deinde sta-
tim moritur,nónne damnũ putasses? nónne dixisses,
Vellem illum viuere, vt possem repẽdere, vt repen-
dam,vt ne ingratus videar erga benefactorẽ? Iam si
hoc homini facim⁹,vbi autẽ deo debitor es, vis abi-
re ac mori,ne benefactori propter tot dona repẽdas?
Quin potius tunc te illi adiunge, quãdo potes paria
repẽdere. Cur fugis? cur tremis? cur metuis? Etiã,in-
quit: sed nõ possum me continere à viciis. Igitúr ne
impossibilia præcepit tibi deus? Hinc omnia cõfusa
sunt:propter hoc mundus corruptus est, q̃ nullius
scopus est viuere iuxta deũ. Proinde catechumeni
hoc curantes,nullũ studium collocant in emendan-
da vita. Qui verò iam illuminati, alij quidẽ,quoniã
quum paruuli essent,baptisma susceperunt:alij verò
quum infirmi, carent alacritate viuẽdi iuxta deum,
& neq; illi studiosi sunt. Qui autem & sani baptizati
sunt,etiam ipsi paruam diligentiam præ se ferunt, &
principio quidẽ præsentes valde feruidi sunt,posteà
autem & ipsi ignem extinxernnt. Nũquid nõ potes
negociari? nũquid ab vxore te secludo? interdico ti-
bi fornicationẽ. nũquid iuberis patrimoniũ dissipa-
re? abiice auariciam & rapinam, nunquid cogeris vt
omnia eroges? Pauca quædam ex his quę tibi abun- *2.Cor.8.c*
dant,petuntur indigis. Abundantia nostra,inquit,il- *Ephe.5.d*
lorum inopiæ subueniat. Et neq; hoc persuademus.
Non enim cogimus ieiunare,prohibemus autẽ ine-
briari,& vẽtri indulgeri. Ista amputemus quæ fœdi-
tatem tibi afferunt, quæ etiam ante gehennam iam
sunt fugienda,& odio digna. Etiam ipse hoc fateris,
num oblectari & gaudere simpliciter decet? sed non
fœdè nec indignè. Quid times? quid terreris? quid
tremis? Ibi nuptiæ,ibi opũ possessio, ibi cõuenientes
cibi,& quænam peccati occasio? Sanè exteri diuersa
imperãt,& obedientes inueniũt. Nõ enim ex his quæ
suppetũt,exigunt,sed dicunt, Tantum dare oporte-
bit. etiam si prætexas paupertatem, neque sic desi-
stũt: Christus autẽ non sic,sed iubet ex his dare quæ
habes,& in primo te ordine constituã. Iterum illi, Si
vis,aiunt,claresce re,relinquito patrem,matrem,co-
gnatos,& sedulus assis in aula regia, in laboribus,in
miseriis,in seruitute,in variis occupationibus,& in-
numera ferens mala: Christus autem non sic,sed,Sis
in domo cũ vxore,cum pueris,& illos ipsos institue,
& bonis moribus instrue, vt quietã & sine periculis
vitã agas. Etiam,inquit,sed ille opes pollicetur. At-
qui hic noster regnũ,immo & cum hoc opes. Quæ- *Matt.6.d*
rite enim,inquit,regnum cœlorũ,& hæc omnia ad-
iicientur vobis. Et ille quidem, neq; in augmẽti par-
tem: hic autem etiam purè concedit. Iunior fui,in- *Psal.36.c*
quit,etenim senui,& nõ vidi iustum derelictum,ne-
que semẽ eius quęrens panes. Incipiamus igitur vir-
tutes,ponamus initium,apprehendamus illam dun-
taxat,& videbis qualia bona. Nũquid enim absque
labore illa operaris,quòd dum hęc aggredi oportet,
mollior & ignauior es? Etiam,inquit,illa absq; labo-
re,hæc verò cum labore. Absit, minimè ita est: sed si
verum dicere oportet,illa cum labore, & hæc absq;
labore multo si vellemus,perficiũtur. Oro igitur ne
abhorream⁹ à sacris mysteriis. Ne hoc spectes,quòd
is qui

is qui antè illuminatus,hoc est, baptizatus: improb⁹ A
factus est, & à spe sua excidit, & teipso segnior fias.
Quoniã & inter milites videamus quosdã militia nõ
vt oportet fungi, quosdã verò insignes ac prẽstantes
esse,& nõ attẽdimus ignauos,sed bene operãtes imi
tamur. Apud illos considera,quot post baptisma an-
geli ꝓ hominibus facti sunt. Timete, quoniã incerti
sumus,quid posteà futurũ si nũc fuerimus negligẽ-
2.Pet.3.c tes. Sicut fur in nocte, ita veniet mors. Neq; simpli-
citer sicut fur,sed dormiẽtibus nobis insidiatur,desi-
dẽsq; apprehẽsos abducit. Idcirco incertũ voluit de⁹
esse quãto tẽpore duraturi sim⁹,vt expectatione in-
certa,virtutem amplexemur semper. At misericors
est,inquit. Quandiu frigidũ hoc & ridiculũ verbum
dicimus? Ego non ꝓ misericors sit deus dico solùm,
& ibi sermonẽ sisto,sed ꝓ nihil sit misericordius illo,
& ꝓ vtiliter omnia quæ nobiscum sunt, dispensat.
Quot vides per omnẽ ætatem elephãtiasi laborare,
quot item à prima ætate oculis orbos vsque in sene-
ctã,& alios posteà excæcatos, alios egestate premi,
alios in vinculis,alios in metalli fodinis simul cõtu-
mulari, alios in bello interimi? Nõ sunt hæc miseri-
cordiæ opera,dic oro? nõ posset hæc si vellet ꝓ hibere?
sed finit. Etiã,inquit. Tu autẽ dic oro: Quare qui
à prima ætate cæci? Nõ dicã, donec pollicearis mihi
ꝓ illumineris,ꝓ illuminatus viuas rectè,nõ licet mi-
hi talia inuulgare. Neq; enim voluptatis gratia ser-
mo est:nã licèt hanc soluã,alia tamen succedet quę-
stio. Abyssus enim quæstionũ scriptura est. Vnde nõ
solũ docet vt assuefiam⁹ quærere vt quędã soluãtur,
sed etiã vt nõ quærantur. Quoniã quæstionum nul-
lus erit finis. Ecce enim si hanc soluero, mille acer-
uos ostẽdã quæstionũ: adeóq; discimus magis quæ-
rere q̃ quæsita soluere. Neq; enim si soluerimus,om
nino soluimus. Sed iuxta humanã rationem propria
horum solutio. Fides est scire,ꝓ omnia iustè & mise-
ricorditer deus ac vtiliter facit. Quia possibile nõ est
ꝓ ratio illa capiat. Vna hæc solutio est, & hac nõ est
alia melior. Quod enim,dic mihi, solutionis opus?
omnino ne vltra quæras quod solutum est. Et si hoc
tibi ipsi persuaseris, ꝓ prouidentia dei omnia dispẽ-
sentur, alia quidẽ permittens ob causam sibi cogni-
tam,alia verò operans,liberaberis à quæstionibus,&
solutionis lucrũ acceperis. Redeamus autẽ ad insti-
tutum. Igitur quoniã vides tot in suppliciis,hęc autẽ
omnia permittit Christus, vtere sanitate corporis in
sanitatẽ animæ. Sed dices, Quid mihi opus laborib⁹
& ærumnis,licet absq; labore omnia perficere? Hoc
sanè minimè manifestũ est. Contingit enim non so- D
lùm absq; labore non absolui,sed & mori omnia ha-
bentem. Veruntamen & hoc manifestum. Neq; hic
sermo tolerabilis est. In certamen traxit,arma posita
sunt aurea,opus est vt illa in manus accipias. Si autẽ
vis sine gloria seruari, & nihil boni operari, dic oro,
Si bellum insurgat,& rex adsit, & alios quidem vi-
deas in medias turmas hostiũ irruere, & multa vul-
nera recipere,variáq; facere:alios autem in singula-
re certamen descẽdere & pugnare,alios saltare,alios
in equos se recipere, & laudari à rege, cum admira-
tione ac plausu & coronis: Alios verò iterum,si nihil
patiãtur mali, in extremo ordine sedere & quiesce-
re: deinde finito bello, illos quidẽ vocari vt recipiãt
donaria magna,& celebrentur: horũ autẽ ne men-
tionem quidem fieri,sed salutẽ illis pro retributione
bonorũ esse:ex quorum numero esse velles? nã si la-

pideus esses, si & insensatis & inanimatis ignauior, A
nõne ex illorũ numero multis nominibus magis es-
se velles? Profectò oro & supplico, nã si etiã pugnã-
tes cadere oporteat,nõne dignum vt hoc cũ alacri-
tate eligãt? Nónne vides eos qui in bellis istis cadũt,
q̃ sint clari & nobiles,etiãsi moriantur,& vltrà à rege
suo nõ possint honorari? Longè autẽ aliter euenit in
hoc bello. assiste cicatrices habẽs, quas concedatur
nobis omnibus ostendere,etiam absq; persequutio-
nibus: In Christo Iesu domino nostro, cum quo pa-
tri simul ac sancto spiritui sit gloria, imperium, ho-
nor,nunc & semper,& in secula seculorum, Amen.

Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit spiritus sanctus super omnes qui audiebant sermonẽ, & obstupuerunt qui ex circuncisione erant fideles, quotquot venerant cum Petro, quòd etiam super gentes donum spiritus sancti effusum esset: audie- B
bant enim illos loquentes linguis, & magnificantes deum.

Homilia xxiiij.

VIde dispensationẽ dei, non permisit absolui sermonẽ,neque ex præcepto Petri fieri baptismũ: sed vbi exhibuerant se mẽte admirabili,quanuis doctrinæ principiũ esset, & crediderunt omnino baptisma esse remissionem peccatorũ, tũc aduenit spiritus. Hoc autẽ fiebat deo magnã defensionem Petro hac dispensatione afferente. Non simpliciter autẽ spiritum accipiũt,sed linguis loquebantur,id quod & obstupefecit eos qui simul venerãt. Iã quúrnã res hæc sic cõstituta? propter Iudæos. Etenim illis hoc valde molestũ erat. Ideo hoc totum deus agit,& Petrus ferè simpliciter adest,vt discat ꝓ oporteat posthac illos accedere ad gẽtes. Et ꝓ- C
pter hoc oportebat illud fieri,ne mireris. Vbi enim post tãta etiã in Cæsarea & in Hierosolymis contro-uersia fit,quid non factũ esset,nisi hæc simul accidis-sent? Idcirco hæc cũ excellentia quadã fiebãt. Vide autẽ quomodo & Petrus accepta occasione excu-sat. Quòd autẽ post occasionẽ respondet, audi euã-gelistam narrantẽ ac dicentem. *Tunc respondit Petrus, Nunquid aquam prohibere poterit quis, vt baptizentur hi, qui scilicet spiritũ sanctũ acceperũt, sicut & nos?* Vidisti quò causam retulit? & quomodo laborauit, vt hoc enun-ciaret, hanc dudũ sibi mentẽ fuisse? Nunquid aquã, inquit, prohibere quis poterit? Ferè enim hoc est cõ tradicẽtis prohibẽtibus & dicẽtibus ꝓ non oportet hoc fieri. Totũ factũ est, inquit, q̃d magis necessariũ fuit baptisma, quo & nos baptizati sumus. Imperauit illos baptizari in nomine Iesu Christi. Postq̃ pro se rationẽ reddidit, tunc præcepit baptizari, docens il- D
los re ipsa. Adeò molestũ erat Iudæis, & propter hoc prius se defendit, quanuis res ipsę clamarent, & tunc præcepit. Tunc rogauerunt illũ, vt maneret per dies aliquot. Hinc posteà meritò etiam bona fiducia illic permanet. *Audierunt autem apostoli & fratres qui erant* *Cap.xi.*
per Iudæam, quòd & gentes accepissent verbũ dei. Et quando ascendit Petrus in Hierusalem, exposturarũt cum illo hi qui ex circuncisione erant, dicentes, Ad homines præputium habentes ingressus es, & comedisti cũ illis. Post hæc contẽdebãt hi qui ex circuncisione erant, non apostoli. Quid est διεκρίνατο, expostularunt. Offendebantur, inquit, nõ parum, & vide quid prætexant: non dicunt, Quare annunciasti, sed quare simul edisti? At Petrus non in hoc frigido dicto morabatur. Reuera enim frigidũ erat, sed in magno illo dicens, Si spiritus participes fuerunt & illi, quomodo hoc nõ erat communican-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum? Quomodo igitur in Samaritanis hoc nõ factũ est, sed contrariũ? Etenim nõ solùm ante baptisma factũ non est, sed neq; post baptisma, & nõ indignati sunt, sed magis re audita miserunt aliquos in hoc opus. Verũ neq; istud obiiciunt: sciebãt enim q̃ diuinæ gratiæ esset, sed quare simul edisti, dicũt. Et aliter, Magnũ & ferè infinitũ discrimen erat inter Samaritanos & gẽtes. Vel etiã singulari dispensatione accidit illũ reprehendi, vt hi discant, non enim rem obiter Petrus narrauit. Vide autẽ q̃ alienus sit à fastu & vana gloria. Incipiẽs enim Petrus, inquit, exposuit illis per ordinẽ dicens: *Ego eram in ciuitate Ioppe orans.* Et nõ dicit quare, vel qua occasione. *Et videbã in raptu mentis visionẽ, descendere vas quoddã, sicut linteum magnũ quatuor initiis demissum è cœlo, & venit vsque ad me. In quod intentis oculis cõsiderauí, & vidi quadrupedia terræ, & bestias, & reptilia, & volatilia cœli. Audiui autẽ vocẽ dicentẽ mihi, Surge Petre, macta, & occide.* Quid phæc dicere vult? Sufficiebat, inquit, vel hoc persuasisse, spectatũ esse linteũ, veruntamen & vox adhibita est. *Dicebam autẽ, Minimè domine, quia cõmune vel immundũ nunquã intrauit in os meũ.* Vides? Feci, inquit, quod meũ: dicebã quod nunquã comedi. Hoc ad id quod dicebãt illi, Ingressus es & simul edisti cũ illis, respõdit, non autẽ ad Corneliũ, neq; enim necesse erat. *Respondit autem mihi secundò vox de cœlo, Quæ deus mũdauit, tu ne cõmunia dixeris. Hoc autem factũ est tertiò. Et iterũ rapta sunt omnia sursum in cœlum, & ecce mox tres viri astiterunt ad domũ in qua erã, missi à Cæsarea ad me.* Narrat ea quæ necessaria erãt, alia verò obticet, immo per hæc & alia probat: & vide quomodo rationẽ reddit, & nõ vult doctoris authoritate vti, sciebat enim q̃ quò modestius loqueretur, hoc magis eis prodesset. Nunquã ingressum est, inquit, in os meũ cõmune vel immundũ. Et sic totum negociũ defendebatur. *Et ecce mox tres viri astabant ad domũ in qua eram. Dixit autem mihi spiritus, vt irem cum illis nihil hæsitans.* Vides q̃ spiritus est legislatio? *Venerunt autẽ mecũ & sex illi fratres.* Quid humilius Petro, qui ad hoc etiã fratrũ adhibet testimoniũ? *Venerunt autẽ mecum sex fratres, & ingressi sumus in domũ viri, & annunciauit nobis, quomodo viderit angelum in domũ*
Supr.10.a *suam missum, & dicentem sibi: Mitte in Ioppen viros, & accerse Simonẽ qui cognominatur Petrus, qui loquetur verba ad te, per quæ saluus eris tu & omnis domus tua.* Et nõ dixit ea quę ab angelo dicta erãt Cornelio, Orationes tuę & eleemosynæ tuę ascenderũt in memoriale corã deo. Ne scilicet illis tribuat, vtpote nihil magnũ habentibus. Loquetur verba ad te, per quæ saluus eris tu & omnis domus tua. Vides quomodo festinat propter id quod dixi, Et nihil de humanitate viri dicit. Igitur quũ spiritꝰ missus sit, & deus miserit, & illinc per angelũ euocatus sit, hinc vrgeat & soluat differẽtiã rerũ quid faciẽdũ erat. At nihil horũ dicit, sed à posteriore confirmat, quod & iuxta illud testimonium sit omni cõtrouersia carens. Et quare dicit? Nõ hoc factum est solũ ex superabundanti, adeo vt demõstretur etiã initium non ab apostolo. Si autem sua spõte motus illuc profectus esset, nihilq; horũ accidisset, plurimũ perculsi ac attoniti facti fuissent. Et sic iterũ illorũ mentem capit, dicens ad illos, qui scilicet spiritum sanctũ acceperunt sicut & nos. Et iterũ. *Quũq; incipere ego loqui, delapsus est spiritus sanctus super illos, sicut & super nos in initio.* Et nõ est hoc cõtentus, sed & verbi dominici mentionẽ facit. *Recordatus autem sum verbi domini quod dixit, Ioannes quidẽ baptizauit aqua, vos autẽ baptizabimini spiritu sancto.* Atq; ita nihil noui accidit, sed id quod anteà prędixit. Sed nõ oportebat, inquit aliquis, baptizari eos, quia iã venerat in eos spiritus sanctus. Propter hoc nõ dicit, iussi illos baptizari. Sed quid? Nũquid aquã prohibere quis potest, vt non baptizẽtur? Ex hoc demõstrat sese nihil fecisse. Igitur id quod habebamus nos, acceperũt illi. *Itaque si par donũ,* inquit, *dedit illis deus, sicut & nobis qui credidimus in dominũ Iesum, ego quis erã potẽs prohibere deum?* Vt ex abundãti illorũ obturet ora, propter hoc adiecit, par donũ. Vides quomodo eos qui semel credidерũt, nõ sinit minus habere. Par donũ dedit illis deus, sicut & nobis, qui credidimus in dominũ Iesum. Et ita ipse purgat illos, & nõ dicit vobis, sed nobis, mitigans etiã hac ratione sermonem. Quid igitur indignũ passi estis, quãdo nos illos socios dicamus? *Audiꝰ autẽ illis quieuerũt & glorificauerunt deũ dicentes: Igitur & gentibus deus pœnitentiã dedit ad vitã.* Vides quomodo ex concione Petri bene omnia narrantis totum fuit? Ideo & glorificarunt deũ, q̃ pœnitẽtiam etiam illis dedit. Ita humiliati sunt ab his sermonibus, hinc postea apertũ est ostium veniendi ad gẽtes. Videamus autem si placet iterũ quæ dicta sunt. Nõ dixit q̃ expostularit Petrus, sed hi qui ex circũcisione, quoniã ipse sciebat quod parabatur. Etenim illud oportebat admirari, quomodo & illi credidissent. Itaque vbi audierunt, vt creduli facti sunt, nihil sunt passi. Verùm quando deus largitus est spiritum, quando Petrus exposuit suã visionem dicens, Deus ostendit mihi nullũ cõmunem vel immundũ dicere hominem. Propterea & pro gentibus sermonẽ instruit, q̃ posthac habita fide neq; gẽtes futuræ sint. Igitur nõ est mirum, si ante baptisma acceperunt spiritum. Et in nobis hoc factum est. Hic ostendit Petrus, q̃ neque sicut reliqui baptizati fuerint, sed multò melius. Propter hoc autem sic ex abundantia res geruntur, vt nihil dicere possint, sed vt sibi pares habeãt. *Et rogauerunt,* inquit, *illum, vt maneret.* Vides quomodo nõ vulgariter erga illum affecti fuerunt? vidisti zelum quẽ habebant pro lege? non dignitatẽ Petri reueriti sunt, non facta signa, non opus illud magnum, susceptum esse verbũ, sed propter parua illa expostulabãt. Si enim nihil horũ fuisset, nõ suffecisset bonũ opus? At non sic rationem reddit Petrus. Intelligens enim ac prudens erat, sed non erant prudentiæ illius, imò spiritus verba. Et ostendit in apologia sua se nequaquam authorem, sed omnino deum, & tantùm non illos sic affatur: Ipse me fecit in raptu mentis constitui, ego enim simpliciter orabã, ipse vas ostẽdit, ego contradicebã, & neq; sic audiui. Spiritus iussit abire. Et abiens nõ accurri dicens q̃ deus misit me, & post hæc neq; sic baptizaui, sed iterũ deus totũ fecit. Igitur deus illos baptizauit, nõ ego. Et nõ dixit, his omnibus factis, nónne oportebat posthac apponi aquã, sed quasi nihil reliquũ: Ego quis erã, inquit, vt prohiberem deũ? Papæ, qualis defensio. Nõ enim dixit, Hæc igitur sciẽtes tacete & quiescite, sed quid? Fert illorum impetũ, & improperantibus rationẽ reddit. Quis erã? potens prohibere deũ? Valde grauiter hac admonitione defendit se. Nõ poterã prohibere. Vnde postea territi tacuerunt & glorificarũt deũ. Sic & nos oportet in bonis proximorũ glorificare deum, & non insultare, sicut faciunt quidam ex his qui nuper illuminati sunt, quãdo alios vident baptizari, & mox ex hac vita migrare. Glorificare oportet deum, etiam

etiam quòd manere non concedit. Et ita etiam tu si volueris, maius acceperis donum, nõ loquor secundũ quòd illuminatus es. Hoc enim tuum & illius do no par est, sed quod accepisti priuilegiũ nobilitatis? Ille indutus est stola, & non est ei permissum cũ illa in turba esse spectabilem. Tibi magnã potestatẽ dedit deus, nẽpe vti armis vt oportet, adeoq; illa probare quantũ valeant. Ille migrat solùm fidei habens mercedẽ. Tu stas in stadio operũ, & potes accipere multas retributiones, & intãtũ illo apparere clarior, quantũ sol stellis minimis, quantũ dux belli postremo milite, imò quãtum rex. Igitur teipsum explora, imò nõ explora, sed rectè operare semper. Nõ enim sufficit seipsum accusare, opus est vt & certes: calũniã passus es, grauia passus es, surge, repara teipsum. Adhuc in stadio stas, adhuc theatrum solutũ nõ est. Nõ vides, quot certãdo defatigati posteà iterũ certarunt? Tantũ ne voluntarius succumbas. Beatũ dicis eũ qui mortuus est, multò magis beatùm teipsum dicas. Solutus est ille à peccatis, sed si tu volueris, nõ solũ lauabere à peccatis, sed etiam bona opera habiturus es, id quod illi nõ est possibile. Cõcessũ est nobis, vt reparemꝰ nos ipsos. Magna pœnitẽtiæ remedia sunt. Nullus seipsum condẽnet. Ille reuera desperatione dignus, qui de seipso desperat, ille nullã salutis spẽ habet. Non graue est venisse in profundũ malorũ, sed manere ibi postquam veneris. Nõ impium est venisse in profundum malorum, sed cõtemnere postquã eò veneris. Propter quod debebas solicitus esse, dic oro, magis contemnis? vulnera tanta habens cecidisti? Nullũ animæ vulnꝰ insanabile, sicut in corpore multa sunt talia. Et pro illis quidẽ quæ in corpore, nullũ laborem detrectamꝰ, pro his autem quæ in anima curandis desides sumus. Nõ vides latronẽ quàm breui tẽpore correctus est? Non vides martyres, quàm breui tẽpore opus totum absoluerunt? Sed nunc non est martyrij tempus, atqui certaminũ tem
2.Tim.3.c pus est, quod sæpiꝰ dixi, si vellemꝰ. Qui enim piè viuere volunt in Iesu Christo, persequutionẽ patiẽtur: & si nõ ab hominibus, certè à dæmonibus: semper persequutionẽ patiuntur, qui piè viuũt. Sanè & grauior est persequutio. Et primũ ab ipsis maximè deliciis, hanc ferunt qui non sobrij sunt. Num paruã putas esse persequutionẽ in deliciis? Hæc omniũ difficillima est, hæc & persequutione grauior. Nã quasi copiosus amnis animã deliciæ resoluunt. Et sicut se habẽt æstas ac hyems, ita persequutio & deliciæ. Vt autẽ plenius cognoscas ita rẽ habere, considera sic: Somnũ immittit voluptas animæ, ignauiam & oscitantiã mox ingenerat, vndique affectiones excitat, fastũ armat, armat voluptatem, armat iram, inuidiã, vanæ gloriæ studiũ, æmulationem. At in persequutione nihil horum interturbare valet, sed timor ingressus, quasi flagello quodã, percusso cane, omnes affectiones ne gry quidẽ sonare sinit. Quis in persequutione vanę gloriæ vacare potest? quis voluptatibus deditus esse? nullus, sed tremor magnꝰ ac timor magnã tranquillitatẽ afferunt, & placidum portum efficiunt, animam piam reddunt. Audiui aliquando patres nostros dicere. Nobis autẽ non cõtingat. Nõ enim iubemur petere tentationẽ. In persequutione priscorũ licebat videre Christianos veros. Nullus enim curabat opes, nullꝰ mulierẽ, nullus pueros, nullus domũ, nullus patriã, vnũ omnibus erat studium suam seruare animã. Alij quidẽ in sepulchris & monumentis, alij verò in solitudinibus latebãt. Non solùm autẽ viri, sed mulieres teneræ ac delicatæ tunc occultabantur cũ perpetua fame pugnãtes. Considera, num desiderium aliquod sumptuũ, vel deliciarum, veniret in mentẽ mulieri in fouea latenti & expectanti ministrã vt cœnulam afferat, timentiq; ne deprehendatur, & quasi in camino quodam iacẽti: nũquid cogitaret, quid delicię, quid totꝰ mũdus? Vides nunc maiorẽ esse persequutionẽ, inuadentibus nos vndiq; affectionibꝰ tanquã bestiis? Nũc est grauis persequutio, vel ob hoc, quòd nõ putatur esse psequutio. Etenim etiam hãc difficultatem habet bel lũ, quòd pax putatur, vt ne contra illud arma sumamus, vel insurgamꝰ, nullus formidat, nullꝰ tremit. Si autẽ non creditis, rogate gentiles qui persequuntur, vnde fit quòd res Christianorũ accuratius gerãtur, vnde omnes clariores. Parua horũ erat tũc multitudo, magnæ autẽ virtutum diuitiæ cernebantur. Quę enim vtilitas dic oro, multũ esse fœnũ, prędentes esse lapides pretiosos, etiam numerũ omnẽ excedentes, at vera multitudo est in probatione virtutis. Helias vnꝰ erat, sed mundus hic erat indignꝰ illo. atqui mũdus innumera milia sunt, imò nõ sunt innumera milia, quando neq; vel vni tot adæquantur. Melior vnus faciens voluntatẽ domini, quàm innumeri præuaricatores. Hoc & sapiens quidã insinuans alicubi sic inquit: Ne desideres multitudinẽ filiorum inutiliũ. Hi etiam blasphemiam magis inurũt deo, quam si nunquã fuissent Christiani. Quid mihi opus multitudine? Alimentũ amplius igni. Hoc & ex corporibus cognoueris, quòd melior congruus cibus cũ sanitate, quã cum molestia deliciæ. Hoc alimentũ illo amplius, hoc alimentũ, illud morbus. Hoc & in bello viderit quis, melius esse decẽ peritos belli, & decẽ viros quã innumeros imperitos. Hi enim prẽter hoc quòd nihil operantur, etiã alios qui operantur, morantur. Hoc & in naui inuenerit quis, vtiliores esse duos nautas nauigare scientes, quã magnã imperitorũ multitudinẽ. Hi enim & nauigiũ submergũt. Hęc dico, non quòd molesta sit multitudo vestra, sed q̃ vellẽ omnes esse probos, & non considere multitudinis numero. Multò plures ingrediuntur gehennã, sed maius illa est regnũ, etiamsi paucos habeat. Sicut arena maris erat multitudo populi, sed vnꝰ seruabat illos. Vnus erat Moses, & plus valebat quã omnes. Vnus erat Iesus, & plus poterat sexcẽtis milibus. Non hoc curemus solum vt multi fiant, sed magis vt prędlari & ꝑbi. Vbi hoc effectũ fuerit, tũc & illud. Nullus domũ spaciosam primùm vult facere, sed primũ validam, & idoneam, & tunc spaciosam. Nullus mittit fundamẽta, vt derideatur. Primũ hoc quæramus, & tũ illud. Hoc si est, facile & illud erit: si illud autem non est, hoc etiam si sit, nulla vtilitas. Nam si fuerint qui in ecclesia clari, statim erit etiã multitudo: hi autem si non sint, nunquã erit in ecclesia honesta multitudo. Quot putatis esse in ciuitate nostra qui seruẽtur? Molestũ quidem est quod dicturus sum, dicam tamen: Non est in tot milibus centesimum inuenire qui seruetur, sed etiam de illis dubito. Dic enim oro quanta malicia in adolescentibus, quanta desidia in senioribus? Nullus quã oportet diligentiam adhibet in educãdis suis: nullus habet zelũ, vt seniorẽ quem videt, imitetur. Exemplaria disparuerũt, idcirco nulli adolescẽtes fiunt admirabiles. Ne mihi hoc dicas, in magno numero sumus. Hoc frigidorũ hominum est;

Universidad de Deusto
Biblioteca

est,& de hominibus quidem meritò hoc dicitur. De deo autẽ,qui non opus habet nobis,non itẽ. Quòd autẽ & quantũ ad nos attinet,frigidũ sit verbum audi: Qui multos habet ministros, si improbi fuerint, quãta feret mala? Et ei quidẽ qui nullum habet, hoc videtur graue, quòd ministeriũ illi negatũ est. Is autẽ qui malos,seipsum vnà cum illis perdit,& grauius incõmodatur. Multò sanè difficilius est pugnare cũ aliis,& bellũ susc ipere,quàm sibiipsi seruire. Hæc dico, ne quis ecclesiã admiretur propter multitudinẽ, sed vt curemus illã probam efficere,vt quisq; curam habeat nõ solùm amicorũ & cognatorum , id quod semper dico,& vicinorũ:sed & ita vt exteros, si possibile sit,attrahat,orandũ. Iacent omnes adolescẽtes frigidi ac senes,purgamenta magis quàm adolescentes,rident,subsannãt,cauillãtur. Etenim & hoc fieri audiui,& mutuũ se incessunt scommatis geniculantes. Tu autem si assistis iuuenis vel senex,& stupẽda vides, ſcrepa acriter:si nõ fert,voca ministrũ,abige, quæ tua sunt facito:& si quid ausus fuerit cõtra te,vtiq; multos habitur⁹ es adiuturos. Quis enim ita ratione destitut⁹, qui si te viderit ꝓpter talia obiurgãtẽ,& illos obiurgari,non malit esse à parte tua? Vade sumptuus mercedẽ ab oratione in æde dominica. Hos diligentiores inter seruos iudicamus,qui nullũ vas inordinatũ iacẽre sinũt. Dic obsecro,num si videres in domo argenteũ vas foras proiici,etiã si non esses ad hoc deputat⁹,nõnne acciperes hoc,& inferres in domũ? Si vestem videres temerè proiectam,etiamsi non habeas curã,etiamsi inimicus sis eius qui ad seruandã illam deputatus est,tamen propter beneuolentiam in dominũ,nõnne bene componeres? Ita & nunc. Vasa illi sunt,si videris iacẽre absq; ordine,cõponito. Accede ad me,nõ detrecto: dic mihi, fac me certiorẽ,videre omnia nõ possum. Ignoscite. Videtis quanta malicia orbẽ terrarum detinet? nunquid simpliciter dicebã,quòd multitudo sim⁹ fœni, mare incompositũ? Nõ dico, quòd illi talia faciunt, sed quòd tanta oscitantia loborant intrãtes, vt neq; hæc corrigant. Iterũ alios video stare & nugari dum preces fiũt,& quidã ex illis, adhuc meliores scilicet, idẽ facientes,nõ solùm dum fiunt preces , sed etiam dũ sacerdos benedicit. O audaciam. Quãdo erit sal⁹, quomodo poterimus deum placare? Si transires in ludũ,videres omnes compositè saltantes,& nihil inordinatũ. Itaq; sicut in lyra maximè consona , & vario modo facta, vna quædã bene sonora symphonia fit ex singulorũ quæ simul sita,bono ordine: sic sanè & hîc Vnã ex omnibus consonam harmoniam fieri cõuenit. Vna enim facti sumus ecclesia, vni⁹ capitis mẽbra per compages decenter commissa sumus, vnũ omnes constituimus corpus:si quid fortè neglectum fuerit , totũ neglectum erit ac corruptum. Ita multorũ bonam ordinationem vnius deordinatio incõmodat. Et hoc profectò terribile,quòd non venis huc vt saltes in ludo & chorea , & stes sine ordine,nescis quòd cũ angelis stas,cũ illis cantas, cũ illis hymnos dicis,& stas ridens? Etenim non esset mirũ si fulmen demitteretur,nõ solũ in illos, sed etiam in nos. Digna enim fulmine sunt hæc. Adest rex,considera exercitũ,& tu in illorũ conspectu stas ac rides, vel ridentẽ negligis. Verùm quandiu obiurgamus? quãdiu reprehẽdimus? Nõnne vt dãnosos , vt fures, vt corruptos & pernicioſos tales & innumeris malis plenos , ab ecclesia exigi oportebat ? Vnde hi qui horrenda hora rident , abstinebũt à risu,vnde abstinebũt à nugis,qui in tẽpore benedictionis garriunt? non reuerẽtur præsentes,nec deũ timent. Non sufficit nobis quòd ipsa mente sumus ignaui, neq; quòd orãtes aliò euagamur,sed etiam risum & cachinnos multos afferimus. Nunquid theatrica sunt hæc quæ hîc gerũtur, opinor autẽ quòd id theatris debeam⁹, Inobediẽtes enim multos nobis constituunt,& ineptos:quæ enim hîc extruuntur,illic subuertũtur: & nõ hoc solũ,sed & alias immũdicias necesse est theatri studiosis adhærere . Et perinde fit ac si quis campũ velit purgare,in quẽ fons luto fluens influat:quãtùm enim purgaris,tantũ influit. Hoc & hîc fit,quãdo enim purgamus à theatro huc venientes , & immundiciã afferentes,dum illuc iterũ abeunt,maiorẽ cõtrahunt immundiciã,quasi dedita opera sic viuãt, vt nobis negociũ faciant,& iterũ veniunt multo luto sordidati,in moribus,in gestibus,in verbis,in risu, in desidia. Deinde iterum nos fodimus,quasi dedita opera in hoc fodientes, vt puros illos dimissos iterũ videamus luto ac cœno inquinari. Eapropter commendo vos deo, vnde iam & testificor vobis qui sani estis,quòd iudiciũ vobis erit ac condemnatio , si quis viderit inordinatè viuentem,si quis viderit maximè in illo tẽpore,nõ admonuerit nec corripuerit. Hoc plus est quàm orasse. Dimitte preces , & illum corripe. Ita & illi proderis,& tu lucrum habebis , ita etiam omnes seruari poterimus , & regnum cœlorũ assequi,quo contingat nos omnes frui, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi,cum quo patri vnà cum spiritu sancto,gloria,imperiũ,honor,nunc & semper,& in secula seculorum, Amen.

Itaque hi qui dispersi erant ex persequutione mota ob Stephanum , transierunt vsque ad Phœnicen & Cyprum ac Antiochiam,nulli loquentes verbum nisi solis Iudæis.

Homilia XXV.

Saud parũ ad verbi profectũ faciebat persequutio: Diligẽtibus enim deũ omnia cooperãtur in bonũ. Nunquid si dedita opera conati essent instituere ecclesiam,aliud quiddam quàm hoc fecissent? De dispersione inquam discipulorũ. Et vide quorsum se extenderit prædicatio. *Rom.8.c*

Transierũt,inquit,*vsque ad Phœnicen & Cyprũ & Antiochiã,nulli loquentes verbũ nisi solis Iudæis.* Vides quòd ea quæ apud Corneliũ acta,omnia singulari dispensatione gesta sunt. Hoc autẽ & ad defensionẽ Christi,& ad accusationẽ Iudæorum pertinet. Itaq; quãdo Stephanus interẽptus est,quãdo Paulus bis periclitatus,quando apostoli flagellati sunt,quãdo sæpi⁹ latuerunt,tũc Gentes receptæ sunt,tũc & Samaritani,quod & Paulus clamat dicẽs,Vobis erat necessariũ primùm dici sermonẽ dei:quoniã autẽ repulistis illũ,& non dignos iudicastis vos ipsos,ecce conuertimur ad gentes. Accesserunt itaq; & gentes allocuturi. Erant autẽ quidam ex illis viri Cyprij & Cyrenæi,qui scilicet venerãt Antiochiam, alloquuti sunt Græcè loquentes euangelizando dominum Iesum. *Et erat manus domini cũ illis,magnusq; numerus qui credidit, cõuersus est ad dominum Iesum.* Vide,Græcis euãgelium annunciant. Verisimile est enim illos scisse Græcè,& in Antiochia tales multos fuisse. *Et erat manus domini*, inquit,*cũ illis.* Hoc est,signa operabãtur. Vides quare etiã nunc signorũ necessitas fuit? vt credãt. *Auditus autem est sermo in auribus ecclesiæ quæ est in Hierosolymis de illis:* *Infr.15.g*

& emiserũt Barnabã vt trãsiret vsque in Antiochiã. Quarénam tanta ciuitate suscipiẽte verbum nõ venerunt ipsi,sed miserunt Barnabã? Propter Iudæos. Veruntamen nõ paruum quiddã geritur, etiã quòd Paul⁹ huc aduenit,neq; simpliciter,sed & valde magna cum dispensatione illũ auertantur, vt ne includatur in Hierosolymis vox prædicationis,tubaq; cœlorum. Vidisti quomodo vbique maliciis illorum vt opus erat,& quemadmodũ volebat,vsus est Christ⁹, etiã odio quo persequebãtur Paulum, in ædificationẽ ecclesiæ ex gentibus congregandæ. *Qui vt venit & vidit gratiã dei, lætatus est, & inhortabatur omnes vt in proposito cordis maneant in domino. Erat enim vir bonus, & plenus spiritu sancto,ac fide,et apposita est turba multa domino. Exiit autẽ in Tharsum Barnabas vt requireret Paulũ, & inuentũ illũ adduxit in Antiochiã.* Valde vtilis erat vir ille,etiã frugi ac Paulo familiaris. Ideo & venit ad Athletã,ad ducẽ belli,ad certantẽ singulari duello, ad leonẽ:nec habeo quo nomine dignè vocẽ illũ: venit ad canẽ venaticũ,leones occidentẽ, ad tauũ fortẽ, ad facẽ claram, ad os orbi sufficiens. Reuera in Antiochia appellati sunt nostri propter hoc , vocabulo Christianorũ , quia Paulus in ea tanto tẽpore perseuerauit. *Factũ est autẽ,quòd illi anno integro congregarẽtur in ecclesia,& docerent multũ populũ, vt primum appellati sint discipuli in Antiochia Christiani.* Nõ parua autẽ hæc ciuitatis laus erat. Hoc contra omnes adduci potest, quòd prima omniũ,tanto tẽpore illo ore frui cœpit, vnde & principiò hoc nomẽ assequuti sunt. Vides in quantũ fastigiũ ciuitatẽ extulit, & clariorẽ reddidit hoc Pauli opus? Alibi tria milia , & quinque milia crediderunt, hîc tãta multitudo. Nihil tale factũ ibi, sed adhuc tantũ de via illa esse dicebãtur, hîc autem Christiani appellati sunt. *In istis autẽ diebus descenderunt à Hierosolymis prophetæ in Antiochiã.* Quoniã etiã in illis locis fructũ eleemosynæ plantari oportebat, vtili dispensatione accidit prophetas descẽdere. Tu autẽ cõsidera & obserua,quomodo nullus clarus his doctor aduenit. Cyprios enim habebant doctores , ac Cyrenæos & Paulũ, quãuis ille antecelleret istos. Sicut Paul⁹ Barnabã & Ananiã , sed nihil ex hoc minor fuit. Habebat tamẽ & Christũ. *Surgẽs autẽ quidã ex illis Agabus nomine,significauit famẽ magnam futurã in toto orbe,quæ scilicet & facta est sub Claudio Cæsare.* Necessariò hîc famẽ magnã futuram significat, quæ sanè sicut prædicta est,contigit. Vt enim ne putent quidã propter hoc factã famẽ quòd Christianismus ingressus est,vel quòd dæmones deiecti fuerint, prædicit spiritus sanct⁹ quòd euenturũ,sicut & Christus prædixit multa,& euenerũt. Nõ igitur ꝓpter hoc,quoniam oportebat ab initio hoc fieri,sed propter mala quæ in apostolos facta:quæ quum & fierent, longanimiter ferebat deus. Quum autẽ in peccatis perseuerarent,fames magna facta est , significans Iudæis euẽtura mala. Dicis: Si ꝓpter illos erat,propter alios quũ esset,oportebat cessare. Quid enim iniustè egerãt Græci, vt propter illos malorũ fierent participes, qui nihil mali fecerant? Si autẽ non propter Iudæos, & ꝓbari illos magis oportebat,eo quòd Iudæi faciebãt pro sua virili,occidebãt,puniebãt,mulctabãt, vbiq; ꝓsequebãtur. Et vide quomodo fit fames, quãdo & Ethnici iã susceperi erãt. At dicis: Si ꝓpter mala hæc fiebant , oportebat illos ab aliis separari. Quare dic mihi? Nõnne pri⁹ dixit eis Christus: In mũdo tribulationẽ habebitis? Tu autẽ hæc dicens, forsan & hæc dices, quòd oportebat neq; flagellari. Sed vide vt illis etiã fames salutis fiat causa,& eleemosynæ occasio,multa cõcilians bona , atq; ita etiã vobis factũ esset si quidẽ voluissetis,sed noluistis. Prædicitur autẽ,vt posthac magis præparati sint ad eleemosynam, quia grauiter affligebãtur ij qui ĩ Hierosolymis. Ante hoc nõ erãt in fame,& mittitur Barnabas ac Paulus qui ministrarunt. *Discipuli autẽ,prout quique abũdabant.* Vidisti simul credere, & simul fructum afferre, non his solũ qui propè erant , sed etiam his qui à lõgè. Hoc autẽ mihi videtur hîc dicere id quod alicubi Paulus inquit,quòd dextras dederũt mihi & Barnabæ cõmunionis,tantũ vt pauperũ memores sim⁹. Intantũ profuit fames. Et vide illos neq; ex tribulatione in lamẽta & lachrymas erupisse,sed operi mãgno & bono sese exposuisse. Cũ maiore enim vbertate prædicabãt sermonẽ. Et non dixerunt,Nos quũ simus Cyprij & Cyrenæi,tam nobili & claræ ciuitati hoc imponemus:sed credẽtes gratiæ dei, etiã illi aggressi sunt doctrinã, & hi non dedignati sunt ab illis discere. Vide per paucos oĩa hæc fieri , prædicationẽ crescere,curam omnium qui Hierosolymis geri, quasi vnã domum orbem haberi. Audierant quòd Samaria receperat verbũ,& miserunt Petrum ac Ioannem. Magnum enim discrimen erat,& non oportebat apostolos illinc ptidẽ separari , ne putẽtur esse fugitiui,& suos fugisse: tunc autẽ necessariò separãtur, quãdo nulla ratione res Iudaicæ curari poterãt, quando bello increscente perituri erant, quando sententia pronunciata. Quoniã quandiu Paulus in Romã nõ peruenit,illic erant. Egrediuntur autẽ, nõ bellũ formidantes. Et quomodo formidarẽt,quum mortuis apostolis,& quod de illis dictum finẽ accepit. Peruenit super illos ira in finẽ. Apostoli autẽ quò ignobiliores erant,hoc magis fulgebat gratia,paruis conficiẽs magna. Sed videam⁹ iterũ quæ dicta sunt: *Supr.8.a* *Galat.2.b* *Supr.2.g & 4.a* *Ioan.16.g*

Inhortabatur omnes,inquit,*vt perseueraret in domino,quia erat vir bonus.* Mihi videtur bonũ nunc frugi appellare,& simplicẽ sine fuco valde cupidũ salutis proximorũ. Non solùm autẽ erat vir bonus,sed etiam plenus spiritu sancto ac fide. Ideo & ꝓposito cordis omnes inhortabatur. Inhortabatur,hoc est cũ præconio & laudibus. Et cõsidera quomodo ciuitas illa quemadmodũ terra pinguis sermonẽ accipit. Quare autẽ Paulum à Tharso abducit, & in illam ciuitatẽ inducit? Non absq; causa , nam hîc & amplior ciuitas,& amplior spes,hominumq; frequentior copia. Vidisti gratiam omnia operari, non Paulum,& quomodo à paruis res initiũ cepit: vbi autem inclaruit,tunc Barnabã mittunt? Et quare non ante hoc miserunt illũ? multã secum habebant curam , & nolebant improperare sibi Iudæos quòd susc epissent gentes, quãuis absq; vitatione illis admiscerentur: quoniam futura erat cõtrouersia apud illos,ea quæ apud Cornelium acta præcesserunt,& tunc sanè etiã dicunt,vt nos in gentes,illi autẽ in circuncisionem. Et cõsidera quomodo tẽpestiuè necessitas famis inducit cõmunionẽ illam quam gentes ad eos qui in Hierusalem,miserũt. Accipiebãt enim ab illis,& nõ sicut nos,in lucti⁹ calamitates addebãt, sed minore pauore viuebant: quũ procul fierent ab eis qui prohiberẽt, & essent inter homines qui nõ timebãt Iudæos, quod & ipsum non parũ conducebat , sed & in Cyprum abeunt vbi minor metus ac solicitudo. *Nulli autem sermonem,*

Universidad de Deusto
Biblioteca

monem, inquit, *loquebatur, nisi solis Iudæis.* Nõ ꝓpter hominum metum, quẽ nihil faciebant, sed legem retinentes, & illos adhuc tolerantes. *Erant autem quidã in Antiochia Cyprij & Cyrenæi, hi maximè nõ curabãt Iudæos, qui scilicet loquebãtur ad Græcè loquentes, & euangelizabãt dominũ Iesum.* Fortasis quòd nesciebãt Hebraicè, vocabãt illos Ἕλληνας Græcos. Vt autẽ aduenit, inquit, Barnabas, & vidit gratiã dei, non diligẽtiã hominũ.

Inhortabatur illos vt perseuerent in domino. Forsan in eo quòd laudabãt turbã & approbabãt, hoc plures cõuertit. Et quare non Paulo scribũt, sed Barnabã mittunt? Nondũ viri sciebant virtutem, ideo solùm cõstitutũ est, vt Barnabas proficisceretur. Quoniã autem & multitudo erat, & nemo prohibebat: meritò germinauit fides, & maximè quòd nullam illic sustinebant tentationẽ, & quòd Paulus prædicabat sine fugiẽdi necessitate. Bene autem non illi de fame dicunt, sed prophetæ, ne onerosi quidam videantur: & admiratione dignum, quomodo non indignati fuerũt, quòd despecti Antiocheni, sed cõtenti sunt magistris, ita omnes seruebant ad sermonẽ. Qui etiam non expectarũt donec fieret fames, sed ante illã miserũt prout abũdabat quisq;. Et vide quòd inter apostolos alij quidã hanc potestatem accipiunt, hîc autẽ Paulus & Barnabas erant, idq; non sine causa cõstitutũ est. Et aliter: Et principiũ erat, & iam non oportebat scandalizari. Verùm iam nullus hoc facit, tametsi fames sit illa grauior. Non enim par est cõmunẽ ferre calamitatem, & quum abundãtia fruuntur, pauperiores quosdam fame laborare. Tunc solũ fames erat, & qui dabãt pauperes. Sicut enim, inquit vnusquisq; abundabat: nũc autẽ duplex fames sicut & duplex abundãtia, fames grauis, fames nõ audiẽdi verbum domini, sed educandi per eleemosynam. Tunc & eleemosyna ij qui in Iudea erant pauperes, potiti sũt: & qui in Antiochia, pecunias cõtribuebãt, & hi magis quã illi. Nunc autem & nos & pauperes in fame, nã illi quidẽ necessario alimento egent, nos verò rarissimè misericordiæ sumus dediti. Hoc autẽ alimẽto nullum magis necessarium. Ferre nequeũt mala quæ à satietate sunt, quod amplius est hoc alimento, non vadit in secessum. Nihil pulchrius, nihil suauiº anima quæ sic pascitur, omni superior est morbo, omni fame, omni intẽperie & ægritudine, nullus illã poterit rapere, sed sicut adamantinũ corpus, nec ferrũ cædere valet, nec aliud quiddam, ita & animã ob eleemosynã cõfirmatã nihil tollere potest. Quid enim dic oro, hanc rapere vnquã posset? Paupertas? minimè, habitat enim in regalibº prõptuariis. Num latrõ & furº sed illos parietes nullus perfodere valet. num vermis? sed etiam hoc incommodo superiorẽ habet thesaurũ. Num inuidia & odium? sed neq; ab illis capitur. nũ calũniæ & insidiæ? neq; illæ. Indeprẽdabilis enim thesaurº est, sed fœdũ fuerit, si hæc sola demõstraro quæ eleemosynæ accidũt, & nõ contraria. Non enim ab inuidẽtia solũ libera est, sed etiam multa benedictione fruitur etiã ab his, quibº nõ est benefactũ: Nam quemadmodum crudeles ac inhumani non eos dũtaxat habẽt aduersarios, quos afflixerunt, sed etiã eos qui nihil passi illis cõdolẽt: nam & isti accusant & vituperãt: sic qui multa bona fecerunt, nõ solùm eos quibus benefecerũt, sed etiã eos quibus nullũ beneficiũ impenderunt, inueniũt laudatores. Quid dicã liberos ab inuidia & insidiatoribus, & latronibus, & parietũ effractoribus? Non hoc solũ bonum habet, sed adhuc cum eo quòd non imminuũtur, crescũt etiã opes, & multiplicantur. Quid Nabuchodonozore turpiº? quid deformius? qd iniquius? Impiº homo erat, plurima signa & iudicia vidit, & noluit resipiscere, sed seruos dei in caminũ iniecit, & posteà adorauit. Quid igitur propheta? Rex, *Dan. 4.f.* ait: consiliũ meũ placeat tibi, peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas miserationibº pauperũ: forsan erit venia delictis tuis. Hoc sic dixit nõ am bigẽs, valde enĩ psuasum erat prophetæ, sed volens illũ amplius terrere & cogere vt hoc faciat. Si enim affirmãdo dixisset, negligẽtior factus esset ille. Ita & nos tũc maximè quosdã vrgemº, quãdo dicimº, obsecra illũ, & nõ adiicimus omnino auditurũ, sed fortè auditurũ. Metus enim à dubitatione profectº, magis impellit, & propter hoc certũ & manifestũ istud nõ fecit. Quid dicis? tãtis ne impietatibus erit venia? Etiam, nõ est peccatũ quod nõ possit purgare eleemosyna, quódve nõ possit extinguere. Omne peccatum infra illam stat. Remedium est ad omne vulnus vtile. Quid Publicano deterius? omnis iniusticiæ fomes est auaricia, sed hanc omnẽ abluit Zachæus. Vide quomodo & Christus hoc mõstrat, dum curauit & marsupiũ habere, & portare ea quæ immittebantur. Paulus autẽ dicit: Tantũ vt memores pauperum *Gala. 2.b.* essemus. Et per omnẽ vbiq; scripturã sup hac re sermo est. Preciũ animæ viri, inquit, diuitiæ propriæ. Et *Pro. 13.b.* Christus: Si vis perfectº esse, vẽde tuas facultates, & *Mat. 19.c.* da pauperibº, & veni sequere me. Hæc meritò pfectio est. Eleemosyna autẽ nõ in solis fit pecuniis, sed etiã in operibus, vt exẽpli gratia dicã, est patrocinari & viduæ manũ porrigere. Huiusmodi enim patrociniũ sæpe plures seruauit, quàm pecuniarum largitio. Igitur in præsenti tẽpore omnia misericordiarũ genera exerceamus. Ne sis segnis, potes patrocinari, ne dicas, quoniam pecuniæ mihi nõ sunt. Hoc nihil est dicere, nã & illud magnum quiddam erit, quẽadmodũ si aurũ dedisset, ita affectus esto. Potes ministrare, etiã hoc facito, vtputa medicus es arte, diligẽter cura infirmos, est etiam hoc magnũ. Vales etiam cõsilio, hoc omnibº maius est, melius & amplius, quãtò & maius habet lucrũ. Nõ enim famem soluis, sed difficilẽ mortem. Hoc etiam apostoli abundãter pleni erant. Propterea pecuniarũ distributionem alijs concredierũt, ipsi prædicationibº vacatũt. An putas paruam esse eleemosynam, animam cõsilio destitutã, & extremè periclitantem, atq; febrium incẽdio detẽtam, morbo posse liberare? Vides amicũ ab auaricia detineri, miserere hominis: suffocatur, extingue illius ignẽ. Quid igitur si non obtemperet? Tu quod tuũ est facito, & ne sis ignauus. Vidisti illum in vinculis detineri, vincula enim reuera sũt pecuniæ, abi ad illũ, visita illũ, cõsolare, tenta illum à vinculis eripere. Si audire nõ vult, ipse feret pœnam. Vidisti nudũ & peregrinum, nudus enim reuera & peregrinus est cælorum, qui vitã bonam negligit: recipe eum in diuersoriũ tuum, & vesti illũ vestimentis virtutum, fac eũ ciuem in cœlis. Quid igitur si ipse nudus sim? inquis, & teipsum primũ vesti. si scis quòd nudus es, omnino etiã scis quòd debes te induere. Si huiº nuditatis modum solũ nosti, potes facilè scire etiã animæ vestitũ. Quot mulieres serica vestimenta ferũt? nudæ autẽ reuera sunt à virtutum vestibus. Illis eas viri vestiãt, sed has vestes nolunt, aliasq; petũt. Hoc primũ fiat, vt illas principio desiderẽt ac cõcupiscãt: ostende

ostende q; nudæ sint. Differe de iudicio futuro, dic alibi, nõ his, sed aliis opus fore. Quòd si toleratis me dicentẽ, etiam ego nuditatem ostendam. Nudus in frigore stat, frigore cõtremiscit, ac stupescit brachiis seipsum amplexãs. In æstate nõ fit idẽ. Si igitur ostẽdam opulentos & opulẽtas hoc magis nudos, quò magis vestiti sunt: ne sitis difficiles. Quid igitur, dic oro, quãdo sermones de gehẽna mouerimus, & de tormẽtis illis: nónne magis q; nudi illi, tremiscunt ac stupent? nónne amarè gemũt, & condẽnant seipsos? Quid igitur quando ad aliquem accedunt, & dicũt, Ora pro me? nónne hęc verba illis dicunt? at nunc quidẽ licet multa dixerimº, nondũ manifesta est nuditas, erit autẽ illic manifestũ. Quo modo? quãdo sericis illis vestibus amissis à solis virtutum & maliciæ vestibus singuli agnoscẽtur, quãdo pauperes quidẽ magna gloria vestiti erũt, diuites autẽ nudi ac defor-
Luc. 16.e. mes ad tormẽta rapientur. Quid delicatius ac luxuriosius diuite illo purpura vestito, quid etiã Lazaro pauperius? Vter igitur mendicorũ proferebat verba? vter abundãs factus est? Dic oro: Si quis domũ multis tapetibus ornet, ipse autẽ intus sedeat nudus, quæ vtilitas? ita & mulieribus accidit (nam domũ animæ, corpus voco) multis amiciuntur, materfamilias autẽ intus sedet nuda. Afferte mihi animæ oculos, & ostendam vobis animæ nuditatẽ. Quid enim est vestimentũ animæ? virtus. Quæ nuditas? peccatum. Sicut igitur si quis spoliauerit quempiam liberũ, erubescit & humiliatur ac fugit: ita sane & anima, si voluerimus in illã respicere, quæ non habet has vestes, erubescit. Quot putas nunc confundi, & in illud ꝓfundum descendere, & quasi velamentũ quoddam requirere, vt hos non audiãt sermones? Quæ autem sibi non sunt malè conscię, oblectantur, gaudent, & gloriãtur in his quæ dicũtur. Audi de beata Thecla, illa vt Paulũ videret, aurum suũ dedit. Tu autem vt Christum videas, neq; obolũ das. Et admiraris quidẽ quod illa fecit, non imitaris autẽ. Non audis quo
Mat. 5. a. modo misericordes beatos dicit sermo? Beati misericordes, inquit, quoniam misericordiã consequentur. Quod lucrũ à preciosis vestibus? Quandiu hanc stolam admiramur? induamur gloria Christi, circũdemur illa pulchritudine, vt & hic laudemur, & alibi æterna bona consequamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul ac spiritui sancto gloria, imperium, & honor nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

Cap. XII. *Per illud autem tempus, immisit Herodes rex manus vt affligeret quosdam ex ecclesia, occidit autem Iacobum fratrem Ioannis gladio: & videns quòd rem gratam fecisset Iudæis, adiecit vt apprehenderet etiam Petrum. Erant autem dies azymorum.* *Homilia XXVI.*

Valénam tempus dicit? omnino quod mox sequebatur. Et hic quidem sic intelligere cõ-
Mat. 3. a. uenit, alibi autem aliter. Quãdo enim Matthæus dicit, In diebus illis, adest Ioannes prædicans: non mox sequentes dies intelligit, sed illos, in quibus futura mox erant ea quæ narrabat. Mos enim scripturæ est hoc tropo vti, & aliquãdo quid exponere per ordinẽ iuxta quẽ eueniũt, aliquãdo autem quæ posterius cõtingunt enarrare, quasi mox fierẽt. Bene autẽ dicit, Herodes rex. hic non erat, sub quo Christus passus est. Ecce alia tẽtatio, & vide id quod initiò dixi, quo modo per relaxationẽ & afflictionẽ contexantur in apostolorũ successibus omnia. Non iam Iudæi, neq; concilũ, sed rex immittit manus vt affligat. Maior potestas, difficilº certamẽ, & hoc magis, quo gratificari Iudæis magis studebat. *Occidit autẽ Iacobum fratrem Ioannis gladio.* Simpliciter & quasi fortuitò. Si autẽ quis rogarit, quare deus permiserit? dicemº, quòd pro illis ipsis, primùm quidem persuadebat illis, quòd prævaleãt, licèt occidãtur, id quod & de Stephano actũ est. Secundò dabat Iudæis post quã implessent furorem, vt reducãtur ab insania, & tertiò ostendebat quòd hæc permissione fierent. *Videns autẽ quòd rem gratã faceret Iudæis, adiecit vt apprehenderet etiam Petrũ.* O miram inhumanitatem. Qua in re gratificatur illis? sine causa & simpliciter cædes faciens. *Erat autẽ dies azymorũ.* Iterum superflua Iudæorum curiositas. Occidere quidem nõ prohibebant, in tẽpore autem tam sacro talia committebãt. Quem etiã apprehensum posuit in vincula, tradens quatuor militũ quaternionibus. Erat hoc & furoris, & timoris. *Occidit*, inquit, *Iacobum fratrẽ Ioannis gladio.*

Vidisti illorum fortitudinem? Nam ne quis dicat, quòd sine periculo & metu contẽnere audeãt mortẽ, vtpote eripiente illos deo, idcirco occĩdi permittit etiã principes, docẽs sic eos qui occidebãt, quòd neq; ista illos destituunt & prohibent. *Itaque Petrus seruabatur in custodia, oratio autẽ fiebat cõtinua pro illo ab ecclesia apud deũ.* Erat enim grauissimũ certamen, meticulososque illos faciebat, & quòd ille in carcere cõiectus erat, & quòd iste interfectus esset. *Quando autẽ producturus erat illũ Herodes, nocte illa Petrus erat dormiens inter duos milites ligatus catenis duabus. Et custodes ante fores obseruabãt custodiã. Et ecce angelus domini astitit, & lux fulsit in habitaculo. Percusso autem latere Petri excitauit illum, dicens: Surge velociter. & deciderunt catenæ illius à manibus.* Vide, per illã noctem illũ eripuit: & lux fulsit in habitaculo, ne putet spectrum esse. Et lucẽ nemo vidit præter illum. Nam licèt etiam hoc factũ sit, & nihilominus putabat esse phantasiã, eo quòd sic inexpecta tũ erat: si hoc non fuisset factũ, multò magis suspicatus fuisset se illudi. Ita ordinarat aciẽ cõtra mortem. Faciebat hoc quòd multis diebus illic manserat, & non seruatus erat. Et quare, dicit quis, non permisit illum deus, ne caderet in manus Herodis, & mox tunc eripuit? Quia illud quidem attonitos eos fecisset, hoc autem pro illis factum est. Nunquid habiti fuissent homines, si omnia diuino more fecisset? Circa Stephanũ nihil tale contigit. Nónne vt angeli, faciẽ illius ostendit? Quare autẽ omnino dereliquit & in hoc loco. *Dixitque angelus ad illum: Præcingere, & subliga sandalia tua.* Iterum hoc loco ostendit, quòd non & dolis euasit. Nullus enim festinans & euadere effodiendo volens tantam diligentiam adhibet, ita vt etiam sandalia accipiat, & se præcingat. Fecit autem sic, & dicit illi: *Circunda te vestimento tuo, & sequere me. Et egressus sequutus est illum, & nesciebat verum esse quod fiebat ab angelo. Videbatur autem sibi visionem videre. Transeuntes autem primam custodiam & secundam, venerũt ad portam ferream quæ ferebat in ciuitatem, quæ vltrò aperta est eis.* Ecce secundum signũ. Quando recessit angelus, tunc cogitauit Petrus. *Et egressi processerunt vicũ vnum, & continuò discessit angelus ab eo. Et Petrus ad se reuersus dixit: Nũc scio quia vere emisit dominus angelũ suũ & liberauit me de manu Herodis, & omnis expectationis populi Iudæorũ.* Nũc cognoui, inquit, nõ tũc. Quare autẽ fit hoc, & nõ sentit Petrus ea quæ fiebant, quanuis iã tali frueretur liberatione, quãdo catena soluta repẽtè illum

Supr. 8. d.

Universidad de Deusto
Biblioteca

illum liberat:& postquàm liberauit, tunc sentire fa- A cit. Quòd autẽ catenæ è manibus ceciderãt, magnũ argumentũ est quòd non fugerit. *Et ita cõscius sibi venit ad domum Mariæ, quæ erat mater Ioannis qui cognominabatur Marcus, vbi erãt multi cõgregati & orãtes. Pulsante autẽ Petro ianuã vestibuli, processit ancilla vt subauscultet, nomine Rhode, & agnita voce Petri præ gaudio non aperuit vestibulũ.* Vide Petrũ non statim recedere, sed prius annunciare lætũ nunciũ suis. *Ingressa autẽ annunciauit Petrũ stare ante vestibulũ. Illi autẽ ad eam dicebant: Insanis. Porrò hæc confirmabat sic se habere.* Vide & ancillas pietate plenas, præ gaudio nõ aperuit vestibulũ. Illi verò etiam hoc facto renuerunt, nam hæc quidẽ confirmabat sic se habere, at illi dicebant: Angelus illius est. *Petrus autẽ permanebat pulsans. Vt autẽ aperuerũt, agnouerunt illũ, & obstupuerũt. Quum innuisset autẽ eis manu vt tacerẽt, narrauit illis quomodo dominus ipsum eduxit ex custo* B *dia. Dixit autẽ: Annũciate Iacobo & fratribus hæc. Et egressus iuit in alium locũ.* Itaq; iterũ videamus contextum eorũ quę dicta: Per illud tẽpus, inquit, iniecit manus rex Herodes, vt affligeret quosdã de ecclesia. sicuti bestia absque omni ratione omnes inuadit. Hoc est
Mar. 10. f quod dicebat Christus: Poculũ quod bibitur° sum, bibetis: & baptismo quo ego baptizor, baptizabimini. Occîdit autẽ, inquit, Iacobũ fratrem Ioannis gladio. Et quomodo, inquit, Petrũ non mox occîdit? dixit causam scriptor: Dies enim, inquit, erant azymorum, & magis volebat euulgari trucidationem eius. Itaq; illi quidem propter admonitionẽ Gamalielis
Suprà 5. f g continebant se in posterũ à cædibus. Et aliter: Neq; causas inueniebãt, & sic adumbrabant per alios sua. Quoniã autem & alius Iacobus erat frater domini, propter hoc assignauit dicens fratrẽ Ioãnis. Vides q; C hi tres summi erãt, maximè autẽ Petrus & Iacobus. Hæc maxima condẽnatio illorũ erat. Non enim iam humana prædicatio ostẽdebatur, & reuera illud ad-
Psal. 43. d implebatur. Reputati sumus sicut oues occisionis. Videns autẽ q; gratificaretur Iudæis, adiecit vt comprehenderet etiam Petrum. Grata res Iudæis cædes, atq; iniusta cædes. Magna demẽtia Herodis, illicitis illorum desideriis ministrabat. Debebat diuersum agere, & illorũ impetũ morari: ille autẽ indulget sicut carnifex quidam ægrotantium, sed nõ medicus quãuis innumera exẽpla habẽs & aui & patris Herodis: & quomodo ille quidẽ propter cędẽ paruulorum innumera passus est mala, hic autẽ Ioãne occiso graue bellũ suscitauit. Quẽ & apprehensum, inquit, posuit in vincula. Metuebat ne Petrus propter timorem quem ex morte Iacobi concepisset, secederet: D & volens illum securè detinere, coniecit in vincula, tãtò maiori diligẽtia custoditũ, quò mirabilior foret ostẽtatio. Hoc autẽ erat pro Petro, qui hinc probatior factus, & fortitudinẽ suam declarauit. *Oratio autẽ*, inquit, *continua fiebat*. Magni amoris indiciũ oratio. Patrẽ omnes quærebant, patrẽ manuetũ. Continua, inquit, oratio fiebat pro illo. Audite quomodo affecti erant erga præceptores, non cõminantur, non tumultuati sunt, sed ad preces conuersi, præsidium reuera inexpugnabile, ad illud confugiebant. Non dicebant, humilis ego & nihili homo pro illo orarẽ? Quoniã dilectio erat, nihil tale cogitabãt. Vis scire quãta fecerint Iudæi, etiam non volũtarij? illos clariores reddiderunt, hos diligentiores fecerunt. Et vide in die festo tentationes intẽtari, vt clariores appareant hi. Quando autẽ producere illũ voluit He-

rodes, nocte illa, inquit, Petrus dormiebat. Vide Petrum dormientem, & nequaquam in mentis agone constitutũ. Ista nocte qua producturus erat illũ dormiebat, causam totam proiecerat in deum: non simpliciter autem dormiuit, sed inter duos milites, & catenis vinctus. Inter duos, inquit, milites dormiebat vinctus catenis duabus. Vides quàm diligens custodia. Et ecce angelus domini astitit, inquit, dicẽs: Surge velociter. Simul dormientes erant custodes, ideo quid fieret non sentiebant. Lux autẽ fulgebat, ita vt etiam videre posset Petrus, ne putet esse phantasiã: & ne sit deses, percutitur latus eius. Et non simpliciter audit, surge: sed, velociter: cum additamento, ita grauiter dormiebat. Videbatur autem visionẽ videre, inquit. Transiuit autem primam & secundam custodiam. Vbi nunc sunt hæretici, quomodo trãsierit dicant nunc, sed non poterunt, quãuis propter hoc illũ accingi iubeat & calceari, & hac ratione persuadet ei, quòd non sit phãtasma, & vt excutiatur somnus, & sciat quòd verum sit. Idcirco statim etiam catenæ eius de manibus eius ceciderũt, & audit, Surge velociter: non turbati est & trepidãtis, sed vrgẽtis ne morã trahat. Et nesciebat, inquit, quòd verum esset quod fiebat per angelum: videbatur autẽ visionẽ videre: meritò, maximæ enim res fiebant. Vides quantum signum? quomodo videntẽ terret, quomodo non sinit credibile esse. Si enim Petro videbatur tam topere quòd videret visionẽ, quãuis cinctus & calceatus, quid alius nõ passus esset? Transeuntes autẽ, inquit, primã custodiã & secundã, venerunt ad portam ferreã, & egressi processerunt vicum vnũ, & statim recessit angelus ab illo. Ea sanè quæ intus gesta erãt, magis mirabilia erant, hoc autẽ iam humanius: recedit enim angelus quũ nihil ,phiberet. Nõ enim per tot obstacula trãsisset Petrus, reuera enim stupor erat. Nũc cognoui, inquit, quòd verè misit dominus angelum suum, & liberauit me de manu Herodis, & omnis expectationis populi Iudæorũ. Nunc, nõ tũc quãdo in carcere erã. Et cõscius sibi venit ad domũ Mariæ matris Ioãnis qui cognominabatur Marcus. Quid est, cõscius? hoc est reputãs vbi esset. Vel igitur huius rei sibi cõscius, vel quòd non simpliciter abire oportet, sed remunerare benefactorẽ, q; & conscius venit ad domũ Mariæ. Quis est hic Ioannes? forsan ille qui semper cum eis erat. nam propter hoc etiam cognomen eius ponit. Vide quantum bonũ est persecutio, quantũ precantes in nocte perficiunt, quomodo alacres & excitatos illos efficit. Vidisti quantum lucrũ cædis Stephani? vidisti vinculi huius quãta vtilitas? Deus enim dum non apud iniustos illos, tanquã reos cõuinci suos, magnũ ostendit & efficax euangelium, sed iniustis ipsis facit apparere tribulationes per se magnas, dum nihil horũ patiuntur, ne liberationẽ eorũ quæramus omnino, neq; vltionẽ. Vide autem quomodo ancillæ cum illis iam in pari honore sint. Præ gaudio, inquit, non aperuit. Bene etiam hoc factũ est, vt ne etiã illi statim videntes nimium obstupescant & minus credãt, sed vt exercea tur illorũ mens: & qui nobis mos est vt faciamus, inuenta est laborãs & illa: nã vt illa ferat euãgelia, studuit Sic enim erãt euãgelia. Alij autẽ dicebãt ad illã: Insanis. At hæc confirmabat sic se habere. Porrò illi dicebant, Angelus illius est. Et hoc verũ est, q; vnusquisq; angelũ habet. Et vnde venit illis in mentem tunc angelũ esse? A tempore illud coniectabant. Vt autem

autem ille permãsit pulsans, inquit, aperientes vide- A runt illum, & obstupuerũt. At ille quũ innuisset manu, silentium magnum fecit, ita vt audirent quæ illi obuenerant. Desideratior multò posthac fuit discipulis, non solùm quòd seruatus est, sed etiam quòd astitit, & statim accessit. Discũt posteà & familiares omnia manifestè, & extranei didicissent, si voluissent credere. Hoc & in Christo euenit. Annunciate, inquit, Iacobo & fratribus hæc. Vide quomodo non est vanè gloriosus, Non enim dixit: Vbiq; manifesta facite hæc, sed fratribus. Et abscessit in alium locum. Non enim tentabat deũ, neq; in tentationes immittebat seipsum. Quia quando etiam hoc iussus fuit, fecerunt. Ingressi enim, inquit, in templum loquamini populo, audierunt, & statim obedierũt. Hoc autem non dixit angelus, sed silenter abducendo, & noctu educendo dedit copiam secedendi. Hoc autem fa- B ctum est, vt discamus quomodo multa etiã humano modo dispẽsentur ac fiant, atq; ita ne iterũ periclitetur. Ne enim dicãt, quòd angelus eius sit, postquàm abiret, prius hoc dicunt: & tunc illũ vident, subuertentem opinionẽ illam. Angelus si esset, nõ pulsasset fores, non secessisset in alium locũ. Confirmat etiam illos, quòd non in die factũ est. Illi autẽ effusi erant in preces, & is ligatus somno. Num putasset verum esse quod fiebat, si territus esset, si non meminisset. Nunc autẽ quasi insomnium esset, inturbatus fuit. Venerunt, inquit, ad portã ferreã. Vide etiam quàm fortis fuerit. Transeuntes autem, inquit, primam custodiam & secundam, venerũt ad portam ferream. Quare non illos per seipsos, dicet quis, sic liberat? Quare? Etiam hac re honorat illos deus, per angelos eripiens. Cur igitur in Paulo non similiter actũ est? C Illic meritò, quoniã custodẽ carceris credere oportebat: hîc autem liberari duntaxat apostolum. Et ali-
Infrà e. f 16. ter: Variis modis deus omnia dispensat. Illícq; Paulus hymnos dicit, hîc autẽ Petrus dormit. Ne igitur occultemus miracula dei, sed & in nostrã vtilitatem demus operã, vt inuulgemus ea, & in aliorũ ædificationem. Sicut enim mirabilis est qui vult ligari, ita etiam mirabilior, non anteà recedit, donec suis omnia anteà enarret. Et dixit, inquit, Dicite Iacobo & fratribus. cúrnam iubet dicere? vt gaudeant, ne soliciti sint, vt per hos illi discãt, non ipsi per illos. Adeò curã gerebat partis quæ humilior erat. Nihil igitur congrua afflictione melius. Qualẽ putas illorũ fuisse animã? quanta voluptate plenã? Vbi nunc mulieres quæ tota nocte dormiunt, vbi viri qui neq; in lecto se versant? Vides sobriam animã? Cum vxoribus & D pueris, & puellis deum laudabãt, puriores cœlo affli ctione facti: nunc autem paruo periculo viso concidimus. Nihil ecclesia illa clarius fuit. Imitemur illos, æmulemur, non ideo facta est nox, vt per totam dormiamus, & ocioſi simus. Testantur hoc & opifices, nautæ, negociatores. Ecclesia dei mediis surgit noctibus, surge & tu, & vide astrorum choreã, profundum silentium, magnam quietẽ, obstupesce dei tui miram dispensationẽ. Purior tunc est anima, leuior subtiliórq; tunc est, sublimia videt, ac expedita est. Tenebræ ipsæ, silentiúmq; multũ in compunctionẽ inducere sufficiunt. Si autẽ & cœlum videris quasi innumeris interpũctũ oculis, omni voluptate fruetis statim concepta opificis sapientia. Si consideraris eos qui interdiu clamant, rident, lasciuiunt, saltant, iniustè agunt, auariciæ intenti sunt, minantur, innumera mala inferunt, ibi tunc à mortuis nihil distare, condẽnabis omnem humanã infirmitatẽ. Somnus accedit, & naturã redarguit, imago est mortis, imago est consummationis. Si prospexeris in plateam, nullam vocẽ audies: si videris in domũ, videbis omnes quasi in sepulchris iacentes. Hæc omnia sufficiunt excitare & inducere animam ad cogitandã mundi consummationẽ. Hic sanè mihi & ad viros & ad mulieres sermo est, flecte genua, ingemisce, ora dominum vt tibi misericors sit, imò inflectitur nocturnis precibus, siquando tu quietis tempus, facias lamentorum tempus. Memor esto regis, qualia verba dicebat: Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas *Psal. 6. b* noctes lectũ meum, in lachrymis meis stratũ meum rigabo. Quantũuis delicatus fueris, non es illo delicatior: quantũuis diues, non es ditior Dauide. Et ite-
rum idem dicit: Media nocte surgebã ad confiten- *Ibid. 18. b* dum tibi super iudicia iustitiæ tuæ. Tunc non interturbat vana gloria, omnibus scilicet dormiẽtibus, & non videntibus, tunc non ignauia & oscitantia in sidiantur, quandoquidẽ animam tot ac tanta excitãt, & alacrem reddunt. Post tales vigilias dulces somni, & visiones mirabiles. Hoc fac & tu vir, non sola mulier. Sit ecclesia domus ex viris mulieribúsq; constituta. Nunquid enim quia tu solus es vir, neque quia ista sola est mulier, putabis impedimentum esse? Vbi enim sunt duo in meo nomine, inquit, cõgregati, il- *Mat. 18. b* lic sum in medio illorum. Vbi Christus medius, magna multitudo est: vbi Christus est, necesse est & angelos esse, necesse & archangelos, & alias virtutes. Non igitur soli estis, omnium vobiscũ habentes dominum. Et iterũ audi prophetã dicẽtem: Melior est *Eccli. 16. a* vnus faciẽs voluntatẽ domini, quàm innumeri prẽuaricatores. Nihil infirmius multis prævaricatorib°, nihil fortius vno iuxta legẽ dei viuente. Si tibi etiam filij sunt, excita & filios, & fiat modis omnibus domus noctu ecclesia. Si autẽ teneri sunt, & vigiliã ferre nequeunt, vnam & alterã orationẽ faciant, & iterum sinito quiescere. Tantùm surge, tantùm in consuetudine conserua teipsum: nihil hoc promptuario melius quod tales suscipit preces. Audi prophetam dicentem: Si memor eram tui super stratum meũ, in *Psal. 62. b* diluculis meditabar in te. At dicis: Laboraui per diẽ multùm, & nõ possum. Cauillũ est & excusatio: nam quantũuis laboraueris, non laboraueris quantũ faber ferrarius, qui graues folles trahit vsq; ad flãmã, & fumũ toto corpore recipit: attamẽ ille noctu sæpe multũ negocij insumit. Scitis etiam mulieres, si qua vos necessitas facit ire in agrũ, vel ad vigilias progredi, quomodo per totã noctem vigilant. Et tibi igitur officina sit spiritualis, non vt ollas ac lebetes, sed vt animam tuam pares quæ ærario fabro & aurifabro melior, veterem illam factã impone in conflatoriũ cõfessionis, folles à summo deduc, hoc est verba cõdemnantia, accende ignẽ spiritus, multò maiorem artem habes, & omni auro preciosiorẽ animã, sicut ærifaber vas: non enim corporale vas componis, sed animam liberas ab omni seculari fantasia & solicitudine. Assit tibi lucerna non illa quæ flagrat, sed quã propheta dicẽs habuit: Lucerna enim pedibus meis *Ibid. 118.* verbũ tuum. Accende orationibus animã tuã. Si videris satis habere, educ, accende ad id quod voles: crede mihi, nõ sic ignis sordes purgare solet, vt oratio nocturna sordes peccatorum nostrorum. Si nihil aliud, erubescamus quòd nocturni vigiles ac custo-

des

Universidad de Deusto Biblioteca

des propter hominum leges obambulant in frigore
multū clamātes,& in vicis euntes sæpe cōpluuntur,
rigéntq; propter te ac tuā salutē,pecuniarúmq; tua-
rum custodiā.Illi pro tuis pecuniis tantā habent cu-
ram,tu autē neq; pro anima tua.Sanè ego non cogo
ambulare sub dio sicut illi , neq; clamore disrumpi,
sed in ipso prōptuario conclauiq; tuo flecte genua,
Luca 6.b ora dominum. Quare ipse Christus pernoctauit in
monte?nónne vt typus nobis fieret ? Tunc respirant
plātæ in nocte dico : tunc & animæ maximè & ma-
gis quàm illæ rorem suscipiunt.Quæ enim in die sol
adussit,eadem nox refrigerat. Nocturnæ lachrymæ
quouis rore magis contra concupiscentias & ardo-
res omnes demittuntur, nec sinunt grauiora pati.Si
autem rore illo non frueris, post diem exureris, sed
absit vt aliquis vestrum, ignis illius fiat materia. Ve-
rùm refrigeremur , & misericordia dei fruamur, vt
omnes nos liberemur ab onere peccatorū, gratia &
misericordia domini nostri Iesu Christi,cui cum pa
tre ac sancto spiritu simul sit gloria,imperium, & ho
nor in secula seculorum,Amen.

Facto autem die erat turbatio non parua inter milites, quídnam de Petro actum esset. Herodes autem quum requisiisset illum, & eo non inuento, examinauit custodes, & iussit abduci, & descendens à Iudæa,in Cæsarea commoratus est. Homilia XXVII.

MVlti dubitāt quomodo despexerit tūc deus
illos seruos, qui propter Petrū occideban-
tur,quum potuisset illos cum Petro libera-
re.at si etiā cum Petro angelus milites eduxisset, res
illa habita fuisset fuga.Cur igitur nō aliter dispensa-
uit,inquit? Nam quale damnū factum est nūc, si vi-
deamus quòd iniustè patientes,& grauiter,nihil no
cuerunt:non quærimus hæc, quare non dicis etiam
de Iacobo,quare illum non eripuit?Et aliter:Nondū
erat iudicij tēpus , ita vt vnicuiq; detur pro merito.
Neq; Petrus iniecit illos in manus Herodis, (verùm
Matt.2.d ille multò magis dolebat se delusum esse sicut auum
suum à Magis) imò faciebat illū dissecari, & ridicu-
lum fieri. Bonum autem est scriptoris audire verba:
Facta,inquit,*die,erat turbatio non parua inter milites,quíd-
nam de Petro actū esset.Herodes autem requisiuit eum, & nō
inuento illo,examinauit custodes,& iussit duci.*Quāuis au-
diuisset ab illis,examinauerat enim & quod vincula
soluta,& quòd sandalia accepit,& quòd vsq; ad no-
ctem illā cum eis fuerit.Sed quid?simul ne occultati
fuerunt?quare non ergo & ipsi effugerunt?Certè il-
lum oportebat admirari,oportebat obstupescere,at-
qui posteà manifestū est omnibus per mortem illo-
rum,& dei miraculū , & illius malicia. Et vide quo-
modo hîc ea non occultat , sed & meminit historiæ
ita vt doceat nos. *Et descendens à Iudæa in Cæsaream, ibi
cōmoratus est. Erat autem Herodes iratus Tyrijs ac Sidonijs,
& vnanimiter aderant apud illū,& persuaso Blasto qui præ-
erat cubiculo regis,petiuerunt pacem, eo quòd illorū regio à re-
gia aleretur. Statuto autem die Herodes induto vestitu regio,
& sedens super tribunali concionabatur ad illos.Populus autē
acclamabat : Vox dei.Statim autem illū percussit angelus do-
mini,eo quòd non dedit deo gloriā,& erosus est à vermibus,ac
expirauit. Verbū autem domini crescebat ac multiplicabatur.*
Statim vltio inuasit illū,quanuis non propter Petrū,
sed propter ipsius magniloquentiā.Dicet quis:Si illi
clamarunt, quid ad hūc? quia accepit vocē,quia di-
gnum se putauit esse adulatione. Per hunc maximè
A erudiuntur qui temerè adulantur. Vide igitur iterū
vtrosque meruisse pœnā,hūc autem puniri.Non est
enim nūc tempus iudicij.Verùm illum qui maximè
reus erat punit, dimissis illis vt sic lucrum accipiant.
Et verbū dei crescebat,inquit,*ac multiplicabatur*:Hoc est,
hoc facto.Vidisti dispensationē dei? *Barnabas autē &
Paulus iterum reuersi sunt Hierusalem,impleto ministerio,si-
mul accipientes Ioannem qui cognominabatur Marcus. Erāt* Ca.XIII.
*autem quidā in ecclesia quæ erat Antiochiæ prophetæ ac do-
ctores, Barnabásq; & Simeon qui vocabatur Niger, & Lu-
cius Cyrenæus: & Manaen Herodis tetrarchæ collactaneus,
& Saulus.* Adhuc Barnabæ prius meminit,nondum
Saulus clarus erat, nōdum signum aliquod fecerat.
*Ministrātibus autem illis domino,& ieiunantibus dixit spiri-
tus sanctus:Segregate mihi Barnabā & Saulū in opus in quod
vocaui eos. Tunc ieiunātes & orantes, & impositis manibus
illis dimiserūt.* Quid est,ministrātibus?prædicantibus.
B Segregate,inquit,mihi Barnabā & Saulū. Quid est,
segregate mihi in opus?in apostolatū.Vide iterum à
quibus ordinātur.A Lucio Cyrenæo & Manaē,imò
à spiritu.Quātò enim personæ humiliores erāt, tan-
tò purior dei apparet gratia. Ordinatur iam in apo-
stolatum, vt iam cum potestate prædicet. Quomo- Galat.1.b
do igitur ille dicit, Non ab hominibus neq; per ho-
mines?dicit non ab hominibus, vt manifestet quòd
non homo illū vocauit,neq; adduxit. Dicit nec per
hominē, quòd non ab aliquo missus est ,sed à spiri-
tu.Idcirco & sic subdidit:Igitur illi quidē missi à spi-
ritu,descenderunt in Seleuciā,& illinc abnauigarūt
in Cyprū. Videamus autem iterū ea quæ dicta sunt:
Facto autem die,inquit,*erat turbatio non parua propter Pe-
trum.Et examinatos custodes iussit abduci.* Adeò insensa-
C tus est,quòd etiam iniustè punire attentat.Ecce ser-
monem pro illis suscipio.Vincula erant,custodes in-
tus,carcer clausus,nusquam perfossus paries,omnes
eadē dicebant, vir rapi non potuit, quare illos con-
dēnas? Si voluissent soluere , anteà hoc fecissent,vel
simul exissent.Num pecunias acceperūt?Vnde?Qui
neq; pauperibus quod daret habebat,his dabat?Ne-
que enim detritæ sunt catenæ,neq; solutæ.Oporte-
bat videre esse rem diuinam, non humanā. Deinde
quoniam historiam posteà inserturus erat, propter
hoc etiam nomina ponit, vt cōprobetur omnia ve-
rissimè tradere. Et persuadentes Blasto, inquit, qui
præerat cubiculo regis,petebant pacē.Hoc faciunt,
quoniam fames erat. Isto autē die quū sedisset He-
rodes in tribunali,concionabatur,inquit, statim au-
tem percussit illum angelus domini, & erosus à ver-
D mibus expirauit.Hoc & Iosephus dicit,quòd longo
morbo implicitus fuerit.multi itaq; hoc nescierunt,
Apostolus autē hoc ponit. Cæterùm qui hæc morti
Iacobi & cædi custodū imputant , per ignorantiam
errant.Vide quando Apostolū occîdit, nihil tale fa-
ciebat:& quando alios,nihil de illis traditur,quoniā
hæsitabat quid faceret,& cōfundebatur. Descendit
à Iudæa in Cæsaream. Mihi videtur & illos abduce-
re volens,defendere factum suum voluit. Irasceba-
tur enim illis,vt aliis gratificaretur.Vide vt vanæ glo
riæ cupidus homo erat. Daturus illis beneficiū con-
cionabatur. Iosephus dicit quòd amictus fuerit ve-
ste splendida : vide & quàm adulantes illi fuerint,&
apostolorum prudentiā. Quem enim gens tota cu-
rabat,hunc hi respuebāt. Iterum autem illi multùm
respirant,& multa bona ex illius vltione. Si autē hic
quū diceretur vox dei & non hominis, quanuis ipse
non

nō diceret,talia passus est,multo magis si Christꝰ nō
Ioan.14.b fuisset deus ipse,semper dicens : Verba mea nō sunt
Ibid.18.g mea:&,Ministri mei vtiq; decertarēt pro me: & alia
id genus. Ille autē fœde ac miserabiliter vitam fini-
uit,& nihil ex eo reliquum.Vide autē illum quomo-
do à Blasto iterū mitigatur , vtpote homo facile ira-
scens,& iterū conciliabilis,& vbiq; seruus vulgi, ni-
hilq; liberum habens. Cōsidera autem & authorita-
tem sancti spiritus . Ministrantibus autē illis,inquit,
domino,& ieiunātibus dixit spiritus sanctus: Segre-
gate mihi in opus Barnabā & Paulū. Quis nō tantæ
authoritatis existēs,ausus esset hæc dicere,atq; ita cū
non essent cōmuniter congregati? Vidit illos habe-
re maiorem virtutē,&cum multum valerēt conten-
tos esse.Quomodo autē illis dixit?per prophetas for
san,idcirco præoccupās dixit:Et prophetæ erāt ieiu-
nabántq; & ministrabāt, vt discas magna sobrietate
opus esse.In Antiochia ordinatur,ibi prędicat.Qua-
re non dixit,Domino segregate, sed mihi ? Ostendit
vnā esse potestatem ac virtutem. Vides quāta res sit
ieiunium ? ostendit ꝙ spiritus omnia faciebat . Ma-
gnum quoddam bonū est ieiunium,nō termino cír-
cūscribebatur.Quādo ordinatio erat , tunc ieiunāt,
& ieiunātibus illis dixit spiritus sanctus:Ieiuniū,non
hoc solū est, sed etiā abstinere à deliciis ieiunij spe-
cies est,eatenꝰ imperarim ego solū: Ne ieiunate,sed
abstitite à deliciis. Alimēta quęramus,nō corruptio-
nem: alimenta quæramus, non morborum fomites,
morborum & spiritualiū,& corporalium: alimētum
quæramus quod voluptatē habet,nō delicias insua-
uitate plenas.Illud est in deliciis , hoc damnū affert:
illud est voluptas,hoc vero labor:illud iuxta naturā,
hoc prēter naturā.Dic enim mihi,si quis dedisset ti-
bi aconitum bibere,nónne præter naturam esset? Si
quis ligna & lapides,nōne auersareris merito? vtpo-
te prēter naturā.Ita se habēt etiā delicię.Quēadmo-
dum enim in ciuitate dū obsidetur , multa fit turba-
tio ac tumultus,hostibus oppugnationē aggredien-
tibus:ita in anima fit vino & voluptate ingrediente.
Cui væ?cui turbationes?cui insuauitates & nugę?cui
iudiciū?nónne his qui immorantur vino? cuius san-
guinolēti oculi?Verū quicquid dixerimus , nō auo-
cabimus eos qui voluptati sunt dediti,si non contra
aliam passionē restiterimus. Et primū quidem con-
tra mulieres nobis sit sermo. Nihil fœdius muliere
quæ in deliciis agit,nihil turpiꝰ ea quæ ebria est,ob-
scuratur illi flos visus,turbatur serenitas& puritas o-
culorū,quasi nube quadā radiis solaribus succedēte.
Opꝰ illiberale ac seruile,& omni ignobilitate plenū.
Quàm insuauis est mulier vinū spirans,quod olet ac
corruptū est, dum eructat carnium corruptarū hu-
morē,grauata & excitari non valens, plus rubicun-
da q̄ opus,plena oscitatione & magna nebula.Nun-
quid quæ à voluptate abstinet,talis est? non,sed ho-
nesta,casta,& formosa:nam & animę status,corpori
suum decorē adiicit.Ne putes à corporalibus linea-
mentis hoc solū fieri.Da formosam puellam, turbu-
lentā,loquacem,conuiciatricē,ebriam ac sumptuo-
sam:nónne quāuis fœda & turpi deformior est?At si
erubescat, sileat, modeste loquatur, ieiuniis vacet,
duplex pulchritudo,amplior formositas,gratior vul
tus cōtinētiæ ornatu plenus.Vis iā & de viris loqua-
mur,quid ebrio turpius? ridiculꝰ est famulis,ridicu-
lus est hostibus,miserabilis apud amicos,omniū de-
testatione dignus.Bestia est magis quàm homo: Et-
A em multis pasci, pardi,leonis,ac vrsi est,Merito.Ra-
tionalem enim animā illa non habent . Quin & illa
plus q̄ opus habent,& mensura naturæ illorū poscit
ac præscribit pasta,corrūpunt totum corpus.Quan-
to magis nos ? idcirco nobis deus angustum vētrem
dedit , vt erudiat animæ curam gerere diligentiorē.
Cōsideremus nostrā constitutionem , & videbimus
vnā particulā in nobis eandem habere operationē.
Os enim nostrū & lingua ad hymnos deputata sunt,
faux ad vocem.Vnde & naturę necessitas nos intus
ligauit,vt neq; inuoluntarij in multam difficultatem
incidamus.Quòd si quidem voluptas labores, mor-
bos,& ægritudines non haberet , horrendum foret.
Nunc autē terminos tibi præscribit natura , vt neq;
volens transgrediaris. Nunquid voluptatem quæris
amice?hanc à frugalitate parabis.Num sanitatē?etiā
B hanc inde.num securitatem & sollicitudinis immu-
nitatē?etiam hanc.num libertatem?num valetudinē
ac robur corporis?num bonam cōstitutionem?num
animæ sobrietatē?num alacritatem? Ita bona omnia
hic.In crapula autem contraria,insuauitas, mala va-
letudo,infirmitas,illiberalitas,sumptus. Vnde igitur
ad illā currimus oēs inquit?ab infirmitate.Dic enim
mihi , quare nociuum ægrotans inquirit ? nónne &
istuc ipsum signū est ægritudinis?Quare claudus nō
recte incedit?Istuc ipsum autē nónne ab ignauia, &
ꝙ non vult accedere ad medicū ? Rerum enim aliæ
temporariā voluptatem habent, & perpetuum sup-
plicium:aliæ contrà,tēporarium laborē,& perpetuā
fruitionē . Qui igitur sic dissolutus & ignauus,ita vt
præsentes delicias præ futuris non contēnat, statim
capitur.Dic mihi , Esaū vnde captus est , vnde præ- Gen.23.d
C senti voluptati futurā gloriā non prætulit?à mollicie
& dissolutione.Istuc ipsum autē inquit vnde? A no-
bis ipsis.Et manifestum illinc.Quando enim volue-
rimus excitamus nos ipsos , & robusti laborísq; pa-
tientes efficimur.Si igitur aduenerit necessitas,sæpe
etiam contendendo duntaxat,quod vtile sit,conscij
sumus.Quādo igitur deliciis vacaturus es , cōsidera
temporariā voluptatem damnū esse . Damnū enim
reuera est,cum tuo dāno tantas opes insumere,mor-
bósq; contrahere & infirmitates quæ inde oriuntur,
&contemnes voluptatem.Quot vis tibi enumerem
mala passos à voluptate?Noë inebriatus est ac nuda- Gen.9.c
tus.Et vide quanta hinc mala.Esaū primogenita per Ibid.25.d
gulā amisit,& ad fratris cædē festinauit.Populus Is- 1.Cor.10.b
raël sedit vt manducaret ac biberet , & surrexerunt
ad ludendū.Propter hoc dicit , Comedens ac bibēs Deut.6.b
D memor esto domini dei tui.In præcipitiū enim inci-
derunt,qui in voluptatē inciderunt . Vidua,inquit, 1.Tim.5.a
quæ in deliciis agit,viuēs mortua est . Et iterum:In- Deu.32.b
crassatus est,impinguatus est,& recalcitrauit dilectꝰ.
Et Apostolus:Carnis curā ne feceritis in cōcupiscē- Rom.13.d
tiis.Non vt legē præcipio ieiuniū.Neq; enim est qui
audit,sed tollo luxū,moror delicias,propter vtilitatē
vestram.Nam quasi torrens,ita omnia subuertit vo-
luptas. Nihil est quod illam prohibet. Regno eiicit.
Quid amplius ? Vis deliciari ? Da pauperibus , voca
Christū,vt & post mēsam tollere possis delicias. Nā
nunc quidē non potes.Merito:Non enim cōsistunt
præsentia,tūc autem poteris . Vis esse in deliciis? ale
animam,cōmunica ei cibos quibus assueuit,ne occi
das illā fame.Tempus belli , tēpus certaminis est, tu
autē sedes in deliciis?Nō vides etiam reges qui sce-
ptra ferūt,in exernis militiis frugaliter viuere? Non

Universidad de Deusto Biblioteca

Ephe.6.b est vobis certamen cōtra carnē & sanguinē. Tu autē impinguas teipsum certaturus. Stat aduersarius stridens dētibus suis in te, tu antē effusus es, & mēsę addictus es. Scio ꝙ hæc frustra dico, sed nō omnibus. *Luc.8.a* Qui habet aures audiēdi, audiat. Christus præ fame tabescit, tu autē præ gula teipsum disrūpis. Duo sunt sine mēsura. Quid enim mali nō facit voluptas? sibi ipsi aduersaria est, vnde nescio quomodo etiam hoc nomē illi obuenit. Sed quēadmodū gloria, cum sit ignominia, & diuitiæ, vbi paupertas est, ita & hic nomen inuenis voluptatis, vbi insuauitas est. Nunquid enim sacrificandi sumus, ꝙ impinguamus nos ipsos? Quid suppeditas vermibus tam splendidā mensam? quid amplius facis q̃ saniem? cur fontes sudorum & fœtulentias in te deponis? cur te ipsum ad oīa inutilem præstas? Vis fieri fortem oculū, corpus fac bene constitutū. Etenim in chordis, crassa quidem & impurior ac incorrecta, inutilis ad oēs modos est. Quę autem vndiq; depurata, & tracta satis, bene sonora est. Cur defodis animā? cur crassum parietē crassiorem facis? Cur magnū fumum & nebulam? quandoquidem vapores quasi nebula quędā vndiq; euaporant. Si nemo alius, certe athletæ doceant te, ꝙ gracilius corpus, idē & robustius. Igitur & anima frugalitati dedita, firmior est. comparatur enim aurigæ & equo. Et licet videre, quēadmodū in hominibus voluptariis & corpulētis, ita & equos obesiores & plus habētes carnis minus agiles esse, & sæpe aurigæ rem turbare. Sanè qui obsequentē & firmū equū habet, brabium occupare potest. Quādo autē cogitur auriga trahere illū, & dum cadit, sexcēties pungere, neque sic surgentē, etiāsi valde ille peritus sit, victoria priuabitur. Obsecro ne despiciamus animā nostrā, quæ per corpus irritatur, sed & illam perspicaciorē efficiamus, alas eius leues reddamus, & laxiora vincula: sermonibus illā pascamus, frugalitate ac parsimonia, ita vt sanū sit corpus & validū, gaudeátq; & nō doleat, vt sic vobiscū bene affecti possimus summam apprehendere virtutē, & æterna bona assequi, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cū quo patri simul ac sancto spiritui sit gloria, imperiū, & honor in secula seculorum, Amen.

Itaque hi quidem emissi à spiritu sancto, descenderunt in Seleuciam, & illinc abnauigarunt en Cyprū, & vt venerunt in Salaminem, annunciauerunt verbum dei in synagogis Iudæorū. Habebant autem & Ioannem ministrū.

Homilia.xxviij.

SImul abierunt ordinati, & in Cyprū nauigarunt, eo ꝙ illic nō esset persecutio, & verbo dei iam sparso, in Antiochia quidē sat plures erant. Et Phœnicia prope Palęstinā erat. Cyprus autem nō item. Vltra non quærit quare? quādo spiritu mouētur. Non enim solū ordinati sunt à spiritu, sed etiā emissi. *Et vt venerunt in Salaminem, annunciauerunt verbum dei in synagogis Iudæorū.* Vides illos omniū diligentiā facere, & illis primū annunciare verbum, vt ne contētiosiores efficiantur? & illi non loquebātur nisi Iudęis solis, & hi in synagogas abierunt. *Trāseuntes autem insulā totam vsque in Paphum, inuenerunt virum quendam magū, falsum prophetā, Iudæum, cui nomen Bariesus, qui erat cum proconsule Sergio Paulo, viro prudente, qui vocatis Barnaba & Saulo, inquisiuit vt audiret verbum dei. Restitit autem illis Elymas magus. Sic enim sonat, si interpreteris nomen eius, quærens auertere proconsulem à fide.* Iterum magus Iudæus sicut Simō, & vide hunc, quādo aliis quidem prędicabant, nō valde indignantē: quando autē accesserunt proconsulem, tunc indignati sunt. Miraculum autem est in proconsule, ꝙ præoccupatus illius magia voluit audire apostolos. Ita & Samaritani fecerant, & à cōparatione victoria apparet, dū magia vincitur. Vbiq; vana gloria & amor principatus causæ sunt malorū. *Paulus autem, qui & Saulus plenus spiritu sancto, intentis in eum oculis, dixit: O plene omni dolo, & omni versutia, fili diaboli, inimice omnis iusticiæ, non cessas peruertere vias domini rectas? Et nunc manus domini super te, & eris cæcus, nō videns Solē vsque ad tempus.* Hic nomen illius mutatur cū ordinatione, id quod & Petro accidit. Et vide, nō hic contumeliis locus est, sed stupori. Impudētes enim & erubescere nesciētes sic appellare cōuenit. O plene omni dolo, inquit, & omni versutia, fili diaboli, hostis oīs iusticiæ. Hic reuelat quæ in mente eius erant prætextu salutis perdente proconsulē. Non cessas, inquit, peruertēs vias domini? & credibiliter. Nō nos, inquit, impugnas, sed vias domini subuertis rectas. & cum laude hoc dicit. Etiā nūc ecce manus domini super te, & eris cæcus. Quo ille adductus est signo, hoc & hūc voluit adducere. Vsq; ad tempus, non punientis erat verbum, sed admonentis. Si enim punientis fuisset verbū, omnino illum fecisset cęcum. Nunc autē non hoc agit, sed ad tempus, vt proconsulē lucrifaciat. Mox autem irruit super illum caligo & tenebræ, & obambulās quærebat, quínā manu ducerent. Tunc videns cōsul quod factum, credidit obstupescens ad doctrinā domini. Merito eū em̄ qui præoccupatus erat magia, hac pœna edoceri cōueniebat: ita & in Aegypto magi à muscis instituebantur. Vide autem illos nō diu moram trahētes, vtpote cōsule iā credulo facto, neq; emollitos adulatione & honore, sed statim operi incūbētes, & in diuersam regionē festinantes. *Deducti autem à Cypro qui cum Paulo erant, venerunt in Pergen Pāphyliæ: Ioānes vero recedēs ab eis, reuersus est in Hierusalē. Illi autem trāseuntes à Perge, venerūt in Antiochiā Pisidiæ, & ingressi in synagogā die sabbatorū, sederunt.* Iterū in synagogas in persona Iudæorū ingressi suut, vt ne impugnarentur nec fugarentur, ita totū perficiebant. *Post lectionē autem legis & prophetarū, miserunt principes synagogæ, dicentes ad illos: Viri fratres, num est in vobis verbū exhortationis ad populum? dicite.* Iam hinc quæ cū Paulo acta discemus, non pauca enim de Petro in antea dictis didicimus. Sed iterū videamus quæ dicta sunt: Et vt venerunt in Salaminem, annunciauerunt verbū dei in metropolim Cypri. Manserunt ad annum in Antiochia, oportebat & illinc abire, & non semper ibi sedere: opus erat illis maioribus doctoribus. Vide quomodo & in Seleucia non perseuerant, scientes ꝙ à vicina ciuitate fructum habituri essent ij qui illic: verùm ad ea quæ magis proderant, festinant & illic. Nā vt venerunt ad metropolim insulæ, accelerarunt vt proconsulem corrigerent. Quòd autem non adulanter conuenerint proconsulem sapiētem virum, à reipsa disce, ꝙ non opus habuerit multis sermonibus, & ꝙ voluerit illos audire. Et nomina enumerat ciuitatū, ostendens ꝙ quoniam nuper sermonem susceperant, opus fuerit confirmari illos, vt permaneant in fide, vnde & subinde illas accedunt. Vide ꝙ nihil ad Magum dixit, quoad ille occasionem dedit, sed sermonem domini solum annunciarunt. Quoniam enim alios ille videbat attēdentes, ad vnum hoc per-

spectabat, ne principi persuadeatur. Et quare non aliud signū fecit? Quia nō fuisset huic æquale, ꝙ inimicū raperet. Et vide, prius obiurgat, & tūc punit, vt ostēdat iuste illū passum, dicēdo, O plene omni dolo: hoc est, nihil habēs sanū, inquit. Et bene dixit, omnis doli: Simulabat enim. Fili diaboli, Opus em̄ illius faciebat. Inimice omnis iusticiæ, Nā omnis iusticia illa erat. Mihi videtur & vitā redarguere illius hæc dicens, & vt ostēdat ꝙ nō erāt furoris verba: propter hoc præmisit dicēs, Plenus sancto spiritu: hoc est, efficacia. Et nūc ecce manus domini super te. Minime vltio erat, sed sanatio Etenim tantū nō dicebat, Non ego facio: sed dei manus. Vide vt alienus est à fastu. Eris cæcus nō videns Solē vsq; ad tēpus. Hoc dicit, vt det illi pœnitentiā. Nunquam enim volebant supra modū difficiles videri: nam quāuis hęc erga inimicos fiāt, & erga familiares ac domesticos, merito: sed nō erga extraneos, ne à necessitate ac timore ꝓficisci res putetur. Indiciū autē est cæcitatis quærere ductores. *†forte, crudelitatē.* Deinde vide cæcitatē † proconsulis. Et statim credit, & nō simpliciter, sed obstupescēs. Vidit ꝙ nec dolis nec fallaciis agerent apostoli. Vide quantum amorē doctrinæ habuit ab initio: non dixit ad illum, Nō cessas peruertere proconsulem, sed, vias domini: quod plus erat, vt ne videatur adulari. Quid autem ꝙ Ioannes recessit ab eis, reuertítq; in Hierusalē: vtpote in prolixiorem viam mittentibus, quanuis ille esset minister. Ipsi autē periclitabantur. Iterū venientes in Pergen transeunt ad alias ciuitates. Ad metropolim enim festinant Antiochiam. Et *†succingit.* vide quomodo scriptor succindit. † Sederunt in synagoga, inquit, & die sabbatorum. Et ita viam parāt sermonibus, sed nō priores loquūtur, sed admoniti, & tāquam hospites prouocati. Nisi autem expectassent, non habitus fuisset sermo. Hic primū prædicat Paulus, & vide illius sapientiam: nam vbi quidē sermo erat dispersus, transcurrit: vbi vero nullus fuerat, diutius hæret ac versatur: quēadmodum & ipse scri- *Rom.15.c Esa.25.d* bens dicit: Ita autē adnitens euangelizare, vbi nondum nominatus erat Christus. Hoc autē magnæ fortitudinis erat. Reuera ab initio admirabilis vir ille. Crucifixus, in aciem positus sciebat quāta potiretur gratia, æquale adiecit studiū. Nō succēsuit Ioāni. Nō enim huius erat, sed opera opus habuerat, nō formidauit, nō timuit in media multitudine minis abact⁹. Vide quomodo singulari dispēsatione cōtingit Paulum non prędicare in Hierosolymis. Sufficiebat etiā hoc solū audire, quod credidit. Nō permisissent propter odiū, & procul digreditur, vbi notus non erat. Prius redarguit magū qualis esset: & quia talis erat, signū ostendit, vsq; ad tēpus patitur, ita vt pœnitentiam agat. Bene autē in sabbato ingressi sunt in synagogam, quando omnes fuerunt congregati. Et post lectionē legis ac prophetarū, inquit, miserunt principes sacerdotū dicētes, Viri fratres: Num est verbū in vobis consolationis? ad populū dicite. Vide illos copiose tūc hoc facere: post hoc autē non itē. Si hoc voluissetis, magis oportebat exhortari. Sed ô ambitionē, ô vanā gloriam, q̃ subuertit ac perdit omnia, contra domum, contra mutuā salutem stare efficit. Ita cæcitate percutit, vt etiam ductores quærāt. Vtinam hoc facerent, vtinā ductores quærerēt, sed hoc iam non ferunt: sibiipsis autē totum permittunt, nullū sinit videre, sicut caligo imponit & nebula, nō permittens trāslucēre. Qualē ab affectione habebimus defensionē, propter timorem domini, affectioni nō imperantes? Valde intemperātes ac auari existentes propter pecuniarum parsimoniam refrænarūt voluptatē: alij contrà, propter voluptatē contempserunt pecunias. Iterum qui vanæ gloriæ dediti sunt, vtrūq; imperāt, opes insumētes largiter, & sobrij sine causa. Alij iterum vanæ gloriæ cupidi cum sint, despexerūt passionē multa fœda sustinentes, & propter amores & propter pecunias. Alij iterū, vt iræ suę satisfaciant, voluerūt innumeris damnis exponi, neq; illis vllius horum curæ fuit, vt solū voluntatem suam perficiāt: & id quod potest affectio, nō potest apud nos dei timor? Et quid dico, passio: id quod pudor hominum valet, non potest dei timor? multa etiam facimus & peccamus homines timētes, deū autē nō timemus? Quot propter confusionem perdiderūt opes? Quot in malis gratificati sunt amicis, idq; absq; fructu, sed magno cū studio? Quot in amicorum gratiā grauiter sæpe deliquerūt? Si igitur & affectio & pudor hominū possunt nos in grauia & opera & peccata intrudere: temere dicimus ꝙ nō possumus. Possumus enim, si voluerimus. Velle autē omnes cōuenit. Dic autem mihi, Quare non potes gloriam vincere, cum alij eius generis animā, corpus, & figuram sortiti, & eandem vitā viuentes possint? Cogita deum, cogita supernam gloriam, oppone illi pręsentia, & statim ab hac resilies. Omnino si gloriā quęris: veram gloriam quære ac cōcupisce. Qualis gloria, quādo fœditates operaris? Qualis gloria est, quādo cogeris ab his qui te inferiores sunt? Honorē concupiscis, & illo opus habes? Honor est frui gloria à maioribus. Si omnino gloriā amas: magis ama eā quę à deo est. Si amaueris illā, hanc despicies, videbis hanc ignobilem. Quandiu illam nō videris, tandiu nec hanc videre potes q̃ sit fœda, quámq; ridicula. Quippe sicut ij qui malæ cuiusdā mulieris amore capti sunt, si demonstretur etiā turpis: quandiu amant illam, nō possunt turpitudinē videre. Affectionis est, quæ obtenebrat iudiciū. Ita sanè & hic quādiu detinemur ab affectione, non possumus simul videre quale malū sit. Quomodo igitur liberabimur ab illa? Cogita ꝙ plurimos sumptus sine vtilitate facis, cogita mortuos qui hāc gloriam adepti erant, vt nusquam illa stabilis sit, sed periit ac dissipata est. Cogita esse solum nomē absq; re. Quoniam quid est gloria, dic oro? da definitionē aliquā. Admirari, inquit, ab omnibus. Iustène vel iniuste? Nam siquidē iniuste, non erit iā admiratio, sed accusatio & adulatio & calumniatio. Si autem iuste, hoc nō est possibile. Vulgus em̄ iudicio recto caret. At qui ministrāt cōcupiscentiis illius, in admiratione sunt. Et si volueritis scire, attēdite eos qui donant sua scortis, aurigis, saltatoribus. Iā nō hos, inquit, sed etiā iustos dicimus & rectos, & eos qui magna bona operari possunt. Vtinā voluissent & statim fecissent bona. Nunc autē nihil horum faciunt. Quis, dic mihi, laudat iustum & rectum nunc? Cōtrarium videre licet. Quid autem frigidius iusto, si rem talem faciēs concupiscit à multis gloriam? Hoc enim facit, qđ & pictor optimus existens, & regiā imaginem pingens, si imperitorum laudes expectet. Et aliter: Statim homo ad humanam gloriam spectās, à bonis operibus deficiet. Si em̄ ad laudes illas respiciet, quæ certe illi volunt, faciet, non quæ ipse vellet. Quid igitur vobis, vt posthac faciatis, cōsuluerim? Attendere deū: cōtētos esse laudibus quę ab illo: omnia quę illi placent,

Universidad de Deusto Biblioteca

cent,operari,& bona facere:non admirari humanas
res:quādoquidē hoc & ieiunium,orationes & elee-
moſynā deſtruit, & oīa veſtra bona euacuat. Quod
ne patiamur,fugiamus hāc affectionem. At vnū ſo-
lum ſpectemus: laudē inquā,quæ à deo eſt, & illius
approbationē,communiſq; omnium domini com-
mendationē,vt cū virtutibus præſenti vita trāſacta,
promiſſa bona cū diligentibus illū aſſequamur, gra-
tia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cum
quo patri ſimul ac ſancto ſpiritui ſit gloria, imperiū,
& honor in ſecula ſeculorum, Amen.
Surgens autem Paulus & innuens manu,dixit:Viri Iſraelitæ,
& inter vos timentes deum, audite: Deus populi huius elegit
patres noſtros,& populum exaltauit in peregrinatione eius in
Aegypto,& cum brachio excelſo eduxit illos inde.

Homilia.xxix.

VIde Barnabam vbiq; cedentē Paulo,ſicut&
Ioannes vbiq; Petro. Ille abduxit eū à Da-
maſco,quāuis venerabilior eſſet, ſed ad cō-
munē vtilitatem ſpectabāt. *Et ſurgens*,inquit, *ac innuēs*
manu. Mos hic Iudæis erat. Ideo & ipſe iuxta illū eis
loquitur. Vide quomodo ſermoni viā parat:prius il-
los laudibus extollit,&mōſtrat magnā dei erga illos
curā,per hoc quod dicit,Timētes deum. Sic incipit
ſermonē,& non dixit,aduenæ:id quod erat calami-
tatis nomē. *Deus populi huius elegit patres noſtros, & po-*
pulū. Vide quomodo deū illis vt propriū tribuit, qui
omnium cōmunis eſt deus. Et oſtendit olim maxi-
ma ab illo beneficia populo cōceſſa,ſicut & Stepha-
nus. Hæc autē faciūt,vt doceant illos,ꝙ nunc quoq;
eodem modo filiū ſuum miſit. Sicut & Chriſtus di-
xit de vinea,ita & ille dicit: *Exaltauit in peregrinatione*
in terra Aegypti,& cū brachio excelſo eduxit illos ex ea. Sa-
nè contrariū euenit, priuſquā in multitudinem cre-
uiſſent,ſed miracula propter illos facta ſunt, & pro-
phetæ memores ſunt vbiq; eorum quæ in Aegypto
acciderunt. Et vide vt tēpora calamitatū præterit,&
nuſquā crimina in mediū affert, ſed magnā dei mi-
ſericordiā,relinquens illa ipſis cogitanda. *Et circiter*
quadraginta annorū tempus,mores illorum ſuſtinuit in ſolitu-
tudine, Deinde inhabitationē terrę dicit, *Et deletis gē-*
Ioſue.14.a *tibus ſeptem in terra Chanaan, ſorte diuiſit eis terram illorum.*
Et multū intercesſit tempus,nempe anni quadrin-
Iudic.3.a genti quinquaginta. *Et poſt hæc circiter annis quadringē-*
tis & quinquaginta dedit illis iudices vſq; ad Samuelē prophe-
tam. Hic quia varie diſpenſet res illorum,manifeſta-
3.Reg.8.a uit. *Et exinde petiuerunt regē.* Et nō dicit ingratitudinē
1.Reg.9.c illorum:ſed vbiq; dei miſericordiā. *Et dedit illis Saulē,*
& 10.a *filium Cis,virū ex tribu Beniamin,annis quadraginta: & de-*
ſtituto eo,excitauit eis Dauidē in regem: cui & dixit teſtimo-
nium perhibēs,Inueni Dauid filium Ieſſe, virū iuxta cor meū,
qui faciet omnes voluntates meas. Non paruum hoc,ꝙ ex
Dauid eſſet Chriſtus. Deinde etiā Ioannem inducit
teſtificantē,dicens. *Huius è ſemine deus, ita vt promiſe-*
rat,adduxit Iſraeli ſeruatorē Ieſuah:cū antea prædicaſſet Ioā-
nes ante faciem introitus eius baptiſmum pœnitentiæ Iſraeli.
Matt.3.a *Cum autē impleret Ioannes curſum, dicebat: Quem me putatis*
Ioan.1.c *eſſe,non ſum ego. Sed ecce venit poſt me,cuius non ſum dignus*
calciamentum pedū ſoluere. Et Ioānes quoq; teſtificatur,
non ſimpliciter,ſed gloriā à ſe repellens, quanuis illi
eam omnes tribuerent. Non eſt autē idem repellere
talem honorē nullo tribuēte,& omnibus illi tribuē-
tibus:idq; non ſimpliciter,ſed poſt talē legationem.
Viri fratres,filij generis Abrahæ,& timētes in vobis deū. Vo-
bis ſermo ſalutis huius emiſſus eſt. Nā habitantes Hieruſalem,

A *& principes illorū hūc ignorauerūt, & voces prophetarū quæ*
per omne ſabbatum leguntur,iudicātes,impleuerunt, Et ne vna
quidē mortis cauſa inuenta petiuerunt Pilatū,vt interficeretur
ille. Vbiq; hoc conantur oſtēdere,ꝙ illorū ſit hoc bo-
num propriū,ne tanquā alieno attendentes, fugiāt,
eo ꝙ crucifixerant illum. Hunc,inquit,cum ignora-
rint,atq; adeo erat ignorantiæ peccatum. Vide quo-
modo etiam pro illis leuiter rationem reddit. Et nō
hoc ſolū, ſed ꝙ hoc oportebat fieri, apponit. Et ne
quis dicat, Vnde manifeſtum ꝙ reſurrexit?dicit etiā
teſtes illius eſſe:& poſtea iterū à ſcripturis cōfirmat.
Vbi autē perfecerunt omnia quæ de eo erant ſcripta, depoſitum
de ligno poſuerunt in ſepulchro. Deus autem illum excitauit ex
mortuis,qui viſus eſt ad dies plures,his qui ſimul aſcēderunt cū
illo à Galilæa in Hieruſalem,qui ſcilicet ſunt teſtes illius ad po-
pulum. Et nos vobis bonum hoc nūcium annunciamus de pro-
B *miſsione ad patres noſtros facta,quia illā impleuit deus filiis il-*
lorum nobis ſuſcitato Ieſu, ſicut & in pſalmo ſecundo ſcriptum
eſt: Filius meus es tu,ego hodie genui te. Quòd autem reſurrexit
ex mortuis,non vltrà in corruptionem conuertendus,ita dixit, Eſa.55.b
Dabo vobis ſancta Dauid fidelia. Ideo & in alio dicit, Nō da- Pſal.15.d
bis ſanctum tuum videre corruptionem. Nam Dauid quidem
ſua generatione ſeruiens voluntati dei, dormiuit, & appoſitus
eſt ad patres ſuos, & vidit corruptionē. Quem autem deus ex-
citauit,non vidit corruptionem. Vide hunc vehementius
differentem. Hoc nunquā Petrus dixit. *Itaque notum*
ſit vobis,viri fratres,quòd per hunc vobis remiſsio peccatorum
annunciatur,& ab omnibus à quibus nō voluiſtis in lege Moſi
iuſtificari. In hoc omnis qui credit,iuſtificatur. Deinde etiā
hoc terribile eſt. *Videte igitur,ne aſcēdat ſuper vos quod di-*
ctum eſt in prophetis: Videte contemptores,& aſpicite, & ad-
miremini, & euaneſcite: quia opus quod ego operor in diebus
C *veſtris,quod non credetis, ſi quis annunciauerit vobis.* Vide
quomodo complectitur ſermonem ex præſentibus,
ex prophetis,ex ſemine promiſſi. Verum iterum vi-
deamus ea quæ dicta ſunt: *Viri fratres filij generis Abra-*
hæ. Et à patre ſuo illos vocat. *Vobis ſermo ſalutis huius*
annunciatus eſt. Hic dicens, Vobis:non ſeparatim Iu-
dæis dicit,ſed dat illis poteſtatem auellendi ſe ab his
qui cædem patrarant: id quod ex ſequētibus mani-
feſtū. *Habitātes enim Hieruſalem,cum hunc ignorarent, &*
voces prophetarum quæ per omne ſabbatum leguntur, iudicā-
tes,implerunt. Magna accuſatio,ſi perpetuo audientes
non attenderunt. Verum mirum nō eſt. dicta enim
illa quæ in Aegypto ac eremo acciderunt, ſufficiunt
mōſtrare illorum ingratitudinē. Et quomodo igno-
rarunt,inquit,cum Ioānes eis dixerit? Quid mirum,
ignorātibus eis,licet prophetę perpetuo clamēt? De-
D inde & alia accuſatio: *Et neque vna cauſa mortis inuenta,*
Id quod non erat ignorantiæ. Ponamus enim ꝙ non
habuerint eum pro Chriſto,cuius gratia etiam occi-
derūt? *Et petiuerunt*,inquit,*Pilatum,vt occideret illum. Vt*
autem omnia perfecerunt quæ de illo ſcripta,depoſitum eum de
ligno poſuerunt in ſepulchrū. Vide quanta illi cum ſedu-
litate hoc fecerint,modū dixit mortis, & Pilatum in
mediū affert,partim quidem vt manifeſta paſsio fiat
à tribunali,partim autē vt illi grauius accuſentur,qui
tradiderunt illum viro alienigenæ. Et nō dixit, obti-
nuerunt:ſed,petiuerūt,etiam ne vna quidem mortis
cauſa in illo inuenta,occidi, ita vt manifeſtū, ꝙ gra-
tiam acceperant,illo non volente:id quod manife-
ſte Petrus dicit, Iudicante illo abſoluendum. Valde
amabat illos Paulus,& ꝙ non moratur in ingratitu-
dine patrum, ſed ipſis immittit metū. Sanè Stepha-
nus quidē merito hoc facit,vtpote occidēdus,& nō
docens,

docens,& oſtendēs ꝙ iam lex deſtruebatur. Hic au-
tē non item,ſed minatur,& terret ſolū. *Deus autem ex-*
citauit illum ex mortuis:qui apparuit, inquit, *ad dies multos,*
iis qui cum eo aſcenderant à Galilæa in Hieruſalem. Vide &
hunc vtpote ab eodē motum ſpiritu,plurimum præ-
dicare paſſionē ac ſepulturā. *Et nos vobis bonum nunciū*
annūciamus de promiſsione ad patres facta. Hoc eſt,patres
quidem acceperūt promiſſionem, vos autē rem ip-
ſam. Deinde teſtē Ioannē cum adduxiſſet qui dice-
bat, Ab huius ſemine propter promiſſionē adduxit
Iſraëli ſeruatorē: cum prius prædicaſſet Ioannes an-
te faciē introit⁹ eius baptiſma pœnitētiæ Iſraëli. De-
Luc.3.a inde iterum inducit illum,dicēs: Quem me putatis,
nō ſum. Mox addit etiā apoſtolos teſtes reſurrectio-
Ioan.1.e nis,dicēs: Qui ſcilicet ſunt teſtes illi⁹ ad populū. De-
inde etiā Dauidem idipſum teſtificantem, dicendo:
Pſal.15.d Non dabis ſanctum tuū videre corruptionem. Neq;
vetera per ſeipſa tam firma eſſe videbātur,neq; hæc
ſine illis:& ita ſermonē per vtraq; credibiliorem fa-
cit. Quoniam enim metu tenebantur,ꝙ occidiſſent
illū,& conſcientia alienabat eos, non vt ad Chriſti-
cidas diſſeruit,neq; vt alienum bonum, ſed propriū
bonum illis cōmendauit. Valde gratum illis erat no-
men Dauidis,vnde & hoc ponit,vt vel ſic illū ſuſci-
piāt,quaſi diceret,à puero illius regnabimini: igitur
Eſa.55.b illius frenū ne abieceritis. Quid eſt,Dabo vobis ſan-
cta Dauid fidelia? Firma, inquit, quæ nūquā pereūt.
Et nō immoratur his, vtpote verbo iam credito. Sed
minatur pœnā,& trāſit quod eis gratū, oſtendēs le-
gem abrogari, & hæret in eo quod conducibile, ꝙ
magna bona obedientibus, & grādia mala præuari-
cantibus futura ſint. Poſtea de Dauid iterū dicit, nō
3.Reg.2.b ſine laudibus: *Nā Dauid quidem*,inquit,*ſuo ſeculo, vt ſer-*
Sup.2.e *uiuit volūtati dei,appoſitus eſt ad patres ſuos.* Sicut & Petrus
eius memor dicebat, Licet dicere cū fiducia de pa-
triarcha Dauide. Et non dicit,ꝙ mortuus eſt:ſed,ap-
poſitus ad patres ſuos:id quod clarius erat. Et vide,ꝙ
nuſquā illorū ponit correctiones,ſed ea quæ habent
accuſationem. Nam quod petiuerunt & acceperūt,
maxima accuſatio illorū. Mox beneficia dei enume-
rat: Elegit,dicēs,exaltauit,mores tulit. Hæ autē non
illorum erant laudes, ſed dei. Dauidē autem ſolum
commēdat,quoniam ex illo Chriſtus. Introitum au-
tem Ioannes vocat,dicēs,Ante faciē introitus illius,
incarnationem Chriſti,&eius cum carne apparitio-
nem. Ita & Ioannes euangeliū ſcribens,ad illum cō-
tinuo confugit. Nomen enim erat illi magnū in to-
to orbe. Et vide,Nō dicit illud ex ſeipſo,ſed illius af-
fert teſtimonium. Vidiſti quāto ſtudio oſtēdat, rem
ſingulari diſpēſatione geri? Videamus autē quid A-
poſtoli dicētes perſuaſerint: *Crucifixus eſt.* Quid hoc
imperſuaſibilius? Sepult⁹ ab illis eſt, quorū promiſit
ſalutē fore. Sepultus remittit peccata,& magis ꝗ lex.
Ideo etiā non dixit,à quibus nō voluiſtis:ſed, à qui-
bus non potuiſtis in lege iuſtificari. In hoc enim om
nis credens iuſtificatur, infirmitatē legis oſtendens.
Bene autem appoſuit etiā,omnis:vt indicet quicun-
que fuerit is qui credit. Nulla enim illorū vtilitas, ſi
quis nō bene egerit. Idcirco poſteri⁹ ponit remiſsio-
nē,hinc quod maius eſt colligēs ac oſtēdēs,& quod
impoſsibile ſit legi facere, hoc feciſſe per mortē pa-
tiēdo apparet. Et ita bene dicebat, Qui ſcilicet teſtes
illius ſunt ad populū: illum qui occidit,inquit,neuti-
quam tales,niſi diuina virtute confirmarentur. Licet
enī ad homines occidentes talia teſtificati ſint,nōne

A ad illos qui interimebant? Quòd autē dicit,Ego ho- Pſal.2.b
die genui te:quaſi ſciens,ꝙ ad hoc etiam alia ſequā-
tur. Et quare non addidit teſtimoniū per quod erāt
perſuadendi,remiſsionem peccatorū per illum fieri?
Quia magno ſtudio iam inter eos quærebatur ꝙ à
mortuis reſurrexit. Hoc autē cōfeſſo,illud indubita-
tum fuit,etiā ab illo remiſsionē peccatorum fieri. Et
aliter: Nolebat illos deſiderio tātę rei duci. Igitur nō
derelictio erat mors illius, ſed prophetiæ impletio.
Meminit hiſtoriarū,quas ignorātes plurima patiebā
tur mala. Et hoc inſinuat per finē dicens, *Videte contē-*
ptores,& aſpicite. Et vide quomodo iſtud aſperū quod
ſuccincte dicit, *Ne adueniat*, inquit, *ſuper vos quod aliis*
dictū,Op⁹ ego operor quod nō credetis,ſi quis narrauerit vobis.
Ne admiremini qđ fidē videtur excedere, etiā hoc
olim prædictū eſt. Hoc & contra nos merito dicere-
B tur. Videte contēptores, dum reſurrectionē nō cre-
dimus. Sanè res eccleſiæ peſsime habent,quāuis pu-
tētur eſſe pacificę. Hoc enim graue eſt,ꝙ cū male ha
beamus,idipſum ignorem⁹. Quid dicis? Eccleſias re-
tinemus,poſſeſsiones,alia oīa,conuētus fiunt, quo-
tidie adeſt populus,& contēptores ſumus? At nō in-
de quis eccleſiā probarit, Sed vnde?inquit. Si pietas
eſt,ſi cum lucro domum redimus quotidie,ſi fructū
aliquē vel magnū vel paruum capimus. Vter melior
eſt factus,qui toto menſe ſemel cōgregatur, vel qui
quotidie? Hoc eſt quod quęritur,quoniā & iſtuc ip-
ſum eſt,quod ad fœlicitatē attinet. Infœlicitas autē
fuerit,ſi dū illa fiūt,nihil præterea accidit. Igitur vti-
nam quidē nihil præterea, nunc autem multo dete-
riores abeunt. Quæ enim vtilitas veſtra à cōmunio-
nib⁹,quāuis ſiquidē vllus fructus vobis eſſet,iā olim
C ſobriæ & continētis vitę ſpecimē oſtēdere oportue-
rat,cū ſæpe in hebdomada tāti prophetæ, tanti apo-
ſtoli,tantiq; euāgeliſtæ vobis loquātur:& omnes ſa-
lutaria dogmata proponāt,& vobis cōmendēt quę-
cunq; ad cōponendos mores ſufficiunt. Miles in ty-
rocinio fit exercitatior in reb⁹ bellicis. Athleta in pa-
læſtrā vadens,luctæ fit expertior. Medicus doctorē
accedēs,diligētior euadit,& plura nouit,& plura di-
ſcit. Tu quid lucri habes,nō dico de his qui ad annū,
ſed de his qui à principio ætatis nobiſcū congregari
ſunt ſoliti? Num hoc putatis pietatē eſſe,cōtinuo cō-
munioni adeſſe? Hoc nihil eſt, niſi qđ lucri faciam⁹,
niſi quid colligam⁹. Melius manere domi. Etenī ꝓ-
genitores noſtri eccleſias ædificarūt,nō vt è domib⁹
congregatos vos mutuū oſtendant. Hoc enim & in
foro & in balneis & in pōpa fieret, ſed vt diſcipulos
D ſimul & doctores cōgregātes,meliores hos per illos
faciāt. Lex ſimpliciter & ſegregatio factę ſunt res no-
ſtræ. Cōſuetudo nūc eſt. Venit Paſcha,magna turba,
nō enī dixerim multi homines. At illa nō eſt homi-
num turba. Abiit feſtiuitas. Turba minor fit. Silentiū
autē iterū ſine vtilitate. Vigiliæ multæ & ſacræ cāti-
lenæ. Et quid amplius? Itaq; deteri⁹ quidē. Multi etiā
propter vanam gloriā hoc faciunt. Quātum putatis
cruciātur viſcera mea, quaſi in cribrū perforatū oīa
ꝓcedere videtis? Sed omnino dicetis mihi, Scriptu-
ras ſcim⁹. Et quid hoc? ſi per opera illas declararetis,
id eſſet lucrū,& vtilitas. Eccleſia lucrū eſt: ſi ſemper
abiretis nullā accipiētes tinctionē,quæ vtilitas ꝑpe-
tuo huc ire? nā maius quidē dānū. Quod accedit ex
legib⁹ his quę à patrib⁹ acceptę,vt dicā aliquid. Qui-
dā ex conſuetudine habet memoriā matris vel vxo-
ris,vel puerorū: hoc facit ſiue audiat, ſiue etiā nō au

Universidad de Deusto
Biblioteca

diat à nobis tractus à cõsuetudine & cõsciẽtia. Propter hoc igitur indignaris, inquit? Absit: quin potius valde gaudeo. Vellẽ autẽ illũ quid & à nostra concione vtilitatis habere, & id qđ cõsuetudo fecit, hoc & à nobis fieri, & aliũ induci cõsuetudinem: alioqui quid frustra laboro & nugor, si semper iidem mãsuri estis, si cõmuniones nihil in vobis operãtur bonum? Etiã, inquit, precamur. Et quid hoc si absq; operib⁹?

Matt.7.c Audi Christũ dicentem, Non omnis qui dicit mihi, domine domine, intrabit in regnũ cœlorum, sed faciens voluntatẽ patris mei, qui est in cœlis. Sæpenumero silendũ puto, vidẽs nihil lucri accedere vobis ex nostris: vel fortassis est quiddã lucri, mihi autẽ insatiabili, & multũ hoc desiderãti, idem accidit, quod nimiũ auaris: sicut enim illi pro nihilo habent quicquid eis suppetit, ita & ipse quoniã valde cupid⁹ sum salutis vestræ, donec videro vos ꝓficisse, nihil laborasse me opinor, eo ꝙ vellẽ vos perfectos fieri. Vellẽ ita esse, & id à me dici, non ob vestrã ignauiam, sed meam affectionẽ. Timeo autem, ne forsan bene cõiectem. Debebatis enim certiorem fecisse tanto tẽpore vtilitatẽ aliquã, & oportuisset vtiq; nos ab his quæ dico cessare verbis, quæ superuacanea essent. Nã & ita satis dicta sunt, vt & alios possint moderari, siquidem absentium vobis vlla accessisset vtilitas. Quod autem nobis necesse perpetuo eundẽ habere sermonem, nõ est alterius cuiuspiã indicium, quàm ꝙ res vestræ nõ satis bene se habẽt. Quid fieret, oro; non enim obiurgandũ duntaxat. Obsecro & oro, ne hoc solũ spectetis, quomodo in ecclesiam veniatis, etiã quomodo aliquid inde portãtes domum reuertamini cum pharmaco vestrarũ affectionum, etiãsi nõ à nobis, sed à scripturis habeatis cõgrua remedia: vtpote est quis iracũdus, attẽdat scripturarũ lectionibus, & omnino ꝓ se aliquid inueniet, vel in historia, vel in admonitione. In admonitione quidẽ, momentũ furoris illius, ruina ipsi. Et vir iracũdus nõ honesta est forma, & quæ similia. Et iterũ: Vir linguax

Matt.5.c nõ dormiet. Et Christus iterũ: Qui irascitur fratri suo

Psal. 4.a temere. Et iterũ Propheta: Irascimini & ne peccetis.

Gen.49.a Et, Maledict⁹ furor illorũ, quia pertinax. In historiis aũt vtpote quãdo audis Pharaonẽ multa ira impletum, & Assyrium, & propter hoc peccasse. Iterũ si est quem vincunt pecuniæ, audiat ꝙ auaro nihil est iniustius. Hic enim & animã suã venalẽ facit. Et Chri-

Matt. 6.c stum dicentẽ, Nõ potestis deo seruire & mãmonæ.

1.Tim. 6. b Et Apostolũ, Radix omnium malorũ est auaricia. Et Prophetã, Diuitię si affluãt, ne apponite cor. Et mul-

Psal. 61.c ta alia talia. Et ex historiis, Giezi, Iudã, principes scribarũ. Et ꝙ dona excæcãt oculos sapientiũ. Alius est superbus, audiat ꝙ superbis resistit deus. Et prĩcipiũ

Eccl. 10. b superbiæ peccatũ. Et omnis sublimis corde immũd⁹ est apud dominũ. Et in historiis, diabolũ, & alios omnes, & omnino possibile nõ est enumerate oĩa. Suorũ quisq; vulnerũ remedia ex diuinis scripturis eligat, & si nõ totum curat, partẽ saltem hodie, partem cras, deinde totũ abluetis. Quin & de pœnitentia, & de cõfessione, & de eleemosyna, & de iusticia, & de cõtinẽtia, & de omnib⁹ inueniet multa exẽpla. Hæc

Rom. 15.a enim omnia scripta sunt ad nostrã admonitionẽ, inquit. Si igitur ad nostrã admonitionem de omnibus disserit, attẽdamus sicut cõuenit attẽdere. Quid frustra nos ipsos decipim⁹? Timeo ne & de nobis dicat

Psal.77.d quis: Defecerũt in vanitate dies nostri, & anni nostri cũ acceleratione. Quis audiens cedit à theatris? quis desistit ab auaricia? quis alacrior fit ad eleemosynã? Vellem scire, non vanæ gloriæ causa, sed vt fiam alacrior, videns egregiũ fructum laborũ. Nunc autem attingo labores, tantos quidẽ imbres vidẽs dissipare doctrinas, & torcularia nostra manent in eadẽ mẽsura, & nõ sunt meliores fructus facti. Cęterũ areę tẽpus aduenit, habẽs ventilabrũ. Timeo ne totum fœnum fiat, timeo ne in caminũ abiiciamur oẽs, prætereat æstas, venit hyems, sedemus cũ iuuenes tũ senes nostris affectionib⁹ alligati. Ne mihi dicas: Nõ scortor. Quæ enim vtilitas si nõ scortaris quidẽ, sed auarus es? Passer licet nõ ex omni parte, à pede tamẽ detinetur solũ, & ita perit, ac in laqueo irretitus stat, & nihil ꝓsunt ei alæ capto pede: ita & tu, nõ per fornicationẽ, sed auaricia captus es: capt⁹ certe es, nõ hoc quæritur quomodo captus sis, sed ꝙ captus es. Ne dicat adolescẽs: nõ sum auarus, sed forsan scortaris, & quæ iterum vtilitas? Non enim possibile est ꝙ per vnã ætatẽ oẽs affectiones nos infestent, sed discretæ sunt, & hoc propter dei misericordiã. Et iterũ nõ simul imposita difficilius euincũtur, & grauius certamẽ exhibent. Quãtę erit ignauiæ etiã separatis non imperare affectionibus, sed per singulas ętates vinci, & sublime sapere ex his quę nõ sunt à nostro studio, sed ab ętate afferũtur? Nõ videtis aurigas, quãta diligẽtia & exercitatione, quãtóq; labore & cibis aliisq; vtũtur, ne deiecti à curribus distrahãtur? Vide quãta sit ars. nã vir quidẽ fortis, ne vnũ quidẽ equũ magistratur: adulescẽtulus autẽ arte sæpe duos cõiungit, agit, & moderatur facile. Et in India magna illa bestia & terribilis elephãtus puero quindecim annorũ cũ magna alacritate cedit. Quare autẽ hęc à me dicta sunt? Quia si elephantes & equos feroces studiis cõstringim⁹, multo magis possemus affectiones, quę in nobis, a quibus trahimur per totã vitã. Nunquam artẽ illã curauimus, nunquã vel per ociũ, cũ nondũ esset certamẽ, de his locuti sumus nobis ipsis, quídnã vtile sit. Tũc nos inexercitatos sup currũ stare viderit quis, quãdo certamẽ adest. Quare igitur ridiculi sum⁹? Nõne dixi sępe, exerceamur apud domesticos ante tẽtationẽ? sed apud pueros domi sæpe exasperamur: vincam⁹ illic animi ĩpetũ, vt dextrè illo apud amicos vtẽtes appeream⁹. Et in aliis omnib⁹ si exerceremur, nõ fieremus ridiculi. Nũc autẽ sunt arma, exercitia, studia in aliis artib⁹ & certaminibus: in virtutibus minime. Nõ ausus est agricola vineã tãgere nõ antea bene in re rustica exercitus: neq; gubernator amplustre trahit, nõ prius edoct⁹ bene. Nos autẽ absq; exercitatione omni primã palmã habere volumus, oportebat silere, oportebat nulli cõmunicari vel verbo, vel negocio, donec possemus bestiã quæ in nobis cõpescere. An nõ quóuis grauius cõtra nos militãt, & furor, & cõcupiscentia? Ne vadas cum his bestiis in forũ, donec bene imponas eis frẽnũ, donec ipsas mansuefacias, & manũ tuã sequãtur. Nõ vides hos qui mansuetos leones circũducunt, quantũ lucri faciãt, & quãta sint in admiratione, quia in feroci bestia talem mansuetudinẽ operati sint? si autem subito ferociat ille, omnis turba quæ in foro submouetur, & periclitatur postea homo qui circũducit illũ, & perditionis aliorũ factus est author. Et tu igitur leonẽ mansuefacias prius, & tunc circunducito; nõ vt pecuniã accipias, sed vt lucrũ cui nullum par est lucrifacias. Nihil emi par est iusticiæ quæ & possidẽtibus & vtentibus valde vtilis est. Hanc igitur sectemur

mur vt posimus virtutis viam diligenter ambulantes ęterna bona assequi, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul ac sancto spiritui sit gloria, imperium, & honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Egressis autem illis orabant vt loquerentur eis interim vsq; ad sabbatum verba hæc. Homilia.xxx.

Vidisti Pauli sapientiã? Non tunc solũ in admiratione fuit, sed etiã desiderium immisit illis, vt secundò audirẽ cuperent, cũ dixisset semina quędã, & nondũ absoluisset ac cõsummasset sermonẽ, ita vt illos sibi cõciliaret, ac familiares redderet, & nõ congerendo simul omnia in illorũ animos minus idoneos faceret. Dixerat, ꝙ remissio peccatorũ per hũc vobis annunciatur: quomodo autẽ, non manifestarat. Post hæc sui ipsius ipse memoriã facit primũ. Vides quanta alacritas? Sequebantur illos, inquit. Quare illos nõ baptizauit statim? Nõ erat tempus. Persuadere oportebat, vt sic firmi maneant. Soluta autẽ congregatione secuti sunt multi Iudæi & pij aduenæ Paulũ & Barnabã, qui scilicet allocuti eos, persuaserunt vt maneãt in gratia dei. *Et sequente sabbato quasi tota ciuitas congregata est, vt audiat sermonem dei. Videntes autem Iudæi turbas, impleti sunt zelo, & cõtradicebãt his quæ à Paulo dicebãtur, contradicentes ac blasphemãtes.* Vide maliciã vt verberatur dũ alios verberat. Hoc magis faciebant claros, ꝙ contradicebant illi. Itaq; primũ quidẽ sponte obsecrabant. Contradicẽtes, inquit, ac blasphemãtes. O impudentiã. Contradicunt in his propter quæ illos cõmendare oportebat. *Cum fiducia autem loquentes Barnabas ac Paulus dicebãt: Vobis oportebat primũ dici sermonem dei: quoniã autẽ repellitis illũ, & nõ dignos iudicatis vos æterna vita, ecce cõuertimur ad Gẽtes.* Vides quomodo cõtẽtione facta magis propagarũt prędicationẽ, & ratione reddita se cõtulerũt ad Gẽtes? Et nõ dixit, Indigni estis: sed, iudicastis vos ipsos indignos: sermonem faciẽs onerosum.

Ecce cõuertimur ad Gẽtes: Ita enim præcepit nobis dominus, *Esa.49.b* *Posui te in lucẽ gentiũ, vt sis tu in salutem vsq; ad finem terræ.*

Nã vt gentes non contristentur, quasi ex illorũ diligentia, bona non assequãtur, addit prophetiã dicẽs: Posui te in lucẽ gentiũ: hoc est, vt sis in salutem: vsq; ad extremũ terrę. *Audientes autem Gentes.* Hoc & illos alacriores reddebat, qua quibus auditis hi debebãt frui, his illi fruuntur. Et istos magis mordebat. *Audientes autem Gentes,* inquit, *gaudebãt & glorificabant sermonem domini, & crediderunt quotquot erant præordinati ad vitã æternã:* Id est, præfiniti à deo. Vide quomodo ostendit vtilitatis acceleratione. *Differebatur autem sermo ille per totã regionem:* Hoc est, in diuersa ferebatur, & diuulgabatur. Nõ contenti erãt zelo, sed etiã opera adiecerunt: Vide iterũ quomodo persequentes alia efficiunt magna per æmulationẽ. Effecerũt enim, vt hi liberius loquerentur, & ad Gẽtes venirẽt. Et audi quomodo: fidenter autẽ loquentes Paulus & Barnabas dicebãt, *Vobis,* inquit, *oportebat primũ dici sermonem dei: quoniã autem repulistis illum, ecce conuertimur ad Gentes.* Igitur egressuri erãt postea ad Gentes. Sed vide etiã in hac dicendi libertate seruatũ modum. Et merito. Nam si Petrus rationẽ reddebat, multo magis & his defensione op⁹ erat, cũ nemo illos illuc vocasset. Dicens autem, primum, ostẽdit ꝙ & illis oportebat: dicensq; fuisse necessarium ac oportuisse, ostẽdit ꝙ & illis necessariũ. Quoniam autem auersamini, non dixit, Væ vobis: nec dixit, Puniemini: sed, Cõuertimur

ad Gẽtes. Vides quantã habet mansuetudinem iunctã, sermonis libertas? *Iudæi autem extimulantes mulieres pias & honestas, & principes ciuitatis, excitarunt seditionem apud Paulũ & Barnabam, & eiiciunt illos è finibus suis.* Vides quantũ profecerint, qui aduersabantur prędicationi, in quantam turpitudinem illos ducunt? *At illi excusso puluere è pedibus suis super illos, venerunt ad Iconium.*

Hic terribile hoc faciebant, quod præceperat Christus, dicens: Et si quis vos nõ acceperit, egressi excutite puluerem à pedibus vestris. Illi autẽ non simpliciter hoc fecerunt, sed postquam abacti sunt ab eis. *Matt. 10.* *& Mar. 6.b*

Veruntamen neq; hoc discipulis nocuit, sed multo magis perseuerarunt in verbo, id quod manifestat addẽs: *Discipuli autem implebãtur gaudio & spiritu sancto.* Passio enim præceptoris, fiduciã illorum nõ minuebat, sed alacriores reddebat discipulos. *Factũ est autem in Iconio, cum introissent illi in synagogam Iudæorũ, & loquerẽtur ita: sicq; crederet Iudæorum & Græcorum magna multitudo.* Iterum in synagogas ingrediuntur. Vide q̃ non fuerint meticulosi facti. Cum dixissent, Cõuertimur ad Gentes: ex abundantia tamẽ suam defensionem tollunt. Ita vt crederet Iudæorum Greçorũque magna multitudo. Verisimile enim illos & cum Græcis disseruisse. *Qui vero increduli erant Iudæi, concitarunt & corruperunt animos Gentium erga fratres.* Simul iã etiam Gentes concitabant, quasi nõ satis esset ꝙ ipsi obsisterent. Cur igitur illinc non exierunt? Non ferebant persecutionem, sed impugnabantur solum. *Cap.xiiij.*

Multo igitur tempore demorati sunt cum fiducia loquentes per dominum, qui testimoniũ dabat sermoni gratiæ suæ, & dabat signa ac prodigia fieri in populo. Hoc faciebat fiduciam, immo fiduciam faciebat illorũ alacritas: nã propter hoc aliquandiu nusquam signa faciebãt. Quòd autem credebant audientes, ex signis habebant. Itaq; conducebat aliquid & dicendi libertas. *Scissa est autẽ multitudo ciuitatis, & alij quidem erant cum Iudæis, alij autẽ cum Apostolis.* Non parum facit ad accusationem, etiã istud scindi. Hoc erat quod dicebat Christus: Non veni mittere pacem, sed gladium. *Matt. 10. d* *Cum autem factus esset impetus Gentium pariter ac Iudæorum cum principibus illorum, vt vim afferrent, & lapidarent eos, re comperta cõfugerunt in eas quæ in circuitu ciuitates Lycaoniæ, Lystran & Derben, & finitimam regionem, & illic erant euangelizãtes.*

Iterũ quasi dedita opera propagare volentes prædicationem, postquã creuissent, illos iterum expellũt. Vide vbiq; psecutiones magna bona facere, & persequentes vinci: eos autẽ qui persecutionem ferunt, clariores apparere. Nam vt venit in Lystra, facit magnum miraculũ etiam claudo sanato, & magna voce. Et quomodo, audi: *Et vir quidam,* inquit, *in Lystris sedebat infirmis pedibus, qui nunquam ambularat, hic audiuit Paulum loquentem, qui intuitus illum, & videns quòd fidem haberet, & fore vt saluus fieret, dixit magna voce: Surge in pedes tuos rectus. Et exiliit, & ambulauit.* Quare magna voce? Vt turbæ credant. Vide autẽ, attendebat diligentea ea quæ à Paulo dicebantur. Hoc enim est quod audiuit. Vidisti sapientiæ studium, nihil impediebat claudicatio, quin diligenter audiret verbum. *Qui intuitus illum, & videns quòd fidem haberet fore, vt saluus fieret.* Iam prælectione assumptus familiariter erat, quanuis in aliis contrarium factũ fuerit. Prius enim curarunt corpora, & tunc curarunt animas. Hic autem non sic. Mihi videtur Paulus ad animam illius respexisse. *Et exiliit,* inquit, *& ambulauit.* Saltatio, perfectæ sanitatis indicium. *Turbæ vero cum vidissent quod*

Universidad de Deusto
Biblioteca

fecerat Paulus, sustulerunt vocem suã Lycaonicè, dicentes: Dij A Gentium contra fratres: hoc est, calũniati sunt Apostolos, & innumera mala cõtra illos dixerũt, & cum
in specie hominum descenderunt ad nos, & vocabant Barnabam Iouem, Paulũ verò Mercurũ, quòd is esset dux sermonis.
At sacerdos Iouis cum esset ante illorũ ciuitatẽ, tauros & coronas ad vestibula afferens cũ turbis volebat sacrificare. Sed
hoc nondũ erat manifestũ, sua enim voce loquebãtur, q; dij in specie hominũ descenderunt ad nos. Idcirco nihil illis dicebant. Vbi autem viderunt coronas, tunc egressi, diruperunt vestes suas. *Cum audissent autẽ apostoli Paulus & Barnabas, disruptis vestibus suis insilierunt in turbam clamãdo ac dicendo: Viri, cur hoc facitis? Et nos similiter vt vos passibiles sumus homines.* Vide illos
vbiq; à gloriæ studio mundos, quam non solum nõ
desiderabant, sed & cum daretur, repellebant. Sicut
Supr. 3. b & Petrus dicebat, Quid in nos respicitis, quasi propria virtute vel pietate fecerimus ambulare illũ? Et
illi idem dicunt. Ioseph autem dicebat de somniis,
Gen. 40. b Nõne à deo manifestatio somniorũ? Et Daniel simi-
Dan. 2. c liter: Et mihi non in sapientia quę est in me, reuelatũ
2. Cor. 3. b est. Et Paulus vbiq; hoc dicit, vt quando dicit: Et ad
hæc quis sufficit? Et iterũ: Non sufficimus à nobis ipsis cogitare, quasi ex nobis ipsis, sed sufficientia nostra ex deo est. Videamus autem iterũ quæ supra dicta: Nõ simpliciter illis appositę sunt turbę, sed quomodo? Rogabant, vt ipsis eadem iterum loquerẽtur, & operibus studiũ declarabant. Vide vbiq; obsecrãtes, nõ recipientes simpliciter, nec adulãtes. Idcirco dicebat, Qui scilicet colloquentes cũ illis suaserunt, vt perseuerarent in gratia dei. Quare ante hoc non contradicebant? quia tunc non increduli tacebant. Vides, q; vbiq; affectionibus mouebãtur. Et non cõtradicebant solũ, sed & blasphemabant. Etenim malicia nunquam sistit, sed vide dicendi libertatẽ. Vo- C bis erat, inquit, necessariũ primũ dici sermonem dei, quoniam autem repulistis illum. Nihil cõtumeliose dictũ. Quod sanè & prophetis faciebant. Ne loquamini nobis, inquit, locutione. Quoniã autẽ repulistis illum, inquit, non nos. Nõ enim contumelia nostra, vestra tantũ est. Ne enim quis pietatis esse putet, dicit: Indignos iudicastis vosipsos. Quocirca primum dixit, Repulistis illũ: & tunc, conuertimur ad Gẽtes. Verbum hoc mansuetudine plenũ est. Nõ dixit, derelinquimus vos: ostendens q; possibile sit se iterum huc cõuerti. Et hoc non propter vestrã contumeliã factũ est. Sic enim præceptũ est nobis. Itaq; oportet adire Gentes, verũtamen hoc nõ ex nobis facimus. A vobis autẽ factum est, quod à nobis oportebat. Sic
Esa. 49. b enim præcepit nobis dominus, Posui te in lucẽ gen- D
tium, vt tu sis in salutẽ: hoc est, in cognitionẽ quę est in salutẽ, & hon simpliciter gentiũ, sed omniũ. Hoc sanè manifestat dicendo, Quotquot ordinati sunt in vitã æternam. Et hoc indiciũ est, q; illi iuxta volũtatem dei assumãtur. Ordinati autẽ, inquit, vt ostendat q; non per necessitatem. Quos enim præcognouit, inquit, & præfiniuit. Non iam in ciuitate dispersi sunt, sed etiã in regione. Nam cum audiissent ij qui ex gentibus etiam ipsi paulo pòst accesserunt, Iudæi autem cõcitabant religiosas mulieres, & excitarunt persecutionẽ. Vide etiã q; mulieribus illis authores sui furoris fiunt. Et ciecerunt illos, inquit, à finibus suis: Non à sola ciuitate, sed ab omni regione. Deinde hoc terribilius. Discipuli autẽ, inquit, implebãtur gaudio & spiritu sancto. Persecutionẽ patiebantur magistri, & illi gaudebant. Vidisti quãtam virtutem natura euangelij habet? Afflixerunt, inquit, animas

Gentium contra fratres: hoc est, calũniati sunt Apostolos, & innumera mala cõtra illos dixerũt, & cum
sine fuco essent, maligne affecerũt. Et vide quomodo semper deo totũ adscribit: *Multo tempore*, inquit, *morati sunt, cũ fiducia loquentes per dominũ, qui testimonium dabat sermoni gratiæ suæ.* Nũ hoc imminutionis esse putas? quãdo enim dicebant: Qui testimoniũ dedit, inquit, sub Põtio Pilato? tunc loquẽdi libertas ostẽdebatur. Hic autẽ de populo dicit: *Non expectabant igitur, sed videbant impetũ, & confugerũt in ciuitates Lycaoniæ, Lystrã, & Derbẽ, & finitimã regionẽ.* Hic minime feruorem illorum extinguere licebat. Et ita etiã in regionibus, & non in solis ciuitatibus aggressi sunt. Vide etiã Gentiũ simplicitatem, & Iudæorum maliciam, operibus declarabãt se dignos qui audirent, & ita ob sola signa illos honorabãt. Illi quidem vt deos colebãt, hi vero vt scelestos persequebãtur. Et illi non so- B lum non offendebantur prędicatione, sed etiã dicebant: *Dij in specie hominũ descenderunt ad nos. Iudæi autem offendebãtur. Vocabant autẽ*, inquit, *Barnabã quidẽ Iouem, Paulũ autem Mercurium.* Mihi videtur etiã ab aspectu venerabilis fuisse Barnabas. Etiã hæc tẽtatio nõ parua, ab immodica obseruandi nimietate prodiit, verũ & hinc apostolorũ virtus ostẽditur. Et vide quomodo vbiq; omnia tribuunt deo. Hos & nos imitemur. Nihil nostrũ esse putemus, quãdoquidem & ipsa fides non est nostrũ opus. Quòd autem nõ sit nostrũ, *Eph. 2. b* sed magis dei, audi Paulũ dicẽtem, Etiã hoc non ex nobis, dei donũ. Ne igitur sublime sapiamus, ne inflemur, cũ simus homines, terra ac cinis, fum⁹ & vmbra. Dic eñ oro, quare superbis? Eleemosynas dedisti, & pecunias expendisti. Et quid hoc? Cogita, si nõ voluisset de⁹ te facere diuitẽ. Cogita eos qui inopia premũtur. Imò cogita, quot etiã corpora impẽderũt: & postquã plurima erogarunt, seipsos miseros dixerũt, Tu autẽ propter te ipsum dedisti: Christus non te opus habet. Vide q̃ incerta futura. Et ne superbi, sed time, ne virtutẽ arrogantia pessundet. Vis re ipsa bonũ aliquod opus facere? Nunquam præsumas tãquã de magnis operibus. Num virgo es? Sed & illæ, *Matt. 25.* cũ virgines essent, nullũ à virginitate, propter inhumanitatẽ ac crudelitatem fructum reportarũt. Nihil cõferendũ humilitatis virtuti. Ipsa enim mater est ac radix, & alumna, & fulcimentũ, & vinculũ bonorũ. Sine illa, abominabiles & scelesti & immũdi sumus. Esto enim quis mortuos suscitet, ac claudos sanet, leprosos purget, cũ superbia: nihil eo cõtaminatius, nihil magis impiũ, nihil scelestius. Nihil tui ipsius esse puta. Industria vales, & docẽdi gratia: ne, ꝓpterea putes q; plus aliis habeas. Idcirco maxime humiliari, ac modestia vti debes, quia plura assecut⁹ es dona. Cui eñ plus remissum est, plus diliget. Igitur & modestia opus est, q; aliis præteritis te respexit dominus. Time ob hãc rẽ. Sæpe eñ tibi & perditionis causa fit, nisi sobrius sis. Cur superbis, q; doces sermonibus? Perquã facile est philosophari verbis. Doce me vita tua. Hæc doctrina optima est. Dicis, q; opus est modestia: & tu ꝓcul ab hoc sermone recedis, & rhetoricaris, nullo ꝓhibẽte verbis diffluẽs. Sed te melior ille, inquit, qui operib⁹ docet. Nõ enim sic insidẽt animę verba ac opera. Qñ si nõ habueris opus bonũ, nõ solũ nõ ꝓderis loquẽdo, sed etiã plus nocebis, vtiliúsque fuerit tacere. Quare? Quia op⁹ mihi ꝓponis, ac si impossibile foret. Cogito eñ mecũ, Si tu qui tanta loqueris nõ facis, multo magis ego venia dign⁹ sum, nihil

Psal. 49. c nihil tale dicẽs. Idcirco inquit propheta, Peccatori, A
inquit deus, vt quid tu enarras iustificationes meas? Maius enim hoc damnũ, quãdo bene qs docet verbis, & operibus doctrinã impugnat. Hoc multorũ in ecclesia malorũ causa est. Eapropter & veniã date, oro, q; prolixior sum in hac causa. Multi vt in mediũ procedãt, multa faciunt: & vt longũ sermonẽ facere possint: & si applaudentẽ multitudinẽ habent, quasi regnũ adepti sint, gaudent: si autẽ cum silentio clau datur sermo, tristicia maior illis è silẽtio, quàm ex gehenna. Hoc subuertit ecclesias, quòd & vos nõ quęritis audire sermonẽ, qui cõpungere possit, sed qui oblectet, & tinnulo strepitu, & verborũ cõpositione, quasi citharœdos & cantores audiẽtes: & nos fri gidè & miserè facimus, nostras affectiones sequẽtes, quas eiicere oportebat. Et idem fit ac si pater videns puerũ, quem supra modũ tenerè amat, ægrotũ: illi fri gida & quæcunq; oblectãt, porrigat, quę autẽ vtilia, B minimè curet. Deinde quãdo obiurgatur à medicis, rationẽ reddat, dicens: Quid faciam? videns flentem puerũ ferre nequeo. Miser & ærũnosę ac proditor, neq; enim talem patrẽ dixerim. Et quantò satius fuerit paruo tẽpore tristicia affectũ, perfectę sanitati restitui, quàm temporariã illam gratiã perpetuæ tristiciæ causam fieri? Hoc etiam nobis accidit. Floſculos verborũ & compositionẽ & harmoniã curiosius sectamur, vt canamus, nõ vt prosimus: vt simus in admiratione, non vt doceamus, vt oblectemus, non vt compungamus: vt plausu & laudibus obtentis abeamus, non vt mores cõponamus. Credite mihi, nõ di cerem alioquin, quoniã quãdo inter dicendũ plausum excito, per illud quidem tẽpus, humanũ quiddam mihi accidit. Cur enim verũ quis non dicat, & C distrahor, & diffundor: vbi autẽ domũ redeo, & intelligo plaudentes sine fructu abiisse, & si fructũ accipere poterãt, à plausu & laudibus periisse: ploro, & gemo, & lachrymor, & quasi frustra omnia dixerim sic afficior, mihiq; ipsi dico: Quæ sudorũ meorũ vtilitas, si auditores è verbis meis nullũ fructũ accipere volunt? Et sæpius cogitaui ponere legẽ plausus prohibentem & suadentẽ, vt cum silentio & cõuenienti decentia audiatis. Sed sustinete oro, & credite mihi, & si placet hãc nunc legẽ firmabimus, ne quis auditor plaudat quãdiu nos loquimur. At si voluerit admirari, admiretur silẽs, nemo est qui ꝓhibet. Omne autẽ studium & alacritas in id collocetur, vt quæ dicuntur, accipiãtur. Quare applausistis? De hoc legẽ pono, Vos autẽ nec audire potestis. Multorũ bonorum causa erit philosophiæq; schola. Disserebant & D exteri philosophi, nec tamẽ plausu excipiebãtur vn quã. Et apostoli cõcionabantur, & nunquã hoc accidit q; auditores dicẽtẽ plausibus interturbarint. Magna ex ea lege nobis vtilitas, sed stabiliamus illã, cũ silẽtio omnes omnia audiamus, & dicamus. Nam si quidẽ post plausus abierimus habẽtes ea quæ audiuimus, maximè profectò neq; sic laus erit vtilis. Verùm nõ inuestigarim accuratius, ne me quis rusticitatis accuset. Quoniam autẽ nihil vltra reliquũ, nisi damnũ, soluamus impedimentum, tollamus plausus incompositos, eiiciamus vincula animæ. Sed nullus quid dicat, donec finiatur sermo. Christus cõcionatus est in mõte, & nullus quippiam dixit, donec sermonem finiuisset. Nihil dãni affero his qui vellent plaudere, sed magis admirari faciam. Multò melius est cum silẽtio audientẽ, pro pter memoriã omni tẽ-

pore plaudere, & in domo, & in foro, quàm amissis omnib⁹ redire vacuos domũ, & nescire plausus causam. Quomodo auditor ille non ridiculus? Quomodo nõ adulator & irrisor putabitur magis? Dum asserit quidẽ, doctorẽ bene dixisse, nescire autẽ se quid dixerit. Hoc adulationis est. Ei qui citharœdos & tragœdos audit, meritò id accidit, vtpote similẽ orationem dicere nesciẽti. Hîc autẽ nec modulationis, nec vocis ostẽtatio est, sed sensuũ ac philosophiæ potentia, quæ cuiq; dicere ac annũciare nõ difficile. Quomodo nõ dignus vituperatione, qui nõ potest dicere causam propter quam laudauit dicentẽ? Nihil ita decet ecclesiã, vt silentiũ, vt morum cõpositio. Turbationes ad theatra pertinẽt, & balnea, & põpas, & fora. Hîc autẽ de talibus dogmatis doctrina, trãquillitas & silentiũ, & boni mores, & portus magnus esse debet. Hæc oro & supplico, vt omnes sciant. Conor enim etiã ego omnigenos modos inquirere, quibus vestris animabus prodesse queã. Est autẽ & ille non minimus. Non vobis solis proderit, sed etiam nobis. Non sinet excidere, neque laudes & gloriã diligere, neq; oblectãtia loqui, sed vtilia: neq; in cõpositionẽ & ornatum verborũ, sed in sensuũ virtutẽ omne tẽporis momentũ collocare. Ingredere in pictoris officinã, & videbis multũ illic silentiũ. Igitur & hîc sit. Etenim etiã hîc regias pingimus imagines, & nullã priuati hominis, propter colores virtutis. Quid hoc, iterũ plauditis? Num facilis res videtur, idq; non natura, sed cõsuetudine multa, nondũ didicisse istud facere? Stylus igitur, est nobis lingua. Artifex autẽ, spiritus sanctus. Dic oro, num in sacramẽtis tumultuatio quędã, vel turbatio? Quando baptizamur, quando alia omnia facimus, nõnne silentiũ & quies alia omnia detinet? Hæc in cœlo pulchritudo dispersa est. Hanc ob rem & apud gẽtes malè audimus, quasi ad ostentationẽ omnia facientes, & ad gloriæ studium. Sed si hoc prohibeatur, etiam primarũ sediũ amor extinguetur. Sufficit si quis laudes amat, quòd eas postquam auditus est assequitur, quãdo fructus colligit. Valde oro firmemus hanc legẽ, vt omnia faciẽtes, prout domino placet, illius misericordiã mereamur, gratia & miserationibus vnigeniti illius, dominiq; nostri Iesu Christi, cui cũ patre simul & sancto spiritu gloria, honor, imperium, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Auditis his apostoli Barnabas & Paulus disruptis vestibus suis exilierunt in turbam, clamantes ac dicentes: Viri, cur hæc facitis? Nos similiter passibiles vobis sumus homines, euãgelizantes vobis, vt ab his vanis conuertamini ad deum viuentem, qui fecit cœlum ac terram & mare, & omnia quæ in illis. Homilia xxxj.

VIde vt apostoli omnia magna cũ vehemẽtia faciunt, diruperunt vestimẽta, insilierũt, clamarunt, omnia ex affectione animæ procedunt, auersantur ea quæ facta, & luctus signa faciũt. Luctus enim erat verè luctus nõ admittẽs cõsolationem. Si quidẽ pro diis haberi voluissent, introduxissent idololatriã quã destruxerant, quæ diaboli opus. At illi nõ tacẽt. Et quid dicũt? Etiã nos vobis similiter passibiles, homines sumus. Statim ab initio subuerterũt viciũ. Nõ dixerũt simpliciter homines, sed sicut vos. Deinde ne videantur deos honorare, audi quid adiiciũt: *Euangelizãtes vobis, vt ab his vanis cõuertamini ad deũ viuentẽ, qui fecit cœlũ & terrã, & mare, & omnia quæ in eis.* Vide q; hîc nũquã prophetarũ sunt me- *Psal. 145. a.*

mores,

Universidad de Deusto Biblioteca

mores,neq; dicũt,cuius gratia is qui omniũ eſt con-
ditor,gẽtes reliquit propria lege frui. *Qui in præteritis*
generationibus permiſit omnes gẽtes ire in vijs ſuis. Dicit qui-
dem ꝙ permiſit. Quare autẽ permiſit nõ iam addit,
ſed in hoc ad quod feſtinabat,ſubſiſtit,nuſquã Chri
ſti nomen ponẽs. *Quanquã non experte teſtimonij ſeipſum*
eſſe ſinebat,beneficia de cœlo cõferens vobis,dans pluuias ac tẽ-
pora fructifera,implẽs cibo ac lætitia corda veſtra. Vide,nõ
vult accuſationẽ eorũ exaggerare , ſed magis docet
eos,vt totũ in deũ referãt.Didicerãt enim non tantã
habẽdam dicendi curã dignũ aliquid de deo quan-
tam vt auditoribus vtilia dicãtur.Vide quàm latẽter
accuſationẽ ponit,quãuis etſi palàm taxaſſet, probè
egiſſet.Oportebat enim puniri illos qui tantis bonis
fruebãtur,& nutritorem ſuũ non agnoſcebant.Non
dicit autẽ manifeſtè,ſed inſinuat:Cœlitus nobis plu
Pſal.4.b uias,inquit,dans.Ita & Dauid dicebat:A fructu fru-
menti,& vini,& olei ſui multiplicati ſunt.Et ſępe de
cõditione diſſerẽs,hęc in mediũ affert.Quin & Hie-
remias de primo opificio , & deinde de pluuiis nar-
rans, prouidentiã dei cõmendat. Atq; ille inde edo-
ctus,inquit,Implens alimẽto & lætitia. Cũ largitate
alimentũ,& nõ ſolùm ad frugalitatẽ ac vſum.Et hęc
dicẽtes vix cõpeſcuerunt turbas ne ſibi immolarẽt.
Et hoc maximè admirati ſunt. Vides ꝙ hoc cõtenti
ſunt,ꝙ turbã ab hac inſania liberarũt? *Superuenerũt au*
tem ab Antiochia & Iconio Iudæi quidã, qui quũ perſuaſiſ-
ſent turbis,ac lapidaſſent Paulũ,traxerunt eum foras portã,pu
tantes illum mortuũ eſſe. Reuera diaboli filij.Non in ci-
uitatibus ſuis ſolùm,ſed etiã extra illas hæc faciebãt,
tãtóq; ſtudio anhelabãt tollere prædicationẽ,quãto
apoſtoli erigere moliebãtur. Et quum perſuaſiſſent,
inquit,turbis,& lapidaſſent Paulum,traxerunt foras
2.Cor.12.b. portã. Hîc impletur , Sufficit tibi gratia mea. Virtus
enim mea in infirmitate perficitur. Maius hoc erat
q̃ claudũ ſanare. Gentiles quidẽ vt deos putabãt, hi
autẽ traxerunt perſuadẽtes turbis.Non enim veriſi-
mile erat admirari illos.Et vide,In ciuitate illa,ĩ qua
tam admirabiles fuere,in eadẽ grauia patiebãtur. Id
quoq; vidẽtibus proderat. Quòd autẽ etiã propter
hoc permittebãtur pati, audi hoc iſtuc ipſum mani-
Ibidem. feſtantem ac dicentẽ:Ne quis me putet eſſe ſupra id
quod videt me,vel audit aliquid ex me. *Vbi autẽ diſci*
puli circundederũt eum,ſurgens ingreſſus eſt in ciuitatẽ. Vides
alacritatẽ?Vides deſiderium feruens & ſuccenſum?
Iterum in illã ipſam ciuitatẽ ingreſſus eſt, & vt mon
ſtretur quòd ſi alicũde & ſeceſſerit,velle per hoc ſe-
minari verbũ,& non extinguendũ propterea eſſe il-
lorum deſideriũ.Hæc non minus claros reddebant,
quàm ſigna,magíſq; gaudere faciebãt.Nuſquã autẽ
dicit ꝙ reuerſi ſunt vbi ſigna fecerũt:ſed vbi merue
rãt pro nomine illius ignominioſi haberi. Nam etiã
Luc.10.c hoc à Chriſto didicerãt,dicente , Ne gaudete ꝙ dæ-
monia vobis ſubiiciũtur.Etenim reuera gaudium &
purum eſt pati aliquid propter Chriſtũ. Deinde in
ciuitates omnes redierũt,in quibꝰ periclitati fuerũt.
Et poſtero die exijt cum Barnaba in Derben, quúmq; euange-
lizaſſent ciuitati illi ac docuiſſent multos , reuerſi ſunt in Ly-
ſtram,& Iconium,& Antiochiã confirmãtes animas diſcipu
lorum,obſecrãtes vt maneãt in fide, & quòd per multas affli-
ctiones oporteat intrare in regnum dei. Hoc dicebant,hoc
monſtrabãt. Confirmãtes,inquit,animas diſcipulo-
rum,atq; ita cõfirmati fuerũt,imò appoſiti ſunt.Prę-
dicebant igitur ne offendãtur. Atq; tam diſcipuli q̃
apoſtoli operã dant,vt diſcãt ſtatim ab initio prædi-
A cationis virtutẽ , & quòd etiam ipſos oporteat talia
pati,& vt generoſè ſtent , non ſolùm ſigna ſtupẽtes,
ſed multò magis tẽtationes. Idcirco & ipſe dicebat:
Eundem agonẽ habentes ſicut vidiſtis in me & au-
diiſtis.Vbiq; prælia,pugnæ,lapidationes.Qualis ad-
hortatio,ſtatim ab initio afflictiones proponere!Se-
quitur & alia cõſolatio:*Quũ autem ſuffragijs delegiſſent il*
lis ſeniores per eccleſias,oraſſentq; cum ieiunijs,cõmendauerunt
illos domino in quẽ crediderãt. Vidiſti feruorẽ Pauli,cùm
oraſſent, inquit, cum ieiuniis ,cõmendauerunt illos
domino.Vide cum ieiuniis fiunt ordinationes.Iterũ
ieiuniũ,purgatio eſt animarũ noſtrarũ. *Et quũ pertran*
ſiſſent Piſidiã,venerunt in Pamphiliã , & quũ loquuti eſſent
ſermonem Pergæ,deſcenderunt in Attaliã. Iracũdis quidẽ
illis cedit,mitigatos autẽ accedit.Vides ꝙ nõ omnia
per miraculorũ gratiam , ſed etiã propria diligentia
B multa diſpenſabãt. *Et illinc ſoluerunt in Antiochiã, vnde*
erãt traditi gratiæ dei in opus quod impleuerunt. Quare ite-
rum veniunt in Antiochiã?vt annunciẽt quæ illic fa
cta.& aliter : Etiã hoc loco magna res agitur. Opor-
tebat enim cum fiducia iam prædicare gẽtibus. ve-
niũt igitur vt hæc annunciẽt,& ſcire poſſint. Et age-
batur hoc tunc, vt hi qui prohibuerãt conuerſari cũ
gentibus,magnã nunc ſumpta fiducia a Hieruſalem
abeãt.Vel etiã aliter : Oſtendit illorũ mores nõ per-
tinaces. Veniunt igitur magnã præ ſe ferentes fidu-
ciam,ꝙ etiã abſq; illis gentibus prædicaſſent,& obe
dientiam quòd illis referũt,non enim arrogãter glo
riabãtur talia ſe feciſſe. Vnde erãt traditi,inquit,gra-
tiæ dei.etiã ſpiritus dixerat:ſed quæ ſunt ſpiritꝰ,ſcie-
bat eſſe filij.Vna enim poteſtas,ſicut vna natura & fi
lij & ſpiritus. *Vbi autẽ aduenerũt & cõgregauerunt eccleſiã,*
C *annunciarunt quæcunque fecit deus cum illis,& quòd aperuit*
deus Gentibus oſtium fidei.Cõmorati autẽ ſunt illic tẽpore non
paruo cum diſcipulis. Meritò, magna enim erat ciuitas,
& doctoribus egebat. Videamus iterũ quæ ſunt di-
cta. Iſto ſpectaculo terruerũt eos diſruptis veſtibus.
Hoc & Ieſus Naue fecerat in populi ſtrage. Ne igi-
tur putes indignũ illis eſſe,& ipſorũ moribꝰ.Etenim
non aliter cõpreſſiſſent illorũ impetũ, nec aliter in-
cendium extinxiſſent.Quãdo igitur opus fieri talia,
& nos quoque ne detrectemus.Si igitur & poſt hæc
vix perſuaſerũt ,niſi hoc feciſſent quid factũ fuiſſet?
Nam niſi ſic egiſſent , putati fuiſſent ſuperbi eſſe, &
talem honorẽ cõcupiſcere. Et vide ſermonẽ in me-
dio ſtupore, q̃ moderatus fuerit, miraculóq; plenus
& ſtupore.Hoc maximè illos prohibuit quod dicũt,
Et nos ſumus ſimiliter vt vos, paſſibiles homines, e-
D uangelizantes vobis ꝙ a vanis illis conuertamini ad
deum viuentẽ. Quaſi dicerent, Homines quidẽ ſu-
mus,in quit,his autẽ maiores,hæc enim mortua. Vi-
de illos non cõfutare ſolùm,ſed etiã docere,& nihil
de inuiſibilibus loqui.Qui fecit,inquit,cœlũ ac ter- Pſal.145.
tam,& mare,& omnia quæ in illis.Teſtes illos dicit, a.
an nos? O inſaniã Iudaicã. Auſi ſunt ingredi ad po-
pulũ qui tantũ honorẽ apoſtolis dederat,& lapidare
Paulũ? Extra autẽ portam traxerũt, forſan timentes
illum.Et adorãtes,inquit,cum ieiuniis, cõmendarũt
illos domino. Et ieiunandũ docuerũt in tentationi-
bus.Non dixerũt,Quæcunq; ipſi fecerant,ſed quæ-
cunque deus fecerat cum ipſis. Mihi vidẽtur tenta-
tiones dicere. Non ſimpliciter venerunt illuc, neq;
quieſcẽdi gratia,ſed miro ſpiritus ſancti ductu,ita vt
prędicatio gentium confirmetur.Et quare,inquit,in
Cypro non fecerũt presbyteros, neq; in Antiochia?
Quia

Quia illa quidẽ erat apoſtolis,iſta autem propinqua
Antiochiæ.Et verbũ inualeſcebat.Hîc autem multa
opus erat cõſolatione,maximè enim qui ex Gẽtibus
erant,multùm doceri debebãt. Venerunt docentes,
vnde meritò ordinati fuerũt à ſpiritu.Et vide feruo-
rem Pauli. Nõ rogat an oporteat loqui Gẽtibus,ſed
Galat.1.c ſtatim loquitur,idcirco dicit:Non acquieui carni &
ſanguini.Magnũ bonũ eſt perſequutio,& magnę ac
generoſæ animę opus.Quot poſt hoc crediderũt,&
nullis ſic fulſit, ita nobis vbiq; alacritate opus eſt,&
multo feruore,anima ad mortem parata, neq; aliter
regnũ acquiritur,niſi per crucẽ. Ne decipiamꝰ noſ-
ipſos.Si enim in bello ſeruari impoſſibile eſt delica-
tè agentẽ,& lucri cupidiorẽ,negociantémq; & igna
uum,quãtò magis in hoc prælio?An nõ putatis nũc
Ephe.6.b eſſe bellũ,difficillimũ omniũ? Non eſt nobis,inquit,
certamen contra carnẽ & ſanguinem.Et prandenti-
bus,& ambulantibus, & lauantibus adeſt inimicus.
Neſcit enim quietis tẽpus niſi ſomni, immo & tunc
ſæpius oppugnat , & cogitationes immittit immun-
das,& à ſomniis intemperatiores reddit.Nos autem
quaſi parua res ſit,propter quã ille præliatur, non ſu
mus ſobrij, neq; excitamur , neque videmus multi-
tudinem aduerſariarũ nobis poteſtatũ , non cogita-
mus ꝙ iſtuc ipſum maximæ infœlicitatis eſt:at dum
in tantis periclitamur,agimus ac ſi pax eſſet.Credite
mihi, grauiora nũc ſunt q̃ ea quæ Paulus ipſe paſſus
Hic ſup.c eſt.Miſerũt tunc lapides in Paulũ,at nunc impetunt
verbis quæ lapidibus grauiora. Quid igitur oportet
facere?Id quod ille fecit. Eos qui lapidarũt,odio nõ
habuit,ſed quũ extraxiſſent ipſum, iterum ingreſſus
eſt in ciuitatẽ,benefacturus his qui iniuria affecerãt.
Sic tuleris & tu aſperũ conuiciatorẽ , & iniuſticia te
opprimentẽ,lapideríſq;. Ne autẽ dicas,nihil iniuſtè
feci.Quid enim iniuſtè egit Paulus?regnũ annũcia-
uit,ab errore depulit,deo adduxit.Hæc coronis,hęc
prędicatione,hęc innumeris bonis digna,nõ lapidi-
bus,attamẽ cõtraria paſſus eſt.Iſta enim clara victo-
ria eſt.Et traxerunt illũ,inquit. Et te ſæpius trahunt,
ſed ne iraſcaris, ſed prædica ſermonẽ in mãſuetudi-
ne.Contumelia te affecit,tace & benedic,ſi potes,&
ſic prædicaſti etiam tu ſermonẽ, docuiſti iuſticiam,
docuiſti manſuetudinẽ. Scio pleroſq; non ita vulne
ribus,vt verborũ plaga ſauciari:nam illud quidẽ vul
nus corpꝰ ſuſcipit,hoc autẽ anima;ſed ne doleamus,
immo dolẽtes ſuſtineamus. Nõ videtis athletas ſau-
cio capite , ſtridẽtes dentibus ſtrenuè ferre dolores?
hîc autẽ non opus ſtridore & morſu dentiũ.Memor
eſto domini tui , hoc pharmacum ſtatim impoſuiſti
memoriæ.Memor eſto Pauli. Cogita ꝙ qui cæderis
vincis,ille autẽ qui cædit vincitur, & totum per hoc
curabo. Momentũ eſt,ne ſimul rapiaris, & totũ ſta-
tim effeciſti:ne mouearis, & totũ extinxiſti. Magna
cõſolatio eſt aliquid propter Chriſtũ pati.Nõ prædi
cas ſermonẽ fidei,ſed prædicas ſermonem philoſo-
phiæ. At quãto alius, dicis, magis me manſuetũ vi-
det,hoc magis infeſtat.Igitur propterea doles,quòd
magis tibi merces creſcet? Sed inutilis erit mãſuetu-
do,inquit.Hoc tuæ puſillanimitatis excuſatio eſt,ali
ter inutilis fit,ſi vlciſcaris.Ignorabát ne deus iniuſtis
inutile,ſi nõ ſumatur vltio?Si ſciuiſſet,non pręcepiſ-
ſet.Verùm dixit,Ne vlciſcaris teipſum.Sciebat vtiq;
ꝙ hoc magis cõducit. Ne pone deo legẽ contrariã,
obtẽpera illi,nõ es tu melior eo qui fecit nos. Dixit,
cõtumelia affectus fer. Tu dicis,retaliabo,vt non fiã
A inutilis.Tu igitur maiorẽ curã habes q̃ ille.Affectio-
nis & aſperitatis arrogãtię verba hæc ſunt,& ꝙ con-
tra deũ lex ponatur. Nam licèt dãnò afficeretur,nũ
obedire oportebat,quãdo deus aliquid præcepit,ne
ponamus nos legẽ contrariã?Reſponſio,inquit,ſub-
miſſa auertit irã. Itaq; hoc facit ſubmiſſa nõ aduer-
ſaria.Si tibi prodeſt,& illi ꝓderit : ſi autẽ tibi nocet,
quî correcturus es illũ ? Medice cura teipſum. Dixit Lucæ 4.d
malè,lauda tu:cõuicia dixit,dic tu pręconia:inſidia-
tus eſt,benefac tu,diuerſis illi retalia, ſiquidẽ omni-
nò illius ſalus curæ tibi eſt. Et ne velis ob tuas affe-
ctiones vlciſci. At dicis:Sæpius lõganimitatẽ exper-
tus,deterior factꝰ eſt.Hoc nõ apud te,ſed apud ipſũ.
Vis dicere quãta paſſus eſt deus?Altaria illius ſubuer 3.Reg.19.
terant,ꝓphetas occiderãt,& omnia ferebat.Nõ po- b.
terat fulmẽ ſupernè demittere? Sed quãdo ꝓphetas
B miſit,& occiderũt illos : tũc Ieſum miſit,quãdo ma-
ximè impiè agebãt,tũc plurimùm benefecit.Et tu ſi
videris exaſperari,tũc magis cede,maiore enim con
ſolatione furor ille indiget.quãtò moleſtioribꝰ cõtu
meliis inſequitur,tãtò maiore mãſuetudine illi opus
eſt.Et ſicut incendiũ quãdo maximè flat, tũc magis
opus vt cedatur:ita & ira flagrantẽ beſtiã,quãdo ma
ximè effera eſt,omnes effugimus,ita nos & iraſcẽtẽ.
Nec putes hoc eſſe honorẽ , alioqui & beſtiã hono-
raremus, & furibũdos honoraremus, ſi deuitaremꝰ.
Ignominia eſt & cõtumelia,immo nõ ignominia &
cõtumelia,ſed & miſericordia & humanitas.Nõ vi-
des nautas , quãdo vehemẽter flat ventus detrahere
vela,ne ſubuertatur nauis?Eques quando ſe equi ſi-
mul rapiũt,laxat,& non retinet frænũ,ne ſua ſponte
vim euacuet.Hoc & tu fac.Ignis eſt furor,flãma acu
C ta eſt indiga materię,ne ſuppetas igni materiã,& ſta-
tim extinxeris malũ.Nõ habet à ſeipſa robur ira,niſi
alius ſit q̃ illã alat.Nullã excuſationẽ habes,ille deti
netur furore,& neſcit quid facit.Tu cõſiderans illũ,
quãdo in eadẽ incides , & neq; illiꝰ exẽplo ſapiẽtior
efficeris,qualis venia?Si in cõuiuio quis factus vide-
ret ĩ veſtibulo aliquẽ inebriari & turpiter agere,de-
inde ipſe iiſdẽ viciis irretiatur, nónne poſt illum hic
multò minus venia dignus fuerit?Sic & hîc,ne pute-
mus defenſionẽ dicere:Ego nõ cœpi.Hoc cõtra nos
eſt, quia neq; illiꝰ turpitudine viſa tẽperatiores facti
ſumus.Quẽadmodũ ſi dicãt quis,ego nõ primus oc
cîdi. Eapropter pœnã dignus es, ꝙ neq; exẽplo viſo
melior factus teipſum cõtinuiſti.Si videris ebriũ vo-
mere,dilacerare,diſrũpere, oculis toruis videre, im-
mũdicia mẽſam implere,omnes illũ fugere : deinde
D in illã ipſam incidas ebrietatẽ,nónne magis eris odi-
bilis? Talis eſt etiã qui iraſcitur,plus quàm vomens,
inflat venas,incendit oculos,diſrũpit viſcera, vomit
verba,illa immũdicia magis impura, omnia nõ com
manducata,ſed cruda loquitur,nihílq; perfectũ.Nõ
enim finit ira. ſed ſicut illic ſæpe humorũ nimietas
ſtomachũ perturbat, omniáq; euacuat:ita & hîc ca-
loris nimietas perturbat animã , nec ſinit latẽre quæ
ſilere deceret,ſed dicẽda ac non dicẽda effutit, non
audientes,ſed ſeipſum confundens.Sicut igitur vo-
mentes fugimus,ita & iraſcẽtes.Quid faciendũ?Pul
uerem ſuper vomitũ illorũ ponemus , tacẽdo canes
vocemus,vt & illa euomita deuorẽt.Scio quòd hæc
audientibus vobis nauſeã cient.Verùm tunc ſic vos
affici velim,quãdo illa fieri videtis, & tũc non oble-
ctari.Conuiciator enim immundior eſt cane,qui ad
vomitũ ſuũ reuertitur. Ille enim vt ſemel euomue-
rit ceſſat,

Universidad de Deusto
Biblioteca

rit cessat, nec erit sicut ille: & si iterũ eadem vomit, manifestũ ꝙ eadẽ edit. Quid igitur illo abominabilius? quid immũdius illo ore, quod eosdẽ cibos vomitos mãducat? quãuis hoc naturæ opus: illud autẽ minimè, immo & hoc & illud præter naturam est. Quomodo? Non enim secundũ naturã est, sine causa cõuiciari, sed præter naturã. Igitur nihil quidẽ vt homo loquitur, sed alia vt bestia, alia verò vt furibũdus. Itaq; sicut corporũ morbus præter naturam est, ita & hoc: & quia præter naturam est, si in illo moretur, paulatim perit. Mallẽ assidere homini lutũ edenti, quàm talia loquenti. Non videtis porcos stercora deuorare, & suauiter glutire? ita & illi. Quid enim fœdius quàm verba quæ cõtumelioſi conuiciatores loquũtur? Nullum autẽ illis studiũ est, vel sanum, vel mũdũ aliquid dicere, sed quicquid fœdũ, quicquid turpe, hoc & facere, & loqui solẽt. Hoc sanè grauius, ꝙ dum seipsos magis cõfundunt, alios confundere putãt, & manifestũ est inde. Ne enim mihi dixeris illos mẽdacia dicere, sed sit quædã insignis meretrix, vel alius quispiã è fornice, & faciat cum illo pugnã: posteà ille huic hæc loquatur, & hic iterũ illi similiter, vter magis cõtumelia affectus erit: nã ille quidẽ, ea quorũ reus est, audit: hic autẽ, ea quorum non est reus: & ita illi quidẽ nihil accessit ad confusionẽ sermonis, huic autẽ plurimum. Iam sint quædã iterum per opera facta, & solus ille qui cõtumelia afficit, ea sciat: & qui anteà siluerit, per cõuicia nũc diuulget: etiã hic propter hoc magis conuicio sese infamabit. Quomodo? præco maliciæ factus, in suspicionẽ venit, ꝙ malè cõscius & fide indignus loquatur, videbitq; omnes statim se obiurgare, & talia vbiq; dicere. Si enim homicidij conscius erat, omnino anteà enũciare oportebat, & hũc quidẽ quasi nõ sit homo auersantur, odere, bestiámq; esse dicũt efferã & crudelẽ: huic autẽ magis quàm illi ignoscunt. Eos enim qui vulnera habẽt, horremus, si tegere cogantur & monstrent: ita & hic cõtumelia afficit, non illum, sed etiã seipsum, & audientes, & communẽ hominũ naturam, verberauitq; auditorẽ, & nihil boni fecit. Id-
Ephe. 4.g circo Paulus inquit: Si quis bonus sermo ad ædificationẽ, vt det gratiã audientibus. possideamus linguã honestã loquentẽ, vt simus desiderabiles ac amabiles. Verùm eousq; malicię peruenerũt omnia, vt quę potissimùm velare oportebat, in his pleriq; glorientur. Multi enim in hunc modũ minãtur: Non potest lingua mea ferre verba vxoris vetulæ ebriæ ac fœde agẽtis, & eorũ qui in foro exibilant, & traducũt. Nihil his verbis deformius, nihil minus virile. Nihil mu liebrius est, quàm robur in lingua habere, & in conuiciis superbire, sicut qui in põpis, sicut mimi, & parasiti, & adulatores. Porci magis sunt quã homines, quotquot in hoc gloriãtur. oportebat teipsum occultare, oportebat si quis alius hæc de te testaretur, fugere testimoniũ quasi hostile & nõ virile. Tu autem conuiciorũ præco efficeris. At nihil eũ qui malè audit, nocere poterit. Ideo obsecro, vt cõsiderãtes quãta malicia sit, ꝙ & gloriãtur quidã, respiscamus, emẽdemus eos q sic insaniũt, tollamus hos è ciuitate cœtus, ornemus linguã nostrã, liberemus eam ab omni accusatione, vt purificati à peccatis, supernã beneuolentiam nobis cõciliare, & dei misericordiã mereri possimus. Gratia & miserationibꝰ vnigeniti illius, cũ quo patri simul ac spiritui sancto gloria, imperiũ, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Commorati autem sunt illic tempore non paruo cum discipulis. Et quidam descendentes à Iudæa docebant fratres: Si non circuncidimini more Mosaico, non poteſtis seruari. *Cap. XV.*

Homilia xxxij.

Vide vbiq; transitũ ad gẽtes, necessarium initium à Iudæis habere. Ante hoc qui obiurgabatur, rationẽ reddebat, & ad defensionẽ omnia loquebatur, id quod sermonẽ magis gratum reddebat, quòd Iudæis auersantibus venit ad gẽtes. Hic iterum vidẽs alium excessum oriri, legẽ statuit. Quoniam enim vtpote à deo docti apostoli, sine discrimine omnibus loquebantur: & hi qui ex Iudæis erant, ad zelum prouocabãtur, nec docebant simpliciter circuncisionem, sed sine illa saluari non posse. Cuius cõtrarium tẽpestiuè nũc dicitur: Si nõ circũcidimini, non potestis seruari. Vides cõtinuas tentationes intus & foris? Pulchra autẽ dispensatione hoc agitur, Paulo præsente vt contradicat. Et non dixit Paulus: Quid? non merebor fidem à tantis signis: sed differit propter illos. Et vide vt iam omnes discunt quæ contigerant inter gentes, etiam Samaritani, & gaudent. *Itaque facta seditione, & disputatione non parua Pauli & Barnabæ cõtra illos, statuerunt, vt ascenderent Paulus & Barnabas, & quidã alij ex illis ad apostolos & seniores in Hierusalem super hac quæstione. Illi ergo deducti ab ecclesia pertransibãt Phœnicen & Samariã, annunciantes conuersionẽ gentium, & faciebant gaudium magnũ fratribus omnibus. Vt autem venerunt in Hierusalẽ, susceptí sunt ab ecclesia, & apostolis & presbyteris, annunciãtes quæcunque deus fecit cum illis.* Vide quanta ordinatione singula facta sunt. *Surrexerunt autem quidam ex secta Phariſæorum, qui crediderant, dicentes quòd oportet circuncidere illos, & præcipere eis vt seruent legem Mosi. Congregati sunt autem apostoli & seniores, vt dispicerent de sermone hoc. Multa autẽ disceptatione facta, surgens Petrus dixit ad illos: Viri fratres, vos scitis quòd à diebus antiquis deus in vobis elegit per os meum, vt audiãt gentes sermonem euãgelij, & credant.* Vide Petrũ hactenus separatũ à negocio, & iudaizantem: Vos scitis, inquit. Aderant forsan ex his qui vocauerunt illũ ad Cornelĩ olim, & ingressi cum illo, & propterea adducit illos testes. A diebus antiquis in vobis elegit deus. Quid est, In vobis? Hoc est: In Palæstina, inquit, vel præsentibus vobis. Per os meum. Vide vt ostendit deum per illum loqui, & nihil esse humanũ. *Et cordium cognitor deus testimonium dedit illis.* Ad spiritus testimonium ducit illos. *Dans illis spiritum sanctum, sicut & nobis.* Vide quomodo vbiq; æquat gentes, & nihil diiudicat inter nos & illos. Fide purificatis cordibus illorum. A sola fide, inquit, illa assequuti sunt, & non operibus vel circuncisione. Etenim hæc non dicunt solùm pro gentibus rationem reddentes, sed etiam illos à lege abducere cupientes. Verùm iam hoc nondum dicunt. *Itaque nunc quid tentatis deum, vt imponatis iugum super ceruicem discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos potuimus portare, sed per gratiam domini nostri Iesu Christi credimus seruari, quemadmodum & illi.* Quid est, tentatis deum? Cur increduli estis, inquit, deo? quid tẽtatis illum quasi non possit seruare fide? Itaq; infidelitatis est legem inferre. Posteà ostendit etiam illis non fuisse vtilem, & totum in legẽ, non in illos reiicit, & accusationẽ sistit ac moratur. Quod non potuimus nos & patres nostri portare, sed per gratiam domini nostri Iesu Christi credimus seruari quemadmodum & illi. Quanta virtute plena sunt verba hæc, quæ sanè Paulus multis in epistola ad Romanos

Rom. 4.a Romanos dixit: hæc & hîc. Si enim Abrahã, inquit, ex operibus iustificatus est, habet gloriationẽ, sed nõ apud deũ. Vides ꝙ magis hæc docet, quàm ꝙ gẽtes defendit? At siquidem absq; occasione hæc dixisset, forsan minimè obseruatus fuisset. Initio autẽ sumpto hinc, deinde intrepidè loquitur. Et vide vbique ꝙ omnia quæ inimici mouerũt, illis profint. Nam si illi nõ mouissent, hæc nequaquã dicta fuissent, neq; etiã ea quæ posteà. Hinc discũt, quòd si gentes addu cere voluissent, non tamen despicere debuerint. Videamus autem iterũ quę dicta sunt. In nobis, inquit, elegit deus, & à diebus antiquis. Hoc dixit, ostendẽs quòd olim non nũc. Non parũ autem est, quòd etiã Iudæi credẽtes hoc auersantur. Duobus quod dicit confirmatur, tempore & loco. Et quod elegit, bene, sicut in ipsis. Non dixit, voluit: sed elegit. Vnde hoc manifestũ? A spiritu inquit. Deinde ostendit nõ gratiæ simpliciter, sed virtutis testimoniũ hoc fieri, & nihil minus illis exhibitũ. Nihil enim diiudicauit inter nos & illos. Igitur corda omnino oportet inquirere. Et opportunè dixit: Cordiũ cognitor deus, testificatus est illis sicut etiã illic. Tu domine cordiũ cognitor omniũ ostende. Nam ꝙ hoc voluerit, vide quid dicat: Nihil discreuit inter nos & illos. Quãdo dixit illorum testimoniũ, tunc magnũ hoc loquutus est,
1.Cor.7.d id quod Paulus inquit: Neq; circũcisio aliquid operatur, neq; præpucium. Et vt duos condat in seipso. Omnium horũ semina in cõcione Petri sita sunt. Et non dixit: Inter circũcisos, sed inter nos, hoc est apostolos. Deinde ne videatur cõtumelia ex nihilo esse: addit, Fide purificatis cordibus illorum. Et per hoc suspicionẽ aufert. Expurgauit priorẽ sermonem, & tunc ostendit non malam legem, sed illos infirmos. Vide quàm terribilis finis, nihil ex prophetis narrat illis, sed ex rebus præsentibus, quarũ ipsi testes erant. Meritò & illi posthac testificãtur, & sermonẽ roborant his iam factis. Et vide, in ecclesia permittit primùm inquisitionẽ & disputationẽ fieri, & tunc ipse dicit: Igitur quoniã non memorat circũcisos, sed gẽtes. Hoc enim quod paulò antè inducitur, fiebat firmius: fuisset autẽ tentantis dicere, num possit etiam post legẽ seruare? Vide quid facit, ostendit illos esse in periculo, quandoquidẽ id quod non poterat lex, potuit fides: ꝙ si ab hac exciderint, necesse est illos interire. Et non dixit: Increduli estis, id quod fuisset molestius, præsertim causa posita. Itaq; in Hierosolymis nulli quidã erant ex gentibus, sed verisimile est fuisse Antiochiæ. Quapropter veniũt, & commorantur illic non paruo tẽpore. Surrexerũt autẽ quidam Phariſæorũ, adhuc ambitionis morbo laborãtes, volentes sibi asciscere eos qui ex gẽtibus. Non patiebatur autem hoc Paulus. Postquam autem illuc venit, dogma euidentius factũ est. Si enim hi qui in Hierosolymis sunt, nihil tale imperãt, multò magis hi. Vides? Quotquot ambitione non tenẽtur, gaudent in fide. Itaq; non narrabantur ea quæ ad ambitionem, vel ad ostentationẽ pertinebãt, sed reddebatur ratio prædicationis erga gẽtes. Ideo etiã nihil dicunt eorũ quæ euenerãt Iudæis. Magna pertinacia Phariſæorum, etiã post fidem adhuc legẽ tuentur, & non credunt apostolis. Sed vide quàm mansuetè, & nõ cum authoritate loquuntur. Nam quæ talia amabilia, & magis animo figũtur. Vides nusquã sermonum, sed operum & spiritus ostentationem. Attamen etiã tantis muniti orationibus adhuc mansuetè loquuntur. Et vide, nõ veniũt accusaturi eos qui Antiochiæ, sed illinc iterum sumunt occasionem. Sic meditabantur quidã præesse aliis, qui & apostolis nescientibus reprehensi sunt. Attamen nihil horũ isti prætulerũt, at vbi satis probarunt, tunc vehementius scribunt. Etenim æquitas magnũ vbiq; bonum. Aequitas dico, nõ frigiditas, æquitas non adulatio. Multùm enim hæc inter se distãt. Nihil exasperabat Paulũ, nihil Petrum. Quãdo habes certa testimonia, quid irasceris? num vt etiã illa infirma reddas? Impossibile est, vt iracũdo persuadeatur. Etiã heri de ira disseruimus, nihil autẽ prohibet quin & hodie: proficit enim plurimùm cõtinuatio. Etenim pharmacũ quod vim habet mederi vulnus, nisi cõtinuò imponatur, totũ perit. Ne oro putetis ꝙ desperẽ de vobis, quia subinde de iisdem rebus dissero: nã si desperaremus, planè nihil loqueremur: nunc autẽ quia spes est quòd multũ lucri faciatis, hęc loquimur: Vtinã perpetuo de iisdẽ loquamur, vtinã non sit alia quædã occasio vel cura, sed vt affectionibus nostris imperemus. Quomodo enim non absurdũ? Regibus quidem in deliciis viuẽtibus, ac tanto honore, nullum alium esse sermonẽ, vel in mensa, vel in aliquo alio tẽpore, quàm quomodo hostibus queat præualere, & propter hoc quotidie conuẽtus facit, & capitaneos & milites deligit, ac tributa petit. Etiã in ciuilibus causis opinor hasce duas rationes necessarias, vt & hostibus imperẽt, & suos in pace cõtineant. Nos autẽ neq; somniamus velle talia dicere. Sed vt seruos quidẽ emamus ac agros, & vt facultates ampliemus, quotidie loquẽdo nulla sa tietate oneramur. De rebus autẽ nostris, & verè nostris, neq; ipsi loqui volumus, neq; alios loquẽtes sustinemus. De quo igitur, dic mihi, loqui vis? De prandio? sed hæc coquorum sunt verba. De pecuniis? sed hæc mercatorũ & institorum sunt. De structuris? sed hæc architectorũ sunt & ædificantium. De terra? sed hæc agricolarũ. Nostrũ autem nullũ est opus, quàm vt opes animæ acquiramus. Nõ igitur super illis nobis perpetuò sermo esset? Quare nullus accusat medicos semper de re medica differẽtes, neq; alios opifices de sua arte loquentes. Quòd si sic nostras affectiones moderaremur, ne admonitione opus: meritò quis nobis obiiceret ostentationẽ & ambitionẽ: immo neq; sic: nam etiãsi emẽdatæ essent, etiam sic colloquendũ, ne succũbamus: quoniã & medici nõ ægrotis solùm, sed & medicis loquũtur; & sunt eis libri super ea re, vt & morbos curẽt, & à morbis præseruent. Et ita licèt sani simus, neq; sic desistendũ, vt etiã conseruemus sanitatẽ. Quando autẽ & ægrotamus, duplex sermonũ necessitas: vna quidẽ vt liberemur à morbo, alia autẽ ne liberati recidamus. Itaque curatiuã methodũ ꝓponamus infirma cutaturi. Quomodo igitur huic affectioni malæ quis medebitur, quomodo acutã hanc cõprimet febrẽ? Videamꝰ vnde nata est, & causam tollamus. vnde nasci cõsueuit? Ex arrogãtia & magna superbia. Causam igitur hãc tollamus, & simul auferetur etiã morbus. Quid autẽ superbia? vnde nascitur? fortasse iterũ ad aliud initiũ ire conandũ. Igitur quã sermo dabit eam viã ibimus, vt radicitus malũ euellatur. Vnde igitur arrogãtia? Ex eo ꝙ nõ spectamus quæ nostra sunt, sed de natura quidẽ terrę, quãuis nõ simus agricolę, curiosẽ inquirimus, & de natura arborũ, & de natura auri, quãuis nõ simus negociatores: & de vestibꝰ, & de domibꝰ: de nobis autẽ & de nostra natura nũquã sustinemus

Universidad de Deusto
Biblioteca

nemus hoc fieri. Et quis ignorat, inquit, suã naturã? A Multi, fortassis omnes: certè pauci. Et si vultis hinc faciamus argumentũ: dic oro mihi: quidnam est homo, si quis roget, qua re differt ab irrationabilibus? quomodo cognatus est his qui in cœlis sunt? Quid potest ex homine fieri? Num poteris rectè respõdere? Equidẽ non opinor: quemadmodũ enim licet loqui de materia quadam, ita & de homine. Materia quidẽ est homo: fieri autẽ potest & angelus, & bestia. Igitur non videbitur extraneus esse hic sermo? quãuis & sæpe illũ in scripturis audistis. Nã de qui-
Mala. 2. b busdam hominibus dictũ est: Angelus domini est, &
Ibidẽ 3. a ex labiis eius requirũt iudiciũ. Et iterũ: Emittã ange-
Mat. 12. a lum meum ante faciem tuã. De quibusdam autẽ, serpẽtes, progenies viperarũ. Iam sanè apud eos qui totum depingũt, potest fieri etiã homo deus. Quid di-
Psal. 81. b co angelus? & dei filius: Ego cm̃ dixi, inquit, dij estis, B
Ioan. 1. b & filij sublimis omnes. At hoc certè maius, quia vt fiat & deus & angelus, & dei filius, potestatẽ ipse accepit, & est homo angeli cõditor. Forsan vos turba-
Luc. 20. f uit verbũ, sed audite Christũ dicentẽ: In resurrectione neq; nubẽt, neq; nuptui tradentur, sed sunt sicut
Mat. 19. b angeli. & iterũ: Qui potest capere, capiat. Attamen si virtus angelos facit, vtiq; angelos possumus facere: etsi nõ natura, certè proposito & electione: Nã hoc quidem absente nulla vtilitas est angeli esse naturã, id qđ diabolus indicat, qui antea angelus erat. Hoc autẽ præsente nullũ damnũ est esse hominẽ natura, vt in Ioãne & Helia perspicuũ est, qui in cœlũ ascendit, & omnes abituri sunt illuc. Nam hi quidẽ licèt corporei, non prohibiti sunt inhabitare cœlũ: illi autem quũ incorporei essent, non potuerũt manere in cœlo. Nullus igitur doleat, nullus indignetur de natura quasi impediat, sed de sua electione ac volũtate. Leo ille factus est ex incorporeo, Ecce enim, in-
1. Petr. 5. b quit, inimic⁹ vester sicut leo rugiẽs obambulat, quærens quẽ deuoret. Nos angeli à corporibus. Quemadmodũ si quis inuẽta preciosa materia, quũ non sit artifex, contempta illa, magnum damnum accipiat, vtpote margarito vel cõchiliis, vel alio tali quopiam reperto & neglecto. Sic & nos si ignorauerimus nostram naturã, ipsam valde contẽnemus: si autem sciuerimus, multũ adhibebimus studiũ, & maxima lucra faciemus. Ex hac regiũ fit indumẽtũ, ex hac domus fit regia, ex hac mẽbra fiunt regia, omnia regia. Ne abutamur in damnũ nostrum natura nostra. Parumper ab angelis minores fecit nos, morte inquã, sed & hãc accepimus breuissimã. Nihil igitur prohibet nos angelos fieri statim, si voluerimus. Velimus D igitur velimus, & si disposuerimus nosipsos, gloriam referamus deo patri, & filio, & spiritui sancto, nunc & semper, in secula seculorum, Amen.

Postquã autem illi siluerunt, respondit Iacobus dicens: Viri fratres, audite me: Simeon narrauit quomodo primùm deus visitauit, vt sumeret ex gentibus populũ in nomine suo, & huic consonant sermones prophetarum. Homilia xxxiij.

Deu. 17. a Sic erat episcopus ecclesiæ Hierosolymitanæ. Et impletur nũc q̃ in ore duũm vel triũ testiũ consistat omne verbũ. Vide autem & huius sapientiã, ex prophetis nouis veteribúsq; consummantis sermonẽ. Nõ enim poterat ostẽdere aliquid, sicut Petrus vel Paulus. Et bene constitutũ est, vt per illos hæc facta sint, qui nõ habitaturi in Hierosolymis: hic autẽ doceat, ne esset reus, néve sentẽtia ei⁹ cõfutetur. Et quid inquit? Viri fratres, audite me, Simeon narrauit. Quidã hunc esse dicũt illũ à Luca dictũ, alij autẽ alium eiusdẽ nominis: siue autẽ hic, siue alius est, non opus est sermone exquisitiore, sed solũ q̃ susceptu necessaria quæ narrauit. viri, inquit, fratres. Magna æquitas viri, & perfectior ista cõcio, vbi scilicet & finẽ imponit operibus. *Quemadmodũ primùm visitauerit deus, vt assumat ex gẽtibus populũ nomine illius. Et huic cõsonant omnes sermones prophetarũ.* Quoniã ille ob tẽpus quidẽ notus erat, sed nõ tam insignitæ fidei, eo quòd nõ erat antiquus. addit etiã veterem prophetiã dicẽs, Sicut scriptũ est: *Post hæc cõuertã, & reædificabo tabernaculũ Dauid quod* Amos 9. a *cecidit, & diruta illius reædificabo, & corrigã illud, vt hi qui ex hominibus relicti requirant dominũ, & omnes gẽtes super quas inuocatũ est nomen meũ, dicit dominus, qui facit hæc omnia.* Quid igitur? suscitata est Hierusalẽ, an nõ magis diruta est? Sed non de hac ab illo dicta sunt hæc. Et quã dicit suscitationẽ? Eam quæ est post Babylonẽ. *Nota à seculo sunt deo omnia opera eius.* Postea ponitur q̃ dignus fide sermo, quia nihil nouũ, sed ab antiquo hæc præfigurata fuerunt. Et iterum sentẽtia: *Propter quod ego iudico non esse obturbandũ illis qui ex gẽtibus cõuertuntur ad dominũ, sed scribendũ illis, vt abstineãt ab inquinamẽtis simulachrorũ, & fornicatione, & suffocato, & sanguine: Moses enim ab ætatibus antiquis in singulis ciuitatibus habet qui ipsum prædicent in synagogis, vbi per omne sabbatum legitur.* Quoniã nõ audierãt legẽ, meritò hęc imperat de lege, ne videatur abrogare illã. Et vide quomodo nõ abducit illos à lege, hęc audiẽdo: Censeo, inquit, non ab auditu legis. Posteà cõmune dogma fit. *Tũc visum est apostolis & presbyteris cũ tota ecclesia, electos viros ex ipsis mittere Antiochiã cum Paulo & Barnaba, Iudã qui agnominabatur Barsabas, & Silã, viros primarios inter fratres, quũ scripsissent per manũ eorũ in hũc modũ.* Vide illos non simpliciter legẽ ferre, sed ita vt dogma fiat fide dignũ, mittũt hos à se. Et ne Paulus vltrà suspectus esset. Et vide q̃ grauiter accusantes illos, scribãt: *Apostoli, & presbyteri, & fratres, his qui Antiochiæ, & in Syria, & in Cilicia fratribus, qui ex gẽtibus, Salutẽ. Quoniã audiuimus quòd nõnulli ex nostris turbarũt vos sermonibus labefactãtes animas vestras, dicẽtes, vt circũcidamini, et seruetis legẽ quibus nõ præcepimus.* Sufficiẽs erat accusatio temeritatis illorum, & digna apostolis nihil maius vltrà dicentibus: *Visum est nobis congregatis vnanimiter, electos viros mittere ad vos, cũ dilectis nostris Barnaba & Paulo, hominibus qui et tradiderũt animas suas pro nomine domini nostri Iesu Christi.* Atq; ita ostẽditur q̃ nõ violẽtè agat, q̃a omnib⁹ hæc placẽt: nã cũ cõsideratione hæc scribũt. Electos, inquit, viros ex nobis, ne videãtur esse ex subornatione Pauli & Barnabę missi. Vides laudes illorũ. Homi- D nib⁹, inquit, qui & tradiderũt animas suas, p nomine dñi nostri Iesu Christi. Misimus igitur Silã & Iudã, & illos qui per sermonẽ hæc annũciabant. *Visum est enim spiritui sancto & nobis.* Igitur nõ humanũ, si spiritui hæc placẽt. *Vt nihil amplius oneris imponeremus vobis.* Iterũ onus legẽ vocat. Deinde etiã de illis rationem reddit. *Nisi necessaria hæc, abstinere ab idolothytis, & suffocatis, & fornicatiõe, & sanguine, à quib⁹ si cõseruaueritis vosipsos, bene facietis.* Hæc noua lex nõ præcipit. Nusquã em̃ de his disserit Christus, sed à lege hæc sumũt. Et suffocato inquit. Hic cædẽ cohibet. *Itaq; dimissi venerũt Antiochiã, & cõgregata multitudine reddiderũt epistolã. Qui quũ legissent, gauisi sunt super cõsolatione.* Posteà manifestãs q̃ & illi eos hortati sunt, addit: *Et Iudas & Silas etiam ipsi prophetæ cùm essent, sermone copioso hortati sunt fratres, & cõfirmarũt, cõmorantésq; illic ad tẽpus, dimissi sunt cum pace*

cũ pace à fratribus ad apostolos. Non iã seditiones & pugnæ: ideo & cõfirmatis illis abierunt cũ pace. Contentiosius autẽ erga Paulũ erãt affecti. Vltrà & Paulus docet, ita nullus fastus erat in ecclesia, sed bene cõposita omnia. Et vide, post Petrũ Paulus loquitur, & null⁹ os eius obturat. Iacobus fert, & nõ resilit, illi erat principatus cõcreditus. Nihil Ioannes hîc, nihil alij apostoli loquũtur, sed silent, & nõ indignantur, adeò puræ à vana gloria erant illorũ animæ. Sed videamus iterũ quę dicta sunt: Postquam autem siluerunt illi, inquit, respõdit Iacobus dicẽs. Simeon narrauit quẽadmodum primùm visitauerit de⁹. Ab initio vehementius quidẽ Petrus loquebatur, hîc autẽ mitius. Ita semper faciendũ est his qui in magna potestate sunt, vt onerosa illa aliis permittant: ipsi autẽ mansuetius agãt. Bene dixit: Simeon narrauit, quasi & ille aliorũ dicat sententiã: vide vt hoc ostẽdit esse A
antiquũ. Vt assumat ex gentibus populũ, inquit, nomini illius. Non simpliciter elect⁹ est, sed nomini illius, hoc est, glorię illius. Non cõfunditur nomen illius, dum assumptionẽ gentium, gloriam vocat. Hęc enim maior gloria. Hîc aliquid etiam magnum insinuatur. Quale hoc? quia dicit, ante omnes hi. Post hæc conuertã, & reædificabo, inquit, tabernaculum Dauid quod cecidit. Si quis diligenter cõsiderarit, nũc regnũ Dauidis stare inueniet, regnante illo qui ex eo prognatus. Vbiq; stat hoc. Quid opus domiciliis & vrbe, quũ non sint obedientes? Quale damnũ ex destructione ciuitatis, quum omnes etiã animas suas impendere velint? Et ita non solũ stat, sed etiam clarissimũ omniũ factum est. Vbiq; enim nunc hæc canũtur, illud euenisse: igitur etiã hoc euenire oportet. Vt autẽ dixisset, Et reædificabo, addit causam il- C
lius quare dicat, Vt requirãt qui reliqui sunt homines dominũ. Si igitur propter hoc erecta est ciuitas propter illũ, qui ex ipsis: manifestũ quòd ædificatę ciuitatis fuit causa gẽtiũ vocatio. Qui sunt reliqui? qui tunc relinquebantur. Sed vide illum etiam ordinẽ custodire, & secundos illos inducere. Dicit domin⁹, qui facit omnia hæc. Non dicit solũ, sed etiam facit. Igitur dei opus est gẽtium vocatio. Aliud erat quod quærebatur, id quod & manifestius. Petrus dicebat: Nõ oportet illos circũcidi. Quid igitur hæc concionaris? Sanè nõ hoc dicebãt, quòd nõ assumendi sint credẽtes, sed quòd post legẽ, etiam hoc Petrus bene concionatus est. Sed quoniã turbabat hoc omnium maximè auditores, etiam hoc iterũ curat. Et vide: Id quod oportebat lege caueri: non seruandã legẽ Petrus adducit. Quod autẽ nostrum est, id & olim su- D
sceptum. hoc hîc dicit, & versatur in eo de quo nihil scriptum erat, vt curata illorum mente, concedendo tempestiuè inducat etiam illud. Ideo ego iudico nõ obturbandũ esse illis, qui ex gentibus conuertuntur ad dominũ: hoc est, non auocãdos esse. Si enim deus vocauit, illæ autẽ traditiones subuertunt, pugnamus cum deo. Et bene dixit: His qui ex gentibus conuertuntur, manifestans supernã dei erga illos curam, & obedientiã ac credulitatẽ illorũ in vocatione. Quid est iudico ego? id est, cum potestate dico esse scribẽdum illis. Vt abstineãt, inquit, ab immolatis idolorũ, & fornicatione, & suffocato, & sanguine. Hæc enim licèt corporalia, sed obseruatu necessaria, quoniam magna procurãt mala. Et ne quis obiiciat: Quare nõ & Iudæis eadẽ scribimus, addit: Moses ab ætatibus antiquis per singulas ciuitates habet eos qui ipsum prædicãt. Hoc est, Moses illis cõtinuò loquitur. Hoc est enim quod per omne sabbatũ legitur. Vide quãtũ se attẽperat. Hic nihil nocuit, instituit illis doctorẽ, & concessit beneficiũ nihil obstãs, admonitis Iudæis vt audiant illũ per omnia, & abductis his qui ex gẽtibus. Et p quæ voluit illũ honorare & cõmendare eis, per ea ab illo gentes abduxit. Quare igitur nõ ab illo discunt? propter suã incredulitatẽ. Hinc ostẽdit q̃ & hos nihil amplius oportet seruare. Quòd autem non scribimus, non est quòd illi debeãt aliquid amplius præter hæc seruare, sed q̃ habent, dicentẽ. Et non dixit: Ne offendamus illos, néve subuertamus, id quod dicit Paulus Galatis: Sed, nõ obturban- *Galat. 1. a*
dum: id quod nullũ ostẽdit esse opus, sed solã obtur- *& 5. b*
bationem, quæ totũ negocium perderet. Et videtur quidem etiam legẽ seruare, eo q̃ hæc ex illa sumpta sint: soluit autẽ illam, hęc sola excipiẽdo: quãuis sanè B
sæpe eis de illis dictũ, vt videatur etiam legẽ honorare: idq; non quasi à Mose dicens, sed quasi ab apostolis, & multa faciens mandata, vnũ discerpsit. Hoc maximè illos quietos fecit. Mira autẽ dispensatione facta est cõtradictio, vt post contradictionẽ firmius fit dogma. Tũc visum est apostolis, inquit, viros primarios inter fratres mitti. Non fortuitò assumptos, sed primarios electos mittũt. His q̃ Antiochiæ erãt, & in Syria ac in Cilicia. Ibi morbus natus erat. Vide vt nihil molestũ contra illum dicũt, sed ad vnum solum spectantes, vt extirpetur quod natũ. Hoc enim & eos qui illic seditiosi erãt, cõfiteri faciebat. Nõ dixerũt: Impostores illi & pestilẽtes, & aliqua id genus cõuicia, quãuis alioqui licuisset. Facit istud Paulus, sicut quando dicit: O plene omni dolo. Hîc autẽ er- *Supr. 13. a*
rore correcto, nõ erat opus. Et vide: nõ potũt quòd quidã ex vobis iusserunt vos legẽ seruare, sed turbauerunt vos sermonibus labefactantes. Nulla magis propria dictio erat, nullus ita dixit: Animas quæ iam firmatæ erãt, inquit, labefactãtes, sicut in ædificatione qui transferunt ab aliis facta. Quibus, inquit, non præcepimus. Visum igitur nobis, cõgregatis vnanimiter cũ dilectis. Si dilecti nõ contẽnãt illos: si enim tradiderunt animas suas, & ipsi sunt fide digni. Misimus igitur, inquit, Iudã & Silã, & illos sermone annunciãtes eadẽ. Oportebat enim nõ epistolã adesse solùm, ne dicãt q̃ dolo extorserint, q̃ alia pro aliis dixerint. Laus illa Pauli erat, obstruebat illorũ ora. Propter hoc enim neq; Paulus venit solus, neq; Barnabas, sed etiã alij ab ecclesia, ne suspectus sit, quoniã ipse susceperat dogma, & nõ soli hi qui à Hierosolymis. Ostẽdit quomodo fide digni sint, non extollũt seipsos, inquit, non ita insaniũt. Eapropter etiã appo- D
suit: Hominibus qui tradiderũt animas suas pro nomine domini nostri Iesu Christi. Et quare addidit: Visum est spiritui sancto & nobis, quũ suffecisset dicere, spiritui sancto? ne putent humanũ aliquid esse. Quod autẽ addit: Nobis, vt doceant etiã se acceptos esse, tametsi in circũcisione sint. Nihil oneris amplius imponendũ vobis. Hæc dicũt: Quoniã ad infirmos homines sermo erat, & qui timuerãt, idcirco & hoc adiectũ est. Cæterùm ostendit non esse sermonẽ ad gratificandũ compositũ, neq; ad parcendũ illis quasi infirmis, sed contrariũ. Magnus enim & doctorum pudor fuisset, superfluúmq; fuisset onus. Vide breuẽ epistolã nihil abundans habere, neq; epicheremata, neq; syllogismos, sed imperium. Erat enim legislatio spiritus. Sæpe vocant onus. Et iterum: Congregata multitudine

Universidad de Deusto
Biblioteca

multitudine reddiderunt epistolã. Post epistolam etiã ipsi sermonibus exhortãtur. Nã & hac re opus erat, vt & ita omni suspicione liberẽtur. Et ipsi, ĩquit, quũ essent prophetę, sermonibus multis exhortabãtur fratres. Ostendit hîc fidelitatẽ illorum. Potuisset enim & Paulus, sed hos decebat. Cõmorantes autẽ ad aliquantũ tempus, dimissi sunt cũ pace. Non iam seditio, nec auersio. Hîc mihi videtur, quòd ipsi dexteras acceperint, sicut ipse inquit: Dexteras dederũt
Galat. 2. b mihi & Barnabę cõmunionis. Posteà dicit, quòd nihil mihi cõtulerunt. Sententiam enim illius confirmarunt, laudarunt illam, & admirati sunt. Ostendit quòd etiã humanis rationibus liceat hoc cõspicere, & non solùm à spiritu, quia peccarãt peccatũ correctu difficile. Huiusmod enim nõ egẽt spiritu. Ostendit quòd alia non necessaria, sed superflua, siquidẽ hæc necessaria. Ab his si cõseruaueritis vosipsos, bene facietis, inquit. Ostẽdit quòd nihil illis desit, sed hoc sufficiat. Potuissent certè & absque literis, sed epistolã mittunt, ita vt sit lex scripta. Et iterum, ita vt credant legi, & illis dicebãt. Et illi hoc faciebãt, ac cũ pace. Porrò ne offendamur propter hæreticos: vide enim in principio prædicationis quãta offendicula, nõ dico ea quæ ab his qui foris. Hæc enim nihil erant, sed quæ intus: vtpote primum Ananias, deinde murmur, posteà Simõ magus, mox illi qui accusabãt Petrũ propter Corneliũ. Accessit illis fames. Super hæc omnia istuc ipsum vt caput malorũ. Impossibile enim est bonũ aliquid fieri, quin simul etiã pullulet malũ. Itaq; ne turbemur, si quidam offenduntur, sed & pro his gratias agam⁹ deo, quia clariores nos efficit. Etenim non solæ afflictiones, sed etiã tẽtationes clariores nos reddũt. Si enim nullus esset deceptor veritatẽ inuadens, nõ foret vehemẽs & feruidus veritatis amator. At illi quum multi abstrahant, valde clarescit. Quid igitur? propter hoc fiunt offendicula? non dico quòd deo hoc faciẽte, Absit, sed quòd ille etiam per illorũ maliciam benefaciat nobis, alioqui
Ioan. 17. b nunquã fieri voluisset. Da illis, inquit, vt vnum sint. Postquam autem fiunt scandala, nihil nocet illis, sed etiã prodest. Sicut etiam hi qui ad martyriũ trahunt, vel nolẽtes martyribus prosunt. Non certè à deo ad hoc impelluntur: sic vtiq; & hoc loco. Ne videamus quòd offendãtur plerique. Hoc enim indicium est, dogma esse eximiũ, si multi simulent ac imitẽtur: nõ enim nisi bonũ esset, simularent: & hoc iam faciam vobis manifestũ. Vnguenta quæ fragrantia sunt, habent multòs qui ea adulterẽt: nullus autẽ simulatione exprimere conabitur eũ qui improbè agit, sed eũ qui singulari vita clarus est. Quid ergo respõdebim⁹ gentib⁹? Venit enim gẽtilis ac dicit: Vellẽ fieri Christianus, sed nescio cui adhæream, multæ inter vos sunt pugnæ, seditiones ac tumultus, nescio quod dogma eligã, quod præferã: singuli dicunt, Ego verũ dico. Cui credã nescio, quum ego scripturarum sim ignarus, & illi vtrinq; idẽ prætexunt. Sanè hoc multùm pro nobis: nam si quidẽ diceremus nos rationib⁹ credere, merito turbareris, sed quũ scripturas accipim⁹, & illæ simplices sunt ac veræ, facilè tibi fuerit iudicare. Si quis illis cõsentit, Christian⁹ est: si quis contra illas pugnat, procul est ab hoc canone. Quid igitur si veniẽs ille dicat, hoc habere scripturã: tu autẽ aliud dicas, aliter scilicet enarrãdo scripturas, mẽtem illarũ pro te trahens? Tu igitur dic mihi, mẽtém ne habes & iudiciũ? Et quomodo possem, inquit, nesciens iudicare vestra? Discipulus fieri vellẽ: tu autẽ me doctorẽ facis. Si hæc dicat, quid respondendum inquit, quomodo illi persuadendũ? Interrogabimus, an hoc illi cauillũ sit? item nũ condemnet gentiles? Omnino aliquid dicet. Non enim suis nõ condẽnatis, ad nos diuertet. Rogabimus quã ob causam sua condẽnet. Non enim temerè condẽnat, manifestũ quòd dicet, eo quòd creaturę sunt, & nõ incõditus deus. Igitur hoc quidẽ inuenies apud alias hæreses: contrariũ autẽ apud nos. Quam ob causam? Omnes fatemur Christũ deũ. sed videamus vtri hoc oppugnent. Nos dicẽtes deũ: digna deo etiam loquimur, quòd potestatẽ habeat, quòd nõ sit seruus, quòd liber sit, & à se omnia faciat. Ille autẽ contrariũ. Iterũ rogo: Si medicinã discere velles, nũ obiter & vt euenit quæ dicuntur, suscepturus esses, tametsi multa apud illos sint dogmata? Certè non est viri accipere simpliciter omnia quæ audit: at si iudicium habueris ac mentẽ, omnino quod bonũ est, scies. Filiũ dicim⁹ nos, & verè dicimus. Illi autẽ dicunt quidẽ, sed non fatẽtur. Vt autẽ manifestius dicã: Illi habent quosdã à quibus appellẽtur, prout enim hæresiarchæ nomẽ, ita & secta vocatur. Nobis autem nullus vir nomen dedit, sed fides ipsa. Porrò cauillũ est ac prætextus. Quare enim? dic oro: si quidẽ empturus vestẽ, quãuis artis textoriæ imperitus sis, hęc verba non dicis? Nescio emere, illudunt mihi, sed facis omnia ita vt discas. Etiã si quid aliud emere vis, omnia facis, & curiosẽ inquiris: hîc autẽ hęc dicis, quasi ꝓpter hanc rationẽ nihil suscepturus sis. Sit autẽ quis nulli omnino dogmati addict⁹, si etiã ille dicat, id quod tu de Christianis dicis? Tãta multitudo hominũ est, & varia habent dogmata: nã ille quidẽ Ethnicus est, alius autẽ Iudæus, & iterũ alius Christianus, nullũ dogma amplecti oportebit, quia inter se pugnãt. Ego discipulus sum, & iudex esse nolo, nullumq; dogma condẽnare potero. Non iã ille prętextus locũ habet: nã quemadmodũ potuisti adulterinũ refutare, ita poteris etiã huc veniens quódnã vtile sit probare: nã ille quidẽ nullo dogmate condemnato facilè hoc dicet: qui autẽ condẽnarit, etiamsi non valde eximius sit: si pergat, poterit videre quánam re op⁹ sit. Itaq; ne cauillemur, ne prætextus quæramus. Hæc enim facilia sunt. Vis tibi ostendã, quòd hæc prętextus sint? Scis quæ facienda, & quæ nõ faciẽda? quare igitur faciẽda nõ facis, sed ea quæ non facienda? Fac illa & recta ratione quære à deo, & ille tibi omnino reuelabit.
Sup. 10. d Nõ est personarũ acceptor, inquit, deus, sed in omni gẽte, qui timet illũ, & operatur iusticiã, acceptus illi est. Nõ est possibile, quòd is qui absq; acceptione ꝑsonarũ audit, nõ persuadeatur. Nã sicut si regula esset, secundũ quam omnes dirigi oportebat, nõ multo opus prętextu, sed malè metientẽ facilè deprehẽderem⁹: ita & nũc. Quomodo igitur nõ videt? Multa facit etiã imaginatio humanæq; causæ. Hoc etiam de nobis, inquit, illi dicũt. Quomodo? Nunquid scimur ab ecclesia? nũ hæresiarchas habemus? nũ ab hominibus cognomẽ habemus? nũquid nobis dux quidẽ est, sicut illi Marcion, & illi Manichæus, huic Arius, alteri verò alius hæreseos dux? Quòd si & nos agnominationẽ cuiusdã sortimur, sed nõ vt ab hæresiũ principibus, sed vt ab his qui præsunt nobis, & gubernãt ecclesiã. Nõ habemus doctores sup terrã, absit, vnũ habemus in cœlis. Et illi, inquit, eadẽ prætexũt. Sed assistit nomen accusans illos, & obturans nomina.

nomina. Multi fuerunt gentiles, & nullus hæc rogauit. Et apud philosophos erãt hæc, & nullus prohibitus est eorũ qui hæresim rectam habent. Quare non dixerunt, quãdo hæc mouebant, quia & hi & illi Iudæi: cui oportet nos credere? sed crediderunt sicut oportebat. Igitur & nos credamus diuinis legibus, & omnia faciamus prout illi placet, vt cũ virtute præsente vita transacta, bona quæ diligentibus illũ promissa assequi valeamus, Gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul ac spiritui sancto sit gloria, imperium, honor, nũc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Paulus autem & Barnabas versabantur Antiochiæ, docentes & euangelizãtes cũ aliis multis sermonẽ domini. Post aliquot autem dies dixit Paulus ad Barnabam: Agè conuertamur, & visitemus fratres per singulas ciuitates, in quibus annunciauimus sermonẽ domini, qnomodo habeant. Homil. XXXIIII.

Vide iterum, quanta humilitate cum aliis sermonem cõmunicant. Et iam quidem reliquorum apostolorũ consuetudinẽ descripsit Lucas, ostendens ꝙ vnus quidem tenerior, & ad condonandũ propensior: alter autẽ exactior & austerior. Varia enim sunt dona. Quòd autẽ & hoc donum sit, sed illud quidẽ aliis hominũ moribus congruit: hoc autẽ aliis: & si commutentur, inutilia futura sunt. Et videtur quidẽ esse exasperatio: omnia autẽ singulari dispensatione contingunt, ita vt vnusquisq; congruum locum sortiatur, quod & factum est. Et aliter: Etiã oportebat non oẽs in ęquali honore esse, sed alium quidẽ præesse, aliũ verò subditum esse, & hoc suã dispensationem habet. Nam Cyprij nequaquã se tales exhibuerant, sicut Antiocheni & reliqui. Et alij magis opus habebãt tenerioribus, alij vero seueritate. *Barnabas autem volebat simul assumere & Ioannẽ qui vocabatur Marcus: Paulus verò volebat, vt is qui ab illis d. fecerat à Pamphylia, & non ierat simul ad opus, ne simul assumeretur. Facta est igitur exacerbatio, ita vt separarẽtur alter ab altero. Et tunc Barnabas assumpto Marco nauigaret in Cyprũ, Paulus verò allecto Sila egressus est, & traditus gratiæ dei à fratribus.* Sic & in prophetis inuenim⁹ varias sentẽtias, & varios mores. Erat Helias auster⁹, Moses verò mitis. Et hic quoq; asperior est Paul⁹: sed vide etiã hoc loco illius mansuetudinẽ. Volebat, inquit, vt is ꝙ defecerat ab illis à Pãphylia, ne simul assumeretur. Sic dux quidã belli nõ vellet baiulũ semper esse sordidũ, & inter lixas: Ita neq; apostol⁹. Hoc etiã alios docuit, & illũ emẽdauit. Dicet igitur quis: Malè igitur fecit Barnabas? Minimè. Quũ & valde absurdũ putare hoc esset. Et quomodo nõ absurdũ, ob rẽ paruã dicere illũ malũ? Sed vide, quia primum quidem malum nullum fuit, si contenti saluis gentibus, auulsi sunt alter ab altero, sed etiã magnum bonum, quoniã nisi hoc fuisset, haud facilè relicturus fuisset alter alterũ. Tu autẽ admirare hunc, ꝙ neq; hoc celarit: sed dicis, quanuis illos separari oportuerit, id tamen sine exacerbatione fieri debebat. Itaq; maximè hinc ostenduntur humana: nam quum in Christo hoc oportebat fieri, multò magis hîc. Et aliter: Exacerbatio nõ fuerit mala, quando pro talibus vnusquisq; contendit, idq; iusta cum ratione. Itaq; si quis illorũ exacerbatus, quod suũ, & quod in suam gloriã quęsiuisset, bene: si autem vterq; volebat docere & instituere, & hic quidem hanc, ille autẽ aliam viam ingressus est: quale hoc fuerit crimẽ? Multa etiam humana ratione faciebant. Non enim fuerunt lapides, vel ligna. Et vide Paulũ etiam accusantem, & causam dicentem: Reuerebatur enim Barnabam præ magna modestia, vtpote quia in talibus sibi cõmunicarat, & cũ ipso fuerat, sed nõ sic reuerebatur, vt ꝓpterea quod oportebat curare, negligeret. Vter igitur melius consuluerit, non est nostrũ pronunciare, sed ꝙ magna fuerit dei ordinatio, quandoquidẽ hi quidẽ secundam visitationẽ assequuti sunt, illi autem nullam. Non simpliciter cõmorati sunt in Antiochia, sed docebant. Quid docebãt, quidnã euangelizabant? alios quidem esse fideles, alios verò nõdum: nam plurima oriebantur offendicula, propter quæ opus erat ipsorum præsentia. In hac quæstione audiendum, non ꝙ diuersi fuerint in sententiis, sed ꝙ alter alteri morẽ gessit: vnde ex discessione maius bonum fuit, & res hinc occasionẽ sumpsit. Quid igitur? Inimicine inter se discesserũt? absit. Vides enim ꝙ Barnabas posteà multùm à Paulo in epistolis celebratur. Exacerbatio, inquit, facta est, nõ inimicicię, neq; contẽtio. Tanta autem fuit exacerbatio, vt separarentur. Et meritò: nã vterq; studebat esse bonæ frugis. Hoc posteà non accidisset propter cõmunionem cũ illo. Mihi videtur etiã discrtè separatio illa facta, & quod inter se dixerint: Quoniam ego non volo, nec tu vis, ne pugnemus, distribuamus ꝓuincias: & ita sibi inuicẽ multùm cedẽtes hoc fecerunt. Volebat enim Barnabas nõ deiici quod à Paulo erectũ. Idcirco & secessit. volebat similiter & Paulus nõ infirmare quod illi visum. Eapropter & ipse idem facit ac secedit. Vtinã & nos tales secessiones faceremus, & sic ad prædicandũ abiremus. *Paulus verò electo Sila egressus est, traditus gratiæ dei à fratribus.* Admirabilis est hic vir, & valde magnus, plurimúmq; profuit Marco pugna hæc. Seueritas enim Pauli cõuertit illũ: benignitas verò Barnabæ fecit, ne porrò relinqueretur. Et ita certant quidẽ, ad vnum autẽ finẽ tendebat vtilitas. Etenim videns Paulũ velle diuelli, valde territus est, & condẽnauit seipsum. Et iterũ videns Barnabã sic sibi opitulantem, valde illum dilexit, corrigebatũrq; discipulus præceptorum pugna: tantũ abfuit, ne offenderetur. Etenim si hoc propter honorẽ suiipsorũ fecissent, meritò offensus fuit: quũ autem propter alterius salutẽ, & propter vnum contendunt, ita vt declaretur eum, qui illum honorarit, bene consuluisse: quid absurdũ? Vide sapientiã Pauli, non prius transit ad alias ciuitates, priusquam eas quæ acceperant verbũ, visitasset. *Perambulabat autem Syriam ac Ciliciã confirmans ecclesias. Peruenit autẽ & Derben ac Lystrã.* Etem insipiẽtiæ est temere currere. Hoc & nos faciamus: Primos primùm instruamus, ne illi sint impedimento posterioribus. Visitemus, inquit, fratres, quomodo habeant. Et hoc ignorabat meritò, vt veniẽs fratres inuisat. Vide illũ semper alacrem solicitũ esse, nõ desidẽ sedere, tametsi plurima ferret pericula. Vides nõ formidinis fuisse, in Antiochiam venisse? Etenim vt medicus ad ægrotantes abit. Etiã necessitatẽ visitationis manifestauit, dicens: In quibus annunciauimus verbũ. Recesit Barnabas, & nõ vltra simul profectus est. Assumpto, inquit, Sila, & traditus gratię dei. Quid hoc est? Orauerunt, inquit, rogauerunt deũ. Vide vbiq; orationem fratrum magna posse, & nunc pedes ambulabat, & in itinere videre volentibus proderat. Meritò: nam quando festinabant, nauigabant: nunc autem non item. *Et ecce discipulus quidã erat illic nomine Timotheus, filius mulieris*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iudææ fidelis, patris autẽ Græci, qui testimoniũ habebat à fratribus in Lystris & Iconio: hunc iussit Paulus secũ egredi, & assumptũ circuncidit illũ propter Iudæos qui erant in locis illis. Sciebãt enim omnes quòd pater eius Græcus erat. Dignũ est vt obstupescamus Pauli sapientiã, qui tantopere pugnauit propter circuncisionẽ, qui oĩa mouerat, & nõ prius destitit, q̃ correxisset confirmatũ dogma. Circuncidit discipulũ, non solũ alios non prohibet, sed etiã ipse hoc facit, & ita omnino ad vtilitatẽ spectabat, & nihil cũ animi præcipitatione agebat. *Hunc voluit*, inquit, *secũ egredi.* Mirabile hoc q̃ & illum assumit, propter Iudæos, inquit, qui erant in illis locis. Hæc est causa circuncidẽdi: Non enim ferebant audire verbũ ab incircũciso. Et cur? Vide opus: Circũcidit vt circuncisionẽ tollat. Dogmata enim prædicabat apostolorũ. Vides pugnã, & per pugnã ædificationẽ, non per alia impugnãt, sed etiã ipsi cõtraria faciunt: ita ecclesiã ædificabãt, dogma afferebãt nõ circũcidendi, & circũcidit. *Et abundabant numero quotidie.* Vidisti vtilitatẽ circuncisionis? Deinde nõ diutius moratur in illis locis. Visitandi enim gratia aderat. Sed quid vltrà procedit. *Cùm autem transirent per ciuitates, tradebant eis seruanda decreta, quæ erant constituta ab apostolis & presbyteris, qui erãt in Hierusalem. Itaque ecclesiæ cõfirmabãtur fide, & abundabãt numero quotidie. Quũ pertrãsissent autem Phrygiam & Galaticam regionem, prohibiti sunt à spiritu sancto, ne loquerentur sermonem in Asia. Relicta Phrygia & Galatia in mediterraneã festinãt. Vt autem venerunt per Mysiam, tentarunt in Bithyniam proficisci, & nõ permisit illos spiritus.* Quare igitur prohibiti fuerũt? Nõ dicit: q̃ aũt, phibiti fuerint dicit, docẽs nos quærere solũ, & nõ inquirere causas. Et ostẽdens q̃ multa etiã humano more faciebãt. *Vt autem transierũt Mysiam, descenderunt in Troadem, & visio per noctem apparuit Paulo. Vir quidam erat Macedo, stans, & obsecrans illum ac dicens, Transiens in Macedoniam, iuua nos.* Quare visio, & spiritus sanctus nõ prohibuit? Voluit illos etiã sic attrahere, alioquin & sanctis non est ratũ videre visiones. Et ab initio ipse visionẽ viderat. Virũ ingressum & imponentẽ sibi manus, posteà propter hoc illũ trahit illuc, vt diffundat prędicationẽ. Etiã propter hoc prohibetur morari in aliis ciuitatibus, Christo ipsum vrgente. Nã hi quidẽ fruituri erãt Ioanne multis tẽporibus, & forsan non multũ habebant opus. Illum autẽ abire oportebat, & in diuersum posteà transiẽs proficiscitur. *Vt autẽ visionẽ vidit, statim quæsiuimus proficisci in Macedoniã, certi facti, quòd aduocarit nos dominus ad euangelizandum illis. Vt autem soluimus à Troade, recto cursu venimus in Samothracen, & sequenti die Neapolim, & inde Philippos, quæ scilicet est prima Macedoniæ ciuitas colonia: Eramus autem in illa ciuitate conuersantes diebus aliquot.* Hic illi etiam Christus apparet, dicens, Quia Cæsari oportet te asisti. Deinde dicit etiã locos, vtpote historiã narrans, & ostendens vbi moram traxerit, indicátq; q̃ diutius in maioribus ciuitatibus, alias autẽ præterierit citius. Dignitas ciuitatis est esse coloniã. Sed iterũ videamus quę dicta sunt: Necessitatẽ Barnabæ iniungit, dicens, Visitemus ciuitates in quibus annunciauimus sermonẽ, quũ non oportuerit rogare illũ, quem postea accusaturus erat. Hoc autẽ & de deo ac de Mose legimus: hic quidem rogat, ille autẽ irascitur, vt quãdo dicit, Nũ pater eius spuit in faciẽ eius? Et iterũ, Dimitte me, & iratus delebo populum hunc. Et Samuël quãdo luget Saülem. Per vtrunque enim magna bona fiũt. Ita sanè & hic ille quidẽ iracura.

Num. 12. d
Exod. 32. b
1. Reg. 15. g

scitur, sed non iste. Hoc etiã apud nos fit. *Et exacerbatio.* Meritò, vt ille instruatur, & ne videatur fabula esse quod agitur. Non enim qui vbique cedit, hic non cessisset, & qui sic Paulũ dilexit, vt etiam anteà quæsierit illũ in Tarso, & adduxerit illũ ad apostolos, & cõmunem fecerit eleemosynam, & quod ad dogma attinet, cõmuniter susceperit. Itaq; non propter hãc rem iratus fuisset, sed seperãtur alter ab altero, vt sic erudiant & perfectiores reddãt per suam separationem, eos qui doctrina ipsorũ habebant opus. Quẽadmodũ ergo & alibi facit, dicẽs, Vos autem ne defatigemini bonum faciẽtes. Et increpat quidẽ alios, iubet autẽ benefacere erga oẽs. Hoc etiã consuetudo habet. Hîc mihi vidẽtur etiã alij simul indignati esse Paulo. Et posteà seorsum etiã illis acceptis omnia facit, & admonens, & exhortans. Multum potest concordia, multũ charitas, etiamsi pro re magna roges, etiamsi indignus sis, propter propositũ audieris, ne time. Perãbulabat itaq; ciuitates, & ecce erat discipulus nomine Timotheus, qui testimoniũ habebat à fratribus in Lystris ac Iconio. Magna fides Timothei, quia ab omnibus testimoniũ habet. Quãdo discedit Barnabas, aliũ illi conferẽdum inuenit. De hoc inquit, Memor lachrymarũ tuarum, & fidei tuæ nequaquã simulatæ, quæ sanè fuit primũ in auia tua Loide, & matre tua Eunice. Et assumptũ illũ, inquit, circuncidit. Quare autẽ ipse addit, dicẽs, Propter Iudæos qui erant in locis illis, propterea illũ circuncidit, vel etiã propter patrem. Gẽtilis igitur quũ esset, mansit. Igitur non erat ex circuncisione. Vide iã legem solui. Quibusdã autẽ videtur post prædicationem illum natũ esse. Sed forsan hoc non est. Ab infantia eñ, inquit, sacras literas nosti. Igitur illud est dicendũ, vel si non hoc, quia futurus erat episcopus, & non decebat incircuncisum esse. Iam gẽtibus nihil tale seruandũ. Neq; hoc parum erat, vbi scilicet post tantum tempus hoc illos offendebat. Initiũ destructionis erat, q̃ gentes hæc non seruabant, & nihil incommodabantur, neque minuebantur in fide, voluntariè enim posthac desistebant. Igitur prædicaturus, ne dupliciter verberet Iudæos, circuncidit illum, quãuis ex dimidio esset: natus enim est ex patre gentili, matréq; fideli. Attamen quia magnũ erat opus hoc quod inter gentes, non curabat illud. Sermonem enim oportebat dispergi, propter hoc & ipse illũ circuncidit. Vide etiã hoc loco magnũ quiddam fieri, dum sibi contraria videtur facere, & quod factum bonũ? & abundabãt numero, inquit. Vide q̃ non solùm nihil nocuit circuncisio, sed etiam plurimùm profuit. Vt autem visionẽ vidit, statim, inquit, quæsiuimus proficisci in Macedoniam, certi facti, q̃ aduocarit nos deus. Vide q̃ iam non per angelum monetur, sicut Philippus & Cornelius: Sed quomodo? Per visionem apparet illi, aliquãtò humanius, & non iam diuinius. Nam ibi quidem facilius creditur, & humanius apparet, illic autem violẽtius ac diuinius. Nam vbi quidem solùm vt prædicaret festinauit, ad hoc sommium apparet ei: vbi verò nõ permittitur prædicare, ibi spiritus reuelat. Sic & illic Petro, Surge, descende. Non enim facilia operatur spiritus, sed sufficit illi somnium. Quin & Iosepho facilè credenti somnium apparet, aliis verò visio. Ita & Cornelio, & illi ipsi. Et Ecce, inquit, vir Macedo, stans, obsecrans, ac dicens. Non dixit imperans, sed obsecrans: hoc est, pro illis qui indigebant hac cura.

Heb. 12. a
Supr. 16. a
2. Tim. 1. b
Supr. 10. b

cura. Quid est συμβιβάζοντες, hoc est, coniectãtes & certiores facti. Nã quia Paulus & nullus alius vidit, & q̃ prohibitus est à spiritu, & q̃ apud terminos erant: ex his omnibus hæc collegerunt, quid faciendum. Et aliter: Etiã nauigatio hoc declarabat. Non enim erat multum temporis ex quo in illam radicẽ Macedonię venerãt. Et ita exacerbatio illa inter eos vtiliter facta esse comprobatur. Alioqui spiritus sanctus nõ sic operatus fuisset, nec Macedonia sermonem suscepisset, tãtusq; profectus: Signum ex eo, q̃ non humanũ quiddam factum, quanuis etiam non dixit, q̃ Barnabas exacerbatus sit, sed inter eos fuit exacerbatio. Si hic nõ exacerbatus est, nec ille. Hæc sciẽtes, oro ne simpliciter hæc eloquamur, sed discamus & doceamus: nõ enim temerè scripta sunt. Magnum malũ est ignorare scripturas, si à quibus vtilitatem capere oportebat, ab his incommodamur. Ita & remedia sæpe naturã habentia curatiuam nesciẽtibus his qui vtuntur bene vti illis, corrũpunt ac pessundãt. Et ab armis quib⁹ se quis posse tutari, si nullus sit qui rectè circũponat, damnum accipi potest. Causa autẽ est, quia omnia magis quærimus q̃ animæ vtilitatem, & aliena magis consideramus q̃ nostram vtilitatem. Et domum quidem vt consistat sæpe quærimus, & non ferremus videre illam vetustate vel tẽpestate subuersam vel collapsam. De anima autẽ nulla est cura, sed licèt fundamenta eius videamus putrefieri, & structurã ipsam, & ædificium: nullam tamen eius rei habemus rationẽ. Iterum armẽta habentes, quid illis prosit quærimus, & equis suos pastores ac medicos, & omnia bene prospicimus. Et domos curamus, & de concreditis admonemus. Ita vt nõ simpliciter neq; temerè abigamus, neq; onus imponamus, neq; intempesta nocte educamus, neq; alimenta vẽdamus, & apud nos sunt multæ leges de bestiis curandis, de anima autẽ nullus est sermo. Iterũ quid dico de bestiis quæ nobis vtiles? Sunt multi qui passeres nullam vtilitatem habentes pascant, sed solùm delicias, & multæ etiam de illis leges, nihilq; omittitur vel negligitur. Et omnia magis curamus q̃ nosipsos. Sic omnibus sumus ignobiliores. Et si quis per contumeliã nos dicat canes, dolemus: nos autẽ quãdo nosipsos cõtumelia afficimus, non verbo, sed opere, haud tantã adhibemus diligẽtiã animæ quãtã canibus, & nihil graue nos ferre putamus. Videtis quãtis cũcta tenebris plena sunt? Quot sunt qui curant canes, ne plus q̃ par est impleantur, & ita vt efferi præ fame & esurie venentur, seipsos autem non curant: & ita docẽt non deliciari, vt & bestiæ philosophiam discant: seipsos autem permittunt in ferinã sæuiciã degenerare. Aenigma dixisse videor. Nã vbi sunt animalia philosopha? An non videtur tibi esse magnæ philosophiæ, quãdo canis qui mordet prę fame, postquã in venatione arripit & venatur, à præsenti esca abstinet, & mẽsam vidẽs propositã, etiã fame vrgẽte expectat dominũ? Erubescite à vobisipsis, docete vẽtres vestros vt sint philosophi. Nulla vobis defensio est, qui potest indere naturę brutę, quę neque loquitur neq; rationẽ habet, tantã philosophiã, multò magis potest sibiipsi. Quia enim diligẽtię humanæ est, & nõ naturę, oporteret alioqui omnes canes hoc habere, fiatis saltẽ sicut canes. Vos me cogitis inde similitudines afferre. Oportebat eñ à cœlestibus. Quoniã autẽ si dixero tale quid, dicitis, q̃ illa magna sunt, propter quod nihil dico cœleste: Et si dixero Paulũ, dicetis q̃ ille apostolus fuerit: si dixero hominẽ, dicetis q̃ ille potuit: Propter hoc neq; hominẽ dico, sed bestiam. Et bestiam quæ hoc nõ habet à natura, ne dicatis q̃ natura, & non electione hoc fecit. Et hoc profectò mirabile, q̃ non sua electione, sed tua diligentia: non q̃ fatigata, non q̃ cursu dilacerata, non q̃ suis laboribus apprehendit cõsiderat, sed omnibus illis foras missis, domini præceptum seruat, & ventre fit superior. Etiam inquit, expectat enim laudari, expectat maiore frui mẽsa. Dic igitur & tibiipsi, q̃ canis spe futuræ voluptatis præsentem contemnit, tu autem non vis spe futurorum bonorum, præsentia despicere: sed ille quidem scit q̃ si intempestiuè & secus q̃ domino placet alimẽtum degustat, etiam illo priuatur, & neq; constitutos cibos accipit, sed plagas pro alimento. Tu autem neq; hoc potes videre, & id quod à consuetudine didicit ille, hoc tu per rationẽ tuam non corrigis. Imitemut canes. Hoc dicuntur facere & Aquilę & Accipitres. Et sicut se gerunt canes in feras & capreas: ita illæ in volucres, & idipsum ab humana institutione. Hæc nos condẽnare possunt. Hæc nos trahere. Dicam & aliud, Equos agrestes & indomitos apprehensos, licèt recalcitrent ac mordeant, in tam breui tempore ita periti erudiunt, vt eques ex cõposito incessu, insidens oblectetur. Animã autem, quum absq; ordine graditur, nullus curat, sed & saltat & calcitrat, & humi trahit, sicut puellus, & multa fœde agit, & nullus illi adhibet psalides & retinacula pedũ, & frẽnos, neq; insidet perit⁹ eques, Christũ dico. Propter hoc omnia confusa sunt. Nam quia etiam canes doces imperare ventri, & furorẽ in leone domas, & ferociã in equo, doces etiã loqui aues: quomodo nõ absurdum brutis naturis rationalia indere operatiin rationalem autem, brutorũ ingenia & affectiones introducere? Nulla nobis est venia. Oẽs qui bene agunt, nos accusant, tam fideles q̃ infideles. Nã & infideles bene agunt, & bestiæ, & canes, & non soli homines, sed & nos nosipsos accusabimus, quando quidẽ voluerimus bene agere. Si autẽ ignaui fuerimus, exsibilabimur. Etenim qui excellenter mali sunt, multi sæpe quia voluerũt mutati sunt. Causa autẽ hæc quã dixi, Quia obãbulamus quærentes quæ nostra sunt, nõ quæ proximorũ. Si domum extruxeris magnificam, domus vtilitatẽ, nõ tuam vidisti: si equum bonũ curaueris, similiter. Nullus sollicitus est, vt sit anima bona: quanuis vbi hæc bona fuerit, non est illis opus: si autẽ non, neq; ex illis vtilitas est. Sicut & de sponsa dicitur, licèt thalami sint ex velaminibus aureis, etsi assunt chori mulierũ pulcherrimarum, etsi rosæ ac corollæ, etsi spõsus pulcher sit, etsi ministrę, etsi amicæ, etsi omnes decentes sint, illa autẽ deformitate plena, nulla vtilitas: sicut neq; damnum, si illa pulchra sit, ex illis. Quin & contrarium est, nam si deformis est, ab illis deformior apparet, ab istis autẽ pulchrior fieret. Ita certè etiã anima habet, quando pulchra est, non solũ non opus habet illis, sed etiam obumbrat pulchritudo illius. Philosophũ enim non sic videmus in diuitiis, vt in paupertate fulgentẽ, nã illic quidẽ multi opibus adscribũt virtutem, & quia non indiget pecuniis. Quando autem in paupertate agit, & per omnia clarescit, & nihil turpe admittit, iã nulla corona afferri potest eiuscemodi. Hanc igitur ornem⁹, si quidẽ voluerim⁹ ditari. Quæ vtilitas, quãdo mulæ quidẽ albę sunt, & pingues ac obesę: tu au-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem insidens,macer,scabiosus es,ac deformis? Quæ etiam vtilitas,si lecti quidem molles,& variè ornati: anima autē pānosa,nuda ac deformis? Quod lucrū, quando equus quidē cōpositè ambulat,& saltanti q̄ gradiēti similior est,& cū saltatione ornatus mundo nuptiali,insidēs magis claudicet claudis,& ebriis,& insaniētibus,distortisq; sit pedibus ac manibus? Dic sanè mihi,si quis tibi daret equū bonū & corpus vul neratum,quæ vtilitas?Nunc animā distortā habes,& nō est tibi curæ.Curemus nosipsos aliquando,obse cro,oro,ne nos exhibeamus ignominiosiores ac fœ diores q̄ illi sunt,& siquidē verbis cōuicia in nos ia ctet quis,mordemur ac dolemus,re autē ipsa nosip sos cōtumelia afficim⁹ & nō cōuertimur.Respiscamus vel tardè,vt possimus etiā animę magnā curam faciētes,& virtutē amplexātes,æterna bona assequi, Gratia & misericordia dñi nostri Iesu Christi, cum quo patri simul ac spiritui sancto gloria,imperiū,ho nor,nunc & semper,& in secula seculorum, Amen.

Die autem sabbatorū,egressi sumus ciuitatem ad flumē vbi putabatur oratio esse, & sedentes loquebamur mulieribus quæ conuenerant.Et mulier quædam, nomine Lydia, purpurarum venditrix,ex ciuitate Thyatiris,cuius cor dominus aperuit, vt attenderet his quæ dicebantur à Paulo. Homilia. XXXV.

VIde iterum Paulū Iudaizantem,temporisq; ac loci rationem habētem. Vbi putabatur, inquit,oratio esse.Non enim solū vbi synagoga erat,sed etiā foris precabantur,ita vt locum se gregarent, qm̄ crassiores erant Iudæi. Die autē sabbatorū,quando verisimile erat & turbam concursu ram. *Et sedentes loquebamur mulieribus quæ conuenerant.Et mulier quædam,nomine Lydia,purpurarum vēditrix, ex ciuitate Thyatiris,colens deū audiit, cuius dominus aperuit cor vt attenderet his quæ dicebantur à Paulo.* Vide iterum,vt est alienus à fastu. Mulier & humilis ista. Et manifestū ab arte,sed vide quāte sapiētię fuerit.Principiò quidē datur ei hoc testimoniū,q̄ coluerit deum. Deinde q̄ ipsa vocarit apostolos.*Vt autē baptizata est illa & domus illius,obsecrauit,dicens:Domini mei, si iudicatis me fidelē deo esse,ingressi in domū meam manete,& coegit nos.* Vt autē baptizata est,inquit,illa,& domus illius.Consi dera quomodo omnibus persuasit. Deinde vide sapiētiā quomodo blādè loquatur apostolis,quāta hu militate plena sint verba.Si iudicatis me fidelē dño. Nihil contēptibile in his.Quē nō mollirēt hæc verba?nō rogauit simpliciter, nō permisit dominos esse,sed & coēgit valde. Hoc em̄ est coēgit nos, id est, his verbis.Vide quomodo statim fructū facit,&ma gnum lucrū putat vocationem. Quòd autem fidelē iudicaueritis, manifestū ex eo q̄ concredidistis mihi talia sacramenta, quæ nequaquam tradidissetis si me iudicassetis indignam.Et nō ausa fuit anteà vocare,q̄ baptizata fuit,manifestū faciens,q̄ non aliter persuasisset. Quare autē Paulus & sui primùm non assenserunt, ita vt etiā cogerentur? vel q̄ illam pro uocabant ad maiorem alacritatem, vel quoniā dixit Christus,In quamcūq; ciuitatē ingressi fueritis,quis sit dignus interrogate,&illic manete. Atq; ita omnia singulari dispēsatione fiunt. Factū est autē euntibus nobis ad orationē,vt puella quædā habens spiritum Pythonis occurreret nobis,quę quæstū magnū præ stabat dominis suis diuinādo.Hæc subsequuta Pau lum ac nos clamabat dicens, Isti homines, serui dei altissimi sunt,qui annunciāt nobis viā salutis.Quid? Nunquid & dæmon hęc loquebatur,& Paulus pro hibuit?& ille malignè agebat & hic prudenter. Vo luit enim hunc non esse dignū fide.Si enim admisis set illius testimonium Paulus,multos etiā fideles de cepisset,vtpote ab illo approbatus. Propterea susti net quę per se dicūt, vt finē illi faciat.Et ipse permis sione quadā vsus ad illius interitum. Igitur primùm quidē admisit Paulus,& respuit, non volens simpli citer iniicere signis.Vbi autē perseuerauit hoc dice re diebus multis,& opus mōstrabat:Hi homines,in quit,serui dei altissimi sunt, qui sanè annunciant no bis viam salutis.Tunc præcepit illi vt exiret, *Sed mo lestè ferēs Paulus & conuersus,spiritui dixit, Præcipio tibi per nomen Iesu Christi,vt exeas ab ea,& exiit in illa hora.Videntes autem domini eius,quòd actum esset de spe quæstus sui,apprehensum Paulum ac Silam traxerunt in forum ad principes, & offerentes eos magistratibus,dixerunt: Hi homines turbarunt ciuitatem nostrā,quum sint Iudæi,& annunciarunt mores,quos non licet nobis suscipere,neque seruare quū simus Romani.* Vbiq; malorum causa pecuniæ. O Paganorū inhumanitatē, vt augeant pecuniā, puellā à dęmo niis vexari volunt. Arrepto Paulo & Sila dixerūt,in quit:Hi homines turbarunt ciuitatē nostram.Quid nam fecerunt?Quare igitur antehac non attraxistis? Iudæi,inquit,quum sint.Ita nomē cauillabantur. Et annunciāt nobis mores quos nō licet nobis suscipe re,neq; facere quum Romani simus.Maiestatis læsę crimen dicūt. Et simul insurrexit turba contra illos. O inconsiderantiam,nō exquisierūt, neq; commu nicarūt sermone,quāuis tanto miraculo facto, ado rare oportebat vt seruatores ac benefactores habe re:nam si pecunias volebatis,quare his diuitiis inuē tis,non accurristis?Posse dęmones abigere clariores reddit, q̄ ipsis credere, Ecce & hîc signa, sed pecu niarū cupiditas plus valuit. *Et militū principes disruptis vestibus suis,iusserunt eos virgis cædi,cúmque multas plagas eis imposuissent,coniecerunt eos in carcerem, præcipientes custodi carceris, vt diligenter custodiret eos.* Itaque Paulus quidē totum fecit,& miracula & doctrinam,periculorum autem & Silas particeps fuit.Quid est,molestè ferēs Paulus?Malicia,inquit,dæmonis visa, sicut ipse alibi dicit: Non enim illius versutias ignoramus. Quare non dixerunt, q̄ dæmonem eiecerunt, q̄ in deum impiè egerunt, sed maiestatis læsæ crimen faciunt, vnde & victos se declarant. Ita & de Christo dice bant:Nō habemus regem,nisi Cæsarem.Omnis qui seipsum regem facit,contradicit Cæsari. *Et coniecerūt illos,*inquit,*in carcerem. Magnus furor. Qui quum tale præceptum accepisset,coniecit illos in interiorem carcerem, & pedes illorum diligenter asseruauit ad lignum.* Vide,& ille iterum in interiorem carcerem illos coniecit. Et hoc singulari dispensatione cōtigit.Quoniam enim ma gnum miraculum erat futurum, idoneus locus ad auditorium ille qui extra ciuitatem iudicatur,liber à tentationibus ac periculis. Vide vt historiæ scriptor illorum studia enumerare nō erubescit:Vtpote quū esset ocium magis auscultabant his quę dicebantur, & neq; ciuitas ista Philipporum magna erat.Hęc sa nè scientes & nos,neminem erubescamus. Apud co riarium manet Petrus,apud purpurariā Paulus, Vbi fastus? Igitur deum oremus vt aperiat cor. Deus au tem aperit corda quæ volunt, est enim & excæ cata corda videre. Sed videamus iterum quæ di cta sunt: *Mulier,*inquit,*purpurarum venditrix cuius dominus aperuit cor,vt attenderet his quæ dicebantur à Paulo.*

Itaque aperire dei est,attendere autem illius, & ita erat

Euc.10.a. b

erat diuinū ac humanum. Vt autē baptizata est, in quit,obsecrauit,dicens:Si iudicaueritis me. Vide, & baptizatur,& accipit apostolos cū tanta supplicatione,multo maiore q̄ Abrahā.Et nō dixit vllā aliā cōiecturā,sed illud per quod seruata fuit. Non dixit,si magnā mulierem,si piā iudicaueritis me. Sed quid? fidelem domino.Si domino,multò magis vobis,nisi dubitetis.Et non dixit apud me, sed in domū meam manete,ita vt ostendat hoc cū magna faciendū alacritate.Reuera fidelis mulier.Dic oro mihi, quis hic est dæmō?Deus,inquit,Pythō.A loco sic dicitur.Vi des q̄ & Apollo dæmon est?Et quoniam volebat in tētationes illos iniicere, atq; ita magis manifestauit exacerbare & dicere, O sceleste & sceleστissime. Si igitur scis,q̄ viā salutis annunciant, quur non egre deris cedēs:sed id quod Simō volebat,dicens: Date mihi vt cui imposituero manū, accipiat spiritū sanctū. Hoc & ille faciebat.Quoniā vidit clarescere, etiam hoc loco simulat. Hac ratione expectabat se relīqui in corpore,q̄ hæc prædicaret. Si autem de homine dictū,q̄ nō est pulchra laus in ore peccatorū, multò magis de dæmone.Si ab hominibus testimoniū non accepit Christus,neq; à Ioanne,multò minus ab dę mone.Hoc enim prædicare non hominū, sed spiri tus sancti est. Quoniam igitur arrogātius faciebant clamātes,clamore obstupefieri putarūt,dicentes:Hi homines turbant nostrā ciuitatem.Quid dicis? per suades dęmoni?quare nō& hic ille dicit,Filij dei ex celsi? Tu dicis q̄ turbant nostram ciuitatem, ille di cit q̄ annunciant vobis viam salutis.Tu dicis,tradūt nobis mores quos non licet suscipere.Vide illos ne que dæmoni auscultantes, sed vnā auariciā scilicet spectātes.Traxerūtq; illos, inquit, in forū ad princi pes,& simul insurrexit turba contra illos. Vide illos nō respōdere,neq; defensionē dare vt maiore digni miraculo fiāt.Quādo enim,inquit,infirmor,tūc po tēs sum.Sufficit tibi gratia mea,potētia mea in infir mitate perficitur. Ita etiā ob mansuetudinē admira biles erant.Quātò diligētior custodia fuit,tantò mi raculū clarius:forsan seditionē illic voluerunt seda re,quoniā videbant turbā assistentē, & plagis quidē furorē iam sistere volebāt.Quia autē in carcerē con iiciunt,& præcipiunt diligenter seruandū,volebant causam audire.Et diligēter asseruare voluit in ligno, quasi dicat quis, in neruo. Quātis lachrymis ,psequi oportet præsentis seculi statū?Illi quidem passi sunt, quęcūq;scilicet passi sunt,nos autē in deliciis,nos in spectaculis. Vnde & perim⁹,& submergimur,remis sionē & oblectamenta vbiq; sectantes, & neq; pati mur, vel ,pbro, vel sermone aliquo propter Christū cōtristari. Horū exemplorū oro cōtinuā habeamus memoriā,quāta passi sint,quāta sustinuerīt,quomo do non turbati sint,quomodo non offensi sint. Dei opus faciebāt,& hęc patiebātur.Non dicebāt,Quur hoc prædicamus,& non affert nobis præsidiū deus? Verū & per hoc illis proderat,& absq; præsidio con stātiores ac fortiores reddebat.Tribulatio,inquit,su stinentiā operatur.Obsecro igitur ne fluxā & remis sam quæramus vitā:nam quemadmodū hîc duplex bonum,q̄ & fortes fiunt,& magna sunt præmia: Ita illic duplex malum,& q̄ molliores efficiuntur, & q̄ in nullo bono sed in malo versantur. Nihil enim in utilius fuerit homine, qui omne tempus in deliciis & remissione cōsumit.Vir enim, inquit, non proba tus,etiā reprobus.Reprobus nō in his certaminibus, sed in aliis omnibus.Desidia res inutilis est,& in ip sis deliciis nihil ita fructu carens, vt delicatè agere. Habet enim suā satietatē,neq; tanta alimentorū,ne que remissionis voluptas est,sed omnia friuola fiunt ac diffluunt. Agè ne inquiramus hanc.Si enim cōsi derare voluerimus vter suauius agat, qui laborat, & in ærumnis viuit,vel qui in deliciis versatur,illū ma gis inueniemus:nam primò, corpus quidē eius qui talis est,enerue & ineptū est:deinde & sensus corpo ris non sunt tā synceri ac sani, sed molles ac langui di:vbi autem illi nō sunt, neq; sanitatis voluptas ap paret.Quis equus vtilis est, is qui in deliciis, vel qui exercetur?Quæ nauis,eáne quæ nauigat,vel quæ in littore manet?Quę aqua,eáne quę fluit vel quę stat? Quod ferrū,an quod mouetur, vel quo nemo vti tur?nōne illud quidē splendet ac argento simile est: hoc autē rubigine cōsumitur,& vbiq; inutile est, ac etiam aliquid suæ materiæ amittens?Tale quiddā fit etiā in ociosa anima. Rubigo enim quædam appre hendit illā, & consumit splendorem ac alia omnia. Itaq; quánam re detergetur rubigo illa? Cotę tribu lationū.Illæ vtilem facient animam,& ad omnia ac cōmodā. Quomodo enim poterit affectiones scin dere,acie hebetata & quasi plūbea esset,flexili?Quo modo diabolū sauciabit? Cui autem non est onero sus homo aqualiculū pinguissimum parās, & quasi belua marina trahēdus?Nō loquor de his qui natura sunt tales,sed de his qui ex delicata vita,corpora sua effecerunt talia. Oritur sol,& claros vbiq; diffundit radios, excitat singulos ad opera. Agricola arrepto ligone egreditur, faber ferrari⁹ suos folles apprehē dit,& singuli opifices quod sibi cōgruit, & inuenies vnumquenq; sua instrumēta in manus sumere.Mu lier fusum vel cōtexta. Ille autem quasi porci statim à matutinis horis ad pascēdum ventrem egreditur, quærēs vt mēsam præsumptuosam instruat, tametsi hoc solùm sit brutorum, primo mane pasci,quoniā ad nihil vtilia sunt quàm ad mactandum. Illa autem quæ dorso gestāt, & operibus apta, etiā ipsa à noctu ad opus egrediuntur.Hic autē à lecto surgit, Sole iā totū implente forū,& omnibus labore satiatis. Surgit autē sese distēdens, sicut sus ipsa quæ impinguatur,optima diei parte in tenebris cōsumpta.Deinde sedet longo tēpore in lecto,præ hesterna crapula inuenire vestes & alia nō valens, & cōsumpta magna parte in illis, tū seipsum comit ac ornat, & procedit turpitudinis spectaculum,nihil habēs hominis, sed omnia quæ sunt bestiæ,in humana forma apparens, oculi lippiunt,vinū os olet,misera anima quasi in lectum coniecta,ob varietatē ciborum sine modo in fusorum,pondus carniū circunferens sicut elephas: tandē veniēs sedet in locis,dicit,facitq; talia, vt me lius esset illum adhuc dormire quàm vigilem esse.Si pericula grauia denūciātur,quauis puella trepidior fit:si vtilia,puello quouis laxior ac mollior est.Vult⁹ eius oscitationibus plenus est,omnibus adhæret qui volunt malè agere,& si nō ipsis hominibus,certè il lorū affectionibus.Et ira talē facilè excitat, & cōcu piscētia,& inuidia, & omnia. Omnes adulātur,om nes ministrant, molliorem quàm est facientes ani mam,&quotidie prodit cū insigni quadā noui mor bi accessione. Vbi in rerū inciderit difficultatem,ci nis & puluis fit,& nihil ei fericæ vestes prosunt.Hæc à nobis nō sine causa dicta sunt, ne quis dissolutè & inutiliter viuat. Ociū enim & voluptas ad operatio

Python.

Supr.8.d

2.Cor.12. c

Ibidem.b

2.Co.2.c

Ioan.19.c

Universidad de Deusto Biblioteca

nes inutiles,ad gloriã ſolum,& ad delicias reſpiciũt.
Quomodo nõ omnes talẽ condemnabũt,& dome-
ſtici,& amici,& cognati? Quis autẽ nõ iuſtus dicet,
Onus hic eſt terræ, fruſtra aduenit in mũdum talis,
immò non fruſtrà, ſed in malum ſui capitis,in dam-
num propriũ,in detrimentum aliorum? Quid igitur
videtur dulcius,hoc enim nũc quæritur, ocio & fe-
riatione?Et quid fœdiꝰ homine, qui nõ habet quod
operetur,quid laborioſius,quid miſerius: nõne hoc
plurimis vinculis deterius? toto die in foro quotidie
oſcitare & ſpectare homines prętereũtes. Animę eñ
natura eſt,vt ſemꝑ moueatur & quieſcere nequeat.
Deus hoc animal condidit operationibus deditũ,&
ex natura eius eſt operari,& præter naturã eius, eſſe
ocioſum:ne ab ægrotãtibus cauſam probemus,ſed à
re ipſa experimentũ capiamus. Nihil vacatione mo-
leſtius,nihil ocio. Ideo neceſsitatem operãdi indidit
nobis deus. Omnia enim ab ocio damnũ accipiunt.
Etenim & oculus & os & venter,& vnũquodq; mẽ-
brorum niſi quod ſuũ eſt operetur,in extremum in-
cidit morbũ. Hoc autem maximè in anima eſt: nam
ſicut ociũ mala res eſt,ita & operatio quæ non con-
gruit. Sicut enim ſi quis nõ comedit, dẽtibus nocet:
ita qui comedit quæ nõ accõmoda, ſtupere illos fa-
cit:Ita ſanè & hoc loco,ſi vel nõ operatur,vel opera-
tur quæ non cõuenit. Igitur vtrunq; fugere ſtudea-
mus,& ociũ,&opus ocio deterius. Et quod eſt illud?
auaricia,ira,inuidia,& reliquę affectiones,ab his va-
cemus,vt æterna nobis bona promiſſa cõſequamur.
Gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti,
cui cum patre ſimul ac ſpiritu ſancto ſit gloria, &c.

*Media autẽ nocte Paulus ac Silas orãtes,laudabãt deũ,&
audiebant illos vincti. Repẽte autẽ terræmotus factus eſt ma-
gnus,ita vt mouerẽtur fundamẽta carceris. Apertæ ſunt autẽ
ſtatim ianuæ,& omniũ vĩcula ſoluta ſunt. Homil. XXXVI.*

QVid illis animabus conferendũ?Multis pla-
gis acceptis flagellati ſunt, cõtumeliis affe-
cti ſunt,extremè periclitati ſunt, in neruum
coniecti ſunt,inq; carcerẽ interiorẽ,& neq; ſic dor-
mire poterant,ſed tota nocte vigilant. Videtis quan-
tum bonũ ſit afflictio?nos autẽ & in mollibus lectis,
& metu territi,totas noctes dormimus,fortaſſis pro-
pterea inſomnes mãſerunt, quoniã in periculis fue-
runt. Nũquid ſomni tyrãnis illos cepit?nunquid do-
lor inflexit? nunquid metus conſternatos reddidit?
Atqui hæc quæ illos excitabant alacresq; faciebant,
etiã magna voluptate implebãt. Media autẽ nocte,
inquit, orantes laudabant deũ, audiebant autem il-
los vincti. Nouũ enim videbatur eſſe ac admirabile.
*Repentè autẽ terræmotus factus eſt magnus,ita vt cõmouerẽ-
tur fundamenta carceris,apertæ autẽ ſunt ſtatim oẽs ianuæ,&
omniũ vincula ſoluta ſunt.* Terræmotus factus eſt,ita vt
cuſtos è ſomno excitaretur,& ianuæ apertæ ſunt, vt
factũ fieret mirabile. Hæc vincti nõ videbãt,alioqui
fugiſſent oẽs. *Experrectus autem cuſtos carceris,vidẽs aper-
tas ianuas carceris,arrepto gladio ſeipſum interẽpturus erat,pu-
tans effugiſſe vinctos:clamauit autẽ voce magna Paulus, di-
cens,Nihil mali tibiipſi feceris,omnes enim hic ſumus.* Admi-
ratus magis eſt humanitatẽ Pauli, obſtupuit fortitu-
dinẽ,quia & fugere quũ poſſet,nõ fugit,& ſe à cæde
ꝓhibuit. *Petito autem lumine, irrupit ac tremefactus proci-
dit ante Paulũ & Silã,& dixit,Domini, quid me oportet fa-
cere,vt ſaluus fiã?* Vidiſti quãta illũ cepit admiratio? *Illi
autẽ dixerunt,Crede in dominũ Ieſum Chriſtũ, & ſeruaberis
tu ac omnis domus tua,& loquuti ſunt illi ſermonẽ domini &*
A *omnibus qui in domo eius erãt.* Quia ſtatim loquuti ſunt
ei,declararunt miſericordiã erga illũ. *Et aſſumptis illis
in eadem hora noctis lauit à plagis, & baptizatus eſt ipſe &
omnes qui illius erãt continuò. Et quum perduxiſſet illos in do-
mum,appoſuit menſam,& exultauit cũ tota domo, credẽs deo.*
Abluit eos redditurus illis gratiã, & honorãs eos ꝓ-
pter ea quę fecerãt. *Die autem facto miſerunt militũ prin
cipes lictores,dicentes,Dimitte homines illos.* Cognouerant
fortaſſe factũ,& nõ audebant per ſeipſos dimittere.
*Annũciauit autem cuſtos carceris ſermones Paulo,dicens,Mi-
ſerunt militũ principes vt dimittamini.nũc igitur egreſſi ite in
pace.Paulus verò dixit ad illos.Cæſos nos publicè,indicta cau-
ſa,homines Romanos coniecerunt in carcerem, & nunc clàm
nos eiiciunt?Non profectò, ſed veniant ipſi, & educant nos.
Annunciauerũt autem militũ principibus lictores verba hæc,
& timuerunt,quum audiſſent Romanos eſſe.Et egreſſi oraue-
runt illos,& eductos rogabãt vt egrederentur è ciuitate.egreſſi
B autem è carcere,intrauerunt ad Lydiam,viſiſq; fratribus, ex-
hortati ſunt eos & profecti ſunt.* Etiã principibus militũ
denunciantibus Paulus nõ exit, forſan propter Ly-
diam & alios fratres,vel etiã terret illos,ne putentur
digni eſſe qui perirent:Et vt etiam alios cõfidentio-
res facerent. Triplex delicti crimẽ erat,ꝙ Romanos,
& non audita cauſa, & publicè cõiecerant in carce-
rem. Vides ꝙ etiam multa humano more agebant.
Exquiramus ad illam noctẽ noctes noſtras. Ibi con-
uiuia, & ebrietates, & libidines. Ibi ſomnus nihil à
morte differens,ibi vigiliæ ſomno moleſtiores: nam
alij quidem dormiunt ita vt nihil ſentiãt; alij autem
vigilant miſerabiliter ac miſerè,ſeruos percutiendo,
pro pecuniis curas gerendo, cogitando vt vlciſcan-
tur eos qui ſe læſerant,inimicicias meditando, ver-
C ba contumelioſa per diem obiecta enumerando, &
ita ignem iræ ſuccendendo,intolerabiliáq; faciẽdo.
Conſidera quomodo Paulus dormiuit, mirè & ſin-
gulari diſpenſatione hoc factum fuit: Angelus enim
aderat, & nullũ oportebat videre quod factũ erat.
Iam antẽ & hoc bene factum, quod prohibetur cu-
ſtos carceris ſeipſum occidere. Et quare non aliud
miraculũ factum?quia hoc ſufficiebat ad illiciẽdum
illum,quod niſi eueniſſet, etiã ipſe in periculum ve-
niſſet. Nõ enim ita trahunt miracula vlla, vt ea quæ
ad ſalutem noſtrã attinẽt. Et ne videatur à ſeipſo fa-
ctus terræmotus,& naturalis, ſequutum eſt hoc te-
ſtimonium quod illud confirmet. Et in nocte appa-
ret:Nihil enim ad oſtentationẽ,ſed omnia ad ſalutẽ
aliorum faciebant. Non erat malus carceris cuſtos.
Coniecerat illos in interiorem carcerẽ, mandato ſic
D accepto,& nõ à ſeipſo. Et quare non anteà clamauit
Paulus? Tumultu ac turbatione plenus erat homo,
&non ſuſcepiſſet verba. Idcirco vbi vidit illũ ſibiipſi
mortem velle conſciſcere,prœoccupat ac clamat,di-
cens. Omnes ſumus hic. eapropter & petito lumine
irrupit & procidit ante Paulum ac Silam. Ad pedes
vincti cadit cuſtos, & præmittit illos foras,ac dixit:
Quid mihi faciendum eſt vt ſeruer? Quídnam di-
xerunt?Vide illũ, non ob hoc diligere,quia ſeruatus
erat,ſed quia virtutẽ obſtupeſcebat. Vidiſti quid illic
factũ,& quid hîc?Illic puella liberata eſt à ſpiritu, &
in carcerem cõiecerunt illos ꝙ liberauerunt illam à
dæmonio. Hîc ſolum monſtrarunt portas carceris
apertas,&aperuit portas cordis illius. Soluit vincula
duplicia. Accẽdit illic lumẽ,nã & in corde illius lux
fulſit. Et irrupit ac procidit. Nec interrogauit, Quo-
modo hoc factum eſt? Sed ſtatim dicit, Quid mi-
hi faciendum

hi faciendũ eſt,vt ſeruer?Quid igitur Paulus?Crede
in dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum, & ſeruaberis
inquit,tu,ac domus tua. Maximè hoc homines con-
ciliat,ꝙ etiã ſua domus liberanda ſit. Et loquuti ſunt
ei ſermonẽ,& omnibus qui in domo illius. Lauit il-
los & ablutus eſt. Illos quidẽ à plagis abluit,ipſe autẽ
à peccatis lotus eſt. Aluit & paſtus eſt. Exultauit,in-
quit,quãuis nihil erat,ſed verba ſolum & bona ſpes.
Hoc ſignũ erat, ꝙ ipſe credidit, ſe ab omnibus libe-
ratum. Quid carceris cuſtode peius?quid crudelius?
quid ferociꝰ?attamẽ cũ multo illos honore ſuſcepit,
& lætatus eſt, nõ quia ſaluatus eſt, ſed quia credidit
deo. Crede,inquit,in dominũ. Idcirco dixit,Qui cre
didit deo. Et ne videatur quaſi reus ac peccator pe-
rire,propterea dicunt: Cæſos nos publicè,& indicta
cauſa cõiecerunt in carcerẽ,vt nõ ſolum gratiæ, ſed
etiam ipſorũ ſit opus. Vide vt varia diſpenſet gratia.
Quomodo ille egreſſus eſt, quomodo hic, tametſi
vterque apoſtolus. Timuerũt, inquit, ꝙ Romani eſ-
ſent,nõ ꝙ iniuſtè cõieciſſent in carcerẽ. Et rogaue-
rũt illos vt exirẽt ex ciuitate. Hanc gratiã petiuerũt.
Illi autẽ,vt venerũt ad Lydiã, & cõfirmauerũt illam,
ſic tandẽ profecti ſunt. Nõ enim hoſpitem illam di-
mittere oportebat in agone & ſolicitudine. Egreſſi
autẽ ſunt nõ illis obtemperantes,ſed ad prædicatio-
nem feſtinãtes, vtilitate per hoc miraculũ ſufficiẽte
ciuitati data. Nõ eñ vltrà oportebat ibi manere. Et-
enim miraculum magis clareſcit,vbi abierint illi qui
ipſum operati ſunt. Et fides cuſtodis carceris ꝓ voce
erat. Quid huic par? ligatur & ſoluit. Ligatus ſoluit
duplici vinculo, eũ qui ligauit ſoluit per hoc ꝙ liga-
tus eſt. Reuera hæc gratię opera ſunt:Nũc igitur,in-
quit, egreſſi ite in pace, hoc eſt, cũ ſecuritate,nihil
timẽtes. Et aliter:Et hũc extra periculũ volũt fieri,ne
poſt hæc accuſetur. Et nõ dicunt,Cęſos nos cõiece-
runt in carcerẽ, quia miracula operati ſumus. Neq;
enim illa attendiſſent, ſed quod maximè illorũ mẽ-
tes cõcutere potuit:Indicta cauſa,inquit,& quũ Ro-
mani ſimus. Semper memores ſimus huius cuſtodis
carceris,& nõ miraculi. Quid dicẽt Gẽtiles,quomo-
do quũ eſſet vinctus,perſuaſit vinciẽti? Et quem di-
cit perſuaderi oportebat,num ſceleſtũ hominem &
miſerum,& non habentẽ mentem,innumeris malis
plenũ,& facilè adducibilẽ? Addunt & hæc, Quis il-
le vel coriarius,vel purpurarũ venditrix,Eunuchus,
cuſtos carceris?Serui & mulieres crediderũt. Quid
igitur dicere poterũt,quãdo & eos qui in dignitati-
bus cõſtituti ſunt,adducemus,Cẽturionẽ, ꝓcõſulẽ,
eos qui ex illo vſq; in hũc diẽ,ipſóſq; imperatores ac
reges?Ego autẽ aliud dico,quod hoc maius eſt. Illos
contẽptiores videamus. Et vbi,inquit, hoc miracu-
lum?Profectò miraculũ eſt. Nam ſiquidem crederet
quis de rebus vulgaribus,non eſſet miraculũ: quan-
do autẽ de reſurrectione,de regno cœlorum,de vita
philoſophi,popularibus loquitur quis &perſuaſerit,
mirabilior erit,q̃ ſi ſapiẽtibus perſuaderet. Quando
enim non eſt periculũ & perſuaſerit quis, bene inſi-
pientiã in mediũ afferũt. Quando autẽ dixerit quis
ſeruo ſicut tu es,Si credideris mihi periclitabere,om
nes hoſtes tui erunt,oportebit te mori, & innumera
mala ferre, & deinde ceperis animam illius, neuti-
quam hoc erit inſipientiæ:nã ſi hæc dogmata volu-
ptatẽ habuiſſent,meritò quis hoc dixiſſet. Si autẽ id
quod nõ didicerunt philoſophi,ſeruus diſcit,vtique
magnum eſt miraculũ. Et ſi placet coriarium illum
A in medium afferamus,& videamus quid illi narrarit
Petrus:vel ſi vis,illũ hunc carceris cuſtodem. Quid
igitur illi dixit Paulus?Chriſtus reſurrexit,inquit. Eſt
reſurrectio mortuorũ,eſt regnum, & perſuaſit facilè
credulo. Quid igitur,de vita nihil dixit?dixit vtique,
ꝙ temperatè viuendum,ꝙ pecuniis imperandum,ꝙ
cauenda crudelitas,ꝙ propria danda aliis: nunquid
& de his perſuaderi erat paruæ ſapientiæ, & non ma
gnæ animæ?Eſto autem ꝙ illi dogmata per inſipien-
tiam recẽperint,vitam ita philoſophicam agere,nũ-
quid inſipientiæ fuerit?Atq; ita quantò inſipientior
eſt cui perſuadentur ea quæ neq; philoſophi philo-
ſophis perſuadere potuerunt, tantò maius ſit mira-
culum, maximè autem quando & mulieres ac ſerui
perſuadentur,& operibus id declarãt ea quæ Plato-
nes & oẽs illi perſuadere nequiuerũt. Et quid dico,
B ꝙ nulli perſuaſerint,quũ neq; ſibiipſis? Quòd enim
Plato non perſuaſum habuit contemnendas pecu-
nias,hinc habes,ꝙ tantas facultates,aureoſq; annu-
los,ac phialas poſſedit. Item vanã gloriam non eſſe
expetendã,Socrates qui omnia faciebat ad gloriam
ſpectans,neutiquam oſtendit. Et ſiquidem illius ſer-
mones noti eſſent vobis, lõgum ſuper ea re mouerẽ
ſermonẽ, & oſtenderem multã apud illum eſſe iro-
niam,ſiquidem credendũ eſt his quę diſcipulus eius
de eo dicit,&quomodo à vana gloria,omnes eius li-
teræ argumentum habent?At illis relictis, nobiſipſis
loquamur. Nam cũ his quæ dicta ſunt,etiam hoc eſt
dicendũ,quia & cum periculis hæc perſuadebãtur.
Ne igitur impudens ſis, ſed cogita illã noctem, ner-
uos,hymnos. Et hoc ſtudeamus etiam nos facere, &
aperiemus nobis non carcerẽ,ſed cœlum. Si oraue-
C rimus,& cœlũ aperire poterimus:Elias etiam clauſit 3.Reg.17. & 18.a
ac aperuit cœlũ oratione. Eſt etiam in cœlo carcer.
Quæcunq; ligaueritis in terra, erunt ligata in cœlo. Matt.16.c
Oremus per noctem,& ſoluemus hęc vincula. Nam Luc.18.a
ꝙ preces peccata ſoluãt,perſuadeat nobis vidua,per- Ibid.11.a
ſuadeat nobis ille amicus,qui intẽpeſta nocte perſe-
uerat ac pulſat:perſuadeat nobis Cornelius. Oratio- Supr.10.a
nes tuæ,inquit,& eleemoſynæ tuæ aſcẽderunt corã
deo. Perſuadeat nobis Paulus,dicẽs, Quæ autẽ vera 1.Tim.5.a
vidua eſt,& ſolitaria,ſperauit in deũ,& adhęret pre-
cibus die ac nocte. Si de vidua ille hęc dicit de infir-
ma muliere,multo magis de viris. Et iã dixi,& nunc
dico, Excitemur nocte, etiãſi non multas preces fa-
cias,vnã fac cum ſobrietate & ſufficit, nihil amplius
peto, etiãſi nõ ſit media nox, ſaltem ſub ipſum dilu-
culum. Oſtende ꝙ non corporis ſolum eſt nox, ſed
D etiã animæ. Ne ſinas illam ocioſè tranſire,ſed da do-
mino hoc donum,immo & ipſum ad te redeat. Dic
enim oro,ſi in graues incidiſſemꝰ facultates, quẽ nõ
rogaremus:ſi forſan petitionis cõpotes fieremus,re-
ſpiramus. Quis tibi daret, vt paratꝰ ſit is qui rogatur
ad habẽdũ tibi gratiã,quod rogas? Quid tibi daret,
ne obãbules & quæras quẽ nam roges: ſed inuenias
paratũ? Ne aliis opus habeas per quos roges,vt per
illos preceris. Quid hoc maius?Hic enim tũc maxi-
mè facit,quãdo nõ alios rogamus,ſicut amicus ger-
manus,& nos tunc maximè obiurgat quaſi nõ fida-
mus illius amicicia,quando alios oramus qui ꝓ no-
bis ad illũ intercedant. Ita etiam nos facimus, quan-
do aliqui nos rogant, tunc potiſſimũ illis largimur,
quando per ſeipſos & non per alios nos acceſſerint.
Quid igitur,inquit, ſi offenderĩ? Ceſſa offendere, &
lachrymas funde,& ita accede, & ſtatĩ in primis in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uenies illũ propicium. Dic ſolùm, offendi, dic ex animo & pura mẽte, & ſoluta ſunt omnia. Nõ adeò cupis dimitti peccata tua, ſicut ille cupit peccata tua dimitti. Quod enim nõ cõcupiſcis tu, cogita, quia neque vigilias ſuſcipis, neq; pecunias effundis: ipſe autẽ vt dimittat peccata noſtra, vnigenito ſuo nõ pepercit, germano eiuſdẽq; ſolij ac poteſtatis filio. Vides q; ipſe magis cõcupiſcit dimittere peccata tua? ne ſegnes ſimus, ne moras nectamus. Miſericors eſt ac bonus, ſolũ occaſionẽ illi demus, idq; ne nos inutiles fiamus ac ocioſi, quãuis & abſq; illa abſolueret, ſed ſicut nos multa in miniſtris noſtris formamus & cõponimus, ita & ipſe multa in noſtrã facit ſalutem.

Pſa. 94.a Præoccupemus faciẽ eius in cõfeſſione, quoniã bonus eſt ac ſuauis & miſericors. Si autẽ nõ inuocaueris ex veritate, neq; volueris ex corde loqui, Dimitte, ſed ex ore, quid ille faciet? Quid eſt in veritate inuocare? Cũ electione volũtatis, cũ alacritate, cũ mẽte ſyncera: ſicut de vnguentis dicunt, verũ eſſe, ſi nihil habet adulterinũ, ita & illic reuera illũ inuocat: & qui reuera illũ inuocat, tã diu aſſidet, nec deſiſtit, donec aſſequatur. Qui autẽ obiter defungitur, & ſic legem implet, nõ inuocat in veritate. Quiſquis ergo fueris, ne dic, Peccator ſum ſolũ, ſed etiã da operã, vt ab hac exiſtimatione te liberes: nec dic ſolum, ſed & dole: ſi doles, operã adhibes: ſi nõ doles, operam non adhibes: ſi nõ doles, ſubſannas. Quis dicens ægroto, non facit etiam omnia vt liberetur à morbo? Magna

Luca 11.b arma ſunt preces. Si vos, inquit, ſcitis bona dona dare, multò magis pater veſter. Quare nõ vis accedere? amat te: plus omnibus poteſt. Et vult & poteſt. Quid ,phibet? nihil. Igitur accedamus cũ fide, accedamus dona afferẽtes quę vult, vltionis obliuionẽ, benignitatem, manſuetudinem. Et ſi peccator fueris, cum fiducia ab illo petes peccatorũ remiſſionẽ, qui poteſt oſtendere tibi ipſi, q; hoc tibi cõceſſum ſit. Sin iuſtus fueris, & non habes vt ab vltione deſiſtas, nihil profuerit. Nõ eſt poſſibile, q; homo qui dimiſerit proximo, non plenã remiſſionẽ aſſequatur. Incõparabiliter magis miſericors eſt deus q̃ nos, hoc omnibus manifeſtũ eſt. Quid dicis? Si dixeris, iniuria affectus fui, irã domui, furoris vim pertuli propter tuũ præceptũ, non dimittet etiã ille? omnino vtiq; dimittet. Et ita ſi purificauerimus animã ab vltionis cupiditate, ſufficiet nobis ad hoc vt audiamur, & cũ ſobrietate & multa ſedulitate orem°, vt obtẽta ab eo copioſa miſericordia, bona promiſſa conſequamur, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cũ quo patri ſimul ac ſancto ſpiritu ſit gloria, imperiũ, honor nunc & ſempet, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Cap. XVII Tranſierunt autẽ per Amphipolim & Apoloniã, & venerunt in Theſſalonicã, vbi erat ſynagoga Iudæorum. Pro more autem ſuo Paulus intrauit ad illos, & per ſabbata tria loquebatur illis de ſcripturis, aperiens & allegans quòd Chriſtũ oportebat pati, & reſurgere ex mortuis, & quòd hic eſt Chriſtus Ieſus, quem ego annuncio vobis. *Homilia XXXVII.*

NEterum paruas ciuitates trãſeunt, & ad maiores feſtinant, vnde quaſi ex fontibus quibuſdam, in vicinas diuulgandus ſermo. Pro more autẽ ſuo intrauit Paulus in ſynagogã Iudęorũ,

Supr. 13.g quãuis dixerat, Conuertimur ad gentes: non relinquebat illos, magno enim amore ,ſequebatur eos.

Rom. 9.d Audi enim illũ dicentẽ, Fratres, expectatio quidem cordis mei, & oratio ad deum pro Iſraël eſt, vt ſeruetur, & oraui anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis. Faciebat autẽ hoc propter promiſſionẽ dei ac gloriam, & ne offendiculum eſſet gẽtibus. *Et ſabbata tria loquebatur illis de ſcripturis, aperiens & allegans, quòd Chriſtũ oportebat pati, & reſurgere ex mortuis. Et quòd hic eſt Ieſus ille Chriſtus, quẽ ego annũcio vobis.* Vides q; ante omnia paſſionẽ prędicat. Sic de illa non cõfundebãtur, ſed prędicabãt vt ſalutarẽ. *Et quidã ex illis crediderũt, & adiuncti ſunt Paulo ac Silæ, Et religioſorũ Græcorũ multitudo magna, mulieréſque primariæ non paucæ.* Summam dixit ſermonum, alienus ab omni ſuperfluitate, non vbique conciones totas dicendo. *Zelo autem commoti Iudæi increduli, & aſſumptis quibuſdam forenſibus viris malis, & turba coacta concitauerunt ciuitatem. Et vrgentes domum Iaſonis, quærebãt illos vt ducerent ad plebem. Nõ inuentis autẽ illis, traxerũt Iaſonem & fratres quoſdã ad principes ciuitatis, clamãtes: Hi qui orbem terrarũ concitarunt, huc quoq; venerunt, quos hoſpitio excepit clàm Iaſon. Et hi omnes contra decreta Cæſaris faciunt, regem aliũ dicentes eſſe Ieſum.* O accuſationẽ. Iterum accuſant violatę maieſtatis, & reipublicæ. Dicentes, inquit, regẽ aliũ eſſe Ieſum. *Concitauerũt autem turbã & principes ciuitatis audientes hæc, & accepta ſatisfactione à Iaſone & à cæteris, dimiſerunt illos.* Admirabilis erat vir ille, dimiſit illos, & periculo ſe expoſuit. *Fratres autẽ ſtatim per noctem emiſerunt ſimul Paulum & Silam in Berrhœam. Qui quum adueniſſent, intrauerunt in ſynagogam Iudæorum. Hi autem qui erant generoſiſtimi Theſſalonicenſium, qui receperant verbum cum omni alacritate quotidie diiudicantes ſcripturas, num hæc ita ſe habeant.* Generoſiſimi inquit erant, hoc eſt, humaniſſimi. Et vide non ſimpliciter, ſed cũ diligentia ſcrutabantur ſcripturas. Hoc enim eſt diiudicantes, volebant enim & à ſeipſis certiſsimã perſuaſionem habere de paſsione. Iam enim crediderãt. Itaque multi ex illis crediderunt, etiam Græcę mulieres honeſtę, & non pauci viri. *Vbi autem cognouerunt Theſſalonicenſes Iudæi, quòd et in Berrhœa à Paulo annũciatum eſſet verbum dei, venerunt, & illic concitauerunt turbas: ſtatim autem tunc Paulũ emiſerunt fratres, vt iret velut ad mare, manſerunt Silas & Timotheus illic.* Vide illum & cedentẽ & vrgentẽ, & multa humano conſilio faciẽtem. *Porrò qui proſequebantur Paulũ, duxerunt illũ vſque ad Athenas, & accepto mandato ad Silam & Timotheum vt quàm celerrimè ad illũ veniant profecti ſunt.* Videamus autẽ iterũ quæ dicta ſunt: Per ſabbata tria, inquit, loquebatur illis, aperiẽs ex ſcripturis. Bene, quãdo vocabãt, hoc & Chriſtus faciebat, multũ de ſcripturis diſſerens, & nõ ſem per ſigna faciens. Quoniam enim illi aduerſabãtur, & eum vt impoſtorem & incantatorem calumniabantur, ideo & ipſe de ſcripturis diſſerit. Qui enim ſolis ſignis attentat perſuadere, meritò ſuſpectus eſt. Qui autẽ ex ſcripturis perſuadet, non venit in eam ſuſpicionem. Et vbique inuenimus illum doctrinis perſuadere. Sed & quum in Antiochia doceret, congregata eſt ad ipſum ciuitas. Ita magnum quoddam etiam hoc eſt, & non paruum ſignum, ſed verè valde magnum. Et ne putent quòd ipſi poſſent totum, permittit illos deus expelli. Duo enĩ inde prouenie-

bant, nẽpe quòd quaſi depoſiti non ſuperbiebãt, & iterum quòd neq; vt rei terrebantur, ita etiã ſingulari ordinatione vocabãtur. Religioſorum Græcorũ, inquit, magna multitudo, & Græcarum mulierũ crediderunt, etiam viri non pauci. Illi autem contrà faciebãt. Quomodo autẽ dicẽs, Vt nos ad gentes, ipſi autem ad circunciſionẽ, loquitur Iudæis? Hoc ex ſuperabundantia faciebat. Quoniã ſi Iudæis loqui nõ

oportebat

Galat. 2.b oportebat, quomodo dicebat iterũ, Qui enim cooperabatur illi in circunciſione, cooperatus eſt & in me gẽtibus. Quemadmodũ enim & illi gentibus loquuti ſunt, quãuis ad circunciſionẽ ſegregati: ita & hic. Et quãuis amplius hos curabat, non tamen illos negligebat, ne videãtur diuiſi eſſe. Et quomodo, dicet quis, prius ad ſynagogas ingreditur? Græcis perſuadebat per Iudæos dum Iudæis loquitur. Sciebat enim q; hoc ad gẽtes cõciliandas multùm valebat.

1.Tim. 2.d Idcirco dicebat, Quoniã ego gentiũ ſum apoſtolus. Et epiſtolæ illius oẽs cõtra Iudæos pugnant. Quòd Chriſtum, inquit, oportebat pati. Si pati oportebat, omnino & reſurgere, multò magis mirabile hoc q̃ illud. Si enim illũ qui nihil iniuſtè egit morti expoſuit, multò magis ſuſcitauit illũ. Iudęi autẽ increduli, aſſumptis forẽſibus quibuſdã, turbarunt ciuitatem, inquit: Ita quũ plures eſſent Græci, aſſumebãt quoſdam. Quoniam non putauerũt Iudæi ſe ſufficere ad ſeditionẽ mouendam, nec iuſtã cauſam habebãt, tumultu ſemper talia perficiunt, idq; aſſumptis viris malis: Non inuẽtis autẽ illis, inquit, traxerũt Iaſonẽ. O tyrannidẽ, ab ædibus ſine cauſa illos extrahũt. Hi omnes cõtraria decreto Cęſaris faciũt, Regẽ inquit, dicẽtes eſſe Ieſum. Quoniã nihil contrariũ dicebant decretis, neq; cõmouebant ciuitatẽ, in aliud crimen illos ducũt, & læſæ maieſtatis ac reipub. accuſant. Et quid timetis, ſiquidem mortuus eſt? Vide perſequutiones ſemper prædicationẽ ,pmouere. Itaq; hi erãt, inquit, generoſiſſimi Theſſalonicẽſium, hoc eſt, nihil mali facientes, ſed alij quidẽ crediderunt, hi autẽ contrariũ faciunt turbantes illos. Igitur multi quidẽ crediderunt ex illis, etiã Græcæ mulieres: Iterũm hic credunt Græci. Tu autẽ vide qua diſpenſatione fugerunt metuentes. Nónne ſi ceſſaſſent prædicare, etiam amplius exacerbaſſent? Duo fiebãt, & illorũ furor extinguebatur, & prædicatio creſcebat. Meritò autem & illorũ malos mores ponit. Venerũt & illuc concitantes turbas, irrefrænabilẽ inſaniam illorum inſinuat. Statim autẽ emiſerunt Paulũ fratres, vt iret inquit quaſi ad mare. Hic iam Paulũ ſolum mittunt. Metuebãt ne quid ipſi mali accideret, qui caput illorum omniũ erat. Sic non vbiq; gratia operabatur, ſed ſinit illos etiã humano conſilio agere, exuſcitans illos, & in ſolicitudinẽ immittẽs. Vide ſaltẽ vt Philippis ſeruarit ſolùm, hic non itẽ. Et accepto mandato, inquit ad Silam & Timotheum, vt quàm celerrimè veniãt ad ipſum, profecti ſunt. Et hoc meritò, Nam licèt Paulus erat, attamen illis opus habebat. Igitur bene in Macedoniã à deo impellebãtur. Clara enim tum erat Græcia, alioqui & alia præter neceſſitatem faciebat: Chriſtus præcipiebat ex euangelio viuere, hic autẽ hoc non faciebat. Chriſtus non miſit illum baptizare, hic autẽ baptizabat. Vide quomodo conferendus omnibus erat: Petrus in circunciſionẽ, hic ad gẽtes, & in maiorẽ partẽ. Et accepta ſatisfactione à Iaſone dimiſerunt illos. Vide quomodo ſatisfaciẽs Iaſon emiſit Paulũ, & ita animã ſuam pro Paulo ex-

1.Theſſ.1.b poſuit. Hi, inquit, erant generoſiſſimi Theſſalonicẽſes, hoc eſt, virtutibus & fide erga deũ prædíti. Qui ſcilicet ſuſceperũt ſermonem cum omni alacritate, inquit, quotidie diiudicãtes ſcripturas, ſi hæc ſic habeant. Nõ ſimpliciter impetu, neq; zelo. Et quia maior ciuitas erat, forenſes homines erãt in illa. Mirabile autẽ nõ eſt, ſi in maiore ciuitate deteriores ſint, immò maximè veriſimile eſt, in maiore eſſe peiores, vbi multæ tumultuũ occaſiones: nã ſicut in corpore, quãdo difficilior morbus fuerit, plus habet materiæ & alimenti: Ita certè hoc loco, id quod & in Iconio factum eſt, & egreditur Paulus, vt & perditionis aliorũ pœnã dent. Idcirco & Paulus dicit prohibentibus nos loqui gẽtibus. Et quare non manſerũt, inquit, ibi? quare non ſigna fecerũt? Si enim illic vbi lapidatus eſt, mãſiſſet multo tẽpore, multò magis ibi. Quare? Deus nõ ſemper voluit illos facere ſigna. Nõ enim minus ſignum eſt, vincere abſq; ſigno eos qui perſequũtur q̃ ſigna facere, atq; ita ſicut nũc abſque ſignis prævaler, ita & tũc vbique volebat potẽs eſſe. Itaq; nec apoſtoli vbiq; ad ſigna cõfugiunt. Nos autem prædicamus Chriſtũ crucifixũ ſigna quærẽtib°, 1.Cor. 1.d & ſapiẽtiã. Hæc dedimus quę neq; ſignis perſuaderi poſſunt. Et perſuademus, adeóq; magnũ hoc ſignũ erat. Igitur vide vbi extenta prædicatio, quomodo ſtatim ad ſigna accurrunt: oportebat enim poſteà propter eos qui crediderãt maiora eſſe ſigna, quàm quę aliis fiebãt, ideo & fiũt, ſed recedẽdo & accedẽdo ea faciebãt. Emiſerũt illũ quaſi ad mare. Quare? vt non poſſit facilè deprehẽdi. Ita enim illũ eripere voluerũt, quaſi per hoc magni quippiã perfeciſſent. Vide quanto ſtudio & reliqui diſcipuli erga præcipuos apoſtolos vſi ſunt, & non quemadmodũ nunc ſeparati ſumus. Separamur enim inter nos parui & magni. Alij quidẽ extollimur, alij autẽ inuidemus, propter hoc & illi inuidẽt, quia nos inflamur, & nõ patimur cũ illis ęqualiter ſalutari. Idcirco in corpore eſt moderatio qualitatũ & harmonia, quia nõ eſt inflatio: nõ eſt autẽ inflatio, quia mẽbra ita conſtituta ſunt, vt ſeipſis inuicẽ vtãtur neceſſariò, & caput pedibus eget, & pedes capite. Et nobis hoc fecit deus, & neq; ſic fieri ſuſtinemus. Etenim etiã ſi hoc nõ eſſet, oportebat charitatẽ ac pacẽ habere. An nõ auditis illos qui foris calũniantur nos? Quando dicunt, Vtiles amiciciæ, laici nobis opus habẽt, & nos iterũ ,pter illos ſumus. Ita & doctor & princeps nõ eſſet, niſi etiã diſcipuli eſſent ac ſubditi, neq; facerent quę ſua ſunt, ſicut terra opus habet agricolis, & agricolæ terra: ita & hic. Quã enim habet mercedem doctor, nõ habẽs cui oſtẽdat edoctos? quam etiã hi qui docentur, ſi non optima fruãtur doctrina? Et ita iterum ſimiliter alter altero opus habet, & principes his qui regũtur, & duces ſubditis. Principes enim multorũ gratia ſunt. Nullus enim ſufficit per ſeipſum aliquid operari, ſiue ſuffragia dare oportet, ſiue cõſilia & ſententias, honeſtiores fiũt à cõgregatione & multitudine. Exẽpli gratia, pauperes dãtibus egẽt, dãtes accipientibus. Iterũ cõſiderantes, inquit, mutuũ, ad incitationẽ dilectionis ac bonorũ operũ, propterea maiora poteſt cõmunitas eccleſię. Quę p ſeipſum null° poteſt, cũ aliis poteſt, Propterea maximè neceſſariæ fiũt preces hoc loco pro vniuerſo orbe, pro eccleſia quæ in finib°, pro pace, pro his qui in calamitatibus. Et hoc Paulus manifeſtat, dicẽs: Vt quod in nos be- 2.Cor. 1.c neficiũ, in multa perſona, per multos gratiæ dicãtur ,p nobis: hoc eſt, vt multis cõcedatur. Et ſæpe preces illorũ petit. Vide etiã de Niniuitis quid dicit deus: Ego autẽ nõ parcerẽ ciuitati, in qua habitãt plures, q̃ Ion. vlt.d duodecim myriades? Vbi duo vel tres ſunt cõgrega- Matt. 18.c ti, inquit, in meo nomine, illic ſum ĩ medio illorũ. Si autẽ duo magna poſſunt, multò magis plures: quanuis vnus ſis, multũ valeas, ſed nõ ſimiliter. Quare autẽ & vnus es, & nõ facis multos? quare nõ es author charitatis?

Universidad de Deusto
Biblioteca

charitatis? quare non concilias amiciciã? Maximum virtutis encomiũ scis. Sicut enim deũ magis exacerbat, per cõspirationem esse malos, ita magis illũ lętificat in cõcordia esse bonos. Nõ eris, inquit, cũ multis in malũ. Omnes declinauerũt, inutiles facti sunt, & facti sunt quasi fœtẽtes in maliciis suis. Fac tibi amicos præ domesticis, prędque omnibus aliis. Si quis pacificus est, idẽ filius est dei, vtiq; multò magis & is qui amicos parat. Si is qui recõciliat, filius dei dicitur, quo nomine appellãdus est qui eos qui reconciliantur amicos facit? Hãc negociationẽ exerceam. Amicos faciamus inter se qui inimici erãt, & eos qui nõ inimici, & nec amici cõgregemus quidẽ & hos, & ante omnes, nosipsos. Sicut enim qui in domo inimicicias habet, & cum vxore sua dissidet, non est fi- *Luce 4.d* de dignus, q; alios cõciliet, sed audiet: Medice, cura teipsum. Ita profectò & hic dicetur. Quę igitur sunt nostræ inimiciciæ? anima dissidet cum corpore, malicia pugnãt cõtra virtutẽ. Has soluamus, hoc bellũ cõponamus, & tunc cum pace etiã aliis loquemur, cúm q; multa fiducia, nõ reprehẽdente nos cõscientia nostra. Pugnat ira cum mãsuetudine, pugnat auaricia cum contẽptu diuitiarum, pugnat inuidia cum benignitate. Dissoluamus hoc bellum, hos inimicos deiiciamus, hos statuamus triũphos. In ciuitate nostra præparemus pacẽ. Ciuitas enim nobis est, & administratio, & ciues, & peregrini multi, sed peregrinorum electionẽ faciamus, ita vt neq; domesticos corrũpamus, neq; alienũ & adulterinũ dogma introducatur, neq; carnalis sensus. Nõ videmus quod si quis hostiũ in ciuitate aliqua capitur, quasi explorator iudicatur. Igitur peregrinorũ electionẽ faciamus, imò nõ solùm peregrinorũ, sed etiã hostium, si quẽ videtimus, tradamus principi, mẽti inquã cogitationem illã, quæ barbara quidẽ est, sed ciuili veste induta. Multæ apud vos cogitationes tales sunt, natura quidẽ inimicæ, amictæ autẽ ouillo vellere: Sicut Perſæ tiara sublata, & gladiis peculiaribus quos anaxyrides vocãt, & calciamẽtis barbaricis dimissis, alieno in habitu regionẽ nostrã ingrediuntur, & rasi in corpore, & familiari lingua loquẽtes, habitu bellũ occultãt. Si autẽ tormenta statim adhibueris, eũ qui latet deprehẽdes. Ita & hic, examina sæpius talẽ cogitationem, & statim videbis barbaricũ sensum. Vt autem in exẽplo tales exploratores ostendam, quos præmittit diabolus, vt videant, quomodo res nostræ habeãt: Agè vnũ despoliemus, & in tribunali diligẽter examinem: Et si placet quosdã ex his quos Pau- *Coloss. 2.d* lus deprehenderat, adducamus. Qualia sunt, inquit, quæ rationẽ quidem habẽt sapiẽtiæ per superstitionem & humilitatẽ animi, & absti nentiã corporis, nõ per honorẽ aliquẽ ad satietatem carnis. Exẽpli gratia: Iudaismum inducere vult diabolus, itaq; si inde adduceret, nihil persuaderet. Vide igitur quomodo illũ efficiat? Oportet, inquit, abstinentiã habere corpus, hoc ad philosophiã & bonã vitam pertinet, ne admittas cibũ, sed vt caueas. Humilis ille sensus est. Et nunc iterũ hæreticorũ quis volebat vos ad creaturam abducere. Vide igitur quomodo præparauit dolũ. Si dixisset, Creaturã adora, capt esset. Sed cur? Responderetur enim, Deus cõditor est. Porrò exerceamus iuxta sententiam diiudicantiũ scripturarũ apostolicarum mentẽ, illuc eum ducamus, ipsi agnoscent & prædicationẽ & loquacitatem. Multi lucra magna lucrifaciũt, vt habeãt quod dẽt pauperibus. Iniusta lucra, & hæc cogitatio molesta, sed exoneremus eã, & exploremus, redarguamus, ne capiamur. Cæterùm effugientes omnes versutias diaboli, vt cũ diligẽtia sana dogmata retinere valeamus, securéq; præsentẽ vitam transigere, æternáque bona assequi, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre ac sancto spiritu simul sit gloria, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Paulo autem expectante illos Athenis, exacerbabat spiritus illius in ipso, quũ videret idololatriæ deditam esse ciuitatem. Disputabat igitur in synagoga cum Iudæis & religiosis, & in foro quotidie cum his qui ipsum forte adissent. Homilia xxxviij.

Vide quòd maiores tentationes habet apud Iudæos quàm apud gẽtes. Athenis enim nihil tale patitur, nihil enim præter risum passus est. Apud Iudæos autẽ multæ difficultates, adeò erant irritati. Ideo & dicit: Paulo autẽ expectante illos Athenis, exacerbabat spiritus illius in ipso, quum spectaret ciuitatẽ idolis obnoxiã. Meritò. Vix enim alibi tot videbãtur idola. *Disputabat igitur in synagoga, & in foro quotidie cum his qui forte ipsum adissent.* Vide iterũ differit apud Iudæos, vndiq; obstruens ora eorum, qui dicebãt quòd Iudęos reliquisset, propterea quòd ad gẽtes se conuertisset. Mirũ est quòd philosophi sic illo loquẽte non statim derisерunt eũ cum contumeliis, neq; à prædicatione resilierũt, dicẽtes: Procul à philosophia abest, quia nihil fastus habebat. Et aliter: quia neq; cogitabãt, neq; intelligebant ea quæ dicebãtur. Quomodo enim quum alij ex eis corpus dicebãt deum, alij verò voluptatẽ fœlicitatẽ. *Quidã autem Epicurei ac Stoici philosophi conflictabantur cũ eo, & quidam dicebant: Quid vult verbisator ille dicere? Alij verò: Nouorũ dæmoniorum annunciator esse videtur, quia Iesum & resurrectionẽ euangelizabat.* Etenim resurrectionem deũ quendam esse putabant, quia & fœminas colebant. *Apprehensum autem illũ ad Ariopagum duxerunt, dicẽtes: Possumús ne scire quænam noua ista quæ à te docetur doctrina, noua enim quædã ingeris auribus nostris. Volumus igitur scire quidnam velint hæc esse.* Duxerũt illum ad Ariopagum, non vt discerent, sed vt punirent. Ibi erant iudicia sanguinis. Vide igitur quomodo etiam sub spe discẽdi vbiq;, nouam doctrinã obiiciũt. Loquacium ciuitas, ciuitas illa erat. *Athenienses autẽ omnes & hospites qui illic versabãtur, ad nihil aliud vacabant, quàm vt dicãt & audiãt aliquid noui. Stans autẽ Paulus in medio Ariopagi, dicebat: Viri Athenienses per omnia ferè superstitiosiores vos video. Transiens enim & conteplans cultu- D ras vestras, inueni & aram in qua inscriptũ erat, Ignoto deo.* Quid est hoc? Athenienses, quia per multa tempora acceperãt deos etiã extraneos, vtpote templum Mineruæ, & Panẽ, & alios aliunde, timẽtes ne forsan & alius quispiã esset, quem ignorarẽt, ipsis quidẽ nondum cognitus, qui tamen alibi colatur, propter maiorem igitur securitatẽ etiam illi altare erexerunt: & quoniam non erat manifestus deus, inscriptum est, Ignoto deo. Hunc igitur Christũ Iesum esse Paulus dicit: *Quem igitur ignorãtes bene colitis, hunc ego annũcio vobis.* Vide quomodo ostẽdit, quod ipsum præoccuparit. Nihil extraneũ, inquit, nihil nouum affero. Multum illi obiiciebãt: Quæ est ista quæ dicitur à te doctrina? Noua enim quædam ingeris auribus nostris. Statim igitur suspicionẽ illorum aufert, ac dicit: *Deus qui fecit cœlũ & omnia quæ in illo, hic cœli ac terræ dominus existens.* Deinde ne putẽt vnũ ex multis esse, corrigẽs deinceps

deinceps subdit: *Non in manufactis tẽplis habitat, nec manibus humanis colitur, aliquo indigens.* Vides quomodo paulatim philosophiã inducit, quomodo deridet errorem gentiliũ? *Dans vitã & spiritũ, & omnia, fecitq; ex vno sanguine omne genus hominũ, quod habitat super omnem faciẽ terræ.* Hoc dei propriũ. Vide igitur num hæc & de filio dici possint. *Præfinitq; præstituta tẽpora, præfixitque terminos habitationis eorũ, vt quærerẽt deũ, si fortassis palpent ac inueniãt eũ, tametsi non lõgè absit ab vnoquoque nostrum. In ipso enim viuimus & mouemur & sumus, sicut & quidã ex Poetis vestris dixerũt. Nã huius & progenies sumus.* *Aratus poeta.* Hoc Aratus poëta dixerat. Vide, probationes adhibet etiã ab his quæ apud illos fiebant ac dicebantur. *Progenies igitur quũ simus dei, nõ debemus putare auro vel argẽto, vel lapidi arte sculpto, & inuẽto humano deũ esse similẽ.* Et certè propter hoc, inquit aliquis, debemus? Minimè. Quandoquidẽ neq; nos illis similes, neq; animę nostræ. Cur autẽ nõ recta iuxta philosophiã ingreditur, dicẽs: Deus natura incorporeus est, inuisibilis, & infigurabilis: Quia superfluũ videbatur iam hæc dicere ad homines quidẽ nondũ edoctos vnũ esse deũ. Propter hoc illa dicere omisit, sed in quęstione cõsistit, ac dicit: *Et tempora quidẽ huius ignorãtiæ quũ dissimularit deus, nunc annũciat hominibus omnibus vbiq; vt resipiscãt, eo quòd statuit diem in quo iudicaturus est orbẽ in iustitia, in viro cui decreuit, fide præstita omnibus, resuscitando illũ ex mortuis.* Vide, cõcussa mente illorũ dicẽdo, Statuit diẽ, & territa, tũc opportunè adiicit hoc, Resuscitando illũ ex mortuis. Sed videamus iterũ quæ dicta sunt: Paulo autẽ expectãte illos Athenis, exacerbabat, inquit, spiritus illius in ipso. Nõ ira hoc loco, neque indignatio est exacerbatio vel incãdescẽtia, sed *Supr. 15.g* excitationẽ ac zelũ significat. Sicut etiã alibi: Facta est, inquit, exacerbatio inter illos. Et vide, singulari ordinatione euenit, q; illic expectãs illos inuitus mãserit. Quid igitur est παρωξύνετο? exacerbabat, pro eo quod dicimus, excitabatur. Procul enim est ab ira & indignatione, donũ spiritus. Nõ ferebat, sed mordebatur. Itaq; disputabat quidẽ in synagoga cũ Iudęis, inquit, ac religiosis. Vides, vt ille iterum cum Iudæis disputat? Religiosos autem, proselytos dicit. Dispersi enim sunt Iudæi vbiq; ab aduẽtu Christi, nã simul & lex ab illo tẽpore soluebatur, & docebãt homines pietatẽ, etiãsi ipsi nullã acciperent vtilitatẽ, quàm q; habebãt suarum calamitatũ testimonia. Quidã autẽ Epicurei & Stoici philosophi cõflictabantur cũ illo. Non iam legibus suis vtebãtur Athenienses, vtpote Romanis iam subiecti. Et vnde voluerũt hi cõflictare? quoniã videbãt & alios cõferentes, & hominem D existimationis cuiusdã. Et vide statim cum cõtume- *1.Cor. 2.d* lia aggrediuntur. Animalis enim homo non capit ea quæ sunt spiritus. Nouorũ dæmoniorũ videtur, inquit, annũciator esse. Dæmonia deos suos appellabant. Erãt enim ciuitates illæ idolis plenę. Apprehẽsum enim illũ ad Arium pagum duxerũt, dicentes: (Quare in Arium pagũ illum traxerunt? vt perterreretur. Ibi enim capitales causas iudicabãt, & homicidia.) Possumús ne scire, quæ noua illa quæ à te dicitur doctrina? Noua enim quædam ingeris auribus nostris. Athenienses autẽ omnes, & peregrini qui illic versabãtur, ad nihil aliud vacabãt, q; vt dicerent vel audirẽt quippiã noui. Hic illud assignatur q; quãuis semper occuparẽtur in eo q; audirent vel dicerent aliquid noui: attamen illa noua putabãt, vtpote quæ nunquã audierãt. *Stans autẽ Paulus in medio Arij pagi,* A *dixit: Viri Athenienses per omnia ferè superstitiosiores vos video. Trãsiens enim & cõsiderans culturas vestras.* Non dixit dæmones simpliciter, sed viã parat sermoni, propter hoc dixit: Superstitiosiores vos video, propter altare. Deus, inquit, qui fecit mundũ, & omnia quæ in illo: locutus est vocẽ vnam, per quã omnia quę philosophi tradebãt, subuertit. Epicurei enim prouidentiã dei negãtes, omnia per se ferri dicebãt, & ex atomis cõstituta esse, Stoici autẽ corpus & feruorẽ. Ille verò dicit, opus dei esse mũdũ, & omnia quæ in illo. Vides quàm succinctus sit, & quàm dilucidæ breuitatis. Et vide quæ erãt quæ auribus illorũ ingerebat, nẽpe q; deus mundũ fecerit. Quæ etiã plebeij nunc sciunt, hoc ignorabãt Athenienses, & Atheniẽsium sapientes. Si enim fecit, manifestum q; & dominus. Vide quid dicit deitatis esse indicia, nẽpe esse conditoré, id quod & filius habet. Etenim prophetæ vbiq; hoc dicũt, dei esse creare mundũ. Non sicut illi aliũ quidem esse factorẽ, sed non dominũ, ponentes materiam ingenitã. Ibi nunc latẽter dogma suũ asserit, & illorũ dogmata refutat. Nõ in manufactis, inquit, tẽplis habitat: nam habitat quidẽ in templis, sed non in talibus, sed in anima humana. Vide, corporalem sustulit cultũ. Quid igitur? non habitabat in templo, qđ in Hierosolymis? Minimè, sed operabatur. Quomodo igitur colẽbatur manibus humanis apud Iudæos? non à manibus, sed à mentibus. Quia illa non quærebat, quasi opus illis habeat. Nũquid enim, in- *Psal. 49.c* quit, comedã adipes taurorũ, vel sanguinẽ hircorũ potabo? Alioqui neque hoc suffecisset q; nullo indigeat, id quod affirmabat. Nam diuinũ quidẽ & hoc, sed oportebat etiã aliud accedere, adiicit: Ipse dans omnibus vitam & spiritũ, & omnia. Duas coniecturas deitatis ostẽdit. Et quòd ipse nullo egeat, & quòd omnia cũctis suppediteat. Cõfer cum his omnia quæ de deo Plato philosophatus est, quæcũq; & Epicurus, & nugæ apparebũt. Dans, inquit, vitã & spiritũ. Ecce etiam animę opificẽ illum facit, non genitorẽ. Vide iterũ quomodo destruit sermonẽ de materia. Fecitq; ex vno sanguine omne genus hominũ, vt habitet super omnem faciẽ terræ. Hæc meliora sunt q̃ quæ illi tradũt, & confundunt atomos ac hylen. Hic etiã ostendit q; non est portio, neq; anima hominis deus, quod etiam illi dicũt. Non esset enim hoc esse conditorẽ. Dicens autẽ, non humanis manibus coli deum, insinuat quòd mẽte ac corde ei seruitur. Hic inquit, cœli ac terræ dominus. Igitur nõ sunt dæmones Merici ac prouinciales, quorũ partes ac prouinciæ quędã proprię in quibus domini sunt. Deus qui fecit mundũ, & omnia quæ in illo. Ostẽso quomodo cœlum factũ, ostendit q; non in manufactis habitat: quasi diceret, Si deus, omnia scilicet fecit: si autẽ non fecit, neq; deus est. Dij qui cœlũ & terram non fecerunt, pereant. Multò maiora quàm illi dogmata inducit, tametsi nondũ adhuc magna dixisset. Nondum enim tẽpus, sed tanquã pueris loquitur de conditione mũdi, & dominatione dei cui nulla re opus est. Vbi autẽ dixit quòd omne genus hominum ex vno sanguine fecit: manifestauit omniũ bonorũ authorẽ. Quid huic sublimitati par? Nam mirabile est, quòd ex vno fecit tot: quòd autẽ omnibus ille simul imperat, adhuc mirabilius. Dãs enim, inquit, omnibus spiritum ac vitã. Quid est, quũ præfinierit tempora præstituta, præfixeritq; terminos habitationis illorũ, vt quærant deum, si forsan palpent illũ ac inueniant

Universidad de Deusto
Biblioteca

ueniant? Quia nõ coactus est quis, inquit, obambulare & quærere deũ. Vel si non hoc, quia decreuit vt quæratur deus. Sed non semper hoc finiuit, sed præstitutis tẽporibus. Hoc autẽ dicit ostendẽs q; neque nũc qui quęsiuerũt inuenerint, quãuis ita manifestè inueniri queat, quemadmodũ si quid in medio positum palpemus. Neq; ibi quidẽ cœlũ est, alibi non, & in hoc tẽpore fuit, in alio non. Et ita omni tẽpore, & in omnibus præfixis terminis habitationis nostræ possibile est quòd inueniamus illũ. Ita enim pulchra dispensatione inquisitionẽ ordinauit, vt neq; loco, neq; tẽpore prohibeamur. Certè & istuc ipsum maximè illis cõducibile fuisset, siquidem voluissent, q; vbiq; sit cœlũ, & stet in omni tẽpore. Idcirco & sic dixit: Quãuis non longè sit ab vnoquoq; nostrũ, sed propè sit omnibus. Quod autẽ dicit, hoc est: Non solùm dedit vitã ac spiritũ & omnia, sed etiã quod est summa omniũ, duxit ad sui noticiã, dando hæc per quæ possemus illum inuenire ac cõprehendere, sed noluimus quærere, quãuis ante pedes esset. Nõ longè, inquit, ab vnoquoq; nostrũ quũ sit. Papæ, omnibus propè esse dicit, qui in toto orbe sunt. Quid hoc maius? Vide quomodo Mericos dæmones refutat. Quid dico procul? Tam propè est, vt absq; illo non viuamus. In illo enim viuimus, mouemur, ac sumus. Hoc dicit quasi corporali exẽplo. Sicut impossibile est ignorare aërem vbiq; diffusum, & non longè ab vnoquoq; nostrũ existentẽ, imò etiam in nobis existentem, ita profectò & omnium opificẽ. Vide quomodo omnia illius dicit esse, prouidentiã illius esse dicit ac conseruationẽ esse ab illo, operãdi vim, actũ habere & nõ perire. Et non dixit per illũ, sed q; propius fuerit, in illo. Nihil tale dixerat Poëta ille, dicẽs: Huius enim & genus sumus. Sed ille quidẽ de Ioue dixerat, hic verò de omniũ opifice assumit, & non illum hoc dicto intelligens, Absit, sed quæ propriè de vero deo dicta ei adscribẽs. Quoniã & altare huius dixerat, nõ illius quẽ colebãt. Dicta enim sunt quædam, & fiunt huic, & nescĩũt Græci q; fiant ei, sed ea ipsi de alio intellexerunt. Dic enim, de quo dicitur propriè: Ignoto deo? De cõditore omniũ, an de dæmonẽ, quũ & illum ignorarint, hunc verò scierint? Similiter etiam quòd omnia fecit, cõgruerit de deo dictũ esse, non de Ioue scelesto quodam homine & abominabili ac mago. Ita etiã Paulus non similiter sicut ille dixit, Huius enim & genus sumus. Absit, sed alia mẽte. Genus enim dei nos esse dixit, hoc est, familiares, proximos, & quasi quis dicat, Proximè habitantes ac vicinos. Vt enim non iterũ dicãt: Noua ingeris auribus nostris. Nihil enim hominibus contrarium, ducit poëtã in mediũ. Et non dixit, Nõ debetis putare auro vel argẽto deũ esse similẽ, ô scelesti ac impij: Sed humilius, Hoc nõ debemus putare, inquit. Sed super hoc. Quidnã est, Super hoc? deus, sed neq; hoc. Est enim efficaciæ nomẽ: verũ iã hoc, nisi q; non dicimus huic deũ esse similẽ. Quis enim diceret? Vide quomodo ĩcorporeũ introducit, Mẽs enim quãdo suspicatur corpus, etiã distantiam imaginatur. Genus igitur existẽtes dei, nõ debemus, inquit, auro vel argẽto, vel lapidi sculpto arte & figmẽto hominis, deũ esse similẽ putare. Iam dixerit quis: Nõ hoc putamus, quare igitur hęc dicit? Sed ad multos loquebatur ille, vnde & bene dixit. Nã si nos sumus illis similes iuxta animã, multò magis deus. Tũc abducit illos à suspicione. Nõ solùm autẽ sculpturæ artis deus nõ est similis, sed neq; alteri cuipiã humanæ cogitationi subiicitur. Nam vel ars, vel mẽs inuenit. Idcirco sic dixit: Itaq; si id quod ars humana vel mens inuenit, hoc deus & in lapide substantia dei, quomodo in illo viuimus, & nõ inuenimus illũ? Duplex obiectio. Et q; illũ non inuenerũt, & quòd tales inuenerunt, minimè per seipsam fide dignas. At vbi cõcussa illorũ anima ostẽdit eos esse inexcusabiles, vide quid subdit: Tẽpora quidẽ ignorantiæ dissimulans, nunc annunciat hominibus omnibus vbiq; vt pœnitentiã agãt. Quid igitur? Nullus horũ punitur? nullus qui pœnitentiã vult agere? de his dicit, nõ de his qui defuncti sunt, sed quibus annũciat. Non exigit à vobis rationẽ, inquit: nõ dixit, ille desp exit: non dixit, permisit: sed vos ignorastis, dissimulauit: hoc est, non exigit pœnã, quasi digni sitis pœna. Ignorastis, & nõ dixit, spõtè malè egistis, sed per hoc superiora mõstrauit, vt vbiq; pœnitentiã agãt, dicẽs: Hic totum orbẽ insinuat. Vide quomodo illos abducit à Mericis, hoc est, prouincialib⁹ diis. Quapropter statuit diẽ, in quo iudicaturus est orbem in iusticia. Vide iterũ orbem dixit, sic homines vocãs. In viro cui decreuit suscitando illũ ex mortuis. Vide quomodo iterum passionẽ manifestauit, memor factus resurrectionis. Quòd autẽ verũ sit iudiciũ, manifestum ex resurrectione. Simul enim præparata sunt. Et quòd omnia vera sint, inquit, manifestũ ex eo quod resurrexit. Et resurrexisse illũ ex mortuis omnibus hanc fidẽ adhibet, ídq; iam manifestũ. Hæc quidẽ dicta sunt ad Atheniẽses, tẽpestiuum autẽ etiã vobis dici, omnibus vbiq; agendã esse pœnitẽtiã, quia præfiniuit diẽ in quo iudicaturus est orbẽ. Vide quomodo & iudicem illũ inducit, & cum prouidentia gubernantem mundũ, & misericordẽ, & condonantẽ veniam, & potentem ac sapientẽ, & omnia simpliciter quæ sunt cõditoris habentẽ. Confirmationẽ dictorum ponit, quoniã ille resurrexit ex mortuis. Pœnitẽtiam igitur agamus. Omnino enim iudicari oportet: si non surrexit Christus, nõ iudicamur: si autẽ surrexit, omnino iudicamur. In hoc enim & mortuus est, vt & mortuorũ ac viuorũ dominus sit, inquit. Et iterum: Omnes enim assistemus tribunali Christi, vt vnusquisq; portet secundũ ea quæ operatus est. Ne autẽ putes hęc esse solùm verba. Ecce & de resurrectione omniũ introduxit sermonẽ. Neq; enim aliter iudicatur orbis. Etiã hoc q; suscitauit illũ à mortuis, de corpore est dictũ: hoc enim & mortuũ erat, hoc & cecidit. Apud gẽtes sicut creatio, ita & iudiciũ reprobatur. Hæc autẽ puerorũ cõmẽta sunt, & eboriorum hominũ. At nos qui de his melius instructi sumus, faciamus vtile aliquid, & studeamus familiarissimi esse Christo. Hactenꝰ inimici eius fuimus, hactenus minus suauiter erga illũ affecti fuimus. Absit dicet quispiã, cur hæc dicis? Non vellẽ hæc dicere, nisi ea fecissetis vos. Nũc autẽ quæ vtilitas, si sermones taceãtur, & res cũ omni claritate sic clamẽt? Itaque quomodo illũ diligemus? Dixi quidem sexcenties, dicã tamen & nunc: modũ vnũ inuenisse mihi videor maximũ & mirabilẽ, nempe vt cũ eo q; recogitamus innumerabilia & maxima beneficia, quæ cõmuniter cum aliis à deo accepimus, & pro quibꝰ gratias habemus: recogitemus etiã singuli, quid sibi peculiariter datũ sit, recogitemus autẽ id quotidie. Igitur quòd magnam hæc habeãt vim, vnusquisque nostrum apud seipsum recogitet, & diligẽter scrutetur, num aliquãdo in periculũ prolapsus, hostiũ manus effugerit, & beneficia dei quæ cõscribi prę multitudine nequeũt, tanquã in libro habeat: vtpote si fortè ante lucẽ egressus in viã, periculũ euasit: si fortè incidẽs in malos homines, eos vicit: si fortè morbo correptus, desperãtibus omnibus iterũ cõualuit. Multùm enim & hoc valet ad conciliandũ nos deo. Sanè si Mardochæus ille ita habuit subsidiaria bona opera quæ ab ipso facta, quũ venissent in memoriã regis, vt ad illã gloriæ claritudinẽ peruenirẽt, multò magis nos si memores fuerimus. Et duorũ istorum operum diligens faciamus examen, quid nos quidẽ peccauerimus in deũ, & quid boni ille nobis fecerit. Ita & grati erimus, & omnia effundemus. At nullus hæc recogitat, sed quemadmodũ de peccatis loquimur, esse nos peccatores peccata non in specie memorantes & exquirẽtes, ita & de beneficiis dei, q; benefecerit nobis deus dicẽtes, nõ speciatim illa examinamus, non dicimus vbi & quãta, & in quo tempore: sed ex præsenti magnã faciemus diligentiam. Nam si quis etiã vetera repetere potest, omnia diligenter cõsideret, grandẽ inuenturus est thesaurum. Hoc etiam nobis vtile est, vt non desperemus. Nam quãdo viderimus q; sæpe nobis præsidio fuerit: non desperabimus, neq; putabimus nos abiici, sed ingẽs illius pignus accipiemus, suã erga nos prouidẽtiam ac curã cogitantes quòd peccãtes non punimur, sed etiã præsidio fruimur. Dicã autem quiddam & ego, quod à quopiã audiui: Erat puer quidã quem cum matre contigit, quum nondum decimũ & quintum ageret annũ, in agro, aëre perquàm corrupto, febribus laborare. Erat autẽ post autumnũ. Et mater quidem festinauit ingredi in ciuitatẽ: puer verò illic iubentibus medicis & manſit, & quũ flagraret febris, cœpit gargarizare, inde abstinentiã meditans, imò ignẽ extingui putãs. Nisi autem mox quod optabat acciperet, vtputa puer existẽs ob intempestiuã contentionem, postea non accipiebat. Vbi autẽ venit in ciuitatẽ proposita sunt ea quæ illius linguæ erant ac sermonis, & valde diu fuit non loquẽs, & nihil articulatum pronunciãs, sed legebat quidẽ, & doctores multo tempore inuisebat, & simpliciter absq; signis erat, & abiecta fuit de eo spes omnis: erátque mater dolore plena, & plurima adinuenerãt medici, multa etiã alij, sed nihil horum proderat: donec misericors deus linguæ vinculũ sanauit, & tunc cõualuit, & pristinam loquendi facilitatẽ ac claritatẽ accepit. Narrauit autẽ illius mater, q; etiã quũ paruus esset puer in naribus habuerit morbũ, quem polypũ vocant, & iterũ medici disperauerũt, orauítq; mater vt moreretur, & pater illi maledicebat. Adhuc emm viuebat, & iterũ omnia facta sunt difficilia. Et ille statim vnguibus fricans à foramine nariũ, bestiolã illam impetu spiritus à naribus erasit, & omnes difficultates solutæ sunt. Hoc autẽ sedato, fluxus per oculos acutus & viscosus cõtinenter fluebat, magnásq; & crassas lemas efficiebat, ita vt pupilla oculi obduceretur pellicula se interponẽte, & grauẽ cæcitatem afferebat, omnésq; dicebãt actũ esse, sed etiã ab hoc morbo statim per gratiã dei liberatus est. Et hęc quidem sunt quæ audiui, quæ autẽ ipse scio, narrabo vobis. Mota est olim me adhuc adulescẽtulo, magna tyrannorum hostilitas, militibus etiã foris extra ciuitatẽ ad insidias positis, fortè fortuitò libellos quærebant incantatorios & magicos. Et qui scripserat librum, nondũ perfectũ in flumen abiecerat, & captus, quũ postularetur ab eo, reddere non poterat, sed duceba tur per totam ciuitatẽ vinctus. Et ita quũ accusaretur dedit pœnã: tunc ego in martyris ædẽ proficiscí volens, transibam per hortos iuxta flumen cum alio quodã: ille autẽ viso libro, qui in superficie fluebat, primùm quidẽ putabat linteũ esse: propior autẽ factus, agnouit esse librũ, & descendẽs recepit. Ego au tem contendebã vt de communi inuẽto, & ridebã. Sed videamus, inquit, quidnam hoc sit, reuoluit par tem paginæ, & inuenit scripta magica. Accidit autẽ eodem tẽpore militem transire, qui hoc animaduer tens abiit, & timere nos fecit. Quis enim credidisset q; è flumine sumptũ sustulissemus, quũ omnes tunc etiam qui non suspecti detinerẽtur: & abiicere non audebamus, ne videremur. Idem etiã periculũ erat, si diuideremus. Cõcessit igitur deus, & abiecimus, & posteà à periculis sumus liberati. Et innumera dicere possem, si omnia enumerare vellẽ. Et hęc propter vos dixi, vt etiam si non talia, sed alia quędã habetis, in perpetua memoria sint: vt si lapis quidã illatus in te tortus, super te nõ venit. Hoc semper habe in memoria. Magnã hęc nobis cum deo amiciciã faciũt: si enim memores beneficiorũ ab hominibus acceptorum, multum dolemus quòd non possumus illis aliquid rependere: multò magis hoc in his quæ à deo accepimus. Si igitur volumus nõ cõtristari, dicamus oro: Si bona suscepimus à domino, mala nõ sustinebimus? Et Paulus propter hoc dicebat, vnde liberatus sit. Vide & Iacob, quomodo hæc in mẽte habebat. Ideo etiã dicebat: Angelus qui eripuit me à natiuitate mea. Et non solùm q; eripuit, sed quomodo & etiã in quo cogitemus. Vide igitur & illũ seorsim, memorem esse beneficiorũ. In baculo meo, inquit, transiui per Iordanẽ. Iudæi autem etiam eorũ quæ patribus euenerãt, memores semper erãt, repetentes subinde ea quæ in Aegypto facta sunt. Igitur multò magis nos propria quæ nobis acciderunt, quoties in pericula & angustias incidimus, & si deus manũ nõ adhibuisset, olim periissemus. Hæc cogitãtes omnes & quotidie recẽsentes nobiscũ gratias perpetuas habeamus deo, & omnes cõmuniter gloriã ei demus, & glorificantes illum ne deficiamus, vt offeramus ei cum gratitudine magnam retributionẽ, gratia & miserationibus vnigeniti filij eius, cum quo patri simul ac sancto spiritui gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Audita autem resurrectione mortuorũ, alij quidem irridebant, alij verò dicebant: Audiemus te iterum super hac re. Et sic Paulus exiuit de medio eorũ. Homilia xxxix.

QVr nam Paulus, quũ sic persuaserit, vt & Atheniẽses dixerint: Audiemus te iterũ super hac re, quúmq; pericula nõ essent, festinat relíquere Atheniẽses? Fortassis sciebat se nõ magnũ lucrũ facturũ. Et aliter: Etiã à spiritu in Corinthum ducebatur. Quidã verò viri adhærentes ei, crediderunt, in quibus erat Dionysius Areopagita, & mulier nomine Damaris, & alij cum illis. *Post hæc autẽ separatus Paulus ab Athenis, venit in Corinthũ, & inuento Iudæo quodã, cui nomẽ Aquilas, qui & genere Põticus erat, nupérq; ab Italia venerat, et Priscilla vxore illius, eo quòd præcepisset Claudius separari oẽs Iudæos à Roma: accesit illos, eo quòd eiusdẽ opificij essent: mãsit apud illos, et operatus est. Erat ars illorũ texere tabernacula.* Meritò in Corinthũ à spiritu ducitur, in qua manere oportebat. Atheniẽses enim quãtis

Iob. 2. b

Gen. 48. c

Ibid. 32. c

Cap. xviii

Universidad de Deusto
Biblioteca

uis nouæ doctrinæ amatores essent,attamẽ nõ attẽdebant,neq; enim hoc curabãt,sed vt semper haberent noui aliquid quod fabularẽtur,studebant. Nisi enim hic mos illorũ fuisset,non dixissent,Nouorum dæmoniorũ annunciator videtur hic esse. Sed hæc erant illis admodũ obscura. Attamen persuasit Dionysio Areopagitæ & aliis quibusdã. Nam illi forsan, vtpote vitę moderatioris,citius acceperũt sermonẽ, alij verò non item. Igitur verisimile visum est,q; iam seminariũ ac fundamentũ iecerit. Iam enim potior pars vitæ illius iam processerat. Sub Nerone enim occisus est. A Claudio autẽ nũc bellũ Iudæis inferri cœpit,procul adhuc,vt etiam sic castigẽtur. Etiam à Roma vt sceleſti abigebantur. Et hoc dispensatione factũ, vt vinctus illuc ducatur, & ne tanquã Iudæus expellatur, sed tanquã sub militibus agẽs illic asseruetur. *Et mãsit*, inquit, *apud illos*. Papæ,quã iusticiã inuenit vt cohabitaret? quoniã illic potissimũ nõ oportebat accipere. Et in quo gloriãtur, inueniãtur sicut etiã nos. Disputabat autẽ in synagoga per omne sabbatum,persuasitq; Iudæis & gẽtibus. Vt autẽ descendit à Macedonia Silas ac Timotheus, coarctabatur spiritu Paulus, testificans Iudæis,q; Iesus esset Christus,hoc est,vrgebant illũ, & illi quidẽ molesti erãt. Quid autẽ Paulus? Relinquit eos,multúmq; terret. Non vltrà, inquit, vobis erit necessariũ dici sermonem: hoc tamẽ obscurius eis loquitur. *Cõtradicentibus autẽ illis & blasphema loquentibus excussis vestimentis,dixit ad illos: Sanguis vester super caput vestrũ. Mundus ego ab hoc tẽpore,ad gentes vadã. Et digressus inde venit in domũ cuiusdã nomine Iusti,colentis deũ, cuius domus erat cõtigua synagogæ. Crispus synagogæ princeps credidit domino cum tota domo sua. Et multi Corinthij audiẽtes crediderũt, ac baptizati sunt.* Vide quomodo iterũ licèt dicat ab hoc tempore ad gẽtes ibo,neq; sic tamẽ illos negligit,adeóq; illud dixisse videtur,illos excitandi ergò. Et postea venit ad Iustũ,cuius domus synagogæ cõtigua,vt etiam sic si vellent ex vicinia zelum haberent. Crispus autẽ,inquit, princeps synagogæ credidit domino cum tota domo sua. Et hoc plurimum faciebat ad illos adducendos. *Dixit autẽ dominus per visionẽ in nocte Paulo: Ne timeas,sed loquere,& ne fileas,eo quòd ego sum tecũ,& nullus adorietur te vt affligat te, eo quòd est mihi populus magnus in hac ciuitate.* Vide quot rationibus illi pſuadet,& quomodo id quod maximè placebat ei,vltimo loco ponit. Et dicet: Quomodo igitur simul aggressi sunt eũ? Profectò nõ prævaluerũt, sed ad procõsulem dunta xat adduxerũt. *Sedítq; annũ & mẽses sex,docẽs inter illos sermonẽ dei. Cæterùm quũ Gallio ageret proconsulẽ Achaiæ: insurrexerunt vnanimiter Iudæi cõtra Paulũ,& duxerũt illũ ad tribunal,dicẽtes: Quia cõtra legem hic persuadet hominibus colere deũ.* Vides quare illi semper publicas accusationes texebãt, vide saltẽ hic. Quũ illi dixissent,q; contra legẽ persuadet hominibus colere deũ, nihil horũ curæ fuit procõsuli, sed magis defendit Paulũ,& audi quomodo respõdet: Si qua esset iniuria, vel quod facinus malũ contingẽs ciuitatẽ ô Iudæi, meritò sustinerem vos. Iustus ille homo mihi esse videtur, & manifestũ est ex his quæ respõdet. Quũ autẽ Paulus aperturus esset os suũ, dixit Gallio ad Iudæos: Siquidem esset iniuria, vel facinus malum ô Iudęi, meritò sustinerẽ vos. Si autẽ quæstio est de sermone & nominibus, & lege vestrate, videritis ipsi. Iudex enim ego huius esse nolo. Et abegit illos à tribunali. Omnes autẽ Græci apprehensum Sosthenem synagogę principẽ verberabãt ante tribunal, neq; quicquam eorũ Gallioni curæ erat. Et hinc iterum iusticia viri monstratur: nam quũ ille verberaretur,non censuit priuatã iniuriam esse. Adeò impudẽtes erant Iudæi. Videamus autem iterũ quę lecta sunt: Audita autem resurrectione mortuorũ, alij quidẽ subsannabãt, alij verò dixerunt: Audiemus te iterũ. Quàm magna & sublimia audierãt? & nec sic attendebant,sed irridebant,resurrectionẽ autem irridebãt. Animalis enim homo nõ percipit ea quæ sunt spiritus. Et ita, inquit, exiit Paulus è medio illorũ. Ita. Quomodo? aliis quidem persuasis, aliis verò non credẽtibus. Separatus autẽ ab Athenis, inquit, venit in Corinthũ. Et inuento quodã Iudęo, cui nomẽ Aquilas, qui genere Ponticus nuper venerat ab Italia, mãsit apud illos & operabatur. Vide quomodo lex incipit iam solui. Iudęus enim quũ esset, rasus posteà in Cenchreis, in Syriam proficiscitur cum Paulo, neq; in Hierusalẽ, neq; in vicina ire festinat, sed valde procul. Apud illũ igitur manet, & non confunditur manere, sed manet: imò propter hoc ipsum manet, quia cõmodum diuersorium nactus erat, & quauis regia magis idoneũ. Nec rideas dilecte. Sic enim palæstra pugili magis vtilis q̃ molles lecti, & militi ferreus gladius magis quàm aureus probatur. Et operabatur prædicãs. Erubescam nos, qui etiam absque prædicatione viuimus ociosẽ. Disputabat autẽ in synagogis per omne sabbatum, persuasitq; Iudæis ac Græcis. Contradicẽtibus autẽ eis ac blasphema verba dicentibus, discessit. Hac ratione expectans illos discessit, vt magis attraheret. Quare enim elegit illa relicta migrare in domũ synagogæ contiguã, nónne propter hoc? neq; enim periculum videbat ibi. Testificãs illis, inquit, nõ iam docet, sed testificatur. *Cõtradicentibus autẽ illis*, inquit, *excussis vestibus dixit: Sanguis vester super caput vestrũ.* Hoc facit, vt nõ solo verbo, sed etiã opere terreat, & vehementius differit, vtpote multis persuasis. *Mũdus sum*, inquit, *ego. Ab hoc tẽpore ad gentes ibo.* Igitur & nos rei sumus sanguinis eorũ, qui nobis cõcrediti sunt, negligentes illos. Atq; adeò quãdo dicit: In posterum negociũ mihi nullus facessat. Nõ enim sic illos terrebat pœna, vt hoc cruciabat. Et digressus illinc venit in domũ Iusti. Trãsit volens illis persuadere q̃ ad gẽtes festinet. Crispus autẽ archisynagog⁹ credidit, inquit, cum omni domo sua. Vide fideles cum tota domo hoc facere. Hoc autẽ facto statim & alij multi credẽtes baptizati sunt. Hũc dicit synagogæ principẽ, de quo scribẽs inquit: Nullũ aliũ baptizaui, nisi Crispum & Caiũ. Opinor autem hũc etiam Sosthenem dici, qui intantũ fidelis fuerit, vt etiã percusserit & Paulo semper affuerit. *Dixit autẽ dominus per visionem in nocte Paulo: Ne timeas,sed loquere.* Eapropter multo tẽpore manet illic. Nã persuasit quidẽ illi & multitudo, & familiaritas Christi amplior. Maius enim periculũ fuit posteà etiã pluribus credẽtibus & synagogæ principe. Ne timeas, inquit. Hoc ad excitandũ sufficiebat, quia redargutus est timẽs, vel non redargutus, sed cõfortatur quasi nihil passurus. Non enim semper illos affligi sinit, ne infirmiores fiãt. Nihil emẽ ita cõtristabat Paulũ atq; increduli quasi contradicentes. Hoc etiã periculis eis grauius fuit. Et ne fileas, inquit, eo q̃ mihi populus multus est in hac ciuitate. Fortassis etiam propter hoc illi apparet Christus. *Quũ autem Gallio ageret procõsulem Achaiæ, insurrexerunt vnanimiter Iudæi contra Paulũ.* Vide post annũ & sex

Supr. 17.d

1. Cor. 2.d

1. Cor. 1.b

sex menses aggrediũtur, quãdo nõ iam poterãt propriis legib⁹ vti. Hoc maximè inflauit Corinthios, q̃ maximè persuadebãtur: quia neq; princeps sese demittit. Nõ enim idẽ erat ex cõtentione contẽdere, & docere illos: quia neque curæ erãt illi negocia. Et considera q̃ sapiẽs ille fuerit. Non enim statim dixit respõdens: Nõ est mihi curæ. Sed quid? Igitur si qua iniusticia, vel quod facinus malũ ô Iudæi, meritò sustinerem vos. Si autẽ quæstio est de sermone & nominib⁹, déq; lege vestrate, vos videritis. Iudex enim horũ ego nolim esse. Separauit illos à tribunali. Clara facta est victoria. Apprehẽsum autẽ Sosthenẽ synagogæ principẽ percutiebãt corã tribunali, Et nihil horũ Gallioni curæ erat. O confusionẽ qua confusi sunt. Et nihil horum, inquit, Gallioni curæ erat, quãuis hoc totum in ipsius contumeliam fuerit? sed quasi inde potestate accepta percutiunt ipsi faciẽtes indiscreti furoris per confusionẽ opus. Et quare ille nõ repercussit, quũ & ipse potestatem habuerit, sed docebãtur modestè & patiẽter viuere, & nõ referire, vt & iudex discat quis sit mãsuetior. Nõ parũ hoc profuit præsentibus. Docuit enim horũ æquitas, & illorũ temeritas, q̃ talia iudiciariã sententiã postulãt. At hi omnia citra ordinẽ faciunt. Et non dixit: Non oportet, ne percutiãt illũ, sed nolim. Iudex enim horũ, inquit, ego esse nolim. Adeò æquus erat vir. Hoc & Pilatus dicebat de Christo: Accipite illum vos, & iuxta legẽ vestrã iudicate. Ille quidẽ secundũ legem volebat iudicare eos: ipsi autẽ quasi ebrij & insaniẽtes affecti erãt. Propter hoc digressus est ab Athenis, quoniã populus multus erat illic. Verberabatur, & nihil dicebat. Hũc & nos imitemur. Referiam⁹ percutientes mãsuetudine, silẽtio, longanimitate. Difficiliora sunt hæc vulnera. Maior plaga & onerosior. Grauius enim est percutere animã q̃ corpus. Multos percutimus, sed vt amici, & delectãtur: sed quẽ percusseris cum contumelia, quoniã cor tetigisti, valde cõtristasti. Ita magis cor illorũ percutimus. Quòd autẽ mititas magis verberet quàm temeritas, agẽ demonstremus quantũ possibile est sermone. Manifesta enim demõstratio per opera & experientiã est. Si autẽ videtur etiã sermone examen faciemus, quãuis sæpius etiam fecerimus. In cõtumeliis nihil ita nos cõtristat, vt eorũ qui nos vidẽt sententia. Non enim æquale est publicè contumelia aspergi & priuatim, sed illas quidẽ priuatas contumelias facilè ferimus, quãdo in solitudine, quando nemo conscius, & sine teste hoc patimur. Vt siquidem quis honoret coram omnibus, cõtumelia afficiat priuatim, etiã gratias habebimus. Itaq; quod triste, nõ est ex natura cõtumeliæ, sed in sentẽtia spectantiũ, vt ita nõ videatur contẽptibilis esse. Quid igitur, si hæc pro nobis sit? nónne qui contumelia afficit, ignominiosus fit, quando pro nobis sentẽtias fert? Vtrũ contẽnunt præsentes, eum qui cõtumelia afficit, an eum qui contumelia afficitur, & silet? Furor enim suggerit quicquid in eo qui cõtumeliis afficitur, desideratur: nũc autẽ quando puri ab affectione sumus, sciamus, ne tũc simul rapiamur. Vtrũ igitur condẽnamus omnes? manifestũ q̃ eum qui contumelia afficit: & si minor quidẽ sit, insanire illũ dicemus: sin par honore, desipere: si autẽ maior, neq; sic approbabimus. Vter enim approbatione dignior, is ne qui tẽpestatibus agitur, in turbulentia versatur, exasperatus ergà cõmunem naturã sic afficitur, vel qui in trãquillitate & portu, ac bona animi cõstitutione sibi imperat? Nónne hic quidem angelo, ille verò nec homini similis est: & ille neque propria mala ferre potest, hic etiã aliena: hic seipsum ferre nõ potuit, ille & aliũ: ille naufragatur, hic securus nauigat, naue eius secũdis vẽtis fruẽte. Nõ enim in vela sua irruere furoris spiritũ permisit, qui mẽtis nauẽ subuertat, sed afflãtur illa à tenui blãdaq; aura, quæ est patiẽtiæ spiratio, ipsum ad philosophiæ cursum cum magno silẽtio ducẽs. Et sicut nautæ in naufragio nesciũt quæ abiiciũt, si à suis & ab alienis deposita receperint, sed omnia quæ posita in naue simiiter eiiciũt, tam preciosa, quàm nõ preciosa: Vbi autem cessarit tẽpestas, tunc cogitãtes quãta eiecerint, lachrymãtur, & propter iacturæ damnum serenitate non gaudẽt: ita & hic, quãdo ira spirat, excitatúrque animi tempestas, nesciũt quæ suo ordine eiicere debeãt: vbi verò ira cessauerit, tũc cogitãtes qualia effutiuerint, cõsiderant damnũ, & quietẽ non sentiũt, memores verborũ, ex his per quę cõsuderũr seipsos, damnúmq; maximũ passi sunt, nõ in pecunia, sed in existimatione mãsuetudinis ac humanitatis. Profectò ira tenebrosa est. Dixit emẽ insipiẽs in corde suo, nõ est deus. Forsan & de eo qui ira exasperatur hoc dicere tẽpestiuè poterit q̃s. Dixit iratus, nõ est deus: nam ob nimiã iram suam illũ non quærit. Pia enim cogitatio ingressa, omnes repellit & abiicit siniſtras. An non tu magis doles, q̃ is qui cõtumelia afficitur? Cõtumelia prosciude aliũ qui nihil improperat, an nõ conscientiæ tribunal te propter multa flagellabit? Quãdo enim audis q̃ is qui cõtumelia afficitur, nullum malũ verbũ loquutus est: nónne hac ratione tu magis doles? Dic oro, quomodo mansuetũ, humilẽ, & æquũ innumeris abluere conuiciis ausus es? Hæc subinde dicimus, sed non videmus eos qui id opere præstẽt. Homo enim quũ sis, hominẽ cõtumelia afficis, seruus conseruũ? Sed quid hoc admiror, quandoquidẽ multi sunt qui & deũ cõtumelia afficiunt. Hæc vobis qui cõtumelia afficimini; consolatio est. Cõtumelia afficimini, contumelia afficitur & deus: exprobramini, exprobratur & deus: cõspuimini, sanè nobiscũ cõmunicauit etiã dominus noster. Nunquàm autẽ cõtumelia affecit, neq; iniustè egit. Et ita nos simus qui cõmunicamus Christo, nõ vos. Ferre enim eũ qui cõtumelia afficit, dei est: cõtumelia autem afficere immeritũ, dæmonibus cõgruit. Videte duas partes, dęmoniũ habes, dictũ est Christo. Alapa cæsus est à seruo principis sacerdotũ. Itaq; qui cõtumelia afficiũt, cũ illis stant. Meritò. Nam si Petrus & satanas dictus est propter vnũ verbũ, multò magis hi Iudæi dicẽtur, si eadẽ quæ Iudæi faciunt. Sicut & illi diaboli filij, quoniã opera diaboli operabãtur. Contumelia afficis. Quis existẽs, dic oro, imò ꝓpter hoc cõtumelia afficis, quoniã nihil es. Nullus emẽ qui homo est, cõtumelia afficit. Atq; ita quod in bellis dicitur: Tu q̃s es, ediuersò oportebat dici. Cõtumelia affice. Nihil enim es. Et nũc dicẽtibus vobis, quasi aliq̃s sis cõtumelia afficis, quasi melior te sit per omnia auditur, quanuis contrariũ dicendũ erat. Ât quoniã nos malè rogamus, ꝓpter hoc & illi malè respõdẽt, atq; adeò nos authores sum⁹, quasi magnorũ virorũ sit cõtumelia afficere, sic dicimus, quis tu qui contumelia afficis: Idcirco & illi sic respõdẽt. Cõtrariũ dicere oportebat, cõtumelia afficis, cõtumelia affice, nullus emẽ es. Ad eos autẽ qui cõtumelia nõ afficiũt, Quis es tu, dicere oportebat, q̃ cõtumelia nõ afficis?

Trans gressus

Isam. 18.f

Ioan. 8.f

Ibid. 18.d

Matt. 16.d

Psal. 13.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

Trāsgressus es humanā naturā. Hoc esset nobilitas, libertas, nihil illiberale loqui, etiā de eo qui meretur asperius tractari. Dic autē oro, quot sunt qui nō indigni vt occidātur? Attamē per se iudex hoc nō facit. Si autē iudex nō dignatur per se loqui homini malo, sed per præconē quendā hoc agit: multò magis nos eos qui in pari honore sunt, cōtumelia afficere non oportet. Nō enim cōtumelia afficiēdo illis meliores sumus: vt si doceamur, q̄ ipsos nos cōtumelia afficimus. Itaq; malos propter hoc nō oportet cōtumelia afficere: bonos autē etiā aliā ob causam, quia non meretur: & tertia, quia non decet esse cōtumeliosum. Nunc autē vide quæ fiāt. Homo cōtumelia afficitur & irritatur: est etiā homo qui irritat, & sunt spectantes homines. Quid igitur? Oportebat bestias in mediū producere & dissolui. Hoc enim officium erat. Quādo enim qui oblectantur iniusticia, homines essent, bestias recōciliari curarēt. Igitur sicut dominis pugnātibus in domo, seruorū fuerit illos conciliare. Hoc enim rei natura petit, licèt hac ratione facilè non fiat: ita & hoc loco cōtumelia afficis. Meritò. Neq; enim homo es. Eapropter magnū aliquid videtur esse cōtumelia, & videtur magnis cōgruere. Seruis autē magis congruit, sicut bene loqui liberos decet. Sicut enim malè facere illorū est, ita & bene facere horū. Contumelia est ancilla fur, q̄ clàm ea quæ sunt domini furripit? & quasi dicat quis, sicut fur qui ob hoc vnū venit, vt vbiq; sublegat, circūspicit vt vbiq; aliquid exportet. Forsan & alio quopiā exēplo depingemus: Quēadmodū si quis vasa immunda furetur è domo, & ea corā omnibus educat, nō confundūt furtim sublata intantū, quantùm ipse seipsum: ita & accidit cōiuciatori. Eiectis enim corā C omnibus immūdis verbis, non alios confundit, sed seipsum per verba, productis talibus, & coinquinata ipsius tum lingua, tū mēte. Idē enim fit, quādo cum malis pugnamus, ac si quis sterquilinio obuolutum percutiat, qui dimissis in lutū manibus suis, dum illū ferire studet, sese coinquinat. Hæc sanè, oro, omnia cogitātes, fugiamus damnū quod inde oritur, & mo destam habeamus linguā, vt puri existētes ab omni cōtumelia, possimus præsentē vitam diligēter perficere, & bona diligentibus deum promissa, Gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cū quo patri simul ac spiritui sancto, gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Paulus autem expectans dies multos, vale dicto fratribus abnauigauit in Syriam, & cum Priscilla ac Aquila, posteaquàm raserat caput in Cenchreis: habebat enim votum. *Homilia xl.*

VIde quomodo lex soluta est, vide quomodo cōscientia detinebātur: Iudaicū erat capita radi ex voto, veruntamē oportebat etiam sacrificium fieri, quod non est factū post verberatum Sosthenē. Oportebat abire illum, ideo & festinat, & quū orarent vt apud ipsos maneret in Epheso, non annuit. Quare igitur iterum in Antiochiā venit? Digressus enim, inquit, & salutata ecclesia peruenit in Antiochiā. Tenebatur humana quadā affectione erga ciuitatē illā. Ibi enim appellati sunt discipuli Christiani. Ibi traditus est gratiæ dei, ibi negociū dogmatis absoluit. Et ipse quidē in Syriā abnauigat: hos autē reliquit in Epheso. Meritò, vtputa docturos, quia tanto tēpore secum versati erant, multa didicerant. Attamen illos nondū à Iudaica cōsuetudine abduxerat. Ecce & mulier idē qđ virī, facit ac docet. Propterea prohibetur in Asiā venire: opinor quia ad ea quæ vrgebāt, impellebatur. Vide saltem hoc loco, & rogatū illū vt maneat, & non morē gerentē: quoniā festinabat abire. Certè non simpliciter illos dimisit, sed cum promissione. Et quo pacto audi: Deuenitq; Ephesum, & illos ibi reliquit. Ipse autē ingressus in synagogā disputauit cū Iudæis. *Rogātibus autem illis, vt ampliore tēpore maneret apud illos, nō annuit, sed valedixit eis, dicēs: Oportet me omnino festū quod instat, agere in Hierusalē. Iterū autem reuertar ad vos deo volēte. & soluit ab Epheso. Et vt peruenit in Cæsareā, ascendisséq; & salutasset ecclesiā, descendit Antiochiā. Et facto multo tēpore exiuit: trāsiuit deinceps per Galaticā regionem ac Phrygiā, confirmās omnes discipulos.* Vide, iterū venit ad loca in quibus anteà erat. *Iudæus autem quidā Apollo nomine, Alexādrinus genere, vir eloquēs, deuenit ī Ephesum, potēs ī scripturis.* Ecce & eruditi emittūtur prædicare, & discipuli esse incipiūt. Vides incremētū p̄dicationis? *Hic erat edoctus viā domini, & feruēs spiritu loquebatur ac docebat diligenter de domino, sciēs solū baptisma Ioānis. Hic cœpit liberè annūciare in synagoga. Audiētes autē illū Priscilla & Aquila, assumpserūt eū, & diligenter prædicauerūt viā dei.* Si ad baptisma Ioānis solū crediderat hic, quomodo spiritu feruebat? nondum enim datus erat sic spiritus. Si autē qui post illū, op̄ habuerūt baptismate Christi, multò magis ille. Quid igitur dicendū? neq; enim vtrunq; simpliciter ponit scriptor. Mihi videtur ille esse vnus ex centū viginti, qui cum apostolis baptizati. Vel si nō est hoc, factū est idē cum hoc quod & cū Cornelio, sed non baptizatur antequā diligentius ei exposuerunt. Hoc autē esse mihi verū videtur, quia & baptizari illū oportebāt, quoniā duodecim alij nihil perfectū sciuerunt, neq; ea quę de Iesu. Meritò autē & ille baptizabatur. Verūtamē si illi post baptisma Ioānis iterū baptizabantur, oportebat etiā discipulos hoc facere. Volēte autē illo transire in Achaiā, exhortati sunt fratres, & scripserūt discipulis vt reciperēt illū: qui vt aduenit, cōtulit multum his qui crediderāt per gratiā. Vehementer enim Iudæos reuincebat publicè, monstrās per scripturas Iesum esse Christū. *Factū est autem quū Cap. XIX. Apollo esset in Corintho, vt Paulus peragratis superiorib⁹ partibus, veniret in Ephesum, & inuētis discipulis quibusdā, dixit ad illos: Num spiritū sanctū accepistis, posteaquàm credidistis? Illi autem dixerūt ad illū: Sed neq; an sit spiritus sanctus audiuim⁹. Dixitq; ad illos: Ad quid igitur baptizati estis? Illi autem dixerūt: In baptisma Ioānis. Dixitq; Paulus: Ioānes quidem baptizauit baptismo pœnitētiæ populo dicens, vt in eū qui post ipsum vēturus esset, crederent, hoc est, in Christū Iesum. Vt autem audiuerūt, baptizarūt in nomine domini Iesu Christi. Et postquā imposuit Paulus illis manus, venit spiritus sanctus super illos, loquebātúrq; linguis, & prophetizabāt. Erātq; omnes viri quasi duodecim.* Multū hi ab illo differebāt, neq; spiritū sanctū esse sciētes. Hi igitur qui & diligentius illi exposuerāt viā domini, præmittūt etiam, literāsq; addūt. Igitur volebat & ille in Achaiā venire. Anteà autē q̄ exhortati sunt fratres, & literas dāt ei, nō recedit. Qui vt venit, inquit, cōtulit multū his q̄ crediderūt. Vehementer em̄ Iudæos reuincebat publicè, ostē dēs per scripturas esse Christū Iesum. Hinc q̄ potēs erat in scripturis Apollo ostēdit. Nam Iudæis quidē valde os obturauit. Hoc em̄ est qđ inqt, reuincebat: vnde & fideles cōfidētiores magis fiebāt, & stabiliores in fide. *Factum est vt Paulus trāsiuit per superiores partes, venit in Ephesum.* Hæ autē sunt quæ iuxta Cæsareā & ciui-

&ciuitates reliquas. Et inuentis quibusdā discipulis, dixit ad illos: Num spiritum sanctū accepistis postquam credidistis? Quòd neq; in Christum crediderant hi, manifestum ex eo q̄ Ioannes dixerat, vt credant in illū qui post ipsum vēturus. Et non dixit: Nihil est baptisma Ioannis, sed imperfectū: & neq; hoc addidit simpliciter, sed vt doceat ac persuadeat illis in nomine Iesu baptizari, quod & faciūt & spiritum accipiunt, impositione manuū Pauli. Impositis em̄, inquit, illis Pauli manib⁹, venit spiritus sanctus super illos. Et ita hi quibus manus imponit, spiritū accipiebant. Verisimile igitur illos spiritum habere, sed non apparēre, sed efficacia, & linguarū loquutione nūc declarabāt. Sed videamus iterum quæ lecta: Paulus abnauigauit in Syriā, inquit, & cum illo Priscilla & Aquilas, quos etiā vt peruenit Ephesum reliquit ibi: vel q̄ nō volebat circunducere illos, & propter hoc reliquit, vel magis vt doctores maneāt Ephesiis. Ipsi autē posteà habitarunt in Corintho, quibus etiā testimonium dat, Romanisq; scribens. Vnde mihi videtur posteà illos Romā venisse, vt puta conuersantes multùm in illis locis, vnde electi sub Nerone. *Et descendens*, inquit, *in Cæsareā, ascenditq; & salutatis ecclesiis peruenit in Antiochiā, factóque ibi tempore quodā exiit, trāsiens Galaticā per ordinē regionē ac Phrygiā.* Mihi videtur adhuc & fideles illis congregari. Neq; enim statim relinquit. Vide autē quomodo ad illos festinat, & ad has regiones iterū transit, & ita aduētu suo discipulos firmat. *Iudæus autē quidā*, inquit, *Apollo nomine, peruenit in Ephesum, qui potens erat in scripturis.* Valde alacer erat, vnde & legationem pro illo ipso mittit, Qui vt venit, inquit, in Achaiā, vehementer reuincebat Iudæos publicè. De hoc scribēs dicebat. De Apollo autē fratre. Nā publicè quidē redarguere, libertatē ei⁹ in dicēdo monstrabat: vehemēter verò virtutē manifestabat: ex diuinis autē scripturis, exercitationem cōprobabat. Neq; enim dicēdi libertas aliquid conducit, vbi non est facultas, neq; facultas vbi non est fiducia. Itaq; nō sine causa reliquit Aquilā in Epheso, sed propter Apollo forsan hoc spiritus dispēsauit, vt & fortior ascenderet in Corinthū. Et curnā huic quidē nihil fecerūt, Paulo autē insidiantur? Sciebāt enim q̄ ille princeps esset, vel q̄ magnū nomen viri erat. Assumētes autem, inquit, illū Priscilla & Aquilas diligentius ei exponebant viā domini. Vide quomodo omnia fide fiebant, & nusquam odiū, nusquā inuidia. Aquilas docet, imò autē & hic docetur. Et enim simul aliquanto tēpore conuersantes, sic edocti fuerunt, vt etiā ad alios docendos fierent idonei. D Quū igitur vellet transire in Achaiam scripserūt discipulis, vt susciplant illū. Cuius gratia literas mittūt, interpretatur. Vt illū, inquit, susciplant. Et vnde manifestū, q̄ illi quum in Epheso essent baptisma Ioannis habuerint? quia rogati, in quo baptizati estis? In Ioānis dicūt baptismo. Forsan tunc peregrè iuerant in Hierosolyma, & abierūt, & baptizati sunt: sed etiā baptizari Iesum non crediderunt. Et non dicit illis: Creditis in Iesum. Sed quid, Num spiritū sanctū accepistis? Sciebant enim q̄ non habebant, & vult illos fateri, vt agnoscant quid ipsis desit & petant. Et quū imposuisset, inquit, Paulus illis manus, venit spiritus sanctus super illos, & loquebātur linguis ac prophetabāt. Ab ipso baptismo propherāt. Hoc autē Ioannis baptismus nō habebat. Ideo & imperfectus erat. Vt autē talibus digni fierēt, prius illos præparauit at-

A que hoc volebat Ioānes baptizans, vt crederēt in eū qui post se venturus. Hinc ostēditur dogma magnū q̄ perfectè purgantur à peccatis qui baptizātur. Nisi enim purgarentur, non accepissent illi spiritū, non tam statim consequuti essent charismata. Et vide q̄ duplex donū fuerit, & linguæ, & p̄phetiæ. Bene autem dixit: Baptisma pœnitentiæ, quod Ioannis est, & nō remissionis, adducēs illos & suadēs, quod absque ea sit illud. Posterius enim dati baptismatis op⁹ est remissio. Et quomodo qui acceperant spiritū nō docebant, sed Apollo nōdum accepto spiritu? Quia nondum erant ita feruentes, neq; initiati: ille autem & edoctus erat, & valde feruēs. Mihi autem videtur, quanuis multa esset libertas viri, diligentérq; loqueretur ea quæ de Iesu, attamē opus ei erat adhuc exactiore doctrina. Sic quanuis nesciret omnia, ob alacritatē spiritū sanctū cōsequutus est, sicut etiā Cornelius. Forsan multi desiderant, vtinā & nunc esset Ioānis baptisma: at sic multi neglexissent vitā virtutibus claram, vel etiā approbaretur p̄opter donum hoc, & non propter regnū cœlorum. Et aliter, Multi facti essent pseudoprophetæ, & nō vltrà valde p̄obi apparuissent, neq; beati habiti essent, qui fidem simpliciter susciepissent. Igitur quemadmodū ij qui non *Ioā. 20. g* viderunt & crediderunt, beati: ita & qui absq; signis crediderūt. Dic oro mihi, nónne exprobrans Iudæis dicebat Christ⁹: Nisi videritis signa, nō credetis? Igi- *ibid. 4. g* tur nihil dāni erit nobis, si attendere voluerimus no bisipsis. Summā bonorum habemus per baptismū, remissionē peccatorum accepimus, sanctificationē, spiritus participiū, adoptionem, vitam æternā. Quid vultis magis? signa? sed abolentur. Fidē habes, spem, *1. Cor. 13.* charitatē, hæc manēt: hæc quære, hęc signis sunt ma- *d* C iora. Nihil æquale charitati: maxima omniū charitas, inquit. Nunc autē periclitatur, nomē enim illius reliquum est, opus minimè, sed diuisi sumus inter nos. Quid igitur quis fecerit, vt charitate aliis connectatur? Nā reprehēdere quidē facilè est, sed id dimidiū & imperfectū est. Oportebat igitur ostendi, quomodo amicicia efficiatur. Hoc enim est, qđ nobis curæ, quomodo mēbra diuulsa congregemus. Non enim hoc est quod quæritur simpliciter, an vnam ecclesiā habeamus vel dogma: sed hoc graue est; q̄ in aliis quidē cōmunicamus mutuū: in necessariis autem non item. Et cū omnibus pacem habentes, inter nos ipsos seditiosi sumus. Non enim hoc specta, q̄ non quotidie prælia cōmittimus, sed q̄ neq; charitatem habemus synceram & immobilē. Nobis opus esset D & vulnerum obligationibus & oleo. Consideremus signū esse, quo discipuli Christi internoscuntur charitatem, sine hac nihil valere alia, rem hanc si voluerimus, minimè molestā esse. At dicis: Scimus quidē hæc, sed qua ratione huc peruenietis, vt illa corrigātur, & cōstet inter nos amicicia? Primùm abiiciamus è medio ea quæ charitatē tollunt, & tunc etiam hāc firmabimus. Nullus sit qui vltionē desideret, & malū alteri meditetur, nullus sit inuidus. Hæc enim dilectionē prohibent. Alia autē sunt, quæ illam nobis exhibēt. Nec sufficit tollere quod obest, sed adhi benda etiā sunt quę eam cōstituant. Itaq; Sirach dicit, ea quæ illā auferūt, & nō ea quæ conciliant: Ex- *Eccli. 22.* probationē dicēs, & arcanorū reuelationē, & dolo- *d* sam plagā. Sed ab illis, vtpote carnalib⁹, meritò pueniūt talia. Absit autē vt apud nos hęc fiāt. Nō ab his, sed ab aliis vos inducem⁹. Nihil nobis est absq; dile-

Universidad de Deusto Biblioteca

ctione suaue,licèt sint innumera bona,sed quæ illorũ vtilitas?Sint diuitiæ,sint deliciæ absq; amicicia,& quod lucrũ?Nulla possessio etiã in secularib⁹ negociis honestior,q̃ hæc: quẽadmodũ scilicet nihil molesti⁹ his qui hostili in se sunt animo. 1. Pet.4.b Charitas multitudinem peccatorũ tegit:inimicicię autem,etiam eã quæ nõ sunt suspicantur.Non enim sufficit non esse inimicũ,sed oportet etiam amare. Considera quod Christus iussit,ac sufficit hoc.Etiã afflictio facit amicicias & congregat. Quid igitur,inquit,nunc? Quia enim afflictio nõ est, quomodo erimus amici? Non habetis,dic oro, amicos alios? quomodo illorũ estis amici?quomodo permanetis?Iã nullus nullũ habeat inimicũ.Nõ est hoc paruũ,nullus inuideat.Non potest qui non inuidet calũniari. Vnum habitamus orbem terrarũ omnes.iisdẽ alimur fructibus. Sed hæc parua sunt, iisdẽ sacramentis eiusdem spiritualis cibi alimur.Hęc sanè amiciciæ symbola sunt,& dilectionẽ requirũt. Quomodo igitur,inquit,feruẽti⁹ inter nos afficiemur?Quid facit amorẽ corporũ? Corporis luculẽtia & formositas, itaq; & animas faciamus pulchras & luculentas,& erimus inter nos mutuùm amatores.Nõ enim solùm oportet amare, sed etiam amari.Primũ hoc curemus, vt amemur, eritq; secũdũ factu facillimũ.Simus pulchri ac boni, & hoc efficiemus,& ita semper habebimus amatores.Nullus curet pecunias possidere,seruos,dom⁹, sed cura vna sit,vt diligatur,vtq; nomen bonũ habeat. Prou.22.b Melius est enim nomẽ bonũ,q̃ diuitiæ multæ, quandoquidem illud quidẽ manet:hæ autem dispereunt,& has quidem possidere possibile est,illud autẽ difficile.Nam qui semel infamia laborare cœpit, ægrè illã abluet. Pauper autẽ facilè nomẽ diuitis habebit.Sit qui multas talentorũ myriades possideat, abundantior illo erit,cui centũ sunt amici.Ne igitur hoc obiter curemus,sed vt negociationẽ quandam vtilissimam. Et quomodo possumus,inquit,Faux dulcis multiplicat amicos,& lingua gratitudinis studiosa.Possideamus mores puros,& os bene loquẽs:nec erit possibile,vt is qui sic afficitur, lateat. Vide quãta externi amoris cõciliabula excogitarũt,adoptionẽ, viciniã, cognationẽ, ꝑles.Sed his omnibus,ea quæ apud nos, sunt maiora.Mẽsa ista magis reuerẽda est. Multi autẽ ex his qui accedimus,neq; nos mutuũ nouimus. Multitudo,inquit,hoc facit?Minimè, sed nostra ignauia. Supr.2.g & 4.a Tria milia erãt,& quinq; milia:& oẽs habebant animã vnã.Nunc autẽ vnusquisq; fratrẽ ignorat, & nõ erubescit,multitudinẽ prætexẽs. Iã qui multos amicos habet,à nullo capi potest. Hic omnino tyranno fortior est,nõ sic regẽ lãcearij custodiũt,vt hũc amici, & est hic illo multũ clarior: nã ille quidẽ à seruis custoditur,hic autẽ ab his qui in pari honore sunt:& ille quidẽ ab inuoluntariis & metuentibus,hic autẽ à volentibus,& nihil metuentibus. Et est videre mirabilẽ rem,in multis vnum,& in vno multos.Et vt in cithara varias quidem voces habes, vnam autẽ harmoniam, & vnus musicus est, qui catharã in manũ sumit:Sic hoc in loco,Cithara quidẽ est charitas ipsa,voces loquẽtes verba,quæ ad charitatẽ conciliãdam pertinẽt, omnes in vnã suauẽ conspirant consonantiã.Musicus verò est charitatis vis,illa dulcem melodiã pulsando affert.Vellẽ te ducere in ciuitatẽ talẽ,si quidẽ possibile, vbi anima vna esset, & videres quomodo quauis cithara & tibia cõsonantius ac suauius omnia sonẽt,nihílque absurdi sit. Hæc melodia & deũ & angelos lætificat.Hoc totum in cœlo spectaculũ excitat,hoc & dæmonũ furorẽ cõpescit, & affectionũ demulcet impetus. Hæc melodia non solũ affectiones cõpescit,sed nec exurgere sinit,magnúmq; silentium facit:quemadmodũ etiam in spectaculo musicorũ chorus:omnes enim tũ cum silentio audiunt,& nemo interturbat.Ita & inter amicos dũ charitas citharã pulsat, oẽs affectiones silent ac dormiscũt, quasi bestiæ blandiciis demulsæ ac mitigatæ.Igitur sicut in inimiciis,contrà eueniũt oĩa,sed de illis nũc nihil loquamur,de amicicia dicamus solùm.Si dixeris aliquid temerariũ,nullus est qui assumit,sed oẽs ignoscũt:si feceris,nullus suspicatur, sed magna est cõdonatio: omnes cadenti manũ alacriter porrigũt,omnes prõpti sunt,vt sistant. Verè amicicia murus est,qui nõ rũpitur, & nec à diabolo capitur,nedũ ab hominibus. Nõ potest in pericula incidere,cui plurimi sunt amici.Nõ est possibile, vt sit occasio iræ,sed vbiq; materia suauitatis offertur. In risu semper est ac deliciis.Nullus etiã inuidiæ fomes est,vel vltionis inferendæ,cupiditati locus.Vides,vt talis & spiritualia & carnalia facilè corrigere potest. Quid igitur huic cõferendũ?Quasi ciuitas quædam mœnib⁹ vndiq; cincta,talis est: ali⁹ autẽ est,quasi sine muris ciuitas.Magnæ sapiẽtiæ est,posse esse amiciciæ conditorẽ.Tolle amiciciã,& omnia sustuleris, omnia cõfuderis. Si autẽ imago amiciciæ tantã vim habet,ipsa veritas quid nõ valebit?Oro igitur,vt multos amicos nobis paremus,& hãc vnusquisq; habeat artẽ.Sed ecce,inquit,ego quidẽ valde hoc curo,sed nõ idẽ etiã aliis placet. Itaq; maior tibi merces erit. At dicis: Verũ est:sed difficultas etiã amplior. Quomodo,dic oro?Ecce testificor,ac dico: Si decem soli sic firmiter cõiungeremini, & vt apostoli opus prædicationis,vt prophetæ doctrinę opus habẽt:ita etiã vos opus faciẽdi amicos in manus acciperetis, merces futura esset magna.Regias nobis imagines faciamus.Hoc eñ symbolũ est,quo noscũtur discipuli,& quodãmodo nõ minus operamur,q̃ si virtutem illis excitãdi mortuos daremus.Diadema & paludamẽtũ ostendit regẽ:& si hæc nõ sint, licèt aureas vestes habeat,nõdum rex est manifestus.Ita etiã nunc, fac hoc symbolũ,& facies tibi & aliis amicos. Discamus quomodo contẽperentur colores,per quos illa imago constituitur.Exhibeamus nos ad colloquiũ faciles,ne expectem⁹ ꝑximos: ne dicas si videro aliquẽ expectãtẽ,deterior eo efficior: sed magis quãdo videris assume,& extĩgue eius affectionẽ. Vides ęgrotantẽ,& auges morbũ?Hoc maximè ante omnia faciamus,vt præueniamus mutuũ honore.Itaq; si pręueneris honore,teipsum honore magno ornasti:accelerás,vt magis honoreris,vbiq; primat⁹ aliis cõcedamus,nihil eorũ quæ erga nos facta sunt malorum cogitemus,sed si quid bonum. Nihil sic facit amicũ vt lingua gratitudinis studiosa,os bene loqui solens, anima sine fastu, contẽptus vanæ gloriæ, contẽptus honoris.Si hæc fecerimus, poterimus fieri incõprehẽsibiles à diaboli laqueis, & bene hac vita trãsacta, bona diligẽtibus deũ promissa assequi, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi,cui cũ patre simul ac sancto spiritu sit gloria, imperium & honor, & nunc & semper,& in secula seculorum, Amen.

Ingressus autem in synagogam liberè loquutus est ad menses tres,differens & suadens ea quæ de regno dei.

Homilia lxj.

Vide

Vide vbiq;, vt seipsum in synagogas intrudit, & sic egreditur. Sẽper enim ab illis volebat occasionẽ sumere,vt dixi. Nã & gẽtes extimulabat iam,& alacriter suscipiebant eũ.Iudæi autẽ suscipiẽtibus fidẽ gentibus, pœnitudine ducebãtur. Volebat discipulos illinc abstrahere, & inde facere initiũ,magis q̃ congregẽtur illic. Et non simpliciter hoc faciebat. Propter hoc differebat illis continuò, quia persuadebat. Ne igitur quoniã libertatẽ dicẽdi audisti,asperitatẽ putes. De vtilib⁹ rebus disputabat, de regno. Quis nõ audisset? *Quia autẽ quidã indurabantur,& nõ persuadebãtur malè loquentes de via domini coram multitudine,digressus ab illis segregauit discipulos, quotidie disserens in schola tyrãni cuiusdã. Hoc autem factũ est per annos duos:ita vt oẽs,qui habitabãt in Asia,audirent verbũ domini Iesu,tã Iudæi quàm Græci.* Viã domini,prædicationem meritò vocabant:verè enim via est,quæ ducit in regnum cœlorũ. *In schola*,inquit,*tyranni cuiusdã disputabat.Et hoc factũ est per duos annos:ita vt omnes audirent sermonem,tã Iudæi,quàm Græci.* Vides quãtùm profuit cõtinuò vrgere?Et Iudæi,& Græci audierũt. *Virtutésque nõ vulgares faciebat deus per manus Pauli.Et ita, vt etiã super infirmos auferrent à corpore eius sudaria, & semicinctia, & liberarentur ab infirmitatibus suis,egrederentúrq; ab eis spiritus immundi.* Nõ ferentes tãgebant solũ,sed & accipientes apponebãt.Idcirco Christus nõ permittit illum abire in Asiã,obseruans,vt equidẽ opinor,tempus hoc. *Attentauerũt autem quidam ex Iudæis exorcistis, qui obãbulabant,nominare super eos qui habebãt spiritus malos,nomen domini Iesu,dicentes: Exorcizamus vos per Iesum quem Paulus prædicat.* Ita omnia faciebãt,negociationis ac lucri gratia.Noluerunt quidẽ credere,sed per nomen voluerũt eiicere dæmones. Papæ, quantum erat nomẽ Pauli. *Erãt filij Sceuæ Iudæi principis sacerdotũ, septẽ,qui hoc faciebant.Respõdens autem spiritus malus, dixit eis:Iesum cognosco,& Paulũ scio.Vos autem qui estis? Et insiliens in eos homo in quo erat spiritus malus, inualuit cõtra eos, ita vt nudi ac saucij effugerẽt de domo illius.Hoc autẽ notũ factum est Iudæis,Græcísq; omnibus,qui habitabãnt in Epheso.* Igitur clã faciebant. Posteà diuulgata est eorũ infirmitas. *Et irruit timor super omnes illos, & magnificatum est nomẽ domini nostri Iesu Christi.Et multi eorũ qui crediderãt, venerunt cõfitentes ac annũciantes opera sua.* Quoniã autẽ tantã potestatẽ habebant, vt etiã per dæmonia talia facerent,meritò hæc fiũt. *Multi autem erant ex his, qui curiosas artes exercuerant, qui cõportatos libros exusserunt coram omnibus,& computauerunt precium illorũ, & repererũt quinquaginta milia numorum.* Ita validè sermo domini creuit,& inualuit. Videntes autẽ, ꝙ nihil illis posteà vtilitatis esset,exusserunt libros. Quando & ipsi dæmones hæc faciũt. Non igitur nomẽ aliquid facit, si non cũ fide dicatur. Bene igitur dicebat: Qui credebat in me,has vmbras insinuans. Vide quomodo armis cõtra seipsos vsi sunt. *Et disputabant*,inquit,*in schola tyrãni cuiusdã, ad annos duos.* Vbi fideles fuerunt,valdéq; fideles. Ita nihil magnum putabant esse Iesum, quia & Paulũ addiderant,quia & ipsum hac ratione magnũ quiddam esse putabãt. Dignũ est hîc admiratione, quomodo dæmõ ille nõ cooperatus est errori illorũ, sed refutauit eos, & omnem dolum eorũ manifestauit. Mihi videtur valde succẽsuisse,quẽadmodũ si quis extremè periclitetur, à miserabili & ærũnoso quodã refutetur, & omnẽ in illum remittere velit furorẽ. Vt enim ne videatur contẽni,nomẽ Iesu prius cõfessus est:& tũc accepit potestatẽ. Quod enim nõ nominis fuerit infirmitas,sed omnino à deceptione illorũ,quare hoc ipsum non etiã Paulo accidit? *Et insiliens*,inquit,*homo in illos.* Fortassis disrupit illorum vestes,& dedolauit illorũ capita. Hoc enim manifestauit dicẽdo,Insiliẽs: atq; adeò satis erat hoc facere: Quid est: Digressus ab illis, segregauit discipulos? Impediuit illorũ maledicentiã.Hoc autẽ facit digrediens:quia noluit illorũ inuidiã accendere,neque in maiorẽ incitare rixam. Quod autẽ dicit, Liberè loquutus est: manifestat & ad pericula prõptũ fuisse,& non adũbratis dogmatis apertè disseruisse. Hinc discimus,ꝙ nos immiscere non debemus maledicẽtibus,sed abeundũ ab eis.Quum maledicere- 1.Cor.4.c
tur,nõ maledixit etiã ipse,sed potius quotidie disputabat:& hãc ob causam potissimũ sibi familiares faciebat, ꝙ quanuis malè audiret, non tamen recederet,neq; resiliret.Et obserua,postquã tentatio ab extraneis cessauit,à dæmoniis incipit.Vides cęcitatem Iudaicã.Vestes illius videbãt efficaces,& nõ attẽdebãt.Quid hac re maius fieret?Alij,gẽtes inquã, omnino secus agebãt.Si quis Gręcorũ non crederet,videns vmbrã hæc operari, crederet. Sic dũ illi ab his separantur,alij quidẽ maledicendo & calumniando dogma,vincũtur.Hoc enim vocauit viam.Ipse autẽ digressus est,ne discipuli secederẽt,& ne illi in furorẽ concitarẽtur:ostendẽs semper,ꝙ salutẽ repellant. Et iam hîc neq; defendit illos,vtpote vbiq; gentibus credẽtibus:ac differit, nõ simpliciter inquisito loco, sed vbi schola erat,vt cõmodius illic congregentur. Papæ,quanta eorũ qui crediderãt virtus,quæ & aliis eadẽ facere concedit? Quanta autẽ cæcitas illorum, etiã post demonstrationẽ virtutis adhuc manentiũ in infidelitate? Igitur quẽadmodũ Simõ propter lucrũ quærebat gratiã spiritus, ita & hi ꝑpter idipsum hoc faciebãt.Quãta cæcitas?Et quidnã ad hæc Paulus?Nõ increpat.Quia habitũ opus inuidiæ, propter hoc singulari dispẽsatione hac vtitur. Hoc & Christus egit.Sed tunc quidẽ nõ prohibebatur.Principiũ Ioan.12.a
enim rerũ erat,quoniã & Iudas fur non prohibeba- Sup.5.a.b
tur. Ananias autẽ & Sapphira etiã occisi sunt.Et mul Supr.13.a
ti quidẽ Iudæi etiã insurgẽtes,nihil patiebãtur. Elymas autẽ magus excæcatus est.Nõ eñ veni, inquit, Ioan.12.g
vt iudicem mundum,sed vt seruetur mundus. Vide impietatem pollutissimã.Iudæi quũ adhuc manerẽt in impietate, per ipsum nomen negociari voluerũt: atq; sic omnia faciebant ad vanã gloriã & lucrũ. Vide vbiq;, ꝙ non sic homines conuertuntur per vtilia,sicut per terribilia. Vbi de Sapphira mentio fuit, Supr.5.a
irruit timor super ecclesiã & non audebant adhærere illis. Hîc sudaria & semicinctia accipiũt,& sanant. Et post hæc venerũt cõfitentes peccata sua. Ex eo ꝙ insiliebat,ostenditur dæmonũ magna quædã vis esse,quam contra infideles habent.Et quare non dixit spiritus malus?Quid est Iesus?Sed dixit magis inutilia verba. Terrebatur,ne & ipse pœnam det.Sciebat enim,cõcedi ei,illos vlcisci quos huius nominis illusores fecerat. Quare autem & miseri nõ dixerũt illi: Credimus? Timuerũt Paulũ, quãuis certè multò clariores fuissent,siquidẽ sibi familiarem illũ fecissent. Et aliter: Etiã hoc quod in Philippis contigit, & illos castigauit. Tu autem vide, vt scriptor hic minimè sit molestus,& historiã solũ scribit, & nõ accusat. Hoc apostolos faciebat admirabiles. Sed cuius fuerint filij,nomen dicit & numerũ, dans his qui tunc erant, indicium,q̃ certa scribat.Quæ autem & obambulabant?

Universidad de Deusto
Biblioteca

bant? Lucri, & nõ annũciandi verbi, gratia. Quomodo enim? Bene autem currebãt, posteà prædicantes, propter ea quæ patiebãtur. Vnde hoc manifestãs dicit: *Et factũ est*, inquit, *nõtum omnibus tã Iudæis, quàm gentibus, qui habitabãt in Epheso.* Nõne hoc etiam eos, qui obdurescebãt cõuertere debuit? Dic oro. Sed nõ cõuertit, & ne mireris. Maliciæ em̃ nihil est quod persuadeat. Agè & istucipsum, quãta videlicet sit exorcistarũ malicia, videam⁹. Quare hoc nõ Christo ipsi accidit, alterius, & non præsentis temporis quæstio fuerit. Verùm q̃ bene hoc factum sit, & vtiliter. Mihi enim videtur illi per irrisionẽ feciſſe, vnde & puniũtur. Et ita etiã ne postea ausit quis nomẽ illud nominare tam temerè terrentur alij, & magnũ argumentum habent deum scire omnia: maximum argumẽtum erat, priusquã à dæmonibus redarguerentur, seipsos accusabant, terrentur, ne eadẽ patiantur. Quãdo enim adiutores illorũ dæmones accusare illos cœperunt, & non iam adiuuabãt, qualis iam spes vltrà, q̃ per opera cõfessio? Vide autem qualia paulò pòst mala fiũt, factis signis? Talis enim est hominum natura. Statim beneficiorum obliuiscitur. An non meministis, q̃ in ipsis quæ nobiscũ facta, idem accidit? Nónne superiori anno cõcussit deus ciuitatem totã? Quid igitur? Nónne omnes ad illuminationem currebant? Nónne scortatores & molles & effœminati, dimissis possessionibus & locis in quibus conuersabantur, conuersi sunt & facti religiosi? Vbi autẽ tres dies transierunt, iterũ redierunt ad suam maliciam. Vnde hoc factũ? Ex magna ignauia. Et quid mirum, si vbi res transierint, quũ scilicet & perpetuò manẽ-

Gen. 19. c tibus signis idẽ fit, vt est in Sodomis. Dic enim oro: Nónne perpetua sunt? Quid igitur? Nunquid vicini propterea meliores facti sunt? Minimè. Quid & Noë

Gene. 9. c & seq. filius? Nónne idem permansit? Nónne in montibus videns tantã solitudinẽ malus erat? Ne igitur admiremur, quomodo nõ crediderũt, qui tales facti: vbi scilicet ipsa fides dum negare nõ possunt sæpe in diuersum eos compulit, nempe in maliciam, vt quãdo

Ioan. 7. c dæmoniacũ dicunt filium dei. An non videtis etiam nunc hæc fieri? & multos homines similes serpentibus esse incredulos & ingratos, qui & ipsi sicut serpẽtes, quãdo beneficia acceperĩt, & ab aliquib⁹ humaniter tractati fuerint, benefactorib⁹ infesti fiũt. Hæc à nobis dicta sunt, ne quis miretur, quare nõ omnes cõuersi fuerint. Vide oro, quæ & nostris acciderunt tẽporibus: & apud Babylæ martyris sepulchrũ, & in reparatione tẽpli Hierosolymitani p̃ Iudæos, & quę in destructione tẽplorũ, & non omnes cõuersi sunt. Quid oportet referre vetera? superiore annò dixi vobis quanta res acciderit, & nullus attendit: sed iterũ paulatim defluxerunt, & collapsi sunt. Stat semper cælũ clamans, q̃ dominũ habeat, & à quo sit opifice. Dico autẽ totum mundũ. Et dicunt quidam q̃ nõ, vt Theodorus ille, facta sint superiore anno. Quem nõ concussit: attamẽ nihil amplius factũ est, sed ad tempus facti religiosi, iterũ redierunt, vnde facti sunt religiosi. Hoc etiã Hebræis tunc contigit. Propterea

Psal. 77. d propheta quoque dicebat. Quando occidebat illos tunc inquirebãt illũ, & conuersi sunt, & manè surrexerunt ad deũ. Et quid referũtur generalia, quot incidũt in morbos, quot ꝓmittũt, si surrexerint pœnitentiã se acturos & cõuersuros, & illi ipsi manẽt? Maximè ostendit nobis esse electionẽ & libertatem nostræ naturæ, repẽtina mutatio. Si em̃ naturalia essẽt mala, neq; natura facta esset. Ea em̃ quę naturæ sunt ac necessaria, nõ possum⁹ mutare. Certè, inquit, etiã mutamur. Nõne videmus quosdã natura videre, à timore autẽ excęcari? Quoniã & hoc naturę est sic humiliari, & in angustiis fieri, quãdo natura alia accesserit: & ita natura nobis accidit, quãdo terremur, vt nõ videamus. Secundum naturã autẽ, etiam quãdo maior metus aduenit, alius euadit. Quid igitur, si & tẽperantia, inquit, secundũ naturã quidem fit, metus autem inualescens illã eiiciat? Quid igitur, si ostendero quosdã, neq; tunc temperatiores fieri, sed etiã in ipsis malis esse impudentes? Nũquid hoc naturale est? Dicã vetera? Sed noua. Quot manserunt in illis ipsis malis ridẽtes, subsannãtes, & nihil tale senserũt? Dic oro: Pharaõ nónne statim mutatus est, & ad pristinã maliciã recurrit? Hoc autẽ loco, in his qui dæmonia habebãt, quanuis ipsi nõ ignorarent, adiecerunt simpliciter, dicẽtes: *Per Iesum adiuramus vos, quem Paulus prædicat.* Per quæ enim defendunt, ostenditur q̃ sciunt. Iesum verò dicunt illũ simpliciter: oportebat dicere, Seruatorem orbis, qui resurrexit. Sed noluerunt dicere gloriã ipsius. Ideo & reprehẽdit illos dæmon, insultans in eos, & dicens. *Iesum cognosco, & Paulũ scio.* Quasi diceret: Vos nõ creditis, sed abutentes hoc nomine, talia dicitis. Igitur desertũ tẽplũ, & facilè expugnabilia arma estis: & ita nõ estis præcones, sed mei, inquit, estis. Magnus furor dæmonis. Potuissent hęc illis facere apostoli, sed nõ faciebãt nũc. Nã qui imperabant illis, qui hæc faciebãt, multò magis & ipsi facere potuissent. Vide quomodo illorum mãsuetudo mõstratur. Quia illi quidẽ exigebantur, qui talia faciebãt. Dæmones autẽ quibus seruiebãt, planè cõtra. Iesum, inquit, cognosco. Cõfundamini igitur vos, qui ignoratis. Et Paulũ scio. Bene & hoc. Sciebat enim & præconẽ esse. Mox insilit in alios, & dissũpit vestes, per ea quæ faciebat ipsis: hoc solũ dicit, ne puteris, q̃ contẽnens illos, hæc dico. Magnus timor dæmonis, & quare absq; verbis istis nõ dissũpit illorũ vestes? sic enim & furorẽ impleuit, & errorẽ statuit. Timuit, id qđ dixi, potestatẽ inaccessam: & nõ tantùm potuisset, si nõ hoc dixisset. Vide vbiq; gratiores dæmones, q̃ Iudęos, & non audentes contradicere, neq; accusare, vel apostolos, vel Christũ. Illic dicũt: Scim⁹ te quis sis, & quur venisti huc ante tẽpus torquere nos? Et iterũ: Scio te qui sis, filius dei. *Matt. 8. d* *Marc. 1. a* Hic autẽ: Hi homines, serui dei excelsi sunt. Et iterũ, Iesum quidẽ cognosco, & Paulũ scio. Omnino enim formidarũt, & timuerũt sanctos illos. Forsã quis nos audiẽs, cupit in hac esse potestate, ne possint dæmones cõtra ipsum obtinere. Et beatos dicit sanctos illos, ꝓpter hoc q̃ tantã habuerint potestatẽ. Sed audiat Christũ dicentẽ: Ne gaudete q̃ dæmonia vobis *Luc. 10. c* subiiciũtur. Qm̃ sciebat oẽs homines maximè vana gloria gaudere. Si enim quod deo placet quæris, & quod cõmuniter prodest, alia maior est via. Non est ita magnũ à dęmone liberari, vt eripi à peccato. Dęmon nõ prohibet regnũ cœlorũ assequi, licèt coopere tur, inuitus quidẽ: Cooperatur autẽ faciens habẽtem se continentiorẽ, peccatũ autẽm eiicit. Iam forsan dicet quis: Absit, vt sic assequar cõtinentiã. Neq; ego vellẽ, neq; aliùs est qui velit. Omnia ob amorẽ Christi facienda sunt. Si autẽ hoc, quod absit, cõtingat, & pro hoc orandũ. Si igitur hic quidẽ nõ eiicit, illud autẽ eiicit: liberare à peccato maioris beneficij est. Igitur ab hoc curemus liberare proximũ, & antè

proximum

proximũ nos ipsos. Videamus, ne dęmonem habeamus. Scrutemur nos ipsos exactè. Peccatum grauius est dæmone: Nam ille quidem humiles facit. An nõ videtis dæmoniacos, quando respuerint à morbo, q̃ sint submissi, q̃ tristi vultu, quanta erubescentia vultus illorũ pleni sunt, quomodo neq; obtueri audẽt? Vide absurditatẽ. Illi quidẽ propter ea quæ patiuntur, cõfunduntur: Nos autem neq; pro his quæ operamur, cõfundimur. Illi iniusticia affecti, erubescũt: Nos iniusticia afficientes, non erubescimus: quãuis causa illorum non sit confusione digna, sed misericordia, & humanitate, & venia & magna admiratione, multisq; laudibus, quando & cum tali certãt dæmone, & omnia cum gratiarum actione ferunt. Res autem nostræ profectò risu, cõfusione, accusatione, supplicio, pœna, extremisque malis, & gehenna, nullaq; venia dignæ. Vides q̃ peccatũ dæmone grauius sit. Et illi quidem ex his quæ grauiter ferunt, duplex lucrum reportant. Vnum quidem, q̃ humiliores & modestiores fiunt. Alterum, q̃ pœnas hîc suorũ peccatorũ dantes, puri ad dominũ migrant. Etenim de hoc sæpe disseruimus, & ostendimus, q̃ eos qui hîc puniũtur, si benignè ferant, verisimile est multa pec cata deponere. A peccatis autẽ duplicia grauia sunt: Vnum quidem, q̃ impingimus: Alterũ, q̃ deteriores efficimur. Attendite, oro, quod dicimus: Non in hoc solùm lædimur à peccato, q̃ peccamus: sed & aliud grauat, q̃ anima recipit habitum: sicut in corpore per exemplũ manifestius videre licet. Sicut enim qui febre laborat, non in hoc solùm lædit̃r, q̃ ægrotat, sed etiam quòd post morbum infirmior fit, licet à morbo diutino ad bonam valetudinem redeat. Ita sanè & de peccato dicendũ, licèt sanemur, adhuc tamẽ egemus magna fortitudine. Vide enim oro, quẽdam qui cõtumelia affecit, & non supplicio affectũ: non propter hoc solùm debet lachrymari, quia non contumeliæ dat pœnã, sed etiam propter aliam causam, vt lugeat dignũ. Et qualis hæc? Quia impudentior facta est anima. Nam vnumquodq; peccatũ, vbi patratum fuerit, & ad finem peruenerit, relinquit in anima venenũ. Non audis quosdã dicentes, quando à morbo confirmati fuerint: Nõ ausim aquam bibere? quanuis sanus sit, sed ita morbus lęsit. Et illi quidẽ malè affecti, gratias agunt. Nos autem bene habentes, blasphemamus deũ, & offendimus. Plures enim inuenias in sanitate ac diuitiis hoc faciẽtes, quàm in paupertate & mala valetudine. Stat enim dæmon quasi lictor, reuera vehemẽter minax: & sicut pędagogus quidã lorum intendẽs, & nusquam diuertere sinẽs. Si autem quidam neq; sic sobrij sunt, itaq; illi dant pœnam. Non paruam autem & hoc. Nam quemadmodum stulti, quemadmodum insaniẽtes, quemadmodum pueri non dant pœnas, sic neq; hi. Ex his enim qui insciẽter agunt, nullus tã crudelis, vt supplicium exigat. Nónne peccãtes deterius affecti sumus, q̃ dæmonio vexati? sed q̃ non spumamus, neq; pupillas distorquemus, neq; manus, vtinam in corpore hoc pateremur, & nõ in anima. Vis tibi mõstremus animam spumabundam, immundam, & distortos oculos mentis? Cogita irascentes, ac ebrios à furore, qua saliua non immundiora verba eiiciunt, profectò fœtidum sputum eructant. Et sicut illi nullum ex præsentibus norunt: ita neq; hi. Obumbrata est enim eorum mens, & distorti sunt oculi: nõ amicum, non inimicum, non reuerendum, nõ contemptibilem, sed oẽs simpliciter vident. Non vides hos tremere sicut illos? Non cadunt in humum, sed anima illorũ humi fita est, & cadit turbine acta. Si enim recta staret, nequaquã pateretur illa quæ patitur. An non videtur tibi esse animæ abiectæ, & suã perdentis sobrietatem? Etiam ea dicũt & faciunt, quæ ebrij furore. Est quædã & alia insanię species hac grauior. Qualisnam illa, quando neq; remitti iram sustinẽt: sed apud seipsos alunt familiarẽ scilicet lictorem, se torquentem, vlciscendi, inquam, cupiditatem? Ipsos enim vlciscendi auidos primũ perdit vltionũ meditatio, vt futura prætereã. Nam quantũ putas tormẽtũ esse hominis afflictæ animæ, quotidie cogitare vt vlciscatur inimicũ? Prius teipsum puni, qui talis es. Et punitur inflatus cõtra seipsum pugnans & incensus. Necessariũ enim semper apud te flagrare ignẽ, & incendiũ intantũ extendens, non finis decrescere, cogitans inferre alteri malũ quiddam. Ipse autem teipsum mordes, semper flammã vigescentẽ ferẽs, & animã interquiescere nõ sinẽs, sed semper in exasperatione, & in turbatione, & in tẽpestate mentẽ habẽs. Quid hac insania molestius? Semper inquã contristari, & inflari, & ardere. Tales em̃ sunt animæ eorũ, qui vltionẽ meditãtur. Nam vbi viderint eum quem volunt vlcisci, statim perculsi sunt: Si vocẽ audiant, cõciderunt, tremunt: Si in lecto fuerint, innumeras pœnas apud se scribũt, dilacerantes, torquentes illũ inimicũ: Ad hæc si illum clarescere viderint, papæ, ô pœnas. Remitte illi peccatũ, & libera teipsum à tormento. Quur perseueras, semper vt te punias, vt illũ semel flagelles, & in eum animaduertas? Quid paras tibi ipsi morbũ? Quid animũ tuum liberari volẽtem detines? Ira neq; vsq; ad vesperã maneat, inquit Paulus. Sicut enim putredo quædã ac tinea, ita mẽtis nostræ radicẽ arrodit. Quare bestiam in viscera tua includis? Melius esset viperã vel serpentẽ in corde positam esse, q̃ iram, vel inuidiam. Nam illæ quidẽ statim nos liberarẽt: hæc autẽ manet semper, dẽtes fortiter infigens, immissóq; veneno, pessimarũ cogitationũ exercitus ꝓducit. Sed hæc facio, ne derideat, ne contẽnat. Miser homo & ęrũnose, nõ vis à cõseruo deriderì, sed odio haberi à domino tuo? Non vis contẽni à cõseruo tuo, & contẽnis dominũ? Nõ putas indignari deum, q̃ illũ contemnis: & q̃ illũ deridens, nõ vis ei obtẽperare? Quòd autẽ neq; te derideb̃it, manifestũ est hinc. At siquidẽ sic pergas, magnus erit risus, magnúsq; contẽptus: pusillanimitatis enim opus est. Si autẽ cessaris, magna erit admiratio: hoc em̃ magnanimitatis est. At ille, inquit, ignorat. Sciat deus, vt maiorẽ habeas mercedẽ. Vsurã enim accipitis ab his, inquit, à quibus nõ sperabatis vos recepturos. Ita & benefaciamus his qui nõ sentiunt q̃ eis benefit: ne nobis laudẽ, vel quidliber retribuant, mercedẽq; imminuãt. Nihil em̃ ab hominibus recipiẽtes, à deo maiora recepturi sum⁹. Quid autẽ magis ridiculũ, & quid frigidi⁹ anima quæ semp irascitur, & vult vlcisci? Muliebris, ac puerilis volũtas est. Nã vt illa etiã cõtra inanimata irascitur, & si nõ percutiat pauimentũ, nõ dimittit irã: Ita profectò & hi. Volũt vlcisci de his qui cõtristarãt. Igitur ipsi risu digni. Etem̃ iræ imperiũ ferre, puerilis animi est: imperare autẽ, fortitudinis fuerit. Igitur nõ nos ridem⁹, si sapiẽter agamus, sed illi. Ab affectione nõ vinci, non est cõtẽptibiliũ hominũ. Ita autẽ timere externũ risum, vt ꝓpter hũc affectioni ꝓpriæ subiacere, & deũ

Ephe. 4. f

offendere,

Universidad de Deusto Biblioteca

offendere,ac teipſum vlciſci velis,vtiq; cõtemptiſſi-
morũ fuerit.Hæc reuera digna ſunt riſu . Igitur hæc
fugiamus.Dicat,ꝙ innumera mala nobis licèt exhi-
buerit,nihil tamen paſſus ſit.Dicat, ꝙ & iterum nos
ſi conuiciis inceſſant,nihil patiantur.Non aliter no-
ſtram prædicaſſet virtutẽ,non alia exquiſiſſet verba,
ſi nos laudare voluiſſet,q̃ hæc quæ dicit, dum putat
nos affligere.Vtinã omnes de me hoc dicerent,Inu-
tilis &miſer homo eſt:omnes in illũ contumelias ia-
ciunt,ipſe autẽ fert:Omnes inſiliunt, ipſe autem nõ
vlciſcitur. Vtinã appoſuiſſent, Neq; ſi vellet, poſſet:
vt mea laus ſit ex deo, & non ex hominibus. Dicat,
Propter timiditatẽ & ignauiam non vlciſcimur. Ni-
hil hoc nobis nocet,quando deus ſcit: ſed theſaurus
noſter tãtò fidelius obſeruatur.Si ad illa ſpectabim⁹,
omnibus deſtituemur. Videamus,nõ quid dicãt,ſed
quid nos deceat.Aliqui autem dicũt, Ne me deriſe-
ris,& gloriantur quidam.O inſipientiam.Nullus me
lædẽs deriſit me,inquit,hoc eſt,vltus ſum. Quin ob
hoc derideri mereris,quia vltus es. Vnde hæc verba
introducta , quæ confuſio, perditióque vitæ noſtræ
ſunt ? Nónne illa quæ licèt deo aduerſa ſunt,loqui-
mur ? Nõ vlciſci em̃ deo facit æqualẽ.Riſúmne hoc
putas ? Nõne ꝓpter hoc rideri meremur & à noſtris
& à gẽtibus,ita cõtradicentes deo?Narrare volo ali-
quid apud veteres geſtum,nõ de ira,ſed de pecunia.
Erat cuidã prædiũ,occultũ theſaurum cõtinens,ne-
ſcio domino,quod ille vendidit.Qui autem emerat,
effodiendo vt plãtaret & curaret,occultum theſau-
rum inuenit. Vtis qui vendiderat, reſciuit, venit &
coëgit eum qui emerat,reddere theſaurum. Prædiũ
enim venditum dicebat,non theſaurum.Quem ille
iterum repulit, dicens agrum cum theſauro venditũ
eſſe:& ſe hoc non curare . Peruentum eſt vtrinq; in
diſceptationẽ : Et ille quidem accipere volebat, hic
autem contendens non dare.Et nacti hominẽ quẽ-
dam ei exponebant,ac rogabãt, cuínam adiudican-
dus theſaurus.Ille verò non pronunciauit.Dixit au-
tem,contentionẽ eorũ eſſe tollendã: ꝙ ipſe horũ ſit
dominus.Et accepto theſauro, quẽ illi ſpõtè permi-
ſerunt : innumera poſteà mala ſuſtinuit,& reipſa di-
dicit,meritò illos ab hoc abſtinuiſſe. Hoc & de ira
fieri oportet,vt & nos contẽdamus nõ vlciſci:& qui
contriſtarunt,contendant vt dent pœnam. Sed for-
ſan & hæc cuipiam ridicula erunt . Quãdo enim in-
ſania ſupra modũ inualuerit,ridẽtur modeſtè agen-
tes . Et inter multos qui inſaniunt, inſanire videtur
qui non inſanit.Ideo oro,vt reſipiſcamus, & ſimiles
fiam⁹ illis,qui purificati à pernicioſa affectione hac,
regnum cœlorũ aſſequamur : gratia & miſericordia
vnigeniti illius filij , cum quo patri ſimul ac ſpiritui
ſancto ſit gloria,imperium,& honor,& nunc & ſem
per,& in ſecula ſeculorum,Amen.

*Impletis autem his,propoſuit Paulus in ſpiritu, trãſita Ma-
cedonia & Achaia,proficiſci in Hieruſalem,dicens: Poſt-
quam illic fuero,oportet me & Romam videre. Miſſis autẽ
in Macedoniam duobus qui ſibi miniſtrabãt,Timotheo,&
Eraſto,& ipſe manſit ad tempus in Aſia,ortus eſt autẽ tem
pore illo tumultus non paruus de illa via. Homilia xlij.*

SAt diu cõuerſatus in ciuitate, vult iterũ aliò
tranſire : vnde etiam mittit Timotheum ac
Eraſtum in Macedoniam : ipſe verò manet
in Epheſo. Quomodo autem ab initio volens in Sy-
riam abire,iterum reuertit in Macedoniã,oſtendens
ꝙ omnia non ſua virtute faciebat:iam prophetat,di-
A cens:Oportet me etiam Romam videre.Hoc autem
dicens fortaſsis conſolatur eos ꝙ non abfuturus,ſed
breui iterum rediturus , & prophetia diſcipulorum
excitat mentes . Hinc mihi videtur ſcribere Corin-
thiis ab Epheſo, ac dicere , Nolim vos ignorare fra-
tres de afflictione quę accidit nobis in Aſia.Quoniã
enim promiſerat ſe vẽturum in Corinthũ, rationem
reddit,ꝙ moretur. Et dicit, Vltra tentationem: nar-
rans quæ cũ Demetrio acta ſint.Quam hîc inſinuat,
tumultum non paruum dicens de via hac factũ eſſe.
Iterum periculum:iterum tumultus . Vides claritu-
dinem?Facta ſunt ſigna duplicia, illi autem cõtradi-
cebant.Ita vbiq; contexit opera. *Nam quidam nomine
Demetrius,faber argentarius , qui faciebat delubra argentea
Dianæ,præſtabat artificibus non exiguum quæſtum . Quibus
conuocatis & iis qui ſimilium rerum erant opifices,dixit:Viri,
B ſcitis,quòd ex hoc opificio quæſtus noſter eſt:& videtis,& au-
ditis,quòd non ſolùm Epheſi,ſed etiam totius Aſiæ,Paulus hic
perſuaſit,&auertit turbam multam,dicens:Non eſſe deos ma-
nu factos . Non ſolùm autem hæc pars mihi in periculum ve-
nit, ne reprobetur : verùm etiam magnæ deæ Dianæ templum
in nihilum reputabitur, deſtruetúrque maieſtas eius, quam to-
ta Aſia & orbis colit.* Faciebat,inquit,delubra argen-
tea.Et quomodo poſſibile erat fieri delubra argẽtea?
Fortaſſis ędiculas & coopercula,quęCiboria vocãt.
Magnus enim erat honor illius in Epheſo,vbi etiam
templum illorum ſuccenſum ita contriſtauit eos, vt
eum qui ſuccendiſſet,ne nominari quidem vellent.
Vide vbiq; idololatriã à diuitiis fieri : Et illi propter
pecunias . Et hîc propter pecunias dolent,non ꝙ il-
lis pietas periclitetur , ſed ꝙ materiam lucri non ha-
bituri ſint.Et conſidera malignitatem viri.Abundãs
C ille erat, Et ipſi quidem non tantum damnũ inde fu
turum:illis autem plurimum,vtpote pauperibus,qui
& quotidiano opificio victitabant. Attamen hi qui-
dem nihil dicunt.Ipſe autem, eos qui erant ſocij ar-
tis,ſocios aſſumit & tumultus. Deinde etiã periculũ
exaggerat,addens.Periclitatur nobis portio hæc, ne
reprobetur.Hæc enim fore manifeſtat,ꝙ periculum
ſit famem paſſuros huius artis opifices . Et quanuis
hæç dicta ſufficiebant illos ad impietatem adduce-
re,ſed miſeri quidam ac viles quum eſſent, inſiſtunt
magis:& non conſiderant, ꝙ ſi homo hic valet tan-
tùm,vt omnes conuertat, & periclitentur dij: qualis
illius deus : Et ꝙ multò magis illa nobis dabit , pro-
pter quæ timemus. Iam præoccupauerat illorũ ani-
mos,dicens: Non eſſe deos, ab hominum manu fa-
ctos. Vide pro quo indignantur gentes . Quoniam
D dixerat , quòd ij qui ab hominibus facti , non ſunt
dij : ſemper in artem refert ſermonẽ. Deinde, quod
maximè illos contriſtabat , ſubdit, dicens : Non ſo-
lùm autem hęc pars periclitatur nobis.hoc eſt, Alio-
rum nobis nulla ſit ratio . Sed etiam magnæ deæ
Dianæ maieſtas in periculo eſt,ne deſtruatur.Dein-
de ne videatur lucri gratia dixiſſe , vide quid appo-
nit , Quam orbis colit . Vides quòd oſtendit maio-
rem Pauli virtutem , omnes miſeros & ærumnoſos
illos vocans?ſiquidem homo qui fugabatur hincin-
de, & tabernaculorum factor tanta poteſt ? Vide ab
inimicis teſtimonia dari apoſtolis . Illic quidem di-
cebant : Ecce impleſtis Hieruſalem doctrina veſtra. Supr. 5. f
Hîc,quod deſtruenda eſt Dianæ maieſtas.Tunc di-
cebãtur cõmouiſſe orbem terrarum, quod hi & hic
peribant. Nunc, ꝙ periclitatur nobis portio noſtra:
ne reprobetur, & abeat . Sic & Iudęi de Chriſto di-
cebant,

Ioan. 12 c cebant,Videtis ꝙ mundus poſt illum vadit. Et, Ve-
Ibid. 11. f nient Romani,& tollent noſtram ciuitatem. *Auditis
autẽ his,impleti ſunt furore.* Vnde furor factus eſt ? Quã-
do de Diana audierũt:quando de lucri iactura.tales
enim vulgariũ mores ſunt,facilè corripi & accẽdi ſo
lẽt.Eapropter cũ inquiſitione faciẽda ſunt hæc om-
nia. Vide autẽ q̃ contẽptibiles fuerint,qui ad omnia
ſic afficiebantur. *His auditis impleti ſunt ira*, inquit, *&
clamauerũt dicẽtes : Magna Diana Epheſiorũ. Et impleta eſt
ciuitas tota cõfuſione, impetúmq; fecerũt vnanimiter in thea-
trũ.Et correptis Gaio & Ariſtarcho Macedonibus Pauli co-
mitib⁹ traxerũt illos.* Simpliciter iterũ inuadũt, ſicut Ia-
ſonẽ Iudæi,& ſemꝑ ſimiliter afficiũtur : ita nullũ vel
gloriæ,vel honeſti,reſpectũ habebant. *Paulo autẽ vo-
lente intrare ad turbã nõ permiſerunt fratres. Quidã autem ex
Aſiæ primoribus,quũ eſſent amici eius,miſerũt ad eũ.Et obſe-
crabãt,ne cõmitteret ſe theatro.* Obſecrant quia populus
incõpoſitus irrationabili impetu oĩa audet. Et Paul⁹
obtẽperat.Nõ enim erat vanæ gloriæ cupidus, neq;
arrogãs.Igitur alij quidem,aliud quiddã clamabant:
erat enim cõgregatio confuſa , & pleriq; neſciebant
qua ex cauſa cõueniſſent . Talis enim turba ſimpli-
citer ſequitur,ſicut flãma in fomitẽ cadens. *Ex turba
autem protraxerũt Alexandrũ propellẽtibus illũ Iudæis.* Pro-
pellebant illũ Iudæi ſingulari diſpenſatione, vt nihil
poſſent poſteà contradicere . Hic & protruditur &
loquitur.Et quid?audi: *Alexander autem manu ſilentio
poſtulato,voluit rationem dare populo. Agnoſcentes autẽ quòd
Iudæus eſſet,vox facta eſt vna omniũ quaſi ad duas horas cla-
mãtiũ,Magna eſt Diana Epheſiorũ.* Puerilis reuera cogi-
tatio,quaſi timentes ne extinguerẽtur cultus illorũ,
cõtinuò clamabant. Ad duos annos ſederat illic , &
vide quot adhuc Pagani. *Quũ autẽ ſedaſſet ſcriba turbã,
dixit,Viri Epheſij, quis eſt hominum qui neſciat Epheſiorum
ciuitatem Neocorõ eſſe magnæ deæ Dianæ & Diopetis?* Hoc
primũ furorẽ illorum reſtinguit.Et διοπέτους,hoc di-
cit,quaſi non ſit manifeſta res.Sacrũ autem aliud ſic
vocabatur διοπετὲς, vel idolũ Dianæ: ſic dicebat, ꝙ
ex Ioue teſta illa delapſa,& nõ ab homine facta, vel
aliud idolũ apud illos ſic dicebatur. *Quũ igitur his nemo
cõtradicat,oportet vos ſedatos eſſe,& nihil præcipitãter agere.
Adduxiſtis enim viros hos neq; ſacrilegos neq; cõtumelioſos in
deã veſtrã.* Hoc igitur totũ mendaciũ eſt.Iſta autẽ ad
populũ ſedandũ dicebat: *Itaq; ſi Demetrius,& qui cum
illo ſunt artifices,habẽt aduerſus aliquẽ cauſam , conuentus fo-
renſees aguntur,& proconſules ſunt,accuſent inuicẽ. Si autem
quid de aliis rebus quæritis,in legitima cõgregatione dirimetur.
Nã periculũ eſt,ne ſeditionis hodiernæ ſiamus rei: quũ nulla ſit
cauſa,vnde poterimus rationem reddere iſtius concurſus.* Et
his dictis ſoluit concionem. Legitimã congregatio-
nem vocat,eo ꝙ tres conciones iuxta legem quoli-
bet menſe fierẽt. Illa autem erat præter legẽ. Ad hęc
terruit illos,dicens:Periculũ eſt, ne ſeditionis accu-
ſemur.Sed videamus iterũ lecta: *His autem impletis*,in-
quit, *poſuit Paulus in ſpiritu,trãſita Macedonia & Achaia
in Hieruſalẽ proficiſci.* Non iam hoc humana ratione fa
cit,ſed ſpiritu,quo etiã decreuit trãſire. Hoc eſt em̃,
poſuit:& hunc ſenſum habet ſermo.Quare autẽ mit
tit Timotheũ & Eraſtũ, non dicit. Mihi videtur etiã
de hoc dicere,In ſpiritu:vt non vltrà lateant.Statue-
ramus,vt relinquerentur Athenis ſoli.Et vide,Duos
qui ſibi miniſtrabant, mittebat, vt aduentum ſuũ ſi-
gnificent,& alacriores reddãt. Maximè in Aſia ver-
ſatur.Meritò. Illic enim erat magna fraternitas phi-
loſophorũ: & vt venit, iterum loquitur illis. Etenim
A magna erat illic ſuperſtitio . Demetrius enim quidã
faber argẽtarius, collectis iis qui eiuſdẽ opificii erãt,
dixit,Viri,ſcitis & videtis,& auditis. Ita manifeſtum
erat quod fiebat.Hic,inquit,Paulus perſuadẽs, con-
uertit magnã turbam.Et ita non violenter, ſi perſua-
ſit.Ita perſuadendæ ſunt ciuitates . Deinde adducit,
id quod illis dolebat,Nõ eſſe deos,qui manibus fiũt.
Quid eſt hoc?Subuertit, inquit, artem noſtrã. Et ne
cogitẽt ac dicant,ꝙ ſolus homo talia poſsit: & ſi tã-
tùm poſsit,ei ſit credendum:ſubdidit,Quã tota Aſia
& orbis colit.Vocem illorũ putabant diuino ſpiritui
obfuturam.Verè pueri Græci. Ex hoc,inquit,opifi-
cio victitamus,& lucrum noſtrũ eſt.Et ſi ex hoc opi
ficio quæſtus noſter eſt,quomodo perſuaſit vilis ho
mo?Quomodo tantæ cõſuetudini præualuit ? Quid
faciendo,vel quid dicendo?Nõ eſt Pauli, nõ eſt ho-
minis.Et hoc ſufficit dixiſſe,ꝙ non ſunt dij. Itaque ſi
B ſic tam facilè deprehẽditur impietas,olim condem-
natam eſſe oportebat. Si autẽ fortis, non tam ſtatim
tollenda.Non ſolùm autẽ hæc pars noſtra periclita-
tur.Sic ſanè aliquid maius dicẽs,hoc ſubdidit. Audi-
tis autẽ illis,impleti furore clamabant , Magna Dia-
na Epheſiorũ. Singulę em̃ vrbes ſuos habebãt deos.
Et ita afficiebantur,quaſi vocibus cultũ eius repara-
turi,& quę facta erãt retexturi. Vide incõpoſitã mul
titudinẽ.Paulo autẽ,inquit, volente ingredi ad ple-
bem,non permittebant eũ diſcipuli.Itaq; Paulus vo
lebat ingredi,vt concionetur. Nam perſequutiones
ad doctrinam aſſumebat,ſed diſcipuli non ſinebant
illum. Et conſidera, quãta erga illum vſi ſunt proui-
dentia vbiq;,& ab initio illum eduxerũt, ne letalem
acciperet plagam: quãuis ſanè audiuiſſent, ꝙ opor-
C tebat etiam Romam videre: attamen prohibẽt:cum
ſingulari autẽ diſpenſatione prænunciat, ne poſt fa-
ctum turbentur,ita neq; pati illum aliquid volebãt.
Et quidẽ principes Aſiæ obſecrabant illũ,inquit, ne
intraret in theatrum.Scientes eius promptitudinem
obſecrabant,ſic omnes illũ amabant fideles.Et qua-
re,inquit,Alexãder voluit rationem reddere? Nón-
ne ipſe intruſus erat? Vt & data occaſione cõfutaret
totum,& furorem populi extingueret.Vidiſtis furo-
rem omni carentẽ ordine. Bene & cum increpatio-
ne ſcriba,Quis eſt,inquit,qui neſcit Epheſiorũ ciui-
tatẽ?Sic dixit,id quod timebãt.Quaſi diceret: Nón-
ne colitis illam?Et non dixit,Quis eſt enim,qui non
noſcit Dianam:ſed,ciuitatem noſtram:curans illos.
Quũ igitur his cõtradici nequeat,oportebat vos mo
deſtius agere.Hæc ſanè obiurgat,quaſi dicẽs: Quid
D igitur quæritis,quaſi incerta ſint?Manifeſtum ꝙ con
tumelia ad deũ pertĩgit.Ex pietate,auariciæ prætex-
tum quærunt.Deinde clã perſtringit illos, oſtendẽs
ꝙ abſq; ratione conuenerint.Et nihil,inquit, præci-
pitanter facere,oſtendens quòd temerè ac præcipi-
tanter egerint.Hoc dixit.Itaque ſi Demetrius & qui
cum illo ſunt,habent cauſam quãdam , proconſules
ſunt.Et hoc obiicit,oſtendens,ꝙ non oportebat pri-
uatorum criminum cauſa cõgregationem generalẽ
facere.Etem̃ periculũ eſt,inquit,ne accuſemur.Hoc
dicto,in magnas anguſtias eos cõiicit, quũ nulla cau
ſa ſubſit.vnde nõ poterimus rationẽ reddere cõcur-
ſus iſtius. Vide q̃ prudẽter increduli rationẽ reddũt,
quãq; ſapiẽter.Sic extinxit furorẽ:nã vt facilè accẽ-
ditur, ita etiã facilè extinguitur . Et his dictis dimiſit
concionẽ. Vides deũ permittere tẽtationẽ , diſcipu-
lóſq; excitare , & excutere eis ſomnũ, & ſic alacrio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

res reddere? Oro ne succũbamus tentationibus. Ipse enim exitũ quoque dabit, vt possimus sufferre. Nihil ita amicos facit ac cõiũgit, ac tribulatio. Nihil nobis doctorib⁹ sic vtile vti audiãtur quæ à nobis dicũtur. Auditor enim quãdo in deliciis agit, oscitans est ac ignauus, & à loquẽte quodã interturbari videtur. In afflictione autẽ & tribulatione, in magnũ auditorij desideriũ incidit. Nam quũ anima angustiatur, vndiq; consolationẽ afflictionis inuenire quærit. Non paruam autẽ consolationem affert sermo. Quid igitur, inquit, Iudæi quũ affligerẽtur, præ pusillanimitate non audierũt? quia Iudæi erãt, qui semper infirmi ac ærumnosi. Et aliter, Quia & illic magna afflictio erat, nobis autẽ de moderata sermo est. Vide enim, Expectabãt liberari à malis quæ illos detinebãt, & in plurima inciderãt mala. Hoc autẽ nõ vulgariter animos perplexos reddit. Afflictiones abstrahũt nos ab affectione erga præsentẽ mundũ. Itaq; statim mortẽ petimus, & non sumus amatores corporis, quæ sanè maxima philosophiæ pars est, non deditũ neque adstrictũ esse præsenti vitæ. Anima quæ affligitur, nõ vult in multis esse occupationibus, sed solũ refocillationẽ & quietẽ amat. Facile est ei à præsentibus liberari, etiãsi nihil aliud sit. Quẽadmodũ corpus puod laboribus fatigatũ & exhaustũ, non diligi vult, neq; ventri indulgere, sed requiescere, & silenter iacere: ita & anima plurimis onerata, in quiete ac silẽtio esse festinat: quæ in refocillatione est ac deliciis, respuit, turbata est, supba est. Illa quę nihil habet fluxũ & effusum, tota cõstringitur, & aliena est ab omni superbia: & hæc quidẽ virilior est, hæc autem puerilior, & hęc quidẽ grauior, illa autẽ leuior. Et sicut si quid lapsum fuerit in multas aquas, quod leuius est turbatur: ita & anima vbi multis gaudiis impleta fuerit, & maxima quis peccata viderit à nimiis gaudiis ꝓuenisse. Et si volueritis domus duas depingemus: vnã habẽtiũ nuptias, alterã in luctu agẽtiũ. Ingrediamur cõsideratione vtrãq;, videam⁹ vtra melior: inuenietur enim lugẽtis domus plena philosophiæ: domus autẽ nuptiarũ, referta fœditate. Vide eñ turpia illic verba, risum incõpositũ, sessiones magis incompositas, vestẽ & gressum plenũ turpitudine, & gestus stultitiã & insipientiã præ se ferẽtes, omnia illic risum & ridicula: nõ ipsas nuptias dico, absit, sed ea quæ in nuptiis fiũt. Insanit tũc natura, præsentes ꝓ hominibus bruta fiũt, & alij quidẽ vt equi hinniunt, alij verò vt asini calcitrãt, magna diffusio, magna dissolutio, nihil maturũ, nihil generosum. Magna ibi diaboli põpa, cymbala, tibiæ, & cantica plena scortationũ ac adulteriorũ. At nõ ita agitur vbi luctus, sed ibi oĩa bene cõposita: magnũ enim silentiũ, magna quies, magna submissio, nihil sine moderatione, nihil incõpositũ, si quis etiã aliquid locutus fuerit, omnia quæ loquetur philosophiam sapient. Et hoc profectò mirũ, ꝙper illud tempus nõ viri soli, sed etiam mulieres ac domestici philosophantur. Talis est enim natura luctus. Et videntur quidẽ consolari lugẽtem, plurima autẽ philosophiæ decreta narrãt. Preces statim quæ hactenus intermissæ audiuntur, & ad cõsolandũ afflictos sufficiũt. Et enumerabim⁹ innumera id genus dicta deplorantiũ. Quid est enim homo? naturæ nostræ inquisito. Quid igitur est homo? vitæ & nostræ paruitatis accusatio, cõmemoratio eorũ quæ in futuro iudicio. Vnusquisq; domũ redit, à nuptiis quidem tristicia affectus, eo ꝙ ipse minus fœliciter agat: à luctu autẽ seipsum cõsolans, cõcupiscentiarũ igne restincto ꝙ talia passus nõ sit. Sed quid? Vis carcerẽ & theatrũ cõferamus? Ille quidem afflictionis, hoc autem voluptatis est locus. Age igitur, videam⁹ ea quæ vtrisq; cõtingũt. Illic philosophia multa est. Vbi eñ mœsticia, & philosophia. Qui anteà opib⁹ inhiabat, qui valde inflabatur, & vix permittebat vulgarẽ hominẽ sibi loqui, is tunc humilis fit, quasi igne quodã in animã eius illapso, & duriciẽ molliẽte metu ac tristicia, tunc mœstus fit, tunc secularẽ mutationẽ sentit, tunc fortis fit ad omnia. At in theatro oĩa cõtraria, risus, turpitudo, pompa diabolica, effusio, insumptio tẽporis, & expensio dierũ inutilis, cõcupiscẽtiæ absurdæ præparatio, adulterij meditatio, scortationis gymnasiũ, intemperãtiæ schola, adhortatio turpitudinis, occasio risus, turpitudinis exempla: sed non sic agitur in carcere, vbi humilitas animi, exhortatio, & extimulatio ad philosophiã, contemptus rerũ secullariũ, omnia cõculcata & despecta. Et quasi pędagogus puero metus assistit, ad omnia quæ oportet illũ cõponẽs. Sed si vis iterum aliter inquiremus illa loca. Vellẽ te occurrere viro à theatro venienti, & alteri è carcere egredienti: & videris illius animã fastidiẽtem, turbatam, veréq; constrictam: huius autẽ solutam, promptã, & ferè alatã. Nam ille à treatro recedit, oculis mulierũ quæ illic adstrictus, quouis ferro grauiora ferẽs vincula: nẽpe loca quę illic, verba, habitus. Qui autẽ à carcere, ab omnibus liberatus, non iam putabit se aliquid graue pati, sua cũ alienis comparans, ꝙ non est ligatus gratiam nũc habet, contẽnit humanas res, multos diuites videns in calamitatibus, multa & magna potẽtes & ligatos illic, etiamsi iniustè quid patiatur, etiã sic fortis est. Quin & illius loci multa exẽpla in cogitationẽ ducent futuri iudicij, & horrebit loca ea ibi iã vidẽs. Sicut enim ibi qui in carcere conclusus, mitis erga oẽs est: ita & illi ante iudiciũ, ante futurũ diẽ, erga mulierem, erga pueros, erga domesticos erũt equiores. Sed à theatro nõ sic reditur, iniucundius enim vir aspiciet mulierẽ, & importunus ministris erit, exacerbabitur erga pueros. Magna mala theatra efficiũt ciuitatibus, magna, & neq; hoc scimus ꝙ magna. Si autẽ nõ fatigaremini, etiã loca risus, sympotia dico, inquirerem⁹. Ibi parasiti adulatores & magnæ deliciæ. Et loca alia vbi claudi & cæci. Iterũ illic quidẽ ebrietas & deliciæ, & hilaritas, hìc autẽ contrariũ. Vide & in corpore, quãdo phlegmate abũdat, quãdo valde incolume est, facilius in morbũ cadit: quãdo autẽ castigatum fuerit, nõ sic. Vt autẽ manifestius vobis faciam quod dico, sit corpus habens multũ sanguinẽ, & carnes multas, ac in deliciis agens. Hoc etiam à fortuito euentu febrẽ párere potest, si simpliciter doluerit. Sit autem aliud fame ac tribulatione magis firmũ, hoc vix à morbo cõprehẽdetur ac fatigabitur. Sanguis licèt sanus sit in nobis, sæpe tamẽ multitudine morbũ attulit: si autẽ modic⁹ sit, & nõ sanus, facilè cõpesci potest. Ita ꝓfectò & de anima dixerim. Quæ enim in deliciis & refocillatione, valde propẽsos ad peccatũ habet impetus. Stat enim ꝓpe arrogãtiã & voluptatẽ, & vanã gloriã, & inuidiã, & insidias ac calumnias. An nõ frugalitas in afflictione, & ab omnibus illis libertas? Ecce q̃ magna est nostra illa ciuitas. Vnde igitur nascũtur mala, nónne ab opulentis? nónne à gaudẽtibus? Qui in vincula trahũt, qui facultates dilapidant, qui miseri & abiecti, nónne qui multũ inflantur ac gaudent?

dent? Nõ potest ab afflicta anima aliquid mali fieri. Nouit illius virtutẽ Paulus, & propter hoc dicit: Tribulatio patiẽtiã operatur, patiẽtia autẽ probationẽ, probatio autẽ spem, spes verò non cõfundit. Oro ne succũbamus afflictionibus, sed in omnibus gratias agamus, vt quid magni lucrifaciamus, vt probemur deo, qui tentationes permittit. Magnũ bonũ est afflictio. Et hoc à pueris nostris discimus. Nam absq; afflictione nulli vtilia discũt. Nos autẽ magis quàm illi egemus afflictione. Nã si illi cũ afflictiones eis desint lasciuiũt, multo magis nos, & maxime tãtis iam obnoxij, vnde nobis magis opus erat pędagogis. A pueris enim nõ tã magna peccata fiũt, quin a nobis maxima. Noster autẽ pædagogus est afflictio. Igitur tribulationẽ futurã ne nobis asciscamus, præsentẽ strenuè feramus, quò diuina gratia bona diligẽtib⁹ deũ reposita assequamur ĩ Christo Iesu domino nostro cũ quo patri simul ac spiritui sancto gloria, imperiũ, honor, nunc & semper, & in secula seculorũ, Amen.

Cap. xx. Postquam autem cessauit tumultus, vocatis ad se Paulus discipulis, complexúsque illos profectus est, vt iret in Macedoniam. *Homilia xliij.*

HOc tumultu, multa consolatione opus erat. Hoc sanè & facit, & vt cõsoletur discipulos, vadit in Macedoniã, deinde in Greciã. Et ꝙ multũ illos cõsolatus fuerit, audi: *Cum autẽ perambulasset partes illas, & exhortatus fuisset eos multo sermone, venit in Græciã. Et ibi peractis mẽsibus tribus, cũ essent illi structæ insidiæ à Iudæis, soluturo in Syriã, habebat in animo, vt reuerteretur per Macedoniã: Comitatus est autẽ eum vsq; ad Asiã Sopater Berrhœẽsis, Thessalonicensiũ vero Aristarchus & Secũdus, & Gaius Derbæus & Timotheus. Asiani vero Tychicus & Trophimus. Hi prægressi expectarũt nos in Troade.* Iterũ persecutio fit à Iudæis, & venit in Macedoniã. Quomodo autẽ Timotheũ Thessalonicẽsem dicit? Nõ dicit hoc. Sed præoccuparãt hi, inquit, & prius venerãt in Troadẽ viã eò parantes. *Nos verò abnauigauimus post dies azymorũ à Philippis, & venimus ad eos Troadẽ intra dies quinq;, vbi demorati sumus diebus septẽ.* Etenim mihi videtur dies festos celebrasse in magnis vrbib⁹. A Philippis abnauigat, vbi facta ea quæ de carceris custode habes. Tertiò autẽ nunc in Macedoniã venit, & magnũ testimonium dat Philippẽsibus, ideo & demoratur illic. *In die autẽ sabbatorũ cõgregatis nobis vt frãgeremus panẽ, Paulus disserebat eis, posttridie abiturus, protraxítq; sermonem in mediã noctẽ.* Vide vt omnia adiũcta sunt prædicationi: Pentecoste tũc erat, & dies dominicus, & vsq; ad noctis dimidiũ sermonẽ extẽdit, adeo salutẽ discipulorum cupiebat, quod neq; per noctẽ silebat, sed tũc propter silentiũ magis disserebat, & ad ipsum cœnæ tẽpus. At conturbauit festũ diabolus quantũ potuit, demergens somno auditorẽ ac deprimẽs, & vt autẽ cõtigerit, interpretatur addẽs: *Erãt autem lãpades multæ in cœnaculo in quo erãt cõgregati. Sedens autẽ quidã adolescẽs nomine Eutychus, in fenestra cum degrauaretur somno profundo, disserẽte diutius Paulo, magis depressus à somno decidit ex tertio cœnaculo deorsum, & sublatus est mortuus. Cum descendisset autẽ Paulus, incubuit super eũ, & cõplexus dixit: Nolite turbari, anima enim eius in ipso est. Cum ascẽdisset autem, fregisséq; panẽ ac degustasset, diu collocutus est vsq; ad diluculũ, ita demũ profectus est. adduxerũt autem puerũ viuentem, & lætati sunt nõ mediocriter.* Vide, oro, spectaculũ vt erant coadunati. Cõgregatis enim discipulis, inquit, etiam signũ. In fenestra enim, inquit, sedebat, & intẽpesta nocte. Tantũ erat audiẽdi desideriũ. Confundamur nos, qui neq; in die hoc facimus. Sed Paulus, dicis, disserebat tũc. Quid dicis? Etiamnũ Paulus disserit, imò neq; tũc, neq; nunc Paulus, sed Christus, & nullus audit, non fenestra nũc, non fames, non somnus interturbat, attamẽ non audimus, nõ angustia loci, non aliquid horũ. Et hoc sanè miraculũ, quòd etiam ille cũ esset adolescẽs non erat ignauus, & cũ somno grauaretur non recessit, neq; timuit periculũ, ne delaberetur. Ne mireris, non enim ab ignauia dormitauit, sed à necessitate naturæ. Tu autẽ vide oro, prõptitudinem, ꝙ etiam in tertio cœnaculo erãt. Nondum enim erat ecclesia. Ne turbemini, inquit, anima illius in ipso est. Nõ dixit, resurget, excitabo eũ illum: sed quid? ne turbemini. Vide, vt fastu caret, & prõpte cõsolatur. Et vt ascẽdit, fregitq; panẽ, inquit, ac gustauit. Hoc sermonẽ interpellauit, nõ offendit. Vides sine superfluitate cœnã. Et vt gustauit, inquit, diu collocutus est vsq; ad diluculũ, & ita exiit. Vides quomodo pernoctarint, quales mẽsæ fuerint: quàm sobriè iterũ auditores abierint, quàm studiosi ad audiendum fuerint. Quid nos à canibus distamus? Videtis quantũ discrimen. Adduxerunt autẽ puerum viuum, & consolationẽ habuerunt non vulgarem. Magna hæc cõsolatio, & quòd viuum recipiunt, & quòd miraculũ factum est. *Nos autem cõscensa naui soluimus Assum, illic expectaturi Paulum. Sic enim cõstituerat, ipse per terrã iter facturus. Cum autem cõueniſſemus Assum, recepto eo venimus in Mitylenen.* Vbiq; à discipulis segregatur Paulus. Ecce enim ipse quidẽ pedes viam ingreditur, illi autẽ nauigio vadũt, permittit illis quòd leuius, eligens sibi quod molestius. Pedes vadit, parũm multa gerẽs sapienter, partim docẽs illos à se nõ separari. *Et inde nauigãtes sequenti die venimus cõtra Chiũ. Posttridie verò appulimus Samũ, & cõmorati Trogyllij proximo die venimus in Miletũ.* Vides quomodo festinante Paulo pergũt, & non morã trahunt, sed prætereunt insulas. Proposuerat enim Paulus præternauigare Ephesum, ne tempus tereret in Asia. *Festinabat enim, si possibile esset, vt diem Pentecostes ageret in Hierusalẽ.* Quid vult festinatio illa? nõ erat propter festũ, sed propter multitudinẽ, interim hoc Iudæis dabat quasi colat festiuitatẽ, & rapere volens inimicos, festinabat sermonem annũciare. Vide igitur quantũ lucrũ omnibus præsentibus? Et aliter. Ne Ephesij negligãtur, interim dispẽsat & curat. Sed iterũ videamus quæ lecta sunt: *Et cõplexus*, inquit, *discipulos, exiit profecturus in Macedoniã, et exhortatus est illos sermonibus multis, ac venit in Græciã, & hac ratione illos iterũ refocillauit, magnã cõsolationem illis dãs.* Vide vt vbiq; sermonibus, non ignis omnia corrigit. Soluturo autẽ in Syriã. Cõtinuo nobis ostẽdit illum festinantẽ in Syriã. In causa erat ecclesia & Hierusalẽ, adeo desiderabat etiã ea quę illic erant corrigere. Quanuis non magna Troas sit. Cur igitur septẽ diebus illic manent? magna forsan erat iuxta fidelium numerum. Et cum dies septẽ ibi mansisset, noctem sequẽtem insumpsit in doctrinam. Ita ægrè ab illis ipse auellebatur. Cõgregatis autẽ nobis vt frangeremus panẽ. Per illud tẽpus quo monstrabatur esurite, & nõ erat intempestiuũ. Principio sermo sumptus productus est. Et ita nõ simpliciter docuit, sed cõuenerant quidem ad frangendũ panem, inciderant autẽ in sermonem, ac doctrinam productiorem fecerãt. Vide quomodo & mensæ Paulinæ omnes socij erãt. Mihi videtur quòd etiã ad mẽsam

sedens

Universidad de Deusto
Biblioteca

sedens docuerit,erudierítq;,vt nos omnia reliqua ꝓparergis & accessoriis habeamus. Considerate autẽ nobiscũ domum illã vbi lampades erant, vbi turba, vbi Paulus medius disserebat, vbi & fenestras multi occupabãt, vt audiant tubã illam, & amabilẽ vultũ intuecantur, & quantã hinc voluptatem acceperint. Quare autẽ in nocte disserebat? quoniã exituri erãt, & non iam in nocte illũ visuri, sed hoc quidem illis nõ dicit, vtpote infirmioribus, aliis autẽ dicebat. Interim & noctis istius memoriã cõseruabat miraculũ istud insigne. Magna voluptas auditorum erat, ꝙ & interpolatus sermo magis productus est. Et ita pro doctore casus fuit. Et aliter: Etiã omnes ignauos ipse increpiturus erat, qui propter hoc mortuus, vt Paulũ audiat. Et quare, inquit, enumerat singula, & quò ierũt, & vnde abierũt, & vbi quidẽ morati sunt, quæ etiã loca prætернauigarũt? Vt ostẽdat nunc ociosius illum nauigare, idq; humana ratione, & prætернauigare. Statuerat enim prætернauigare Ephesum, ne diu tempus, inquit, tereret in Asia. Bene. Illuc enim veniẽs non potuisset prætернauigare, quoniã noluisset cõtristare eos qui se intantũ expectabãt. Vel igitur hoc est quod dicit, vel etiam ꝙ festinauit. Dicit enim: Festinabat, si possibile esset, vt diẽ Pẽtecostes ageret in Hierusalẽ. Vnde nõ poterat manere. Vide illum etiã humana ratione moueri, & cupere, ac festinare, & sæpe non assequi. Fiunt autẽ hæc ideo, ne putemus ꝙ sint super humanã naturã. Sancti enim & magni viri illi, eiusdẽ naturæ, cuius & nos participes erãt, non eiusdẽ voluntatis. Ideo & magnã gratiam cõsequebantur. Vide igitur quanta etiã per se-

1.Cor.9.b ipsos gerãt. Eapropter dicebat: Ne demus offendicu-
2.Cor.6.a lum his qui volũt. Et iterũ: Ne infametur ministeriũ nostrũ. Ecce & vita irreprehensibilis, & magna submissio. Hoc dicimus dispẽsationẽ venire in fastigiũ & excelsæ virtutis, & modestiæ submittẽtis se ad aliorum mores. Et audi quomodo absq; præceptorũ Christi trãsgressione, hic iterũ omnium humillimus

1.Cor.9.c fuit. Omnib⁹ omnia factus sum, inquit, vt omnes lucrifaciã. Idẽ etiã in pericula se misit, sicut alibi dixit:

2.Cor.6.a In patiẽtia multa, in afflictionibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in vinculis, & magnus erat amor eius erga Christũ, sine quo omnia superflua, & humilis in rebus gerẽdis ordinatio, & irreprehẽsibi-

Ibid.11.g lis vita, & periclitatio. Quis infirmatur, inquit, & nõ infirmus sum ego? Quis offenditur, & non vror ego? Hæc obsecro & nos imitemur verba, & in pericula iaciamus nos propter fratres, siue ignis, siue ferrum fuerit. Abiice teipsum dilecte, vt tuũ membrũ eruas. D Abiice teipsum, ne timeas. Discipulus es Christi, qui propter fratres animã suam posuit. Cõdiscipulus es Pauli, qui innumera mala pati propter eos qui se impugnabant inimicos, voluit. Implere zelo, imitare Mosem, videbat iniuste læsum, & vltus est, regiásq; delicias cõtempsit, & factus est propter ærũnosos illos exul, erro, destitutus cognatis, & domo, inq; aliena terra lõgo tẽpore versatus est, & non reprehẽdit seipsum, nec dixit hæc verba: Regnũ contẽpsi, honorémq; tantũ & gloriã, volebã vlcisci eos, qui iniuste affligebãtur, & despexit deus. Et nõ solum non reduxit me ad pristinũ honorẽ, sed quadraginta annis in aliena terra versor. Bene scilicet. Nõ enim mercedes accepi, sed nihil horum vel dixit, vel cogitauit. Ita & tu, etiãsi malũ quid patiaris, benefacias, etiãsi multo tempore, ne offendaris neq; turberis, omnino retri-

A buet tibi retributionẽ deus. Quantũ differtur merces, tantũ vsuræ augẽtur. Igitur habeamus animam cõpassioni deditã, habeamus mentẽ cõdolere scientem. Nihil sit vobiscũ vel crudele, vel inhumanum, etiãsi nihil possis afferre, lachrymare, ingemisce, dole in his quæ fiũt, neq; erunt hæc frustra. Si his qui à deo puniuntur condolere oportet, multo magis his qui ab hominibus iniuste patiũtur. Nõ egrediebantur, inquit, Senan ad plorandũ domum suã vicinã, accipiẽt dolorẽ, propter quę extruxerunt in derisionem. Hoc accusat Michæas, quòd nõ condoluerũt. Quid dicis ô propheta? Deus punit, & ego condolerem his qui puniũtur? Etiam. Hoc enim vult ille qui punit, neq; enim ipse qui punit, oblectatur. Quoniã igitur neq; is qui punit lætatur: igitur & tu quoq; ne læteris. Sed si iuste quidẽ, inquit, puniũtur, nõ oportet dolere. Etiã propter hoc est dolendũ, quia digni

B supplicio visi fuerũt. Dic obsecro, quãdo videris filiũ tuũ vri vel secari, nónne doles? Manifestũ ꝙ doles. Et non dicis tibiipsi, Cur hoc? Ad sanitatẽ sectio spectat, pro liberatione est vstio. Attamẽ quãdo audieris vlulantẽ, nec ferentem dolorẽ, & non sufficit illa sanitatis spes ad auferendã naturæ confusionem: Ita & in illis, etiamsi ad sanitatẽ puniantur, attamen fraternam declaremus nos affectionẽ erga illos, paternámq; voluntatẽ. Sectiones & vstiones sunt pœnæ dei, sed propter hoc debemus flere, quòd ęgrotarũt, quòd tali opus habuerũt medicina. Si quis propter coronas hæc patiatur, tũc non dole, vt Paulus ac Petrus. Quãdo autem in pœnã iure fert, tunc plora, tũc ingemisce. Tales fuerũt prophetæ. Idcirco & quidã illorum dicebat: Hei mihi domine. Delebis tu reli- Esa.9.d

C quias Israël? Homicidas videmus sæpe ac scelestos viros qui sæpe puniuntur, & cruciamur ac dolemus, & nõ dicimus ꝙ supra modũ philosophi sumus, misericordes fiamus, vt misericordiã cõsequamur. Nihil illi bono conferendũ est. Nihil ita humanũ ostẽdit charactẽrẽ, vt misereri & humanũ esse. Propter hoc & leges lictoribus totũ permittũt, volentes iudicem vsq; ad pronunciationẽ sententiæ punire, educunt autẽ illos ad opus. Ita etiãsi iuste fiat, nõ est animæ virtutũ studiosæ punire, sed aliquo alio hoc habet opus. Quia & deus non per seipsum punit, sed per angelos. Lictores igitur sunt angeli? Absit, non hoc dixerim. Sed absq; vltione etiam virtutes sunt. Quãdo Sodoma subuersa sunt, ꝓpter illos facta sunt omnia: similiter & ea quæ in Aegypto acciderũt, per illos acciderũt. Immissionẽ enim, inquit, per angelos Psal.77.b malos. Igitur quando seruare oportet, per seipsum hoc facit. Ita filium misit in salutẽ generis. Et iterũ, Tunc, inquit, dicã angelis: Cõgregate facientes ini- Mat.25.d quitatẽ, & proiicite in caminũ. De iustis vero dicit nõ sic: Sed, qui vos suscipit, suscipit me. Et iterũ: Li- Luce 9.f gate illius pedes & manus, & mittite in tenebras ex- Mat.22.a teriores. Vide illic seruos qui ministrãt. Quãdo autẽ beneficiis opus est, seipsum benefactorẽ vocat. Venite benedicti patris mei, percipite præparatũ vobis Ibid.25.f regnum. Quãdo loquendũ cum Abrahã, ipse adest: quando in Sodoma abeundũ, seruos mittit, sicut iudex quis exuscitans puniendos. Et iterũ: Euge serue Mat. 25.f bone & fidelis, super pauca fuisti fidelis, super multa & Luca te constituã. Et hunc quidẽ ipse benedicit, illũ autẽ 19.f malũ non ipse, sed serui ligãt. Hæc scientes non gaudeamus in his qui puniuntur, sed etiã doleamus, ploremus eos, vt etiam hinc mercedẽ accipiamus. Nũc

autem

autem multi, etiam in his qui male patiũtur iniuste A gaudẽt, sed non nos, imò nos omnem compassionẽ declaremus, vt & ipsi diuinam assequamur, gratia & misericordia vnigeniti dei, cum quo patri & spiritui sancto sit gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

A Mileto missis Ephesum nũcijs, accersiuit presbyteros ecclesiæ, qui cum peruenissent ad ipsum, dixit eis, Vos scitis à primo die quo ingressus sum Asiã, quomodo vobiscũ per omne tempus fuerim, seruiens domino cum omni animi humilitate, cumq; multis lachrymis ac tẽtationibus, quæ mihi acciderunt ex insidijs Iudæorũ, vt nihil suffugerim eorum quæ essent in rem vestram, quin annunciarẽ vobis, & docerem vos publice, ac per omnes domos, testificãs Iudæis simul ac Græcis, eam quæ erga deum est pœnitẽtiam, & fidem quæ est in dominum nostrum Iesum.

Homilia xliiij.

VIde vt ille vrgeat quò propius adnauigetur, B & nõ despiciat, sed totũ probe dispẽset, accersens principes, & cũ illis quæ dicta sunt, tractans. Et admiratione dignũ est, quòd quãdo necessitas adigit, tam eximia de seipso dicere attentat, omni modestia vtẽs. Sicut enim Samuel traditurus

1.Reg.10.d. Sauli principatũ de seipso dicit: Nũquid à vobis accepi, vos testes ac deus. Et Dauid cũ fides nõ haberetur ei, dicit: In ouili erã pascens oues patris mei, &

1.Reg.17.d. quãdo venit vrsus manib⁹ illũ discerpsi. Et ipse Paulus Corinthiis dicit: Insipiẽs fui, vos me coẽgistis. Et

2.Cor.12.6. deus quoq; istuc ipsum facit, non simpliciter de seipso dicẽs, sed quãdo ei non creditur, beneficia profert. Vide igitur & hic quid facit? Primũ ipsorũ testimonium affert, ne putes superba esse verba, etiã auditores adhibet in testes eorũ quæ dicẽtur; ꝙ minime ipsis mẽtiatur. Hęc doctoris virt⁹ est, quãdo suorum operũ testes habet discipulos. Et mirabile est, ꝙ non vnã & alterã diẽ in hoc opere perseuerauit, sed plurimis annis. Vos enim, inquit, scitis, quomodo vobiscũ omni tẽpore egerim. Vult igitur illos exhortari, vt fortiter ferãt omnia, & separationẽ suam & futuras tẽtationes. Quemadmodũ & de Mose ac Iesu legimus. Et vide quid addidit vt dixit, quomodo vobiscum fuerim omni tẽpore, seruiens domino cum omni animi humilitate. Memor humilitatis est, quæ his qui præsunt maxime congruit, eo ꝙ facillimè in arrogantiã tollũtur. Hæc virtus bonorũ est hypothesis, & fundamentũ, quemadmodũ scilicet & Chri-

Matt. 5.a stus dicebat: Beati pauperes spiritu. Non simpliciter autẽ humilitatẽ dixit, sed cũ omni humilitate. Multa enim sciebat pertinere ad humilitatẽ. Est enim hu D militas in sermone & in opere erga eos qui præsunt, & erga eos qui subditi sunt. Vultis vobis modos dicam humilitatis? Sunt quidã qui erga humiles existunt humiles, erga sublimes autẽ sublimes, quod tamen nõ est humilitatis. Sunt iterũ alij non tales, sed erga vtrosq; humilitatẽ & sublimitatẽ seruant, quod etiã maximè humilitatis est. Docturus igitur illos talia, ne videatur arrogãs esse, prius fundamentũ iacit, suspicionẽ tollẽs. Si enim cũ omni humilitate factus sum, inquit, non ex insipiẽtia loquor quæ dico. Deinde mansuetudinẽ narrat: Vobiscũ, inquit, fui, seruiens domino: Socios operũ ostendẽs illos. Ita vbiq; societas bona est. Cõmunia igitur facit opera, & nihil suũ ponit eximiũ. Quid enim, inquit? Neglectóne deo arrogãs esse potuit? Etiam multi sunt, qui nõ laudãtes deũ arrogantes sunt. Is autẽ nihil prẽter discipulorũ laudẽ sibi arrogat. Doctoris opus est, suis operibus discipulos moderari. Deinde suam fortitudinem ostẽdit, quã & ipsam eleuat ac imminuit: Cũ multis lachrymis ac tẽtationibus quæ mihi acciderunt ex insidiis Iudæorum. Vides ꝙ dolet in his quæ fiebãt? Hic autẽ suam compassionẽ videtur significare. Afficiebatur enim sic pro his qui peribãt, quíq; hoc faciebãt: nam pro his quæ sibi fiebãt, gaudebat. Erat enim ex illorũ choro, qui gaudebãt ꝙ digni habiti sunt, qui pro nomine illius contumeliã ferãt. Et iterũ alibi dicit: Et nũc gaudeo in passionibus meis, 2.Cor.4.d. nam momẽtanea leuitas afflictionis nostræ mire supra modũ ætернũ põdus gloriæ operatur nobis. Verum hæc ex modestia dicit, hic autẽ ostendit fortitudinem suã, & non tantũ fortitudinẽ, quantũ patientiam. quasi diceret, Male equidẽ patiebar, sed vobiscũ. Etiã hoc graue est, quod à Iudæis. Vide oro hoc B loco charactẽrẽ doctrinæ, & dilectionẽ ponit ac fortitudinem. Quòd nihil subterfugerim, inquit, promptitudinem ac sedulitatẽ suam ostẽdit. *Eorum quæ in rem vestrã essent.* Erant enim quædã, quæ discere non oportebat. Vnde sicut inuidię est quædã abscõdere, ita insipiẽtię omnia dicere, propter hoc addidit: Eorum quæ in rem vestrã: non quasi illa ipsa cũ dãno subtraxerim docui, inquit, non locutus sum. Et hoc ita esse docẽt sequentia, subdit enim: Publice & per singulas domos, ostẽdens magnum laborẽ, sedulitatem, ac perseuerantiã. *Testificãs Iudæis simul ac Græcis.* Non vobis solũ, sed etiã Græcis. Hic est illa dicendi libertas. Etiã licet nihil profuissemus, dicere oportet. Hoc est enim proprie, Testificor: quãdo non attendentibus loquimur. Ita Moses ait: Testificor cœ- C lum ac terrã. Et nunc ille: Testificãs Iudæis simul ac Græcis pœnitentiã agãt, & cõuertãtur ad deũ. Neq; enim Iudæi illũ sciuerũt, eo ꝙ filiũ ignorarint, & opera ac fidẽ nõ habuerint erga Iesum Christũ. Quare igitur hæc dicis? quare hæc cõmemoras? quid accidit, nihil habes quod obiicias? Prius cõcussã illorũ mẽte, deinde subdit: *Et nunc ecce ego alligatus spiritu, vado in Hierusalẽ, ea quæ in illa mihi occursura sunt ignorãs, nisi quòd spiritus sanctus per singulas ciuitates mihi testificatur, dicens: quòd me vincula & persecutiones expectẽt. Verũ nihil me mouet, neq; anima mea charior est mihi, vt consummẽ cursum meũ cum gaudio, & ministeriũ quod accepi à domino meo Iesu, vt testificer euangelium gratiæ dei.* Præparat illos, vt semper parati sint ad pericula tam manifesta, quàm non manifesta. Ostendẽs autem ꝙ ad magna accedat, nisi ꝙ spiritus sanctus, inquit, mihi per singulas ciuitates testificatur, vt mõstret ꝙ spõte subeat: & ne vincula vel necessitatẽ putes, per singulas ciuitates dixit, deindéq; subdit: Non habeo pręciosiorẽ meipso animã, vt cõsummem cursum meũ cũ gaudio, & ministeriũ quod accepi à domino. Vides ꝙ non plorãtis verba sunt, sed molestę loquẽtis ac docẽtis illos, ac cõpatientis in his quæ fiebãt. Non dixit, dolemus, necesse autẽ est fetre: sed neq; cẽseo. Hoc iterum dicit, non sese extollẽs, sed illos docẽs, per priora quidem humilitatẽ, per hęc autem fortitudinem, dicendíq; libertatẽ, quasi diceret: Non amo illã præ hac, pręciosius arbitror cõsummare cursum vt testificer: non dixit, vt prædicem, doceã. Sed quid? Vt testificer euangeliũ gratiæ dei. Grauius quiddã dicturus. Mundus ego à sanguine omniũ: ideo prius præparat & ostendit quòd nihil omiserit. Igitur quoniã illis erat omne pondus ac sarcinã impositurus, prius

emollit

Universidad de Deusto
Biblioteca

emollit mentē illorū, dicens: Et nunc ecce ego scio, A
q; nō vltrà videbitis faciē meā. Deinde hoc subdit:
Mundus ego sum à sanguine omniū. Duplex tristi-
cia, tunc faciē illius vltrà nō conspiciendā, & ab ipsis
omnibus. Nō enim vltrà, inquit, videbitis faciē meā
vos omnes, inter quos trāsiui prędicās regnū, & me-
rito cōtestor vobis, vtpote non vltrà affuturus. Mun
dus ego à sanguine omniū. Nō enim subterfugi quo
minus annunciē voluntatē omnem dei. Vides quo-
modo terret, & laborātes illorū animas ac contritas
atterit. Bene, quia necessariū erat. Non enim subter-
fugi, vt nō annunciē vobis, inquit, omnē voluntatē
dei. Igitur qui non dicit, reus est sanguinis, hoc est,
cædis. Nihil hoc terribilius. Ostēdit q; & illi, si nō fa
ciant, rei sunt sanguinis. Et videtur quidē rationem
reddere, illos autē terret. *Attendite igitur vobisipsis &*
gregi, in quo vos spiritus sanctus posuit episcopos, vt pascatis ec B
clesiam dei, quā acquisiuit per propriū sanguinē. Vides, duo
præcepit. Igitur neq; alios corrigere solū, habet q.d-
1.Cor.9.d dam lucri: Timeo enim, inquit, ne aliis prędicās ipse
reprobus efficiar: neq; sui solius curam habere. Qui
enim seipsum amat, & quæ sua sunt quęrit, similis est
ei qui talentū defodit: nō q; præeligēda sit nostra sa-
lus gregi, sed quia quādo nobisipsis attēdimus, tunc
& grex lucrū habet. In quo vos spiritus sanctus po-
suit episcopos, vt pascatis ecclesiā dei. Vide quantæ
necessitates. A spiritu sancto ordinationem habetis,
inquit. Hoc enim est, posuit, vna est ista necessitas.
Deinde vt pascatis ecclesiā dei, ecce & secūda: Quā,
inquit, acquisiuit per propriū sanguinē. Multū ostē-
dit, dū dicit, pretiosam rem, & nō paruū esse pericu-
lum, quādoquidē dominus pro ecclesia neq; sangui
ni suo pepercit: nos autē fratrū salutē contēnimus. C
& ille quidē vt inimicos cōciliet, etiā sanguinē effu-
dit, tu autē neque amicos factos potes retinere. *Ego*
enim scio hoc, quòd ingredietur post abitū meum lupi graues in
vos, nō parcētes gregi. Iterū aliūde illos admonet à futu
Ephe.6.b ris, sicut quādo alicubi dicit: Nō est vobis certamen
cōtra carnē & sanguinē. Quia ingredientur, inquit,
post abitionē meā lupi graues in vos. Duplex malū,
& q; ipse nō adest, & quòd alij imponēt. Quid igitur
abis, si hoc præuidisti? Spiritus me trahit, inq.t. Et vi-
de nō simpliciter dixit lupi, sed apposuit, graues, ve-
hementiā & impudentiā illorum insinuās. Et quod
grauius, quia illos ex ipsis surrecturos dicit. Quod &
valde graue est, quādo etiā domesticū bellū fuerit.
Et bene dixit, attēdite, ostendens rē esse curatu per-
quā necessariā. Ecclesia enim est, & magnū periculum: sanguine enim illā redemit, & q; duplex est bel D
lum. Hæc igitur manifestās dixit: Et ex vobisipsis sur
gent viri loquētes peruersa, vt abstrahāt discipulos
post se. Quasi à quopiā rogatus dicente: Quomodo
igitur custodiēt? Vigilate, memores q; triēnio nocte
& die nō cessauerim cū lachrymis vnūquēq; admo-
nere. Vide quot insolita dicit, cum lachrymis: &, no-
ctes ac dies: &, vnūquenq;. Nō enim si multos vidis-
set, eis pepercisset, sed sciebat etiā pro vna anima fa-
cienda omnia. Itaq; sic illos etiā cōiunxit. Quod au-
tem dicit, hunc habet sensum: Sufficiūt ea quæ à me
sunt acta, triēnio māsi. Satis cōfirmati fuerūt, satis ra-
dices fixerūt. Cū lachrymis, inquit. Vides q; propter
hoc lachrymæ? Hæc faciamus & nos. Nō dolet ma-
lus, dole tu, fortassis & ille dolebit. Quēadmodum si
quādo æger viderit medicū sumentē cibū, etiā ipse
incitatur: ita certe & hic erit: si viderit te plorantem,

emollietur bonus vir, ac mitis erit. Nesciens, inquit,
quæ euentura sunt mihi. Quid igitur? Propter hoc
abis? Minime, sed & probe scio, q; vincula & tribula-
tiones expectāt. Itaq; scio q; expectāt me tētationes:
non scio autē quales, id quod erat difficilius. Ne igi-
tur deplorantē putetis me hoc dicere, nō habeo pre
ciosiorem me ipso animā. Vt excitet illorū mentem
hæc dicit, & persuadeat nō solū ne fugiāt, sed etiam
strenue ferāt. Propter hoc cursum & ministeriū op°
vocat, cursu dignitatē, & ministerio debitū insinuās.
Minister, inquit, sum. Nihil amplius habeo. Cōsolās
autē illos, ne doleant propter quę affligitur: postquā
dixit cum gaudio se hæc expectare, & mōstrauit fru
ctum, tunc tristiciā addit. Hoc autē facit, ne mētem
illorū obruat. Et vnde hæc? Quia dicit: Ex vobisipsis
surgent viri loquentes peruersa. Quid igitur? dixerit
quis, Tantū teipsum reputas, vt si proficiscaris, mo-
riamur? Nō hoc dico, inquit, quòd mea absentia hoc
faciat. Sed quid? Exurgēt quidā inter vos, nō ꝓpter
abitionē meā, sed post abitionē meā, hoc est, profec-
tionem, quāuis etiam iam hoc factū sit. Quod si fa-
ctum, multo magis posthac fiet. Deinde & causa po
nitur, vt trahāt discipulos post se. Et ita propter nihil
aliud sectę, quàm propter hoc. Subiūgitur & con-
solatio: Quā acquisiuit, inquit, per propriū sanguinē.
Si autē proprio sanguine acquisiuit, omnino defen-
det. Noctes & dies non quieui cū lachrymis admo-
nens. Hęc ad vos merito dicerētur, & videtur quidē
sermo proprie ad doctores, est autē cōmunis, etiam
ad discipulos spectans. Quid enim ego quidē, nocte
ac die dico & obsecro, & lachrymor, discipulus autē
non persuadetur. Vt enim ne putet quis sufficere ad
defensionē esse discipulum, & non opus obediētia,
propterea vt dixit: Testificor, subdit, non enim sub-
terfugiunt non annūciare vobis. Igitur hoc solū do-
ctoris, annūciare, prædicare, docere, nō subterfuge-
re, nocte ac die orare. Quādo autē dum hæc fiunt,
nihil proficitur, scitote quid reliquū. Deinde & alia
defensio, quia mūdus ego sum à sanguine omnium.
Ne putetis oro, hæc nobis solis dici, etenim ad vos
quoq; sermo hic est, vt attēdatis quæ dicātur, & ne
ab auditorio recedatis. Quid faciam? Ecce quotidie
clamās disrūpor, vt recedatis à spectaculis, & multi
ridēt nos. Sæpius moneo, ne iuretis, ne auari sitis, &
nemo audit. Sed noctu hoc nō agis? Vellē etiā nocte
hoc facere, & ad mēsas vestras, siquidē liceret & plu
rimis occupato, adesse vobis & colloqui. At dū per
hebdomadam semel vocamus vos, & ignaui estis, &
alij quidē nō aduenitis, alij autē pręsentes sine lucro
abitis: quid nō faceretis, si cōtinuo hoc faceremus?
Quid faciemus? scio multos etiā irrisuros nos, eo q;
semper eadē loquimur, tāta vos nostri tenet satietas,
nos autē in causa nō sumus, sed auditores: nam qui
bene facit, semper cupit eadem audire, eo q; laudes
suæ dicūtur. Qui autē bene agere nō vult, etiā obtur
bari videtur, etsi alium audiēs solum sæpius videtur
audire. Mundus ego sum à sanguine omniū, inquit.
Hoc Paulo quidem cōgruebat dicere, nos autē non
audemus hoc dicere, multorū nobis cōscij, eo q; ille
semper vigilabat & assistebat, & omnia pro salute di
scipulorū faciens sustinebat, nos autē hoc Mose di-
cemus: Iratus est mihi dominus propter vos, quia in Exo.32.d
multa peccata adduxistis etiam nos. Quando enim
mœremus videtes vos non proficere, nónne quod
reliquū est viriū nostrarum cōcidit? Quid enim, dic
oro,

oro, factū est, quid profecimus? Ecce enim per gra- A
tiam dei & nos trienniū iam habemus, noctésque &
dies: nónne per tres dies, sæpe etiā per septē exhor-
tamur? Quid amplius assequimur, quàm quòd repre
hendimus, increpamus, lachrymas fundimus, dole-
mus, etsi non foris, sed in corde. Illę autē sæpe intern-
nis lachrymis leuiores sunt; nam illæ quidē mœren-
tibus consolationē quandā afferunt, quā hæ augent
ac cōstringunt. Ita vt quādo quis in mœsticia fuerit,
& dolorem annūciare nō poterit, ne videatur vanæ
gloriæ sectator esse, maiora patietur, quàm si illū an-
nunciet. nisi quis iudicaret suprà modū honoris cu-
pidum, vidissetis quotidie fontes lachrymarum me
emittere, quarū conscię sunt domiciliū & solitudo.
Credite enim mihi, de salute quidē mea desperaui,
& res vestras deploraui, non vacat mea mala deplo-
rare, adeo totus deditus sum vobis: & si sentio vos
obtēperantes, præ gaudio nō sentio mala mea: & si B
video minus obtēperantes, præ dolore iterū inter-
mitto mea. Glorior in vestris bonis, etiāsi ego plurimis grauer: & lugeo in vestris difficultatibus, etiāsi
multa bene agā. Quæ enim spes doctori grege cor-
rupto? Qualis vita? qualis expectatio? cū qua fiducia
stabit apud deū? Ponamus enim q; neq; reprehēdatur, neq; det pœnā: sed sit mūdus à sanguine omniū,
etiā sic incurabilia patietur. Quoniā & patres licet
pro pueris nō redarguātur, attamē dolēt ac cruciantur. Et nihil ne, inquit, hoc prodest eis, nec patroci-
Hebr.13.c natur, q; ipsi vigilāt pro animabus nostris? sed vigi-
lāt vt rationē reddituri: & videtur mihi hoc quibus-
dā esse terribile, me autē vobis perditis hoc nō mo-
uet: nam siue dem rationē, siue non dem, nihil mihi
vtile est: vtinā seruaremini vos, & dās ego pro vobis C
rationē, audiā vos quidē seruari, me autē officiū nō
per omnia implesse. Nō enim cura est, vt vos per me
seruemini, sed solū vt seruemini. Nescitis vim spiri-
tualium in parturitione dolorū, quàm malit sexcen-
ties defatigari qui talē partū enititur, q̄ vnum ex his
qui nati sunt videre perditū ac corruptum. Vnde no
bis ꝑsuadebim°? nusq̄ certe aliūde, à factis iudicabi-
mus omnia vestra. Possumus & nos dicere q; nihil
subterfugerimus, nihilominus dolemus: & q; dole-
mus, manifestū ex his quæ toties apparamus & ex-
cogitamus. Quāuis possem vobis dicere, Quid mihi
curæ est, ego quod meū est feci, ego mundus sum à
sanguine, sed nō sufficit hoc ad consolationē. siqui-
dem liceret cor nostrū disrūpere ac ostendere, vide-
retis intus esse in magna latitudine vos omnes, mu-
lieres, pueros, ac viros. Tanta enim charitatis vis est, D
2.Cor.7.a vt cœlo latiorē faciat animā. Capaces nostri estote
dicebat Paulus, neminē læsimus, nō angusti estis in
nobis. Hoc dicimus nunc & nos, capaces estote no-
stri. Totā Corinthū habebat ille in corde suo, & di-
2.Cor.6.c cebat: Dilatamini, & vos nō angusti estis: sed ipse nō
possem dicere hoc. Bene enim scio, q; etiā vos me di
ligitis ac capitis. Sed quod lucrū vel meæ charitatis,
vel vestræ, quādo in diuinis nō proceditis, amplio-
ris tristiciæ inde occasio. Nihil possum reprehēdere
Gala.4.b vos. Testificor enim vobis, q; si possibile fuisset, effos
sos oculos vestros dedissetis mihi. Vicissim vellem°
non solū euangeliū, sed etiā animas nostras dare vo
bis. Amamus & amamur, sed hoc nō est quod nunc
Deut.6.a & Matt. 22.d quæritur. Amemus igitur principiò Christū, primū
enim mandatū est: Diliges dominum deum tuū. Se-
cundum autē simile ei, Et proximum tuum sicut te-

ipsum. Secundum habemus: primo opus est mihi & A
vobis valde, habemus illud, sed nō vt oportet. Dili-
gamus illū. Scitis quanta repōsita est merces his qui
dilexerūt Christū, diligamus illū cū feruore animæ,
vt fruētes eius gratia, effugiamus præsentis vitę pro-
cellas, & bona illū diligētibus promissa assequi me-
reamur, gratia & misericordia vnigeniti filij, cui cū
patre simul ac sancto spiritu sit gloria, imperiū, ho-
nor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Nunc commendo vos fratres deo & verbo gratiæ eius,
qui potens est vos superstruere, & dare hæreditatem vo-
bis inter omnes sanctificatos. *Homilia xlv.*

VOd in epistolis, hoc & in consiliis agit. Ab
admonitione in preces desinit. Quoniam
enim illos valde terruit, dicēs: Lupi graues
ingredietur ad vos, ne cōsternatas reddat animas, ac
perdat: vide consolationē. Et nunc inquit: Sic dixit, B
manifestās per hoc, q; quasi semper hoc agat. Com-
mendo vos fratres deo & verbo gratiæ eius: hoc est,
gratiæ illius, & bene sic dixit. Sciebat enim q; gratia
saluat. Subinde illos memores facit gratiæ, quasi de-
bitores studiosiores faciēs, & cōfidere suadens. Qui
potens est vos superstruere. Non dixit, extruere, sed
superstruere, ostendēs quòd extructi essent. Deinde
spei futuræ meminit dicēdo. Et dare vobis hæredita
tem inter omnes sanctificatos. Subditur iterū admo
nitio: Argentū, inquit, vel aurū, vel vestē nullius con
cupiui. Radicē malorum auariciā sustulit. Argentū,
inquit, vel aurum: non dixit, non accepi: sed, neque
concupiui. Nondum magnū hoc. Quod autem post
hoc, magnū: *Vos scitis quòd necessitatibus meis, & his qui*
mecū sunt, ministrarunt manus istæ. Omnia ostendi vo-
bis, quòd sic laborantes oportet susципere infirmos.
Vide illū opere manuario vsum: & non simpliciter,
sed cum fatigatione. Necessitatibus meis, & his qui
mecū sunt ministrarūt manus istæ. Hoc per admo-
nitionem dixit. Et vide quàm merito. Non enim di-
xit, pecūniis fuisse meliores: sed quid? oportet susci-
pere infirmos, non simpliciter omnes, sed infirmos:
ac meminisse sermonis domini Iesu, inquit, quē di-
xit: Beatius est dare, quàm accipere. Vt ne quis pu-
tet ad illos dictū esse, se ponere in exēplar, id quod
alibi dicit: Exēplar dātes vobis, subdidit sententiam Act. 20.
Christi dicētis: Beatū est dare magis, quàm accipe- g.
re. Orabat quoq; super illis admonēdo, operēq; id-
ipsum ostēdebat. Et his dictis ac positis genibus suis
cum illis adorabat: nō simpliciter, sed cū magna cō-
punctione. Magna cōsolatio. Et dicēdo, Cōmendo
vos domino, obsecrabat. *Et factus est fletus magnus om-* D
nium, & ruentes in collū Pauli, deosculabātur illū, dolētes, ma-
xime ob sermonē quem dixerat, quòd amplius faciem eius non
essent visuri, deducebāt autem illum in nauim. Dixerat, in-
gressuri sunt lupi rapaces. Dixerat, mūdus sum à san
guine omniū. Hæc vtraq; terribilia, & ad cōtristan-
dum sufficiētia. Maxime autē hoc omniū dolebat,
q; vltra illū visuri non essent, & hinc agonis istius dif
ficultas. Deducebant autē illum ad nauē, sic dilige-
bant eum, sic affecti erāt erga eum. *Cum autem factū* Cap. xxi.
esset, vt soluissemus auulsi ab eis, recto cursu venimus Coū, &
sequenti die Rhodū, & inde Patarā, & nacti nauē traijcientē
in Phœnicen, ea cōscensa soluimus. Vbi autē apparuit nobis Cy
prus, relicta ea, ad sinistrā nauigauimus in Syriā, ac venimus
Tyrum. Vide, venit in Lyciā, & traiiciens in Phœni-
cen, relicta Cypro in Tyrū nauigauit, nam illic na-
uis exoneranda erat. Et hæc erat causa nauigandi in
Tyrum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tyrũ. Et inuentis fratribus permanſerunt ibi ad dies septẽ, qui ſcilicet dicebãt Paulo per ſpiritũ, ne aſcenderet in Hieruſalẽ. Vide, prophetabãt & illi afflictiones. Singulari diſpẽſatione fit, vt etiã per illos dicatur, vt ne quis putet alios ſimpliciter dixiſſe, Paulũ q; gloriatũ eſſe. Iterum & illic orãtes, ſe mutuum relinquunt. *Diebus autẽ expletis, profecti ibamus deducẽtibus nos omnibus cũ mulieribus ac liberis, vſq; extra portã, & poſitis in littore genibus, orauimus, & cõſalutatis nobis inuicẽ, aſcendimus in nauim, illi autẽ reuerſi ſunt in propria. Nos vero nauigatione explicita à Tyro, venimus in Ptolemaidẽ, & ſalutatis fratribus mãſimus die vno apud illos. Sequenti autẽ die egreſſi venimus in Cæſareã, & ingreſſi in domũ Philippi euãgeliſtæ, qui erat vnus ex ſeptem, mãſimus apud illũ.* In Cæſareã, inquit, vt venimus, manſimus apud Philippũ, qui erat vnus ex ſeptẽ. Huic erant filiæ quatuor prophetiſſę, ſed non iſtæ prædicũt Paulo, quãuis prophetiſſæ eſſent, ſed Agabus. Et quomodo, audi: *Et cũ permaneremus dies cõplures, venit à Iudæa propheta nomine Agabus: et cũ veniſſet ad nos, & tuliſſet zonã Pauli, ligaſſ; q; illius manus & pedes, dixit: Hæc dicit ſpiritus ſanctus, virũ cuius eſt zona iſta, ſic ligabũt in Hieruſalẽ Iudæi, & tradẽt in manus gentiũ.* Qui olim famẽ prædixerat, hic, Virũ, inquit, cuius eſt zona iſta, ſic ligabũt. Quod ꝓphetæ faciebant, ante oculos futura præſcribebãt, quãdo de ca-
Ezec. 12. ptiuitate dicebãt, ſicut Ezechiel: hoc & iſte fecit. Et hoc profecto graue, q; in manus gentiũ tradẽt. *Vt autem audiuimus hæc, obſecrauimus nos & qui loci illius erãt, ne aſcẽderet ipſe in Hieruſalẽ. Et multi orabãt ne abiret, & neq; ſic audijt. Reſpõdit autẽ Paulus: Quid facitis flẽtes & affligẽtes cor meũ? ego enim non ſolũ ligari, ſed etiã mori in Hieruſalẽ paratus ſum, pro nomine domini Ieſu. Quũ vero illi nõ perſuaderetur, acquieuimus dicentes: Voluntas domini fiat.* Vides? vt
Sup. 20.e ne audiẽs, putes vel neceſſitatis eſſe, Alligatus, inq t, ſpiritu proficiſcor, vel ignorãtiæ in periculũ incidiſſe, propter hoc iſta prædicit. Sed alij quidem flebãt, ipſe autẽ obſecrabat, dolens ſuper lachrymis illorũ: Quid facitis enim, inquit, flentes ac diſcerpẽtes cor meũ? Nihil Paulo in amore indulgẽtius, quia videbat lachrymãtes, dolebat, qui in propriis tẽtationib⁹ nõ patiebatur. Me læditis hoc faciẽtes, inquit. Nunquid enim ego doleo? Tunc acquieuerũt, quãdo dixit: Quid facitis affligẽtes cor meũ? Super vos ploro, nõ meã paſſionẽ, pro illis enim & mori volo. Videamus autẽ iterũ quæ lecta ſunt: Argentũ vel aurũ, vel veſtẽ, inquit, nullius cõcupiui: iſtud ſcitote, q ꝓ neceſſitatibus meis, & his qui mecũ ſunt, miniſtrauerunt manus iſtæ. Igitur nõ in Corintho hoc ſolũ fecerũt, qui corrũpebant diſcipulos, ſed etiã in Aſia. Et Co-
2. *Cor. 11. b.* rinthiis dicit: Nõ periit gloriatio mea in regionibus Achaiæ. Et non dixit: Nõ dediſtis mihi argentũ vel aurũ, veſtimentũ non cõcupiui, ne videatur eſſe ex eo q ꝓ illi non dederint. Et nõ dixit nullius cõcupiui neceſſaria, ne videatur iterũ accuſare illos: ſed hoc inſinuat, q ꝓ meri.cò non cõcupiuit, quãdo & alios pauit. Vide quomodo operabatur cũ diligentia, homo nocte ac die diſſerẽs cum lachrymis, vnũquenq; admonẽs. Omnia oſtẽdi vobis, q ꝓ ſic laborãtes oportet ſuſcipere infirmos. Hoc dicto iterũ terruit, vult autẽ ſic dicere: Non poteſtis ad ignorantiã confugere, q ꝓ ſic laborãtes oporteat operari. Et nõ dixit, Malũ eſſe accipere, ſed melius nõ accipere. Memorẽſq; eſſe ſermonis, inquit, domini, quem dixit: Beatius eſt magis dare quàm accipere. Et vbi dixit? Forſan ablq; ſcriptura tradiderant apoſtoli, vel ex aliis quis colligere poterit. Etenim oſtẽdit fiduciã quã in periculis, cõpaſſionem quã cum ſubditis, doctrinã quã cum fiducia, humilitatẽ, paupertatẽ. Hoc autẽ & paupertate maius. Si enim illic: Vende tuas, inquit, facultates, ſi *Luc. 18.d* vis perfectus eſſe: quãdo cum eo q ꝓ nihil accipit etiã alios paſcat, quid huic conferendũ? Primus gradus igitur eſt abiicere propria. Secũdus, ſeipſo contentũ eſſe. Tertius, & alios paſcere. Quartus, prædicare & habere poteſtatem accipiẽdi, & non accipere. Et ita multis pauperibus hic præſtãtior erat. Et bene dixit, Sic oportet ſuſcipere infirmos. Nã hoc quidẽ compaſſionis erga infirmos, q ꝓ ex propriis det. Si autẽ ex alienis, nõ ſolum nõ eſt bonũ, ſed etiã periculoſum. Et ruẽtes, inquit, in collũ illius, flebãt. Hoc affectionem quã erga illum gerebãt, oſtẽdit. Ruerũt autem ſuper collũ, vtpote poſtremis cõplexibus cõplexuri, & magnas à cõcione amoris illecebras hauſerant. Si enim nos quãdo ſimpliciter diſcedimus, ingemiſcimus, rametſi iterũ nos mutuũ reuiſuri: quomodo igitur illi tũc citra animi moleſtiã à Paulo auulſi eſſent? Ego & Paulum opinor flere. Auulſi, inquit: mõſtrat etiã vim, dicẽdo auulſos ab illis. Et merito, alioquin maritimo itinere pergere nõ potuiſſet. Quid eſt recto curſu venimus in Coum? Hoc eſt, non obambulauimus, neq; in aliis locis morati ſumus. Sequenti autẽ die, inquit, in Rhodũ. Vide illum feſtinantẽ. & nactus nauigiũ traiecit in Phœnicẽ. forſan illic morati, quia nõ occurrebat alia nauis, qua cõſcenſa irẽt in Cęſareã. Vt autẽ apparuit Cyprus, relicta ea ad ſiniſtram. Hoc nõ ſimpliciter dictũ eſt, ſed vt mõſtret quòd neq; illi propiare voluerit: recta nauigantes in Syriã, ita feſtinabat. Deinde & venimus in Tyrum, inquit, & inuẽtis diſcipulis mãſimus apud illos. cum eſſent prope Hieruſalẽ, non iam currũt, ſed etiã manent apud fratres ſeptẽ diebus. Vide obſecro nũc & dies. Poſt azyma in Troadẽ venerũt diebus quinq;, deinde ibi fecerunt dies ſeptẽ, & habes dies duodecim. Deinde in Aſſum, in Mytilenẽ, cõtra Chium in Trogyliũ, in Samũ, in Miletũ, & erunt decẽ ac octo dies. Poſtea in Coum, in Rhodũ, in Pataram. En viginti & vnum dies. Deinde illinc per dies quinq; in Tyrũ, vt ſint dies viginti ſex. Mox illic morãtur diebus ſeptẽ, colligũtúrq; triginta & tres dies. Poſtea in Ptolemaidẽ vno die pertingunt, & fiunt triginta ac quatuor dies. Deinde Cæſareæ manet pluribus aliis diebus, & tũc inde eos adducit propheta, & ſic complentur dies Pentecoſtes, & ibi illã facit. Vide illum quãdo ſpiritus non prohibebat perſuaderi, dicebãt: Ne des teipſum in theatrũ, & non dedit. Sæpius illũ eduxerunt ac perſuaſus eſt, per feneſtram iterũ effugit: & nunc, vt ſic dicã, innumeris rogãtibus tam in Tyro quàm in Cæſarea, & flentibus, & plurima grauia prædicẽtibus, non ſuſtinet. Etiam non ſimpliciter grauia prædicebãt, ſed per ſpiritum prędicebant. Si igitur ſpiritus iubebat, quare cõtradicebant? quia neſciebant ea quæ videbãtur ſpiritui. Et aliter: Neq; admonitionẽ per ſpiritum faciebãt. Non enim ſimpliciter illi grauia prędicebãt, ſed quia aſcẽdere non oportebat, parcẽtes ei. Poſtquam autẽ perfecti ſunt dies, hoc eſt impleti. Dies autem dicit conſtitutos. Deducẽtibus nos omnibus cum mulieribus ac liberis. Vide quanta conſolatio erat. Et iterũ orantes diuelluntur. Etiam in Ptolemaide vnum diem manẽt, in Cæſarea vero plures. Et quando audiit quòd innumera grauia debuit pati, tũc feſtinat, non in periculum

culum ſeipſum cõiiciens, ſed indicãs eſſe præceptũ ſpiritus. *Poſt dies autẽ hos, ſublatis ſarcinis cõſcẽdebamus Hieruſalem, hoc eſt, receptis ijs quæ ad iter neceſſarijs. Venerũt autem vnà quidã ex diſcipulis à Cæſarea nobiſcũ, adducẽtes cum quo hoſpitaremur, Mnaſonem quendã Cypriũ antiquũ diſcipulum. Et cum veniſſemus Hieruſalẽ, libenter exceperũt nos fratres.* Et vide, non dixit Agabus q ꝓ Paulũ ligaturi ſint, ne videãtur ex pacto dicere, ſed virũ cuius eſt zona iſta. Igitur & zonã habuit. Quoniã non poterãt perſuadere, idcirco flebãt, & poſtea tacuerũt. Vides philoſophiã? vides amoris vehementiã? Tacuimus, inquit, dicentes: Fiat voluntas domini. *Ducẽtes*, inquit, *apud quẽ hoſpitaremur.* Igitur non in eccleſia. Nã tunc quidẽ quãdo pro dogmatibus aſcẽderunt, in eccleſia manſerũt: nunc autẽ apud diſcipulũ quendã antiquum. Oſtẽdit iam fuiſſe longũ prædicationis tẽpus. Vnde mihi videtur ille in actis multos annos ſuccidere, tantũ quæ vrgebãt, dicẽs: Quid eſt, voluntas domini fiat? Dominus, inquit, quod placitum eſt in cõſpectu ſuo faciat. Tacẽt autẽ illi, & non cogũt, fortaſſe cõſcij q ꝓ eſſet voluntas domini, ex alacritate Pauli hoc cõiectantes: nam Paulus alioqui ad pericula nõ tam alacer fuiſſet, neq; deus permiſiſſet, qui ſemper in periculis illũ eripuit. Ita nõ volũt grauare eccleſiã, cum eſſet alius qui hoſpitio ſuſciperet, neq; authoritatẽ exigebãt. Libẽter nos, inquit, ſuſceperũt fratres. Res enim pacificæ erãt apud Iudæos, & non vt prius bellũ erat. Ducẽtes, inquit, apud quẽ hoſpitaremur. Paulũ hoſpitio ſuſcepit ille. forſan quis veſtrum dicet: Si quis & mihi Paulũ daret hoſpitem, ſuſcipere prõptè magnáq; cũ alacritate. Ecce Pauli dominũ licet tibi hoſpitio ſuſcipere, & nõ vis. Nam
Mat. 18.A qui ſuſcipit vnũ ex minimis, me ſuſcipit. Quãto minor fuerit frater qui ſuſcipitur, hoc maior Chriſtus per illũ aduenit. Qui enim magnũ ſuſcipit, non raro vanæ gloriæ ſe obnoxiũ facit: qui autẽ paruũ, is illũ purè propter Chriſtũ. Licet tibi etiam patrẽ Chriſti
Ibid. 25.d hoſpitio excipere, & nõ vis. Peregrinus enim eram,
Ibidem. inquit, & collegiſtis me. Et iterum: Inquantũ vni minimorũ feciſtis, mihi feciſtis. licẽt nõ ſit Paulus, fidelis tamẽ eſt ac frater, tametſi minimus, Chriſtus per
Ibid. 10.d illũ aderit. Aperi domũ, recipe. Qui recipit prophetam, inquit, mercedẽ prophetæ recipiet. Igitur qui & Chriſtũ ſuſcipit, recipiet mercedẽ eius qui Chriſtũ ſuſcipit. Ne diſcredas verbis illius, ſed eſto fidelis. Ipſe dixit, p illos aſſum. Et ne incredulus ſis, etiã pœnas decernit his qui nõ ſuſcipiũt, & honores his qui ſuſcipiũt: qđ nequaquã feciſſet, niſi aut honore, aut contumelia affectus ipſe eſſet. Suſcepiſti me, inquit, in tuum diuerſoriũ, accipiã te in regnum patris mei. Famẽ meã ſoluiſti, ſoluã tibi peccata. Vidiſti me ligatũ, videri te faciã ſolutũ. Vidiſti me peregrinum, faciam te ciuem cœlorũ. Dediſti mihi panẽ, do tibi regnum integrũ, ita vt hæres ſis ac poſſideas. Venite
Mat. 25.c enim, inquit, in hæreditatẽ, poſſidete paratum vobis regnũ. Non dixit, accipite: ſed in hęreditatem poſſidete, id quod in his qui proprie poſſederũt dicitur, ſicut quãdo dicimus, hoc in hæreditatẽ poſſedi. Miſericordiam feciſti in me in occulto, ego prædicabo in manifeſto. Et alia quidem tua dico, q ꝓ gratiæ ſint: mea autẽ, q ꝓ debiti: nam quoniã tu, inquit, cœpiſti, ego ſequar, nõ erubeſco cõfiteri beneficia in me collocata, neq; à quibus me liberaſti, fame, & nuditate, & errore. Vidiſti me ligatũ, nõ videbis igne gehẽnę, nõ videbis tormentorũ loca, neq; pœnas. O manus reuera benedictæ, quæ talibus miniſteriis ſeruiunt, quæ dignãtur miniſtrare Chriſto. Pedes in carceres eũtes propter Chriſtũ, facile contẽnunt ignẽ. Non ſentiũt vincula manus, quæ ligatũ illum viderũt. Induiſti veſtimentũ, & indueris veſte ſalutari. Fuiſti in carcere cum illo, & eris in regno cum illo. Hæc confiteris, non erubeſcẽs, ſed vidẽs q ꝓ inuiſiſti. neſciebat *Gen. 18.a* angelos hoſpitio excipiẽs patriarcha, & hoſpitio excepit. Erubeſcamus obſecro, in meridie ſedebat, exiſtens in terra aliena in qua neq; veſtigiũ pedis habebat. Peregrinus erat, & peregrinos hoſpitio excipit peregrinus, ciuis enim erat cœlorũ. Idcirco neq; cũ ſuper terrã eſſet, peregrinus erat: nos magis q ꝓ ille peregrini ſumus, qui non ſuſcipimus peregrinos. Non habebat domũ, & diuerſoriũ erat ei tabernaculũ, & vide liberalitatẽ, vitulũ mactauit, & fermẽtauit farinam. Audi & alacritatẽ, per ſeipſum & vxorẽ hoc facit. Cõſidera etiã q ꝓ alienus eſt à faſtu, adorat & obſecrat. Omnia illa habere oportet hoſpitio excipientem, alacritatẽ, feſtiuitatẽ, liberalitatẽ. Hoſpitis anima erubeſcit & cõfunditur, ſi nõ cum excellẽtia declaretur gaudiũ, abalienatur, & mox deterius fuerit quam nõ eſſe ſuſceptã, ſic eſſe ſuſceptã. Idcirco adorat, idcirco ſermone ſuſcipit, idcirco & cathedrã ponit. Quis enim dubitarit, ſciens q ꝓ hoc opus ei ſit: An nõ in terra aliena ſumus nos? ſed ſi voluerimus, poterimus illũ imitari. Quot hoſpites ſunt fratrum? Eſt domiciliũ cõmune eccleſia, quam hoſpitalẽ vocamus. Curioſius inquirite etiã vos, cõſidete ad fores, veniẽtes ſuſcipite, & ſi nõ in domus veſtras volueritis, ſed aliter ea quæ vſibus ſeruiũt. Quid enim eccleſia nõ habet, inquit? habet, ſed quid hoc ad vos? Nũ à cõmunibus eccleſię pecuniis paſci, hoc vobis prodeſſe poterit? nũquid ſi alius precetur, tu non debes precari? Quare nõ dicis: Ego quid precor? Sed ego, inquit, do ei qui nõ poteſt venire illuc, da etiam illi. Quod enim quærimus, hoc eſt omnino dari. Audi quid inquit Paulus, vt viduis quæ reuera viduę ſunt *1. Tim. 5.a* ſufficiãt, & ne grauetur eccleſia. Vt vis, fac, ſolũ fac. Ego autẽ nõ dico, ne grauetur eccleſia, ſed vt tu nõ graueris. Ratione cẽm hac nihil operaris, omnia permittens ei, propter hoc cõmune domiciliũ ab eccleſia ſegregatũ, ne hæc dicas. Sed habet ſumptus eccleſia, inquit, opes, habet & rẽdit⁹. Dic oro, ſumptus nõ habet, reditus quotidianos nõ habet? Quid igitur, cũ nõ adiuueris minimo? Cõfundor quidẽ hæc dicẽs, ſed non cogo. Si quis putat lucrũ eſſe quæ dicuntur, faciat ſibiipſi xenodochiũ in domo, ſtatuat illic lectulum, ſtatuat illic menſam ac lucernã. Quomodo enim non abſurdũ, ſi quidẽ milites venerint, vt habeant vbiſcũ ordinata domicilia, & multã faciant curã, & omnia ſuppeditẽtur eis, quoniã iuuãt vos in hoc ſenſibili bello, hoſpites autẽ non habẽt vbi maneant? Vince eccleſiã. Vis nos rubore perfundi? hoc fac, ſis excellẽtior liberalitate, habe domũ in quam venit Chriſtus. Dic: Hæc cellula Chriſti eſt, domus iſta ei ſegregata eſt, licet profundũ ſit ac vile, nõ deſpiciet. Nudus & peregrinus Chriſtus obambulat ſolũ recto egẽs, & iam hoc ſuppedita ne crudelis ſis ac inhuman⁹, neq; in reb⁹ ſecularib⁹ ita vehemẽs ſis, & in ſpiritualib⁹ frigid⁹. Sit etiã inter miniſtros fidelior, cui hoc cõcreditũ, cæcos, pauperes, & ſine tecto introducat. Hæc dico ad cõfuſionẽ, nã oportebat quidem ſurſum in domo illos recipi. Si autẽ nõ vis, licet infrà etiã vbi muli, etiam vbi miniſtri, accipe Chriſtum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

stum Fortassis horretis audientes. Quid igitur, quãdo neq; hæc facitis? Ecce adhortor, ecce dico, Sit vobis hoc summo studio. An nõ vultis sic? Igitur aliter facite. Sunt multi pauperes & multæ, segregate omnino, vt ibi maneat aliquis. Sit, licet, custos domus pauper. Sit tibi murulus & sepicula, scutũ ac lancea. vbi eleemosyna, nõ audet accedere diabolus, neque aliud quiddã graue. Oro ne despiciamus tantum lucrũ. Nũc autẽ vehiculo quidẽ locus est segregat° & curribus, Christo autẽ errãti nullus Abrahã vbi ipse manebat, ibi & hospites susp iciebat, & vxor vt ancilla stabat, illi autẽ vt domini erãt. Nesciebat q, Christum susc ipiebat, nesciebat q, angelos: quod siquidẽ sciuisset, erogasset omnia. Nos autẽ quãuis sciẽtes q, Christũ susc ipimus, haud tantũ declaramus studiũ, quãtũ ille putãs homines susc ipi. At impostores multi sunt, inquit, & ingrati. Et huius tibi maior erit merces, quãdo ꝓpter nomẽ Christi susc ipis. Nã siquidẽ scires esse impostu ras, nõ acciperes in domũ. Si autẽ nescis, cuius simpliciter accusas. Propter hoc dico, eãt in xenodochiũ. Quæ autẽ defensio, si neq; hos quos scimus susc ipimus, sed occludimus omnibus fores? Sit Christi generale receptaculũ dom° nostra, exigamus ab illis mercedẽ, nõ argentũ, sed vt faciãt nobis receptaculũ Christi domũ: circũcursemus, vndiq; trahamus, rapiamus ferã, maiora beneficia accepimus, q̃ damus. Non iubeo mactare vitulũ, panẽ da esuriẽti. Vt autẽ ne hæc prætexas, sit domiciliũ commune, ecclesia, illuc mittito, & tu susc ipies. Quia etiã ille qui per ministros misit, habuit mercedẽ. Ita erãt etiã eruditi Abrahæ, currebãt, & nõ murmurabãt, sicut nostri. Honestos enim ac pios illos cũ feciss et, ad bellũ sumpsit, & nõ murmurarũt, adeo bene institui erãt: Omniũ enim similiter curã gerebat, sicut sui ipsius. Tantũ nõ emꝫ sicut Iob dicebat, Similiter formati sumus in eodẽ vẽtre. Igitur & nos curemus nostram salutẽ, & magnã faciamus ministrorũ curã, vt sint boni, & sit etiã minister vester edoctus ea quæ sunt dei. Nõ erit posthac nobis virtus minus recta, si illos cõposuerimus, sicut in bello: cũ milites sunt bene ordinati, dux facile pugnat. Cõtra autẽ fit, quãdo hoc nõ erit. Nautis enim simul idẽ volẽtibus, gubernator facile gubernaculũ manu regit: ita & hic, si sic fuerint eruditi ministri, nõ exacerbaberis facile, nõ obiurgabis, nõ irasceris, nõ cõuicia proferes, & fieri potest, vt ministros reuerearis, si sint admirabiles, & simul adiuuabũt te, & laudabũt iucũde. Ab his omnibus omnia erunt quæ deo placẽt: & sic omnis domus benedictione implebitur, & ea quę deo probãtur faciẽtes, magno superno præsidio adiuuabimur: quod contingat omnibus nobis assequi, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul ac sancto spiritu sit gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Gene. 18.

Iob. 33. a

Sequenti autem die ingrediebatur Paulus nobiscum ad Iacobum, & omnes presbyteri aderant, quibus salutatis narrabat per singula, quæ deus feciss et inter gentes per ministerium suum. *Homilia xlvj.*

Hic frater erat domini, & episcopus Hierosolymitanorũ hoc tẽpus, vir magnus & mirabilis, ad hũc ingreditur Paulus, sicut & antè etiam ad illũ mittebatur. Et quomodo, audi: Sequẽti autẽ die, inquit, ingrediebatur Paulus nobiscum ad Iacobũ. Vide quàm alienus est à fastu: omnésq; presbyteri aderant, quibus salutatis, narrabat per singula quæ feciss et deus in gentibus per ministeriũ illius. Iterũ illis quæ apud gẽtes acta sunt, narrat: non vanę gloriæ studio, absit, sed dei volẽs misericordiã declarare, & multo illos implere gaudio. Vide igitur quomodo audientes etiã glorificarint deũ, non Paulum extulerũt, neq; admirati sunt, sed deũ glorificarunt. Sic enim narrauit, vtpote deo acceptũ ferens. *At illi cum audiss ent, glorificabant deum, dixeruntq; ei, Vides frater quot sunt milia Iudæorũ qui crediderunt, & hi omnes zelotæ sunt legis. Edocti sunt de te, quòd defectionem doceas à Mose, omnes qui inter gẽtes sunt Iudæos, dicẽs non debere eos circuncidere filios, neq; his ritibus incedere.* Vides & illi cũ quãta submissione loquũtur: nõ quia episcopus cũ magna authoritate loquitur, sed illum in cõcilij sociũ assumunt, quasi statim & ab initio rationẽ reddẽtes: Te renuẽre non vellemus, sed vides negocij necessitatem. Vides, inquit, quot sunt milia Iudæorũ qui crediderũt? Et non dixerũt, Quot milia à nobis edocta sunt. Nec dicit, Audiuim° esse: sed, sunt. Et hi omnes, inquit, zelotæ sunt legis, hoc est, studiosi sectatores. Duæ causæ sunt: Et multitudo, & propositũ. Neque enim si pauci fuissent, contẽnendi erãt: neq; si multi, & non omnes legẽ amplexi essent, multitudo erat curanda valde. Accedit & tertia causa: Edocti sunt, inquit, de te, q, defectionem doceas à Mose, omnes qui inter gẽtes sunt Iudæos, dicẽs nõ debere eos circuncidere filios, neq; his ritibus incedere. Nõ dixit, Audierũt: sed κατηχήθησαν, hoc est, edocti sunt: & crediderunt q, defectionẽ à Mose doceas; dicens non debere eos circuncidere filios, neq; his ritibus incedere. Postquã hęc dixit, subdidit, *Quid igitur est? Omnino cõgregãda est multitudo: audient enim quòd veniss ti: hoc igitur fac, quod tibi dicimus.* Quasi simul cõsulentes hæc dicũt, non quasi imperãtes. *Sunt nobis viri quatuor votum habentes super se. His assumptis purifica te cũ illis, & impende super illis vt radatur caput, & sciãt omnes quòd quæ edocti sunt de te, nihil sunt: sed ambulas & ipse custodiens legem.* Consulũt vt re ipsa & opere nõ sermone defensionẽ afferat. Vt radantur, inquit, caput, & sciant omnes q, quæ de te edocti sunt, nihil sint. Non dixerũt q, doces: sed iterũ κατηχήθησαν, id est, edocti sunt: per hoc manifestãs, & q, incedis, hoc est ex abundãtia etiam ipse custodis. Non enim hoc solũ fuerit, quod quæritur, si nõ alios doceat, sed etiã an ipse seruet. Quid igitur? gẽtes si cognouerint, nũquid offendẽtur? sed quomodo, vbi & nos qui Iudæorum doctores misimus ad illos. *De his autẽ qui crediderũt ex gentibus, nos scripsimus, decernentes, ne quid huiusmodi obseruẽt illi, nisi vt caueant ipsi ab his quæ sunt immolata simulachris, & à sanguine, et à suffocato, & stupro.* Hic reuerẽter loquitur. Vult autẽ sic dicere, Quemadmodũ nos illis imperabamus, tametsi Iudæis prædicãtes, ita tu quãuis gentibus prædicãs cooperare nobiscũ. Vide Paulũ: Non dicit, Possum vtique & Timotheũ adducere quem circuncidi, & possum hoc persuadere sermonibus, sed obtemperauit eis, & omnia fecit. Sic enim conducibile erat. Non enim idẽ erat rationẽ verbis reddere, & nullo cõscio hæc facere. Susp icione carebat etiã impẽdi. *Tunc Paulus assumptis viris, & sequẽti die cũ illis purificatus, ingrediebatur in templũ, denuncians expletionẽ dierũ purificationis, donec offerretur pro vnoquoq; eorũ oblatio.* Διαγγέλλων, hoc est, denũcians, & ita ipse seipsum manifestũ facit. *Dum autem septẽ dies iam essent implendi.* Vide quomodo potissimũ in illis moratur. *Hi qui ab Asia erant Iudæi, cùm vidiss ent eum in templo, conturbarũt totum*

totũ populum, & iniecerunt in illum manus, clamãtes, Viri Israelitæ succurrite. Hic est ille homo qui aduersus populũ & legem, & locũ hunc, oẽs vbiq; docet. Insuper Græcos induxit in templũ, & prophanauit sanctũ locum hunc. Vide mores illorũ vbiq; turbulẽtos, etiã in medio temerè clamãtes. *Erant enꝫ qui viderant Trophimũ Ephesium in ciuitate cũ illo, quẽ existimarunt quòd in templum introduxiss et Paulus.* Cõmotáq; est ciuitas tota, & factus est cõcursus populi. *Et apprehẽsum Paulũ extraxerunt ex templo, & statim clausæ sunt fores.* Viri Israelitæ succurrite, inquit, hic est homo q, cõtra populũ & legẽ & locũ hunc. Ea proferunt illi, quæ maximè eos turbabant, nẽpe legẽ & tẽplũ. Paulus autẽ quanuis tãta passus, non reprehendit eos, q, ipsi essent horũ causa: Adeò erat magnanimus. Traxerunt illũ, inquit, extra tẽplũ, & statim clausæ sunt fores. Volebant enim illũ occidere, & propterea extrahebant, quò cum maiore audacia hæc faciant. *Quærentibus autem illis occidere eum, ascendit rumor ad tribunum cohortis, quòd tota Hierusalem cõturbata esset, qui ex illa assumptis militibus ac centurionibus decucurrit ad illos. At illi quum vidiss ent tribunũ ac milites, cessauerunt percutere Paulum. Tunc accedens tribunus apprehendit eum, & iussit ligari duabus catenis, & interrogabat, quisnã esset, & quid feciss et. Alij autem alia clamabant in turba.* Et quare interrogaturus illũ iussit catenis ligari? Volebat populi furorem mitigare. *Et quum nõ posset certum cognoscere præ tumultu, iussit duci eum in castra. Et quum veniss et ad gradus, contigit vt portaretur à militibus, propter violentiã turbæ. Sequebatur enim multitudo populi, clamans, Tolle eũ.* Quid est, Tolle illũ? Mos erat Iudæis cõtra condẽnatos sic loqui, ac dicere, Tolle illũ: hoc est, ne sinas illũ videri vltrà inter homines: sicut de Christo dicebãt. Sunt quidam qui volũt, Tolle illũ, idem esse cum eo, q̃d nos iuxta Romanã consuetudinẽ, Immitte illum in signa. *At Paulus in castra inducẽdus dicit tribuno. Num licet mihi dicere ad te?* Quũ gestaretur in gradibus, petit quiddã loqui tribuno, & vide q̃ mansuetè. Num licet mihi loqui ad te? inquit. *At ille dicit, Nosti Græce? Nonne tu es ille Aegyptius, qui ante hos dies cõcitass ti seditionem, & eduxisti in solitudinem quatuor milia sicariorum?* Hic Aegyptius vir quidã erat qui nuper ꝓdierat, & seditiosus. Sanè ad hoc rationẽ reddit Paulus, tollítq; dictis suis susp icionem eius. Sed videamus iterũ quæ lecta sunt: *Sunt nobis viri, inquit, quatuor, votum habentes super se, his assumptis purifica te cum eis.* Hic Paulus nõ obnititur, sed obtẽperat: vnde manifestum, q, non necessariò hoc erat faciendũ, ideo & persuadent ei, sed quia per dispensationẽ & attemperationem morũ, non fuit ad remoramentũ prædicationis, vbi scilicet etiam ipsi eiusmodi legẽ illis tulerant. Hoc igitur cum dispẽsatione quadam etiã ipse Petro obiicit. Nam quod hic ipse facit, hoc illic Petrus, tacẽs & statuens suũ dogma. Et non dixerunt, q, non oporteat eos qui inter gentes docere: neq; sufficiat q, non prædicetur illic, sed etiam aliquid amplius est faciendum, vt credant illi, q, serues legem. Res ad morum attemperantiam geritur, ne terrearis. Vide, non prius persuadent illi, donec dispensatio primũ dicatur & lucrũ. Et quia in Hierusalem hoc faciendũ, tolerabile. Fac igitur hoc hic, vt illud extra ciuitatem tibi facere liceat. Tunc Paulus assumptis viris, inquit, sequenti die. Non distulit, sed opere monstrans, se persuasum, assumit eos cum quibus erat purificandus. Itaq; res hæc magni feruoris erat. Et quomodo, inquit, Iudæi qui in Asia viderunt illũ in templo. Verisimile est q, illi aliquot diebus ibi versati fuerint. Vide item, quomodo hoc singulari ratione contigit. Nã postq̃ Iudæis persuasit, tunc aggrediuntur. Meritò, ne & illi simul aggrediantur. Adiuuate, inquit, viri Israëlitæ. Quasi incidisset in manus ipsorũ incomprehensibilis, & quem venatione sua assequi non possent, clamãt, Succurrite. Hic omnes vbiq; docet, Non hic solùm, inquit, sed vbiq;. Subditur etiam maior accusatio à præsentibus. Ad hæc etiam, inquit, prophanauit templum, inductis viris Græcis. Quin & vbi de Christo agitur, legũtur ascendisse adoraturi. Sed hi dicunt, eos qui nolebant adorare. Et apprehensum Paulũ traxerunt foris. Iam enim neq; leges, neq; tribunalia verebantur. Ita per omnia apparent illi audaces, & impudẽtes. Ille autem tunc quidẽ nõ reddidit rationẽ, postea verò. Meritò: Tunc enim non audissent eum. Timebãt ne effugeret. At vide quanta cũ submissione tribuno loquitur Paulus. Quid enim dicit? Nũ licet mihi loqui aliquid ad te? Adeò humilis erat, vt vbiq; modestè agere sciret. Nõne tu es Aegyptius ille? Vide malignitatẽ diaboli. Impostor erat & magus ille Aegyptius, & attentabat per hoc adumbrare, & suorum criminũ socios facere Christũ & apostolũ, sed non potuit. Attamen adhuc fulgidior facta est veritas, nihil à diaboli machinationibus offensa: sed magis illustrata. Nã siquidẽ non fuissent malefici, deinde hi vicissent, forsan susp icio fuisset. Quãdo autem & illi apparuerunt, & hi vincunt, nimirũ res est mirabilis. Idcirco & manifestari nõ prohibentur, vt & sic magis fulgeant. Tale quiddã etiam erat quod Galiel dicebat. Ante hos dies surrexit Theudas. Hos verò sicarios, vocant quosdã à gladiis recõditis quos gestant. Sicæ enim id genus gladiorũ à Romanis dicuntur. Alij putãt esse vnã ex sectis Hebræorũ. Tres enim sectæ illis erant, Pharisæi, Sadducæi, & Esseni, qui etiam Hosij, id est, sancti dicũtur. Hoc enim vult nomen Essenorũ à vitæ honestate. Illi ipsi & sicarij dicti, eo q, essent zelotæ. Ne igitur doleamus q, sectę sint, & pseudochristi etiam Christo infidiari voluerunt ante hoc, & post hoc, vt veritatem adumbrent, sed illa magis fulget, manifestáque est vbiq;. Hoc & sub prophetis fuit, fuerũt pseudoprophetæ, & ex cõparatione magis clarueruntEtenim morbus sanitatem manifestã facit, & tenebræ lucem, & tempestas tranquillitatẽ. Non possunt dicere Græci, q, prophetæ & apostoli impostores ac magi fuerint. Illi enim redarguti sunt. Hoc & Mosi accidit. Permisit deus aliquid Magis, ne magus putaretur esse Moses: permisit illos docere omnes quantùm magica imponit sensibus: vltrà autẽ non deceperunt, sed ipsi se victos confessi sunt. Nihil nobis nocẽt impostores, sed meliores potius reddunt, si quis rectè consideret. Quid igitur, quando eandem cum nobis habent gloriam? Non apud nos, sed apud eos qui iudicium nõ habẽt. Nobis ne curæ sit quid multi sentiant, neque vltrà q̃ oportet de gloria soliciti simus. Deo viuimus nõ hominibus. In cœlo ciues sumus, non super terrã. Illic præmia & brabia nostrorum laborum iacent, illinc expectamus laudes, illinc coronas, eatenus curemus homines, ne eis offendiculo & damno simus. Si autem nos illis offendiculũ nõ damus, & illi voluerint simpliciter, & absq; causa nos vituperare, rideamus, ploremus. Tu prouide bona corã deo & hominibus. Si te prouidente bona, ille incessat, ne sis adhuc solicitus. Habes exẽpla in scripturis. Nunquid enim in hominibus

Act. 5. f

Sicæ.

Galat. 1. b

Universidad de Deusto
Biblioteca

hominibus suadeo,an deo,inquit?Et iterũ:Hominibus suademus,deo autẽ manifesti sumus. Et Christ° sic in his qui offendebãtur,dicebat:Sine illos,duces sunt cæci cæcorũ.Et iterũ,Væ vobis,quãdo bene de vobis dixerint omnes homines.Et iterum, Luceant opera vestra,vt videãt homines, & glorificent patrẽ vestrũ, qui in cœlis est.Quòd autẽ alicubi dicit, qui scandalizarit vnũ ex pusillis istis,conducit illi,vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & mergatur in profundũ maris.ne mireris.Nõ sunt enim hæc contraria,sed potius valde cõsonant: nam quãdo quidem apud nos sit,Væ nobis: quando autẽ non apud nos,nõ item.Et iterũ : Væ vobis propter quos nomẽ dei blasphematur.Quid igitur,si ego quidẽ facio qđ decet,& alius blasphemat?Nihil ad te, sed ad illum. Nam propter illũ blasphematur.Et quomodo possibile est aliquẽ facere quod oportet,& esse aliis damnosum?Vnde vultis à præsentibus vel à præteritis vobis exempla afferã?ne ostẽtatores simus, vultis vt id quod nũc in manib° est,dicamus? Iudaizat Paul° in Hierusalẽ,& non in Antiochia.Iudaizabat & offendebantur:sed nõ iustè offendebantur illi.Dicitur salutasse Neronis pocillatorẽ,& concubinam. Quãta putatis contra illũ propter hoc dicta esse, sed nõ iustè?Nã si quidẽ ob lasciuiam salutasset, vel ob mala opera,meritò. Si autẽ ob vitã rectam,quare? Dicam aliquid,quod vni familiarium meorum accidit. Irato aliquãdo deo,quum ille admodũ iuuenis esset, & in diaconorũ ordine ministraret, abesse̅tq; per illud tẽpus episcopus , & nullus presbyterorũ curã haberet,sed simpliciter faciebãt simul multa milia in vna nocte baptizari,& simpliciter baptizabãtur oẽs nihil scientes.Quod vt ille intellexit,priuatim simul centum ac ducẽtos docebat:nihil autem, q̃ quod ad sacramenta attinebat,ne sic migrarent nõ initiati.Hoc pleriq; putabãt illũ ex ambitione fecisse, verùm ille non attendebat sic cẽsentes . Cæterũ non vltrà huic rei inuigilabat,sed statim cessabat. Quid igitur? Nũquid ille author offendiculi?minimè,mea sententia. Nam siquidẽ nulla causa fuisset,meritò illum reprehendisset:etiã si iterum produxisset. Cõtemnendũ est propter aliorũ offendiculũ , si prohibeatur quod deus approbat.Tunc autẽ curandum, quando non cogimur ꝓpter illũ offendere deũ: alioqui dic mihi, si interim q̃ nos disserimus & ebrios taxamus,offendatur quis,desinã ne ego loqui?Audi Christũ dicentem, Num & vos vultis abire? sic neq; contemnere, neq; valde curare oportet multorũ infirmitatẽ . An non videmus etiam medicos hoc facere,& quando quidẽ conceditur gratificari laborantibus , quando autem quod fit in gratiã illorum damnum operatur, non iam parcendũ: Vbiq; pulchrum est modum obseruare. Multi blasphemarant ob doctrinam puellã quandã formosam quæ virgo manserat , scommatis incessebant illã & instituentes eam . Quid igitur,nũ propter hoc illi recedere debebant? Minimè. Nihil enim operabantur contrariũ , sed rem valde gratam deo.Ne igitur videamus,num offendantur quidam, sed si iustè & non cum nostro dãno.Si cibus,inquit, offendit fratrẽ meum, in æternũ nõ comedã carnẽ. Meritò.Nihil enim nocet nõ comedisse. Siquidem offendit illũ quod renunciare volo, non iam curandum.Et quem,inquit,hoc offendit ? Multos equidẽ scio. Quando res indifferens fuerit , prohibitio fiat: alioqui si ad vnũ hoc attẽdere volumus,à multis abstinere oportet. Itaq; sicut è diuerso, si contempturi sumus,multos perdemus,quoniã & Paulus præcauit offendiculũ.Et quomodo?audi,Ne abundantia hac qua ministratur à nobis . Nihil enim nocebat suspicionẽ tollere,quãdo autẽ in talem inciderimus necessitatẽ,ita vt magna fiant mala propter alterius offendiculũ,ille quidẽ sibi ipsi author,nos autẽ iã non sum° rei.Nõ potuit sine dãno illi parci.Multi offensi sunt,ꝙ in tẽplo cubabant fideles quidã, quoniã non oportebat ibi cubare:sed malè.Nullũ enim inde dãnum.Offendebantur, ꝙ comedebat cũ gentibus Petrus:sed ille quidẽ parcebat:hic autẽ nõ item. Vbiq; sequi nos decet legẽ dei,magnúmq; studiũ adhibere,vt nullã occasionẽ præbeamus offendiculi , vt & ipsi nõ simus rei, & à deo misericordiã assequamur, gratia & misericordia vnigeniti illius, cui cum patre simul ac sancto spiritu , gloria, imperium, & honor, nunc & semper,& in secula seculorum,Amen.

Dixit autem Paulus,ego sum homo quidem Iudæus,Tarsẽsis Ciliciæ non obscuræ ciuitatis ciues . Rogo autem te,Permitte mihi loqui ad populũ.Et quum ille permisisset , Paulus stans in gradibus,annuit manu ad plebem,& magno silentio facto, alloquutus est lingua Hebræa,dicens.

Homilia xlvij.

Vide illum,quando cum exteris loquitur,nõ detrectat etiã legalibus vti adiumentis , ita memor ciuitatis suæ illum nũc à temeritate auocat:sicut etiã anteà dicebat , verberatos nos publicè, indicta causa, homines Romani quum simus, coniecerunt in custodiã.Quoniam enim interrogabatur,Tu es homo Aegypti°?Ego sum,inquit,homo Iudeus.Vt sic dixit,statim illũ à sua abduxit suspicione.Et deinde ne putetur ex gente Iudæus,dicit religionem.Etenim & alibi dicit; se seruum, & sub lege Christi.Quid hoc est?Paulus mentitur? Absit. Quid igitur?Nõ negauit?Absit. Iudæus enim erat & Christianus,quæcũq; oportebat custodiẽs.Quoniã & lege maximè omniũ ipse persuadebatur Christo credens.Et cũ Petro dissẽs inquit,Nos natura Iudæi. Oro autem te,permitte mihi loqui ad populũ . Etiã hoc indicium est ꝙ non mentitur , siquidem omnes adducebat testes.Et cõsidera illũ cum magna mansuetudine differentẽ.Et hoc erat maximũ argumentum,ꝙ nulli crimini erat obnoxius,ꝙ sic paratus erat ad dandã rationem, volebátq; sisti ad respondendũ Iudæis.Vide instructum virũ, vide dispensationem, nisi tribunus venisset,nisi ligatus fuisset , nõ rogasset concedi sibi sermonẽ ad defensionẽ, non tantũ obtinuisset silentium.Permittente autẽ illo,Paulus stabat in gradibus,& à loco editiore loquendi facilitas magna erat ligato. Quid huic spectaculo par videre Paulũ duabus catenis ligatũ concionantẽ?Quomodo nõ turbatus est?quomodo non confusus est,tantum populum exasperatum videns astante præside? Primùm sistit furorem illorum,deinde narrat. Et vide quàm prudenter.id quod in epistola ad Hebræos fecit,hoc & hic , primùm cognatione vocis illos allicit,mox & mansuetudine.Proinde & hoc manifestans dicit,Allocutus est,inquit,Hebraica lingua,dicens: *Viri fratres ac patres, audite meam ad Vos excusationem.* Vide etiam ab adulatione liberum sermonem, iusticiamq; habentem.Non enim dixit domini, neque heri,sed fratres, qđ maximè amabãt,quasi diceret : Non sum alienus ego à vobis , nec contra vos. Viri fratres ac patres,inquit.Hoc honoris, illud germanitatis

manitatis est.Audite meã quam nunc ad vos habeo excusationẽ:non dixit doctrinam , neq; cõcionem, sed defensionem,sitq; vt humiliter orans. *Quum autẽ audirent quòd Hebraico idiomate alloqueretur eos,magis attẽti fuerũt.* Vides vt capit illos,vocis patrię agnitio.Habebant enim reuerentiam quãdam linguę illi.Vide autem quomodo etiam viam parẽt sermoni sic incipiens & dicẽs:*Ego quidem sum vir Iudæus, natus in Tarso Ciliciæ,educatus in ciuitate ista ad pedes Gamalielis , eruditus autem accuratè in patria lege,sectator existens dei,sicut omnes vos estis hodie.*Ego quidem sum,inquit,vir Iudęus, qđ maximè omniũ auditu illis gratũ.Natus in Tarso Ciliciæ:ne putent ob gentẽ aliam religionem,addidit, educatus autẽ in ciuitate hac ad pedes Gamalielis: ostẽdit sibi ingens erga religionẽ fuisse studiũ, quãdoquidẽ tam clara patria, quæq̃; tantum distat,relicta,amore legis ibi voluit educari. Vide quomodo iterũ in honore habet legẽ. Hæc autẽ ad illos loquitur,non solũ vt se defendat , verùm etiam vt ostẽdat se nõ humano more, sed diuina virtute ad prædicationem adductum.Non enim sic eruditus statim factus esset , nisi fuisset eximius quidã,verisimile erat hoc suspicari.Quia autẽ doctissimus erat in lege,minimè verisimile,nisi maxima necessitate illũ mutatũ fuisse.Dixerit quis,nihil ad rem facit,ꝙ ibi educatus est:quid enim si ob negociationẽ vel ob aliã causam quãdã ibi versatus esset? vt igitur ne tale quid putetur,addidit,apud pedes Gamalielis.Et non simpliciter dixit,ad Gamalielẽ, sed apud pedes, constãtiam, sedulitatẽ,studium in audiẽdo, & reuerentiam erga virum mõstrans.Eruditus accuratè in patria lege:nõ simpliciter lege,sed patria lege apponit , ostẽdens se olim talem fuisse,& nõ vulgariter sciuerat legẽ.Hæc quidem videtur pro illis dici , sed contra illos erant, quandoquidẽ & sciens illam reliquit. Quid igitur,si exactè quidẽ scieris legem,non ames tamen illã?zelotes,inquit,existẽs dei:hoc est, nõ simpliciter sciẽs, sed etiam valde æmulans pro illa.Posteà quum magnas suas laudes prædicasset, cõmunes laudes facit, dicens,Sicut vos omnes estis hodie . Ostendit enim illos facere non hominũ respectu , sed diuino zelo. Hoc autem dicit,gratificãs illis,& prœoccupans illorum mentẽ,& detinens in his, in quibus damnũ nõ erat. Posteà etiã coniecturas apponit. *Qui hanc viam persequutus sum vsq; ad mortem,alligans ac tradens in carceres viros ac mulieres,sicut & princeps sacerdotũ testatur mihi, & totus presbyterorũ ordo.* Vt nullus dicat,& vnde hoc manifestũ , testes adducit principem sacerdotum & presbyteros. Et dicit quidẽ mulcẽs,zelotes existens sicut vos,hoc est,æqualis vobis.Ostendit autem per opera ꝙ illos excelluerit. Non enim profectò expectabam donec mihi iniungeretur , sed ipse sacerdotes excitabam, & peregrinationẽ suscepi. Et nõ solũ viros capiebam,sicut vos,sed etiã mulieres,& alligãs omnes & in carceres coniiciens.Indubitatũ hoc est testimoniũ,& irrefutabile à Iudæis.Vide quot testes adducit, presbyteros,principẽ sacerdotũ,eos qui in ciuitate . Vide autẽ illius etiã defensionem nõ esse à formidine, sed à doctrina magis & eruditione . Nisi enim lapides fuissent auditores,auscultassent his dictis , nam vsq; huc illos habuit testes, reliqua autem testimonio carentia. *A quibus etiam epistolis ad fratres acceptis Damascũ pergebam adducturus & illinc qui ibi erant vinctos in Hierusalem,vt punirentur.Factum est autem mihi iter facienti & appropinquãti Damasco circiter meridiẽ,vt subitò de cœlo circunfulgularet me lux multa,cecidiq; in solũ, et audiui vocẽ dicentem mihi,Saul,Saul,quid me persequeris?Ego autem respõdi, Quis es domine?Dixitque ad me,Ego sum Iesus ille Nazarenus,quem tu persequeris.* Igitur maximè & hęc digna fide esse oportebat ex his quæ præcesserant. Quid igitur,si gloriãter loquitur? Minimè. Dic oro, quare se tã repentè in tantũ zelũ iniecisset:honorem expectãs? Certè cõtraria acciderunt.Num spectabat voluptatẽ?neq; hanc obtinuisset.Sed quid aliud,nihil inuenire valet ratio.Hæc igitur quum reliquerit, apparet quid sectatus sit.Mihi iter faciẽti,inquit,Damasci circiter meridiem,repentè ex cœlo circũfulgurauit me lux multa,cecidiq; in solũ. Vide quanta excellentia luminis:& ꝙ non arrogãs loquor, testes sunt qui mecũ fuerũt,qui manu duxerunt, qui lucẽ viderunt:qui autem simul mecum,lucem quidẽ viderunt,& exterriti sunt, vocẽ autem non audierunt loquentis mihi . Nihil mireris, si hic quidẽ sic dicit, alibi autẽ,Steterunt,vocẽ quidem audientes , nullũ autẽ videntes. Non sunt hæc contraria: Voces enim duæ erant,vna Pauli,altera domini.Vocẽ igitur illic Pauli dicit:hic verò etiã addidit,dicens,Vocem non audierunt loquentis mihi:Igitur dum dicit , nullum videntes,significat non videre,sed audire . Nõ enim dicit,vocem non videbant:sed,nullũ videntes steterunt:hoc est,loquentem. Meritò autem hoc factum est.Illũ enim oportebat vocẽ illã obtinere . Si enim audissent etiã illi,non tantũ fuisset miraculũ:quoniã igitur crassiores visione magis persuadẽtur, propter hoc lucem illi viderunt solum, id quod satis erat ad persuadẽdum illis,vnde etiã exterriti sunt . Et aliter: Non est tantũ operata lux erga illos , quantum erga hunc.Etenim excæcauit illius oculos. Quo euentu, illi si voluissent,illustrari poterant.Itaque mihi videtur,etiam singulari ordinatione illos non credere,& ita esse testes fide dignos.Dixitq;,inquit,ad me,Ego sum Iesus Nazarenus, quẽ tu persequeris. Bene etiã ciuitas apposita est, quò magis cognobilis fieret eis. Et apostoli sic dicebant, Iesum à Nazareth . Vide & ille testatur,ꝙ persequutionem pateretur. *Illi autem qui mecũ erant,lucem viderunt,& exterriti facti sunt,vocem autem nõ audierunt loquentis mihi.Dicebã autem,Quid faciã domine?At domin° dixit ad me,Vt surrexeris vade in Damascũ,& illic tibi dicetur quid te oporteat facere.Et quũ nõ viderem præ gloria luminis illius,ad manũ deductus à comitib° qui erat mecũ,veni ad Damascũ.Ananias autẽ quidã vir pius secundũ legem,testimonio probatus illic habitantium Iudæorum veniens ad me,& astans dixit mihi,Saul frater recipe visum. Et ego eadẽ hora recepto visu,vidi illũ.* Ingredere,inquit, in ciuitatẽ,& illic tibi dicetur quid te oporteat facere.Ecce iterũ alius testis, & vide quomodo illũ etiã fide dignũ faciat.Ananias autẽ,inquit,vir pius secũdũ legẽ , testimonio ꝓbatus ab omnibus Iudæis,ingressus ad me & astãs dixit mihi. Vide, sic nihil sine testimonio.Et ego eadẽ hora vidi.Iungitur testimoniũ à rebus ipsis.Et vide quomodo personę & actiones pulchre inter se nectãtur , personæq̃; propriæ & extraneæ.Personę,sacerdotes,presbyteri,comites,opera quæ fecit quęq; passus est,& operibus testimonia dãt,nõ personæ solũ.Vel & aliter : Alienus Ananias:deinde poniturvisio ipsa,mox ꝓphetia.Ille autẽ dixit,Deus patrũ nostrorũ præparauit te , vt cognosceres voluntatẽ suam , & videres illũ iustum . Bene dixit , Patrum nostrorum,vt ostendat illos non esse Iudæos,sed alienos à lege,& inuidia , non zelo age-

2.Cor.5.b Matt.15.b Luc.6.d Matt.5.b Ibid.18.a Rom.12.d & 2.Pet.2.a Ioan.6.g 1.Cor.8.d Gal.2.d Supr.16.g 1.Cor.9.c Gal.2.c Cap.xxij. Supr.9.a Supr.9.b Ibidem.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

re: vt scias, inquit, voluntatem illius, & videas iustum illũ. Igitur hæc volũtas eius. Vide vt narratio doctrinæ loco est. *Et audiat vocẽ ex ore illius, quia eris testis eius apud omnes populos, super his quæ vidisti & audisti.* Et vt videas iustũ illum, nũc hoc dicit, Si autẽ iustus, illi rei. Et audias vocẽ ex ore illius. Vide vt rẽ extollit. Quia eris, inquit, testis illius. Igitur ꝓpter hoc nõ amittes visum & auditũ. Super his quæ vidisti & quę audisti. Vtrisq; illis sensibus datur nobis scientia. Et nũc quid cunctaris? surgẽs vt baptizeris & abluas peccata tua, inuocato nomine illius. Hic magnũ quiddã loquutus est. Non dixit, vt in nomine illius baptizeris, sed inuocato nomine Christi, per quod mõstrat illũ deũ esse. Neq; enim alium quàm deum inuocare fas est. Posteà ostẽdit etiam se non coactũ, dum dicit, Dominus autẽ dixit ad me, Vade in Damascũ, & ibi tibi dicetur, quid te oporteat facere. Nihil sine testimonio, sed ciuitatis totius testimoniũ adducit, quę scilicet etiã viderat illũ ad manus duci. Vide etiam prophetiã egressam, quam audiuit, se testem fore domini. Reuera enim testis illius fuit, & qualẽ esse oportebat, & per ea quæ operat⁹ est, & quę loquut⁹ est. Tales & nos oportet esse testes, & nõ ꝓdere ea quę cõcredita sunt nobis, non de solis dogmatis, sed etiã de vita loquor. Vide enim quod vidit, quódq; audiuit, testatur cũctis mortalibus, & nihil prohibuit illũ. Et nos audiuimus ꝙ est resurrectio, & innumera bona. Igitur debemus hoc testificari omnibus hominibus. At dicet quis, Nõne testificamur, & credimus? Quomodo dũ contraria agimus? Dic oro mihi, Si quis se diceret Christianũ, deinde deficiẽs saperet Iudaica, nunquid sufficeret testimoniũ illud? Minimè. Nam ab operibus testimoniũ quærerẽt. Ita certè & nostra est causa. Si dicimus ꝙ resurrectio est ac innumera bona, deinde etiã contemnimus ea, & indigna hæc præsentia præeligimus, quis nobis crederet? Oẽs enim animaduertũt nõ quæ dicimus, sed quæ operamur.

Supr. 9.c Testis eris, inquit, apud oẽs homines, non apud domesticos dũtaxat, sed etiam apud infideles. Testium enim est persuadere nõ scientibus, sed nescientibus. Fiamus igitur fide digni testes. Quomodo autẽ erimus fide digni testes? A vita. Insidiabantur illi Iudæi, insidiãtur nobis passiones, quæ iubẽt non annũciare testimoniũ. Sed ne pareamus. Testes sumus à deo missi. Iudicatur apud homines quosdã, deus nõ esse de⁹. Misit nos testificaturos sibi. Testificemur & persuadeamus cõtendentibus. Si non testificabimur, sumus & nos erroris illorum rei. Si autem in seculariũ negociorũ iudicio non suscipitur testis multis flagitiis notatus, multò magis hic, vbi de talibus rebus cõsideratur. Nos dicimus ꝙ audiuerimus Christum, & crediderimus his quę annũciauit: dicunt illi, Ostendite hæc per opera. Vita vestra contraria testatur ꝙ nõ creditis. Vultis ne in vsurarios, auaros & rapaces videamus? in lugẽtes, plorãtes, ædificantes, omniaq; agentes, quasi nunquam morituros. Si igitur ꝙ moriamini non creditis, qua re nihil certius: quomodo vobis credã testãtibus? Sunt enim multi homines sic affecti, quasi nunquã morituri. Nam quum in longa senecta incipiunt extruere, quãdo mortem affuturã putabunt? Nõ parua pœna nobis quidem ad confessionẽ vocatis, sed testari non valẽtibus ea quæ vidimus. Vidimus & nos oculis angelos, & manifestius his qui viderũt. Igitur testificabimur Christo. Etẽ nõ illi soli martyres, sed etiã nos. Eapropter illi dicũtur martyres, quia cũ iuberẽtur cõfiteri, oĩa sustinuerint, vt veritatẽ dicant: & nos quãdo affectiones nostræ iubent confiteri, succumbimus. Aurũ dicit, dic ꝙ Christus nõ est deus: ne igitur audi tu quasi deũ, sed contemne illius præcepta. Cõcupiscentiæ malæ idem dicũt, sed tu nẽ persuadeare: sta fortiter, ne etiã de nobis dicatur, deũ confitentur scire, operibus autem negant. Hoc enim non est testium, sed aduersariorum. Et ꝙ alij quidem negant, non est mirabile: ꝙ autẽ nos qui ad confessionẽ vocati sumus, negamus, valde graue est & onerosum. In testimoniũ illis eueniet, inquit. Sed quãdo non resiliemus, sed constistimus, dicentes, velle nos testimonium dare Christo, forsan persuadebimus Græcis plurimis. Multũ momẽti in vita est dilecti, licèt sit quispiã valde efferus, etiã si per dogma non cõdemnetur, sed clam approbat, laudabit, & admirabitur. Et vnde dicis, erit vita optima? Non aliunde q̃ à diuina operatione? Quid igitur, quum & Græci sint tales, alij natura, alij vanæ gloriæ studio? Vis discere quantũ valeat vitę claritudo ac honestas? Multi hæretici fortes fuerunt, licèt corruptissimis dogmatis imbuti essent. Multi homines dogma non quæsiuerunt ꝙ vitæ talis eos puderet. Alij quos propter dogma cõdemnauerunt, propter vitã reueriti sunt, licèt non bene fecerint: hoc tamen eis euenit: hoc religionis nostræ honestatem redarguit: hóc omnia subuertit, ꝙ nullus rationẽ & curam vitę habet: hoc religionẽ pessundat. Dicimus deum esse Christũ, & cum aliis etiam hoc, quia persuasit omnibus rectam vitã, quàm in paucis videre licet. Resurrectionis dogma lædit vitæ improbitas, dilacerat immortalitatẽ animarũ, & iudiciũ & multa alia: inducit fatum, necessitatẽ, negationem prouidentiæ. Anima enim multis malis immersa, has sibi consolationes excogitare attentat, vt ne cogitãs esse iudiciũ contristetur, & situm esse in nobis facere bonum & facere malũ, negat. Vita talis operatur innumera mala, bestias facit ex hominibus, & bestiis stupidiores. Nam quæ in singulis bestiarũ ingeniis habes, ea sæpe in vno homine congregat, & totum subuertit. Idcirco fatũ introduxit diabolus, idcirco absque prouidentia dixit mundũ gubernari: idcirco ponit naturas bonas & malas: idcirco malũ absq; initio & materiale subiicit. Ideo omnia agit, vt vitã nostrã corrumpat: neq; possibile est, eum qui sic viuit resipiscere, vel in sana fide permanere: Sed magna necessitas est hæc assumere. Equidẽ opinor non facilè reperiri, non rectè viuentem, non innumera satanica sentire: vtpote ꝙ tribuat aliquid natiuitatibus, & ꝙ temerè fiant omnia, & ꝙ omnia confusè ac sine ordine dispensentur. Ideo oro habeamus curam bonæ vitę, ne mala dogmata suscipiamus. Cain reportauit, quod tremeret ac gemisceret. Illius similes sunt mali, & sibi malè conscij plurimorũ malorum. Sæpenumero è somno excitãtur, turbulentæ sunt cogitationes eorũ, turbati oculi, suspicionibus plena sunt omnia, metu & graui expectatione referta est anima illorũ, formidine terroréq; turbatur, & imbellis fit, nihil anima illa mollius, nihil insipientius, & vt lunatici instabiles. Vnde igitur illa quæ tãta laborat cæcitate ad cognitionẽ sui veniet? & certè si tranquillitatem haberet, ac serenitatem, posset agnoscere suam nobilitatem: quando autem omnia terrẽt ac turbãt, & somnia, & verba, & habitus, & minimæ suspiciones, quomodo poterit seipsam videre sic turbata ac

Titũ. 1.d

inquieta? Soluamus igitur illius metũ, disrumpamus vincula. Nam si non esset pœna, qua pœna non sunt hæc grauiora, semper viuere in timore, nũquã fideliter agere, nunquã refocillari? Hæc omnia exactè scientes, in tranquillitate nos ipsos seruemus, & virtutẽ curemus, vt & sana dogmata habẽtes, & vitã rectam sine offendiculo, ita hãc vitã perficiamus, quò bona diligentibus deũ promissa assequamur, gratia & misericordia vnigeniti eius, cui cum patre simul ac sancto spiritu, gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Factum est autem quũ essem reuersus Hierusalem, & orarem in templo, vt fierem in ecstasi, & viderem illũ dicentem mihi, Festina, & exi velociter ex Hierusalem, eo quòd non suscipient testimonium tuũ de me. Et ego dicebam, Domine, illi sciunt quòd ego coniiciebã in carcerem, & percutiebam in singulis synagogis credentes in te: & quãdo effundebatur sanguis Stephani testis tui, etiam ipse astabam & consentiebam cædi eius, custodiens vestimenta occidentium illum.

Homilia xlviij.

Ide quomodo se in pericula cõiicit. Subdit enim. *Factum est autem, quum essem reuersus Hierusalem.* Hoc est, venissem post visionem illam in Hierusalẽ iterum. *Et quum orarem in templo, vt fierem in ecstasi, viderémq; dicentem mihi, Festina & exi velociter ex Hierusalem, eo quòd nõ suscipient testimoniũ tuũ de me.* Vide, neq; hoc sine testimonio agitur, sed ab euentu est testimoniũ. Dixerat, ꝙ non suscipient testimoniũ tuum. Et non susceperunt. Certè ex coniecturis diuinare licebat, ꝙ essent susceputi. Ego eñ eram cõiiciens in carcerẽ, & percutiẽs, inquit: vnde vel propter hoc susciperе debuerãt, & nihilominus non susceperunt. Ideo & hoc in ecstasi dicit, ꝙ non erant susceputi. Hic duo præparat, & ꝙ non possint excusari: Nam præter meritum, & præter rationem ipsum persequebantur: & ꝙ deus esset Christus, ea quæ præter expectationem prophetizans, & non in ea quæ facta sunt respiciẽs, sed pręsciẽs futura. Quomodo igitur dicit, coram gẽtibus, & regibus filiiſq; Israël portabis nomen meũ? Portabis, inquit, non autem omnino persuadebis. Et iterũ, Iudæi alibi quidẽ

Supr. 7.g persuadebãtur, hic autem non. Et quando effundebatur sanguis Stephani martyris tui, etiã ipse assistebam, & cõsentiebã cædi illius. Vide iterũ quò sermo desinat, nempe in validum caput. Monstrat enim ꝙ ipse fuerit persequutor, & nõ persequutor solùm, sed etiã multis manibus occidens Stephanum. Memorię illorũ suggessit graue homicidiũ. Quod sanè minimè ferebant, sic de illo reprehẽdi. Et iam prophetia implebatur. Zelus igitur magnus, & accusatio vehemens, & testes veritatis Christi fidẽter loquentes erant valde, sed Iudæi nõ permittebant vltra audire totam concionẽ, sed vltra accensi furore clamabãt.

Et dixit ad me, Vade, quia ego ad gentes procul mittã te. Audiuerunt autem eum vsq; ad hunc sermonem, atq; sublatis vocibus dicebant, Tolle de terra hominem istiusmodi, nõ enim fas est eum viuere. Clamantibus autem illis, & proiicientibus vestimenta, & puluerem mittẽtibus in aerem, iussit tribunus vt induceretur in castra, dicens, flagris eum examinãdum, vt cognoscat propter quã causam contra illũ clamant. Oportebat hic tribunum etiam illos ipsos rogare, an ita res habeant. At ille nihil amplius faciens, flagris illum pręcipit examinari. Iussit enim illũ, inquit, induci in castra: & deinde, vt dixit, flagris examinãdum eum: vt sciat propter quam causam sic contra illum clamarent, id quod ab inclamantibus discere oportebat & rogare, an aliquem ex dictis apprehẽderint, sed simpliciter vtebatur potestate, & faciebat in gratiã illorũ. Non enim hoc quęrebat quomodo iustè aliquid faceret, sed quomodo illorũ iniustũ furorẽ placaret. *Vt autem astrinxerunt ipsum loris, dixit astãti centurioni: Nũ hominem Romanum & indemnatum licet vobis flagellare?*

Non est mentitus Paulus se dicens Romanum hominem. Abſit. Romanus enim erat. Ideo & tribunus eo audito, territus est. Et cuius, inquit, gratia timuit? Si etiam nihil aliud, timuit ne capiatur, & maiorem pœnã det. Et vide. Non simpliciter, inquit, Nunquid licet vobis? Duo crimina, & absq; iudicio, & hominẽ Romanum. Magnum habebant priuilegium qui sic merebantur appellari, & nõ omnes hoc assequebãtur. Ab Hadriano enim aiunt omnes Romanos esse dictos. Hoc autem vetus, non sic habebat. Vel etiam Romanũ se vocabat, vt pœnam effugeret. Contemptior enim factus fuisset flagellatus, nũc autẽ hoc dicto maiorẽ illis incutit metũ. Si autem flagellassent, & aggrauassent rem vel etiã occidissent illum, quod nunc effugit. Vide quomodo deus concedit etiam humano more multa fieri, & in illis & in aliis. Tribunus autẽ respondens, ꝙ multa summa ciuilitatem illam compararit, ostẽdit esse suspicionem prætextus, quòd Paulus diceret se esse Romanũ, & forsan hoc suspicabatur ob vilitatem quæ in Paulo apparebat.

Quo audito, centurio accedens tribunum annunciauit, dicens: Vide quid facturus es. Homo hic Romanus est. Accedens autem tribunus dixit ei, Dic mihi, num Romanus es? Ille autem inquit, Etiam. Respondit tribunus: Ego multa summa ciuilitatem hanc emi. Paulus verò inquit, Ego autẽ & natus sum. Statim autem recesserũt ab eo qui examinaturi erant illũ. Tribunus quoq; timuit vt cognouit quòd Romanus esset, & quòd ligasset illũ. Ego autem, inquit, etiã natus sum. Igitur & patre erat Romano. Quid igitur posteà? solutum deducit ad Iudęos. Sic nõ erat mendaciũ dicere se esse Romanũ, eo ꝙ & à vinculis propterea solutus est. Et quomodo, audi: *Postero autem die volens scire certum quã ob causam accusaretur à Iudæis, soluit illũ & iussit simul venire principes sacerdotum & totum concilium, ac deductum Paulum sistebat coram illis. Intentis autem oculis in concilium dixit:* Non iam ad tribunũ, sed ad omnem populum omnémq; multitudiuẽ loquitur. Et quid dicit? *Viri fratres ego omni conscientia bona conuersatus sum coram deo vsque in hunc diem.* Vult dicere, Non sum mihi ipsi cõscius, ꝙ vos læserim, nihil dignũ hisce vinculis commisi. Quid igitur principes sacerdotũ? Oportebat cõ

Cap. xxiij

pungi propter ea quæ in ipsorũ gratiã iniustè passus est. Ille autẽ & magis affligit & iubet eum verberari, quod etiam manifestũ ex his quæ addidit. Princeps autem sacerdotũ Ananias, his qui astabant ei, pręcepit, vt percutiãt os eius. Bonus scilicet & mansuetus pontifex. *Tunc Paulus ad illũ dixit, Percussurus est te deus paries dealbate: & tu sedens iudicas me secundũ legem, & contra legem iubes me percuti? Illi autem astantes dixerunt, Principi sacerdotum dei maledicis? Et dixit Paulus, Nesciebam fratres quòd esset summus sacerdos. Scriptum est enim, principi populi tui ne maledicas.* Itaq; quidam dicunt, ꝙ sciens irriserit. Mihi autem videtur, quod neq; omnino scierit ꝙ esset princeps sacerdotum, alioquin & honorasset. Ideo & defendit quasi accusatio sit. Et addit, Principi populi tui non dices malè. Quid igitur dicit? Nam si non princeps esset, aliũ ne simpliciter contumelia notare oportuerat? Minimè. Sed etiam

Exo. 22.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

is qui cõtumelia afficit, magis ferẽdus est. Migna au- A
1.Cor.4.c tem quæstio est, Quomodo idem alibi dicens: Quũ maledicimur, benedicimus: dum persequutionẽ patimur, sustinemus: Hic sanè contrariũ facit, & nõ solùm conuiciis lacesit, sed etiã maledicit. Absit, neutrum horũ fecisse apparet, sed rem exactius considerãti, magis verba sunt liberè loquentis, q̃ iracundi. Et aliter: Non volebat contẽptibilis videri tribuno. Si enim ille quidẽ tribuno pepercisset flagellari Iudæis expositurο, q̃ à seruis cæderetur, magis illũ audacem fecisset. Propter hoc non ad ministrũ sermonem vertit, sed ad eũ qui iusserat adornãs. Quod autem dicit, Paries dealbate, & tu sedens iudicas me secundũ legem, dixit, quasi hoc ei dicẽs: Reus existẽs, & multis plagis dignus. Vide saltem quomodo ad illius libertatẽ in dicẽdo populus territus fuerit, oportuerat totum cõuerti. Debacchantur autem magis, B
sed ipse etiam legem legit. Quoniam vult ostẽdere, q̃ non ideo hæc dixerit, vt terreat, vel vt indignũ qui audit, sed lege etiam hic persuadẽs. Vt valde credo, q̃ nescierit eum esse principem sacerdotũ, eo q̃ post longum tempus redierit, neq; continuò fuerit cum Iudæis, sed viderit illum etiã cum multis. Non enim iam manifestus erat princeps sacerdotũ. Quum igitur multi essent ac varij, ita mihi etiam hæc in alios torsisse videtur, ostendens q̃ legi credat, & per hoc rationem reddit. Videamus autem iterum quæ lecta sunt: *Quum orarem*, inquit, *in templo factum est, vt fierem in ecstasi.* Vt manifestet non simpliciter visionẽ fuisse, propter hoc apposuit, Quum orarem ego. Festina & egredere velociter, inquit, eo q̃ non suscipiẽt tuũ testimonium. Hic ostendit, q̃ non timore periculorum ab illis fugerit, sed q̃ non erant susceпturi testimonium eius. Quare autem dixit, Ipsi sciunt q̃ ego eram alligans illos? Non contradicens Christo dicit, sed volens discere tam mirabile opus. Vade, inquit: quia ego ad gentes procul mittam te. Vide non docuit illũ Christus quid oporteat facere, sed iussit solùm abire, & obtemperat, adeò erat sequax. Et extulerunt vocem suam, inquit, dicentes, Tolle illum, nõ enim congruit vt viuat. O audaciam. Imò vos non cõgruit vt viuatis: nõ hunc deo per omnia obedientem. O sceleſti & homicidæ. Et excutientes vestes, inquit, puluerem mittebant: q̃ faciebãt ad maiorẽ seditionem mouendam, vel etiam terrere volentes principem. Et vide, non dicunt causam, quoniã nihil poterant dicere, sed clamoribus concussuros se putãt. Attamen oportuerat ex accusatoribus causam cognoscere. Et tribunus timuit, inquit, cognoscens D
q̃ Romanus esset. Non erat mendacium Paulũ esse Romanum. Et soluit illum à vinculis, inquit: & deductum statuit in concilium. Hoc oportebat facere ab initio, & neq; ligare, neq; velle flagellare, sed dimittere eum, qui nihil tale fecerat vinculis dignum. Et soluit illum, inquit, & deductũ illis sistit. Hæc res maximè anxios fecit Iudæos. Intentis autem oculis Paulus in concilium, inquit, Viri fratres. Hic fiduciã suam in loquendo ostendit irreprehensibilem: sed vide etiam illorum impudentiã. Addidit enim, Princeps autem sacerdotum Ananias, præcepit vt verberetur os eius. Quare percutis? quidnam dixit contumelia dignum? O impudentiam, ô audaciam. Tunc, inquit, ad illum Paulus dixit, Percussurus est te deus paries dealbate. Papæ, libertatẽ. Simulationis & præuaricationis illum suggillat. Vnde ob hoc etiam hu- A
miliatur. Et ipse quidem anxius, nihil audet dicere: sed qui iuxta illum, non ferebãt illius libertatem. Ita videbant hominem moribundum, & non ferebant. Nesciebam, inquit, q̃ summus sacerdos sit. Nunquid ignorãtiæ increpatio erat? Nã si hoc non fuisset, etiã accepto illo abiisset, & non siluisset, licèt exposuisset illis illum tribunus. Hic ostendit q̃ voluntarius patitur quæ patitur: & sic rationem reddit cũ illis, legi se obedire, nõ illis, demonstrare volens, alioquin & illos valde cõdemnabat. Propter legem igitur rationẽ reddit, sed non propter populũ: Meritò: Eum enim qui nihil iniustè fecerat occidere, præsertim innocẽtem, contra legem erat. Igitur contumelia non erat quod dictũ est nisi quis ea quoq; contumeliam esse dixerit, quando dicit, Væ vobis scribæ ac Pharisæi, *Mat.23.c* quia similes estis parietibus dealbatis. Etiam, inquit. Sed si antequàm verberatus esset, hoc iussisset, non B
fuisset iræ, sed magnæ libertatis. Dixi autem causam, q̃ noluit contemptibilis esse. Quoniã & Christus cõ tumelia notauit Iudæos, ipse cõtumelia affectus: Si- *Ioan.5.g* cut quando dicit, Ne putetis q̃ ego accusem vos. At non est hoc afficere cõtumelia? Absit. Videte igitur, cum illis quanta mansuetudine loquitur. Nesciebã, inquit, q̃ summus sacerdos sit dei. Hoc dixit, & nesciebat: sed ostendit q̃ non irrideat: ac subdit, principi populi tui non maledices. Vides quomodo etiam principẽ ipsum adhuc vocat. Discamus igitur & nos æquitatem, vt in vtrisq; simus perfecti. Multa enim diligentia opus est, vt discamus quid hoc scilicet sit, & quid illud. Sunt enim vicia cognata virtutibus illis: & iuxta dicendi libertatem pullulat temeritas, & iuxta æquitatẽ mollicies. Et probè considerandũ, ne C
quis virtutẽ putet posidere, qui vicia apprehendit: quẽadmodũ si quis opinetur se iũgi dominæ, & iũgitur ancillæ. Quid igitur est æquitas, quã ἐπιείκειαν vocant? Et quid mollicies illa non virilis ἀνανδρία dicta? Quando alij quidem iniustè læduntur, non vlciscimur, sed silemus ipsi: molliciei est. Quando autem nos malè affecti toleramus, æquitatis erit. Quid autẽ dicendi libertas est? Iterũ illud ipsum dico, Quando pro aliis certam? Quid verò temeritas? Quãdo nos ipsos vlcisci meditamur. Atque ita simul iunguntur magnanimitas, & dicendi libertas: Etiam temeritas iterũ, ac mollicies. Qui enim pro seipso nõ dolet, vix pro alio non dolebit. Qui autẽ seipsum non vlciscitur, difficilè alios non iuuabit. Quando puri nobis fuerint mores ab affectione, accipiunt & virtutem, Sicut purũ corpus à febre accipit robur: ita certè & D
anima, si nõ ab affectionibns corrumpatur. Magnæ virtutis indicium est æquitas. Eget enim æquitas nobili præclaráq; anima. An parum putas esse, affligi, & non grauatim ferre? Et non quis peccarit, curam pro proximo, fortitudinẽ vocans. Qui enim tam potens fuerit, vt tantam possit vincere affectionem, valebit etiam aliam vincere: vtputa, duæ affectiones sunt, timor, & ira. Si iram compescueris, manifestum quòd & timorem. Iram autem vinces, si æquus fueris. Igitur & timorem si viceris, eris fortis. Iterum si non viceris iram, eris temerarius. Hanc autem si non viceris, neque timorem superabis, itaque & timidus eris. Et hoc fit, vt si corpus imbecillum, ita erit malè temperatum, vt nulli labori obluctari valeat: & statim vel à frigore, vel à calore consumitur. Ita enim habet corpus, qualitatibus eius malè temperatis. Vbi autem bene tẽperatæ sunt, omnia subsistunt.

Iterum

Iterum est virtus magnanimitas, & iuxta eã pullulat A
prodigalitas. Virtus dispensatio est, & oĩa probè dispensare facit. Pullulat iuxta eã sordicies, & parsimonia. Agè igitur, virtutes iterũ cõgregemus. Igitur nõ magnanimus est intẽperans. Quomodo? Qui ab innumeris capitur affectionib⁹, quomodo magnę esset animæ? Non enim pecuniarũ ille est cõtemptor: sed ab aliis affectionib⁹ imperiũ accipere paratus: Quẽadmodum si quis latronibus pareat, illorũ mandatis pariturus, non esset liber. Nõ enim ex contẽptu pecuniarum fit cõsumptio: sed ex eo q̃ malè, vbi non oportet, dispẽsatur: alioqui siquidẽ liceret & habere & frui illis, vtiq; vellet. Qui autem insumit vbi opus est, pecuniã: hic magnanimus est. Magna enim reuera est anima, si affectioni non seruit, quæ nihil putet esse pecunias. Iterũ dispẽsatio bonũ quiddã est: ita & dispẽsator esset optimus, si, vt oportet, eroget, & non B
simpliciter non dispenset. At de parsimonia non est idem dicendũ. Nam ille quidem omnia, vt oportet, dispẽsat: qui parcus autẽ, neq; si necessarius postulet vsus, pecunias attingit. Dispensans igitur, vt oportet, magnanimi frater est: igitur magnanimũ affirmabimus etiam dispẽsatorẽ probum, & prodigum etiam sordidũ: vtrisq; enim ex pusillanimitate accidit. Igitur sicut & illi a magnanimitate, ne obsecro magnanimũ vocemus eũ qui simpliciter erogat, sed erogãtem vt oportet: neq; dispensantẽ vt oportet, sordidũ & parcũ, sed tempestiuè parcentẽ pecuniis. Quanta
Luc.16.e dies ille insumpsit, qui indutus byssum & purpurã, sed non erat magnanimus. Anima enim eius à crudelitate vexabatur, & à variis voluptatibus: quæ autẽ talis est, quomodo esset magna? Magnanim⁹ erat
Gen.18.a Abrahã, in pauperibus suscipiendis multa insumens C
& vitulũ occidens, & vbi oportebat non solùm non opibus, sed neq; animę suę parcebat. Si igitur viderimus quendã qui precioſam appoſuerit mensam, habeatq; scorta & parasitos: ne magnanimũ vocemus hunc, sed valde sordidũ. Vide quot affectionib⁹ seruit ac subiectus est, gulæ, voluptati absurdæ, adulationi. Eũ autẽ qui tantis obnoxius est, & nec ab vno effugere potest, quomodo quis magnanimũ vocarit? atq; adeò tunc ipsum maximè vocamus sordidũ, quãdo plurimũ insumit. Quãtò enim plura insumit, tantò magis manifestat tyrãnidem suarum affectionum, quæ si nõ valde imperassent ei, nõ tãta insumpsisset. Iterũ si viderimus aliquem horum nulli quicquam dare, sed pascere pauperes, & suppeditare his qui indigent, ipsum autẽ habere mensam vilem, hũc valde magnanimũ dicamus. Verè eũ magnæ animę D
est suã despicere quietem, & curare alienã. Dic oro mihi, Si quẽ videris contẽnentẽ quidẽ oẽs tyrãnos, & nihili facientẽ illorũ præcepta, eos autẽ qui ab illis vim patiuntur eripientẽ, ac eos qui malè habent: nónne putaueris hoc magnũ? Hoc sanè & hic cõgitemus. Affectiones, tyranni sunt: si igitur contẽpserimus illos, magni erimus: si autem & alios eripiemus, multò maiores. Meritò: qui enim sibi ipsis non sufficiũt solis, sed etiã aliis, maiores his sunt qui neutrum faciunt. Si autẽ imperiũ quis accipit à tyranno, vt & subditos percutiat, & alios pertrahat, alios cõtumelia afficiat, nũquid hũc dicemus magnanimũ? Minimè, & tantò magis quãtò maior fuerit. Ita in proposito est. Nũc enim proponitur anima quæ quũ sit nobilis ac libera, hanc autem prodigus iusit percuti ab affectionibus. Igitur eum qui seipsum percutit, hũnc A
ne magnanimũ dicemus? Itaq; discamus, quænã sit magnanimitas, quæ prodigalitas. Quæ sit dispẽsandi iusticia, & quæ parsimonia sordida: quæ sit æquitas, & quę mollicies: & quę in dicẽdo libertas, & quę temeritas, vt hæc inter se discernẽtes, possimus placẽtes domino præsentẽ vitã transigere, & futura bona assequi, gratia & misericordia vnigeniti filij, cui cum patre simul ac spiritu sancto sit gloria, imperiũ ac honor, nunc & semper, & in secula seculorũ, Amen.

Sciens autem Paulus quòd vna pars esset Sadducæorum, & altera Phariſæorum, exclamauit in concilio: Viri fratres, Ego Phariſæus ſum, Phariſæi filius, de ſpe & reſurrectione mortuorum ego iudicor. Et quum hoc dixiſſet: facta eſt diſſenſio inter Phariſæos ac Sadducæos, & diſſecta eſt multitudo. Nam Sadducæi quidem dicunt non eſſe reſurrectionem, neque angelum, neque ſpiritum, Phariſæi autem vtraque confitentur:

Homilia xlix.

TIterum humano more disserit, & nõ semper gratia fruitur, sed etiam permittitur à seipso aliquid afferre, quod sanè & facit. Et in hoc & in sequenti sermone rationem reddit, volẽs scindere multitudinẽ in malũ conspirantẽ. Et non mentitur etiã hic, Phariſæum se dicens, Phariſæus enim erat ex progenitoribus, propter hoc & sic rationem reddit. Phariſæus ego ſum, Phariſęi filius, & de ſpe ac reſurrectione mortuorũ ego iudicor. Quoniã enim illi nolebant dicere, quare non iudicant illũ, cogitur iam ipse enunciare. Phariſæi autẽ, inquit, confitẽtur vtraq;. Sanè quũ tria sint, quomodo dicit vtraq;? vel q̃ spiritus & angelus vnũ sit, vel q̃ non solùm dictio illa de duabus, sed etiam de tribus accipiatur. Itaque abusiuè sic loquutus est, & nõ propriè. Et vide, quãdo pro illis stabat, tunc rationẽ reddunt pro eo. *Factus eſt enim*, inquit, *clamor magnus: & quum ſurrexiſſent ſcribæ partis Phariſæorum depugnabant dicentes, Nihil mali inuenimus in hoc homine. Quòd ſi ſpiritus loquutus eſt ei vel angelus, ne repugnemus deo.* Et quare non anteà rationẽ pro illo reddiderunt? quia illis nondum commixtus erat, neq; manifestum erat priusquàm rationẽ redderet fuisse Phariſæũ. Vides quando affectiones abscedunt, quomodo veritas inuenitur? Quod autẽ dicunt, hoc est: Quale crimẽ si angelus ei loquutus est aut spiritus, & ab ipso edoctus sic de resurrectione docet? Igitur desistamus ab illo, ne si cõtra eũ pugnauerimus, etiã inimici dei inueniamur. Vide sapiẽter illos rationẽ dare, etiam Paulo nullam dante occasionẽ. *Magna autem facta ſeditione, veritus tribunus ne diſcerpatur Paulus ab eis, iuſſit exercitum deſcendere, & rapere eum de medio illorum, adducereque in caſtra.* Timétq; nunc tribunus ne discerpatur, quoniam dixerat quòd Romanus sit. Vnde & nõ carebat res periculo. Vide q̃ iustè cõfessus est se esse Romanum. Nónne si etiam nunc non timuisset tribunus, & milites Paulum rapuissent? Iudæi verò quicquid reliquũ perpetrassẽt, quum voluissent quidẽ & anteà, licèt prohiberẽtur. Ita non subsistit malicia, tametsi tanta re morentur, quanuis etiã adeò multa dispensata sint, vt & furor demulceretur, & discerent per quæ resipiscant: nihilominus instant, vnde magna est defensio illa q̃ discerpturi erant hominem, qui raptus est vt tanta pericula effugeret. *Sequenti autem nocte aſſiſtens ei dominus ait, Bono animo eſto Paule: Vt enim teſtificatus es de me Hieroſolymis, ſic te oportet & Romæ teſtificari. Facto autem die, Iudæi facta collectione anathematizarunt ſe, neque eſuros, neque bibituros, donec occiderent Paulum. Erãt autem plures*

Universidad de Deusto
Biblioteca

quàm quadraginta, qui hanc cõiurationem fecerãt. Anathematizarũt seipsos, inquit. Vide vt sunt vehemẽtes, & vltionis cupidi in malicia. Quid est anathematizarũt? hoc est, dixerunt se esse extra fidẽ in deũ, nisi qđ decreuerant cõtra Paulum, implerent. Igitur semper sunt anathematizati illi, nõ enim occiderunt Paulũ. Et quadraginta simul cõueniunt. Talis autem gens est, vt quando in bonum conueniendum, neq; duo concurrunt: quando autẽ in malũ, populus totus, & accipiãt socios ac principes. Ideo & hoc manifestãs addit, *Qui accesserunt ad principes sacerdotũ ac seniores, & dixerunt, Deuotione deuouimus nos ipsos nihil deguſtaturos, do nec occidamus Paulum. Nunc ergo vos significate tribuno & cõcilio, vt cras producat illũ ad nos tanquã aliquid certius cogniturus de eo. Nos verò priusquã appropinquet, parati sumus interfícere illũ. Quum autẽ audiſſet filius sororis Pauli insidias, venit & intrauit in castra, nunciauitq; Paulo. Accersito autem Paulus vno ex centurionibus dixit, hũc adolescentẽ perduc ad tribunũ. Habet enim quod renũciet illi. Et ille quidem assumens adduxit ad tribunũ.* Iterũ per humanã seruatur prouidẽtiã. Et vide, Paulus nullũ sinit discere, neque centurionẽ, ne manifestũ fiat negociũ. *Et veniens centurio annunciauit tribuno dicens, Paulus vinctus accersito me rogauit vt hunc adolescentem ducerem ad te, habẽtem aliquid quod loquatur tibi. Apprehensa autem manu illius tribunus, secesſit cũ eo seorsum, & percõtatus est illũ: Quid est quod habes significandũ mihi? Ille autem dixit, Iudæi conspirarunt vt rogarent te, vt in crastino die educeres Paulũ in concilium, quasi aliquid certius cogniturí sint de illo, tu verò ne morem gesseris illis. insidiantur enim ex his viri plures quadraginta, qui seipsos deuouerunt, ne vel edant vel bibant, donec interficiãt eum, & nunc parati sunt expectãtes vt permittas. Tribunus igitur dimisit adolescentem, præcipiens ne cui effutiat, quòd hæc ad me retuleris.* Bene tribunus iubet occultare, ne fiat manifestum. Et tunc dicit centurionibus, quando & fieri oportebat, & mittitur posteà in Cæsaream, vt & illic disserat ĩ maiore spectaculo, & clariore auditorio, ne possint dicere Iudæi, si vidissemus Paulũ, credidissemus si audiuissemus docẽtẽ. Hæc illis occasio sublata est posthac. Et astãs inquit, dominꝰ ei, dixit ei, Bono animo esto Paule, nam vt testificatus es de me in Hierusalem, ita oportet etiã Romæ testificari. Vide etiã postquàm apparuit ei, iterũ permittit ei humano more seruari. Et dignũ fuerit cum stupore admirari Paulũ quomodo non turbatus fuit, neque dixit, Quid enim hoc est? nũquid deceptio est à Christo? Sed nihil tale cogitauit vel accidit ei, sed solũ credidit. Certe non quoniam credidit somniculosus fuit, sed quæ per humanam sapientiam contueri poterãt protulit. Considera autẽ, quomodo illi necessitatem quandã sibi ipsis iniungunt per anathematismũ. Ecce ieiunium homicidij mater, sicut & Herodes etiã iuramẽto necessitatem sibi ipsi iniunxerat, ita & illi. Tales sunt venãdi artes diabolo, qui prætextu pietatis laqueos tegit. Hæc non sunt sacerdotũ sed latronum, hæc non principũ sed facinorosorum. Et vide maliciam excellentem, non sunt contenti, q̃ se mutuũ corrumpãt, etiam principem vnà cum ipsis corrũpere attentant. Et idcirco hæc ita acciderunt, vt & ille disceret insidias illorum: isti autem non solùm ex eo q̃ nihil poterant dicere, sed etiã ex eo, quod clàm moliebantur, arguerũt sese nihili esse. Verisimile autem est illos, postq̃ Paulus amãdatus est, summos sacerdotes accessisse, & sic confusos esse, & re infecta dimissos. Meritò autem hoc facit tribunus. Nolebat enim vel gratificari vel annuere: Et inquit, credidit vera esse quæ nũciauit adolescẽs. Ex his quæ iã euenerant cõiectabat, quia & hoc facturos illos verisimile erat. Et vide maliciã, quẽadmodũ necessitatem etiã principibus sacerdotum attulerũt, & ne mireris: nã si intãtũ illi feruebãt, & omne periculũ sustinuissent, multò magis & istos hoc facturos verisimile erat. Vides quomodo exterorũ sentẽtia esse innocens Paulus perhibetur, sicut & Pilatus Christũ excusat. Vide etiam vt malignitas seipsam perdit: nã tradiderunt quidẽ illũ, vt occiderẽt ac condẽnarũt, fit autẽ contrariũ, & seruatur & innocens reperitur. Si enim nõ sic, etiã discerptus esset: si nõ sic, etiã periisset, etiã condẽnatus esset. Nõ solũ autẽ tribunus liberat illũ ab hoc impetu, sed & iuuat illũ, vt in tãto discrimine etiã absq; periculo seruetur. Et quomodo nã? Audi, subdit enim: *Et accersitis duobus quibusdã centurionibus, Parate mihi ducentos milites, vt proficiscantur in Cæsareã, & equites septuaginta, & lãcearios ducentos, à tertia hora noctis, & iumenta præbete, vt impositũ Paulum saluũ perducant ad Felicem præsidem, scriptis literis in hãc formã: Claudius Lysias potentiſsimo præsidi Felici salutem. Virum hũc comprehensum à Iudæis, quum iam interficiendus esset ab eis, superueniens cũ exercitu eripui, cognito quòd Romanus esset, volẽsq; scire causam, ob quam accusarent illum, deduxi eum in concilium eorũ, quem comperi accusari de quæstionibus legis eorum, nullum dignum morte aut vinculis habentem crimen. Et quum indicatũ esset mihi de insidiis quas ponerent illi, misi eum ad te, præcepto dato etiam accusatoribus, vt quæ habent aduersus eum, dicant apud te. Vale.* Vide & epistolã habere excusationem pro illo. Nullũ enim, inquit, inueni habere crimẽ, & accusationem contra illos & contra hunc, sic anxius erat. Et primùm quidem, inquit, q̃ interficiendum à Iudæis eripuerit: deinde addit, q̃ deduxi illũ ad eos, & neq; sic inuenirent illi quod obiicerent. Et oportebat ob priora territos fieri, & confundi, & iterũ attentant occidere, vt iterũ pro illo clarior sermo fiat. Et quúrnam accusatores mittit? Vt pro tribunali ibi hæc diligentius exquirãtur, & innocens fiat. Videamus iterũ quæ suprà sunt dicta: *Ego*, inquit, *Pharisæus sum.* Hoc dixit, vt etiam illos conciliet, deinde ne videatur adulari, subdit: De spe & resurrectione mortuorũ ego iudicor. Ab accusatione & calumnia illorum se continet. Nam Sadducæi quidẽ neq; angelũ esse neq; spiritum dicunt. Nihil incorporeum sciunt Sadducæi, fortasis neq; deum, quia tam crasi sunt, vnde neq; resurrectionem credendam esse putant. Et seditione orta, inquit, scribæ depugnabant dicentes: Neq; malũ inuenimus in homine isto. Vide, audit & tribunus q̃ istum à criminibus excusarẽt Pharisæi, & sententiã tulit pro illo, & maiore cum fiducia eripit eũ. Et hæc quæ dicta à Paulo, plena erãt sapiẽtiæ. Sequẽti autẽ nocte astans illi dominus dixit, Bono animo esto Paule, sicut enim testificatus es de me in Hierusalẽ, ita oportet etiam in Roma testificari. Vide quanta consolatio. Primò illum laudat: deinde non sinit incertum profectionem illius in Romam, quasi diceret, nõ abibis solùm illuc, sed etiam erit tibi libertas in loquẽdo. Hinc non manifestatur quòd seruetur, sed q̃ in magna ciuitate cum magna corona testificaturus sit. Quare autem nõ priusquam incideret in periculũ apparuit illi? Quia semper in tribulationibus consolatur deus. Tunc enim desiderabilior apparet, & in periculis exercet nos, & aliter: Tunc quidem in refocillatione erat liber à vinculis, nunc

Marc. 6. d

nunc verò grauia suscipiẽda erãt. Quia anathematizauimus nosmetipsos, inquit, nõ esuri neq; bibituri. Papæ quãta insania? seipsos anathemati sine ratione obnoxios faciunt. Vt deducant illum, inquit, ad vos, quasi aliquid certius cogniturí de illo. Quid dicitis, nónne secundò vobis concionatus est? nónne Pharisæum se esse dixit? Quid igitur reliquũ? Ita nihil reuerebantur, non tribunalia, non leges. Ita nihil ab illis inattentatũ remansit. Et sententiam intentant, & actionem denunciant. Quum audisset autẽ filius sororis Pauli insidias. Hoc iam diuina fit dispẽsatione, illos non esse conscios quòd audiantur. Quid igitur Paulus? Non turbatus est, sed cõscius sibi, quòd opus dei esset, & omnia in illum proiiciẽs, salutem habuit ex ea re. Et obserua quomodo deus omnia in bonũ ordinauit. Dixit adolescens insidias, creditum est ei, & ita posthac seruatur Paulus. Et si liberatus est, inquit, à causa, quare accusatores misit? & vt exactior fiat inquisitio, & vir magis perfectus appareat. Tales sunt diuinæ ordinationes, vt per quæ offendimur, per eadẽ vtilitatẽ accipiamus. Ita Ioseph insidiis petebatur à domina, & putabat quidẽ illa se insidiari, sed insidiando securũ fecit illum à bestiola illa, domus educabatur, & illi carcer multò mitior erat, nã quum illic esset, quãuis famularetur, continuò tamẽ in timore erat, nequando insidiaretur ei domina, & vrgebat illum timor carcere grauius. Post accusationem autem in securitate erat ac quiete, liberatus ab illa bestiola, & turpitudine, & insidiis. Iucũdius enim ei erat viuere cum ærumnosis hominibus quàm eũ insaniente domina. Itaq; ibi cõsolabatur seipsum q̃ propter continentiã iniectus esset, illic autẽ timebat ne in anima plagã ferret: nihil enim molestius iuueni muliere, cui non assentitur, nihil scelestius, nihil grauius, atq; adeò non incidit in carcerẽ, sed carcerem effugit: inimicũ illi fecit dominũ, sed cõciliauit deum: familiariorem ipsum reddidit vero domino, priuauit præsidio domestico, sed addixit domino. Iterum fratres vendiderunt, sed liberarunt à contubernalibus inimicis, inuidia & odio magno ac quotidianis insidiis, longè fecerũt eum ab odio habẽtibus. Quid enim hoc deterius, quando quis cohabitare cogitur cum fratribus inuidia laborãtibus, quãdo suspectus est, quãdo insidiis expositus? Ita & alia faciebãt, cùm hi tum ista, alia autem & magna à deo pro iusto ordinabãtur: quando erat in honore, tunc erat in periculo: quãdo erat in ignominia, tunc erat in securitate: non memores erant illius Eunuchi, & bene, vt clarior fieret euadendi occasio, ne humanæ gratiæ, sed diuinæ virtuti totũ adscriberetur, vt tempestiuè in vsum cõstituendus educeretur, ne benefaciens, sed beneficiũ accipiens, è carcere Pharao illũ educat: non oportebat seruile fieri donũ, sed necessitate regem premi, oportebat manifestã illius fieri sapientiam: propter hoc obliuiscitur Eunuchus, ne in obliuionẽ veniat Aegyptus, ne ignoret illum rex. Si tunc eductus fuisset, forsan in terrã suam redire desiderasset, propterea multis necessitatibus fit obnoxius, primùm domino, deinde carceri, tertiò regno, vt hæc sic ordinẽtur. Quemadmodũ enim generosum equũ volẽtem ad suos exilire, retinuit deus ibi, propter glorioſas causas: nam quòd desiderarit patrem videre, & à dolore liberare, manifestũ est ex eo q̃ illuc vocatit. Vultis etiã alias videamus insidias, q̃ pro nobis fiant, non solùm quòd mercedem habẽt, sed etiam quòd in tẽpore isto pro nobis faciant? Insidiabatur illius patri patruus huius, & patria eiicit. Quid igitur? etiam ipsum procul à periculis amouit. Factus est & ipse securus, fecit magis philosophũ, fecit videre somniũ. Sed seruiuit in aliena terra: & ad illos profectus accipit spõsam, & dignus videtur socero. Iam decipit autẽ & ille, sed etiam hoc in bonũ tendit euentũ, vt multorum puerorum fieret pater. At volebat insidiari, verùm etiam hoc in bonum cedit, vt in terrã suam posteà redeat. Si enim fuisset in fœlicitate, non sic desiderasset patriam. Vltrà abstulit mercedẽ, at illa magis creuit. Sic semper quò magis insidiis erãt obnoxij, hoc amplius res eorum florebant. Si non adultiorẽ duxisset forsan, haud fuisset factus tot puerorũ pater, sed in peregrinatione multum tẽporis contriuisset, & mœstus fuisset quemadmodum & mulier. Illa enim meritò mœsta erat, eo quòd non esset facta mater. Hic autẽ habet consolationem, vnde illam & repulisset. Iterum si non fraudasset ipsum mercede, non desiderasset videre terrã suam, non declarata fuisset virtus viri, non magis familiares facti essent ei. Vide enim quid dicũt, Deuorando deuorauit nos & argentum nostrũ. Et ita hinc prodiit amoris causa. Seruas ferè habuit pro mulieribus, & diligebatur ab eis, cui possessioni haud poterit conferri aliquid. Nihil enim honestius quàm amari ab vxore & amare. & sapiens inter beatos ponit, quibꝰ amabilis quæ amat vxor obuenit: ibi enim verè diuitiæ, & multa abũdat fœlicitas. Igitur si illud non sit, nulla aliorũ erit vtilitas, sed omnia turbãtur, omnia insuauitate & cõfusione plena sunt. Igitur & nos hoc ante omnia quæramus. Pecunias quærens, non hoc quærit. Hæc quæramus, quæ firma esse possunt, ne nuptias ab opulentis, ne immodicæ diuitiæ vxori superbũ afferant sensum, & inde corruptionẽ. Non vides, quid fecit deus, quomodo illã subiecit? Quare ingratus es, quare insensatus? id quod tibi natura cõcessum, hoc tu ne corruperis adiutoriũ, & ita non oportet te diuitẽ quærere, sed vt habeamus cõmunem sociam ad liberos procreãdos: non vt pecunias afferat vxor illam dedit deus, sed vt sit adiutrix. Quæ autem pecunias affert, etiam insidiatur, & domina fit pro ministra, vel forsan bestia pro muliere, volens propter diuitias sapere magna. Nihil turpius vito qui sic vult ditari. Si enim istuc ipsum ditari tentationibus plenũ est, sic autẽ ditari quid non afferet? Ne enim hoc attẽdas, si id quibusdam accidat rarò: nam & in aliis negociis, quibus præter expectationẽ fruũtur quidam, non spectatur q̃ pleriq; fortunatiores sint, sed id videamus quod ratio docet. Si multa insuauia tibi erunt, non solus in ignominia eris, sed etiã pueros confundes, pauperes relinquens, si prior moriare, & ei multas occasiones das vt mox secundum quẽrat maritũ. Non vides multis hãc fuisse causam secundarum nuptiarũ, vt non contemnantur, & vt quærãt eos qui rebus suis præsint. Itaque ne hæc operemur mala propter opes, sed omnia relinquamus, & animam inquiramus bonã, vt & dilectionẽ assequamur. Hæ sunt magnæ diuitiæ, hæ sunt magnus thesaurus, hæc sunt innumera bona. Quæ nos omnes assequi, vt oportet, & iuxta leges dei viuere, vt etiã futuris bonis frui possimus, cõcedatur gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre simul ac sancto spiritu gloria, imperiũ, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Itaque

Universidad de Deusto
Biblioteca

Itaq; milites vt præceptum erat eis assumpto Paulo, duxerunt per noctem in Antipatridem, & postero die relictis equitibus qui erant cum illo, reuersi sunt in castra. At illi vt venerunt Cæsaream, & reddiderunt epistolã duci, statuerunt etiam Paulum. *Homilia quinquagesima.*

DEducunt quasi regẽ quendã lãcearijs stipatum cum tãta multitudine & in nocte, timẽtes itã & impetũ populi. Igitur postquã eiecerunt illũ è ciuitate, tunc desistũt. Non autẽ tribunus cum tãta illum securitate emisisset, nisi & ipse in nullo eum condẽnasset, & illorũ sanguinariã sciuisset mentẽ. *Vt autem legit & rogauit, ex qua prouincia esset, & cognoscens quòd ex Cilicia: Audiã te,* inquit, *quando & accusatores tui venerint. iussitq; illũ in prætorio Herodis custodiri.* Iam pro illo rationẽ dederat Lysias, attamẽ & sic Iudæi insidiãtur, & præoccupãt auditorẽ: & iterũ in vincula mittitur, & audi quomodo: *Post quinq; autem dies descendit princeps sacerdotũ Ananias cum senioribus & rhetore quodã Tertullo, qui & cõparuerunt apud præsidẽ contra Paulum.* Vide quomodo neq; sic destiterũt, sed vtuntur variis prohibitionibus, quãuis prohibeãtur, atq; adeò sicut illic cõfunduntur. *Vocato autem illo, cœpit Tertullus accusare dicẽs, Quũ in multa pace agamus per te, & multa bona opera fiãt huic populo per tuã prouidentiã semper & vbique, suscipimus præstantissime Felix cum omni gratiarum actione. Sed ne diutius te morer, oro vt paucis nos audias pro tua humanitate.* Profectò vos hoc fecistis, oratore q.d opus erat? Vide quomodo hic statim ab initio, quasi rerum nouatorẽ, & seditiosum calumniari vult, & iudicẽ laudibus præoccupat. Deinde quasi multa possit dicere, prætercurrit, & vnũ hoc dicit. Vt autẽ ne diutius te detineã. Vide quomodo iudici puniendi desideriũ immittit, vtpote cõprehẽsuro orbis turbatorẽ, & quasi in magno bono opere gloriãtur. *Inuentũ enim virum hunc pestilentẽ, & mouentem seditionem omnibus Iudæis in vniuerso orbe, sectæ Nazaræorũ præsidẽ, qui etiã templum attentauit prophanare, quem etiã apprehendimus & voluimus secundũ legem nostrã iudicare, superueniẽs Lysias tribunus magna cum vi ex manibus nostris abduxit, iubens accusatores eius ad te venire, ex quo potes ipse diiudicãs de his omnibus cognoscere de quibus nos accusamus eum.* Vt pestilentem iam, & vt cõmunem hostẽ gẽtis accusant, & præsidẽ sectæ Nazarẽorũ. videbatur hoc ignominiosum, q. Nazaræorum. Ideo & hoc allegarũt, & ab hoc iterũ accusant eum. Nazareth enim contẽptior erat, & inuentũ inquit. Vide malignè quomodo vt fugientẽ calũniantur, & vix se illũ assequutos, quanuis septẽ diebus fuerit in tẽplo. Apprehendimus, & secundũ legẽ nostrã iudicare voluimus. Vide quomodo & legẽ contumelia afficiũt. Neq; enim hoc legis erat, percutere, occidere, insidiari. Additur & Lysiæ accusatio: Superueniẽs autẽ Lysias tribunus magna cũ vi ex manibus nostris abduxit. Non conueniebat illi rem hãc facere, quã tamẽ fecit. Ex quo poteris diiudicãs de his omnibus cognoscere, de quib⁹ nos accusamus illũ. Adiecerũt autẽ & Iudæi dicẽtes hæc sic habere. Quid igitur Paulus? nunquid ad hæc tacet? minimè, sed liberè loquitur iterũ & respõdet, ídq; volẽte præside. Addidit enim: *Respõdit autẽ Paulus innuente ei præside vt dicat: Sciens multis annis te iustũ iudicẽ huic gẽti esse, æquiore animo de rebus meis satisfacio. Quũ possis tu cognoscere, non esse plures quàm duodecim dies, ex quo ascendi Hierusalẽ adoraturus, & neq; in tẽplo inuenerunt me cum aliquo loquentẽ, aut cõcursum facientem turbæ, vel in synagogis, vel in ciuitate, neque probare possunt ea de quibus me accusant.* Non sunt hæc adulationis verba, testificare iusticiã iudici, sed illa magis, q. multa pace potiãtur per eum. Quur igitur iniustè seditiosi estis? Obserua autẽ, Ad iniusticiã impellebant: hic quod iustũ, quærebat. Ideo & dicebat, Aequiore animo de reb⁹ meis satisfacio. Deinde & à tẽpore cõfirmat. Sciẽs te multis annis iustum iudicẽ. Et quid hoc ad demonstrationem cõducebat? Ostẽdit sanè q. & ipse sciat, nihil se eorũ fecisse quorũ accusabatur. Si autẽ cõcursum turbæ vnquã concitasset, vtiq; iudex ipse cognouisset, nec ei qui tãtus erat occultũ fuisset. Deinde quoniam accusator nihil potuit mõstrare in Hierosolymis, vide quid dicit, Omnibus Iudęis in vniuerso orbe: mendaciũ confingẽs. Idcirco Paulus hinc illum abstrahẽs, Adoraturus ascẽdi, inquit: Quasi per hoc rationẽ reddẽs. Quia tantùm abest, ne seditionẽ concitem. & in hoc iusto, quod certè validũ erat, immoratur: subdit enim, Neq; in tẽplo, neq; in ciuitate, neque in synagoga inuenerũt me cum aliquo loquentem, id quod & verũ erat. Et ille quidẽ præstitẽ, inquit, quasi in bello aut tumultu: hîc autẽ vide vt humaniter respõdit: *Confiteor autem hoc tibi, quòd iuxta viã quã vocant sectã, sic colo patrem deũ, credens omnibus quæ in lege ac prophetis sunt scripta, spẽ habens in deũ, quã & ipsi amplexãtur, futurã resurrectionem iustorum & iniustorũ.* Vide, separabãt hunc illi, hic verò se adiũgit & legi, per ea quæ respõdet, addictũ declarat, cõfirmánsq; iterum quod dixerat, addit: *In hoc autẽ & ipse studeo sine offendiculo conscientiã habere erga deũ, & erga omnes semper. Post annos autem plures accessi, eleemosynas exhibiturus in gentem meã & oblationes, in quibus cõpererunt quidã me purificatũ in templo, haud cum turba, neq; cum tumultu.* Quur igitur ascendisti? quur venisti? adoraturus, & eleemosynas daturus inquit, id quod nõ erat seditiosi. Deinde deiicit illorũ quoq; personã, dicens sine discrimine. *In quibus me cõpererunt quidã eorũ qui ex Asia erãt Iudæi, quos oportebat tecũ adesse & accusare si quid habeãt cõtra me, vel hiipsi dicãt, quid inuenerint in me iniustũ, quum in cõcilio vel de vna hac voce qua clamaui inter eos stans, De resurrectione mortuorũ ego hodie iudicor à vobis.* Hæc erat abundans iustificatio, non fugere ab accusatoribus, sed paratum esse ad reddendã rationẽ omnibus. De resurrectione mortuorũ ego hodie, inquit, iudicor. Et nihil dixit eorũ, quæ meritò poterat dicere, q. insidiati sint, quòd cõprehenderint illũ, quòd insidias struxerint: hæc enim ab illis dicũtur facta esse, ab hoc autẽ nihil periculi erat, sed tacet, & tãtùm rationem reddit, quãuis plurima dicere potuisset. Hoc illũ & in Cęsarea clarũ reddebat, quòd cum tãto venerat agmine. In quibus inuenerũt me purificatũ in templo. Quomodo igitur prophanauit? Nõ est hoc vnius & eiusdem, purificari & adorare, & propter hoc venire, & polluere. Hoc etiã pro firmãda causa aliquid faciebat, q. sermonẽ non sinit esse prolixiorẽ, & gratificatur iudici: mihi autẽ videtur & illi satisfactionẽ contrahere, sed videamus iterum dicta. Quoniam anteà multũ concionatus erat Tertullus, ostendens quòd breuitati studeat, non dicit, audi causam: sed ne te diutius morer, oro vt audias pro tua humanitate. Fortassis sermonẽ sic instituit per humilitatẽ, vel etiam verè hoc humanitatis indicium erat, si possint multa dici, nõ interturbare si pauca quis dicat. Inuenimus enim virum illum pestilentem, Qui, inquit, & templum tentauit polluere. Igitur non polluit. Quid igitur si alijs hoc fecit? minimè, alioqui etiam dixisset, nunc

nunc autẽ dicit, attentauit quidẽ. Hoc autẽ quomodo, nõ apponit, & sic causam Pauli exaggerauit, suã verò minuit. Quẽ & apprehẽdimus, inquit, & voluimus iudicare iuxta nostrã legem. Superueniens autem tribunus cum multa vi à manibus nostris abduxit. Hic ostẽdit quòd coacti ad peregrina tribunalia veniunt, & q. obturbassent eum nisi coẽgisset ille, & quòd nõ fuerit officij illius abducere virũ: nam quũ iniusticiæ apud nos fuerint, & iudiciũ apud nos fieri oportebat. Et q. ita sit, vide quid deinceps dicat, Cũ multa inquit vi. Vis erat. Ex quo potes cognoscere. Neq; accusare audet. Erat enim ad veniam dandam facilis vir, neq; simpliciter aderat. Deinde iterũ ne videatur mẽtiri, Paulũ suiipsius accusatorẽ adhibet. Et quo, inquit, potes diiudicãs cognoscere. Mox & testes dictorũ adsunt. Adiecerũt autẽ & Iudæi dicentes hæc sic habere. En testes, qui & ipsi accusatores. At Paulus respõdet, Sciens te multis annis esse iustũ iudicẽ. Non igitur peregrinus, neq; extraneus, neq; nouator erat, quãdoquidẽ à multis annis cognoscebat iudicẽ. Et bene addit, Iustum, ne ad principẽ sacerdotum respiciat, neq; ad populũ. Vide quomodo non prouocatus est ad contumeliã, neq; erga accusatorem, quanuis etiã necessitas sit. Credens, inquit, omnibus quæ in lege: hoc dixit, ostendẽs nullum hominem, qui resurrectionem futurã credit, tale quid vnquam facturũ, quã & illi approbãt. Non dixit de his q. credũt his quæ in prophetis sunt scripta, neq; enim credebant: sed hic omnibus credebat, non illis: quomodo autẽ, longum esset nunc dicere. Tanta dixit, & nusquàm Christi meminit. Ibi autẽ credens vt dixisset etiã de Christo addidit, Sed nũc moratur in resurrectionis sermone, vtpote in cõmuni dogmate, quod omnẽ seditionis suspicionẽ tollebat. Subditur & causa ascensus: Eleemosynas, inquit, & oblationes facturus in gentem meã veni, ídq; per annos plures: quomodo igitur obturbaret eos, quibus vt eleemosynam faceret, tãta venerat via? Non cum turba, inquit, neq; cum tumultu. Vbiq; seditionẽ inficiatur. Bene autẽ vocat etiam accusatores eos qui ab Asia, quos oportebat, inquit, tecũ accusare, si quid in me habeãt. Ita confidit mũdus esse ab his de quibus accusabatur, quòd & illos aduocat, & non solùm eos qui ab Asia, sed etiã eos qui ex Hierusalẽ accusatores non reiicit. Quin & hos aduocat iterũ adiiciens, Vel hi ipsi dicãt. Etenim ob hoc ab initio defatigati sunt, q. resurrectionẽ prædicaret. Et bene sic faciebat. Hoc enim ostẽso facilè etiã subiiciet, Christum resurrexisse. Quid inuenerunt, inquit, in me iniusticiæ, quũ starẽ in concilio? In cõcilio dixit, ostendens q. nihil inuenerint, non priuatim inquisitione facta, sed præsente multitudine, & diligenter diiudicante. Quòd autẽ hæc vera dico, testes sunt qui de hoc accusant. Idcirco etiam dicebat, In hoc autẽ studeo, vt sine offendiculo conscientiam habeã erga deum & erga hominẽ. Perfecta est enim hæc virtus, quando neq; hominibus damus occasiones, & apud deũ curamus esse sine offendiculo. Qua voce clamaui in cõcilio. Etiam vim illorũ manifestat dum dicit, clamaui. Non possunt dicere q. prætextu eleemosynæ hæc fecerim, neq; enim cum turba, neq; cũ tumultu hæc faciebã. Et aliter. Etiã inquisitione facta de hoc, nihil amplius inuentũ est. Vidisti in periculis humanitatem? vidisti honestã linguã? & quomodo id vnũ quærit, vt sua excuset, neq; illos criminib⁹ implicet, nisi quãdo defensio cogit, quemadmodum & Christus dicebat, Ego dæmoniũ non habeo, sed honoro patrem meũ, vos autẽ non honorastis me. Hunc imitemur & nos, quoniã & ipse Christi imitator fuit. Si ille his qui vsq; ad mortem ac cædẽ ceperant † nihil † *al. proloquutus est durũ*: nos qua venia digni erimus, qui ad conuiciũ & contumeliæ verbũ exasperamur, scelestos ac flagitiosissimos vocantes inimicos nostros, & quam excusationem habebimus dum nobis sunt inimici? Non audis, Qui honorat, seipsum honorat, nos autem nosipsos contumelia afficimus? Accusas quòd contumelia affectus es, quare igitur & ipse in hoc crimẽ incidis? Cur teipsum percutis? mane sine affectionibus, mane inuulnerabilis: non volẽs alium vulnerare, & teipsum iniicis in malũ? Non sufficit nobis aliãs animę tumultus, qui nullo cõcitante oritur, vt cõcupiscentiæ illicitæ, mœrores, tristicia, & quæcunque id genus, vt alios etiam super alios cumulemus? Et quomodo, inquit, possibile est, eum qui contumelia afficitur ferre? quomodo autẽ nõ possibile, dic oro. Vulnus nobis nascitur ex verbis? cicatrices in corporibus? quantũ igitur nobis erit damnũ? atq; ita si voluerimus, possumus ferre. Ponamus nobis legem, ne doleamus: dicamus nobisipsis, non est inimicus, infirmitatis est, verè em ex infirmitate est. Quoniam quòd non sit inimiciciæ, neq; malignitatis morum, volebat etiam ille cõtinere, quãnuis multis nominibus læsus sit. Si hoc cõsiderauimus solùm, quod infirmitatis est, portabimus & veniã dabimus illi, conabimúrq; ne & ipsi cadamus. Cæterũ rogo omnes qui præsentes estis, num sic philosophari poteritis? equidẽ opinor. Itaq; inuitus te cõtumelia affecit, & non volẽs, sed ab affectione coactus. Contineas te, non vides dæmoniacos? quemadmodum ille nõ ab inimiciciis, quãtùm ab infirmitate patitur, ita & nos non à natura contumeliarũ mouemur, quãtùm à nobisipsis: alioqui quomodo feremus insaniẽtes, similes cõtumelias inferentes? Itẽ si amici essent qui conuiciis nos impetũt, vel etiã maiores, & sic ferremus. Quomodo igitur non absurdũ, quum tres sunt, amici, insaniẽtes & maiores, & ferre possumus: pares autem honore vel inferiores, & non toleramus? Sæpe dixerunt, momentanea res, & ad ictũ oculi durans. Parum fortes simus, & totũ perfecimus: quantò maiore cõtumelia afficitur, tãtò infirmior est illa. Audisti quãdo oporteat dolere: quando nos contumelia afficimus, & ille silebit, tũc ipse quidẽ fortior est, nos autem infirmi. Si autẽ diuersum fiat, etiam gaudere oportet, coronatus es, prædicatus es, & nec in palæstram deductus absq; Sole & radio & puluere inimicias ferẽs, neq; cõplicitus illi, neq; datis ansis. At si volueris solùm, siue sedẽs siue stãs, accepisti magnã coronã, & non simpliciter magnã, sed multò maiorẽ quàm illi. Non est enim par & inimicũ prosternere oppugnantẽ, & tela iræ vincere: vicisti neq; data ansa, prostrauisti affectionẽ quæ in te est, occidisti bestiam commotã, & rabidi furoris ora obturasti, quẽadmodum pastor optimus. Domesticũ bellum futurum erat & intestina pugna: nã sicut qui mœnia proximi obsident foris, intestina curãt oriri bella, & sic vincunt: Sic & qui cõtumelias iacit, si non excitarit affectiones nostras, non poterit vincere, si non ipsi nos incẽderimus. Ille profectò nullum robur habet, apud autẽ nos est iræ scintilla, vt tempestiuè accendatur, non contra nosipsos, neq; vt multis malis immisceat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

miſceat. Non videtis in domibus ignē reconditū, & non paſſim ſparſum, neq; in fœno, neq; in veſtibus, etiam flante vento non accēdi? ſed licēt miniſtra lucernam habeat, etiā ſi coquus accendat, denūciatur ne iuxta ventū, neq; iuxta tabulā, neq; in nocte hoc faciat: ſed quādo ingruit nox, ſopimus illū, timentes ne fortè dormiētibus nobis, quū nullus ſit qui iuuet accendatur, & omnes exurat. Hoc etiā in ira fiat. Ne omnino diſpergātur noſtræ rationes, ſed in profundo mentis ſeruētur, vt neq; vētus à verbis aduerſarij facilè pertingat, ſed à nobis ſuſcipiatur vētus ſcientibus cōgruē illum tuto mouere. Si deforis ventum accipiat, neſcit modū. Sępe etiā dormientibus nobis vētus ille incidit, & omnia quieſcere facit. Sit igitur ſic vt nobis ſolùm lucē accendat: accēdit enim lucē ira, quādo decenter fit. Et faces habeamus alias contra eos qui iniuſtè lędūt, contráq; diabolū, ne omnino iaceat, neq; abiiciatur ſcintilla. In cogitationibus humilibus ſopiamus illū, non ſemper illo opus habemus, ſed quando operari quid oportet, & mollire, quādo obſtinationē domare opus fuerit, quādo condemnanda eſt anima. Quāta mala fecerūt ira & furor? Et hoc graue, quādo in diuerſa excitamus, non iā illius ſumus domini, ſed alios expectamus. Vnuſquiſq; cōfunditur & erubeſcit vt veniat ad placandum aliū. Vide diuidere quidē & diſcindere nō erubeſcit, ſed ſit mali dux, accedere autē & diuiſum cōiungere cōfunditur. Et idē accidit, vt ſi quis abſcindere quidē membrum nō grauetur, cōgregare autē erubeſcat. Quid dicis homo, multùm læſiſti, & ipſe author fuiſti pugnæ? Itaq; iuſtus eris ſi prior abeas & cōcilies, vtpote qui cauſam ipſe præbueris. At læſus eſt, & ille author eſt? Igitur etiā propter hoc, vt magis te admirētur, vt quū primò & ſecundò primatū habeas, vt qui non fueris inimiciciarū author: ita neque tu extēdas vltrà inimicicias, forſan ille multorū cōſcius ſecū cōfundetur ac erubeſcet. Sed ſuperbus eſt? verùm hāc ob rem ne ſis tardus ad accedendū. Etenim duplex illius affectio eſt, nēpe ira & ſuperbia. Tu cauſam dixiſti, propter quā prior accedere illum debes, quia ſanus es, & videre potes. Ille in tenebris eſt. Ita enim ſe habēt ira ac ſuperbia. Tu autem qui ab his liber & ſanus accede, ad infirmum medicus. Ne quis dicat medicorū, quoniam infirmus eſt nō vado, ſed propter hoc maximè vadat, quū viderit eum qui non potuit venire. Eos enim qui venire poſſunt, minus curāt, eo q; minus infirmi ſunt, nō ſic agunt cum decūbentibus. An non videtur tibi infirmitate difficilior eſſe ſuperbia & ira? Nōne hæc quidem valido igni cōparatur, illa autē inflato & lāguido corpori? Cogita quantū ſit ferre febrē & inflationem. Vade extingue ignē, potes enim per gratiā dei, quemadmodum aqua compeſcere incēdium. Quid igitur ſi hoc ipſo magis extollatur, inquit? Nihil ad te, nam tu quidē quod tuū eſt feciſti, ille autē ſibiipſi imputet, ne cōdēnetur noſtra cōſcientia, quaſi propter nos aliquid omiſſum ſit. Paſce inimicum tuum, *Rom.12.d* hoc enim faciens accumulabis carbones ignis ſuper caput eius. Attamen quū hoc ſit, iubet abire & conciliare & benefacere, nō vt carbones ignis accumulemus, ſed vt ille hoc ſciens cōpeſcatur, vt tremat, vt terreatur beneficiis magis quàm inimicorū amiciciis vel inſidiis. Non enim inimicus vltionis auidus ita incōmodat odio habentem, ſicut qui prodeſt ac benefacit. Etenim qui vltionis eſt auidus, vel parum vel nihil incōmodat. Qui autem bene facit, cōgerit carbones ignis ſuper caput eius. Igitur nō eſt faciendum, ne accumulentur carbones? Sed alioqui in caput tuū vis carbones cumulari. Etenim hoc facit vltionis auiditas. Sed iubes amplius extendā? Minimè: tu enim hoc non facis, ſed ille beſtia aſperior: nam ſi tu benefeceris, & honoraris, & concilies, ſeruat ille inimicicias, ſibiipſi ignē accendit, ipſe ſuum exuſſit caput. Tu autē nihil ſenties, ne ſis deo magis miſericors, innumera alioqui feres mala. Immo neq; ſi volueris poteris, neq; in paruo: nam quantū diſtat cœlum à terra, tantum hominū cōſilia à cōſiliis noſtris. Et iterū: Si vos, inquit, quū ſitis mali, ſcitis dona bo- *Matt.7.b* na dare filiis veſtris, quantò magis pater veſter? Sed excuſatio eſt ac cauillū. Ne cauillemur pręcepta dei. Et quomodo cauillamur, inquit: Dixit: hoc faciens, *Rom.12.d* carbones ignis cumulabis ſuper caput eius: tu autē dicis, Timeo inimicū, quia valde me læſit. Non hæc dicis? Quomodo autē omnino habebas inimicū? times eum qui iniuſtè læſit, teipſum autē non times. Vtinā tuiipſius curam gereres, ne fac hoc animo, ſed magis alio. Sed nō facis, non dico q; carbones ignis cumulabis tibi, ſed etiā aliud amplius quiddam tibi dico, tantū fac. Hæc enim omnia vt te prouocet Paulus dicit, Spe pœnæ ſoluite inimicicias. Quoniā ita beſtialibus moribus prædiți ſumus, vt non feramus diligere inimicos, niſi vt aliquid patiantur expectemus, ſicut beſtiæ porrigit hunc panē. certè apoſtolis non hoc dixit Chriſtus. Sed quid? vt ſitis ſimiles pa- *Matt.5.b* tri veſtro cœleſti. Et aliter, Fieri non poteſt vt benefaciens & beneficia accipiēs, maneāt inimici. Idcirco hæc poſuit, Quur tu in verbis philoſopharis, in operibus autē modum non ſeruas? Bene, non paſcis illum, ne carbones ignis coacerues ei. Igitúr ne parcis, igitur amas & mēte hoc facis? Scit deus an mēte hoc dicas. Certè ſermonibus agis nobiſcū ſophiſtā. Curā geris inimici, & times ne puniaris? Igitur extinxiſti iram. Qui enim ſic diligit, vt ſuam vtilitatē contemnat propter ea quæ illi cōducunt, non habet inimicum. Poteris hoc dicere, quandiu ludimus in rebus non ludicris, & veniā non habentibus. Ideo depoſitis illis prætextibus, ne contēnamus leges diuinas, vt poſſimus beneplacētes domino, vitā præſentē deducere, & promiſſa bona aſſequi, Gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cui cum patre & ſancto ſpiritū ſit gloria, imperium, honor, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Diſtulit autē, inquit, *Felix illos probè tenens quæ de via illa, dicens, Quando Lyſias tribunus deſcenderit, pernoſcā veſtram cauſam. iuſſitq; centurionem vt cuſtodiret Paulum, ſinerétq; eum relaxari, & nullum familiarium prohiberet miniſtrare vel accedere illum.* *Homilia LI.*

Vide quāta probatio, primùm quidē à multis, deinde multo tempore probatur, ne dicere poſſint ſublata iudicia: nam quoniā orator meminerat Lyſiæ, dicēs quòd vi abduxerit illū, ſubdit tempeſtiuè Felicis verba, & inquit: Diſtulit autē Felix illos probè tenēs quæ de via illa: hoc eſt, dedita opera diſtulit, non opus habēs vt diſcat, ſed volēs repellere Iudæos, noluit dimittere propter illos. Punire iterū non poterat, impudens enim fuiſſet. Ideo & diſtulit, dicēs, *Quādo Lyſias tribunus deſcenderit, pernoſcam veſtrā cauſam. iuſſitq; centurionem vt cuſtodiret Paulū, ſinerétq; eum relaxari, & nullum familiariū prohiberet miniſtrare, vel accedere illū.* Sinerétq; illum, inquit, relaxari.

Ita

Ita ipſum & ille à criminibus liberauit. Cur igitur ſi reliquit, detinet? illis gratificās, vel etiā expectans pecuniam ſe accepturū. Idcirco & reuocat Paulum. Et q; ob hoc reuocarit, manifeſtum nobis facit ſcriptor addens ac dicēs: *Poſt aliquot autem dies, quū aduenisſet Felix cum Druſilla vxore ſua, quæ erat Iudæa, accerſiuit Paulū & audiuit ab eo fidem quæ eſt in Chriſtū. Diſputante autē illo de iuſticia & tēperantia, & de iudicio futuro, tremefactus Felix reſpondit, In præſentia abi, cæterum opportunitatē nactus accerſam te, ſimul et illud ſperās fore vt pecunia daretur à Paulo vt ſolueret ipſum. Propter quod et frequēter accerſens ipſum, loquebatur cum eo.* Vide quomodo veritatē habēt quæ dicta. accerſit autem illū ſubinde, non admirans illū neq; laudās quę dicebantur, neq; credere volēs. Sed quid? Expectās dādas ſibi pecunias. Vide quomodo non occultat hic iudicis mentē, quāuis ſi condēnaſſet, nō hoc feciſſet, neq; ſi voluiſſet audire accuſatorem & maleuolū. Et vide Paulum quāuis cum principe loqueretur nihil dicere corū per quæ veriſimile erat refocillari animā illius, ſed talia è quibus etiā terretur & mente cōcutitur. Diſputāte enim, inquit, de iuſticia, tēperantia & futuro iudicio, tremefactus eſt Felix. Tanta erat verborū Pauli vis, vt & principē terreāt. Et hic quidē accipit ſucceſſorē, & relinquit hunc ligatū, quāuis certè nō oportebat, ſed finis erat imponēdus: gratificans autē Iudæis reliquit illū, qui ſic vrgebāt, vt iterū aſſequātur, tametſi nullū apoſtolorum ſic perſequebātur, vrgētes tamen iterū abſcedunt. Singulari diſpēſatione recedit è Hieruſalē, ſic ſe erga beſtias illas habēs, attamen volūt illum iterū duci illuc iudicandū. Verùm & hoc loco ſtatim diſpenſauit deus, non permittens principi. Veriſimile enim illū nuper ad principatū euectum voluiſſe gratificari, ſed non permittit deus. Poſtquā autē deſcenderunt, tum impudēter & grauiores fecerūt accuſationes. Et quū non poſſet propter legē illū occidere, iterū ad ſolitā conſuetudinē ſuā confugiunt, ſicut & Chriſtū accuſabant reū Cæſareæ maieſtatis læſæ dicentes. Paulum enim rationē reddere de peccatis in Cæſarē manifeſtū hoc erat, vnde & ipſe interpretās, ſubdit: *Impletis autē annis duobus, accepit ſucceſſorem Felix Porcium Feſtū. Volens autem gratiam præſtare Iudæis, reliquit* *Ca.xxv.* *Paulū vinctū. Feſtus ergo ſuſcepta prouincia poſt triduū aſcendit Hieruſalē, ab vrbe Cæſarea. Significauerūntq; illi principes ſacerdotum, ac primores Iudæorū de Paulo, & rogabant eum poſtulātes fauorem aduerſus eum, vt accerſeret eum Hieruſalē, inſidias intendentes, vt interficerent eum in via. Feſtus autem reſpōdit, vt ſeruaretur quidē Paulus Cæſareæ, ſe verò breui illò profecturum. Qui ergo inter vos*, inquit, *potentes ſunt, vnà no biſcum deſcendant, & ſi quod eſt in hoc viro crimen, accuſent eum. Demoratus autē inter eos diebus plus quàm octo, deſcēdit Cæſareā, & poſtero die ſedit pro tribunali, iuſſitq; Paulū adduci. Qui quū perductus eſſet, circunſteterūt eum qui à Hieruſalē deſcenderāt Iudæi, multa & grauia crimina intēdētes in Paulū, quæ non poterāt probari Paulo pro ſe rationē reddente, quòd neq; in legem Iudæorum, neq; in templum, neq; in Cæſarē peccaſſet. Porrò Feſtus Iudæis volens gratificari, reſpōdens Paulo dixit, Vis Hieruſalē aſcendere, & illic iudicari apud me?* Vide quomodo & ille Iudęis gratificatur. Propter hoc iterum etiam illū perterret humanis vtēs armis, & audi quomodo: Dixit autē Paulus, *Ad tribunal Cæſaris ſto, vbi me oportet iudicari, Iudæos nihil læſi, ſicut & tu melius noſti. Si enim nocui, & dignum morte feci aliquid, nō detrecto mori. Si verò nihil eſt eorū de quibus hi me accuſant, nullus me* *Supr.23.e* *poteſt illis donare, Cæſarem appello.* At hîc dixerit quis, Et quare quū audierit q; etiā Romæ debebat teſtificari de me, quaſi nō credēs hæc faciebat? Abſit, ſed vt val de credēs. Imò magis tētantis fuiſſet fidere illa ſententia, & innumeris ſeipſum immittere periculis, & dicere, Videamus nū poſſit deus etiā ſic eripere me. nō facit autē hoc Paulus, ſed affert quicquid ipſe poterat, at totū permittit deo. Ex cuniculis autē & principem interim perſtringit ſic ſe defendēs: Quaſi hoc dicat, Si quidē iniuſtè ago, tene: ſi autē non iniuſtè ago, quid me exponis? Nullus me, inquit, poteſt donare. Metū ei incutit, vt nō poſſit etiā ſi vellet donare. Quin etiā cōtra illos valuit defenſio ob appellationē. *Tunc Feſtus loquutus cum cōcilio, reſpondit, Cæſarem appellaſti, ad Cæſarē ibis.* Vide, rē hāc cōmunicat Agrippæ, vt iterū alij fiant auditores, & rex, & exercitus, & Bernice. Deinde iterū ſubditur defenſio: *Et quum dies aliquot trāſacti eſſent, Feſtus regi retulit cauſam Pauli dicens, Vir quidā relictus eſt à Felice vinctus, de quo quum veniſſem Hieruſalem, ſignificarunt mihi principes ſacerdotū & ſeniores Iudæorū, poſtulātes aduerſus illum ſententiā: quibus reſpondi, Non eſt Romanis mos ob gratiā donare aliquem hominem, vt pereat, priuſquàm is qui accuſatur præſentes habeat accuſatores, locúmq; defendendi de crimine habeat. Quū ergo huc cōueniſſent ſine vlla dilatione, ſequenti die ſedēns pro tribunali iuſſi adduci virū. De quo quū ſtetiſſent accuſatores, nullum crimen intendebāt ſuper hiſce rebus, de quibus ego ſuſpicabar: ſed quæſtiones quaſdā de ſua ſuperſtitione habebāt aduerſus eum, & de quodā Ieſu defuncto, quē affirmabat Paulus viuere. Hæſitans autē ego de huiuſmodi quæſtione, dicebā, num vellet ire Hieruſalem, & ibi iudicari ſuper iſtis. Paulus autē quū appellaſſet vt ſeruaretur Auguſti cognitioni, iuſſi ſeruari eum, donec mittere eum ad Cæſarē. Agrippa autē dixit ad eum, Volebā & ipſe hominem audire. At ille*, inquit, *cras audies illū.* Vide iterum accuſari, nō à Paulo, ſed à principe. Significarūt, inquit, principes ſacerdotū, & ſeniores Iudæorū, petētes cōtra illū ſententiā, quibus ego reſpōdi. Vide & quid reſpōdet ad illorum confuſionē: Non eſt mos Romanis donare aliquē hominem ob gratiā, vt pereat, priuſquā ille rationē det. Impoſſibile eſt ita ſimpliciter donare. Vt autē iuxta conſuetudinē egit, nō inuenit cauſam, vnde de hac re anxius ſit, & manifeſtum hoc per ea quæ ſubdidit, dicēs, Hæſitans autē ego de huiuſmodi quęſtione. Sic dixit adūbrans ſuū peccatū. Et ille quidē adumbrat. Agrippa autē concupiſcit videre illū. Vide q; ſemper repellunt principes inimicicias Iudaicas, & prēter id quod iuſtū erat cogūtur facere, & dilationis quærūt prętextus. Non enim ignorās differebat, ſed ſciēs. Agrippa autē non ſolùm non repellebat, ſed etiā audire vult, quod & admiratione dignū eſt. Vnde autē in deſideriū venit, vt hominē videre vellet, qui licèt iniuſtè accuſatus eſſet. Ita & hoc ſingulari diſpēſatione accidit. Idcirco & mulier eius ſimul audit, & auditu nō priuatur. Et nō ſimpliciter audit, ſed cum magno honore. Táto ferebatur deſiderio: nō enim niſi cōcupiuiſſet, quæſiuiſſet audire, neq; vxorē ſociā feciſſet auditionis, niſi magna de illo ſenſiſſet. Mihi autem videtur etiā illam magno deſiderio petiuiſſe. Et vide Paulū non de fide ſolùm & remiſſione peccatorū, ſed etiā de operādis diſſererę. Sed videamus iterū quæ dicta ſunt: In pręſentia abi, cęterùm opportunitatē nactus accerſam te. Vide cæcitatē. Talia audiens, pecunias expectabat ſe ſumpturū ab eo. Et nō hoc ſolùm graue, ſed etiam quum colloquutus eſſet non reliquit illum: ſed vbi ad finem principatus venit, reliquit illum

Universidad de Deusto
Biblioteca

lum vinctũ,vt gratificetur Iudæis,& ita non diuitias A
solũ,sed etiam gloriã diligebat.Quomodo pecunias
sceleste ab homine contrariũ prædicante inquiris?
Quòd autem non accepit,manifestum ex eo q̃ non
soluit eũ à vinculis:etenim si accepisset, soluisset eũ.
De tẽperantia hic disputabat,& ille sperabat se à tali
pecunias acceptur ũ, & petere quidem nõ audebat.
Tale enim peccatũ,meticulosos facit & omnia suspi
cantes. Sperabat autẽ atq; ita meritò illis gratificaba
tur, vtpote qui tanto ibi tẽpore principatũ gesserat.
Itaq; vbi prouinciã suscepit Festus,significarãt illi &
principes sacerdotũ & primi Iudęorũ contra Paulũ,
inquit:statim etiã in principio accesserũt sacerdotes
non grauati etiam in Cæsareã venire, nisi præueniss
set veniens, vbi scilicet statim vt accepit principatũ,
accedunt.Et quũ descendisset in Cæsareã, morabatur
tur inter eos decẽ dies, dabatúrq; opera vt corrũpe-
retur.Paulus autẽ erat in carcere. Et obsecrabant il- B
lum,inquit,vt accerseret eum in Hierusalẽ.Et quare
fauorẽ petiuerunt si iustus est vt moriatur? sed sic &
illi manifestæ factæ sunt insidiæ,quasi dissẽs dicat:
Viri qui simul præsentes videte hũc, propter quem
Iudęorum multitudo me rogauit.Nam dum dicit q̃
petiuerint gratiã contra illum,indicat rogasse, & ita
iam volebãt illum ad dicendã sententiam cogere,ti-
mẽtes Pauli linguã.Quid timetis?quid vrgetis? Hoc
enim insinuat quòd ille custoditur, nunquid fugit?
Igitur qui in vobis, inquit, potentes accusent illum.
Iterũ accusatores in Cæsarea.Et iterũ educitur Pau-
lus. Sequenti autẽ die,sedens pro tribunali ait. Vide
statim vt venit,sedit pro tribunali,sic illum impelle-
bant magno studio,sic vrgebãt.Itaq; quãdiu nondũ
honore tanto à Iudæis habitus,rectè respõdit: post- C
quàm autem venit Hierusalẽ,& ipse gratificatur eis,
non simpliciter autẽ gratificatur, sed cum dolo hoc
facit.Et quomodo, audi:subdit enim,Vis ne Hiero-
solyma ascendẽs iudicari de his à me?Quasi diceret,
non illis do te,sed ipse iudex ero.Hoc autem dicens
illius arbitrio permittit,vt honore ipsum attrahat:nã
si hoc imperasset,valde impudẽs visum fuisset,si ab-
duceret illuc eum,qui ibi nõ fuisset redargutus.Pau
lus autẽ non dixit,Non volo,ne fortè & asperiorem
redderet iudicẽ, sed iterũ liberè loquitur ac inquit,
Ad tribunal Cęsaris sto,vbi me oportet iudicari.Ma
gna est libertas sermonis. Et vide vt ratiocinatur,
quasi enim hoc dicat se excusans. Eiecerunt me illi
semel,& hoc putãt accusare q̃ ostendũt me peccas-
se in Cæsarẽ,apud illum quem læsi volo iudicari. Vt
enim hoc dixit,subdit:Iudæis nihil nocui,quod etiã D
tu melius nosti. Perstringit illũ iam quasi etiã grati-
ficantem Iudæis. Posteà quia perstrinxerat,iterũ di-
luit sermonẽ,addens:Itaq; siquidẽ iniustè egi,vel di
gnum aliquid morte feci, non recuso mori. Contra
meipsum fero sententiã,inquit. Hoc non est se per-
dentis, sed multũ de innocẽtia sua bene consci.j. Nã
cum libertate etiam firmari causam oportebat,ita vt
aliis metus incutiatur. Si autẽ nihil est eorũ de quis
me accusant,nullus me potest donare, etiãsi ve-
lit,inquit,non poterit.Non dixit nõ dignus sum mo
ri,neq; absolui,sed paratus sum iudicari apud Cæsa-
rem.Interim & somnij memor, fidentius prouocat.
Et non dixit,tu,sed nullus.Et apposuit,Cæsarem ap-
pello:ne in illũ contumeliã iactet.Tunc Festus col-
locutus cum concilio,respõdit, Cæsarem appellasti,
ad Cæsarem ibis.Vidisti quomodo gratificetur?Gra

tia enim erat colloqui cũ accusatoribus: Quod cor-
ruptæ sententiæ est & ordinis iudiciarij cõfusi. Vide
iterum illius prorogari iudicium,& insidias fieri,oc-
casionem prædicationi.Hęc enim dispẽsantur,vt ita
cum facultate & custodia abducatur in Hierusalem,
quasi nullus insidietur:non enim idem fuerit,simpli
citer venire,& in tali lite venire.Hoc etiã conuenire
fecit Iudæos illic. Deinde iterũ mora fit,dũ ille ver-
satur Hierosolymis, vt discas quòd licèt tempus sit,
nihil insidiæ illi prævalẽt,deo nõ cõcedente. Agrip-
pas autem rex & Bernice descẽderant in Cęsaream.
Hic Agrippa qui & Herodes,alius mihi esse videtur,
vt sit quartus ille post eum qui Iacobũ occidit.Vide
inimicos inuoluntarios simul operari, vt ita magnũ
fiat auditoriũ.Desiderio audiendi laborabat Agrip-
pa,& non simpliciter audit,sed cũ apparatu. Et vide
defensionẽ quam princeps dicit. Cùm autẽ ille pro- B
uocasset ad Augustũ,Iudicaui mittere illum,de quo
certũ quid domino scribere non possum. Sic scribit
Festus,& inuulgatur crudelitas Iudaica. Quũ enim
hæc princeps diceret,suspectus nõ erat.Idcirco autẽ
dicit. Et ita etiam ab illo condẽnantur Iudæi. Post-
quàm autẽ omnes contra illos sententiã dederunt,
tunc adiicit pœnã deus. Obserua autẽ. Condemna-
bat Lysias,condemnabat Felix, condẽnabat Festus,
& hi gratificabãtur eis, condẽnabat Agrippa. Quid
vltrà?condemnabant illos & Pharisæi:& quòd con-
demnabat,audi illum dicentẽ, nullam causam attu-
lerunt,quã ego suspicabar. Etiã attulerunt, sed non
conuicerũt. Nam insidiæ quidem & flagitium hanc
suspicionẽ pariebant.Inquisitio autem tollebat pror
sus.Et de quodã Iesu mortuo inquit.Meritò de quo-
dam dicit,vtpote principatũ gerens, taliáq; non cu- C
rans.Ob hanc causam,etiã ego hæsitans dixit de in-
quisitione horũ.Certè harum rerũ inquisitio reuera
talis iudicis aures transcendit.Et si hæsitas & anxius
es,quur in Hierusalẽ trahis? Propterea & Paulus nõ
volens ab ipso iudicari, Cæsarẽ appellat dicens,Ego
ad tribunal Cæsaris sto,vbi me oportet iudicari. Et-
enim de hoc accusarant. Audis appellationẽ ? audis
insidias Iudæorũ?audis seditionẽ?Hęc omnia Agrip
pam in desideriũ audiendi excitarunt.Et dat Festus
gratiã,& fit posteà Paulus clarior.Talia insidiæ con-
ciliarunt. Si hæc non fuissent, nullus horũ principũ
dignatus esset eum audire cum tanto silentio,tantá-
que patiẽtia.Et videtur quidẽ docere & rationẽ red
dere, sed magis magna cum dignitate concionatur.
Itaq; ne putemus rem grauẽ esse insidias,modò no- D
bis ipsis non insidiemur, nullus nobis insidiari pote-
rit,imò insidiantur quidem,nihil autem nocent,sed
etiam prosunt nobis plurimũ. Et ita in nostra pote-
state situm est, & quod malè habemus, & non malè
habemus.Ecce testificor & magna voce dico, tubá-
que clarius, & si fieri posset, è sublimi clamare non
detrectarem,quòd Christianum nullus homo super
terram habitans nocere potest. Et quid dico,nullus
homo? neq; ipse dæmon, tyrannus, diabolus, si non
ipse seipsum lædat,tametsi quoduis malũ nobis quis
intentare voluerit, frustra tentabit. Quemadmodũ
enim nullus homo angelum super terram nocet, ita
neq; homo hominẽ, sed neq; ipse alium nocere po-
terit,quãdiu bonus fuerit.Quid igitur illi conferen-
dum, quando neq; noceri neq; nocere potest ? hoc
enim illo non minus est, non velle nocere aliũ. Igi-
tur angelus quis est etiam deo similis. Talis enim &
deus est,

deus est,sed ille quidẽ natura, hic autem proposito, A
neq; igitur incõmodari poterit, neq; incommodare
alium. Quod autẽ non potest,ne putes impotentiã:
contrariũ enim impotentia est,sed quòd non capax
est dico:natura enim illa neq; dãni capax est,neque
incõmodare aliũ potest, quoniam & hoc alterum
damnũ. Aliter nobisipsis nõ nocemus quàm nocen-
do aliũ,& grauissima peccata nostra ex iniusticia er-
ga nos fiunt,& ita etiã propter hoc Christianus non
potest noceri,quia neque nocere potest.Quomodo
autem nocendo alios nosipsos non nocemus ? Agè
singillatim res persequamur, & sermonem detega-
mus.Exempli gratia: Lædat quis iniustè,cõtumelia
afficiat,fraude decipiat,quem nocuit ille?nónne se-
ipsum prius?Hoc certè cunctis manifestũ. Alij enim
damnum est in pecunia,ipsi verò in anima.Iterũ in-
uideat alius,quémnã nocuit & talis?nónne seipsum? B
Talis est enim iniusticiæ natura, vt primùm noceat
eum qui parit plurimum,alium autẽ perquàm parũ,
imò nihil nocet :sed etiam prodest. At nihil fide di-
gnum dixi. Sit igitur (maximè enim in his & totum
consistit) pauper pecunias habens pauças, & neces-
sario cibo abundãs: alius autem diues & abundans,
& multã habens facultatẽ, accipiat ea quæ sunt pau
peris,nudúmq; illum reddat ac tradat fami, ipse au-
tem delicatè versetur in his quæ iniustè ei abstulit.
Talis non solum nihil illũ nocuit, sed etiam ei pro-
fuit: sibi autẽ ipsi non solum non profuit, sed etiam
damnosus fuit.Quomodo?primùm quidẽ à sua ma-
la cõscientia flagellatur, & quotidie extimulatur, &
ab omnibus condẽnatur. Deinde in futuro iudicio.
Sed quòd ille quidẽ damnũ accipit, ex his satis ma-
nifestum.Quomodo autem vtilitatẽ capiet ille,dic? C
Quia magnum lucrũ est generosè ferre afflictiones.
Est enim solutio peccatorum grauiter affligi; est phi
losophiæ schola,est virtutis doctrina. Videamus igi-
tur vter est in malis, hic,an ille ? Ille quidem si fuerit
virtute præditus fortiter tolerabit,hic autẽ quotidie
in tremore erit ac suspicione.Vter igitur lęsus est,hic
an ille? Fabulas dicis,inquit,quando enim quis non
habet quod edat & cogitur plorare, & omnibus de-
stitui,vel ire mendicatũ,& non accipere:nónne ani-
mam & corpus simul perdit?Mercedes tu dicis: ego
rem ipsam cõmonstro.Dic enim oro,nullús ne diui-
tum destituitur notis?Quid igitur?nũquid huius rei
causa est paupertas?Sed fame non premitur.Et quid
hoc?maius erit iudicium , quando cum diuitiis hoc
fecerit:neq; diuitiæ fortem reddunt,neq; infirmum
inopia,alioqui nullus opulentorum miseram ageret D
vitam, nullúsq; pauperum sibiipsi subcharus fuisset.
Quòd autem sermones vestri fabula sint, hinc faciã
manifestum. Dic igitur, Paulús ne in diuitiis vel in
paupertate fuit,fame laborauit vel non?Possumus il
2. Cor. 11. f lum audire dicentem,In fame & afflictione.Prophe
tæ fame premebantur vel non ? etiam illi non reci-
piebant quod opus eis. Iterum Paulũ mihi profers,
iterum prophetas decẽ ac viginti homines. Sed vn-
de vis? Multos quosdã,inquit,ostẽde mihi ferre pau
pertatem fortiter.Sed rarũ semper quod tale,& pau
ci boni.Si vis autẽ rem per seipsam exquiramus. Vi-
deamus cuius cura maior vel molestior,& cuius to-
lerabilior : nónne hic prò necessario alimento solli-
citus est,ille autem pro innumeris rebus, de necessa
rio non anxius ? Famem non timet diues,sed alia ti-
met,sępe de salute sua.Non est sine solicitudine cibi

quẽ edat inops,sed caret alia solicitudine, & habet A
securitatem,quietem & tranquillitatem. Et aliter:Si
non est malum,sed bonum iniustè agere,quare con
fundimur,quare occultamus,quare dum probris af
ficimur indignamur,& molestè ferimus ? Si non est
bonũ, iniustè affligi, quare super ea re gloriamur &
litigamus ? Vis discere quomodo hoc sit illo melius?
vide vt in vtrisq; vtriq; se habeãt. Quare leges, qua-
re iudicia,quare supplicia?nónne propter illos qua-
si ægrotantes ? Sed magna interim est voluptas, in-
quit.Futura nunc præteramus,& præsentia exqui-
ramus.Quid miserius viro talem habente suspicio-
nem?quid ad ruendũ procliuius?quid putrius?nón-
ne in naufragio semper est?licèt iustum quiddam fa
ciat,nõ creditur ob facultates eius, ab omnibus con
demnatur:omnes enim qui iuxta se habitãt,accusa-
tores habet.nõ potest vti amicicia.Nullus enim sta-
tim vellet amicus fieri hominis qui in tali existima-
tione est,ne particeps fiat suspicionis, & grauetur e-
tiam ipse inuidia:vt bestiam auersantur omnes,vt pe
stiferum & naturę hostẽ & homicidam,& improbũ
hominem. Si ad tribunal venerit is qui iniuria affe-
cit,accusatore nõ habet opus, opinione quæ de illo
habetur, quouis accusatore magis crimen intẽden-
te. At non ita agit qui iniustè affligitur, sed omnes
habet defensores,cõdolentes,manũ porrigentes, in
securitate stat. Si bonum est iniustè agere, fateatur
quis se esse iniustũ : si autem hoc non audet, quidnã
vt bonum aggreditur? Videamus autem quomodo
etiam in nobisipsis,quãta fiunt mala. Dic enim oro,
si aliquid quod in nobis relicta mensura sua,aliã cu-
piat, & vellet splen relicto suo loco, alienũ cum suo
arripere:nónne morbus esset ? si humidum quod in
nobis,impleret omnia,nónne fieret corpus fluxum?
& iterum si cholera cum illo latitudinem quærat, &
vbique diffundatur sanguis. Quid autẽ in anima ira,
concupiscentia,& alia omnia?si trãsgrediantur men
suram,nónne se simul disperdũt ? Ita & cibus,si plus
q̃ concoqui potest sumatur,morbis corpus infestat.
Vnde enim podagrę?vnde pẽdula rigidáq; corpora,
nónne ab immodicis cibis ? Iterũ in corpore si plus
vellet accipere oculus,vel plus videre quàm ei præ-
finitum, vel maius lumen accipiat : hoc quod super
mensurã est, nocebit magis,quàm proderit. Cogita
autem,quoniam si quũ bonum quoddam lux sit, &
perit oculus:si plus viderit quãdo fulgidiora aspicit,
q̃ mẽsura sua postulat:quid faceret lux si mala esset?
Et auris si maiorem sonum accipiat,mentẽ facit atto
nitam. Mens quãdo cogitat quæ supra se sunt,obstu
pescit : Etiã quod plus est quàm opus nobis ; perdit.
Hoc est enim auaricia quã πλεονεξίαν vocãt,plus ha
bere,quàm constitutum est.Sic certè & in pecuniis,
quãdo voluerimus plura onera imponere,licèt non
sentiamus,molestã in nobis educamus bestiã.multa
habẽtes,multis egentes,innumeris curis nos immit-
timus,multas diabolo prębẽtes occasiones:propter-
ea diabolus apud diuites nõ habet opus vllo labore:
Parati enim sunt ob diuitiarũ sarcinam procliues,vt
illi seruiãt.At non ita habent pauperes,sed planè di-
uerso modo.Ita res illę per seipsas perdũt.Vnde oro
vt abstineatis ab harum cõcupiscentia, vt possimus
euadere diaboli laqueos,& apprehẽsa virtute, bona
æterna assequi, gratia & misericordia domini nostri
Iesu Christi, cui cũ patre & sancto spiritu sit gloria,
nunc & semper,& in secula seculorum,Amen.

Postero

Universidad de Deusto
Biblioteca

Postero autem die quum venisset Agrippa & Bernice, cum multo apparatu, & ingressi essent in auditorium cum tribunis & viris principalibus ciuitatis, iubente Festo adductus est Paulus. *Homilia LII.*

VIde quale auditoriū congregatur Paulo, cū viris principalibus ciuitatis. Princeps enim & rex stipatoribus suis omnibus cōgregatis occurrūt, & cum ipsis tribuni & primi ciuitatis affuerunt. Hos enim vocat principales & τὰς κατ' ἐξοχήν, id est, eos qui in excellētia. Deinde & Paulus adducitur, & vide quomodo ipse ductus prædicatur à Festo: non solū enim illū non accusat criminū, sed etiā pro eo rationē reddit, & quid dicit? *Agrippa rex, & omnes qui simul adestis nobiscū viri. Videtis hunc hominem, de quo omnis multitudo Iudæorū interpellauit me & in Hierusalem, & hic, acclamātes non oportere eum amplius viuere. Ego verò cōperi eū nihil morte dignū admisisse. Cæterùm quū ille appellarit Augustū, statui mittere eum, de quo quid certū scribā domino, non habeo. Quapropter produxi eum ad vos, & maximè ad te rex Agrippa. Iniquū enim mihi videtur mittere vinctum, & crimina de quibus accusatur, non significare.* Vide quomodo illos quidē accusat, hūc autē absolūit. O iusticiæ abundātia testimonia, vt condemnet nō inuenit princeps, etiā plurima inquisitiōe facta. Illi autē hunc morte dignū esse dicebant: Ego verò cōperi, inquit, nihil dignū morte feciſſe illū. *De quo quid certum scribā domino, non habeo.* Et hoc ad candorē Pauli pertinet, quòd iudex nō habet aliquid de illo scribendū. *Quapropter produxi illum ad vos. Iniquū enim mihi videtur esse mittere vinctum, & crimina de quibus accusatur non significare.* Vide in quàm magnas angustias Iudæi principes immiscuerint. Quid igitur Agrippas de his volēs aliquid discere, dicebat: *Permittitur tibi pro te loqui.* Magno audiēdi desiderio, vt dicat adhortatur rex. Paulus autē nunc magna libertate loquitur, nō assentās, sed propter hoc beatū se esse dicēs q̄ loquatur ei qui omnia sciat, & q̄ propter hoc, nam & hoc prætēdit, dicēs: *Tunc Paulus extenta manu, rationem reddebat: Super omnibus de quibus accusor à Iudæis rex Agrippa, existimo me beatū, qui corā te rationē redditurus sum hodie, quum tu maximè sis gnarus Iudaicarum & consuetudinum, & quæstionum. Quapropter obsecro, vt me lōganimiter audias.* Profectò si malè sibi cōscius fuisset, turbari oportebat q̄ loqueretur apud eum qui omnia sciat, sed hoc à pura cōscientia ꝓficiscitur, non declinare iudicē probè omnia scientē quæ facta sunt, & gaudere. Quapropter obsecro, vt me longanimiter audias. Quoniā sermonē erat ꝓducturus, & aliquid de seipso dicturus, propter hoc prꝫoccupās obsecrabat, ac dicit: *Itaq; vitā quidem meā, quā egi ab adolescentia, quæ ab initio fuit in gēte mea in Hierusalem, nouerunt omnes Iudæi, qui prius nouerant me ab initio, si velint testimonium ferre, quòd secundum exquisitissimā sectā nostræ religionis vixerim Pharisæus.* Vult dicere, Quomodo seditiosus fuissem, qui talis fui adolescēs, talēq; habeo testimoniū ab omnibus? Deinde & à secta probationē addit: Secūdū exactissimā, inquit, sectā religionis vixi. Et quoniam iterū verisimile quoſdā dicere: Quid si secta quidē admirabilis, tu autē malus? vide quomodo obiectionē castigat, testes dicēs omnes Iudæos, qui ipsius vel vitā vel cōuersationē norūt. *Sciūt enim omnes Iudæi, qui prius nouerunt me ab initio, si velint testimonium ferre. Et nunc spe repromissionis fretus, quæ ad patres nostros facta est à deo, sto iudicio subiectus, ad quam duodecim tribus nostræ instāter nocte ac die colentes deum sperāt se perAct.XXVI

A uenturas, de qua spe accusor, ô rex, à Iudæis. Cur incredibile iudicatur apud vos, si deus mortuos suscitat?* Duas rationes de resurrectione ponit, vnā quidē à prophetis, & non adducit prophetā, sed illā Iudæorum esse opinionē dicit: alterā autē & fortiorē quæ à rebus ipsis. Qualis igitur hęc? quia dicebat Christū à mortuis resurrexisse, & instruit etiā illā rationibus, enarrās primùm suā insaniā diligēter, deinde etiā cum laude Iudæorum. Nocte & die seruiēdo sperāt, inquit, se peruenturas. Et ita licet nō essem vitæ irreprehēsibilis, propter hæc nō oportebat iudicari ô rex Agrippa. Subditur & alia ratio: Cur incredibile iudicatur apud vos, si deus excitet mortuos? An non hæc opinio viget? Si em̄ in hoc dogmate nō educati fuissent, nūc autē intētaretur vt crimē, forsan quis iure sermonē nō recepisset. Mox dicit, quomodo persequebatur,

B habet etiā hoc artificiū. Et sacerdotū principes adducit testes, & externas ciuitates, & q̄ audierit dicētem sibi: Durū est tibi cōtra stimulū calcitrare. Deinde ostendit etiā misericordiā dei, quia etiā quum persequeretur ipsum Saulus, ei apparuit, & nō mihi soli benefecit, sed etiā aliis misit doctorē. Ostēdit autem & prophetiā quam audiuit: In hoc apparui tibi, eripiēs te ex populo & gētib⁹ ad quas te mitto. Hæc omnia ostendēs dicebat: *Et ego quidem existimabā me* Supr. 8.a *aduersus nomen Iesu Nazareni multa repugnādo facturum, quod & feci Hierusalem, & multos sanctorū ego carceribus inclusi, potestate accepta: & quum occiderentur, detuli sententiam. Et per omnes synagogas frequenter puniens eos compellebam blasphemare: & amplius insaniēs in eos, persequebar etiā vsq; in exteras ciuitates. Quarū rerum studio quum irē Damascum cum authoritate & permissu principum sacerdotum, die*

C *medio, rex, in via vidi è cœlo supra splendorē Solis, circunfulsisse me lumen, & eos qui mecū faciebāt iter. Quū autē omnes nos decidissemus in terrā, audiui vocem loquentē ad me, ac dicentem Hebraica lingua: Saule Saule, quid me persequeris? Durum est tibi cōtra stimulos calcitrare. Ego autē dixi: Quis es domine? At ille dixit: Ego sum Iesus quē tu persequeris. Sed exurge, & sta super pedes tuos. Ad hoc enim apparui tibi, vt cōstituā te ministrum ac testē & eorum quæ vidisti, & eorum in quibus apparebo tibi, eripiens te à populo & gētibus ad quas te mitto, vt aperias oculos eorum, vt cōuertātur à tenebris ad lucē, & à potestate satanæ ad deum, vt accipiāt remissionem peccatorū, & sortem inter eos qui sanctificati sunt per fidem quæ est erga me.* Cōsidera quàm māsuetè loquitur. Deus, inquit, dixit ad me, quia apparui tibi vt cōstituā te ministrum ac testē & eorū quæ vidisti, & eorū in quibus apparebo tibi eripiēs te à populo ac gētibus ad

D quas te mitto, vt aperias oculos eorū, vt cōuertantur à tenebris ad lucē, & à potestate satanæ ad deum, vt accipiant remissionem peccatorū. Quasi diceret, his credidi, hac visione me adduxit, & sic persuasit vt nihil differrē. *Vnde, rex Agrippa, nō fui inobediens cœlesti visioni, sed his qui sunt Damasci & Hierusalem, & per omnem* Supra 13. & 14. *regionem Iudææ, deinde & gentibus annunciabā vt pœnitentiam agerent, & cōuerterentur ad deum, opera facientes digna his qui pœnitentiā egissent.* Igitur ipse etiā alios erudiens vitā optimā, quomodo seditionis & contentionis, inquit, fuissem author? Hac ex causa Iudæi comprehensum me in tēplo tentauerūt interficere. *Auxiliū igitur nactus dei vsq; in hodiernum diem sto testificās tum paruo, tum magno, nihil aliud dicens, quàm ea quæ prophetæ prædixerāt futura esse, & Moses, an passurus fuerit Christus, an primus ex resurrectione mortuorum lumen annunciaturus sit populo & gētibus.* Vide vt sermo eius adulatione careat, & totum

Supr. 21.a

& totum adscribat deo. Vide & libertatē sermonis. Sed neq; nunc desisto. Vide certitudinē, à prophetis enim cōfirmor, an passurus fuerit Christus, an primus ex resurrectione lumē annūciaturus. Quia primus Christus surgens, iam nō moritur: manifestū ex hoc q̄ omnibus denunciat, & de se ipsis hoc expectent. Deinde Festus vt vidit libertatē, quoniā ad regem loquebatur, nō auertēs se ab aspectu eius, quasi passus esset quippiā, dicit, Insanis Paule. Quòd autē hoc passus sit, audi cætera: *Hæc autē illo differente, Festus magna voce dicebat, Insanis Paule: multæ te literæ ad insaniā cōuerterūt.* Quid igitur Paulus? cū māsuetudine respōdēs, inquit: *Non insanio potētissime Feste, sed veritatis ac sobrietatis verba loquor.* Postea etiā causam docet, ꝓpter quā ad regē sermonē cōuertit. *Scit enim de his rex apud quem & libere loquor, latere enim eū nihil horum arbitror. Nō est enim in angulo hoc gestum. Credis rex Agrippa prophetis? Scio quòd credis.* Hoc sic dixit, quasi detrahēs & dicēs ad illos: Scio q̄ oīa scit exactè, & oportebat quidem primos vos hæc scire. Id enim sequētia declarāt. Nō est in angulo actum hoc, sed nō voluistis. Credis rex Agrippa prophetis? Scio q̄ credis. *Agrippa autem ad Paulū dicebat: In paruo persuades me fieri Christianū. Paulus vero dixit, Optarim à deo nō solū in paruo, verūetiā in magno, non te modo, sed omnes etiā qui me audiūt hodie fieri tales qualis ego sum, exceptis hisce vinculis.* Vide quomodo precatur, dicēs: Optarim ego à deo. In paruo, hoc est, propter exiguū. Et nō simpliciter orat, sed extendit orationem. Tales, inquit, opto fieri omnes, nō solum te, qualis & ego sum. Deinde apponit, Exceptis vinculis istis. Nō molestē ferēs ꝓpter vincula, neq; erubescēs propter quod ligatus erat. Hoc em̄ erat ei quasi aliud quiddā gloria dignum, sed ad illorū suspicionē respiciens hoc dixit, propterea addidit, Exceptis vinculis his. Sed videamus iterū quæ dicta sunt: Postero igitur die, vt in auditoriū ingressi sunt, iubente Festo adductus est Paulus. Destiterāt iā Iudæi ob illius appellationem, & tunc clarū fit spectaculum. Cū multo enim apparatu rex & omnis multitudo Iudæorū affuerunt, non illi quidē, & alij non, sed omnes. Multitudo Iudæorū, inquit, omnis interpellauit me Hierosolymis & hic, acclamantiū nō debere hūc vltrà viuere. O insaniam. Clamabant, oportere illum mori dicentes. Hinc ostendit, q̄ iuste appellarit Cæsarē. Quando quidē nihil poterāt illi dicere, sed insaniebant, merito ad illū vadit. Vt examinatione à vobis facta habeam quod scribam, inquit. Vides q̄ sæpe causa examinatur, & defensionis huius authores sūt Iudæi, quā cogniturī erant etiā Romæ. Super omnibus de quibus accusor rex Agrippa, inquit, cēseo me beatū, qui corā te rationē redditur⁹ sum. Vide quomodo inuoluntarij & suæ maliciæ, & virtutū præcones fiunt etiā apud regē, ita vt magnificētius adducatur Paulus, q̄ si absq; vinculis venisset. Nō vltra enim vt seductor ac præstigiator, postquā à tātis iudicibus dimissus fuit, adducebatur. Igitur omnibus relictis apud quos educat⁹ & nat⁹ fuit, nō simpliciter, sed ab omni suspicione purus Romā vadit. Et nō dixit, Quidnā, semel appellaui Cæsarē, sæpissime examinatus sum, quandiu examinabor? Sed quid? Iterū paratus est reddere rationem, etiā apud eum cui res Iudaicæ maxime notæ erāt. Proinde & cū magna libertate loquitur, vtpote iam in ipsum nullū habētibus dominiū, qui in iudiciū traxerant: & quanuis nō essent vltra domini, sed prꝫualebat appellationis vis,

Rom.6.a

A de omnibus tamen copiosē rationē reddit, & nō de illis dicit, & alia omittit. Et ferè hæc in ꝛesponsione sua dicit. Accusant vt seditiosum, accusant vt hęreticum, & q̄ templum profanaui, de omnibus rationē reddo. Itaque vitam quidem meam ab adulescentia, sciunt oēs quidē Iudæi. Vnde ipsi accusatores testes sunt, abhorrere mores meos à seditionibus. Quod etiam ante hoc dicit: Sectator existens paternarū traditionū, id & hic insinuat, dicens: Vitā meā ab adulescentia. Et quando omnis populus aderat, inuocabat illorum testimoniū: non autem facit hoc solum, sed etiā apud Festū. Et iterum hoc loco quando plurimi aderant. Illuc autē non multa defensione opus erat defendentibus ipsum Lysiæ literis. Sciūt oēs Iudæi, qui antea me cognouerūt. Et nō dicit qualis sua vita, sed relinquit illorū conscientiæ & arbitrio. Rem

B autem totam in sectā reiicit, ostendens hinc, q̄ eam nō delegisset, si malus esset ac improbus. Propter resurrectionē igitur istā sto iudicio subiectus. Ista & apud illos in precibus petitur, propter hāc orāt, ꝓpter hanc deū colūt, vt hāc assequātur, hāc ego annūcio, & de spe hac accusor. Nónne insanientium est, oīa quidē facere, vt hanc assequaris, eum autem qui in illā credit fugare? Itaq; ego censebam contra nomē domini Iesu Nazareni oportere multa facere, hoc est, censeo q̄ cum hæc facerem, non eram discipulus Christi, sed hostis poti⁹. Vnde & fide dign⁹ fit testis, q̄ plurima faciens & expugnans credētes, & suadēs blasphemias, & omnia mouēs, ciuitates & principes, & per seipsum hæc faciēs, repēte mutatus est. Deinde iterū testes qui simul aderant ponit. Mox ostendit se iuste ac merito credidisse, & à luce, & à ꝓphe-

C tis, & ab euentu, & ab his quæ nunc facta. Subdidit enim: In meridie vidi circunfulgentē me, & eos qui mecum erant, lucē. Vide saltem quomodo & à prophetis, & ab his fidē illis facit, ne videatur noua afferre, quanuis magna posset dicere, iterū ad prophetas confugit, & ea in medio ponit. Igitur hoc quidē credibilius, vtpote nuper factū: sed quoniā solus vidit, denuo prophetarū authoritate cōfirmat. Et vide q̄ ipse nō similiter in iudicio & ecclesia agit: nam illic quidem dicit, q̄ occidistis: hic autē nihil tale, ne scilicet magis furorē illorū succendat: at isthuc ipsum ostendēs vt dixit, an passurus Christus, à crimine illos liberat. Igitur id quod ego annuncio, nū resurrexerit à mortuis, à prophetis ostendo. Etenim & prophetæ hoc annunciant. Igitur sermonē qui idem est cum prophetarū dictis suscipite. Quoniam autē vi-

D sionē dixerat, nūc etiā audacius opera dicit. Et qualia hæc? Vt aperias, inquit, oculos, & cōuertas à tenebris ad lucē, & à potestate satanæ ad deū. Ad hoc em̄ apparui tibi, inquit, nō vt puniā, sed vt apostolum te faciam. Vide, ostēdit mala quibus increduli cōstringuntur, satanā & tenebras: sicut & bona credētium, lucem deū, ac sortem sanctorum. Et non simpliciter hortatur ad pœnitentiā, sed vult vt etiam admirabilis vita agatur. Vide etiam vbiq; gentes commemoratas in sermone, nā qui aderant, ex gentibus erant. Testificans, inquit, tū paruo, tū magno: hoc est, nobili ac ignobili. Hoc etiā propter milites dixit. Postea relicto defensionis negocio, ad docēdū ingreditur. Vnde etiā Fest⁹ illi dicit: Insanis. Mox ne videatur ipse doctor esse, adducit ꝓphetas ac Mosem, An passurus, inquit, Christ⁹, an primus ex resurrectione mortuorū lucē annūciaturus sit populo ac gētibus.

Universidad de Deusto Biblioteca

Festus magna voce inquit:Adeo furore &ira vox il-
la erat plena. Quid igitur Paulus?Non est,inquit,in
angulo hoc gestũ. Hic dicit de cruce & resurrectio-
ne, & ꝙ dogma hoc in totũ orbẽ emanarit. Credis,
inquit,rex Agrippa?Nõ dixit,resurrectioni:sed,pro-
phetis.Deinde præoccupat illũ,ac dicit:Scio ꝙ cre-
dis.Ad quẽ etiã Agrippa:In paruo me persuades fie-
ri Christianũ.Nõ intellexit Paulus quid sit,in paruo:
& putauit ꝙ, ex paruo:vnde & ad hoc respondet, tã
idiota erat.Et non dixit,vellẽ:sed optarim: & precor
non solũ te,sed etiã omnes audiẽtes. Vide sermonẽ
ab adulatione liberum. *Precor*,inquit,*hodie omnes fieri tales qualis ego sum,exceptis vinculis istis.* Vide qui gloria-
tur vinculis, qui profert illa sicut catenã aureã, is ea
nunc deprecatur. Et ne mireris: infirmiores adhuc
erant,& attẽperabat illis sermonẽ: alioqui ꝙ vincu-
la magnificit,audi quoniã semper in epistolis omni-
Ephe. 2.a bus præponit aliis,dicẽs:Paulus vinctus Iesu Christi.
2.Tim. 2. Et iterũ:Huius gratia circũposita est catena, sed ser-
b mo domini alligatus nõ est. Et vsq; ad vincula quasi
Ibid.a malefactor. Vide non solum vincula, sed etiam ꝙ vt
malefactor habitus proposuit amplificans vinculo-
rum gloriã.Duplex autem pœna,& ꝙ ligatus erat,&
ꝙ vt impostor.Nam siquidem vinctus esset, vtpote
bene agens,consolationem quandã habuisset: nunc
autem vt malefactor,& in malis deprehensus, atta-
mẽ nihil hæc curabat. Talis est anima cœlesti amo-
re sublimis:nam cum ij qui fœdis amoribus capiun-
tur,nihil putãt vel gloriosum,vel preciosum,q̃ quod
ipsorum concupiscentiis seruit: id enim solũ glorio-
sum ac honestũ putant,& amasia fit eis omnia: mul-
to magis qui tali amore flagrãt,nihili faciũt precio-
sa.Si autem non consideramus quæ dicuntur, haud
mirum est.Imperiti enim sumus huius philosophiæ.
Qui enim igne Christi captus fuerit, talis fit, qualis
esset homo solus super terrã habitãs,adeo nihil curæ
ei est gloria & ignominia: sed quemadmodũ si solus
habitaret nihil curaret, ita & talis quoq; non cura-
ret.Tentationes autem sic contemnit ac flagella &
carceres,quasi in alieno corpore pateretur,vel quẽ-
admodum si adamantinũ posideret corpus. Ea au-
tem quę suauia sunt in hac vita,ita ridet & nõ sentit,
sicut nos vel ipsi mortui corpora mortua. Tantũ au-
tem abest,ne ab affectione quadã capiantur:quantũ
aurũ,quod igne probatur,à macula abscedit.Et sicut
muscæ in mediũ flammę incidunt,sed fugiunt:ita &
affectiones illis accedere nõ audent.Et vellem horũ
exempla vobis proponere possem, quoniã autẽ in-
opes sumus,necesse est ad illum ipsum cõfugiamus.
Vide igitur vt ille erga totũ mundum affectus fuerit:
Gal.6.d Mihi mũdus,inquit,crucifixus est,&ego mũdo:hoc
est,mortuus sum mũdo,& ille mihi mortuus. Et ite-
Ibid.2.d rum:Viuo autẽ non iam ego, viuit autẽ in me Chri-
stus.Hoc solius Pauli fuerit dicere,nos autẽ intantũ
absumus,quantũ cœlum à terra.Vnde nostrum erat,
vt præ verecũdia nos abscondamus, & neq; os ape-
rire audeamus.Quòd autẽ præsentia quasi in solitu-
2.Cor.4. dine esset,spectabat,audi illum dicẽtem: Non cõsi-
d derãtibus nobis quæ vidẽtur,sed quę non videntur.
Quid dicis?nõne pugnãt verba ista?Inuisibilia enim
nõ videmus,visibilia autẽ videmus.Quales habebas
oculos,tales sunt qui à Christo dati.Sicut eñ hi visi-
bilia quidem vidẽt,inuisibilia autẽ non vidẽt, ita illi
contrà.Nullus inuisibilia videns, visibilia videt:nul-
lus visibilia videns,inuisibilia videt.Nõnne etiã no-

A biscũ hoc fit? Quando enim collecta mente cogita-
mus aliquid inuisibile, sublimes nobis fiũt efficaces
illi oculi. Contẽnamus gloriã,rideri velimus magis
q̃ laudari:nam qui ridetur quidẽ, nihil incõmoda-
tur:qui autẽ laudatur, multum. Ne magnifaciamus
ea quæ homines terrent,sed queadmodũ de his qui
pueros terrent sentimus, eos enim non admiramur:
nam quisquis terret,pueros terret.Virũ enim terrere
nullus potest. Et quemadmodũ terrentes supercilia
surrigunt,vel aliter vultum distorquent,vt toruè vi-
deant: at sanũ & mansuetum oculum habẽtes face-
re hoc nõ possent: ita & hi perspicacẽ mentis vultũ
torquent.Atq; ita mãsuetum & bonæ animæ homi-
nẽ nullus terruerit,sed reuereamur oẽs,veneremur.
Nõ videtis quomodo terribilis etiam omnibus no-
bis inuisus est,& abominabilis?Quid enim est qđ so-
B lũ terret,& ipsum nõ horremus? nõne bestias? nón-
ne voces?nõne aspectus?nónne loca? nõne aëra?vt-
pote tenebras?Ne igitur magnũ putem⁹,si homines
terreant vos:nam primũ quidem nullus homo facit.
Secundũ non magnum est,si nos respuant.Sed ma-
gnũ est bonũ,& magna est virtus.Et vide quomodo
magna.Ipsam admiramur & magnificamus, tametsi
res quibus constat vt miseras habemus. Quis enim
nõ beatũ dicit philosophũ,tametsi paupertas & quæ
id genus misera esse videntur? Quando igitur claret
per ea quæ esse videntur misera,vide q̃ excellens est
ipsa.Magnifacis homo potentiã? Et qualis potentia
dic oro,ordinata est?Ab hominibus factus es potẽs,
intus ordina teipsum.Princeps est,nõ qui vocat⁹ est,
sed qui vere est.Sicut enim rex neq; medicum,neq;
rhetorem faciet:ita neq; principem, nõ enim literæ
C vel nomẽ principẽ faciũt.Insuper si vis,extruat quis
officinã medicorũ,habeat etiam discipulos, habeat
& instrumẽta & pharmaca,& ingrediatur ad ægro-
tos:nunquid sufficiẽt hæc, vt præstent nobis medi-
cum?Minime,sed opus est arte, & sine illa non solũ
hæc nihil prosunt,sed etiã damnosa. Ei enim qui nõ
est medicus,melius fuerit neq; pharmaca habere:nã
qui non habet,neq; seruat,neq; perdit: qui autẽ ha-
bet,pessundat, nesciens illis vti. Quoniã non in na-
tura pharmacorũ est salus solum, sed etiã in arte ad-
hibentis.Hoc enim nisi sit,omnia corrũpuntur. Ta-
lis etiã princeps est,habet instrumẽta, vocem, iram,
lictores,ꝓscriptiones,mulctas,dona,laudes,habet&
pharmaca,leges:habet officinã,tribunal:habet disci-
pulos,milites:at sine medica arte illa ei nõ proderũt.
Iudex medicus est animarũ,non corporum. Si autẽ
D ille tantam habet corporũ curam,multo magis cura
habenda animæ, quoniã & anima maior est corpo-
re.Igitur nomẽ habere principis,non est esse princi-
pẽ.Vocãtur & alij magnis nominibus,vt Paulus,Pe-
trus,Iacóbus,Ioãnes,sed nõ propter nomina sunt id
quod vocãtur:quemadmodum & ego licet eodem
quo ille vocer nomine,non tamen vna & eadẽ cum
illo res vocabulo vocor, nõ sum Ioannes, sed vocor
Ioannes:ita & illi non sunt principes, sed vocantur.
Sunt illi principes etiã sine his,sicut & medicus licet
arte nõ vtatur,habeat autem illam in anima, & me-
dicus est.Sunt principes,suiipsorũ principes.Tria e-
nim hęc sunt animæ,dom⁹,ciuitas,orbis: & via qua-
dam res procedunt.Oportet igitur præficiendũ do-
mui,& ædificaturũ illam, prius animam suam com-
ponere,domus enim ipsius est. Si autẽ suam non po
terit,vbi vna anima,vbi vn⁹ dominus,vbi semper se-
cum

cum habitat,quomodo alios ædificabit? Qui animã
suam cõponere potest,partim faciẽdo vt regat, par-
tim vt regatur,hic etiam domũ poterit. Qui autẽ do
mum,idem & ciuitatẽ.Et qui ciuitatẽ,etiam orbem.
Si autẽ animam nõ poterit, quomodo orbem pote-
rit?Hæc à me dicta sunt,ne sic stupescat principatus,
vt videamus,quídnã sit principatus. Ferè enim non
est principatus, sed derisio, & seruitus, & multa alia
quis dixerit?Dic oro,Quid est ꝓpriũ principis? Nõ-
ne ꝓdesse & bene facere subditis?Quid igitur si hoc
nõ fuerit?Quomodo aliis ꝓderit, qui sibi ipsi nõ ꝓ-
dest?Qui multos perturbationum impetus in anima
habet,quomodo aliorũ affectiones curabit?Ita & vo
luptas,non est ipsa voluptas,sed alia.Quẽadmodum
princeps demõstratus est,nõ hic,sed alius: ita & qui
in deliciis,nõ hic,sed alius.Nã videtur mihi quidem
esse voluptas,voluptate frui,& gulæ ac ventri indul-
gere.Esto eñ comedat, bibat, lasciuiat, deinde curã
habeat,ac mœreat:nũ poterit hic esse in deliciis?Nõ
igitur edere ac bibere voluptas est, sed in voluptate
esse.Esto quis aridũ mãducet panẽ, & impleatur cũ
læticia.Igitur hoc fuerit voluptas?Videam⁹ igitur ad
quem illa veniat,Ad diuites,vel nõ diuites?Neq; ad
hos simpliciter,neq; ad illos, sed ad eos qui ita suam
præparãt animã, ne multos habeãt tristiciarũ fomi-
tes.Et qualis est hæc vita?forsã dicet quis,Video eñ
vos oẽs audiẽdi auidos, quæ sit vita hæc, quæ nullũ
mœrorẽ habet.Igitur cõfessum sit à vobis primũ, ꝙ
hęc voluptas sit:hæ delicię sint,quãdo mœror nõ in-
terturbat,& nõ petat à me carnẽ ac sanguinẽ, & con
dimẽta,& vestes sericas, & mensæ abundantiã.At si
ostendero absq; his pręsentẽ vitã illã,hanc volupta-
tẽ dilige,hanc vitã. Multa enim quia non reputãtur
necessaria,afferũt nobis tristiciam.Vter igitur magis
cõtristabitur,qui nihil horum curat,vel qui curat?Et
qui metuit vicissitudines ac mutationes,vel qui non
metuit:qui inuidiã,qui odiũ,qui calumnias,qui insi-
dias,qui iacturã timet, vel qui illorũ expers est: qui
pluribus indiget,vel nullo:qui innumeris seruit, vel
qui liber:qui innumeris op⁹ habet,vel qui nullis:qui
vnum dominũ timet,vel qui plurimos? Igitur maior
hic voluptas est.Itaq; hãc sectemur,& ne simus erga
terrena ita affecti:sed rideamus omnẽ huius vitę ap-
paratum,& frugaliter viuamus,vt possimus iucundã
vitã hanc transigere,& promissa bona assequi,gratia
& misericordia domini nostri Iesu Christi,cui cũ pa
tre simul ac sancto spiritu sit gloria, imperiũ, honor,
nunc & semper,& in secula seculorum,Amen.

Surrexit autẽ & præses ac Bernice,& qui assidebant eis, Et cum secessissent,loquebantur inter sese,dicẽtes: Nihil morte aut vinculis dignum fecit homo iste. Agrippa autem dixit, Dimitti poterat homo ille, si non appellasset Cæsarem.

Homilia liij.

VIde quomodo iterũ pro illo suffragia ferũt.
Etiam postquã dixit, Insanis: absoluunt il-
lũ,dicentes,nec morte, nec vinculis dignũ:
& omnino dimisissẽt,nisi Cęsarẽ appellasset:sed hoc
singulari dispensatione contigit,nõ hoc autẽ solum,
sed etiam ꝙ cũ vinculis vadit. Propter hoc dicebat,
vsq; ad vincula,quasi malefactor. Nã si Christus cũ
impiis reputatus est,multo magis ille: sed quemad-
modũ ille gloriam non curauit,ita nec hic. Admira-
bile enim est,ꝙ mixtus inter illos, nihil damni ab eis
Cap.xxvij. accipit. *Postquam autem decretum est, vt nos nauigaremus in Italiam,tradiderunt & Paulũ & quosdã alios Centurioni,*

A *nomine Iulio,cohortis Augustæ.Cõscensa autẽ naue Adramyttina nauigaturi,iuxta loca Asiæ soluimus,perseuerãte nobiscũ Aristarcho Macedone Thessalonicẽsi.Sequẽti autẽ die appulimus Sidonẽ.* Vide quousq; comitatur & Aristarch⁹.Be
ne etiã vtiliter adest ille, qui in Macedonia oĩa quæ
acta erãt annũciatur⁹.*Humaniterq; Iulius Paulo tractato,permisit vt profect⁹ ad amicos ab illis curaretur. Et inde cũ soluissemus subnauigauimus iuxta Cyprũ,eo quòd venti essent cõtrarij.* Permisit, inquit, Iulius Paulo humaniter tra-
ctato.Bene faciebat hoc permittẽdo: vt ꝓfectus ad
notos,curaretur.Verisimile enim erat, illũ valde af-
flictũ à vinculis,à metu,& circũductione.Vide quo-
modo neq; hoc occultat,ꝙ voluit curã habere.Iterũ
tentationes,iterũ venti cõtratij: vide per omnia vitã
sanctorũ sic contexi. Effugerant tribunal, & faciunt
naufragiũ,ac ferunt tempestatẽ: quod & manifestat
subdẽs, *Tunc pelagus quod est inter Ciliciã & Pamphiliam*
B *emensi peruenimus Myram,quæ est Lycię. Et ibi Cẽturio nactus nauem Alexandrinam nauigantem in Italiam, transtulit nos in illam.* Nactus,inquit,nauem Alexandrinam.
Merito inuenitur,ita vt & illi annũciẽt in Asia quid
Paulo acciderit,& hi in Lycia. Vide deũ nihil inno-
uare,neq; mutare,sed permittere illũ nauigare vẽtis
importunis.Sed etiã sic miraculum operatur:nam vt
secure nauigent,nõ permisit illis in mari,sed semper
iuxta terrã nauigabant.*Et cum multis diebus tarde nauigaremus: & vix deuenissemus contra Gnidum,prohibẽte nos vẽto, adnauigauimus Cretæ iuxta Salmonem. Et vix præterlegentes illã,peruenimus in locum quendam,qui vocatur Calimenes,iuxta quem prope ciuitas Lasæa. Multo autem tẽpore peracto,& cũ esset iam nauigatio periculosa,eo quòd ieiunio iã defectis erant viribus,admonebat eos Paulus, dicens eis: Viri,*
C *video quòd cũ iniuria multóq; damno, non solũ oneris & nauis,sed etiã animarum periculosa futura sit nauigatio. Centurio autẽ gubernatori& nauclero magis credebat,quàm his quæ dicebantur à Paulo.* Ieiuniũ hic opinor dici,quod Iudæi
seruãt.Nã post Pentecostẽ,exierãt illinc post multũ
tempus, ita vt in ipsa ferè hyeme venerint in partes
Cretę.Et hoc quoq; nõ paruũ miraculũ, ꝙ illi ꝓpter
hunc seruati fuerũt. Viri, video ꝙ cum iniuria mul-
tóq; dãno non solũ oneris & nauis, sed etiã animarũ
nostrarũ,periculosa futura sit nauigatio.Itaq; Paulus
iubebat manere,& futura pręicebat.Illi autẽ cũ fe-
stinarent,& ob locũ quoq; prohiberẽtur,volebãt in
Phœnice hybernare. *Et cum aptus portus nõ esset ad hybernandũ,complures ceperunt consilium soluendi illinc,si quomodo possent,peruecti Phœnicen illic hybernare. Is est portus Cretæ,spectans ad Africũ & ad Chorũ. Aspirante autẽ Au-*
D *stro,rati se propositi compotes,quum soluissent Asson, præterlegebant Cretam. Verũ haud multo post coortus est contra ipsam ventus Typhonicus,qui vocatur Euroaquilo:quũmq; correpta esset nauis,nec posset obniti vento,data naui flatibus, ferebamur:in insulã autem quandã deuecti, quæ vocatur Clauda,vix potuimus obtinere scaphã. Qua sublata adiutoriis vtebantur, subcingentes nauim,timentes ne in Syrtim inciderent, demisso velo sic ferebantur.Cum autem vehementi tempestate iactaremur, sequenti die iactũ fecerũt, ac tertio die nostris manibus armamẽta nauis proiecimus: porrò neq; Sole,neq; syderibus apparentibus ad complures dies & tempestate nõ exigua imminente,iam ablata erat omnis spes salutis nostræ. Tũc stãs Paulus in medio illorũ,dixit.* Vide post tantã tempestatẽ
nec importunus,nec insolens illis loquitur: sed vo-
lens,vt vel in posterum credant: vnde & quæ facta
erant, in testimoniũ assumit veritatis dicendorum.
Et duo prædicit,Et ꝙ in insulam exeundum illis, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

ꝙ nauis peritura: qui autẽ in illa saluandi sint, id qđ nõ erat cõiecturæ sed prophetiæ, & ꝙ Cæsari assistẽdus esset. Quod autẽ dixit, Donauit tibi deus oẽs: nõ erat arrogãtiæ, sed volẽtis adduci ad fidẽ nauigationis socios, nõ vt ipsi gratiã habeãt, sed vt credant his quæ ab ipso dicebãtur, sic dixit. Quod autẽ dictum Paulo, donauit tibi eos: tantundẽ est, digni quidem erant qui perirent, quoniã inobedientes fuerũt, veruntamẽ in tui gratiã hoc fit. Cũ autẽ esset multa inedia, Paulus stãs in medio eorũ, dixit: *Oportebãt quidẽ, ò viri audito me, nõ soluere à Creta, nec accersere nobis iniuriã hanc & iacturã. Et nũc hortor, vt bono animo sitis. Iactura enim animæ nulla erit ex nobis, sed tantũ nauis. Astitit enim mihi hac nocte angelus dei, cuius sum ego, quẽ & colo, dicens, Ne timeas Paule, Cæsari te oportet sisti. Et ecce donauit tibi deꝰ oẽs qui nauigãt tecũ. Propter quod bono animo estote viri. Credo enim deo, quòd sic erit quẽadmodũ dictũ est mihi. In insulã autẽ quandã oportet nos eiici. Sed postquã quartadecima nox superuenit, nauigãtibus nobis in Adria circa mediũ noctis, suspicabãtur nautæ apparere sibi aliquã regionẽ, qui & demissa bolide repererũt passus viginti, ac pusillũ inde digressi rursumq; demissa bolide repererũt passꝰ quindecim, timẽtesq; ne in asperæ loca inciderẽt, de puppi iactis anchoris quatuor optabãt diẽ oriri. Nautis vero quærẽtibus fugere è naui, cũ dimississent scaphã in mare, sub prætextu velut è prora anchoras extensuri: dixit Paulus Centurioni, ac militibus, Nisi hi in naui manserint, vos salui fieri nõ potestis. Tunc absciderũt milites funes scaphæ, & passi sunt eã excidere.* Hic ostẽdit ꝙ nautæ fugã inituri erãt nõ credentes dicto. Ideo & dixit, Si hi fugerint, vos seruari nõ potestis. Nõ propter hoc dixit, sed vt derineat illos, & ꝓphetia nõ excidant. Vide quasi in ecclesia erudiri illos philosophiã Pauli, quos & è mediis seruat periculis: & mira disp̃satione nõ creditur Paulo, vt postquã rẽ experiãtur, credant, qđ & factũ est. Et iterũ hortatur vt sumãt cibũ, & obtẽperant, & ipse primus accipit, nõ sermone solũ, sed etiã opere, suadẽs ꝙ nihil nocitura sit tẽpestas, sed magis etiam illorũ animas lucrifactura sit. *Et quũ dies inciperet oriri, hortabatur Paulus oẽs sumere cibũ, dicens: Dies hic decimusquartus est quòd expectãtes ieiuni permanetis nihil accipientes, propter quod hortor vos vt sumatis cibũ: hoc enim ad salutẽ vestrã pertinet, quia nullius vestrũ capillus de capite cadet. Et cũ hæc dixisset, sumpto pane gratias egit deo in conspectu oĩm, & cũ fregisset cœpit edere. Porrò animis iã recreatis omniũ, sumpserũt & ipsi cibũ. Eramus vero vniuersæ animæ in naui ducentæ septuagintasex, & satiati cibo alleuiabãt nauẽ eiicientes triticũ in mare. Dũ autẽ dies esset, terrã nõ agnoscebãt: sinũ vero quendã animaduerterũt habentẽ littus, in quod cogitabãt si possent impingere nauẽ. Et cũ anchoras sustulissent, cõmittebant se mari simul laxatis iũcturis gubernaculorũ, & sublato artemone ad auræ flatũ tendebãt ad littus. Et cũ incidissent in locum bimarẽ, impegerũt nauẽ: ac prora quidẽ infixa manebat immobilis, puppis vero soluebatur à vi vndarũ.* Iterũ tẽtat diabolus obsistere prophetiæ, & volebãt quosdã interficere, sed nõ permisit Cẽturio, vt Paulũ seruet, adeo illũ iam familiariter diligebat. Militũ autẽ consiliũ erat, vt vinctos occiderẽt, ne quis cũ enatasset, effugeret. At Cẽturio volens seruare Paulũ, compescuit eos à cõsilio, iussitq; vt qui possent natare abiicerẽt se primos, & in terrã euaderẽt, cæteriq; partim in tabulis, partim in quibusdã nauis fragmentis. Et sic factũ est vt omnes incolumes euaderẽt in terram. *Et cum euasissent, tunc cognouerunt quòd Melite insula vocetur.* Vides quantũ bonũ factũ est ex tẽpestate? Non igitur erat ex derelictione. Et quomodo, inquit ferebant cũ nihil ederẽt, nullúmq; cibũ sumerent? Timor tenebat illos, & appetitũ cibi negabat extreme periclitaturis. Igitur quod factũ est, à tempore erat: maximũ autẽ miraculũ, ꝙ in tali tempore à periculis mediis seruati sunt, & ipse & propter ipsum cæteri. Et sublato artemone ad venti flatũ cõtendebãt ad littus. Hoc dixit ostendere volens violentiã quã sustinebant in tẽpestate. Sæpe enim nõ sic faciũt. Ideo & deduxerũt carbasa, hoc est, velũ, id quod fit vbi vehemẽter flat ventus, vt impediatur vẽti violẽtia. Hæc autẽ patiebantur in Adria, vbi seruari difficile. Eramus autẽ in naui animæ oẽs ducẽtę septuagintasex. Et vnde manifestum ꝙ tot erant qui simul nauigabãt? Verisimile erat illos rogasse causam propter quã nauigant, & didicisse oĩa: qui & nihil edebant, quia nulla erat eis cura cibi, eo ꝙ non erat vulgare periculum. Et vide quomodo Paulo nõ simpliciter accidit dilatio nauigationis, & intẽpestiua nauigatio, sed facit illud doctrinæ tẽpus. Non parũ autem fuerit, siquidẽ hi omnes crediderunt. Sed videamus iterũ quę dicta sunt:

Multo iam tẽpore transacto eum esset iam periculosa nauigatio, admonebat Paulꝰ, dicẽs illis, Viri, video ꝙ cũ iniuria & dãno futura est nauigatio. Vide q̃ alienus est à fastu. Ne videatur prophetizare, sed quasi à cõiectura dicere: Video, ĩquit. Nõ cm̃ suscepissent, statim si hoc dixisset. Prius igitur ꝓphetizat, & dicit, deus cui seruio, inducẽs illos: quomodo igitur nõ fuisset cum iactura animarũ? Fuisset vtiq;, nisi deus seruasset: certe quantũ ad rei naturam pertinet, periissent, sed deus prohibuit. Centurio autẽ, inquit, gubernatori magis credebat, q̃ his quæ dicebãtur à Paulo: vt ostendatur ꝙ non à coniectura hæc dicebat, gubernator cõtraria dicit, idq; experiẽtia clarus. Ita nõ erant à cõiectura quæ dicebantur. Cũ autem portus, inquit, nõ esset idoneus ad hybernãdũ. Vides & locus docet non esse à cõiectura. Imò multi illi à cõiectura loquebãtur, qui & inde suadebãt soluendũ. Sed nulla illis inde vtilitas: inciderũt enim in tẽpestatem, & iacturã eorũ quæ vehebãt, faciunt. Ideo & hoc manifestãs subdidit: Cũ autẽ vehemẽti tempestate iactaremur, nostris manibus armamẽta nauis proiecimus. Ne posthac possint esse increduli, hæc fieri permittũtur. Et oritur magna tẽpestas, & ingẽtes tenebræ fiunt: postea ne pereãt, etiã triticum eiicitur, & oĩa. Hoc enim est, armamẽta nauis proiecimus. Cũ autẽ esset multa inedia, dixit Paulus, Oportebat morẽ gerẽtes mihi, lucrifecisse id iacturæ. Vide quomodo non parua ad audiendũ conferebant, tempestas, inquã, & tenebræ. Et vide quomodo credit Cẽturio, vt & scaphã relinquat & perdat. Quòd autem nautæ nondũ crediderunt, & postea credunt ne mireris. Etenim genus illorũ impudẽs quodãmodo est, & ad credendũ durius. Tu autẽ etiam sapientiam Pauli hinc cõsidera. Non enim increpat & exasperatur, sed mãsuete sic: Oportebat, inquit. Sciebat enim ꝙ calamitosis nõ est acceptus obiurgator, sed vbi etiã plures calamitates prẽterierint, fit acceptior. Igitur tũc aggreditur quãdo omnis spes salutis sublata, tũc & vtilia prędicit. Vt autẽ decimaquarta nox facta est, inquit, timẽtes optabãt diẽ fieri. Ne quis dicat ꝙ nihil fuerit, hoc addidit, ostendens omnia facta: ꝙ autẽ facta sint, timor testabatur. Optabant, inquit, diẽ fieri timẽtes. Et locus difficilis erat. Etenim per Adriã hæc cõtingunt, & erat magna inedia. Hic decimusquartus dies est, ꝙ expectãtes ieiuni permanetis.

Caput XXVIII.

netis. Ita oĩa docent eos in medio fuisse mortis. Ideo subdit, Obsecro vos vt sumatis cibũ, hoc enim ad salutẽ vestrã fuerit. hoc est, ne forsan fame pereatis, cibum sumite. Vt autẽ panem accepit, gratias egit deo. Vide ꝙ ille gratias agit, propter ea quę facta sunt: nõ solum illos confirmauit, sed etiam alacres facit. Eramus autẽ, inquit, omnes animæ in naui ducentæ septuagintasex. De his dicebat, iactura animę ne vnius quidẽ erit ex nobis. Hoc ex satis persuasa anima proficiscebatur, dicere ꝙ ne vna quidem anima peritura esset. Satiati autem cibo, alleuiabant nauim eiiciẽtes triticũ. Vides, cum hoc quòd accipiunt cibum, credunt solũ, & sic iam totum in Paulum reiiciebãt. Ita vt etiam triticũ eiicerẽt. Vide illos & humana facere, & non prohibere Paulũ. Quando autem, inquit, dies factus est, laxarũt iũcturas: destruitur nauis in die, ne metu pereãt, vt videas re ipsa prophetiã. Militum autem consiliũ erat, vt occiderent vinctos. Vides etiã per hoc Paulo grati facti sunt. Nam propter illũ non permisit eos occidi Cẽturio, ita mihi vidẽtur ex cõfesso mali fuisse, ita vt occidere illos vellẽt: sed non est factũ, consilio impedito. Alij autem in tabulis efferebãtur, & oẽs ita seruati sunt, & prophetia sic impleta est. Non enim ante multos annos prædixerat, sed naturam euentuum sequens: omnia enim erant supra spem, & per suã salutem didicerunt quis esset Paulus. Si autẽ diceret quis, quare nõ & nauim seruauit? vt discant quale periculũ euaserint, quia nõ totum fiebat humano adiutorio, sed manu dei, quæ absque naue seruauit. Atq; ita iusti licet in tẽpestate sint, licet in mari, licet in pelago nihil graue patiuntur, quin & alios secũ seruãt. Si nauigãtes, periclitãtes, & naufragiũ sustinẽtes, si & vincti per Paulũ seruati sint, cogita quid est esse virũ sanctum in domo: multæ enim tẽpestates etiã nobis incũbunt his multo grauiores, sed potest deus etiã nos donare, modò credamus sanctis sicut illi, si fecerimus quę præcipiunt. Nõ enim simpliciter seruantur, sed etiã ipsi fidẽ attulerunt: licet vinctus esset sanctus, maiora solutis operatur. Et cõsidera hoc hic factũ. Solutus Cẽturio vincto illo habebat opꝰ. Gubernator peritus, nõ gubernãte egebat. Non enim talẽ gubernabat scaphã, sed orbis ecclesiã, qui didicerat ab illo maris domino nõ humana arte, sed spirituali scientia in naui illa multa naufragia, multas procellas, spiritus maliciæ, intus pugnas, foris timores: atq; ita hic reuera gubernator erat. Vide oro omnem vitam nostram sic constitutam, nũc enim misericordia fruimur, nunc autẽ tẽpestas incidit, nunc ob propriã stulticiam & ignauiam in multa incidimus grauia, immo hoc fit, ꝙ nõ audimus Paulum festinantes aliquò ire, quò ille nõ iubet. Quippe etiamnũ nauigationis nostræ socius est, licet non ligatus vt tunc. Adhortatur etiamnũ & dicit his qui in mari hoc, Attẽdite vobis ipsis, ingredientur post meam abitionẽ lupi rapaces ad vos. Et iterum, In nouissimis tẽporibus instabunt tempora periculosa, & erunt homines seipsos amantes, auari, arrogantes. Hic enim omniũ importunissimus spiritus est. Maneamus igitur vbi iubet, in fide scilicet, in securo portu. Ipsum magis audiamus, q̃ gubernatorẽ qui est in nobis, rationẽ inquã. Ne ea quę hęc sugerit, faciamus: ne ea quæ nauclerus, sed quę Paulus iubet, qui plurimas tutus transiit tẽpestates: ne experientia discamus, sed ante experientiã discamus vitare cõtumeliam & damnum. Audi quid dicat, Qui

2. Tim. 3.

volunt ditari, incidunt in tentationẽ. Credamus ei. Vide enim quid his qui non crediderũt, acciderit. Et iterũ alia ex causa, vnde sint naufragia dicit, Qui sanè, inquit, naufragium fecerũt circa fidem, tu autem mane in his quæ didicisti. Credamus Paulo etiã si in media tẽpestate simus, omninò à periculis liberabimur, etiam si quatuordecim noctiũ inedia vexati simus, etiãsi spes salutis exciderit, etiãsi in tenebris simus ac caligine, credẽtes ei à periculo liberabimur. Nauim esse putemus vniuersum orbẽ, & in hoc malefactores & multis flagitiis turpes, & alios quidem principes, alios vero vinctos, alios autẽ iustos qualis Paulus, alios demũ vinctos & peccatis astrictos. Itaq; si quidẽ Paulo crediderimus, non vincti peribimus, sed etiã soluemur. Donat etiã nos illi deus. An negas peccata & affectiones grauia esse vincula? non solæ manus vinctæ sunt, sed totus homo. Dic oro, Nõne si quis multas possidẽs pecunias, eas nõ erogat neq; insumit, sed retinet, parsimonia grauius q̃ indisruptis vinculis ligatur? Itẽ quãdo quis fato se subiicit, nõnne hic iterũ aliis ligatus est vinculis? item si superstitiosis traditionibus & symbolis, nõne quouis vinculo illa molestiora? Adde si cõcupiscentiæ irrationabili & fœdo amori, quis nobis hæc vincula rũpet? Profecto deo opus est vt soluantur: & sufficit quidẽ vno periclitati malo: quãdo autem vincula & tempestas iungũtur, cogita quantũ erit tunc periculum? Quid enim nõ sufficit ad perdendũ, nónne fames? nónne tẽpestas? malicia simul nauigantiũ? temporis importunitas? at cõtra hęc omnia stat Pauli charitas. Sic sanè etiã nunc. Retineamus aquad nos sanctos, nec erit tempestas, immo etiã si fuerit tẽpestas, erit serenitas ac tranquillitas, & à periculis liberatio. Quoniam vidua illa sanctũ hospitio habebat, etiam filij eius mors soluta est, & rediuiũ accepit puerũ. Vbi pedes sanctorum ingrediuntur, nihil erit quod contristat, etiã si quid fiat, id ad probationem maioremq; dei gloriã pertinet. Assuescę, vt pauimenta domus à talibus calcentur pedibus, & nõ calcabit dæmõ illic, & valde merito: nam sicut vbi fragrantia est, ibi nõ habet locum graueolentia: ita vbi sanctum est vnguẽtum, ibi suffocatur dæmon, lætificat simul agentes, animã recreat, odorem diffundit. Vbi spinæ, ibi bestiæ: vbi hospitalitas, ibi non sunt spinæ. Misericordia ingrediẽs, quauis falce melius sentes exsecat, quouis igne violentius exurit. Ne timeas. Reuerentur sanctorum vestigia, sicut leonem vulpes. Iustus enim, inquit, vt leo cõfidit. Introducamus hos leones in domum, & omnes exigentur bestiæ, non clamantibus, sed simpliciter loquentibus illis. Non enim leonis rugitus bestias sic fugat, vt iusti oratio dæmones: si loquetur solum, deuolant. Et vbi nunc sunt, inquit, tales? vbiq; si crediderimus nos, si quæsuerimus, si solicite indagauerimus. Vbi quæsuisti, die oro, quando hoc tibi fuit curæ? Si autem non quæris, ne mireris si non inueneris. Qui enim quærit, inuenit, non qui nõ quærit. Audi eos qui in solitudinibus sunt, abiice aurum & argentum, vbiq; terrarum sunt: etiamsi in domo non recipias, accede tu ad illũ, fias cum viro, ad domicilium illius vade, vt possis etiam benedictione frui: magna enim ab illis est benedictio, quã assequi studeamus, vt illorum precibus adiuti, misericordia dei fruamur gratia vnigeniti illius, cui cum patre, simul ac sancto spiritu gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in sęcula sęculorum, Amen.

1. Tim. 6. b
2. Tim. 3. d
1. Reg. 4. f
Prou. 18. d
Matt. 7. i

Universidad de Deusto
Biblioteca

Barbari vero præstabant non vulgarem humanitatem nobis. A *Accensa enim pyra recipiebant nos omnes propter imbrem qui imminebat & propter frigus. Quum cõgregasset autem Paulus sarmentorũ multitudinem, & imposuisset in ignem, vipera à calore prorepens, invasit manum eius.*

Homilia liij.

PRæstabant, inquit, non vulgarẽ humanitatẽ nobis Barbari, accensa pyra: alioqui nulla salutis vtilitas fuisset perditura illos tẽpestate. Deinde Paulus sumpta sarmẽta posuit in ignẽ. Vide illum operantẽ, vide illũ nusquã temere miracula facientẽ, sed ob necessitatẽ. Et cũ tẽpestas oriretur, nõ sine causa prophetizabat: & hic sarmẽta imponit, ignarus omnis fastus, vt ita seruet illos, fruanturq; calore. Postea vipera apprehendit manũ illius. Vt autẽ viderũt Barbari pẽdentẽ bestiã à manu eius, dicebant inter se, Omnino homicida est homo iste, B quẽ seruatũ in mari, vltio nõ sinit viuere. Bene etiam hoc permissum est, vt & illi viderent, ac loquerẽtur talia, vt futuro miraculo non discredãt. Et vide illos honeste inter se loquentes. Vide naturæ iudiciũ etiã apud Barbaros incorruptũ, neq; simpliciter condẽnantes. Et hi prius vidẽt, vt magis admirẽtur. At ille quidẽ excussa vipera in ignẽ, nihil mali passus est. Illi autẽ expectabãt vt incenderetur, & cũ diu expectarent, & viderẽt nihil mali ei accidere, mutata mẽte, dicebãt eum esse deũ. Expectabant, inquit, vt ille cadat mortuus: & iterũ videntes q̃ nihil tale cõtingeret, dicebãt, deus est. Iterũ supra modum loquuntur. Posteà, *In locis autem illis erant prædia primatis insulæ, cui nomẽ Publio, qui nos exceptos triduo benigne tractauit hospitio.* Ecce iterũ alius hospitalis Publius & diues & abũdãtissimus, nihil de religione Christi sciẽs, sed ob C sola calamitatẽ misertus illorũ est, hospitióque benigne tractauit. *Contigit autẽ patrem Publij febribus ac dysenteria vexatũ decũbere. Ad quẽ Paulus vt ingressus est, orauit, imposuit illi manus & curauit eum.* Et ita dignus erat, cui bene fieret, ideo & pro susceptione Paulus curationem illã retribuit. *Hoc autem facto, cæteri quoq; qui habebant infirmitates in insula, accedebãt & curabantur: qui & multis honoribus honorarũt nos, & soluẽtibus imposuerunt quæ necessaria.* Et dederũt, inquit, nobis soluẽtibus ea quæ necessaria cũ nobis tum aliis. Vide & à tẽpestate liberatos nõ fuisse neglectos, sed etiã propter illũ liberali hospitio susceptos & alitos ad menses tres.

Post menses autẽ tres nauigauimus in naui Alexãdrina, quæ in insula hyemauerat, cui erat insigne Castor & Pollux. Etcũ venissemus Syracusas, mãsimus triduo. Inde circũlegentes venimus Rhegiũ, & post vnũ diem afflãte Austro postridie venimus Puteolos, D *vbi repertis fratribus rogati sumus vt maneremus apud eos dies septẽ, & sic venimus Romã. Et inde cum audissent fratres de nobis, prodierũt in occursum nobis vsq; ad Appij forũ, & tres tabernas. Quos quũ vidisset Paulus, vt egit gratias deo, sumpsit fiduciã.* Propter Paulũ vide oĩa hæc fieri, vt credãt vincti, milites, ac cẽturio: nã etiã si lapides fuissent, & ꝓpter ea quæ cõsulerat, & ipsi audierant, & quæ prædixerat, & propter miracula quæ fecerat, & ꝓpter beneficia quib⁹ educati erãt, de illo magna vtiq; cogitassent. Vide quando rectũ iudiciũ fuerit & à nulla affectione præoccupatũ quomodo statim recta iudicia accipit & ꝓbatas sentẽtias. Porrò prædicatio etiã vsq; in Siciliã peruenit. Vide quomodo & Puteolos inuẽtis quibusdã transit, mox occurrerũt & alij, tãta fratrũ erat alacritas: nõ turbauit illos q̃ Paulus erat in vinculis. Vide etiã illũ iterum humana quadã affectione teneri. Visus enim fratrib⁹, inquit fiduciã sumpsit. Quãuis tãta miracula fecisset, attamẽ ab aspectu augmẽtũ sumpsit. Et ex hoc discimus q̃ humano more etiã cõsolationem accepit, & cõtra. *Quando autem venimus Romam,* inquit, *permissum est Paulo vt maneat solus cum milite custodiente illum.* Non paruũ etiã hoc argumentũ est illũ fuisse per omnia admirabilem, nõ enim iam cum aliis numerabatur. *Post tres autem dies conuocauit Paulus Iudæorum primores.* Post tres, inquit, dies, ne præoccuparẽtur illorũ aures, etiã familiaritatẽ cũ illis habuit. Nõ enim ipsi accusaturi illũ erant, attamẽ nõ hoc curabat, sed dicẽdi gratia aderat, & nõ prostituendi ea quæ dicebantur. Igitur Iudæi quidẽ videntes hæc miracula persequebãtur, ac fugabãt. Barbari vero nullo cõspecto, ob solã calamitatẽ misericordes fuerunt. Omnino, inquit, homicida est homo iste. Et nõ simpliciter ꝓnunciãt, sed omnino, in quit, sicut videre licet. Et vltio, inquit, viuere illũ non sinit. Igitur & de prouidẽtia sermonẽ habuerũt. Multis philosophis sapiẽtiores fuerũt Barbari illi, qui ea quæ sub luna sunt, extra prouidentiã ponunt. Illi autem vbiq; putant adesse deũ: & licet quis sæpe effugiat, nõ tamẽ effugere omnino potest. Et reuerẽtur iam propter calamitatẽ, & nõ euulgãt, sed inter se dicũt. Vincula enim hoc docebant suspicari. Et licet vinctus esset, reuerẽtur, dicẽtes, nũ bene facit is qui in vinculis. Ruborẽ nobis afferãt Barbari: nesciebãt enim quinã essent illi, sed ob calamitatem iam miserabãtur, q̃ homines essent. Et cũ diu expectassent, inquit, quando esset moriturus, & quando excussa manu etiam bestiam abiecit, tunc viderũt, & expauefacti sunt. Et non repente factum est signũ, sed hominibus aliquãdiu expectãtibus, ne putetur fallacia esse, nõ erat igitur præstigiũ. Humaniter, inquit, illos hospitio tractauit Publius, ducẽta septuagintasex erãt nomina. Cogita magnũ hospitalitatis lucrum, non q̃ necessitas esset, non q̃ inuitus agat, sed q̃ lucrũ putabat, tres dies hospites illos habuit. Postea cõpensationẽ accipit multo ampliorẽ, merito cum & alij curarentur. Qui etiã multis honoribus ꝓsecuti sunt nos, nũ mercedẽ accipiebãt? Absit. Sed vt scriptũ est, Dignus est operarius cibo suo. Et soluẽtibus imposuerũt necessaria. Manifestũ q̃ & verbũ prædicationis susceperũt, qui illos sic tractarũt. Non eñ dissertuissent trimestri illo tẽpore, nisi etiã credidissent, & fructus declarassent: & inde magna cõiectura est, multitudinẽ credentiũ illic visam. Et soluim⁹, inquit, in naui Alexãdrina quæ hyemarat in insula, cui insigne Castor & Pollux. Fortassis erãt picti in illa: adeo erãt idolis obnoxij. Vide diu morã trahẽtes, & iterũ festinantes. Vltrà venerabilis erat Paul⁹, ita vt permissum ei sit solũ esse. Nã cũ etiã antea humaniter illo vsi fuerũt, multo magis nũc. Et afflante, inquit, Austro, postridie venimus Puteolos, vbi inuẽtis fratribus, rogati sumus vt maneremus apud eos dies septẽ. Et sic Romã venim⁹. Et illinc fratres vt audierũt de nobis, exierũt in occursum nobis vsq; ad forũ Appij, & tres tabernas. Nõ metuẽtes periculũ, tametsi sat multa illis futura certo videbãtur. Vide quomodo in tanta nauigatione nusquã appellunt ad ciuitatẽ, sed in insulã, & tota hyeme versantur ibi, vt illi qui simul nauigarant, ad fidem componerentur. Et permissum est ei, inquit, vt permaneret solus cum milite qui ipsum custodiebat, atq; ibi non licebat ei exire, neq; illic insidias timebat. Nõ enim licebat

licebat vltrà tumultuari, atq; ita illum non custodiebãt, sed & ita nihil graue ei accidebat. Etenim nõ permittebatur in tãta ciuitate, & cũ rex esset ac libertas fieri aliquid indignũ. Vnde semper quæ vidẽtur esse cõtra nos, ea pro nobis fiũt. Custos enim erat Pauli, Et cõuocatis primatibus Iudæorũ, loquebatur eis, & contradicẽtes recesserũt, increpantur ab illo, & nihil audent dicere. Non enim dabatur eis contra illũ po testas. Hoc enim mirabile est, q̃ non per ea quæ vidẽtur securitatis esse, sed planè per contraria, omnia *Exod.1.c* pro nobis fiũt. Et vt discas, iussit Pharao in flumẽ ꝓiici pueros: nisi ꝓiecti fuissent pueri, nõ fuisset seruatus Moses, nõ in aula educatus fuisset. Quãdo seruabatur, nõ erat in honore: quãdo expositus est, tũc factus est in honore. Hoc faciebat deus declarans suã omnipotentiã ac sapientiã, q̃ facile ei sit seruare. Mi- *Ibid.2.c* natus est illi Iudæus dicens, Nunquid me occidere B tu vis? & hoc illi profuit, singulariq; dispensatione factum, ita vt ipse videret visionẽ illam, quæ est in solitudine, & vt conuenienti tẽpore impleatur, vtq; phi losopharetur ĩ solitudine, ac secure viueret. Et in omnibus Iudæorũ contra illũ insidiis idem fit. Tunc clarior prodit, & cum insurgerent cõtra eũ & Aaronẽ, clariorem eũ fecerũ, vt indubitata fieret eius ordinatio, & ita etiã in posterũ laminę ęreæ admirationi factę sunt. Scitis enim opinor historiã, & ideo narrationem prætercurro. Et ideo si volueritis iterũ eadẽ quæ superius acta, id genus pertractemus: Cain fratrem occidit, sed hac ratione plurimũ profuit. Audi *Gene. 4.b* enim quid dicit, Vox sanguinis fratris tui clamat ad *Heb.12.f* me. Et iterũ alibi inquit, Sanguine magis loquẽte q̃ Abel. Liberauit illũ ab incertitudine futura, mercedẽ auxit. Charitatẽ didicimus oẽs, quam erga illũ ha C buit deus. Quid eñ offensus fuit, qui nihil citius, q̃ mortẽ accepit? Quid enim lucri habent, tardius moriẽtes, dic oro? Nihil. Neq; enim ab eo q̃ multos annos vel paucos viuitur, fœlicitas: sed ab eo q̃ vita vt *Dani.3.c* oportet vtimur. Tres pueri iniecti fuerũt in caminũ, *Dan.14.f* & per hoc facti sunt clariores. Daniel missus est in lacũ, & inde prodiit illustrior. Vides vbiq; tentationes magna parere bona, & hic, & quomodo nõ & alibi? In malicia idẽ euenit, vt si quis calamũ habẽs, prælietur contra ignẽ: & videtur quidẽ verberare ignem, ignis autẽ clarior fit, & calamus cõsumitur. Alimentum enim & fomes claritudinis, est malicia virtuti. Iniusticia, quando vt opus fuerit vtitur deus, res nostras clariores reddit. Iterũ quando diabol⁹ operatur tale quiddã, clariores facit sustinẽtes. Cur igitur, inquit, in Adã hoc nõ est factũ, sed ignominiosior redD ditus est? Et etiã illo aptè vsus est de⁹. Si autẽ aliquid passus est, ipse seipsum dãno affecit. Nã quæ ab aliis nobis fiunt, magnorũ nobis bonorũ causa sunt: quæ autẽ à nobis, non itẽ. Quoniã enim dolemus ab aliis læsi, à nobis ipsis autẽ non itẽ: qui ab alio patitur iniuste, clarus fit: qui autẽ seipsum lædit, dãnum fert: vt illud quidẽ fortiter feramus, at nõ hoc faciamus. Et iterũ: Totũ Adæ accidit. Quare enim credebas mulieri? Quare aduersa cõsulentẽ nõ repulisti? Tu omniũ factus es author: alioqui si diabolus fuisset, oportuisset eos quos similiter tẽtat oẽs periisse: q̃ si nõ perierunt, in nobis causa est. Sed oportebat, inquit, oẽs qui tentantur, rectè agere? Nõ enim præter nos causa est. Oportebat, inquit, etiã absq; diabolo perire? Et multi etiã absq; diabolo pereunt. Profectò non omnia ipse efficit, sed multa etiã fiunt à sola nostra ignauia. Si autem alicubi ipse author, nos initiũ adhibemus. Dic enim oro, cur diabolus tãtũ valuit in Iuda? Quia ingressus est, inquit, in illum Satanas. Sed audi *Luc.22.c* causam: Quia fur erat, & quæ mittebãtur portabat. Ipse dedit, inquit, latũ ingrediendi spaciũ. Et ita non diabolus initiũ imponit. At nos illũ suscipimus, & vocamus. Vltrà, inquit, si ille nõ esset, non tã magna fierent mala, sed ineuitabilis pœna nobis futura est. Nã nunc quidẽ dilecte, pœna nostra mitior est: si autem fecerim⁹ nobis ipsis grauia, intolerabilior pœna erit. Dic enim mihi, Si hæc quæ peccauit Adã absq; cõsiliis peccasset, quis illũ à periculis liberasset? Sed nõ peccasset, inquit. Vnde mihi hoc dicis? Qui eñ dissolutus & ignauus & ad insipientiã prõptus ita vt accipiat tale cõsiliũ, multo magis etiã absq; hoc feciss et. Qualis diabolus fratres Ioseph misit in odiũ? Respiscamus igitur dilecti, & claritudinis nobis author erit diabol⁹. Quid eñ nocuit Iobo tãta illius improbitas? Ne dixeris, inquit, hoc. Sed infirmus dãnũ accipit. Sed infirmus, etiã si non sit diabolus, damnum accipit? Verũ, inquit, grauius illo cooperãte? Imò minus, qui cũ illi⁹ operatione peccat, punitur. Nõ enim omniũ peccatorũ pares sunt pœnæ. Ne decipiamus nos ipsos, nõ est nobis diabol⁹ author, si sobrij fuerimus. Ille nostrũ magis somnũ excutit, & nos excitat. Dic enim oro: Nõ sint bestiæ, non sit aëris intemperies, nõ morbi, nõ tristiciæ, non mœrores, non aliud quid tale, quid nõ factus esset homo? Porcus magis q̃ homo, ventri indulgens & ebrietati, & à nullo horũ interturbaretur. Nunc autem curæ ac solicitudines, gymnasiũ & schola sunt philosophię. Educetur quis in aulis & non contristetur, neq; curas habeat, neq; C solicitus sit, neq; iræ occasionem habeat, neq; infortuniũ: sed faciat quæq; concupiscit, ea & assequatur, & omnes habeat obtẽperãtes: an nõ qualiber bestia efficitur brutior, & minus rationalis? Nũc autẽ sicut eos sunt afflictiones & curæ. Eapropter pauperes diuitibus sunt sapiẽtiores, vtpote multis fluctib⁹ vexati & exerciti. Nã corpus quod ociosum quidẽ & ĩmobile, morbis magis obnoxiũ & fœdũ: quod autẽ mouetur & laborat, & ęrũnis exercetur, formosi⁹ est ac sanius. Hoc etiã in anima reperire licet. Et ferrum quidẽ si iaceat, corrumpitur: si exerceatur autẽ, splẽdet. Et similiter anima quę mouetur. Motio autẽ animæ, curę ipsæ: & artes pereũt, si nõ moueatur anima. Mouetur autẽ quãdo non omnia prõpte assunt: mouetur à contrariis. Si non essent contraria, nihil esset quod moueret, vtpote si omnia essent bene facta, nõ D inueniret ars vt moueatur: Ita etiã si oĩa essent iuxta mentem nostrã, non inueniret mens vt moueatur. Si vbiq; portaretur, fœda esset. Non vides quod etiam præcipim⁹ ne semper pueri portẽt cibos, ne sic in cõ suetudinẽ veniãt, & ne infirmi fiãt? Et propterea infirmiores fiunt qui cum parẽtibus enutriũtur, parsimonia intempestiua, & immodica illorũ valetudinẽ lædente. Bona res est cõgrua tristicia, bona res egestas, bona res & cura: fortes enim nos faciũt bona & cõtraria. Vnũquodq; illorũ si modo caruerit, perdit. Et hoc quidẽ laxat, hoc autẽ disrũpit. Non vides etiã Christũ discipulos suos sic instituere? Si illi autẽ his egebant, multo magis nos: si autem egemus ne indignemur, sed etiã gaudeamus in tribulationibus. Sũt enim nostris vulneribus congrua pharmaca, & alia quidẽ amara, alia vero blanda: Vtrunq; autem illorũ si solum fuerit, inutile. Gratiã igitur habeamus deo

Universidad de Deusto
Biblioteca

pro his omnibus,nō enim simpliciter hæc permittit A
fieri,sed pro vtilitate nostrarum animarum. Nostrā
igitur gratitudinē declarantes,gratias agamus,glori-
ficemus,fortiter obluctemur,tēporalia esse cogitan-
tes,& ad futura mentē nostrā extendētes,vt & præ-
sentia leuiter feramus,& futura assequi bona mere-
amur,gratia & misericordia vnigeniti dei, cum cū pa
tre ac sancto spiritu gloria,imperium,honor, nūc &
semper,& in secula seculorum,Amen.

*Post tertium autem diem cōuocauit Paulus Iudæorum prin-
cipes. Cumq; venissent,dicebat eis: Ego viri fratres, cū nihil
fecerim aduersus plebē aut instituta maiorū, vinctus à Hie-
rusalē traditus sum in manus Romanorum: qui cum exami-
nassent, volebāt me dimittere, eo quod nulla esset causa mor-
tis in me. Sed cōtradicentibus Iudæis coactus sum appellare
Cæsarem, nō quasi habeam de quo gentem meam accusem.
Propter hanc igitur causam aduocaui vos, vt viderem ac al-
loquerer, propter spem enim Israelis catena hac circundatus
sum.* Homilia LV.

VOlebat & seipsum & alios à crimine libera-
re,se quidē, ne accusent ipsum,& hoc illos
noceret,illos autem ne videatur totum esse
illorū. Verisimile enim erat percrebruisse famā, q̄ à
Iudęis traditus esset,idq; sufficiebat ad terrēdū illos.
Statim igitur hoc vrget,& pro seipso rationē reddit.
Quomodo igitur rationem reddit? q̄ simpliciter tra-
iderint ipsum,testantur Romanorū principes,quia
volebāt,inquit,me dimittere. Quare igitur nō dimi-
serūt,inquit,cōtradicētibus Iudæis. Vide quomodo
minuit illorū crimina. Si enim voluisset exaggerare,
potuisset maiore impetu vti. Ideo inquit, Coactus
sum appellare Cęsarē. Et ita veniā meretur. Quid igi
tur? vt illos accuses fecisti? Nō, inquit, non quasi ha- C
beā aliquid quo gentē meā accusem, sed vt effugiā
periculū. Propter vos enim hac catena circundatus
sum,tantū abest vt hostili animo in vos sim affectus.
Deinde & illi sic sermonē ingressi, quasi & ipsi pro
cognatis rationē sint reddituri. *Illi autē*, inquit, *dixe-
runt ei: Nos neq; literas accepimus à te de Iudæa, neq; aduenięs
aliquis fratrū nunciauit, aut locutus est aliquid de te mali. Vo-
lumus autē audire de te quæ sentis. Nā de secta ista notū est no
bis, quòd vbiq; ei contradicitur.* Neq;,inquit,per literas,
neq; per homines significarūt aliquid mali de te,ve-
runtamē audire volumus de te. Iam præoccupabāt
sententiā proptiā demonstrātes, & dicunt: De secta
hac notū est nobis, q̄ vbiq; ei contradicitur,& nō di-
cunt cōtradicimus. *Cōstituto autem ei*,inquit,*die, Vene-
runt ad illū in hospitium cōplures, quibus exposuit testificans
regnum dei suadens q; eis de Iesu ex Mose & prophetis, à mane
vsq; ad vesperā. Et alij quidē credebāt his quæ dicebantur, alij
vero nō credebant.* Nō statim respondit,sed diem con-
stituit, & venerūt ad ipsum, & loq̄batur à lege Mosi
& prophetis. Et alij quidē credebāt his quæ dicebā-
tur,alij vero nō credebāt. *Cum autem nō essent cōcordes
inter se, discedebāt vbi dixisset Paulus vnum verbū. Bene spi-*
Esa.6.e *ritus sanctus locutus est per Esaiā prophetā, ad patres nostros,*
Matt.13.b *dicens: Vade ad populum hunc, & dic: Aure audietis, & nō in-*
& Mar. *telligetis: & videntes videbitis, & non perspicite. Ingrauatum*
4.b.& Luc.8.& Ioan.13.f *enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & ocu-*
& Rom. *los suos cōpresserunt, ne quādo videāt oculis, & auribus audiāt:*
11.b *& corde intelligāt, & cōuertātur, & sanē eos.* Quādo autē
discedebāt disceptātes inter se, tūc conuiciū eis ob-
iicit, volēs illos quidē cōuicio impetere, sed hos con
firmare. Bene dixit,inquit,Esaias. Atque ita infirmis
datū est arcanū hoc. Non igitur mirū, si contradice-
bāt. Olim hoc prædicebatur. Iterū zelū eorū prouo-
cat ex gētibus. *Notum igitur sit vobis*,inquit,*quod genti-
bus missum est hoc salutare dei, ipsi etiā audient. Et hæc illo lo-
quente, abierunt Iudæi habentes inter seipsos disceptationem.
Māsit autem Paulus toto biennio in conducto, & suscipiebat
omnes qui ingrediebātur ad ipsum, prædicās regnum dei, & di-
cens de Iesu Christo cum fiducia, nemine prohibente. Amen.*
Ostēdit nūc libertatē,prædicās,inquit,nemine pro-
hibēte,in Roma,qui in Iudæa ,phibitus erat,quoniā
biennio illic māsit. *Propter hāc*,inquit,*causam volui vos
videre, ne liceat cuipiā accusare, & quæcunq; in mentem ve-
nerint dicere. Quia certe manus illorū effugi, & ad hoc veni,
nō vt cuipiā malū inferā, sed vt ipse fugiā.* Vide etiam illos
mansuetius loqui ad eū. Volumus,inquit,audire à te
quæ sentis. Etiā vult pro illis rationē reddere. Nam
hoc quidē quod ille dicebat,argumentū erat, q̄ val- B
de cōdemnent seipsos: nā si fiduciā habuissent, licet
hoc feciſſent, ita ne possent me simul rapere. Et ali-
ter: Etiā venire negligebāt,& hoc sæpius ostēdit at-
tē tasse. Alij autem non credentes recesserūt. Sed vide
quomodo nō struunt insidias nunc cōtra illū. In Iu-
dæa enim quasi in tyrānide erant. Quare igitur deus
ordinauit, vt illuc migraret, dicēs: Festina, egredere
ē Hierusalē? vt ostendatur illorū malicia, & prophe-
tia Christi vera, quod nō sustinēt: & ita vt discāt oēs,
q̄ omnia paratus sit pati, arq; ita in cōsolationē eorū
qui in Iudæa, hoc factū est. Etenim & illic multa pa-
tiebātur grauia. Si autē prædicās Iudaica hæc passus
est, q̄ si prædicasset ea quæ sunt gloriæ Christi, quo-
modo sustinuisset? Qui purificabatur, nō erat tole-
rabilis: & quomodo prædicās tolerabilis fuisset? Cur
accusatis nos? quid audiuistis? Nihil tale dixit simpli-
citer. Apparuit,& oēs exasperauit. Merito igitur gē- C
tibus sorte obuenit. Merito longe missus est: etiā illic
docturus gētes, principio Iudæos vocat. Postea vt rē
illis mōstrauit, ad gentes abiit. Dicendo autem, dixit
spiritus, nō est mirū: nam & angelus dicitur loqui ea
quæ dominus ipse locutus est. Bene dixit, inquit, spi-
ritus sanctus: sed ille nō itē, quādo narrat quis de his
quæ ab angelo dicta sunt, nō dicit, Bene dixit ange-
lus: sed, bene dixit dominus; bene dixit spiritus: hoc
est, nō mihi fides negetur: sed olim hoc præsciebat
deus. Qui cū examinassent, inquit, nihil inuenerunt
in me. Oportebat illos eripere, tradiderūt in manus
Romanorū, præter vllā necessitatē. Quia illi nō po-
tuerūt condēnare, sed vinctū tradiderunt. Nō quasi
habeā aliquid, vt accusem gētem meā veni. Vide vt
familiares sibi faciat verbis, & alienus esse non vult.
Iterū dogmati locū parat. Nō dixit, non accuso: sed, D
nō habeo q̄d accusē, quāuis tot & tā grauia passus es
set. Sed neq; hoc dicit, neq; facit onerosiorē sermo-
nē, neq; donare illis videtur. Hoc enim quęritur. O-
portebat illos crimē intēdere, oportebat illos accu-
sare, defendūt iis per quæ accusant. Vbiq;, inquit, cō
tradicitur, sed etiā vbique credunt: nā alij quidē cre-
dunt, alij vero discredunt. Vide iterū, q̄ nō à signis,
sed à lege & ꝓphetis illorū obstruit ora, & vbiq; hoc
facit, quāuis potuisset signa facere. Porrò nō iam fi-
dei res fuisset, magnū enim hoc signū erat à lege &
prophetis disserere. Deinde ne putes nouū esse, sub-
dit prophetiā quę dicit: Auditu audietis magis nunc *Esa.6.f.*
quàm tunc, & videbitis: & nō perspicue magis nunc
quàm tunc, cōtra illos qui nō crediderūt dicta sunt.
Quid igitur? illud præter prophetiā crediderunt. Po-
pulo huic incredulo inquit. Non conuicia sunt hæc,
sed

sed offendiculū tollunt, Ipsi, inquit, & audient. Quid A
igitur nobis loqueris, hæc nesciebas? Etiā, sed vt per-
suadeam, & rationem reddā, nulliq; dem occasionē.
Loquebatur, inquit, cum fiducia nullo prohibente.
Prædicatur aliquādo liberē, sed cum prohibitione.
Libertatē illius in loquēdo nihil prohibebat vel mo
rabatur. Vides dispensationē dei. Dimittit sitibundū
auditorem: Hoc & exteri faciunt. Omnia enim scire
ignauū ac negligentem facit. Loquebatur, inquit, de
regno dei. Vide, nihil sensibile, nihil de præsentibus
loquitur, sed spe illos pascebat, quū non posset osten
dere à suo statu. Post biennium autē quid dicimus?
Rom.15.c In Hispaniam ire festino, & spero, inquit, transiēs in-
uisere vos, ad nos autem ex parte. Vides quomodo
omnia præuidebat sanctū & diuinū caput illud Pau
lus, qui omnibus cœlis sublimior, qui animā habē-
bat omnia simul cōprehendere valētem, qui primas B
partes tenet, cuius vel solum nomen nouisse, ad ex-
citandas animas, ad sobrietatē seruandā, adq; excu-
tiendum somnū sufficit. Suscepit illum Roma vin-
ctum, à mari venientē ex naufragio seruatū, & libe-
rata est ab errorū naufragio, quemadmodū rex qui-
dam, post naualem pugnā & victoriā in regalissimā
Ibidem. aulam istā ascendit. De hoc inquit, Veniam, & refo-
cillabor vobiscū in plenitudine benedictionis euan-
Ibidem f *sup. 24.f* gelij. Et iterum: Eo ministraturus in Hierusalē. Hoc
est quod dicit: Eleemosynas facturus genti meæ, &
oblationes, aduenī. Iā ferè cœlo propior erat. Susce-
pit illum Roma vinctū, & vidit coronatum ac cele-
bratum. Illic refocillabor vnà vobiscū. Hoc autē ini-
tium cursus iterū erat, & triūphos triumphis inexpu
gnabilis cōiunxit. Corinthus illum biennio detine-
bat, Asia triēnio, Roma quoq; biennio. Postea iterū C
2.Tim.4.c. ascendit, quādo etiā cōsummatus est. In prima mea
defensione, inquit, nullus mecū aderat. Ita tunc trās-
fugit, & quū omnē implesset orbē, vitam sic finiuit.
Quid vis discere, quę post hæc? Et illa talia sunt, vin-
cula, tormēta, pugnæ, carceres, insidiæ, calumniæ, ac
mortes quotidianæ. Vidisti illius paruā partem: ita se
habent & reliqua. Vnam cœli partē si videris, quo-
cunque ieris, videbis talē: Ita se habent & Pauli acta.
Vidisti ex parte, omnia talia sunt, periculis plena. Cœ
lum erat ille, Solē habens iusticiæ non talem qualis
ille est, atque adeò vir ille cœlo melior est. Parūm ne
hoc esse putas? Quādo apostolū dixeris, statim om-
nes illum cogitāt, sicut appellato Baptista, Ioannem.
Cui cōparauerit quis illius verba? mari vel Oceano?
sed nihil par est: illo sunt verba eius copiosiora, pu-
riora, & profundiora. Et sic non peccarit quis, si cor D
Pauli mare etiā ac cœlū dixerit, quū ob puritatem,
tum ob profunditatē. Mare est, nauigātes non à ci-
uitate in ciuitatē, sed à terra in cœlū vehēs. Si quis in
hoc mari nauigauerit, secūda aura nauigat. Non est
in hoc mari vētus, sed pro vēto spiritus sanctus diui-
nus, qui in illo nauigantes animas vehit, non est ibi
procella, nō est scopulus, nō est belua, sed omnia trā
quilla sunt. Mare est portu trāquillius & securius, ni
hil habens salsum, sed purū ac dulcē laticē, Sole limp-
idiorem, & magis perspicuū. Mare est non gēmas
habēs, vel purpuras id genus, sed his multò meliora.
Qui vult in hoc pelagus descēdere, non opus habet
natatione, vel remo, sed magna gratia: inueniet autē
in eo omnia bona quæ sunt in regno cœlorū, & po-
terit fieri rex, & totū mūdum accipere, inq; summo
honore esse: qui in hoc mari nauigat, nunquā nau-
fragium faciet, sed omnia bene sciet. Et quēadmo-
dum ij qui imperiti sunt maris suffocantur, ita & hīc
fit: id quod & hæreticis euenit, qui plus quàm vires
ipsorū permittūt, attentant: oportet sanè profundita
tem nosse, vel non attērare. Nauigaturi hoc pelagus,
pauperes simus ac humiles. Non possum, inquit, vo- *1.Cor.3.a*
bis loqui tanquā spiritualibus, sed tanquā carnalib⁹,
nullus sine patiētia ingrediatur hoc pelagus, parem⁹
nobis naues, studiū, alacritatem, preces, vt in silētio
hoc pelagus trāseamus. Etenim aquā hæc viūes est,
sicut si quis os igneū capiat, talē Pauli os speciem ha
bet: & quēadmodum si quis gladiū acutū capiat, sic
talis incōprehensibilis erit. Vt autem Paulina intelli-
gantur, vita pura opus est. Propter hoc enim dicit,
quoniā segnibus aurib⁹ facti estis. Est enim & auriū
infirmitas, nā sicut infirmus stomachus sanos & dif-
ficilis cōcoctionis cibos nō suscipit: ita etiam anima
torpida, inflata, æstuās, sterilisq; ac eneruis spiritualē
sermonē accipere non poterit. Audi dicētes discipu
los: Durus est sermo hic, quis poterit audire illum? Si *Ioan.6.f*
autē fortis esset ac sana, omnia facilia, omnia integra
leuiora ac sublimiora fierēt, imò summa peterent, &
in excelsum tollerentur. Hæc igitur sciētes, parantes
animā, etiam æmulemur Paulū, & imitemur fortem
illam ac adamantinā animam, vt per vestigia eorum
qui sic vixerunt euntes, possimus vitæ istius pelagus
pernauigare, & in portū sine fluctibus peruenire, bo
nāq; diligentibus deum promissa assequi, gratia &
humanitate domini nostri Iesu Christi, cum quo pa
tri simul ac sancto spiritui gloria, imperium, honor,
nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

*Homiliarum LV. diui Ioannis Chrysostomi in
acta Apostolorum, finis.*

†Habes in vltimo tomo ad populum Antiochenū, homilia xxix. Con-
tra irascentes. Item homilia xl. de pœnitentia, & quòd non oporteat de
seipso lapsum desperare, vel torpescere. Item homilia liij. Quòd non
dātur pariter secundum deum, & secundum mundum gaudere, & contrā
eos qui ebrietati vacant, & deliciis: Ex actibus apostolorum.

BEATI IOANNIS
CHRYSOSTOMI EPI-
*scopi Constantinopolitani, de lau-
dibus Pauli apostoli.*

HOMILIA PRIMA.

NIHIL prorsus errauerit, qui pratū insigne quoddam virtutum, & pa-
radisum spiritalem Pauli animum nuncupauerit: tam mira enim gra-
tia floruit, tāmq; huic gratiæ con-
gruente vitæ perfectione resplen-
duit: quoniā enim vas electionis effectus est, & bene
seipsum emendare curauit, largissimē in eum sancti
spiritus munus effusum est. Vnde & mirabiles nobis
fluuios genuit, non secundum paradisi fontes qua-
tuor tantùm, sed multò etiā plures & quotidie fluen
tes: nec terram rigantes, sed animas hominū ad pro-
ducendum virtutum germina suscitantes. Quis er-
go ad explicanda virtutum germina sensus? quis ad
explicanda istius merita sermo sufficiet? Quæ autem
lingua laudibus eius inuenietur æqualis, cùm omnia
quę sunt in hominib⁹ bona, vna anima possideat, &
ea cuncta

Universidad de Deusto Biblioteca

ea cuncta plenè atq; cumulatè, quę nō solùm homi-
nū sunt: sed, quod amplius est, angelorū? Nequaquā
ergo possumus eius explicare pręconia, nec tamen
idcirco reticebimus, quin potius pauca dicemus. Est
enim hoc maximū laudis genus, cū orationis copiā
virtus exuperat, & magnitudo laudati: sicq; vinci no
bis est multò gloriosius, quàm sępe vicisse. Vnde igi-
tur opportunius laudū eius sumemus exordiū? Vn-
de inquā incipiemus aliūde, nisi ab hoc ipso primū,
vt ostēdamus eū bona omniū possidentē? Siue enim
prophetæ potētius aliquid in se ostēderint, magísq;
mirabile, siue patriarchæ, siue iusti, siue apostoli, siue
martyres: hæc omnia simul colligēs Paulus habet cū
tāto cumulo, cum quāto nullus eorū: bonū, quo ex-
cellebat, impleuit. Hoc itaq; diligētius intuere. Abel
Gene. 4.a obtulit sacrificiū, & inde laudatur: sed si Pauli hostiā
adducamus in mediū, quàm cœlū à terra superior ap
parebit. Quā ergo vultis vt memorē? Non enim vna
tātùm est, siquidē semetipsum per dies singulos im-
molabat: quā tamen rursus hostiā dupliciter offere-
bat, cùm quotidie moriēs, tum corpori suo mortifi-
cationem sine intermissione circūferens. Nam & ad
pericula iugiter parabatur, cōsummās volūtate mar
tyrium, & naturā in se mortificādo carnis, nihil mi-
nus, quàm immolatæ hostiæ deo munus implebat,
immo etiā multò amplius. Nō enim oues offerebat,
aut boues, sed semetipsum per dies singulos duplici-
ter, vt diximus, immolabat: propter quod cōfitendo
dicebat, Ego enim iam immolor: sanguinē vtiq; suū
immolationē vocās. Neq; verò his tātùm sacrificiis
cōtētus fuit, sed quia seipsum cōsecrauerat deo, etiā
orbē vniuersum studuit offerre: qui terrā videlicet
ac mare, Græciā, simúlq; Barbariē, omnémq; pror-
sus, quāta est sub cœlo, regionē, quasi volitās circū-
iuit, non simplici labore, veluti in vacuū itinera per-
currēs: sed peccatorū spinas paritérq; euellēs, & ver-
bum seminās vbiq; pietatis, fugās errores, veritatem
reducēs, ex hominib⁹ angelos faciēs: quinimo ipsos
homines quasi ex dæmonibus in angelos prouehēs.
Propter quod iā hinc post sudores plurimos, ac tro-
phæa innumerabilia trāsiturus, pro discipulorū con-
Philip. 2.c solatione dicebat: Sed etsi immolor super sacrificiū
& obsequiū fidei vestræ, gaudeo, & cōgratulor om-
nibus vobis: propter quod & vos gaudete, & congra
tulamini mihi. Quidnā igitur huic hostiæ reperitur
ęquale, quā Paulus sancti spiritus gladio immolauit,
quámq; in illo altari obtulit, quod supra cœlos loca-
Gene. 4.b tū est? Sed Abel dolo germani percussus occubuit:
atq; hinc effectus est clarior. Vt ergo innumeras tibi
ostēdam mortes, tot vtiq;, quot etiā dies beatus iste
in prædicatione vixit. Si verò eam quoque vis nosse
mortē, quæ nouissimè etiam rebus impleta est: Abel
quidē à fratre, vt nihil à se læso, ita nullis affecto be-
neficiis interēptus est: Paulus verò ab eis interfectus
est, quos innumeris malis cupiebat eripere, & ꝑpter
Gene. 6.b quos sustinuit vniuersa quæ passus est. Sed Noë iu-
stus in generatione sua, atque perfectus, & solus erat
talis in cunctis: sed & Paulus solus inter omnes talis
inuētus. Et ille quidē tantūmodo legitur se seruasse
cū liberis, hic autē multo sęuiore mūdi inundāte di-
luuio, non arcā coaptādo compagibus tabularū, sed
epistolas cōponendo: non duos vel tres, aut quinq;
cognatos, sed vniuersum prorsus orbē mergi pericli
tantem ex mediis fluctibus liberauit. Nec verò hæc
erat talis arca, vt vno circūferretur loco, quæ vtique

A orbis terrarū terminos cōprehendit. Nam vsq; nunc
omnes in hāc arcā Paulus inducit, quā certè capacē
saluādæ multitudinis præparauit, quæ suscipiēs irra-
tionalibus penè animalib⁹ stultiores, imitatores esse
cit angelorū. Et hinc quoq; illam vicit arcā, quia illa Gen. 8.a.b
quidē coruū recipiens, coruū rursus emisit, & inclu-
dens lupū, feritatē eius mutare non potuit: hæc verò
accipitres miluósq; suscipiēs fecit colūbas, & exclu
dens omnē irrationalitatē atq; ferocitatē, mansuetu
dinem spiritus introduxit: manétq; hodie hæc arca
nauigās, nec tamen aliquando dissoluitur, nec valet
tabulas eius vlla maliciæ laxare tēpestas: quin potius
ipsa tēpestatis motus nauigādo cōpescit, quod satis
cōsequenter effectū est. Non enim bitumine aut pi-
ce, sed sancto spiritu eius tabulæ sunt perunctæ. Sed
Abrahā mirantur omnes, qui cùm audisset: Abrahā Gene. 12.a
B exi de terra tua, & de cognatione tua: & domos reli-
quit, & patriā, & amicos, atq; cognatos, quorū om-
nium iacturā solo diuini præcepti amore pēsabat: nā
& nos eū propterea miramur. Sed quis Paulo possit
æquari: qui nō modò patriā, cognatos, ac domū, sed
seipsum quoq; ac mundū reliquit: immo etiā cœlū,
& cœlū cœli, & hæc omnia Christū suscipiendo de-
spexit: vnū pro cūctis & solū, id est Christi charitatē
requirēs, neq; præsentia inquit, neq; futura, neq; al- Roma. 8.g
titudo, neq; profundū, neq; alia creatura poterit nos
separare à charitate dei, quæ est in Christo Iesu do-
mino nostro. Sed Abrahā seipsum in periculum tra- Gene. 14.
dens hostibus, filiū fratris eripuit: at Paulus nō fratris b.c
filiū, neq; tres aut quinq; vrbes, sed orbē vniuersum
de diaboli extorsit manu, innumerabilia per dies sin
gulos pericula sustinēdo, propriísq; mortibus maxi-
C mā securitatē aliis cōparando. Caput bonorū, eiúsq;
culmen philosophię est, ꝙ filiū voluit immolare: hîc
quoq; inueniemus Paulū primatū tenentē, qui non
filiū, sed semetipsum, vt dixit, millies immolauit. In
Isaac quidē aliquis admiratur, & quidem plura, sed Ibid. 26.
præcipuè patientiā: quoniā puteos fodiēs, & de pro- d.e.g
priis exagitatus laboribus, resistebat minimè: sed fa-
ctos à se puteos obrui patiebatur, atq; ad aliū semper
migrabat locū. Neq; collecta seruorum manu in ad-
uersarios irruebat, sed propria à possessione vbiq; ce
debat, quoadusq; iniquissimā illorū expleret cupi-
ditatē. At Paulus non puteos cernēs lapidibus obru
tos, sed propriū corpus, non solùm sicut ille sedebat,
sed etiā à quibus lapidabatur, in cœlū studebat eue-
here. Quātò enim amplius obruebatur fons iste, tan
tò erūpebat magis, ac plures ex se fluuios effundēdo
D manabat. De lōganimitate ac patiētia huius filij Ia-
cob admiratur scriptura. Et quęnam illa est adamā-
tina prorsus anima, quæ Pauli patientiā possit imita- 1. Cor. 15.
ri? Neq; enim bis septē annorū, sed totius vitæ serui- d.
tium pro spōsa pertulit Christi, nō adustus solū æstu
diei, & noctis gelu, sed tētationes mille perpetiēs. Et
nunc quidē verberibus, nunc verò lapidibus cæsus
atq; collisus, & nunc quidē cum bestiis, modò autē
fluctibus pugnās, modò etiam nimiæ atq; continuæ
reluctās fami, diebus atq; noctibus, & inter certami-
na vbiq; resiliēs, captas oues ex diaboli faucibus ex-
trahebat. Sed & Ioseph pudiciciæ virtute decoratus Gen. 39.c
est: at ego vereor ne iam ridiculum sit hinc Paulum
velle laudare, qui semetipsum mundo crucifigens, Gala. 6.d
non solùm humanorū corporū pulchritudines, sed
etiam omnia quæ videntur rebus clara atq; decora-
ta, ita cernebat, quemadmodum nos fauillam, cine-
rémque

rémq; despicimus, qui quasi mortuus ꝑrsus ad mor-
tuum immobilis permanebat. Itaq; cum tanta animi
cura cōprimeret incētiua viciorum, & naturæ: nihil
humanū ab aliquo aliquando perpessus est. Stupent
certè Iob omnes homines, & valde vtiq; cōuenien-
ter. Est eīm ille athleta mirabilis: & qui Paulū ipsum
velut ex aduerso possit aspicere ob patientiā, purita-
témq; vitæ, ob testimoniū dei, propter illā cum dia-
bolo fortissimam pugnā, propter victoriam quæ pu-
gnam secuta est: at Paulus non mēsibus tantùm, sed
annis plurimis in agone perdurās, tā clarus emicuit,
non terræ gleba saniē carnis eradēs, sed in ipsius in-
telligibilis ôs leonis frequēter incurrens & pugnans
aduersus tētationes innumeras, omni erat lapide to-
lerantior, qui non à tribus aut quatuor amicis, sed à
cūctis infidelibus, à falsis etiam fratribus opprobria
sustinebat, cōsputatus ab omnibus, atq; maledictus.
Sed illius erat magna hospitalitas, & cura pauperū,
nec nos quidē istud negamus: sed Pauli eam libera-
litate inferiorē docemus, & tantò inferiorē, quantò
anima est corpus inferius. Quā enim ille curā impen
debat carne debilibus, hāc iste animabus morbidis
exhibebat, nūc mētes sensibus claudicātes dirigēdo
in recti itineris incessum, nūc nuditate deformes sto
la cœlestis philosophiæ vestiendo. In corporalibus
quoq; beneficiis tātò ille superabat, quantò est am-
plius in fame & nuditate viuentē indigētibus ferre
præsidiū, quàm id ipsum de diuitiarū affluētia mini-
strare. Nam illius quidē omni adueniēti aperiebatur
domus, huius verò anima vniuerso patebat orbi, ac
fideliū populos benignæ mētis recipiebat hospitio
2. Cor. 6.c dicēs, Nō angustiamini in nobis, angustiamini autē
in visceribus vestris. Et ille quidē cùm oues & boues
haberet innumeras, erat in pauperes liberalis: hic
verò nihil amplius corpore suo possidēs, in hoc ipso
sufficienter indigētibus administrabat: quod alicui
Act. 20. ipse cōmemorans, Necessitatibus, inquit, meis & his
g. qui mecū erant ministrauerūt manus istæ. Corporis
enim sui operā velut ex quadam possessione fructus
esurientibus deputabat. Sed vermes videlicet, atque
vulnera, sæuos atq; intolerabiles sancto Iob infere-
bant dolores, & ego fateor: sed si per tam multos an-
nos Pauli verbera, & cum iugi fame etiā nuditatem,
catenas, carcerē, insidias, periculáq; cōsideres, quæ à
domesticis, ab extraneis, à tyrannis, à toto postremò
patiebatur orbe: addas hoc etiā his profectò amario-
ra, id est pro eis qui labebātur, dolores, solicitudinē:
quā pro ecclesiis vstionē, quā pro scādalizatis singu-
lis perferebat, videbis ꝙ erit omni saxo durior anima
ista perpetiens, & ferrū atq; adamantē superās. Quæ
enim Iob corpore, hæc Paulus mente sustinuit, quæ
omni verme molestior de singulis quibusq; labenti-
bus mœsticia cōsumebat. Vnde & iuges lachryma-
rum ex eo fontes nō diebus solùm, sed etiā noctibus
affluebāt, omníq; muliere parturiente vehementius
affligebatur in singulis, propter quod etiam dicebat:
Galat. 4.c Filioli mei, quos iterū parturio, &c. Quem verò iam
quispiā post Iob putet esse mirabilē? Mosem ꝓfectò,
sed hunc etiā Paulus satis eminēti virtute trāscēdit,
cuius quidē sunt multa alia præclara. Sed caput illi⁹
sanctæ animæ atq; fastigiū est, quoniā pro Iudæorū
Exo. 32.g salute deleri elegit ex libro vitæ: sed Moses cum cæ-
teris optauit perire, Paulus pro cæteris. Nō enim cū
pereuntibus perire voluit, sed vt saluarentur alij, ipse
de glorię æternitate decidere. Et ille quidē Pharao-

A ni, hic autē diabolo quotidie repugnabat. Et ille pro
vna gēte, iste verò pro vniuerso orbe certauit, nō su-
dore, sed sanguine vice sudoris vndique profluente:
cùm non solùm habitabiles mūdi partes, verumetiā
deserta ad cultū religionis adduceret, nec solū Græ-
corum populos, verumetiā Barbarorū. Poterā quidē
& Iesum Naue, & Samuēlē, & alios prophetas in cō
paratione vocare: sed ne sermonē faciam longiorē,
ad ipsa eorū capita cōdescendā. Cum enim istis ex-
cellentior apparuerit, nulla prorsus de aliis ambigui-
tas relinquetur. Quínam ergo eminētiores videtur?
quis post hos alius, nisi Dauid, & Helias, & Ioannes,
quorū vnus prioris, alter secūdi est præcursor aduen
tus? propter quod etiā nominis cōmunione coniun
cti sunt. Quid igitur in Dauid præcipuum reperitur?
proculdubio hospitalitas, atq; erga deū feruēs amor.
B Et quis amplius, immo quis ita, vt anima Pauli, hæc
vtraque cōpleuit? Admirandū autē in Helia ego mi-
nimè reor, quia cœlū clausit, quia induxit famē, quia
ignē de cœlo sermone cōpluit: sed quia zelauit pro
deo, erat in hoc mēris affectu, ipso igne vehemētior.
Sed si Pauli zelū diligēter inspicias, tātò eum inue-
nies celsiorē, quātò ille prophetis cæteris eminebat.
Quid enim verbis illis reperiatur æquale, qui gloriā
domini zelādo dicebat: Quoniā optabam ego ana-
thema esse pro fratribus meis, qui sunt cognati mei Rom. 9.a
secundū carnē? Propterea è cœlis sibi propositis ac
præmiis & coronis, tardauit atq; distulit, dicēs: Per-
manere autē in carne, necessariū est ꝑpter vos. Pro- Philip. 1.c
pterea non solùm istā quæ cernitur, sed illam quoq;
quę intelligitur creaturā, nequaquā sufficere sibi cre
didit ad ostendendū zelū & charitatē, qua ardebat
C in Christū: sed etiā aliā, quæ nō est, sermone forma-
uit, vt qđ tota volūtate cupiebat, exprimeret: Sed Ioā Matt. 3.a
nes in cibū locustas & mel syluestre sumebat: at Pau
lus ita in mūdi strepitu, quemadmodū ille in eremi
quiete versatus est: nō quidē past⁹ locustis, aut melle
syluestri, sed multò his victu viliore cōtentus, ac ne
necessario quidem indulgēs cibo, præ feruore & stu
dio prædicādi. Verùm illius aduersus Herodē appa- Marc. 6.a
ruit magna cōstantia, at iste non vnum, aut duos, aut
tres, sed innumeros in simili positos potestate corri-
puit, immo lōgè illo sæuiores tyrānos. Restat vt Pau
lum iam angelis cōparemus. Ideóq; relinquētes ter-
ram, ad cœlorū fastigia trāscamus. Sed nullus sermo-
nis nostri accuset audaciā. Si enim Ioānē & sacerdo- Luca 7.d
tes dei scriptura angelos nominauit: q̄d mirū, si præ- & Mala.
stantiorē omnibus Paulū illis virtutibus cōferamus? 3.a. &
D Quid ergo in angelis magnificū prædicamus? profe Esa. 8.a
ctò quia cū omni cura obediunt deo. Quod Dauid
quoq; admirādo dicebat: Potētes virtute, facientes Psal. 102.
verbū illius, &c. Huic enim bono æquale est nihil. d.
Prorsus etiamsi sint millies incorporei: hoc est enim
quod maximè præstat eos beatos, quia obediūt præ-
ceptis dei, quia cū in nullo aliquādo cōtēnunt. Hoc
igitur & in Paulo plenè animaduerti potest, cū omni
diligētia & cautione seruatū. Nō autē solùm sermo-
nē eius impleuit, verūetiā præcepta, super quæ præ-
cepta hoc quippe declarās ait: Quæ est ergo merces 1. Cor. 9.c
mea, vt euangelium prædicans, sine sumptu ponam
euangeliū dei? Quid verò aliud in euāgelio prophe-
ta miratur? Qui facit, inquit, angelos suos spiritus, & Psal. 103.
ministros suos ignem vrentē. Sed hoc etiam in Pau- a.
lo possumus inuenire, qui velut ignis ac spiritus totū
terrarum percurrit orbem, percurrendóq; purgauit.
Sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sed necdū cœlū iſte ſortitus eſt, & hoc omnino mirabile: quia talis verſabatur in terris, & mortali adhuc carne circūdatus, cum incorporaliū poteſtatum virtute certabat. Quanta ergo ſumus condēnatione digni, cū vno homine bona omnia in ſe cōgregante, ne minimā quidem eorū partē ſtudemus imitari? Hæc aſſiduè mente voluentes, & noſipſos inculpabiles prębeamus, & ad illius zelū ſtudeamus accedere, vt ad eadē bona peruenire mereamur, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia ſecunda.

VId ſit homo, & quāta naturæ noſtræ nobilitas, quantæq; capax virtutis, hoc vel præcipuè ex omnibus Paulus oſtendit, qui nūc ſtetit aduerſus criminationes humanæ creaturæ, clariſſima pro deo voce reſpōdens, cohortās ad ſtudia virtutis, & impudentiſſima blaſphemantiū ora concludens: docens quoq; q, inter angelos hominēſq; non grande ſit mediū, ſi tamen noſipſos diligentius excolamus. Non enim aliam ille eſt ſortitus naturā, nec diſſimilem nactus animā, neque alterū habitans mundum, ſed in eadem terra, eadēmq; regione, ſub eiſdem etiā legibus nutritus & moribus, cunctos qui nūc ſunt homines vel fuerūt, altius virtute tranſcendit. Vbi igitur illi nūc ſunt, qui vicia in procliui, virtutē in arduo collocauerūt? Hic enim palàm illis repugnat, dicēs: Quod enim in pręſenti momentaneū eſt & leue tribulationis noſtræ, ſupra modū in ſublimitate æternū in nobis gloriæ pōdus operatur. Si autem huius tribulationes inueniūtur leues, quātò magis hæ quæ ſunt in nobis voluptates? Neq; vero hoc ſolùm in illo mirabile eſt, quòd præ abundātia deuotionis quodammodo non ſenſit dolores pro virtute ſuſceptos: ſed etiā quòd virtutē ipſam pro mercede penſauit. Nam nos equidē pro ea nec mercede propoſita certamus, quam ille cōplectens etiā ſine præmio diligebat, cuncta illa quę aſperitate ſui videntur impedire virtutē, cum omni magnanimitate perpetiens: qui neq; infirmitatē corporis, neq; multitudines circunſtantiū vndiq; negociorū, neq; tyrannidē naturæ, neq; quicquā aliud omnino cauſatus eſt: cū vtiq; maior illi, quàm cunctis & militiæ principibus, & regibus terrę eſſet cura cōmiſſa. Sed quotidie celſior, quotidie aſſurgebat ardētior, & intētis ſibi periculis noua ſemper alacritate pugnabat, idq; ſignificans dicebat: Eorū quæ retrò obliuiſcens, in ea verò quæ priora ſunt extendēs me, qui cùm ſibi iam mortem imminentē videret, ad communionē, delectationémq; gaudij alios prouocabat, dicens: Gaudete, & congratulamini mihi, ac periculis, iniuriis, opprobriiſque propoſitis, rurſus exultat, & Corinthiis ſcribēs, ait: Placeo mihi in periculis & in infirmitatibus meis. Cùm vtiq; hæc ipſa eſſe diceret arma iuſticiæ, oſtēdens hinc ſibi fructū maximū prouenire. Itaque cùm inter medias inimicorū verſaretur inſidias, ouās tamē de omni eorū referebat impugnatione victorias, & vbique cæſus verberibus, affectus iniuriis atq; maledictis, quaſi triumphales pompas ageret, crebra trophæa ſtrueret, orabat, gratiāſq; referebat deo, dicens: Deo autē gratias, qui ſemper triūphat nos. Itaque ad confuſionē & iniurias, quas ob prędicādi ſtudium ſuſtinebat, magis quàm ad bonorum oblectamenta properabat, mortem potius, quàm vitā appetens: paupertatē, quàm opulētiam: & multò amplius laborē deſiderans, quàm alij requiem poſt laborem: ac mœrorē magis eligens, quàm alij voluptatem: ſtudioſius pro inimicis orans, quàm alij aduerſus inimicos. Conuerterat enim orbē terrārū: immo nos eum verè peruertimus. Ab illo autem ſic cuſtoditus eſt, quēadmodū à deo fuerat inſtitutus. Illa enim omnia quæ appetebātur à Paulo naturæ congrua: hæc verò quæ idē ille fugiebat, cōtraria iudicātur. Vnde iſtud probari poteſt? Homo enim cùm eſſet Paulus, ad illa tamē magis, quàm ad iſta currebat. Vnum enim illi formidandū erat, atq; metuendū, offenſa nimirum dei, nec quicquā aliud omnino. Ergo nec deſiderabile illi aliud erat, niſi placere ſemper deo. Non dico quia nihil præſentium deſiderabat, ſed nec ipſorum aliquid futurorū. Nō enim mihi dicas vrbes & gentes, exercitus, prouincias, pecunias, poteſtatęs: hæc enim ille quaſi harenā vilia reputauit, ſed ea ipſa penē, quæ promittūtur in cœlis, & tūc eius ardentē in Chriſto amorē videbis. Hic ſiquidē prę illius dulcedine, non angelorū, non archangelorum admiratus eſt dignitatē, nec quicquam horū ſimile cōcupiuit. Quod enim erat maius omnib⁹, Chriſti amore fruebatur, cum hoc beatiorē ſe cunctis putabat, ſine hoc autem neq; dominatū neq; principatuum ſocius eſſe cupiebat: ſed cum hac dilectione magis eſſe extrem⁹ optabat, imò etiā ex numero punitorū, quàm ſine hac inter ſummos, & honore ſublimes. Hoc em̄ erat illi maximū & ſingulare tormentū, ab hac charitate diſcedere: hæc illi erat gehēna, hæc ſola pœna, hæc infinita & intoleranda ſupplicia. Sicut etiā perfrui charitate Chriſti hoc illi vita, hoc mundus, hoc angelus, hoc præſentia, hoc futura, hoc regnum, hoc ꝓmiſſio, hoc bona videbātur innumera: præter hæc verò nihil in triſtiū parte ponebat. Horū enim quæ hîc habētur, nihil aſperū, nihil etiā ſuaue reputabat. Sic deſpiciebat vniuerſa quæ cernimus, vt ſolet herba iam putrefacta cōtemni. Tyrannos verò ipſos, ac populos ſpirātes furorē, velut eſſe quoſdam culices exiſtimabat. Mortē verò & cruciatus & mille ſuppli cia, quaſi ludum putabat eſſe puerorū, dūmodo propter Chriſtū aliquid ſuſtineret. Tunc enim, & tunc amplectebatur libēter, & decorabatur vinctus catena magis q̄ diademate coronatus. Etenim coarctat⁹ carcere habitabat cœlū, ac libērius verbera excipiebat & vulnera, quàm alij brabia diripiūt: & dolores non minus, quàm præmia diligebat, cùm ipſos vtiq; dolores loco duceret præmiorū: ꝓpterea enim illos & gratiā nominabat. Quē ſenſum diligenter attēde: præmiū certè erat diſſolui, & eſſe cum Chriſto: permanere autē in carne, certamen: ſed tamen propter Chriſti deſideriū præmia differebat cupiditate certaminis, idq; magis neceſſariū eſſe ducebat. E regione verò anathema à Chriſto fieri optabat. Certamē hoc erat & dolor, magis autē & ſupra certamen, ſupráq; omnē dolorē. At verò eſſe cū Chriſto erat prēmium ſingulare. Paulus tamē propter Chriſtū illud maluit, quàm iſtud eligere. Sed ꝓfectò dicat hîc aliquis, quoniā hæc omnia propter Chriſtū ſuauia eſſe dicebat: hoc planè etiā ipſe cōfiteor, quoniā quæ nobis ſunt cauſa triſticiæ, hæc illi maximā pariebāt voluptatē. Et quid ego pericula, ærumnāſq; cōmemoro? In mœrore enim maximo ille verſabatur, propter quod dicebat: Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis ſcandalizatur, & ego non vror? Et ſi in mœrore dicat quoq; quis ineſſe aliquā voluptatē: multi enim illorum

illorū qui filiorū mortibus vulnerantur, aliquid conſolationis accipiūt, cùm fletibus manēt, magiſq; dolent, cùm dolore prohibētur. Sic igitur & Paulus nocte & die conſolationē excipiebat ex lachrymis, nullus ſi quidē tāto affectu mala propria, quàm ille deflebat aliena. Quemadmodū enim illū opinaris affligi tum, cùm perditionē Iudæorū doleret, qui vt illi ſalui fierent, ſeipſum à cœlorū gloria cupiebat excludi? Et *Rom. 9.a* vnū hoc manifeſtū eſt, quia ſcilicet non ſaluari illos acerbius æſtuabat, quàm ſeipſum perire: aut ſi non acerbius, nunquā aliud optaſſet: quod vtiq; quaſi tolerabilius elegit. Qui cùm certè ſpe maxima futuri præmij paſceretur, nō perfunctoriè aliquid optabat, *Ibidem.* ſed clamabāt dicens: Quoniam triſticia eſt mihi magna, & cōtinuus dolor cordi meo. Hūc ergo de ſingulis, vt ita dixerim, habitatoribus mūdi tam vehementer dolentē, & in cōmune pro cunctis, & Gētibus videlicet, & Iudæis, & pro vnoquoq; peculiariter lamentantē, cuínam rerū aliquis poterit comparare, cui ferro, cui adamāti? Quidnam aliquis illā appellet animā, aureámne magis, an adamantinā? Nā & erat omni adamāte fortior, & auro gemmiſq; pretioſior: & alterā quidē materiā firmitate, alterā preciōſitate ſuperabat. Cui ergo rei hæc ab aliquo anima cōparetur? Earum quidē quæ ſunt omnino nulli. Quòd ſi vel auro adamātis fortitudo, vel adamāti honor daretur auri, tamen fortè aliquo modo cōparatio eius Pauli poſſet animæ cōuenire. Sed qd ego adamantē, vel aurum ad ſimilitudinē adduco Pauli? Mundū ſi è diuerſo appendas omnē, & tunc videbis apertè Pauli vergere pondus examinis. Sed ſi enim de his qui in melotis & ſpecubus, in exigua orbis parte verſantur, hoc dictū eſt: quantò magis nos dicemus Paulū mūdo, & omnibus quæ in mūdo ſunt digniorē? Si igitur eo mūdus dignus nō eſt, ſed fortè vel cœlū, ſed iſtud quoq; inuenitur inferius. Si enim iſte non ſolùm cœlum, ſed quæ habētur in cœlis dei poſtpoſuit charitati: quomodo nō magis dominus, qui tātò eſt benignior Paulo, quātò maliciā bonitas antecellit, innumeris eum cœlis iudicat digniorem? Non enim quātùm nos diligit deus, tantùm à nobis diligitur ipſe: ſed tantò effuſius, quantùm nec ſermo quidē ſufficit explicare. Cōſideremus ergo quantis illū honoribus etiā ante tēpus reſurrectionis extule- *2. Cor. 12.* rit. In paradiſum rapuit, & in cœlum tertiū ſubleuauit, ineffabilis arcani feeit eſſe participē; taliúmque myſteriorū conſciū, quæ nulli hominū fas fuerit cōfiteri. Nec immeritò: ſiquidem Paulus in terra gradiēs, ſic ſe agebat in cūctis, quaſi angelorū ſocietate frueretur. Nam paſſibili adhuc colligatus corpori, illorum perfectione gaudebat, tātíſque fragilitatibus ſubditus, in nullo inferior ſupernis virtutibus apparere certabat. Nam & tanquā pennatus totū docēdo peruolauit orbē, & velut incorpore⁹ labores omnes periculáq; cōtempſit, & quaſi iam cœlum poſſidēs, cuncta prorſus terrena deſpexit, & tanquā cum ipſis iam incorporeis degeret, ita iugi mentis intentione vigilauit: & angelis quidē ſæpe diuerſarū gentiū cura commiſſa eſt, ſed nullus illorum ita creditum ſibi populū gubernauit, vt Paulus vniuerſum gubernauit orbē. Neq; verò dicas, quia hæc non perficiebantur à Paulo. Hoc etiā nos fatemur. Sed etſi ipſe non erat qui cuncta cōplebat, nequaquā tamen ab eorū laudibus ſeparatur: quia vtiq; dignum tātæ ſe gratiæ præparauit, per quā tam magnifica & glorioſa perficeret. Michaēli gēs cōmiſſa eſt Iudæorū: Paulo verò terrę, ac maria, atq; vniuerſi orbis habitatio, ipſūmq; deſertū, & hoc non ad iniuriam, quod abſit, angelorum: ſed oſtēdimus eſſe poſſibile illis hominē copulari, iuxtáq; illorum merita cōſiſtere. Cuius autē rei gratia, nō angelis potius hæc prædicationis cura cōmiſſa eſt? Vt nullū ſcilicet excuſationis colorē de ſe inueniret anima negligēs: ac ne tu ad diuerſitatē naturæ cōfugeres dormiendo. Deinde vt tantò etiam maior operum admiratio naſceretur, quantò de natura inferiore procederēt. Quomodo enim non admirabile hoc, atque improuiſum videretur, cùm ex terrena lingua ſermo profiliēs, mortē fugat, peccata diſſoluit, tenebras cæcitatis illuminat, & mutatione mirifica terram cōuertit in cœlum? Propter hoc igitur ſtupeo virtutē dei, propter hoc admiror promptum animum Pauli, quomodo ſe talem ſtuduit exhibere, quomodo ſe tantæ gratiæ capacem parauit. Vos autē rogo, vt non miremini ſolùm, verumetiam imitemini hoc tam clarū virtutis exemplū: ſic nanq; poterimus coronarum eius eſſe participes. Quod ſi aliquis nos dixiſſe miratur, quia quicunq; habuerit Pauli merita, eadē ſit etiam habiturus prēmia, ipſum audiat ita dicentē: Certamen, inquit, bonū certaui, *2. Tim. 4. b.* curſum conſummaui, fidem ſeruaui: de cætero repoſita eſt mihi corona iuſticiæ, quam reddet mihi dominus in die illa iuſtus iudex. Non ſolùm autē mihi, ſed & his qui diligunt aduentū eius. Vides certè quomodo cūctos in eadē gloriæ communione vocet. Quia igitur omnibus eadem corona gloriæ propoſita eſt, ſtudeamus omnes eſſe digni illis bonis, quæ promiſſa ſunt, inueniri. Neq; ſolùm magnitudinem atq; eminentiam in illo debemus conſiderare virtutum, & promptū illud animi eius, atq; robuſtū propoſitū, per quod ad tantam meruit gratiam peruenire: ſed & naturæ ſocietatem, per quam & nobis in cunctis ille participat: & ſic etiam quæ valde ſunt ardua, nobis facilia videbuntur & leuia, breuiq; hoc tempore laborantes, incorruptibilem illam geſtabimus atque immortalem coronam, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cui eſt gloria, & imperium, in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia tertia.

BEatus Paulus, qui tantam vim humanæ alacritatis oſtēdit, vt ad cœlum quoque ipſum valeret ſubuolare, prętermittens angelos & archangelos, aliáſq; virtutes, aliquando quidem ſuo exemplo Chriſti nos fieri imitatores iubet, dicendo: Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. Aliquādo *1. Cor. 4. d & 11. a* verò de ſe reticens, ad ipſius nos imitationē dei extendit, dicens: Eſtote ergo imitatores dei, ſicut filij *Ephe. 5. a* chariſſimi. Iam verò demōſtrans, quia nihil ita hanc imitationē pariat, quàm ſi ita viuat aliquis, vt bonū eius in cōmune proficiat, atq; vniuerſis vtiliora prouideat, adiunxit: ambulate in charitate. Ideo cùm dixiſſet, imitatores mei eſtote: cōtinuò de charitate diſ- *Ibidem.* ſeruit, quia hæc præcipuè virtus homines deo proximos facit. Quantæcūq; enim ſint alicuius, inferiorē tenētes locū, cuncta erga hominū ſtudia verſantur: vt eſt cōtra concupiſcētias, vt quod aduerſus gulam geritur bellū, vt in auariciæ interitū acies ordinata, vt cum iracūdiæ furore cōflictus: diligere vero deū, nobiſq; cōmune eſt. Propterea & dominus imperabat: orate pro calumniantibus & perſequētibus vos, *Matt. 5. g* vt ſitis

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt ſitis filij patris veſtri,qui in cœlis eſt.Hoc igitur & Paulus intelligẽs cunctorũ eſſe caput bonorũ,omni in ſe ſtudio exprimere curauit.Nemo enim ita dilexit inimicos,nemo erga inſidiatores ſuos tam beneficus fuit, nullus pro afflictoribus ſuis tãta perpeſſus eſt.Nõ enim ille,quid patiebatur,ſed naturę copulã cogitabat,quãtóq; amplius efferebãtur inimici,tãtò eorũ magis miſerabatur inſaniã. Vt enim aliquis indulgentiſſimus pater afficitur erga filiũ phreneſi cõprehenſum,cuius quãtò magis cõuiciis ictibuſq; pulſatur, tãtò eum potius miſeratur atq; deflet:ita Paulus qui de ipſa magnitudine paſſionũ eorũ,à quibus affligebatur,exiſtimaret furorẽ, maiora illis adhibebat fométa pietatis.Audi igitur quàm patiẽter,q̃ mã ſuetè nobis pro illis loquatur, qui eũ quinquies verberauerunt,qui eum catenis onerauerũt,qui vinculis ſæpe cõſtrinxerãt, qui eius ipſum ſitiebãt cruorẽ, quíq; illum quotidie diſcerpere geſtiebãt.Teſtimonium,inquit,illis perhibeo, quoniã æmulationẽ dei habent, ſed non ſecundũ ſcientiã. Et rurſus eos, qui ſe ſupra illos ſuperbius efferebãt,refrẽnans:Noli,ait, altũ ſapere,ſed time : ſi enim deus naturalibus ramis non pepercit,ne fortè nec tibi parcat. Quia enim cognouerat dominicã in illos iam proceſſiſſe ſentẽtiã, quod vnũ & ſolũ erat in ſua poteſtate præſtabat.Sępe lachrymabatur vehemẽter,& pro illis dolebat:volentes illis inſultare prohibebat,atq; inquantũ poterat, laborabat vmbrã eis aliquã excuſationis obtendere.Et quia propter contumaciã eorũ atq; duritiã, perſuadere illis fidẽ ſermone nõ poterat, ad orationes conuertebatur aſſiduas.Fratres,inquit,voluntas quidẽ cordis mei, & obſecratio ad deũ ſit pro illis in ſalutẽ.Spe quoq; meliore illos ſolicitat, dicens:Sine pœnitẽtia enim ſunt dona & vocatio dei,vt nõ pertinacius vſq; ad finem deſperatione moriãtur. Quæ vtiq; omnia ſunt verba amãtis,& valde eorũ vtilitatibus prouidẽtis:vt cùm dicit,Veniet ex Siõ,qui eripiat & auertat impietates ab Iacob.Mordebatur eũ vehemẽter,ac penitus diſſecabatur, cùm eos pereũtes videret,propter quod & multa ſolatia huic adhibebat dolori,aliquãdo quidẽ dicẽs : Veniet ex Sion, qui eripiat & auertat impietates ab Iacob : aliquãdo verò,& iſti non crediderũt in illorũ miſericordiã, vt & ipſi miſericordiam conſequãtur.Facit autem hoc etiã Hieremias,vim quandã inferens,atque contendens excuſationẽ aliquã pro delinquẽtibus inuenire,& nunc quidẽ dicens:Sed peccata noſtra reſtituunt nobis.& rurſus : Nõ eſt in homine via eius,nec homo ibit,& diriget iter ſuum. & rurſus : Memento quoniã puluis ſumus.Mos etenim eſt omnino celeberrimus,vt hi qui pro delinquẽtibus deprecantur, etſi nihil idoneũ afferant,ad rogandũ ſaltẽ vmbram quandã excuſationis pro eis opponãt,non certa verborum proprietate munitam,nec quę trahi poſſit in dogmata,ſed quæ pro pereũtibus tantũmodo cõſoletur dolentẽ.Nõ ergo huiuſmodi excuſationes ſcrupuloſius põderemus , ſed intelligamus eſſe illas dolentis animæ, & dicere aliquid pro peccatoribus requirentis,iuxtáq; hũc modũ hæc quę ſuperius dicta ſunt,cenſeamus. Putas autẽ, quia erga ſolos Iudæos talis extiterit , ad alios verò, vel domeſticos, vel extraneos,non ſe multò etiã præbuerit mitiorẽ?His autem,inquit,qui ſine lege erãt, factus ſum, quaſi ſine lege eſſem,vt omnes lucrifacerem. Audi igitur quid ad Timotheũ ſit locutus:Seruũ,inquit,dei nõ oportet litigare,ſed manſuetũ eſſe ad omnes,doctorẽ,patientem, cum modeſtia corripientẽ eos qui reſiſtũt, ſi quãdo det illis deus pœnitentiã ad cognoſcendã veritatem,vt reſipiſcãt à diaboli laqueis,à quo capti tenẽtur ad ipſius voluntatẽ. Vis autẽ probare,quàm modeſtè etiã & cũ illis loquatur,qui in peccata corruerũt?Audi quid Corinthiis dixerit?Timeo,inquit, ne cùm venero,humiliet me deus apud vos,& lugeã multos ex his qui ante peccauerũt,& nõ egerũt pœnitentiã ſuper immũdicia & fornicatione , & impudicicia quam geſſerunt:& ad Galatas, Filioli,inquit, mei,quos iterũ parturio, donec Chriſtꝰ formetur in vobis. Et in cauſa eius,qui fuerat fornicatus,non minus & ipſo,qui pro peccato ſuo lamentabatur,dolet, próq; illo alios deprecatur,dicẽs:Confirmate in illũ charitatẽ. Sed etiã quando illũ ab eccleſiæ corpore ſeparabat,quàm multis hoc lachrymis,gemitúq; faciebat.Ex multa,inquit,tribulatione& anguſtia cordis ſcripſi vobis per multas lachrymas,nõ vt contriſtemini,ſed vt ſciatis,quoniã charitatẽ habeã abundantius in vos.& rurſus:Factus ſum Iudęis tanquam Iudæus,his qui ſub lege erãt,quaſi ſub lege eſſem,factus ſum infirmus infirmis , omnibus omnia factus ſum,vt omnes ſaluos facerẽ. Vidiſti ne quęſo animã omnia terrena ſuperantẽ?Omnẽ enim prorſus hominem deo exhibere cupiebat, & omnes quantùm ad ipſum ſpectat,exhibuit, quaſi enim vniuerſum mundũ genuiſſet,ſic perturbabatur,ſic currebat , ſic omnes in regnũ dei feſtinabat inducere, docẽdo,pollicendo,meditãdo,tum orãdo pro ipſis, tum etiã ipſis ſupplicãdo,& terrẽdo,& dęmones corruptores animarum fugãdo,aliquãdo epiſtolis,aliquãdo præſentia,nũc ſermone,nũc rebꝰ per diſcipulos:per ſemetipſum conabatur erigere labãtes , ſtãtes verò firmare,humi iacẽtes attollere ,ſanare cõtritos, torpentes oleo exhortationis animare,inimicis inſonare terribiliter,hoſtes minaciter intueri, more optimi cuiuſdã ducis ac medici,artis ſuę inſtrumẽta geſtãtis,protector ipſe bellantiũ,ipſe ſedulus ęgrotorũ miniſter, & vnus omniũ officiorũ perſonas,& exercitiũ vbiq; cuſtodiẽs. Nec in ſpiritualibus ſolùm tam egregium cõſeruabat ducẽ,ſed in carnalibus quoq; plurima ſolicitudinis , ac prouidẽtiæ ſuæ documẽta præſtabat. Audi itaq; quemadmodũ pro vna etiam muliere ad vniuerſum ſcribat populũ,dicẽs:Commẽdo autẽ vobis Phœben ſororẽ meã,quæ eſt in miniſterio eccleſiæ,quæ eſt Cẽchreis,vt eã ſuſcipiatis in domino dignè ſanctis,& aſſiſtatis ei in quocũq; negocio veſtri indiguerit.& iterũ:Noſtis,ait,domũ Stephanæ,vt & vos ſubditi ſitis eiuſmodi.& rurſus:Cognoſcite quæ huiuſmodi ſunt. Eſt enim hoc quoq; propriũ, & familiare in dilectione ſanctorũ. Sic enim & Heliſæus mulierẽ illam ſuſceptricẽ ſuã, nõ ſpiritalibus ſolùm, verumetiã carnalibus beneficiis remunerat,propter quod cũ multa ſolicitudine, curáq; dicebat : Nũ eſt tibi ſermo ad regẽ,vel ad principẽ?Et quid mirum,ſi cõmendationes per literas præſtitit Paulus?qui ad ſe aliquos reuocãs, nec de viatico illorũ curam gerere dedignatꝰ eſt,ídq; ipſum in epiſtola ſua ſcribere. Siquidẽ ſcribens Tito ait:Zenã legis peritũ, & Apollo ſolicitè præmitte,vt nihil illis deſit.Qui cõmendans aliquos tã ſtudioſè ſcripſit atq; ſolicitè, multò magis ſicubi vidiſſet periclitãtes,cuncta feciſſet. Ad Philemonem quoq; propter Oneſimũ ſcribẽs:vide quàm omne impẽdebat ſtudium, quàm intentè ac ſolicitè

deprecetur.Qui autẽ pro vno ſeruulo maximè fugitiuo,& qui ex rebus domini multa ſubtraxerat,integrã, omníq; affectu plenã epiſtolã ſine cunctatione cõpoſuit : qualis circa alios fuerit perpẽde. Vnũ cũ hoc ille pudore dignũ putauit,aliquid ſcilicet pro cuiuſlibet ſalute negligere.Propter hoc agebat omnia, & cõmonebat:nec omnino quicquã pro his, qui ſaluandi erant,cunctabatur impẽdere, non verba,non pecunias,nõ deniq; corpus ipſum.Qui enim millies ſeipſum tradiderat in mortẽ, multò magis ſi habuiſſet,nec pecuniis pepercíſſet. Et quid dico ſi habuiſſet,cũ probare poſſim , nõ pepercíſſe eum pecuniis, etiã nihil habentẽ:& ne ambiguũ putetur eſſe quod dicimus,audi ipſum rurſus loquentẽ. Quoniam,inquit,libẽter impendã,& ſuperimpẽdar ipſe pro animabus veſtris:& ad Philippẽſes ſcribẽs ait: Neceſſitatibus meis,& his qui mecũ erãt, miniſtrauerũt manus iſtæ.Cùm verò celſus in omniũ conſiſteret arce virtutũ,omnẽ tamen flammã præcipuo charitatis ardore vincebat.Vt enim miſſum in ignẽ ferrũ,totum ꝓfectò ignis efficitur : ſic Paulus charitate ſuccẽſus, totus factus eſt charitas , qui quaſi communis totius mũdi eſſet pater,ita in amore omniũ ipſos eorũ imitabatur parẽtes:imò cũctos,nõ carnales tantũmodo, verumetiã ſpiritales patres ſolicitudine ac pietate ſuperabat:& pecunias,& verba,& corpus,& animã ꝓ his,quos diligebat,impendẽs.Propter hoc itaq; charitatem etiã plenitudinẽ legis vocabat, & vinculum perfectionis, & omniũ matrem bonorũ, & initiũ finémq; virtutũ:proptereáq; dicebat, Finis autẽ præcepti eſt charitas de corde puro,& cõſcientia bona. & rurſus:Non adulterabis,nõ occides, & ſi quod aliud eſt mandatũ, in hoc verbo inſtauratur : Diliges proximũ tuum ſicut teipſum.Quia igitur & initiũ,& finis,& bona omnino vniuerſa dilectio eſt,vel in ipſa ſtudeamus Paulũ imitari : etenim hic illius ope talis effectus eſt.Nõ enim proponas mihi mortuos,quos ſæpius ſuſcitauit : neq; leproſos,quos eadem virtute mũdauit : nihil horũ requirit à te deus. Poſſide charitatem Pauli, & perfectã adipiſceris coronã. Cuius verò iſta ſententia eſt:Ipſius nutritoris vtiq; charitatis,qui eã & mirabilibus,& ſignis,& aliis bonis mille propoſuit.Quia enim eam ipſe abũdè,ac vehementer impleuerat, idcirco etiã acrius, atq; examinatius vim eius intelligit.Per ipſam etenim ille ad tam celſum perfectionis culmen aſcẽdit,nihílq; eum ita dignum deo,vt virtus præſtitit charitatis:& ideo dicebat,Imitamini dona meliora , & adhuc excellẽtiorẽ viã vobis demõſtro,charitatẽ ꝓfectò optimã viã,pleniſſimámq; pronunciãs.In hoc ergo & vigiláter ambulemus,vt & Paulũ,imò & dominum Pauli videre mereamur,& incorruptibiles cõſequamur coronas, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti,cui eſt gloria,& imperium,in ſecula ſeculorum,Amen.

Homilia quarta.

BEatus Paulꝰ,qui nos hodie cõgregauit,quíque terrarũ etiã illuminauit orbẽ , vocationis ſuæ tẽpore aliquãdo cæcatus eſt , ſed illius cęcitas illuminatio totius orbis effecta eſt.Quoniam enim videbat malè,bene eum excęcauit deus, vt vtiliter iã videret in reliquũ.Simul enim & documentũ ei virtutis ſuæ prębuit,& in paſſione eius figurauit futura,& modũ eius prædicationis edocuit, q̃ ſcilicet oporteret eũ priora ſtudia penitus excludere,& quaſi conniuentẽ oculis ſemetipſum vndique coërcere: propter quod ipſe idẽ iſtud ſignificãs,clamat:Si quis videtur inter vos ſapiẽs,ſtultus fiat,vt ſit ſapiẽs. Nequaquã ergo potuiſſet rurſum bene videre,niſi prius excæcatus fuiſſet.Vnde & propriam ſapiẽtiã,quia perturbabatur excludẽs , fidei ſe per cũcta cõmittit.Sed nullus hoc audiẽs,vocationẽ iſtam neceſſitatẽ putet, ſiquidẽ potuit redire vnde diſceſſerat. Multi enim & in nouo, & in veteri teſtamẽto, cùm maiora ſæpe mirabilia vidiſſent , retrò (vt legimus) ſunt reuerſi:vt Nabuchodonoſor, vt Iudas, vt Elymas magus,vt Simon,vt Ananias,vt Sapphira,vt vniuerſus populus Iudęorũ:ſed non ita Paulus.Illuſtrato enim mẽtis aſpectu ad ſyneerrimũ illud lumẽ curſu tetendit,atq; ad cœlum perniciter ſubuolauit. Quòd ſi interroges,cuius rei gratia ſit cęcatꝰ,accipe ipſum loquentẽ : Audiſtis,inquit,cõuerſationẽ meã aliquãdo in Iudaiſmo,quoniã ſupra modũ perſequebar eccleſiã dei,& expugnabã illã,& proficiebam in Iudaiſmo ſupra multos coætaneos meos , in genere meo abundãtius æmulator exiſtens paternarũ mearum traditionũ.Quia enim vehemens quidẽ erat & ferus,frẽnis quoq; vehemẽtioribus indigebat,ne ſcilicet impetu ipſo eius quo ferebatur alacritatis arreptus,prolata à ſe dei verba contẽneret.Propterea igitur furorẽ eius indomitũ prius cõprimit,concitatos & præcipites illius iracũdiæ fluctus,cęcitatis beneficio redigit in quietẽ:& tunc demũ cœleſti eũ domat affatu,oſtẽdens propriæ inacceſſibilẽ ſapientiã,& ſupereminentẽ omnibus diuinæ ſcientiæ bonitatẽ , vt diſceret,cui iã aduerſario repugnaret:quẽ certè non modò punientem ferre nõ poſſet, ſed nec beneficia conferentẽ. Nõ enim ille obſcuritate tenebrarũ,ſed luminis nimietate cæcatus eſt.Et cur,inquis,hoc nõ antè factũ eſt?Ne quæras iſtud,neq; velis eſſe curioſior,ſed cõcede incõprehenſibili dei prouidentiæ ſalutes eſſe hominũ notis ſibi temporũ opportunitatibus ordinanti.Sic enim etiam ipſe fatebatur,dicens: Cùm autẽ placuit ei, qui me ſegregauit de vtero matris meæ,vocauit per ſuam gratiã,vt reuelaret filium ſuũ in me. Nihil tu igitur ſcruteris amplius , quando hæc dicit & Paulus. Iſtud enim tũc vtiq; fieri oportuit,cùm iam ſcandala vbiq; creuiſſent.Ab ipſo itaq; diſcamus, quoniã nullus ante Paulũ , neq; ipſe Paulus ex ſe tãtummodo eũ inuenit,ſed ipſe ſe Chriſtus oſtendit,& idcirco dicebat:Nõ vos me elegiſtis,ſed ego elegi vos. Cæterùm cur antè non credidit, cùm videret reſurgere mortuos,ambulare claudos,paralyticos roborari, dęmones effugari?Nullũ enim fructum ille ex his omnibus cõſecutus eſt , cùm tamen non ignoraret, iſta qui tã erat erga apoſtolos curioſus , qui certè cùm lapidaretur Stephanus adſtabat, & faciem eius videbat angelico fulgore radiantem. Cur ergo nihil inde lucratus eſt ? Quia necdum vtique vocatus fuerat à Chriſto.Tu verò hoc audiens, noli vocationem iſtam , neceſſitatem putare. Non enim deus cogit homines vocando , ſed poſt vocationem quoq; permittit eos propriarum eſſe dominos voluntatum.Nam & Iudęis ſeipſum quando oportuit, reuelauit : ſed illi propter gloriam quam ab hominibus requirebant , vltrò ſe offerentem ſuſcipere noluerunt.Verùm hoc loco infidelior quis opponat,atque dicat:Cur me etiam non vocauit è cœlo?Vnde etiam manifeſtum eſt,ô homo,quia Paulũ vocauit de cœlo?Sed credis iſtud?ergo ſi credis,hoc ipſum ad ſignũ tibi ſatis eſt.Si verò non credis,quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

è cœlo Paulũ vocauit: quomodo dicis, cur me etiam nõ vocauit? Credis, quia ille vocauit, hoc ipsum tibi (vt dixi) abũdat ad signũ. Crede igitur, nam te quoque è cœlo vocat deus, si habes animã ad obediendum paratã. Quòd si inobediẽs sis, & corruptæ deprauatæq; sentẽtiæ, ne de cœlo quidẽ ad te vox dimissa tibi sufficit ad salutẽ. Quoties autẽ & Iudæi vocem audiere de cœlo, in nouo, & in veteri testamento, nec tamẽ facti sunt idcirco meliores? Nam in veteri, Iudæi post mille miracula pro deo vitulũ quem fecerãt, adorauerũt. At verò Hierechõtina meretrix, quæ nihil omnino ex mirabilibus viderat, ostẽdit tamen fidem in exploratorum susceptione mirabilẽ. Interea quoq; repromissionis Iudæi signa cernẽtes, permanebãt lapidibus duriores. Niniuitæ verò Ionã solum vidẽtes crediderũt, & egerunt pœnitentiã, & venturã super se iram dei cõuersione pepulerunt. In nouo etiam testamento sub præsentia ipsius Christi, latro quidẽ cùm crucifixũ cerneret, adorauit: Iudæi verò qui eum spectauerãt mortuos suscitantẽ, & vinxerunt & affixerũt cruci. Quid autẽ nostra quoque ætate, nónne ex fundamẽtis tẽpli quod Hierosolymis fuit ignis exiliẽs audẽtes illud ædificare cõsumpsit: sicq; reliqui ab iniquis conatibus destiterũt, nec tamen ab impietate sua atq; cæcitate conuersi sunt. Quãta verò etiã post hæc alia facta sunt miracula: vt cùm super Apollinis verticẽ fulmen illapsum est, vt cùm ipsius respõsa dæmonis trãsferri à rege sepultũ iuxta se martyrẽ compulerũt, dicentis se alloqui omnino non posse, quãdiu proximã illius arcã videret: erat nanq; vicina. Post quę ipsius regis auũculus, qui prophano attactu consecrata deo vasa temerauerat, vermibus exesus interiit. Prępositus quoque regalis ærarij, ob aliã quã ecclesiæ intulerat iniuriã, medius repẽtè diruptus est: tunc etiã regionis nostræ fontes, qui prius flumina ipsa cursu inundãte vincebant, subitò in se resiliẽdo fugerũt, nunquã hoc antè perpessi, nisi postquã loca illa sacrificiis ac victimis inquinauit. Quid verò iam memorẽ famẽ toto prorsus orbe terrarũ cum impio rege dominatã, regis interitũ in regione Persarũ: ante mortẽ verò mentis errore perpessum, exercitũ in medio barbarorũ relictũ, & vndiq; velut quodã reti conclusum, reditũ ex illis locis improuisum atq; mirabilẽ? Cùm enim rege impio miserabiliter interẽpto, alter pius in eius successisset imperiũ, aduersa omnia cõtinuò dissoluta sunt, & exercitus qui velut in mediis erat retibus inuolutus, nec vllũ exitum aliquando se inuenturũ esse credebat, dei iam nutu ab hostibus liberatus, omni cum securitate remeauit. Et hæc quidẽ, quem nõ valeant ad patrem pietatis attrahere? Quid verò præsentia? nónne etiã multò mirabiliora dicenda sunt? nónne crux prædicatur, & totus ad credendũ mũdus accurrit? Nónne mors nũciatur, & omnes cõuolant? Nunquid non innumeri crucifixi sunt? Nũquid non duo latrones cũ domino pepẽderunt? Nũquid nõ multi sapiẽtes? Nũquid non multi extiterũt potẽtes? Cuius igitur aliquãdo sic nomẽ obtinuit? Et quid dico potentes atq; sapiẽtes? Nũquid non fuerũt reges inclyti? Quis ita sibi terrarũ orbẽ tam breui tẽpore subiugauit? Non enim varias mihi atq; diuersas opponas hæreses. Omnes siquidẽ eundẽ prædicant Christũ, etsi nõ omnes sanè prędicẽt, atq; legitimè. Illũ enim omnes prædicãt, qui in Palæstina & natus, & passus, qui Põtio Pilato diiudicãte crucifixus est. Hæc igitur cũcta quę proposui, nõne etiã magis virtutis eius videtur habere documentũ, quam illa vox allata de cœlo? Cur enim nullus ita aliquãdo regnũ, vt hic solus obtinuit, certè cùm innumera ex aduerso impedimenta pugnarẽt? Nam & reges cõtra euangelium præliati sunt, & tyrãni bella gesserũt, & nostra vsque adeò attrita non sunt, vt inde magis fierent clariora. Vnde igitur hæc tanta, támq; admirabilis virtus? Magus scilicet erat? Solus ergo iste magus tã potẽs fuit? Audistis nẽpe quia & apud Persas magi, & apud Indos extiterũt, sint quoq; & modò. Sed ne nomẽ quidem eorũ vsq; sonat. Et ille quidẽ ex tyrannorũ vrbe deceptor, ac maleficus aliquò loci apparuit, at breui aliquanto tempore in exigua parte orbis refulsit: sed celeriter extinctus atq; deletus est, qui non ecclesiã omnino, non populũ, non aliquid horũ reliquit. Sed quid dico magos atque maleficos extinctos? Vnde, quęso, omniũ deorum tẽpla extincta sunt, & Clodoneus, † & Darius, & omnes istæ prophanitatis officinæ silẽt, ac penitus obstructæ sunt? Vnde igitur non solùm crucifixũ, sed & etiam pro ipso occisorũ fauillas dæmones cõtremiscunt? Cuius rei gratia, saltem nomen audientes crucis, in fugã resiliunt: cùm certè si se res haberet aliter, magis eos oporteret irridere quàm fugere. An fortè crux quid clarum videtur, ac nobile? Imò è cõtrario turpis, & exprobrabilis mors. Est enim & vtique pœnalis mors, & omnino terrima, & apud Iudæos maledicta, & inter gentiles abominanda. Vnde igitur illã dæmones reformidãt, nisi de virtute crucifixi? Si enim illã per seipsam timerẽt, quanquã & hoc ipsum de his esset indignũ: tamẽ & ante illũ, & post illũ pleriq; crucifixi sunt, & cũ ipso etiã duo. Quid igitur si inuocet aliquis nomẽ latronis, vel alterius cuiuscquã crucifixi, dæmón ne fortè timebit ac fugiet? Nequaquam, quinimò ridebit. Si verò Iesum addideris, Nazarenũ, velut ab igne repẽtè diffugiet. Quid igitur ais? Vnde præualuit? Quia, inquis, seductor fuit. At nõ hæc præcepta loquũtur. Deinde & multi seductores fuerũt, & tamen nullus obtinuit. Sed quia magus fuit. Verùm lõgè aliud eius dogmata cõtestãtur. Sed & magorũ multa sæpe fuit copia, nec tamen vllũ huius potẽtiæ nomẽ auditum est. Sed quia sapiẽs fuit: at multi fuerũt sępe sapiẽtes. Quis itaq; similiter obtinuisse dicetur? Nullus enim aliquãdo saltẽ ex parte aliqua huic potentiæ appropinquauit. Vnde liquidò patet, quoniã Christus nõ fuerit magus, nõ seductor, sed qui è cõtrario horum extitit emẽdator. Et verè diuina virtus, nec vlli omnino superabilis. Idcirco & ipse cũcta vicit, atq; perdomuit. Et Paulus cũ illa arte vilissima tantã potuit inspirare virtutẽ, quãtam ipse rerũ testatur effectus. Homo etenim ignobilis, abiectus, & circũforane⁹, q artẽ exercebat in pellib⁹, intantũ virtute progressus est, vt vix triginta annorum spacio & Romanos, & Persas, & Parthos, & Medos, & Indos, & Scythas, & Aethiopes, & Sauromatas, & Saracenos, & oẽ prorsus humanũ genus sub iugũ mitteret veritatis. Respõde igitur, vnde iste opifex vilis ac public⁹ ſtãs in loco artis suæ, ac scasellum in manu gerẽs, ita vt ipse philosophatus sit, & alios docuerit philosophari, gẽtes scilicẽt, vrbes atq; regiones, nec vim in se sermonis ostẽdens? Audi enim ipsum loquentẽ: Et si impe- 2. Cor. 11.
ritus sermone, nec pecunias possidẽs: nã hoc quoq; b.
ipse testatur. Vsq; ad hãc, inquit, horã & esurimus & 1. Cor. 4. c
sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur. Et quid dico

† al. Donæus,

Act. 18. a

dico pecunias? cùm ille sæpe necessariũ quidem non haberet cibũ, nec quo se circundaret indumentum. Quia verò nec de professione clarus fuerit, ipsi⁹ discipulus ostẽdit, dicẽs: Quoniã manebat apud Aquilã & Priscillã, propterea q̃ eiusdẽ artis essent. Erant enim scenofactoriæ artis. Nõ igitur à proauis nobilis, quippe qui tam vilis fuisse artis ostenditur: non à patria, non à gente, tamẽ progressus in mediũ, ac tãtũmodo apparẽs inimicorũ cuncta turbauit, vniuersa confudit: & sicut in stipulas, aut in fœnũ ignis immissus, oĩa dæmonũ opera consumpsit, atq; in quod voluit, omnia cõuertit. Neq; verò hoc solùm admiratione dignũ est, q̃ tantam potentiã talis obtinuit: sed quoniã discipulorũ quoq; illius plurimi pauperes, imperiti, ac totius erant eruditionis extranei, in fame & egestate viuẽtes, ignobiles, ac de ignobilib⁹ procreati: qđ certè etiã ipse prædicauit, nec erubuit eorũ commemorare pauperiẽ, imò necessaria quidẽ eorũ victui postulare. Proficiscar, inquit, Hierusalem ministrare sanctis. Et rursus: Secundũ vnã sabbati vnusquisq; vestrũ reponat, quod ei bene placuerit, vt nõ cũ venero tunc collectæ fiãt. Quare verò plures discipulorũ ex imperitorũ numero cõstarẽt, ad Corinthios scribens, ait: Videte vocationẽ vestrã, quoniam non multi sapientes secundũ carnem, nõ multi potẽtes, non multi nobiles, sed & valde obscuri, & viles fuerũt. Nam infirma mũdi, inquit, elegit deus, & quæ nõ sunt, vt ea quæ sunt destrueret. At nobilis & eruditus erat fortè persuasor. Nec istud quidẽ, nã hoc quoq; ipse cõfirmauit, dicẽs: Et ego veni ad vos, non in sublimitate sermonis, aut sapiẽtiæ, annũcians vobis testimoniũ Christi. Nõ enim iudicaui me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christũ, & hũc crucifixũ. Et sermo meus, & prædicatio mea, non in persuasibilib⁹ humanæ sapiẽtiæ verbis. Sed causa nimirũ ipsa, prædicationis erat idonea, quæ ad se pertraheret audientes. Accipe quid etiam super hac re ipse pronũciet. Quoniã, inquit, Iudæi signa petũt, & Græci sapientiã quærunt: nos autem prædicamus Christum crucifixũ, Iudæis quidem scandalũ, Græcis autem stulticiã. Sed securitate, ac libertate perfunctus est. At omnino à periculis nũquã respirauit. Et ego, inquit, in infirmitate, & timore, & tremore multo fui apud vos. neq; verò ipse solùm, sed etiã discipuli eius passionib⁹ subiacebãt. Memẽtote, inquit, dierũ priorũ in quibus illuminati magnũ certamẽ sustinuistis passionũ. In altero quidem opprobriis, & tribulationibus spectaculũ facti, in altero etiam socij taliter cõuersantiũ facti: nã vinctis compassi estis, & rapinam bonorũ vestrorum cum gaudio suscepistis. Et rursus ad Thessalonicẽses ait: Vos enim eadem passi estis à contribulibus vestris, sicut & ipsi à Iudæis, qui & dominum nostrũ occiderunt, & prophetas suos persecuti sunt. Rursus ad Corinthios scribẽs: Sicut, inquit, abundant passiones Christi in vobis, & quemadmodum socij estis passionũ, ita eritis & consolationis. Et ad Galatas: Tãta, inquit, passi estis sine causa, si tamẽ sine causa. Cùm igitur & prędicator, & imperitus, cũ etiã pauper esset, & prorsus ignobilis: & quod prędicabatur, nõ modò cõmendatione sui esset vacuum, verumetiã offensione plenissimum, & auditores ipsi inopes, imbecilles, atq; omnino nulli, & pericula tã crebra, tam varia, non doctoribus solum, sed etiã discipulis imminerent, & crucifixus esset, qui annunciatur adorandus. Quidnam illud est, quod huius prædicatio potuit obtinere? Nónne lucidissimè claret diuina hoc & ineffabili quadã virtute perfectũ? quod certè etiam inimicorũ cõparatione potest liquidò cõprobari. Cùm enim videris contraria horũ vniuersa concurrere in vnũ: id est, vt opes, & nobilitatem, & patriæ claritudinem, & oratorię artis pompam, & pacis securitatẽ, & plurimã in ipsa superstitione culturã, continuò tamen morem prophanitatis extinctũ: hos verò qui sunt ex aduersa parte superare, quæ horum causa sit, respõde. Tale est enim, vt cùm rex quispiã instructus armis, fretus exercitu, potentissimas in bello acies instruens hostes superare nequiuerit, nudus aliquis, & pauper, & solus, ac breui quidẽ iaculo armatus, aut simplici saltem veste tectus, certamen ineat, eáq; peragat quæ alij nec cum mille quidem munitionibus patrare potuerũt. Noli igitur in praua permanere sentẽtia, sed virtutem venerare crucifixi. Neq; enim si regẽ aliquẽ videas ciuitatẽs sibi excelsas parantem, circũagentem fossas, muris machinas imponentem, innumerã quoq; habentẽ militũ multitudinẽ, arma fulgentia, pecunias infinitas, vnamq; hostiũ ciuitatẽ destruere nõ valẽtẽ: alterũ verò nudo corpore dimicantẽ, solísq; manibus vtentem, non vnam, aut duas, aut paucas, sed prorsus innumeras, totóq; orbe diffusas vrbes percurrentem celeriter, cunctásq; capientem, humanæ hoc dicas esse virtutis. Sic ergo proculdubio in præsenti causa sentiendũ est. Propterea enim concesit deus & latrones cũ saluatore crucifigi, & ante saluatoris aduentũ seductores aliquos apparere, vt etiã ex cõparatione rerũ nimis insipientibus ostenderetur excellentia veritatis: & discerent, quia hic non vnus ex illis: sed grande sit inter tã dispares, infinitúmque discrimen. Nihil enim Christi gloriã potuit inumbrare, vel eorũdem opportunitas temporũ, vel communio passionũ: ne quis enim putaret, quia dæmones crucẽ, & non crucifixi pauerent virtutẽ, obstruxit ora ista dicentiũ per latronem. Quòd si temporũ opportunitas cuncta feciſſe dicatur, ad repellẽdum Theodotus atq; eius discipuli proferentur, qui cum eisdem ferè, quibus etiã Christus tẽporibus extitisset, & veritatẽ per quædam etiam signa impugnare tentasset, repentè destructi sunt. Quod enim iã antè memoraui, ideo interdum falsa fieri deus signa concesit, vt abundantius vera monstraret. Propterea & pseudoprophetas tempore prophetarũ, & pseudoapostolos cũ apostolis apparere permisit, vt disceres quia splendentes eius vbiq; virtutes nequaquã obscurare posset similitudo, & vmbra quędã virtutum. Agè iam ex aliis quoq; documentis probemus esse hanc potentiam singularem, & præcipuam atq; mirabilem. Docebimus enim Christi gloriã ipsa magis inimicorũ impugnatione creuisse. Cùm enim hunc ipsum beatũ Paulum Romę quidam persequerẽtur, aliquãdo hoc ipsum dogma inquietius prædicabãt. Cupiẽtes enim Neronẽ impugnatorem Pauli acrius in eius odium commouere, mira quadã arte lædendi susceperunt & ipsi euangelicæ prędicationis officium, vt magis scilicet fidei sermone feruente, & discipulorũ crescente numero, in immensum ignesceret furor tyranni, & fera maiora adhuc colligeret incremẽta feritatis. Et hoc ipse ad Philippẽses Paulus scribẽs, ait: Scire vos autẽ, inquit, volo fratres, q̃ quæ Philip. 1. b
circa me sunt, magis venerunt ad profectũ euangelij, ita vt plures è fratribus cõfidẽtes in vinculis meis,

Act. 18. c
Rom. 15. c
1. Cor. 16. a
Ibid. 1. d
Ibidem.
Ibid. 2. a
1. Cor. 1. c
Ibid. 2. a
Hebr. 10. f
1. Thes. 2. c
1. Cor. 1. b
Gala. 3. a

Universidad de Deusto
Biblioteca

abundantius auderent sine timore verbū dei loqui. Quidam quidem etiam per inuidiam & contentionem, quidam etiam per bonam voluntatem Christū prædicant: quidā autem ex contentione Christum annunciant non syncerè, existimātes pressurā susci-
Ibid.c tare vinculis meis. Quidā autem ex charitate, scientes q̄ in defensione euangelij positus sum. Quid em̄ si omni modo, siue per occasionē, siue per veritatem Christus annūcietur? Vidisti certè, quemadmodum etsi ex cōtentione aliqui prædicarēr, tamen etiā per inimicos veritas Christi crescebat. Supra verò hanc inimicorū calliditatem, alia quoq; ex aduerso multa veniebant. Nam & antiquæ leges, non modò non opitulabantur, verūetiam aduersabantur: contraque veritatis partem non solùm malicia obloquentium inimicorū, verumetiam ignorantia dimicabant, regem aiebant alterum Christum. Non enim nouerāt eius cœleste regnum terribile istud, & absq; vllo termino gloriosum: sed quasi tyrannidem morbis inferentibus per calūniam repugnabāt, & in commune omnes, & specialiter aduersus eos singuli dimicādo. In cōmuni quidē, quasi cōtra eos, qui publicæ disciplinæ, & legū scita destruerēt: specialiter verò, quasi singulorū domos diuisionibus, diuortiisq; dissoluerent. Nam & filiū tunc impugnabat pater, & filius patrem negabat, & maritū vxor oderat, & vxorē maritus, filiæ quoq; cū matribus dissidebāt, cognati cognatos, amici oppugnabāt amicos, erātq; per omniū domos varium istud, & multiforme bellum, propinquos separans, dispergens curiā, iudicia conturbans: cū vtiq; mores patrij soluerētur, festiuitas & cultura dæmonū pelleretur, quæ alij legū latores vel in primis custodienda decreuerāt, cum his omnibus etiā tyrānidis orta suspicio vndiq; faciebat eos explodi. Neq; verò dicere quispiā potest à gentibus quanta inferebantur, à parte verò Iudæorū omnia inquietabantur, cùm certè isti etiā sæuius immitterēt. Cúmq;
Act.21.e & ipsi ei destructionem legis impingerent: nō enim cessat, inquiunt, loquens contra legem, & locū sanctum. Verūtamen vndiq; inuidiæ igne succenso, ab domibus, ab vrbibus, ab agris, à solitudine, à terra, à mari, à gētibus, à Iudæis, à principibus, à plebibus, à regibus, à regū ministris: cū omnes ad crudelitatē se mutuò cohortarētur, & oēs ferisimè sæuiúsq; cōsurgerent: beatus tamē Paulus in tantos ignes insiliens, atq; in medio talium luporum consistens, quāquam ictus omniū exciperet, nō modò tamen obrutus ipse nō est, sed etiā omnes illos in partem trāstulit veritatis. Et hæc & alia quoque prælia non minus sæua memorabo: vt illud quod aduersus pseudoapostolos gerebatur, quodq; eum super omnia alia torquebat, domesticorū dolus, ruina nutantiū: multi enim etiā ex fideliū numero labebātur, sed etiā cōtra ista præualuit. Vnde quæso? ex quâve virtute? Quia, inquit, arma nostra nō carnalia, sed potētia sunt ad destructionē, munitionū consilia destruentem, & omnem altitudinē extollentē se aduersus scientiam dei. Propterea igitur in diuersum omnia vertebātur, ac mutabātur repēte: ac sicut igne succenso paulatim spinę consumūtur, & cedunt, flāmisq; superātur, ac mūdi reddūtur noualis: sic etiā Pauli insonante lingua, & omni igne vehemētius irruente cedebant omnia, fugiebātq; & dæmonum cultus, & celebritas omnis, atq; festiuitas, & mores patrij, & populorū furores, & tyrannorū minæ, & insidiæ domesticorum, & pseudoapostolorū operationes malignæ. Magis autē sicut radiis Solis oriētibus & tenebræ fugātur, & feræ latitant, foueisq; condūtur, & latrones recedunt, & homicidæ ad antra suffugiūt, & amouētur piratæ, & sepulchrorū violatores fugātur, & adulteri, & fures, & perfossores domorū deprehensi à Sole, redarguti, periclitātes abeunt, seseq; alicubi procul occultant, omniáq; lucida efficiūtur & clara, illustrātibus desuper radiis terrā, pelagus, ac mōtes, vrbes, simul atq; regiones: sic tunc prædicatione fulgente, & vbique euāgeliū disseminante Paulo, fugabatur error, veritásq; remeabat: fauillæ verò, fumúsq; templorum, & cymbala omnia, & tympana, & ebrietates, & comessationes, & stupra, & adulteria, & alia dictu fœda, quæ in sacris suis celebrare cōsueuerant, defecerūt, atq; cōsumpta sunt, instar ceræ ignis vapore pereūtis, & palearū vice, quę subitò concrematur incendio. Clara verò inter hęc veritatis flamma surgebat resplēdens, & ipsum ad vsq; cœlū sublimitate cōscēdens, ab his potissimū subleuata, qui eā nitebantur opprimere: pérq; illos magis incremēta suscipiens, qui illā extinctū iri cupiebant. Nec pericula enim progressum eius, aut impetus coërcere potuerūt, nō tyrannis quædā inueteratæ cōsuetudinis, non patrij amoris authoritas, non legū potestas, nō illa ipsa custodiendi eius quod prædicabatur euāgelij difficultas, nec quicquā eorum quæ impedimentū afferre possunt, proficiscentis celeriter veritatis cursum aut incidere, aut retardare potuerunt. Atq; vt quantam istud vim habeat, cognoscas, cōminare gentibus, nō dico pericula, famē, mortē, sed damnū aliquod exiguum, & videbis eos repentè mutatos. At non talia inueniūtur & nostra, sed cōcisis occisisq; omnibus, & vbiq; impugnatis vario genere bellorū, illa tamē florentiora semper effecta sunt. Et quid ego nostræ ætatis cōmemoro gētiles viles istos, & omnino contēptui faciles? & potius qui apud illos erāt aliquādo mirabiles in mediū proferamus, philosophię scilicet honore celebratos, Platonē, Pythagorā, Aremeniū, multosq; alios huiusmodi, & tunc demū euangelicę prædicationis virtutē probabis. Nā post Socratis venenū, alij quidē Megara discesserūt similia patiendi metu: alter autem & patria, & libertate priuatus est, nec præter vnā mulierē philosophiæ quenquā studiis subiugauit. Plato autē depictam in paginis disciplinā relinquens, in mortē solutus est. Et certè nihil eis tunc impedimento erat, non periculum, non egestas, nō imperitia sermonis: sed erant & dicendo potentes, & opibus affluentes, & de nobilitate patrię gloriantes. Verùm nequaquā obtinere potuerūt: talis est enim conditio erroris, etiā nullo sibi obsistente consenescit, ac defluit. Talis autē è diuerso veritatis status, etiā multis impugnātibus suscitatur, & crescit. Hæc autem ita esse, veritas rerū ipsa proclamat, nihilq; hîc opus est assertione verborum, cū vocem quodāmodo totus vndiq; mūdus emittat, vrbes scilicet, & agri, & terræ, & maria, & loca culta, atq; deserta, ipsæ quoq; etiā mōtiū summitates. Neq; enim solitudinem beneficij sui reliquit exortē, sed ipsam maximè his, quæ nobis de cœlo veniens detulit bonis repleuit, per Pauli præcipuè linguam, pérque illā quam in ipsum contulit gratiam. Quia enim dignā tali dono deuotionem gerebat, copiosa in illo etiam gratia coruscauit, plurimáque horum, quæ hucusque memorauimus, ipsius sudore ac sermone cōpleta sunt

ta sunt. Quoniam igitur ita genus nostrū nobilitauit deus, vt vnū hominē dignaretur tantorū causam facere bonorū, studeamus & nos eius similes inueniri. Neq; verò istud impossibile putemus, quoniā, vt sæpe dixi, & nūc inculcare nō cesso: tale illi, quale etiā nobis corpus fuit, talis anima, tales cibi, sed volūtas in eo mirabilis, & pręclara deuotio: & istud est prius vnde ille talis effectus est. Nemo igitur diffidat, nemo desperet: si intendas animū, & præpares, nihil est quod te ab eiusdē gratiæ possit prohibere muneribus. Non est enim personarum acceptor deus. Idem illum teq; formauit: & quemadmodum illius, ita est etiam tuus deus: ac sicut illū meritò laudauit, ita etiā tibi offert coronam. Spōdeamus igitur nosmetipsos deo, atq; mundemus, vt nos quoq; eandē gratiā consequentes, eadem etiam præmia sortiamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui est gloria, & imperium, in secula seculorum, Amen.

Homilia quinta.

VBi nunc illi sunt, qui querulo semper animo mortem causari solent, & corruptibile hoc corpus atq; passibile impedimento sibi esse ad virtutē putant? audiant Pauli facta preclara, & ab hac obtrectatione maligniſsima cōquiescant. Quid enim humano generi mors nocuit? quid verò virtutem corruptio corporis impediuit? Cōsidera itaque Paulū, & videbis, quia nobis etiā ad maximam vtilitatē proficiet ista mortalitas. Hic enim nisi mortalis fuisset, nequaquā dicere potuisset, magis autem nequisset ostēdere, quod ipsius tēporibus est locutus: quoniam quotidie morior propter gloriam vestrā, quā habeo in Christo Iesu. Vbiq; enim nobis intentione animi, ac prōpta opus est voluntate: quæ si affuerint, nihil erit quod nos possit à virtute ꝓhibere, sicut superior iam sermo memoratus est. Nōne erat iste mortalis? nōne ignobilis? nōne pauper: & quotidiano opere victū requirens? Nónne corpus habuit cunctis naturę necessitatibus subiugatū? Quid ergo eū vetuit illis, quibus floruit, splēdere virtutibus? ꝓfectò nihil. Null' ergo mœreat pauper, nullus angatur inglorius, nullus ex vilioribus ingemiscat: sed tātūmodo illi, qui molles sunt animo, & eneruati mēte, atq; resoluti. Hoc enim solum est quod nos à virtute valeat arcere, viciositas animæ, atq; mollitudo sentētiæ, nec quicquā omnino prætereа: idq; beati huius propter quē hodie congregati sumus, qui præsentiū iucunditate gaudet, illustratur exemplo. Sicut em̄ Paulo nihil ea quæ superius sunt memorata nocuerūt, ita extra religionē nostram positos, nihil his aduersa iuuerūt, non generis claritudo, nō diuitiarū affluentia, nō splendor eloquij, nō gloriæ magnitudo, nō sublimitas potētatus. Sed quid ego de hominibus adhuc loquor, & quādiu circa terrā continuo sermonē? Fas est etiam supernas cōmemorare virtutes, principatus videlicet, ac potestates, mundiq; rectores, ac tenebrarū huius seculi. Quid em̄ iuuit eos angelorū sortitos esse naturā? Nónne veniēt omnes
1.Cor.6.a istæ virtutes à Paulo, eiusq; similibus iudicādæ? Nescitis, inquit, quia angelos iudicabimus, quārò magis secularia? Nō igitur ob alias aliquādo causas, nisi ob vicia sola doleamus, horum nos studiosos esse pœniteat. Nihil est quod nos Pauli similes fieri vetet. Ille enim non solùm gratia dei, sed etiam sua voluntate talis effectus est, & idcirco gratia, quia etiā de propria volūtate. Vtraq; enim plena in illo fuerūt, atque perfecta, & ea quæ donātur à deo, & ea quæ volūtate præstātur. Vis dona dei agnoscere? vestimēta Pauli dæmonibus terrori erant. Verùm ego nequaquam illud admiror, sicut nec illud quidē, quia vmbra Petri corporū languores effugabat. Hæc sunt verò mi- Act.5.c
randa, quæ Paulus etiā ante gratiam magnus ab ipsis rudimētis, ab ipsis fidei suę inuenitur fecisse principiis, quia nec virtute hac, qua postea polluit, illustratus, nec apostolatus honore donatus, ita in Christi zelū totus exarsit, vt omnē cōtra se accēderet populū, qui cū se in tantis periculis, & ciuitatē propter se obsessā cerneret, per murū demissus in sporta est, 2.Cor.11.g
sicq; depositus, nec tūc quidē in segnicię ac timiditatem relapsus est: sed maiorem alacritatem mentis accepit, periculis quibusdā se sæpe subdens in aliorum salutem: nulli autē studio cedens docendi, sed quotidie portans crucē, dominū sequebatur. Et quidem cū recens adhuc Stephani ante oculos haberet exemplū, videretq; contra se oēs potissimū concitatos Iudæos, cædem spirātes, ipsásq; penè carnes eius deuorare cupientes: vnde igitur Paulus, neq; cū in pericula irrueret, temeritatis argui poterat, nec pericula fugere timiditatis: quia vtique & amabat satis præsentē vitā, ob lucrū docēdi: & rursum valde eam despiciebat, ob philosophiam, ad quam illum mūdi contemptus euexerat, proptérq; amorē quo ire vrgebatur ad Christum. Quod enim de ipso dico semper, nec dicere aliquādo cessabo, nullus ita in diuersa rerū incidens atq; contraria, vtraq; in commodū suū transtulit, vtraq; suis vtilitatibus coaptauit. Nullus enim sic vnquā præsentis vitæ fuit amans, ne eorū qui sunt lucis istius cupidissimi: & è regione sic aliquādo despexit salutem illorum, qui se in mortem sponte præcipitant, sic ab omni se mundum cupiditate abstrahebat, nullāq; præsentium tenebatur passione, sed vbiq; desiderium suum cum dei volūtate miscebat. Et tunc quidem præsentem vitam magis necessariā esse ducebat, q̄ societatē Christi, atq; colloquiū. Nunc verò tam molestā sibi illā fatebatur & grauē, vt etiā ingemiscеret, atq; in mortis desideriū cogeretur. Ea enim sola cupiebat, quæ illi secūdum deū lucra parerent, etiamsi viderentur esse contraria. Erat enim quidē varius semper, ac multiplex, nō vtiq; dissimulatione mutabilis, quod absit, sed faciēs omnia, quæ prædicationū salutisq; hominū necessitas poposcisset. In hoc quoque domini sui inuentus imitator. Nā & deus & homo apparuit, cùm id eum oportuit apparere, & in igne quādo tēpus ita exegit, & nunc quidē se in habitu armati militis, nunc in similitudine viatoris, nunc in ipsa ostendit similitudine hominis veritatē, secundū quam ne ipsam quidē mortem refugit: sed iterū iterúmq; commonet, nemo dispensationem istā necessitatem putet, sed tantummodo amorem dei erga homines intelligat. Nā & aliquādo quidem super thronum, aliquādo verò super Cherubin apparebat sedens. Omnia tamē ista pro variarū dispensationū opportunitate faciebat, propter quod loquitur per prophetam: Ego visiones Ose.12.a
multiplicaui, & in manibus prophetarū assimilatus sum. Ita igitur & Paulus creditæ sibi dispensationis modū sæpe variando, nequaquā de domini sui imitatione culpatus est, cùm modò Iudęus fieret, modò se illis nulla cōmunicatione misceret. Et tunc quidē custodiret legē, nunc verò despiceret: & aliquando conseruaret præsentē vitā, aliquando contēneret: &

Universidad de Deusto
Biblioteca

nunc quidem etiam postularet pecunias, nunc autē oblatas etiā refutaret: nam & sacrificium obtulit, & purificationē ex more celebrauit. Sed rursus & anathematizauit ista facientes. Et nunc quidem circuncidebat ipse, nunc circuncisionem penitus excludebat. Et erāt facta quidem ipsa diuersa inter se atq; cōtraria, mens verò atque sententia ex illa fiebat valde sibi concinnans atq; cōcordans. Vnum illud requirebat, & solùm eorū qui illum audirent, ac viderent salutem: propterea modò extollit legem, modò inclinat ac deiicit. Non enim solùm in actibus suis, verūetiam in verbis erat, vt dixi, varius ac multiplex, nō mutādo sententiā, sed alter factus ex altero: sed ipse qđ erat semper manēdo, eorū, quæ dicta sunt vsum pro causārum opportunitate variabat. Nō igitur eū propter ista reprehendās, propter quæ illum magis debes dignis laudibus coronare. Siquidem & medicum cùm nunc vrentē videris, nunc fouentem, nūc ferro vtentē, nunc medicamento, & aliquando quidem ægrotum à cibo potúq; cohibentem, aliquādo verò eum in ista laxantem, & modò quidem cooperientem vndiq;, & vndiq; confouentem: nunc verò ipsi illi calefacto securius plenam frigidis aquis imperantem epotare phialam: non vtique super hac eū varietate & frequenti mutatione culpabis, sed tunc præcipuè stupebis artem, quando ea quæ nobis contraria videntur & noxia, illū cum fiducia videris offerentem. Hoc est enim veri artificis, ac periti. Si igitur approbamus medicum contraria ista facientem, multo magis Pauli debemus animam prædicare, tā multis se ac diuersis modis ægrotantibus coaptantē. Non enim minus hi qui animarum, q̄ illi qui corporum languore vexantur, arte opus habent, ac varietate curandi: ad quos si securè, & velut ex directo voluerint accedere, omnis spes ab eis salutis aufugiet. Et quid mirum si homines ad hæc sananda temperamēta descendant, cùm etiā omnipotens deus hoc ipso medicinæ vtatur modo, nec omnia nobis vniformiter ac directim loquatur? Quia enim spōtè nos vult effici bonos, nō necessitate atq; violentia, opus etiam habet mutatione curæ, non propter aliquā imposibilitatem suā, sed propter nostram fragilitatem. Ipsi enim licet innuere solùm, imò velle tantūmodo, iāq; facta spectaret, quæ voluit. Nos verò qui semel dominatū nostri adepti sumus, non in cunctis deo subditos esse nos patimur, quia si traheret inuitos, eriperet ipse quod cōtulit, id est, arbitrij potestatem. Ne igitur istud fieret, frequenti fuit opus varietate medicandi. Hæc autem à nobis non superfluò disputata sunt, sed propter beati Pauli varium studiū atq; sapiens, vt quando eum videris pericula fugiētem, non illum admireris minus, q̄ cùm se periculis gaudet opponere. Vt enim hoc fortitudinis, ita illud sapientiæ est. Et cùm videris eum magna de seipso sonantem, similiter admireris, ac si illū videas semetipsum depreciātem. Vt enim istud humilitatis, ita & illud magnanimitatis est. Quando enim gloriantem videris, admirare: sed similiter lauda, cùm illū vides humilia de se & contemptibilia dicentem. Nam & hoc est animi arrogantia vacui, & illud dilectione & humanitate pleni. In dispēsatione siquidem multorum salutis ista faciebat, propter quod ait: Siue enim mente excedimus, deo: siue sobrij sumus, vobis. Neque alius quisquam tantas, non dico occasiones, sed prorsus necessitates habuit arrogantiæ, neq; tamen vllus alter ita se mundè ab omni iactantia subduxit. Hæc itaq; animo attentiore considera. Scientia, inquit, inflat. Et hoc omnes cum apostolo facilè dixerimus. At tanta certè in illo erat scientia, quanta in vllo vnquam fuerit, neq; tamen se extulit insolēter, qui se in hoc ipso humiliat, ac deiicit dicens: Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus, & nō me arbitror comprehendisse. Et si quis existimat se scire aliquid, nondum cognouit quemadmodum eum oportet scire. Ieiunium rursus inflat, ídq; fecit Pharisæus ille manifestum, qui ait: Ieiuno bis in sabbato. Sed Paulus nō modò ieiunans, verumetiam famem propter Christum patiēs, se etiam abortiuum vocabat. Et quid de scientia dico atq; ieiunio, quādo etiā tanta cum deo habens tam crebra colloquia, quanta nec prophetarum, nec apostolorum vllus habuit, per ea ipsa humilior reddebatur? Non enim mihi dicas ista quæ legimus. Nam plura celauit, nec enim omnia dixit, ne gloria se maiore circūdaret: nec omnino cuncta tacuit, ne pseudoapostolorum contra se ora reseraret. Nihil em̄ ociosè ille faciebat, sed omnia cum causa iusta, probabiliq; ratione. Cum tanta itaq; ratione animi tantas res inter se diuersas contrariásq; peragebat, vt eisdem tamen laudibus vbiq; ornaretur. Quod dum adhuc aptius dicimus, intuere magnum loqui. Hęc autem tam opportunè aptéque faciebat, vt magis mereretur loquendo de se, q̄ tacendo, laudari. Qui nisi feciſſet istud, culpabilior esset illis, qui seipsos importunè laudare didicerunt: & nisi etiā gloriatus fuisset, creditos sibi perdidisset, omnésq; res inimicorū dum se humiliat extulisset. Sic nouerat vtrunq; temperare, & cum recto consilio, atq; sententia ea quæ videntur reprobanda perficere tam vtiliter & commodè, vt non minus de illis placeret, quàm cùm imperata cōpleret. Amplius enim tunc Paulus placuit gloriando, quàm alter laudes propias occultando: nec tantùm quisquam profuit cùm sua merita celaret, quantùm iste cùm proderet. Sed hoc quoq; est multò admirabilius, quia de se non modò locutus, verūetiam quantùm oportuit, est locutus. Non enim quasi maximam licentiā de opportunitate nactus, immoderatius laudibus suis vsus est: sed considerātissimè quousq; eum progredi deceret, agnouit. Neque tamen istud sufficere sibi credidit, sed ne alios hoc sermone vetaret, idque efficeret vt semetipsos inaniter prædicarēt: libenter se etiam insipientem vocauit, quanquam certa inuitante causa de propria aliquid laude perstrinxerit. Quia enim consequens erat, vt idipsum respiciētes, alij temerè atque inaniter eius vterentur exemplo, quod plerunq; contingit in medicis: sæpe enim medicamētum quod opportunè alter apposuit, importunè alter amouens, vim medicaminis obscurat atq; corrumpit. Ne igitur hic quoque istud accideret, vide quāta procuratione vsus sit: qui cùm gloriaturus esset, non semel, non secundò, sed sæpius differendo atque cunctando dicebat: Vtinam sustineretis modicū quid insipientiæ meæ. & rursus. Quod loquor, non loquor secundū deum, sed in insipiētia. Cumq; tanta dixisset, non tamen ea se præmisisse contentus est, sed rursus ingressurus in laudes, semetipsum occultat, & dicit: Scio hominē, & iterū pro huiusmodi gloriabor, póstque hæc omnia factus sum insipiens. Quis ergo tā stultus, quis inueniatur omni sensu ac ratione priuatus, qui vidēs sanctum illū, etiam cùm tanta

1. Cor. 8. a
1. Cor. 13. c
ibid. 8. a
Luc. 18. b
2. Cor. 11. a
ibidem. b
2. Cor. 11. c
2. Cor. 5. c

tanta ei necessitas immineret, cuncta tantē tamen, atq; metuentem, grande aliquid de seipso loqui, & sicut equum vsq; ad præcipitia horrēda venientem, séq; sæpius inde trahentē, & quidem cum tāta hoc esset dispensatione facturus? Quis, inquā, sic sit insipiens, qui non etiam maiore abundantia cautionis laudes suas fugiat, & tunc fortè solùm de illis aliquid attingat, quando id opportunissimū tempus exegerit? Vis aliud tibi tale quoq; illius ostēdam? Etenim istud est omnino mirabile, quia contentus non erat testimonio cōscientiæ, sed etiā nos docebat iuxta quam regulam in tali rerū discrimine deberemus incedere: non sibi tantummodo de temporū necessitate satisfactionem parans, verūetiam alios erudiens, quanta cum cautione, etiā tempore efflagitāte, istud effugerent. Nam per ista quæ dixit, quodāmodo illud effatus est: Grāde malū est dilectissimi, de seipso aliquid grande dicere atq; mirabile, extremæq; omnino dementiæ est, nulla imminente necessitate rerū, & necessitate violenta propriis velle laudibus decorari. Nō enim est hoc secundū deū loqui, indiciū potius est istud insaniæ. Hoc em̄ nobis omnē prorsus mercedem euacuat, & quidē plurimis laboribus, sudoribusq; quęsitam. Hæc enim omnia, hísq; plura dixisse videtur ad cunctos, dum loquendi de se necessitatē etiā excusatione muniuit. His autē profectò maius est, quia necessitate cogēte, nō vniuersa fudit in medium, sed plura etiā & maiora celauit. Venio, inquit, ad visiones & reuelationes dei: parco autem, ne quis de me existimet super id quod videt. Hoc verò dicēdo, nos erudit, vt ne existēte quidem necessitate, omnia quorū nobis cōscij sumus, in mediū proferēdo vulgemus, sed ea solū, quæ audiētibus vtilia iudicamus: quoniā & Samuēl (nihil enim videtur incōsequens, illius quoq; meminisse sancti, in nostram siquidem vtilitatē, laudémque proficiet) & ipse inquā, aliquādo gloriatus est, & propria rectè facta patefecit: sed qualia illa, quæso? quæ vtiq; cognoscere audientibus cōueniret. Nō enim super decore pudicię, neq; de obliuione locutus est iniuriæ, sed super tali re quadā, quam præcipuè discere regē illius temporis oportebat: id est, de cōseruanda integritate iusticiæ, & manibus abstinēdis à munerib⁹. Dauid etiā glorians, de eis vtiq; gloriabatur, quæ emendare auditorem valerent. Neq; enim de se aliā commemorauit ille virtutē, sed vrsum, atque leonē adduxit in mediū, atque aliud prorsus nihil. Etenim altius de se offerre sermonē, glorioſi est, & insolenter sese iactātis: dicere autē illa quæ præsentis causa tantūmodo necessaria sunt, futura amantis est, multorúmque cō moda cogitantis. Hoc itaq; fecit & Paulus, qui cùm à pseudoapostolis carperetur, quasi nō esset ꝓbatus apostolus, nec habēs à Christo aliquam potestatem, propter obtrectationes falsas, in laudes suas ire compulsus est, quæ maximè dignitatem eius ostēderent. Vidésne igitur per quanta docuerit auditorem non inaniter gloriari? Primo quidē dum ostēdit se, istud necessitatem vocauit. Secūdò, dum plurimis laudes suas satisfactionibus tēperaret. Tertiò, quia nō cuncta cōfessus est, sed maiora suppressit, & hoc certè cū necessitate quadā in sua præconia cogeretur. Quartò, dū sub alterius persona dixit, scio hominē. Quintò, cùm nō omnes virtutes suas adduxit in medium, sed eam partem, quam præsens tēpus maximè flagitabat. Neq; verò de se tantummodo gloriando, eundem virtutum suarū seruabat tenorem, verumetiam in alios, quæ viderentur iniuriosa, dicendo. Nā iniuriā inferre fratri inter prohibita numeratur, sed hac quoque specie ita Paulus opportunè vsus est, & congruè, vt magis etiā quàm laudans placeret: propterea & Galatas insensatos vocat, & Cretēses vētres pigros, & bestias malas, & tamen hinc etiam prædicatur. Fines etenim nobis exemplo suo statuit, ac regulas, vt neglectores voluntatis dei, nequaquam cura leniore tractemus, sed sermonē in eos, qui paulò rigidius percutiat, dirigamus. Omniū siquidem mensuræ sunt apud illū locatæ, ac propterea omne quod dixerit, omne quod fecerit, placet: & conuiciis coercēdo, & laudib⁹ prouocādo, austerius aliquos aduersando, & blādius admonēdo: & cùm effert seipsum, & rursus cùm deponit ac deiicit, & cùm de se gloriatur, & cùm se ipse miseratur. Et quid mirū si iniuria & maledictum placet, quādo placuit & æmulatio, & dolus quidē, atq; deceptio, non in vetere solùm, sed in nouo etiā testamento? Hæc omnia igitur diligenti examine ponderantes, admiremur Paulū, & glorificemus deū, vt ipsi etiam bona cōsequamur æterna, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui est gloria & imperium, in secula seculorum, Amen.

1. Tim. 1. c
Gal. 3. a

Homilia sexta.

VLtis hodie fratres dilectissimi, qui audiēdi studio huc cōueniſtis, vt magna gesta Pauli, atq; præclara, quæ iuxta quorundam suspicionem habere vidētur aliquid reprehēsionis, in medium proferamus? Etenim inueniemus illum nō minus de his, quàm ex cęteris clarum effici, atq; magnificum. Quidnam illud ergo est, quod reprehēsibile iudicatur? Visus est, inquiunt, aliquando plagas timere, qđ certè visus est, quando cum loris milites tutuderunt, neque verò solùm tunc, sed aliàs quoq; apud illā pupuræ venditricem. Quando etiam causas apud illos mouebat, qui eum de carcere iam educere festinabant. Nihil enim aliud ista faciendo, nisi sibimetipsi defensionē parabat, etsi quid horum fugeret, rursus in ea ipsa prouidebat. Quid igitur dixit? Siquidem nihil eum ita magnum atq; mirabilem, vt hæc dicta declarant, quia vtiq; & talem habens animam, id est, non malignitate quadā ac desperatione præcipitem, & corpus cedens plagis, atq; verbera cō tremiscens, nō minus tamen, quàm incorporeæ virtutes, omnia illa quæ videntur terribilia despexit, cū hoc tempus exigeret. Quando ergo illum vides extentum ad plagas, atque metuentem, illorum recordare verborū, per quæ transcendit ad cœlum, angeliſque certauit, dicendo: Quis ergo nos separabit à charitate Christi? tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculū, an gladius? Illorumq; verborū memento, quibus omnia quæ patitur, nihil esse pronūciat, dicēs: Quod enim in præsenti est momentaneū ac leue tribulationis nostræ, supra modū in sublimitate ęternū gloriæ pōdus operatur in nobis. Adde his quotidianas tribulationes, imò singularū mortes dierum, atq; ista perpendens, admirare Paulum, & à teipso desperate desiſte. Hæc enim quæ videtur infirmitas esse naturę, ipsa est maximū eius virtutis indiciū, quia talē se vtiq; præstabat, etiā cùm multarū rerū necessitate torqueretur. Quoniam enim enormitas periculorum hāc de illo multis opinionem suggesserat, & suspicari eos profectò fecerat, q̄ super humanam naturam ille profi-

Rom. 8. g
2. Cor. 4. d

Universidad de Deusto Biblioteca

ciens,tantus existeret: idcirco tribulari permitteba-
tur,vt disceres,quia cùm secūdū naturam vnus esset
de pluribus propter voluntatē,nō solùm supra mul-
tos homines,verumetiam vnus esset ex angelis. Cū
tali etiā anima, talíque corpore mortes mille tolera-
bat,despiciebat præsentia,cōtemnebat futura, clara
illa atq; magnifica verba resonabat: Quoniā optaui,
Rom.9.a inquit, ego ipse & anathema esse à Christo Iesu pro
fratribus meis,qui sunt cognati mei secundum car-
nē.Possibile est enim dei iussa perficere,si modò ve-
limus omnem naturę trepidationem alacriter virtu-
te superare, nihilq́; impossibile est eorū quæ à Chri-
sto hominibus imperantur. Si enim, quantum est in
nobis velimus virium exprimere, maximum etiam
nobis deus adiungit auxilium, atq; ita, etsi omnia in
nos aduersa concurrant,tuti tamen in medio pericu
lorum,intactiq; seruabimur.Neque tamen metuere
plagas reprehensione dignum est, sed propter pla-
garum metum aliquid indignum pietate cōmittere.
Hoc ipso enim quo plagas timet, qui in certamine
non vincitur,admirabilior ostenditur, q̃ ille qui nō
timet.Magis enim in isto virtus refulget,cùm vicerit
etiā illa quæ timuit. Nam plagas formidare, naturæ
est:nihil autem indecens plagarū timore committe-
re,voluntatis naturā infirmā iuuantis est, eiusq; im-
becillitatem sua virtute superantis.Sicut nec mœre-
re culpabile est, sed per mœrorē aliquid aut facere,
aut dicere eorum quæ deo displicent. Quòd si ego
Paulū fuisse hominē denegarē,meritò mihi has fra-
gilitates naturæ eius opponeres, quibus nostrū pos-
ses refutare sermonē.Si verò ipse dico,atq; cōfirmo,
quia homo quidē fuit,& nulla nobis etiā naturæ cō
ditione præstantior fuit,tamē melior voluntate:fru-
stra mihi ista proponis,imò non frustra,sed omnino
pro Paulo:& hinc potissimū qualis ille fuerit, osten-
dis, qui in tali natura viuēs,potuit quodāmodo esse
supra naturā.Non autem illū tantummodo extollis,
sed etiā cōsuis ora torpentium,seseq́; in desidiam re-
clinantiū, non eos sustinens ad eminentiam confu-
gere naturæ,sed impellens ad studiū voluntatis.Sed
& mortem,inquis,aliquādo pertimuit:sed hoc quo-
que ꝑfectò naturæ,& tamē rursus hic ipse qui mor-
2.Cor.5.b tem timuit,dicebat:Nam quandiu sumus in hoc ta-
Rom.8.d bernaculo, ingemiscimus grauati.& rursus: Nosipsi
intra nos gemimus. Vidésne æquiparanter,quomo-
do è diuerso naturali infirmitati virtutē apposuerim
voluntati?quia & martyres plurimi cùm ducerentur
ad mortē,sępius palluerunt,& timore ac trepidatio-
ne cōpleti sunt. Sed hoc ipso præcipuè mirabiles cō
probantur,quoniā illi ipsi qui mori timuerunt,mor-
tem tamen propter Christū minimè refugerunt. Sic
& Paulus,qui cū mortem timeret,ne ipsam quidem
recusabat gehennā,qui propter desiderium Christi,
etiam cùm formidaret,& interitū,tamē cupiebat re-
solui. Non autem hic solus talis fuit, sed ille quoq;,
Matth. qui fuit apostolorū caput, qui sæpe dixerat paratum
26.d se esse pro Christo animā tradere,& tamen mortem
vehemēter horruerat. Audi igitur quid ei super hoc
Ioan. 21.e Christus loquitur:Cùm autem senueris,alius te cin-
get, & ducet quò nō vis:naturæ infirmitatem expri-
mens,non voluntatem. Siquidem natura nobis in-
uitis quoq; ostendit sua, & infirmitates eius supera-
re non possumus,nec si valde, studioséq; cupiamus:
nec culpamꝰ istud,quia vtiq; inde nil lædimur, imò
inde magis sumus admirabiles.Non enim crimē est

A mortem timere: imò è contrario,quanta laus est nil
turpe,atq; seruile perpeti per timorē?Non enim na-
turā habere infirmitatibus subditā, sed seruire infir-
mitatibus,criminosum est:vt meritò magnus ille ha
beatur,atq; mirabilis, qui imbecillitatem naturæ vo
lūtatis virtute superauerit:& hoc ipso ostendit, quā-
ta sit liberæ voluntatis potestas, obstruitq; ora dicē-
tium,cur non natura boni facti sumus,nec cum ipsa
virtute ꝓgeniti?Quid enim refert natura esse, quod
potes effici volūtare?imò tantò est melius spōte esse
bonum,q̃ fortem:quantò vtique præstat coronis &
amplissima laude decorari,quàm penitus nil mereri:
quāquam si velis voluntatem fortem habere atq; ro
bustam,hoc illo penè fit firmius. An verò non vides
concisa martyrū corpora,ferróq; cadentia,nec tamē
cedere,aut vinci in aliquo voluntatem?An fortè nō
B spectasti etiam Abrahā voluntate naturæ impedi- Gen.22.b
mēta superantem, quando vtiq; vnigenitum filium
iussus est immolare,cùm certè tūc natura quasi for-
tiori cesserit voluntati? Nónne vidisti idipsum in il- Dan.3.b.c
lis tribus pueris accidisse?Nónne etiam audisti illud
antiquum,& seculare prouerbium, ꝙ fiat ex cōsue-
tudine secūda natura? Ego verò dixerim, ꝙ etiā pri-
ma,sicut superius dicta docuerūt.Vides igitur & ha-
beri posse illam,quæ in natura est firmitatē, si sit vo-
luntas fortis,ac vigilans:& ꝙ maiore laude sit dignꝰ,
qui esse vult bonus, quàm ille qui cogitur, hoc est
enim esse præcipuè bonum:itaque cùm dicit,Casti- 1.Cor.9.d
go corpus meum,& in seruitutē redigo:timeo enim
ne cùm aliis prædicauero, ipse reprobus efficiar.tūc
illum maximè meritum, honorum præconiis attol-
lis videns nō eum sine labore implesse virtutem: ne
C hi qui post eum essent futuri, argumentum ad desi-
diam ducerēt illius in bono facilitatem:& cùm rur-
sus dicit: Mundo crucifixus sum, voluntatem eius Gala.6.d
corono.Potest enim,potest inquam,naturæ fortitu-
dinem virtus voluntatis imitari.Nam si vel hunc ip-
sum adducamus in medium, qui est quædam, vt ita
dixerim,statua virtutis:inueniemus quoniam bona,
quæ illi inerant voluntate, in naturæ ea firmitatem
certauerit adducere.Dolebat quidē ille corpus, sed
non inferius in corporeis potestatibus ipsos cōtem-
nebat dolores:sicut ex ipsius verbis animaduerti po-
test,quæ nec de nostra putatur ꝓferre natura. Quā-
do enim dicit,Mundo crucifixus sum:quid aliud vi-
detur videre, quàm ꝙ etiam ex corpore ipso animi
virtute migrauerit?Quid verò datur carni,cùm pro-
culdubio dicit: Datus est mihi stimulus carnis meæ 2.Cor.12.
D angelus satanæ? Hoc autē nihil est prorsus aliud, q̃ b
ostēdere contēpsisse dolorem se corpore sentientē,
nō quia nō ingrederetur animū,sed quia magnitudi
ne voluntatis excluderet eum,atq; depelleret.Cum
verò alia plurima his mirabiliora dicat, & gaudeat
verberatus,&glorietur catenatus,quid aliud quispiā
dixerit,quàm istud quod ipse memoraui? Quoniam
dicendo quidem,castigo corpus meū,& in seruitutē
redigo:timeo enim,ne cùm aliis prædicauerim, ipse
reprobus efficiar: ostendit naturæ infirmitatem: per
ista verò,quę dixi,volūtatis nobilitatē.Idcirco enim
vtrunq; positum est,vt neq; propter illa magna,alte-
rius eū opineris esse naturæ,& ipse de virtute despe-
res:neq; per ista paruula, sanctā illam reprehendas
animam:sed hinc quoq; desperationē rursus exclu-
dēs,ad meliorē spē teipsum reducas.Propterea rur-
sus adiungit etiā id quod dei esse gratiæ propriū cō-
fitetur,

fitetur,& quidē exaggerando,atq; cumulando. Sed
grato erga deū animo facit,piaq́; sententia, ne quid
scilicet suum esse credatur. Dicit autem etiam ꝙ ad
ipsius pertinet voluntatē,ne in deū cuncta proiiciēs,
dormire malis ac stertere. Omniū nanq; mēsuras,ac
regulas apud eū inuenies. Sed maledixit aliquando,
inquis,Alexando ærario.Et quid istud spectat ad vi-
cium?Nō enim fuit hic sermo iracundiæ, sed potius
doloris, qui certè ortus est de veritatis iniuria. Non
enim propter seipsum dolebat,sed quia prędicationi
ille restiterat. Valde eīn,inquit,restitit, non mihi,ait,
2.Tim.4.c sed verbis nostris. Vt & suū erga veritatem exprime-
ret affectū:& nō solùm illum cui scribebat,sed certè
his quoq; discipulos solaretur. Quoniam enim satis
cōsequens erat scādalizari omnes, nihil patientibus
aduersariis veritatis, idcirco & ei qui repugnauerat,
2.Thes.1.b dei cōminatus est vltionem.Sed orauit aduersus ali-
quos,dicens:Si tamen iustū est apud deum retribu-
tionē reddere his,qui nos tribulant,non illos pœnas
luere cōcupiscens, sed eos qui affligebantur conso-
Ibidem. lari studens:propter quod & infert, Et vobis qui tri-
bulamini,requiem nobiscum. Cæterū cùm ipse ali-
quid triste perpetitur,audi quàm alta patiētia philo-
sophetur,& propter mala bonam vicem reddat ini-
1.Cor.4.c micis. Maledicimur,inquit,& benedicimus:persecu
tionē patimur,& sustinemus:blasphemamur, & ob-
secramus. Si autem quę pro aliis facta vel dicta sunt,
Act.13.b iracundiæ dicas fuisse, potes dicere & Elymā magū
Ibid.5.a per iracundiam excæcatum,iniurioséq; correptum:
Ananiam quoq; & Sapphiram per iracundiam à Pe-
tro interfectos exclamabis. Sed quis est ita stultus &
saxeus, vt hoc audeat suspicari? Alia quoq; plurima
inuenimus eū dixisse, atq; fecisse, quæ ad speciē vi-
dentur onerosa. Verùm hæc ipsa sunt,quæ præcipuè
modestiam eius ostendunt. Etenim cū satanæ tradit
1.Cor.5.b eum,qui Corinthi fuerat fornicatus,cum multa hoc
effecit charitate, plenóq; amoris animo, idq; ex se-
cunda epistola euidēter ostendit: & è regione cùm
Iudæis minatur,ac dicit,peruenit in eos ira dei: non
vtiq; furore plenus id loquitur,quē audimus pro ip-
sis frequēter orātē,sed deterrere eos studēs,per quę
Act.23.a eos redderet meliores. Sed sacerdoti, inquis,irroga-
uit iniuriā,dicens: percutiet te deus paries dealbate.
Nouimus quidē ꝙ de hoc loco aliqui satisfacientes,
loco prophetiæ velint esse quod dictū est:nec culpō
dicētes:etenim istud euenit,sicq́; defunctus est.Si quis
tamen acrior insurgat inimicus, & curiosius reparās
quæstionem,contradicat, ac referat: nōne nouerat,
quia summus erat sacerdos?Hoc vtiq; dicemꝰ, quo-
niā erudiens alios,erga eos qui in potestate sunt mo-
destius conuersari,atq; monens,ipse quoq; huic vo-
luit obtēperare, sicut & Christus fecit, qui certè cū
scribis mille fanda atque nefanda dixisset, ait tamē:
Mat.23.a Super cathedrā Mosi sederunt scribæ & pharisæi,
omnia ergo quæ dicunt vobis,facite: secūdum autē
opera eorū nolite facere. Ita igitur & hic Paulus, &
conseruauit pontificis dignitatem,& quod futurum
erat,ante prędixit.Quòd si Ioannē à consortio sepa-
rauit,& hoc vtique rectissimè pro communi officio
prædicationis effecit.Eū siquidem qui istud suscipit
officium,non oportet mollē esse quendam atq; re-
solutū,sed fortem,& per cuncta robustum.Neq; sal-
tem attingere quisquā debet præclari huius mune-
ris functionem, nisi paratus sit millies animam suā
tradere in mortem,atq; discrimina. Dicit enim ipse

A dominus Iesus: Si quis vult post me venire, abneget Luc.9.c
semetipsum,& tollat crucē suā,& sequatur me. Qui
ergo non tali animo est, multos etiā alios suo perdit
exemplo,magísq; vtile est si quiescat, sibiq; tantùm
vacet, q̃ si procedat in medium, & onus suis viribus
maius assumat: sic enim nō propriam solùm sed etiā
multorū sibi creditorū prodit salutē. Et reuera quo-
modo non absurdum est,vt cum aliquis nesciat artē
gubernandi,pugnandíq; cum fluctibus, nec si mille
rebus adigatur,eligat ad clauum sedere:& ille qui ad
prędicandi pergit officium,temerè ad istud vtcunq;
contingit,accedat, atq; innumerabilium rerum cu-
ram absq; vlla consideratione suscipiat? Non itaque
nauium gubernatorem,non ad bestias dimicantem,
non ludo gladiatorio destinatum, nō alium quem-
piam omnino sic ad discrimina & mortes paratam
atq; expositam oportet habere animam, vt eum qui
B suscipit officium prædicandi. Nam & pericula pro-
fectò maiora,& aduersarij sęuiores,& nō vnū quod-
dam mortis genus incumbit,nec vsquam prorsus si-
mili cōditione certatur. Cœlū nanq; hîc in præmio,
in supplicio autem gehenna proponitur, & æternæ
animæ salus,atq; perditio. Non solùm autem eū qui
prædicationi accingitur,sic oportet parari, sed quē-
cunq;, vel simpliciter Christianum: nam crucē tol-
lere,& sequi Christū omnibus imperatur. Si autem
cunctis,multò magis doctoribus populi, atq; pasto-
ribus, quorum ex numero etiam Ioannes tunc erat,
qui dicebatur & Marcus:qui, quoniā se in ipsa aciei Act.13.a
fronte constituens,nimis inuiriliter egerat,eū meri-
tò Paulus abiecit,ne illius quasi cōtagione vires cor-
rumperentur aliorum. Si verò,vt Lucas refert, quo- Ibid.15.g
C niam aliqua inter ipsos facta est contentio, noli hoc
delictum putare. Non enim commoueri malum est,
sed irrationabiliter,nullóque iusto flagitante nego-
cio commoueri. Iracundia,inquit, iniusta non iusti-
ficabitur:non ergo culpatur simplex iracundia, sed
iniusta.& rursus:Qui iratus fuerit fratri suo sine cau- Matt.5.c
sa. Nō ergo simpliciter iratus,& propheta dicit: Ira- Psal.4.a
scimini, & nolite peccare. Quòd si omnino huius- & Ephe.
modi vti nō oportet affectu,etiam cùm tempus ex- 4.f
poscit,frustra nobis videtur ingenitus: sed profectò
non frustra, quem certè prouidus nobis creator in-
seruit,vt dormientes animas, atque resolutas ab in-
ertia ac desidia suscitaret. Quasi enim gladio aciem,
ita menti nostræ iræ acumē imposuit,vt eo cū opor-
tet,vtamur. Propterea igitur & Paulus hoc sæpe est
vsus affectu,& modestè loquētibus erat melior ira-
D tus,cum tempore omnia faciens opportuno,pro lu-
cro & commodo prædicandi. Neque enim simpli-
citer lenitas semper est bona, sed cùm illam tempus
efflagitat:quando verò id nō adest, etiam ista vicio-
sa est,fitque inconstantia. Hæc verò omnia non pro
Paulo satisfaciens sum locutus: non enim nostri ille
indiget sermonis,laus enim eius non ex hominibus,
sed ex deo est,sed quò auditores erudiamus, vt om-
nibus ad opportunitatem vtantur affectibus,sicut iā
antè memoraui. Sic nanque poterimus vndiq; spi-
ritualium lucrorum incremēta colligere, cúmq; mā
ximis diuitiis ad portum tutissimum peruenire, &
consequi indeficientes coronas, quas etiam nos om
nes contingat mereri,gratia & misericordia domini
nostri Iesu Christi,cui gloria & imperium, in secula
seculorum, Amen,

Homilia septima.

Universidad de Deusto
Biblioteca

VOties hi, qui portant signa regalia clãgente ante se tuba,& acie militum præeũte, ingrediuntur vrbes: omnis populus cõsueuit accurrere,ad audiendũ buccinæ sonum,vel signum quod in sublime fertur videndũ,ipsius etiam virtutẽ ferentis. Quoniã igitur & hodie nõ vrbẽ,sed orbem Paulus ingreditur,cõcurramus omnes. Etenim iste non signũ terreni alicuius regis,sed in cœlo regnantis Christi crucem portat,& præcedũt non hominũ, sed angelorum cateruæ: nõ solùm in honorem eius signi quod fertur, sed in eius à quo fertur auxilium. Si enim ptopriã vitam regentibus tantummodo,nihílq; pro cõmuni vtilitate facientibus, angeli ab omnium domino deputati sunt, sicut ait vnus ex iustis, Gen.48.c Angelus qui eruit me à iuuentute mea:multò magis his,quib⁹ totius orbis cura cõmissa est,taliúq; donorũ onera portantibus virtutes adsunt supernæ. Et illi quidẽ, qui in exercitu hoc honore donati sunt, ornãtur veste preciosa, aureis torquibus colla subnixi, nitentes vndiq;,& vndiq; refulgẽtes: iste verò catena pro torque circũdatus gestat crucẽ,& persecutionẽ vndiq; sustinens,famẽ vbiq; perpetiẽs. Sed nihil est dilectissimi,quod ex hui⁹ sermonib⁹ ingemiscas. Siquidẽ iste ornatus multò est illo melior & clarior, atque amicior deo, propter quod & portãs minimè laborat.Hoc est nanq; mirabile, quia cum vinculis, verberibus,atq; vulneribus lõgè splẽdidior erat diademate purpuráq; fulgẽtibus. Quòd enim esset verè clarior, & quia non ad somnũ tantummodo ista dicuntur,ipsius vestimẽta docuerũt. Nam si mille diademata, totidẽq; purpuras ardẽti febri superponas, ne modicũ quidem flãmæ eius valebũt extinguere. At modò huiuscemodi vestimẽta, ægrotantium admota corporibus,morbos oẽs fugabant. Si enim latrones videntes signũ illud militare,non irruunt,sed auersi repẽtè diffugiũt: multò magis & ægritudines & dęmones,Christi signo apparẽte fugiebãt.Sic autem Paulus ferebat hoc signũ nõ vt solus illud portaret,sed vt oẽs quoq; tales esse doceret, ac faceret: Phil.1.d ꝓpter quod clamat,atq; dicit:Idipsum certamẽ habentes,quale audistis & vidistis in me.Et vobis donatũ est,nõ solũ vt in eũ credatis, sed vt etiã pro illo patiamini.Etenim præsentis vitæ dignitates tũc clariores videri solent, quando in vno tantùm homine cõstiterint.In spiritalibus verò è contrario,tunc magis splendent honores,cũ sibi plurimi eorum cõmunione sociantur,cũ nõ vnus est particeps dignitatis, sed multos habet qui eisdem honoribus perfruãtur. Vides igitur hic omnes esse signiferos,& Christi nomen vnumquemq; gestare in conspectu gentiũ atq; regũ,ipsum verò Paulũ etiã cũ sibi anathema optat, atq; suppliciũ.Sed nõ hoc pręcipit & cęteris,qđ certè illi portare non poterant. Vidistis nempe quantæ nostra sit natura capax virtutis, q̃ nihil sit homine precio⁹ius,& adhuc vtiq; mortali. Quid enim mihi hoc maius, imò quid poteris saltem æquale memorare?Quantorũ verò iste,quæso, honore dignus est angelorum,qui hoc verbum potuit effari?Qui enim in tẽporali hoc atq; mortali corpore constitutus,cũcta etiã quorum non erat dominus, pro Christo nõ dubitat offerre,hic si incorporeę fuisset naturę,quid tãdem,quid autem facere distulisset? Nam & angelos propterea miramur, non quia incorporei sunt creati:siquidem cùm diabolus sit incorporeus & inuisibilis,est tamen omnibus infœlicior:quia factoris A dei meruit offensam.Hinc etiam homines infœlices vocamus,nõ quia videm⁹ eos carne circũdatos: sed cũ nõ ea,vt oportet, vtũtur,alioquin& carne induebatur Paulus.Vnde igitur talis emersit,& tantus? Et ex proprio videlicet,& ex dei:& idcirco ex dei,quia de proprio.Nõ enim est personarum acceptor deus. Act.10.c Si autẽ dixeris, & quẽadmodũ illũ imitari possibile est?disce quid dixerit:Imitatores mei estote, sicut & 1.Cor.4.d ego Christi.Ille ipsius Christi effectus est imitator,tu & 11.a verò nec apostoli.Ille domini æmulator fuit,tu autẽ neq; serui:& quã tandẽ poteris negligẽtiæ tuæ vmbram obtendere? Quẽadmodũ verò eũ imitatus sit, ostendit.Idq; ab initio considera ab ipsis principiis. Quãtò enim ex illis salutaribus emersit fluẽtis,tantò igne plenus exiuit,vt nec necessariũ sibi putaret magistrum. Nõ enim expectauit Petrum, nec venit ad B Iacobum,neq; ad aliũ omnino quẽquã: sed propriã alacritate raptus,ita totã illã, in qua fuerat baptizatus,prædicatione sua inflãmauit vrbem,vt equissimũ contra se Iudæorum prælium cõcitaret. Violentissimum enim persecutorem Christus in ardẽtissimum repentè prædicatorem immutauerat.Siquidem etiã cũ Iudæus esset, supra dignitatẽ suã multa faciebat, alligans,abducens,trahẽs in publicum Christianos, Sic etiã Moses cũ à nullo in principatũ populi ordinatus fuisset,cõtribules suos tamen à Barbarorũ iniquitate defendit.Hęc enim sunt fortis cuiusdã,ac virilis animi certa documẽta.Hoc signum propriæ liberaęq; sentẽtiæ, nequaquam in aliorum afflictionibus tenere patientiã:sed benignè atq; cõstanter tueri eos qui opprimũtur, etiam si nullo in hoc ordinetur officio. Quia verò iustè opus arripuerat prinei- C patus,deus hanc ei posteà cõtulit dignitatẽ.Idipsum autẽ seruauit in Paulo:qui q̃ rectè faceret vltrò arripere initia sermonis atque doctrinæ, deus similiter ostẽdit,citò doctoris eum honore sublimãs. Si enim magisterij atq; primatus adipiscendi gratia ad procurãda tãta negocia prosiluissent, cõsequẽter essent de ambitione culpabiles. Cùm verò vterq; pericula diligerent,mortẽsque in se procurarent vndique, vt alios acquirerẽt in salutem: quis tam apertè infœlix est,qui tantę deuotionis studium criminetur?Quòd enim aliorum amãtes salutẽ,ista perfecerint,& sententia declarauit dei,& eorũ perditio, qui malè istũ concupierunt honorem. Irruerũt siquidem tunc & alij in huiusmodi principatũ, sed protinus interẽpti sunt:nam alterum quidẽ lapsus à cœlo exussit ignis, alterũ subitus hiatus terrę absorbuit.Non enim propter defensionem populi ista faciebãt, sed ob gloriã D dignitatis.Irruit & Ozias,sed lepra cõmaculãte punitus est.Irruit etiã Simõ,sed reprobatus est,& morte periclitatus.Irruit verò etiã Paulus, sed apostolatus gloria coronatus est.Nõ enim in sacerdotiũ nec honorem,sed in ministeriũ irruit atque labores: maximéq; in hoc zelo & alacritate properauit:propterea prędicator,propterea cõtinuò clarus efficitur.Sicut enim qui princeps fuerit ordinat⁹,nisi dignè impositum sibi administret officium, meretur etiã maiora supplicia:sic alter etsi nõ ordinetur quidem,suscipiat tamen,& sicut oportet impleat, non dico sacerdotium,sed solicitudinem curamque multorum, omni profectò est honore digniss⁹imus.Propterea igitur ne vnũ quidem diem in ocio passus est & quiete transire hic in prædicandi ardore,ipso igne vehementior: sed simul vt salutifero ex fonte cõscendit, plurimámque

2.Paral. 26.c Act.8.b

plurimámq; in se flammã ipse succẽdit, nõ pericula A timuit, non irrisiones erubuit, & opprobria Iudæorum, neq; sermonẽ suum ab illis respui indignanter tulit. Non aliud quidquã horũ simile cogitauit, sed alios accipiens oculos,vtiq; charitatis aliámq; mentem,multo cũ impetu instar torrentis irrupit:omnia pariter Iudæorũ trahens atq; conuoluens,& ex scripturis ipsum esse Christum euidenter ostendens.Et certè nondũ in eo tam multa gratiæ munera coruscabant,nondum tanta fuerat spiritus illuminatione donatus:sed tamẽ inflãmata cõtinuò voluntas,mortificatáq; anima cũcta faciebat:& quasi semper satisfaceret deo de tẽpore iã peracto,sic gerebat omnia, sic lucra spiritalia vndiq; colligebat in locũ,qui esset belli pars maxima,& laborũ,periculorúmq; plena fidenter insiliens.Hoc verò maiore quoq; admiratione dignũ est,q̃ cùm tam esset audax,ac velut ad pugnam semper accinctus,& ignẽ quendam belli con- B spirans:ita rursus placabilem præbebat magistris, vt nunquã in eo,vel in tanto illo impetu alacritatis offenderet.Itaq; feruenti tunc,vel potius furenti præceperunt,vt iret Tarsum atq; Cæsareã,nec tamẽ renuit. Dixerunt, quia eum per murũ deponi oporteret,& passus est.Dederunt consiliũ pro implẽda purificatione,non restitit. Suaserũt ne in theatrũ ingrederetur, & cessit. Ita se huic rei totũ dedicauerat, vt omnia pro fideliũ vtilitatibus libẽter acciperet, pro ipsorũ ędificatione,pacẽ,consensum,dispensationẽ, concordiã, diligẽdo, & eundẽ se ac semper æqualẽ prædicationi vbiq; seruãdo.Cùm igitur audis quòd fratrem miserit ad tribunũ, volens de periculis libe- Act.25.c rari,& q̃ appellet Cæsarẽ, quódq; Romam ire festinet,nequaquam putes verbum esse formidinis.Qui C enim gemebat in hac se adhuc esse vita, quo putes mòdo eligebat esse cum Christo? Qui & cœlũ propter ipsum despiciebat & angelos, quo tandẽ pacto hæc præsentia diligebat? Cuius igitur rei gratia ista faciebat? proculdubio, vt diutius prædicationi insisteret, cúmq; multis hinc credẽtibus, atq; omnibus coronatus iret ad Christũ: iam profectò metuebat, ne pauper hinc, atq; inops multorũ salutis abscede- Philip.1.d ret. Et idcirco dicebat:permanere autẽ in carne necessarium est propter vos. Propterea ergo cùm videret meliorẽ pro se in iudicio processisse sententiam, Act.25.g ipsóq; dicente Festo, absolui poterat homo iste, nisi appellasset Cæsarẽ: vinctus tamen, cúmq; plurimis vinctis, qui mille facinora cõmiserant, ductus, non erubuit cũ illis ligari, quinimmo omniũ simul nauigantium curã gerebat, sui quippe securus, séq; tutũ D satis esse certissimus.Cúmq; vinctus per tam vastum pelagus duceretur,ita gaudebat tamen,tanquam in maximũ duceretur imperiũ. Etenim non paruũ illi præmiũ vrbis Romæ cõuersio ꝓponebatur. Verùm ne illos quidẽ qui pariter nauigabant,despectui habendos putauit:sed illis quoq; de veritatis suauitate modulatus est, indicans sibi diuinos apparuisse vultus,& ea quæ fuerant sibi dicta, cõmemorans:id est, Ibid.27.d tibi donaui homines istos. Hoc verbis faciebat,non seipsum arrogãter extollens, sed illos sibi ad persuasionẽ fidei parãs.Propterea & deus permisit pelagus cõmoueri, vt per id quod auditus non est, spiritalis Ibidẽ e.f Pauli gratia pãderetur. Nam & cùm dedisset consilium nauigandũ non esse,contẽptus est,vẽtúmq; est vsq; ad extrema discrimina. Verùm ne contemptu quidẽ eorũ factus est onerosior:sed rursus,quasi pater filiis prouidebat,agebátq; omnia,ne quisquã periret. Postquã verò Romã ingressus est, ibi quoque quãta cum modestia annunciat veritatẽ, quãta etiã cum libertate obstruit ora impiorũ. Verùm nec ibi stare cõtentus,etiã in Hispaniã percurrit. Cùm autẽ sæpius varia pericula sustineret,cõfidebat magis atque fiebat audacior:nec ipse solùm,sed etiã discipuli propter ipsum,qui eius vtiq; firmabãtur exemplo. Quemadmodũ enim si eũ remissiorẽ, segniorémq; vidissent, ipsi etiã profectò fuissent mœrore deiecti: ita qui illum fortiorẽ factũ esse cernebãt,& inter iniurias atq; plagas constantiæ sæpe virtute crescentẽ, ipsi quoq; cũ maiore fiducia prædicabãt:idq; significans ait, Ita vt plures è fratribus cõfidentes vinculis Philip.1.b meis, abundãtius auderent sine timore verbum dei loqui. Si enim dux militiæ fuerit fortis ac robustus, nõ modò cædẽs atq; prosternẽs:verũetiam vulnere ipse percussus,subditos suos efficit fortiores, magisque hoc præstat vulneratus ipse,quàm vulnerãs.Cũ enim hi qui sub tali pugnãt magistro, viderint inflicta vulnera,fluentẽ sanguinẽ, & nec sic quidẽ illum hostibus aliquãdo cedentẽ:sed stantem fortiter,hastásq; vibrantẽ,& crebris certísq; ictibus in aduersarios proruentẽ, nec omnino quicquã parcentẽ dolori,maiore absq; dubio tãto duci alacritate subdun tur.Hoc itaq; factũ est & in Paulo.Videtes enim illũ ligatũ catenis, & nihilominus in carcere prædicantem,videtes etiã verberatũ,& tamẽ verberãtes ipsos sermone capientẽ, maiorẽ profectò fiduciã colligebant.Et idcirco nõ dixit simpliciter cõfidens,sed ita, vt abundãtius auderẽt sine timore verbũ dei loqui: Magis,inquit, modò quàm cùm essem liber à vincu lis,fiducialiter prædicabã.Tũc enim certiorẽ alacritatem & ipse capiebat,ac vehemẽtius in aduersarios ferebatur,& incremẽta persecutionis,maioris illi fiebant causa cõstantiæ. Inclusus est quidẽ in carcere, tantúmq; in eo virtutis refulsit, vt etiam fundamẽta quatẽrentur, & ostia panderẽtur. Custodẽ quoq; tũc Act.16. ipsum carceris ad fidẽ transtulit,iudici penè persua- f.g sit,ita vt ipse diceret:In modico me suades Christia- Ibid.26.g num fieri. Rursus cum lapidaretur,plenã populi ciuitatem fidei luce donauit, & vocabãt eum quasi iudicaturi Iudęi,tunc etiã Atheniẽses facti sunt ex aduersariis subditi, & ex iudicibus repẽtè discipuli. Sicut enim ignis in diuersas plerũq; materies incidens augetur magis,& ex subiecta sibi substãtia incremẽta sortitur: sic etiã lingua Pauli, quibuscunq; fuisset admota ad scipsum eos cõtinuo transferebat.Impugnatores quoq; eius celeriter ipsius verbo capti pabulum quoddã spiritali huic efficiebãtur igni, pérq; ipsos magis euangelij fama crescebat, idcirco dicebat:Alligatus sum,sed verbũ dei nõ est alligatũ. Fu- 2 Tim.2. gabant eũ frequẽter inimici,& quãtùm quidẽ ad rẽ b. spectat,persequebãtur: quãtùm verò ad euentũ rei, aliis mittebãt magistrũ:quódq; faciebant amici atq; cõcordes,hoc velut studio exequebãtur inimici,nũquam sinẽtes eum in vna habitaculũ regione collocare,sed persecutionibus,insidiisq; pellẽtes,per cunctas omnino prouincias mediũ circunducebant, vt omnes videlicet salutaria eius linguę remedia sentirent.Rursus alligauerũt eũ, sed actius in defensionẽ fidei discipulos cõcitauerunt, persecuti sunt, & non habẽtibus miserũt magistrũ. Ad maius iudiciũ prouocauerũt, sed vberius Iudæi beneficiũ contulerũt, propter quod & Iudæi dicebãt de apostolis dolẽtes:

Quid

Universidad de Deusto
Biblioteca

Act.4.c ibid.16.f Quid faciemus istis hominibus? Per quæ enim eos opprimere volumus, per ea ipsa prouehimus. Tradiderunt custodi carceris, vt eum diligẽter ligaret, sed ipse à Paulo arctius alligatus est. Imposuerũt eũ naui cum reis atq; vinctis, vt planè etiã nolentes ocyus iter eius facerent explicari, accidénsq; naufragiũ factum est cum apostolo nauigãtibus causa doctrinæ. Minabãtur mille supplicia, vt ignẽ prędicationis extinguerent, qui è contrario magis inde crescebat. Et Ioan.11.f sicut de domino dixerũt, occidamus eum, ne tollant Romani locũ nostrum atq; gentẽ, acciditq; contrarium: nam quia occiderũt eum, propterea Romani & gentẽ eorum & ciuitatẽ tulerũt: & quæ putabãtur impedimẽta prædicationis, fortia efficiebantur auxilia. Sic etiã prædicãte Paulo, q̃ aduersarij ad opprimendũ intulere verbũ, hoc illud ad ineffabilẽ quandam altitudinẽ subleuauerũt. Super his verò omnibus gratias bono tantarũ rerũ authori agamus deo, glorificemus Paulũ, per quem ista cõpleta sunt. Oremus etiã, vt ipsi quoq; eisdẽ perfruamur bonis, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, per quem & cum quo gloria patri, cum spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

Homilia octaua.

Sæpe fulgido cœli globo delectatus oculus ad spectaculũ oppositi è regione luminis sese violẽter intendit: & licèt sentiat aciẽ suam imparem radiorũ esse certamini, desiderio tamen illius pulcherrimi luminis intuẽdi libẽter inaccessibili radiãtis orbis reluctatur coruſco. Tale igitur quippiã ego ipse perpetior, qui cùm videam propriæ mentis oculos ex radiis apostolici splẽdoris hebetari, cupio tamen Pauli animã, miro fulgore virtutũ rutilãtem, velut eminus intueri, & cõtra importabiles Solis micatus contentiosa subire certamina. Sol enim quidã est hominibus Paulus, qui totũ prorsus orbẽ fulgentibus linguæ suæ radiis illuminauit, quíq; vniuersas circumeũdo gentes cursum omnino Solis imitatus est, ac mũdi regiones omnes, quasi libero à corpore animo peruolauit, & hoc cùm ei amara vndiq; vulnera crebrius obuiarent. In duas nanq; partes omne tũc ferè hominũ scindebatur genus, in eorũ scilicet qui horribili rabie erga idolorũ cultum ferebãtur, & in illorũ quos legis zelus in euangelij odia flãmabat. Ab vtraq; verò parte grauissima in Paulũ bella surgebant, cùm Iudæi vndiq; illum quasi paternarũ traditionum corruptorem fugarent, gentes verò quasi deum mortuum prædicantem. Noli enim illum, qui tunc fuit rerum statũ, huic qui modò est cõparãdo, magnitudinem apostolici laboris attendere, sed ipsa adhuc prædicationis exordia mente perpende. Consideras prius pelagi sæuientis furorẽ, & tum demum vim gubernatoris intelliges: sicut enim in quodam freto, ita Paulus mediis in fluctibus æstuabat, ac mille discriminũ vrgebatur procellis. Inter ipsa quippe euãgelij principia prædicationis nouitas vehemẽtes ei tentationum turbines suscitauit. Iudęorum nanq; tunc populi mouebãtur, quos ad hoc Mosaica videbantur præcepta compellere. Phariſæorum quoque latrabant gressus, cùm dudũ à se crucifixi prædicati deitatem dolerent. Indignabatur etiam conspiratio sacerdotum, cùm audirent crucem quasi sceptrum quoddã regale celebrari. In huiusmodi bello Iudęis sociabãtur & gentes, quę aris diuũ, ac templis, puluinarium cineribus assuetæ penè iam cuelli sibi nescij amplectebantur errorẽ. Iudices in prædicationem euangelij fœuientes, suæ adstabãt cateruæ. Reges iugiter idipsum bellum gerebãt, auditam crucẽ cuncti abominabãtur exercitus, quã sapientes recipere nesciebant, quasi signũ vtiq; damnati: sed Paulo totius hoc mundi bellũ, omni erat pace iucũdius. Delectabat enim quicunq; illum propter euangelij vulnerabat: hinc est q̃ ille Græciã, atq; Barbariã, cum illatis sibi vulneribus alacer circuibat, non minus plagis suis gaudens, quàm regiis triũphis: haud aliter delectatus naufragiis, quàm cæteri acquisitis solent gaudere thesauris: liuoribus quos ei verbera sæpius infe rebant, quasi quibusdã gloriabatur coronis, tribulationibus vt deliciis vtebatur, squalore carceris vt paradisi amœnitate gaudebat. Cui te ô beate Paule iustorum veteris testamenti vel noui audeã cõparare? Omnium quippe virtutẽ quasi in arca quadam, sed cum multo prorsus cumulo cõdidisti. Deniq; etiam si totũ contra te aliquis sigillatim iustorũ appendat chorum, inueniet trutinã virtutum põderibus à tua parte depressam. Paulus verò secundus Abel, verùm non semel, sed per dies singulos immolatus. Paulus alter Noë, sed absq; arca insurgẽtes aduersus se vndas impietatis enauigãs. Paulus alter Abraham non modò à patria vel gẽte, sed post vocationẽ suam ab ipsa etiã vita prorsus abscissus. Paulus alter Isaac spõtè in hostiã colligatus. Paulus alter Iacob, quasi pro vno quodã totius mundi grege semper inuigilans. Paulus alter Ioseph, spiritali fame tabescẽte mundo veritatis alimẽta distribuens. Paulus alter Moses, qui omnes gẽtes à tyrãnide diaboli reduxit ad Christũ. Paulus alter Aaron, totius mũdi populis inunctus sacerdos. Paulus alter Phinees, impietatẽ Iudæorũ atque Gentilium, quasi fornicationẽ mentiũ, vno fidei mucrone confodiens. Paulus alter Dauid, qui velut quendam Goliam in certamine diabolũ prouocat. Paulus alter Helias: clarius raptus in cœlos. Paulus alter Helisæus, qui gẽtes ab interiore lepræ pollutione mũdauit. Paulus alter Ezechias, qui ad vnã fidem Christi diuersos populos attraxit. Paulus alter Iosias, qui abominationes gentilium dissipauit ac perdidit. Paulus alter Ioãnes pro Christo capite trũcatus. Paulus alter Petrus, non de cœlo vocatus ad credendũ. Paulus alter Gabriel, qui Christi ortũ cunctis gentibus nũciauit. Paulus alter Michaël, qui Christianorũ dux esse sortitus est. Etiamsi angelorũ, etiãsi iustorũ hominum circunuolem choros, non inuenio comparationem, cui non tamen cumulo meritorũ Paulus occurrat. Acclamatio populi, & post acclamationem, etiã mortuus Paulus ardentissima nobis theatra pietatis accẽdit. Sed quãdiu verſabo linguã, nũc iustis viris Paulum, nunc etiam angelis cõparando? Opulentissimũ hunc igitur thesaurũ, in nostris auidè pectoribus recõdamus. Hauriamus certatim virtutes ex abundãti isto bonæ volũtatis fonte manantes, & cupiditate maxima feracissimæ huius arboris poma rapiamus, variisq; floribus, ac fructibus plenũ apostolicarum virtutũ pratum metentes, sumamus è Paulo fulgẽtem rosam castitatis, eligamus fidei florem marcescere nescientẽ, decerpamus ex eo vberrimos patientiæ fructus, & virtutũ omnium colligamus, demus beato Paulo gloriam, vt dicat de nobis in futurum: Ecce ego & pueri quos mihi dedit deus, ipsi gloria in secula seculorum, Amen.

Homiliæ octauæ, & vltimæ de laudibus sancti Pauli finis.

In com-

In commemoratione sancti Pauli, de charitate sermo. Incerto interprete.

Beatus Paulus qui tantã vim humanæ alacritatis ostẽdit, vt ad cœlũ quoq; ipsum valeat subuolare, prẽmittẽs angelos & archãgelos, aliásq; virtutes, aliquãdo quidẽ suo exemplo Chri-
1.Cor.4.d & 11.a stianos fieri imitatores iubet, dicẽdo. Imitatores mei
Ephe.5.a estote, sicut & ego Christi. Aliquãdo de se respiscẽs, ad ipsius nos dei imitationẽ hortatur, dicens, Estote ergo imitatores dei, sicut filij charissimi. Iã verò demonstrãs, quia nihil ita hãc imitationẽ pariat, quàm
Ibidem. si ita viuat aliquis, vt bonũ eius in cõmune proficiat, atq; vniuersis vtiliora prouideat, adiũxit, Ambulate in charitate. Ideo cùm dixisset, Imitatores mei estote: cõtinuò de charitate disseruit, quia hæc præcipuè virtus homines deo proximos facit. Quantæ enim cunq; sint alię virtutes inferiorẽ locũ tenentes, cunctæ erga hominũ studia versantur, vt est contra concupiscentiam pugna, vt quod aduersum geritur bellum, vt in auariciæ interitũ acies ordinata, vt cũ iracundiæ furore cõflictus. Diligere verò nobis deóq;
Matt.5.g cõmune est, propterea & deus imperabat, Orate pro persequẽtibus & calũniantibus vos, vt sitis filij patris vestri, qui in cœlis est. Hoc ergo & Paulus cunctorũ intelligẽs caput bonorũ, omnium in se studia exprimere curauit. Nemo enim ita dilexit inimicos, nemo insidiatoribus suis ita beneficus fuit, nullus pro afflictoribus suis tãta perpessus est. Nõ illa enim quę patiebatur, sed naturæ copulã cogitabat: quãtóque amplius efferebãtur inimici, tantò magis eorũ miserabatur insaniã. Vt enim aliquis indulgẽtissimus pater afficitur erga filiũ frenesi comprehensum, cuius quãtò magis cõuiciis, ictibúsq; pulsatur, tãtò eum potius miseretur, ac deflet: ita Paulus ipsa magnitudine passionũ, eorũ à quibus affligebatur cùm æstimaret furorẽ, maiora illis adhibebat fomẽta pietatis. Audi igitur quàm cõpatienter, quámq; mãsuetè nobis pro illis loquatur, qui eum quinquies verberauerãt, qui catenis onerauerãt, qui ipsum eius sitiebant cruorẽ,
Rom.10.a quíq; illum quotidie discerpere cupiebãt. Testimonium, inquit, illis ego perhibeo, quòd æmulationem dei habẽt, sed non secundũ scientiã. Rursus eos qui
Ibid.11.c se supra illos superbius efferebãt refrẽnans, Noli, ait, altũ sapere, sed time. Si enim deus naturalibus ramis non pepercit, ne fortè nec tibi parcat. Quia enim cognouerat dominicã iam in illos processisse sentẽtiã, quod vnũ & solũ in sua erat potestate præstabat, sæpe lachrymabatur, vehementer pro illis dolebat, volentes eis insultare prohibebat, atq; inquantũ poterat, laborabat vmbrã eis aliquã excusationis obtendere: & quia propter contumaciã eorũ, atq; duriciã, persuadere illis fidẽ sermone non poterat, ad orationes conuertebatur assiduas. Fratres, inquit, voluntas
Ibid.10.a quidẽ cordis mei, & obsecratio ad deũ fit pro illis in salutẽ. Sæpe quoq; illos meliores esse solicitat, dicẽs,
Ibid.11.d Sine pœnitẽtia enim sunt dona & vocatio dei, vt nõ ptinaci vsq; ad finẽ desperatiõe moriãtur, quæ vtiq; omnia sunt amãtis, & valde eorũ vtilitatibus prouidentis: vt cùm dicit, Veniet ex Sion qui eripiat & a-
Esa. 59.d uertat impietates Iacob. Mordebatur nanque vehementer, ac penitus dissecabatur, cùm eos pereuntes videret: propter qđ & multa solatia adhibebat dolori, aliquando quidem dicens, Veniet ex Sion qui eripiat, & auertat impietatẽ Iacob: aliquãdo verò & isti nõ crediderũt in illorũ misericordiã, vt & ipsi misericordiam consequantur. Putas autẽ quia erga solos Iudæos talis extiterit, ad alios verò vel domesticos, vel extraneos, non se multò etiã præbuerit mitiorẽ? Audi ergo quid ad Timotheũ sit locutus: Seruũ, in-
2.Tim.2.d quit, domini non oportet litigare, sed mansuetũ esse ad omnes, docibilẽ, patientem, cum modestia corripientem eos qui resistũt, ne quãdo det illis deus pœnitentiam ad cognoscendam veritatẽ, & respiscant à diaboli laqueis, à quo capti tenentur ad ipsius voluntatem. Vis autẽ probare quàm modestè etiã cum illis loquatur, qui in peccatis corruerunt? audi quid
2.Cor.12. Corinthiis dixerit: Timeo, inquit, ne cũ venero, humiliet me deus apud vos, & lugeã multos ex vobis *f.* qui peccauerũt, & non egerũt pœnitentiã super immundicia, & fornicatione, & impudicicia quã gesserunt. Et ad Galatas, Filioli mei quos iterũ parturio,
Galat.4.e donec formetur Christus in vobis. Et in causa eius qui fuerat fornicatus, non minus eoipso quàm pro peccato suo lamẽtabatur, dolet, próq; illo alios deprecatur, dicẽs: Cõfirmate in illo charitatem, sed &
2.Cor.2.b quãdo ab ecclesiæ illũ corpore separabat, cũ multis hoc lachrymis, gemitúq; faciebat. Multa, inquit, tribulatione & angustia cordis scripsi vobis per multas lachrymas, vt non cõtristemini, vt sciatis quã charitatem habeã abundantius in vobis. Et rursus: Factus
1.Cor.9.d sum Iudæis tãquã Iudęus, his qui sub lege erãt, quasi sub lege essem: factus sum infirmis infirmus, omnib⁹ omnia factus sum, vt omnes facerẽ saluos. Vidisti ne quæso, animã terrena superantẽ? Omnẽ enim prsus hominẽ deo exhibere cupiebat, & omnes quantùm ad ipsum spectabat, exhibuit. Quasi enim vniuersum mundũ ipse genuisset, sic perturbabatur, sic curabat, sic omnes in regnũ dei festinabat inducere, docẽdo, orãdo pro ipsis, cum ipsis etiã supplicãdo, & terrẽdo dęmones, & corruptores animarũ fugãdo, aliquãdo epistolis, aliquãdo præsentia, nũc sermone, nunc rebus, per discipulos, per semetipsum erigere labentes: stãtes verò firmare, humi iacẽtes attollere, sanare cõtritos, torpẽtes oleo exhortationis animare, inimicis insonare terribile, hostes minaciter intueri, more optimi cuiusdã ducis, & mediei artis suæ instrumẽta gestantis: cùm enim celsus in omniũ cõsisteret arce virtutũ, omnẽ tamen flammã præcipuo charitatis ardore vincebat. Vt enim missum in ignem ferrũ, totũ pfectò ignis efficitur: sic Paulus charitate succẽsus, totus factus est charitas: qui quasi communis totius mũdi esset pater, ita amore hominũ ipsos eorũ imitabatur parẽtes, imò cũctos non carnales modò, verumetiam spiritales patres solicitudine ac pietate superabat, & pecunias, & verba, & animã pro his quos diligebat impẽdens: propter hoc itaq; charitatẽ etiã plenitudinẽ legis vocabat, & vinculũ perfectionis, & omniũ bonorum matrẽ & initiũ, finémq; virtutũ, propterea dicebat: Finis autẽ præcepti est charitas,
Rom.13.e de corde puro, & cõscięntia bona. Et rursus: Nõ adul-
1.Tim.1.a terabis, nõ occides, & si quod est aliud mandatũ, in
Rom.13.e hoc verbo instauratur: Diliges proximũ tuum sicut teipsum. Quia igitur & initiũ, & finis, & bona omnino vniuersa dilectio est, vel in ipsa Paulũ studeamus imitari, etenim hic illius ope talis effectus est. Nõ em
Act.20.b mihi proponas mortuos, quos sæpius suscitauit, neq; leprosos quos eadẽ virtute mũdauit: nihil à te horũ requirit deus. Posside charitatẽ Pauli; & perfectam adipiscęris coronam. Cuius verò ista sententia est? Ipsius nutritoris vtique charitatis, qui eam & mirabilibus,

Universidad de Deusto Biblioteca

bilibus, & ſignis,& aliis bonis mille præpoſuit: quia A
enim ipſe eam abũdè ac vehemẽter impleuerat, id-
circo etiã acrius atq; examinatius vim eius intelli-
git. Per ipſam enim ille ad tam celſum perfectionis
cacumen aſcẽdit: nihilq; eũ ita dignũ deo,vt virtus
1.Cor.12.d. præſtitit charitatis, & ideo dicebat, Imitamini dona
meliora.Et adhuc excelſiorẽ vobis viã demonſtro,
charitatem profectò optimam viam, pleniſſimámq;
pronuncians. In hac etiã nos iugiter ambulemus,vt
& Paulum, imò dominum Pauli videre mereamur,
& incorruptibilem conſequamur coronã,præſtante
domino noſtro Ieſu Chriſto, cui gloria, & imperiũ,
in ſecula ſeculorum, Amen.

Diui Ioannis Chryſoſtomi homilia de ferendis reprehenſionibus,& conuerſione Pauli.

Reprehenderunt nos amicorũ quidã, quòd B
productiora ſermonũ initia faciamus. Igi-
tur ſiue iniuſtè illi taxẽt,ſiue iuſtè ſententiã
ferãt,vtpote de his,quæ à nobis audierunt,hic quaſi
in foro, in quo omnibus iudicare cõceſſum eſt, nos
hoc primùm præfatione demõſtrabimus: quòd illis
ob hanc reprehenſionẽ,gratiã habemus.Reprehen-
ſiones enim non ex malicia,ſed cura proximi profi-
ciſcuntur. Aſſeuerauerim amare me amicũ non ſo-
lùm quãdo laudat,ſed & quãdo reprehendit & cor-
rigit. Nam omnia laudare tam quæ bene ſe habẽt,q̃
quæ malè,nõ fuerit amici, ſed irriſoris:& nõ diligen
tis,ſed decipiẽtis.Laudare ſi quid fiat vt debet,repre
hendere autẽ ſi peccatum fuerit,amici eſt & curam
agentis. Et vt diſcatis ꝙ ſine delectu omnia laudare,
& in omnib⁹ beatũ dicere,nõ ſit amici,ſed impoſto-
Eſa.3.b ris,dicit ſcriptura:Popule meus, qui te beatũ dicunt, C
ipſi te decipiũt,& ſemitam pedũ tuorum exturbant.
Sanè inimicũ ne laudantem quidem probo, amicũ
verò & reprehendentẽ amplexor. Ille & ſi me oſcu-
letur,inſuauis eſt:hic & ſi vulneret,amabilis.Illius o-
ſculũ ſuſpicione plenũ eſt,huius vulnus medicamẽti
Prou.27.a. vim habet.Propter hoc dicit quidam:Fideliora ſunt
vulnera amici,quàm blãda oſcula inimici. Quid di-
cis?Vulnera amicorũ meliora dicit. Nõ enim ad na-
turam eorũ quæ fiũt,ſed potius ad affectionem eorũ
qui faciũt,attendit. Vis diſcere, quomodo fideliora
Luc.22.c ſunt vulnera amici,q̃ blanda oſcula inimici?Oſcula-
tus eſt dominũ Iudas,ſed oſculo prodidit, venenum
habebat os eius, maliciáq; impleta erat lingua eius.
Paulus vulnerauit eum,qui apud Corinthios ſcorta-
tus fuit,ſed ſaluauit. Et quomodo vulnerauit? Dicit
1.Cor.5.a ꝙ dederit eũ ſatanæ. Inquit enim: Tradatur ſatanæ D
ad interitũ,quò ſpiritus ſaluus ſit in die domini Ieſu.
Vidiſti vulnera ſalutẽ afferẽtia,vidiſti oſculũ prodi-
Prou.27.a. tione plenũ? Sic fideliora ſunt vulnera amici,quàm
blãda oſcula inimici.Verùm inquiramus quomodo
hoc dictũ,non ſolùm in hominibus,ſed & in deo &
diabolo habeat locũ.Ille enim amicus,hic inimicus:
ille ſaluator & curã noſtri gerẽs, hic inimicus & de-
ceptor.Et hic quidẽ aliquãdo dedit oſculũ, ille verò
vulnus inflixit.Et quomodo hic oſculatus eſt, & ille
Geneſ.3.b vulnerauit?Hic quidẽ dixit,Eritis ſicut dij: ille autẽ,
Ibidem d. Terra es,& in terrã abibis.Vter igitur magis profuit,
híc ne qui dixit,Eritis ſicut dij:an ille qui dixit, Ter-
ra es,& in terrã abibis?Ille mortem interminatus eſt,
hic immortalitatẽ promiſit.Atqui hic,qui immorta-
litatem pollicitus eſt, è paradiſo eiecit: ille verò qui
mortem cõminatus eſt,in cœlũ inuexit. Vides quo-

modo fideliora vulnera amici, quàm blanda oſcula
inimici?Proinde hoc primùm declarare volui,ꝙ gra
tiam habeã his qui me arguũt. Amici enim, ſiue iu-
ſtè,ſiue iniuſtè arguũt, non opprobrare volunt, ſed
hoc faciunt vt emẽdent. Inimici autẽ & ſi iuſtè re-
prehendũt,hoc tamen agunt,non vt corrigãt, ſed vt
exibilent: ſicut & illi dum laudãt,hoc vnũ ſpectant,
vt meliorẽ reddant: & hi dum laudant,ſtudẽt quo-
modo ſupplãtare poſſint. Veruntamen quomodo-
cunq; reprehẽſio contingat,vtile fuerit, bonúmque
magnũ,ſi ferantur reprehẽſiones & accuſationes, &
non detur locus iræ & exaſperationi.Qui enim odit Prou.12.a
redargui,ait,inſipiens eſt. Non dixit ſic vel ſic redar
gui,ſed tãtùm redargui. Nam ſiquidem iuſtè arguit
amicus,agit vt peccatũ corrigat: ſin abſq; ratione &
immeritò,iam laudãda eſt voluntas eius,& probãda
bona mentis intentio,agnoſcendúmq;,& teſtãdum
amiciciæ beneficium:non enim reprehenderet, niſi
multùm diligeret. Proinde ne ſtomachemur,ne ſuc
cẽſeamus,cùm arguimur. Quòd ſi omnes ita affecti
eſſemus, vt & argueremus peccãtes,& lapſi libenter
ferremus reprehenſiones: mirũ,quãta hinc vitæ no-
ſtræ accederẽt cõmoda. In peccatis enim hoc ope-
rantur reprehẽſiones, quod in vulneribus remedia.
Idcirco ſicut inſipiens eſt qui pharmaca reiicit,ita &
ſtultus qui nõ ſuſcipit grato animo reprehenſiones.
At qui nõ raro multi exaſperãtur,& intra ſemetipſos
cogitãt & dicũt:Sapiens ego,& tanta prȩditus intel-
ligentia,hunc ferrẽ?ignorant autem,ꝙ hoc extremȩ
dementiæ ſit indiciũ. Videbã enim,inquit, hominẽ
qui ſibi videbatur ſapiẽs, & maiorẽ illo ſpem habet
inſipiẽs. Eapropter & Paulus dicit:Ne ſitis prudẽtes Rom.12.d
apud voſmetipſos.Nam licèt mirũ in modũ ſapiens
ſis,& perſpicias ea quȩ oportet,attamen homo es,&
cõſiliario tibi opus eſt. Solius enim dei eſt nulli⁹ in-
digere,& nullo opus habere cõſiliario.Et propterea
de eo ſolo dicitur: Quis cognouit ſenſum domini, Eſa.40.c
vel quis eius cõſiliarius fuit?Cæterùm homines nos,
etiãſi plurimùm ſapientes ſimus,in multis tamen re-
prehendi meremur,atq; hinc naturæ noſtrȩ apparet
infirmitas. Nõ enim omnia eſſe poſſunt in homini-
bus.Et quare?Ecce filius hominis non eſt immorta-
lis.Quid lucidius Sole?attamẽ & lux eius deficit. Et
profectò ſicut fulgidã illã lucẽ, & fulguroſum iubar
ſæpenumero ſuperueniẽtes tenebræ obtegũt: ita &
intellectũ noſtrũ, quaſi in meridie fulgentẽ, & per-
ſpicuũ,incõſiderantia obrepens tenebroſum reddit.
Et nonnunquã euenit,vt ſapiẽs non videat quod o-
portet,& minor & hebetior clarè & acutè illud per-
ſpiciat.Hinc eſt quare neq; ſapiẽs extolli,neq; abie-
ctior miſerũ ſe dicere debeat. Itaq; magnũ bonũ eſt
ferre reprehẽſiones,magnũ etiam bonũ eſt poſſe re-
prehẽdere:nã hoc fides & cura,quã proximo debe-
mus,exigũt. Iam nos ſi quẽ videmus veſte breuiori,
& ex lateribus aperta, vel alioqui indecẽter veſtitũ,
admonemus & emẽdamus:verùm videtes vitã eius
diſſolutã,ne verbũ quidem proferimus,videtes mo-
res eius nefarios,præterimus:tametſi ridicula ſint ea
quæ ad veſtes ptinẽt,periculoſa autẽ & dãnoſa,quæ
ad animã:dic obſecro, Nónne cùm vides fratrẽ per
prȩceps ferri,vel alioqui per incuriã aliò quàm opor
tet ſpectare, manũ ei porrigis? nónne à lapſu erigis?
nónne reprehendis & arguis?Et in his, maioris facis
non offendere,& nõ haberi pro inimico,quàm ſalu-
tis eius curã habere?Et quam habiturus es apud deũ
veniam?

veniã?vel quam defenſionẽ? Non audiſti,quid deus A
Exo.23.a & Deut.22.a Iudæis præcepit?nẽpe ne errantia inimicorũ iumẽta
deſpiciãt,& lapſa ne prætereant. Quod cùm Iudæis
præceptũ, ne inimicorum bruta contẽnant, nós ne
fratrũ animos,qui quotidie ſupplantantur deſpiciẽ-
mus?Et quomodo nõ eſt ſumma inhumanitas,& fe-
rina crudelitas,nos non tãtum curæ hominibus im-
pendere,quãtum alij iumẽtis?Hoc eſt quod omnem
vitam noſtrã confundit,hoc eſt quod omnẽ ordinẽ
ſubuertit:quia neq; boni cõſulimus cùm reprehen-
dimur, neq; alios reprehẽdere volumus. Ideo enim
moleſti ſumus cùm arguimus, quia & exaſperamur
cum arguimur. Enimuerò ſi ſciret frater, ꝙ à te lau-
daretur te arguẽs, ipſe etiã vicariam eandẽ operam
tibi impenderet. Cæterùm ſi diſcere vis, ꝙ etiãſi in-
genij acrimonia antecellas alios,ſiſque valde perfe-
ctus,perueneríſq; ad ſummũ ipſum virtutis faſtigiũ, B
opus tibi ſit cõſiliario,& aliquo qui te corrigat & ar-
guat, audi hiſtoriã veterem. Neq; enim Moſi facilè
Num.12.a. par fueris, qui vt ſcriptura inquit, omniũ hominum
erat mitiſſimus,amicúſq; deo,& in externa philoſo-
phia bene inſtitutus, & non minus ſpiritualiũ intel-
ligentia inſignis. Vides omnigenã eius eruditionẽ?
Erat autẽ potẽs in verbo & opere, aliíſq; virtutibus.
Cuius & aliud habet teſtimoniũ. Multis prophetis,
inquit,familiaris fuit deus,ſed nulli ſicut Moſi.Nam
Exod.33.b aliis quidẽ per ænigmata & ſomnia,Moſi verò faciẽ
ad faciẽ. Quæris ne aliud maius virtutis illius argu-
mentum, quã ꝙ omnium dominus ſeruo vt amico
loquitur? Erat itaq; ſapiẽs tam domeſtica quàm pe-
regrina eruditione:erat potẽs verbo & opere.Impe-
rabat creaturæ, quia amicus erat domini creaturæ.
Ibid.14.e Eduxit tantũ populum ex Aegypto, mare diuiſit, & C
iterũ cõiunxit,miraculũ ſanè admirabile. Tũc enim
primũ ſol vidit mare,non nauali,ſed pedeſtri itinere
tranſiri, pelagúſq; non remis & nauibus,ſed equorũ
pedibus trãſmitti.Nihilominus ſapiẽs ille,qui tã po-
tens in verbo & opere, qui amicus dei,qui creaturæ
imperauit,qui tanta miracula operatus eſt, non ani-
maduertit rem,quã mortalium pleriq; facilè cõſide-
rãt.Socer autẽ eius,homo barbarus & obſcurus, ſta-
tim animaduertit, & in mediũ attulit, quã ille nõ te-
merè cogitauit. Quæ igitur hæc cauſa? audite, vt &
vobis proſit.Cõſiliariis enim omnes opus habẽt, etiã
ſi Moſi cõferri poſſint.Multa enim ſunt,quæ magni
& admirabiles viri ignorãt,quȩ tamẽ parui abiectíq;
ſcire ſolẽt.Nam poſtquàm Moſes ex Aegypto exiit,
& in ſolitudinẽ venit,prȩfuit ſexcentorũ milium po
pulo,& ſolus omniũ contendentiũ lites diiudicauit: D
quod vidit ſocer eius.Erat autem Iethro homo alio-
qui barbarus,& inſipiẽs,quíq; in ſolitudine vitã ege
rat,neq; vlli cõmunicarat,qui populos legibus rexe-
rat,& ad hæc impius erat,quo nõ eſt certius inſipiẽ-
tiæ argumentũ.Nihil enim Gẽtilibus eſt inſipiẽtius.
Veruntamẽ ille barbarus,ille impius,ille inſipiẽs,vbi
vidit Moſem quædã prȩter dignitatẽ facere,eũ cor-
rexit, non curans ꝙ ſapiens eſſet & intelligẽs, & dei
Exod.18.c.d amicus.Et cùm dixiſſet ei,Quare illi ſtant corã te:di
diciſſẽtq; cauſam,inquit:Nõ rectè hoc feciſti,iũxít-
que cõſilio increpationẽ: & neq; ſic exaſperatus eſt
ille ſapiens,ille intelligẽs,ille tot myriadũ dux. Neq;
enim hoc paruũ & contemnendũ,ꝙ ab homine bar
baro & priuato docetur. At nõ inflabatur vel princi-
patus magnitudine,vel miraculis quȩ operatus erat,
neque rubore ſuffundebatur,quòd tot præſentibus,

iíſque ſubditis corrigeretur:ſed conſiderabat ꝙ licet
magna à ſe ſigna fierẽt,humanæ tamen particeps eſ-
ſet naturæ, quam non raro multa latent, atque ideo
cum mãſuetudine conſiliũ ſuſcepit.Eſt nunc videre
aliquos, qui ne putẽtur alieno indigere cõſilio, ma-
lunt potius vtilitate cõſilij carere,quàm ſuſcepta ad-
monitione peccatũ emendare: imò eligũt ignorare
quàm diſcere,quãuis ſciant,non eſſe crimẽ nõ igno-
rare, ſed nolle diſcere: non indoctũ eſſe,ſed doctri-
nam reſpuere:non reprehendi, ſed inemendabiliter
peccare. Et ſæpe abiectus quiſpiã & vilis inuenit,qđ
magnus & ſapiens vir præterit. Quod Moſes quoq;
cõſiderans,omni cum mãſuetudine audiuit illũ con
ſulentem,ac dicentẽ ſibi:Fac tibi tribunos,centena-
rios,quinquagenarios, decanos, & ſi res aliqua gra-
uior fuerit,referãt ad te:ſin leuior,diiudicẽt ipſi.Hȩc
vt audiuit,non erubuit,non eſt cõfuſus,nõ eſt reue-
ritus ſubditos,nõ dixit intra ſemetipſum: Contẽnẽt
me ſubditi,ſi ab aliis quid faciẽdũ ſit didicero: ſed
obtẽperauit, & fecit iuxta cõſiliũ illius. Quid, quòd
nõ ſolùm propter eos,qui ea tẽpeſtate erãt non eru-
buit,ſed neq; propter nos poſt ſe futuros?imò tãquã
honeſtatus hac ſoceri admonitione, nõ illos ſolùm
qui tunc erant homines,ſed etiã eos qui vſq; ad no-
ſtram ætatẽ ſecuti ſunt,& vſq; ad Chriſti aduentum
erũt,per totum orbẽ factum hoc literis docuit, & ꝙ
non potuerit animaduertere quid opus facto, & ꝙ
correctionẽ & conſiliũ à ſocero acceperit. Nos autẽ
ſi corã vno homine arguimur,& corripimur:cõtur-
bamur totis viſceribus,obſtupeſcimus,& de vitæ hu
ius ſumma periclitari nos putamus. At Moſes nõ ſic
agit,ſed vidẽs tot milia hominum præſentia,imò tot
myriades,quæ interim fuerũt & ſunt hodie, futuras
non erubeſcit: ſed prædicat quotidie omnibus,ídq;
literis,ꝙ ſocer ſuus animaduerterit ea quæ ipſe con
ſiderare nõ potuerat.Et quare hoc fecit?quare factũ
memoriæ cõmendauit?non aliam ob cauſam,quàm
vt nos doceret, ne vnquã de nobiſipſis ſublime ſen-
tiamus,etiamſi omnibus ſapientiores ſimus, neq; pa
trum cõſilia cõtemnamus:etiamſi omnibus viliores
habeantur.Et ſi quid vtile vel cõmodum cõſulat ali-
quis,eſto miniſter ſit, tu tamẽ admonitionem ſuſci-
pias: ſin perniciale quiddã,eſto in ſumma dignitate
ſit,eius ſententiã reiicias. Non enim qualitas perſo-
narum conſulentium, ſed natura cõſilij in omnibus
obſeruanda eſt. Hoc igitur eſt quod Moſes nos do-
cuit,vt non erubeſcamus ſi arguamur etiãſi tota no-
ſtra plebs aſſit.Reprehenſionẽ enim bene ferre,non
vulgaris, ſed ſummæ philoſophiæ præconiũ & laus
eſt.Nõ adeò laudamus & admiramur hodie Iethro,
qui Moſem correxit,ſicut ſanctũ illũ,qui nõ erubuit
tot præſentibus corrigi,& factũ hoc memoriæ com-
mendare. Declarãs in omnibus ſapientiã ſuã,ꝙ glo-
riam in tanta eminentia,quȩ ſibi à pluribus impenſa
fuiſſet,contẽpſit,& cõculcauit. At nos de prolixitate
proœmiorũ rationẽ reddituri, iterũ maius fecimus
proœmiũ,ſed non temerè,neq; ſine cauſa: diſſerui-
mus enim interim de ſummis,multũq; nobis neceſ-
ſariis,vt libenter feramus cùm arguimur,& alacriter
arguamus & caſtigemus eos qui peccãt. Verùm o-
peræpreciũ eſt,vt tandẽ & nos ſatisfaciamus illis,ra-
tionémq; dicamus,propter quã tam lõgis proœmiis
vtamur. Et cuiúſnam gratia tantã verborũ farraginẽ
offundimus viris,qui mulieres habẽt,domibus præ-
ſunt, è quotidiano opificio, & ſecularibus negociis
victum

Universidad de Deusto
Biblioteca

victum quærunt: neq; hoc solùm molestũ, quòd cõ- A
tinuò sunt occupati, sed quòd semel dũtaxat in heb-
domada huc confluũt? Seruiunt nobis in hoc proœ-
Proœmia necessaria. mia, vt auditores de dicẽdis per cõpendium instruã-
tur, & manifestior tradatur doctrina. Fateor em̃ non
opus proœmiis neq; instructionibus his qui semper
scripturis vacãt, neq; aliis occupationibus distrahũ-
tur: statim enim audito lectore, dictorũ mentem ac-
cipiũt. Qui autem bonã temporis partẽ secularibus
negociis impendũt, & rarius hic cõparẽt, nisi proœ-
mia audiant, & instructi intelligãt, quæ sermonẽ illũ
præcedãt, absq; lucro hinc abeũt. Non est autẽ hæc
sola nobis proœmiorũ causa, sed & alia non minor
quàm ista. In tãta multitudine sunt alij qui adueniũt,
alij qui sæpe non adueniũt, & necesse vt laudentur
præsentes, arguantur absentes: vt illi quidẽ laudibus
studiosiores euadãt, hi autem reprehensi, ignauiam B
abiiciant. Est & alius vsus proœmiorum. Incidimus
enim sæpe in lõgiora argumẽta, quæ vno die ad finẽ
perduci nequeũt, & interdũ duobus vel tribus die-
bus, vt rectè explicẽtur, opus habẽt. Vnde tunc opus
est die secundo finẽ doctrinæ prioris repetere, vt dũ
principio finis cõgruit, sermo cohæreat, auditoribúsq;
minus sit obscurus. Et vt discas, sermonẽ absque
proœmiis valde obscurari: ecce exẽpli gratia afferã
Ioan. 1. f aliqua. Vt autẽ vidit eum Iesus, Tu es Simõ, inquit,
filius Iona, tu vocaberis Cephas, quod interpretatũ
est Petrus. Vides num intelligatis dictũ? num intel-
ligatis consequentiã, & quare dicta sint? quandoqui-
dem absq; proœmiis introducta sunt. Cõparatur igi
tur qui hoc facit, ei qui hominẽ omni ex parte obtẽ-
ctum in spectaculũ adducit. Agè igitur dimisso pro-
œmio, redeamus ad sermonẽ de Paulo, qui nuper or C
tus tùm de nominibus dissereremus & quæreremus
quare qui aliquãdo dictus est Saulus, posteà voca-
tus sit Paulus. Hinc digressi sumus ad veteres histo-
rias, & de omnibus qui gemina nomina sortiti sunt,
inquisiuimus. Fuimúsq; & tũc Simonis memores, &
vocis Christi ad eũ dicẽtis: Tu es Simon filius Iona,
tu vocaberis Cephas, quod interpretatũ est Petrus.
Vides quomodo quod paulò anteà obscuritate ple-
num videbatur, nunc fit aliquando notius? Proinde
sicut corpus capite, arbor radice, & flumen fonte in-
diget: ita & sermo proœmiis. Itaq; & cũ nos viæ ini-
tium & progressum mõstrauerimus, tãgamus dein-
Act. 9. a ceps historiã proœmij. Saulus autẽ adhuc spirãs mi-
nas & cædẽ in discipulos domini. Atqui in epistolis
Paulus vocatur, quare ergo hic nomen mutauit spi-
ritus sanctus? Quemadmodũ dominus, qui seruum D
mercatus est, ostẽdere volẽs se dominũ serui, nomẽ
illius immutat: ita & spiritus sanctus fecit, vbi Paulũ
captiuũ accepit, vocabulũ eius mutauit, vt etiã inde
Nominũ impositio, quid. discerẽt Paulus se habere dominũ. Nominum enim
impositio dominij signũ est, & præcipuum. Et vnde
hoc declarabimus? Facilè ex his, quæ dominus cum
Genes. 2. c Adam egit, perspicuũ erit. Volẽs enim docere Ada-
mum, quòd eum principẽ & dominũ omniũ fecis-
set, adduxit ad eum omnia animalia, vt videret quid
vocaret ea. Quo monstrat, quòd nominũ impositio
dominũ testetur. Quòd si & ab hominibus ita factũ
videre vultis & discere, olim talẽ fuisse morẽ, quòd
seruorum in captiuitatẽ abductorũ nomina mutata
Danie. 1. b sint, audite quid fecerit Babyloniorũ rex. Nam vt ca
ptiuos abduxit Ananiã, Azariam, & Misaëlem, non
reliquit eorũ nomina prima, sed vocauit eos Sedrak,
Mesak, & Abdenago. Verùm quã ob causam spiritus
sanctus non statim mutauit nomen Pauli, sed expe-
ctauit ad tantũ tempus? Si statim cõuerso Paulo, mu-
tatum fuisset & nomen eius, tunc minus manifesta
fuisset eius cõuersio, & ad fidẽ translatio. Nam sicut
in famulis vsu euenire solet, q̃ obscuri fiãt, si quam-
primum fugã inierũt, sua nomina mutarint: ita & in
Paulo cõtigisset, si mox vt relictis Iudæis ad nos ve-
nit, aliud nomẽ sortitus fuisset: nemo enim sciuisset,
q̃ persecutor ille esset euãgelista. Accidit autẽ hoc,
vt palàm fieret ex persecutore factũ apostolũ: quan-
doquidem hoc Iudeos malè habebat, q̃ doctor suus,
qui pro eis olim stabat, nunc eis opponeret. Qua-
propter vt ne subita nominis mutatio, volũtatis mu-
tationem occultaret, relictũ est ei multo tẽpore no-
men primũ. Hinc enim omnes discebãt q̃ ille ipse es
set, qui prius fuerat ecclesiam persecutus. Postquàm
autẽ omnibus hoc factũ est notũ, tunc transmutatũ
est & nomẽ. Et quòd hæc sit vera causa, audi ipsum
dicentẽ: Veni in partes Syriæ & Ciliciæ. Eram autẽ *Galat. 1. d*
ibi ignotus à facie ecclesiis Iudææ. Iudæã vocat eã,
quæ est in Palæstina. Si igitur in Palæstina erat igno-
tus, quãtò ignotior fuisset in ecclesiis, quæ in aliis lo
cis sitæ? Eram ignotus, ait, facie, non nomine. Quare
ignotus erat facie? Nullus enim fideliũ ipsum videre
audebat, cùm nos impugnaret. Tãta cæde, tãtóq; fu
rore plenus erat. Proinde ab eo resiliebãt omnes, fu-
giebant omnes, & si alicubi præsentẽ eum cõspica-
rentur, ne aspicere quidem audebant, tam efferatus
erat, & infestus fidelibus. Tantùm autẽ audierãt: qui
persequebatur nos aliquãdo, nunc euangelizat fidẽ *Ibidem.*
quam impugnabat. Quoniã ergo à facie eũ ignora-
bant, tantúmq; audierãt, qui persequebatur nos ali-
quando, nunc euangelizat fidẽ, quã impugnabat: si
nomen statim mutatũ fuisset, neutiquam qui audie-
rant, hæc cognouissent q̃ ille, qui persequebatur eos
aliquando, euangelizaret. Nam quoniam primũ no-
men eius, & quòd Saulus vocaretur sciebãt, si cõmu
tato illo vocatus fuisset Paulus: fuisseteq; eis à quopiã
nunciatũ Paulum euangelizare, qui persequebatur
ecclesiã, nesciuissent q̃ hic ille esset Saulus, eo quòd
non Saulus, sed Paulus vocaretur. Atq; hac de causa
relictum est nomen eius primum aliquandiu, donec
omnibus fidelibus fieret notius, atq; etiã his qui lon-
gè aberant, & non viderant eum. Satis itaq; demon-
stratum quare non statim mutatum est nomen eius.
Reliquũ, operæprecium vt ad initiũ sermonis redeamus. Saulus autẽ adhuc spirans minas & cædem in
discipulos domini. Quid est qđ dicit, Adhuc? Quid
enim anteà fecit, q̃ dicis, Adhuc? Sanè dicere adhuc,
de homine dicitur, qui anteà mala multa operatus
est. Quid ergo fecit? Quin tu mihi dicas, quod malũ
non fecit? Sanguine Hierosolymas impleuit, fideles
interfecit, ecclesiã impugnauit, apostolos persecutus
est, Stephanũ occidit, neq; viris, neq; mulieribus pe-
percit. De hoc audi & discipulũ ipsum dicentẽ: Sau- *Act. 8. a*
lus autẽ deuastabat ecclesiam, domúsq; ipsas ingre-
diẽs, vi mulieres & viros rapiebat. Nõ enim sufficie-
bat ei forũ, insiliebat & in domus. Dicit enim: Do-
mos ingrediẽs. Et non dicit ducẽs, neq; trahẽs mu-
lieres & viros: sed vi rapiẽs mulieres & viros: sicut de
fera dicere solemus. Rapiens viros & mulieres, non
viros tantùm, sed & mulieres. Neq; naturam reuere-
batur, neq; sexus miserebatur, neq; infirmitatẽ respi
ciebat. Zelo tamen, non furore hæc faciebat. Et ob
hoc

hoc venia dignus fuit, cùm Iudæi qui eadẽ faciebãt, A
accusatione erant digni. Nã Iudæi quid respexerint,
ipsi manifestabãt, nẽpe quòd omnia honoris & glo-
riæ gratia fecerint. Erãt enim apud multos in magna
existimatione. At Paulus nõ sic, sed zelo dei, tametsi
non secundum scientiã. Et hinc est, quare Iudæi mu
lieres quidẽ dimiserunt, viris autem infesti fuerunt:
quoniam in illos transisse gloriã suam videbant: hic
autem ob zelũ erga omnes talẽ se gerebat. Hæc igi-
tur omnia animo perpendẽs Lucas, & videns ipsum
Ibid. 9. a nondum satiatũ, dicebat: Saulus autẽ adhuc spirans
minas & cædem in discipulos domini. Non satiarat
eum cædes Stephani, non explerat cõcupiscentiam
eius ecclesiæ persecutio, sed vlterius procedebat, &
furoris eius nullus erat finis: à cæde Stephani digres-
sus, persecutus est apostolos: & idẽ faciebat quod sę-
uiens lupus, qui insiliens in caulam ouiũ, agnũ inde B
rapit, quẽ vbi deuorauit, audacior fit. Ita em̃ & Pau-
lus in chorũ apostolorũ insiliit, & inde rapuit agnũ
Christi, Stephanũ, quẽ dilaniaret, & cæde audacior
effectus est. Et propterea dicit, adhuc. Quãuis quem
non impleret miseratione cædes illa? quem non pla
caret mãsuetudo eius qui occidebatur: & cùm lapi-
Ibid. 7. g daretur, orabat, & dicebat: Domine, ne statuas eis
peccatũ hoc? propterea persecutor euãgelista factus
est: mox enim post homicidiũ cõuersus est. Quippe
deus audiuit vocẽ illam. Dignus enim erat Stepha-
nus qui exaudiretur, tum propter futurã Pauli virtu
tem, tum propter illius confessionẽ: Domine, ne sta-
tuas eis peccatũ hoc. Audiant quicunq; inimicos ha
bent, quicunq; inuaduntur, quicunq; ab auaris pre-
muntur. Nam licèt plurimas feras molestias, nõdum
tamen lapidatus es, sicut Stephanus. Et vide quid sit C
factũ. Obturatus est fons vnus Stephani, & apertus
est alius, plurimos emittens fluuios. Nam postquàm
siluit os Stephani, mox sonuit tuba Pauli. Sic nũquã
derelinquit deus in finẽ ad se currẽtes, sed dona dat
maiora, quàm ab inimicis auferũtur. Non enim talẽ
illi ejecerunt militẽ ab exercitu, qualem in locũ eius
submisit Christus. Saulus autẽ adhuc. Et aliud quid-
dã manifestat illud, Adhuc. Quid illud? Quia adhuc
ferocientẽ, adhuc insanientẽ, adhuc in vigore furo-
ris existentẽ, adhuc cæde feruentẽ attraxit Christus.
Non enim expectauit vt expleret furorẽ, vt ostẽde-
ret morbũ, vt extingueret flãmas affectionũ, & fati-
gatus debacchãdo mansuescerẽt, & tunc tandẽ tra-
heret: sed dum vigeret furor, ipsum cepit: vt ostẽde-
ret potentiã suam, vincens & superans persecutorẽ
in media insania. Enimuero medicum tunc maximè D
admiramur, quando febrẽ cùm infestior, & flammã
morbi cùm vehementior est, extinguere & penitus
abolere potest. Id quod & in Paulo cõtigit. Vox em̃
domini quasi ros quidã desuper descẽdens, à mor-
bo in ipso flãmæ feruore liberauit. Saulus autẽ ad-
huc spirãs minas & cædẽ in discipulos domini, reli-
quit multitudinẽ, & nunc in principes ipsos insilit.
Etenim sicut qui excindere vult arborem, ramis reli
ctis, radicẽ infra execat: ita sanè & hic adortus est di-
scipulos, radicẽ prędicationis volẽs eximere. Verùm
discipuli non erãt radix prędicationis, sed discipulo-
Ioan. 15. a rum dominus, qui & dicebat: Ego sum vitis, vos autẽ
palmites. Eapropter inuicta illa radix, quantò plures
excindebãtur palmites, tãtò plures & maiores iterũ
pullulabat. Eiectus est Stephanus, & pullulauit Pau-
lum, & eos qui per Paulũ crediderũt. Factũ est autẽ,
dicit, cùm appropiaret ille Damasco, repẽtè circun- *Act. 9. a*
fulgurauit eum lux de cœlo, & vt procidit ad terrã,
audiuit vocẽ dicentẽ sibi, Saule, Saule quid me per-
sequeris? Quare nõ allata est prius vox, sed lux prius
eum circunfulgurauit? vt cum silentio vocẽ audiret.
Nã qui in opere aliquo intẽtus & furore plenus est,
etiãsi plurimi vocẽt, prorsus non animaduertit quid
ante se agatur. Ne ergo hoc & Paulo eueniret, & fa-
ctorum insania ebrius vocẽ contẽneret, vel princi-
pium non audiret, mente tota in tonitruo occupata,
prius per lumen excęcatis oculis, & cõpresso furore,
extincta q; omni animæ turbulẽtia, & ingẽti in ani-
ma serenitate reddita, vocẽ emisit: vt depresso fastu,
his quæ dicebãtur, mẽte sobria & modesta intende-
ret. Saule, Saule quid me persequeris? Verba hæc nõ
tam arguẽtis, quàm defendẽtis sunt. Quid me perse-
queris? In quo paruo, magno accusare me potes, tibi
per me iniuria facta: an quòd mortuos vestros susci-
taui, vel q̃ leprosos purgaui, vel q̃ dæmones fugaui?
Sed propter hæc magis adorare, quàm persequi me
oportebat. Porrò vt clarè cognoscas q̃ hæc sint ver-
ba defendẽtis, audi quomodo iisdẽ penè verbis vti-
tur contra Iudæos. Nam sicut hic dicit: Saule, Saule
quid me persequeris? sic illic Iudæis: Pop̃ule meus *Mich. 6. c*
quid feci tibi, vel in quo contristaui te? Saule, Saule
quid me persequeris? Ecce iaces supinus, ecce liga-
tus es absq; catena. Et sicut dominus famulũ, qui plu
rima & grauia cõmisit, manu cõprehensum, & vin-
ctum alloquitur, Quid tibi vis faciã nũc? Ecce veni-
sti sub manus meas. Ita & dominus videns Paulum
correptũ, & prostratũ, supinúmq; ac tremulum præ
timore, & nihil facere valentẽ, dicit: Saule, Saule q̃d
me persequeris? Quò nũc peruenit ferox ille tuus fu
ror? vbi insania? vbi zelus intẽpestiuus? vbi vincula,
& circũcursationes? vbi atrocitas illa? immobilis qui-
dem eris nunc, & neq; videre persequentẽ poteris.
En qui festinabat, qui vbiq; circũcursabat, opus nũc
habet aliquibus qui manuducãt: eapropter & nũc di
cit ei: Quid me persequeris? vt discat q̃ quæ prius fa
cta, spõte sua permiserit, & q̃ nõ fuerint infirmitatis
illa, quæ olim: neq; crudelitatis, quæ tũc agebantur:
sed vtraq; beneuolẽtiæ & curæ. Quid ergo Paulus?
Quis es domine? inquit. Agnoscit dominũ, virtutem
didicit ab indulgẽtia, in cęcitate cõfitetur potestatẽ.
Quis es domine? Vidisti animã gratam & beneuolã,
vidisti mentem libertate plenã, vidisti conscientiam
syncerã & incorruptã? Non obluctatur, non conten
dit, sed statim cognoscit dominũ. Non sicut Iudæi,
qui vidẽtes mortuos suscitari, cæcos cernere, lepro-
sos purificari: non solùm non accurrebãt ad talia fa-
cientem, sed eum & planũ ac impostorem vocabãt,
& omnibus modis insidias mouebãt. Paulus autem
non ita agebat, sed statim cõuertebatur. Quid ergo
Christus? Ego sum Iesus, quẽ tu persequeris. Et qua-
re non dixit, Ego sum Iesus, qui resurrexit: Ego sum
Iesus, qui sedet à dextris dei: sed, ego sum Iesus, quẽ
tu persequeris? Vt perstringeret eius mẽtẽ, vt cõpun-
geret eius animã. Audi ergo Paulũ post multa tẽpo-
ra, plurimáq; bona opera hoc lamẽtantẽ: Ego enim *1. Cor. 15.*
sum, ait, minimus apostolorũ, qui nõ sum dignus vt *b.*
vocer apostolus, eo q̃ persecutus sum ecclesiã dei.
Igitur qui post multa bona opera, & tãta tẽpora hoc
lugebat, quid verisimile est ipsum per id tẽporis pas-
sum, quo nullum bonum opus habebat, & conscius
persecutionis, vocem illam audiebat? Cæterùm ag-
grediuntur

Universidad de Deusto
Biblioteca

grediuntur nos hic quidã dicentes: Vos autẽ ne pigeat,etiam si vespera deprehẽdat. Pro Paulo omnis noster sermo est,pro Paulo inquã,qui per triennium die ac nocte discipulos docuit. Aggrediuntur itaq; hic nos quidã,dicentes:Et quid mirum q̃ Paulus ad fidem peruenit, cùm deus vocem illã, quasi funem ceruici eius iniecerit,víq; ipsum ad se duxerit? Attẽdite diligẽter.Etenim sermo ille cõmunis est Gentilibus, Iudæis, & nostris, qui suæ incredulitatis operculum putant,si iustũ accusent,nescientes q̃ duplex peccatum peccent,& quòd errorẽ suum ipsi nõ deponant,& quòd sanctũ dei talibus culpis notare tentant. At nos eius nomine, per gratiã dei, defensionẽ afferemus.Quę igitur accusatio est? Vi & necessitate ipsum,inquit,attraxit deus. Qualis illa vis & necessitas,dic ô homo? Vocauit eũ supernè.Credis omnino q̃ vocauit eum supernè:Igitur & te hodie vocat per illã vocem,cur & tu non obedis? Vides non esse necessitatis negociũ? Nam si necessitas quædam foret, oportebat & te obedire:cùm autẽ tu non obedis,manifestum q̃ ille voluntarius obediuit. Et vt discatis, quòd multùm quidẽ fecit ad salutẽ Pauli vocatio, sicut & ad aliorũ omnium hominũ facere solet,non tamen destituit eum à suis operibus, & suæ propriæ volũtatis laude,neq; nocuit eius libero arbitrio : sed voluntarius aduenit ipse,atq; sua bona volũtate. Faciam hoc & alio exemplo liquidũ. Audiuerunt & Iudæi vocem supernè loquentẽ, non filij,sed patris de Christo dicẽtis circa Iordanis fluenta : Hic est filius meus dilectus,in quo mihi cõplacui. Et dicũt ei:Hic est deceptor. Vides manifestã pugnam ? Vides bellũ apertũ? Vides vbiq; opus bona voluntate,animáque malis affectionib⁹ prius nõ infecta? Ecce & illic vox, & hic vox : sed hic obtẽperat,illi autẽ contradicunt. Et nõ solùm illic vox auditur,sed & spiritus in specie colũbæ videtur. Nam postquam Ioanes baptizauit, baptizatúsq; est Christus,vt ne qui ad humanã figuram spectant, putent baptizantẽ baptizato maiorẽ, venit vox,qua hic ab illo discerneretur. Et quia adhuc incertũ erat de quo diceret vox , id quod dicebat:venit & spiritus sanctus in specie columbę,vocẽ in caput Christi ducẽs, atq; ita & per vocẽ prædicatus est,& per spiritũ monstratus. Et ob hæc Ioannes quoq; clamabat : Non sum dignus,vt soluam corrigiam calceamẽti:& insuper plurima alia testimonia tam verborũ,quàm operũ atteſtabãtur:sed post hæc omnia Iudæi in cæcitate sua mãserunt , imò viderũt omnia:sed neq; dictis,neq; factis credidere,eo quòd infecta eorũ mens, quã præoccuparat insanus vanæ gloriæ amor. Vnde euangelista dicit:Multi Iudęorũ qui crediderũt in eum,propter principes non confitebantur,ne è synagoga eiicerentur.Et ipse Christus quoq; dicebat : Quomodo vos potestis credere,qui gloriam à vobis inuicẽ accipitis,& gloriã quæ à solo deo proficiscitur,non quæritis? At Paulus nõ sic,sed vnica duntaxat audita voce,cùm adhuc nostros insectaretur,statim accurrit, statim obediuit, statim eximiam præ se tulit conuersionẽ. Quòd si non fatigamini dictorũ prolixitate , dicemus aliud exemplum adhuc proximius. Etenim & filium audierunt,& sic audierunt vt Paulus audiuit , & neq; sic crediderũt. Nam sicut Paulus audiuit vocẽ cùm adhuc fureret, & in discipulos sæuiret ; ita Iudæi aliquãdo audierũt alicubi vocẽ,cùm egrederẽtur cum facibus & lampadibus ad cõprehendendũ eum.Putabãt enim sese hominẽ purum adoriri. At ille volẽs docere eos virtutem suam, & se deũ , eósq; fruſtra cõtra stimulum calcitrare,dicit eis:Quẽ quæritis? Stabant ante & iuxta eum,& non videbãt eum. Christus autẽ quærebat eos,& manuducebat vt se inuenirẽt,ac discerẽt, q̃ non inuitus ad passionẽ iret,neq; superabilis esset, nisi spõte sua eis permitteret. Aut quomodo superarent,quẽ inuenire non potuerũt? Quid dico inuenire? neq; præsentẽ videre valuerũt:& non solùm non valuerũt videre præsentẽ,sed & cùm rogãti responderent,nesciebãt quísnam ille præsens,qui tam potenter oculos eorũ excęcauerat,& voce sua eos prostrauerat. Nã vt dixit, Ego sum : voce ea perculsi,retrorsum abierunt,& ceciderũt omnes. Itaq; vt Paulum vox prostrauit,& supinũ iacere fecit : ita & illos vox omnes prosternebat. Et sicut Paulus non vidit eum,quẽ persequebatur:ita & illi non videbant quẽ quærerẽt. & sicut Paulus tẽpore quo furebat,excæcatus est:ita & illi tẽpore furoris sunt excæcati:& sicut Paulus, cùm iret vt comprehenderet discipulos, hęc passus est:ita & illi cùm exirẽt vt cõprehenderẽt Christũ,talia passi sunt. Vtrobiq; vincula, vtrobique persecutio. Simile vtrobiq; virtutis Christi indiciũ, similiáq; remedia,at nõ similis correctio. Aegri enim multùm inter se distabãt. Quid enim stupidius, quid reprobatius illis,qui retrorsum corruerunt,iterúmq; surrexerunt,& iterũ inuadunt? An non lapidibus insensatiores erãt ? Et vt discant quòd ipse qui dixerat eis,Quẽ quæritis:ille sit qui eos prostrauerat,loquitur eis iterũ:Cùm iterum surgerẽt ac dicerẽt,Iesum: dicit eis:Dicebã vobis quòd ego sum,quasi diceret, Discite, quòd ego ille sum qui antehac dixit:Quem quęritis,& qui vos prostrauit. Verùm neq; hoc dicto profecit aliquid,sed illi in cæcitate sua mãserũt.Hęc igitur omnia inter se cõfer diligenter, & discę quòd Paulus nõ ex necessitate, sed anima syncera, bonáq; voluntate ad fidẽ accessit.Quin si non abitis & sustinetis,adferã & aliam demonstrationẽ , cui cõtradici nequeat , & certius probabo Paulũ non necessitate coactum ad fidem venisse.Venit post hæc Paulus in Salaminem Cypri ciuitatem,& inuenit illic magum quendam,resistentem apud proconsulem Sergium. Paulus autẽ impletus spiritu sancto dixit ei : O plene omni dolo & omni versutia fili diaboli,inimice omnis iusticiæ , nõ desinis peruertere vias domini rectas? Hæc persecutoris verba sunt:Glorificemus igitur eũ q̃ cõuersus est. Ante hoc audistis q̃ deuastabat ecclesiam,domósq; ingrediẽs, ac vi rapiẽs viros & mulieres in carcerẽ tradebat: videte,quomodo nũc pro prædicatione liberè loquitur. Non cessas,ait,peruertere vias domini rectas ? Et nũc ecce manus domini super te,& eris cæcus,& vsq; ad tempus non videns. Remediũ quo sibi visus redditus est,adhibuit & mago,qui tamen in cæcitate permansit:vt discas q̃ non sola vocatio Paulũ adduxerit , sed & voluntas eius. Nam si sola cæcitas hoc effecisset, oportebat eam & in mago efficacẽ esse:sed nihil effecit,& ille quidem remansit cæcus,procõsul autem factũ videns,credidit:accepitq; alius remediũ,alius autem curatus est. Videte quantum bonum sit,bene velle:& quantum malũ,discredere,& corde obdurari. Excæcatur magus,nullámque vtilitatem accipit : incredulus enim erat,& interim proconsul Christũ agnoscit. At satis demonstratum fuerit Paulum voluntariè venisse ad Christum. Vellem autẽ vos sermonem hũc diligenter

ter memoria tenere . Deus enim nolẽtes non cogit, sed volentes trahit.Et propterea dicit: Nemo ad me veniet,nisi pater meus traxerit eũ. Qui autem trahit volentem,trahit humíq; iacentem , ac manum porrigentem . Et vt discas q̃ nullum cogit : Nam si ipse vult,nos autẽ non volumus, ad nostram salutem nihil proficiũt ea quæ alioquin efficacia sunt: nõ quia infirma sit eius voluntas, sed quia cogere neminem vult. Necessariò hũc sermonem attulimus: videmus enim cõplures ad defensionem suæ ignauiæ,prętextu tali vti,& si quãdo eos adhortamur,vt illuminentur,& ad meliorẽ vitam cõuertantur , atq; ad alia id genus bona opera, respõdere quasi cunctabũdos & resiliẽtes:Si deus voleat,persuadebit mihi,& conuertar.Quos non arguo,sed valde probo , q̃ ad volũtatem dei confugiunt.Vellem autem nos etiam nostra afferre,& tunc dicere:Si deus voluerit. Nam si teipsum somno,desidiæq; tradideris,neutiquã in manus tuas obuenient bona opera:& alioqui si solam volũtatem dei prætexas,nihil eorum,quibus opus habes, adipiscęris vnquam.Hoc igitur est quod dixi, nullũ vnquam vi & necessitate à deo adigi.Ipse quidẽ vult omnes saluos fieri:at non omnium volũtas eius voluntati obsequitur,neq; ab eo aliquis cogitur. Vnde & ad Hierusalẽ sic dicit:Hierusalem Hierusalẽ,quoties volui cõgregare filios tuos,& noluisti? Quid ergo?Ecce relinquetur domus vestra deserta. Vides q̃ dominus saluare nos vult:nos autem, quia nos ei nõ adiũgimus,manemus in interitu.Deus enim paratus est ad saluandum hominem,non inuolũtarium, neque non volentem,id quod sæpe dico: sed voluntarium,& hoc eligentem. Homines quidẽ volentibus nolentibúsq; seruis volũt & esse & dominari: dominantúrque non seruorum, sed suam vtilitatem spectãtes.Deus autẽ nullius indigẽs,declarare tibi vult, q̃ nullius nostri indigens,seruitutẽ nostrã desiderat, ad id solũ spectans , quomodo nobis prosit, & quomodo nõ sue,sed nostrę vtilitatis grãtia operetur omnia.Si quidẽ assentimur & volumus,& sciẽtes ei beneficiũ istius seruitutis deberi , ad ipsum veniamus. Inuolũtarios enim & resilientes,neq; vi, neq; necessitate cogit.Quo nobis cõmonstrat, q̃ nõ ipse nobis gratiã habere debet,quia serui eius sumus : sed quia ipse dominus noster est , sibi gratias agere tenemur. Igitur hæc sciẽtes,bene recogitemus misericordiam domini,vitamq; sua bonitate dignã pro nostris viribus exhibeamus:vt & nos regnũ cœlorum assequamur: Quod nobis omnibus cõcedatur gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi,cũ quo patri & spiritui sancto sit gloria in secula seculorum, Amen.

Ioan.6.e

1.Tim 2.b

Luc.13.g

Ibidem.

SERMONES SIVE HOMILIAE Septem diui Ioannis Chrysostomi Constantinopolitani episcopi,de proditore & mysteriis cœnæ dominicæ, in quinta feria passionis, Incerto interprete.

ADhodiernũ conuiuiũ qui solenni frequẽtia conuenistis, & cum Christi discipulis in immolatione agni Pascha facere festinatis: syncera, quæso , & plena charitatis pectora diuinis exhibete mysteriis.Nulla sit in mẽte duplicitas , nec liuoris libidine interior homo fuscetur. Agnum comesurus, agni innocentiã prę ferat:nec immaculatę ouis mẽbra lupina malignitate transfundat in viscera.Quoniã qui sacratæ huius cœnæ indigno participatur accubitu,nõ cũ Petro peruenìet ad salutis portum: sed sustinebit cũ Iuda sine reparatione naufragium.Habebit debitã cum proditore pœnã , qui ad bonum malam attulit conscientiam. Denique Iudas nõ syncerus,sed simulator accubuit: & post buccellam Christi,in eũ diabolus introiuit.Accepit,inquit, buccellã,& intrauit in eũ Satanas . Sed delectat fratres præsentis exordiũ lectionis , pia vobiscũ recordatione transcurrere. *Cùm recumberet*,inquit,*Iesus cum duodecim discipulis suis, edentibus illis ait: Amen dico vobis, quoniam ex vobis vnus tradet me. Et contristati nimis cœperunt ad eum singuli dicere:Nũquid ego sum domine?* O beati apostoli,fœlicius vestra innocẽtia contristata est, q̃ pœnalis Iudæ audacia,quæ nõ est confusa.Cũ enim noueritis nihil tale vos cõtra dominũ cogitasse : extimescẽtes tamẽ, & propriæ fragilitatis cõscij,tristes dominũ interrogatis de peccato,quod in cõscientia non habetis:& plus creditis magistro,q̃ vobis. Nam in illo vos cõuiuio iudiciariam patimini quæstionẽ, & Iudas non vult sentire cõpunctionem.Terret vos talis auditus, & illum nõ terret tanti sceleris cogitatus.Cõsulite ergo dominum pium, interrogate magistrum:respõdeat,quæ vera sunt,veritas . Designetur abominanda persona,ne remaneat crimẽ in tuba:mõstretur vobis,quem fugere debeatis: publicetur filius perditionis,ne maculetur corona benignitatis.Respondẽs,inquit,Iesus,ait:Qui mecũ manum mittit in paropsidẽ , ipse me tradet . Cœpit manifestius aliquid dici: adhuc tamen nomen propriè non video designari.Et ecce pauentibus, & reticentibus cunctis,& interdicentibus ori suo, ille temeritate & impudentia,qua prodituras erat , manum cum magistro in paropsidem mittit:vt audaciam bonæ conscientię mentiretur.O obdurata frons,talia de se audit,& recumbit. Videt publicari suam cõscientiam, &adhuc manum porrigit ad buccellam.Nec primò, nec secũdò correptus à proditione retrahit pedem, & patientia dei nutrit impudentiam suam , & seruat sibi iram in die iræ.Ecce iam & pœna illi prædicitur: vt quem non correxerunt miracula , corrigant denũciata supplicia. *Filius*,inquit,*hominis vadit:sicut scriptum est de eo , Væ autem homini illi,per quem filius hominis tradetur.Bonum illi erat non nasci.Respondens*,inquit, *Iudas qui eum tradidit,dixit:Nunquid ego sum Rabbi?* Iuda, cui dicis:nunquid ego sum? Iam dic:ego sum.Scit enim ab initio te esse. Nam q̃ non loquatur, non est obliuio nescientis,sed pietas miserãtis. Corrupte præuaricator & miser,si redires ad cor,recoleres magistrũ, quem didicisti præscium futurorum,& cui nihil potest esse non cognitum : quoniam per huiuscemodi colloquium non se facit ignarum,sed pœnitentię tibi vult exhibere suffragiũ . Tu autem,cuius cupiditas sensum eripuit,& auaricia cordis oculos excæcauit,interrogare te fingis,Vtrum ipse sis, qui traditionis nefas cõceperis.Omnia quę in te sunt,nouit eius diuinitas:Sed væ tibi,in quo nulla inuenta est charitas.*Hymno*,inquit,*dicto abierunt in montem Oliueti,& ait illis Iesus:Omnes vos scandalum patiemini in me in hac nocte. Respondit Petrus , & dixit:Et si omnes scandalizati fuerint, ego non scãdalizabor.Dicit illi Iesus:Amen dico tibi:quia hac nocte antequam gallus cantet, ter me negabis.Dicit ei Petrus: Etiam si oportuerit me mori tecum,non te negabo.* Cœperũt altercari duo,medicus& ægrotus.Hic sine ęgritudine se esse putabat:& ille etiam futuram accessionem hinc prænunciabat . Sed interim hoc negociũ paulum

Matt.3.d

Luc.3. & Ioan.1.d

Ioan.12.f

Ibid.5.g

Matt.3.c & 17.a Ioan.7.b

Ioan.18.b

Ibidem.

Act.13.b

Matt.26.

Iulū ſequeſtremus,donec rei exitū cōprobemus. Iudas,inquit,qui tradidit eum,dedit eis ſignum dicēs: Quem oſculatus fuero,ipſe eſt,tenete eū. Quid auditis fratres, quis ſenſus hoc ſine ſui horrore cōſideret, & quæ aures hæc verba recipiant,quæ nō præcordia dictis talibus contremiſcant? [Matth. 26.c] *Dedit eis ſignum dicens: Quem oſculatus fuero,ipſe eſt,tenete eum.* O ſignum ſacrilegum,ô conuentus nefarius, ô placitū puniendum,vbi ab oſculo incipitur bellum,& per pacis indicium, pacis rumpitur ſacramentum. Et per quod cōſueuerūt gētes bella finire,per hoc prophanus Iudas bellū voluit inchoare: Dedit eis,inquit, ſignum dicens: Quem oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eum. Hoc ſignum Iuda tu dediſti,hoc pactū in tuo manganicio † poſuiſti: vt cum quo faceres pacem,ipſe raperetur ad crudeliſsimā paſſionē. [μαγγανεύειν liceri eſt, hinc pro licitatione. † mercatu.] Mihi crede, habebunt per te multi terrorem : nequando cum proximis ſimulatā habeant charitatem. Guttur enim prophanum,quod hodie Chriſto extendis ad oſculum: craſtino illud es extenſurus ad laqueum. Malo tuo didiciſti argentum expendere:mox incipies & corpus proprium ponderare. Tenetur interea dominus ad ſacerdotum principem perducendus:& cùm cæteri diſcipuli laberētur in fugam, Petrus ille promiſſor egregius cœpit ambulare longinquius: peruenit eandem & ipſe ad principis domum,& expectās rei exitum foris obſeruabat in atrio. Sed quia iam prædictæ acceſſionis eum rigor vrgebat, cum calefacientibus ad carbones ſtabat. Negat territus Chriſtum,pro quo ſe animam promiſerat poſiturum. Iacet eliſus in corpore obliuionis,quaſi in quodam lecto doloris. Proſtrauit eum decrepita anicula, quaſi quædam grauis febricula. Oppreſsit eum lethargicus ſomnus,& cœpit eum præco impungere matutinus. Expergiſcitur aliquādo,audit gallū cantantē, videt ſe grauia vulnera ſuſtinentē. Dirigit preces ad medicū per nuncios lachrymarum, & diuinum con feſtim recipit antidotum. De ipſo enim ſcriptum eſt: [Pſal. 37.b] Amici mei,& proximi mei aduerſum me appropinquauerunt & ſteterūt. Et proximi mei à longè ſteterūt. [Prou. 27.a] Et illud quod dictum eſt: Meliora ſunt vulnera amici,q̄ voluntaria oſcula inimici. Iudas enim ſicut de apoſtolo proditor, ita inimicus factus ex amico. [Pſal. 40.c] Nam & de illo ſcriptū eſt: Homo pacis meæ in quo ſperabam: qui edebat panem meū, ampliauit ſuper [Mich. 7.b] me calcaneū. Et iterum: Inimici hominis domeſtici eius. Vnde & nos fratres, vnanimiter fugiamus iniquorum ſubdola colloquia, vt cū ſanctis participemus gratiam ſempiternam,veram pacem, & trinitatis perpetuam vnitatē teneamus: vt cum ſanctis omnibus in regnis cœleſtibus triumphemus.

Eiuſdem diui Ioannis Chryſoſtomi epiſcopi Conſtantinopolitani,de myſteriis cœnæ dominicæ,in quinta feria paſsionis,ſermo ſecundus,

Incerto interprete.

SEcūdum ſalutaris poſiti munus, & ſpiritalis remedij ſacramentum diuina diſpenſatione cōpletur, dum Chriſtus ad paſſionis triumphum ab impiis prouocatur. Nam cùm diſcūberet cum duodecim diſcipulis ſuis,& manducantibus eis [Ioan. 13.c] diceret: Amen dico vobis,quia vnus ex vobis tradet me: aſcēdit Chriſtus propriæ deitatis tribunal,& illud conuiuiū velut cataſtam ante ſe conſtituens,cōſcientiæ tormēto confiteri compulit reum: vt in auctionem,cōceptum poſſet reuocare peccatum. Turbatur diſcipulorū omniū ſenſus: & licèt noſſet propriam conſcientiā,timuerunt tamen Chriſti ſententiam. Iudas tamen impudēti fiducia auſus eſt interrogare ſaluatorem,qua implere poſsit euidentiſſimū traditorē. Verecunda Chriſti ſententia oſtēdit ſuam maieſtatem,nec refugit paſsionē. Mira patientia, Petrus condemnat Ananiam mētientem [Act. 5.a] : ſaluator Iudam patienter ſuſtinet traditorem. Duplicat ſacrilegij principatū : dum propoſitū feſtinat implere peccatū. Et quem ſceleris pœnitere oportuerat, vrgetur conceptū implere cogitatum. [Matth. 26.e] Quemcunq;, inquit, oſculatus fuero,ipſe eſt,tenete eū. Defuit Iuda aliud tuis ſceleribus argumentū, vt inſtrumento pacis,traditoris impleres officiū. Sed plus patiētia diuina cōdemnat obnoxiū, vt officio pacis oſtenderet reum. Venerūt,inquit,cum fuſtibus, vt comprehenderent eum. Non ſic cōprehenditur iuſticia, nec ſic alligatur ſapientia. Volenti nanque iniiciunt manus:cui,ſi euadere placuiſſet,nunquā angelorū officia defuiſſent. Et eduxit,inquit,Petrus gladiū,& percuſsit auriculā principis ſerui. [Ibidem.] Seruum dixit:non conditione, ſed culpa. Deniq; ita ſcriptū eſt : Qui facit peccatū, ſeruus eſt peccati. [Ioan. 8.d] Nā ſi audiſſet aliquando verba ſapientiæ,nec cruētum vulnus exciperet, nec peccati ſeruus teſtimonio ſcripturæ māſiſſet. Iubet tamē dominus in vaginā gladiū retorqueri, ne forte agnita legis patiētia poſsit acquiri. Abducto ſaluatore,ſparſis vniuerſis diſcipulis, Petrus ſequebatur à lōgè. Si enim propè ſequeretur, ſemper dominū fateretur. Negat Petrus ſe eſſe diſcipulum ſaluatoris, quando nullas pœnas,nulla tormenta pertimuit. Quærendū tamē eſt,vbi negauerit. Ibi negauit, vbi Chriſtus tenetur incluſus. Negat in domo Caiphę,ibi negat,vbi poteſt valere mendacium. Et tamen ſecutus eſt per amorē,quem negauerat per timorem. Cùm reſpexiſſet,inquit,eū Ieſus,fleuit amarè. Precioſus eſt fratres chariſsimi pœnitētiæ fructus: quia quod defendi non poteſt,ablui poteſt. Lauant lachrymæ cōgeriem peccatorum. Quàm precioſæ lachrymæ, quæ extergunt culpā,& exigunt veniam. profuit illi verè iſta amaritudo : quoniam quicquid in eo delicti tabidum fuit,ferramento pœnitentiæ reſecauit.

Eiuſdem diui Ioannis Chryſoſtomi epiſcopi Conſtantinopolitani, de proditore & myſteriis cœnæ dominicæ, in quinta feria paſsionis, ſermo tertius,

Incerto interprete.

EVangelicæ ſeries lectionis, qua per ordinē paſsionis dominicæ gloriā didiciſtis:credo q̄ affatim nō ſolū aures,ſed & corda veſtrę deuotionis expleuerit. Nos quoq; quantum tenuiſſimæ capacitatis vires admittunt,cū diuinis vocibus verba noſtra iungamus, atq; eandem noſtri redemptoris inclytam paſsionē veritatis indagatione retractemus. Sed neſcio quo pacto chariſsimi, vbi ſermo ſe prodere incipit,cauſam ſenſus horreſcit. Quomodo enim animus nō turbetur infirmus, in quo totus territus & cōturbatus eſt mūdus? Condēnatur ecce in concilio Iudæorum dominus,Pilato traditur alligatus,& ſacras manus ſacrilegæ catenę vinxerūt. Ad tribunal dehinc præſidis ſiſtitur: nō vt reatus in illo, ſed vt innocentia panderetur: vt reportaret teſtimoniū iudicis,qui ſub crudelibus vinculis meritum nō amiſerit innocētis. Cōſiſte mecū in hac actione cominus Iudęa,conſiſte. Dic mihi litis tuæ titulū,accuſationis tuæ genus,criménq; denūcia: producito

teſtes in mediū:& tales, qui præſenti cauſæ ſint neceſſarij, adhibeto. Nihil cognitioni iudicis deſit,nihil præſidis ſubtrahatur examini:paratus ſum ꝓ domino meo conuictus ipſe dānari. Ecce interim in facto præiudicata es traditoris. Author tuus cōfugit ad laqueū, vltimū capiens ex pane ſolatiū. Reū ſe ſibi ipſe cōſtituit,& poſt iudiciū tuū de ſeipſo continuò iudicauit. Remanſit ecce cū voce impij traditoris,inefficax pœnitudo facinoris: nec cōfeſsionis meritū obtinuit,ſed magis ſceleris ſarcina impœnitētiæ cumulū congeſsit. [Matth. 27.b] *Peccaui*,inquit,*tradens ſanguinem iuſtum: & proiecta pecunia in templū,abiit,& laqueo ſe ſuſpēdit.* Pepēdit inter cœlū terrámq; medius vago funere ſuffocatus,& cū flagitio ſuo tumefacta noxia viſcera crepuerūt, nec cadaueri terra ſolitā exhibuit ſepulturā. Habes Iudæa, qđ verè imiteris exēplū:ſed digna nō eris,quia conceptum perficis ſacrilegium. [Ibidem.] *Sedente*,inquit,*Pilato pro tribunali miſit ad eū vxor eius, dicens: Nihil tibi & iuſto illi:multa enim paſſa ſum hodie in ſomnis propter eū.* Ecce iudex terretur in coniuge: & vt crimini Iudæorū nō præbeat in iudicādo cōſenſum,pertulit in vxoris afflictione iudiciū. Iudicatur ipſe,qui iudicat: torquetur,antequā torqueat: & vt nihil mali in pernicię operetur inſontis,inſomniis exagitatur vxoris. Iā quid ibi ageret iudicis cōſcientia, ſi ſic torquebatur & coſta?† [† Vxor Pilati ſub alluſione ad Heuā, nomine coſta.] *Deniq; quem vultis*,inquit,*dimittam vobis, Barabbā,an Ieſum,qui dicitur Chriſtus? At illi dixerunt. Barabbā. Dicit illis Pilatus: Quid ergo faciam de Ieſu,qui dicitur Chriſtus? Dicūt illi: Crucifigatur.* Quid agis ſynagoga dānabilis? Iuſtū ſanguinem ducis ad victimā, & abſolui manifeſtum poſtulas homicidā? Latronem iudicas innocentē,& innocentem poſcis ad crucem. Ille qui te occidit,tuo ſuffragio morti ſubtrahitur:& qui mortuos ab inferis ſuſcitauit, te inſiſtēte damnatur? Reus fit,qui reus nō fuit:& indēnis euadit, qui olim damnari iam debuit. In vtroq; rea teneris, & exitio innocētis,& abſolutione latronis. Et quanquam ſacrilegium impactę crucis omne nefas excedat:tamē & illi aduerſum te iudiciū, diem ſcilicet vltionis expectāt, quorum Barabbas latro ſanguinem fuderat: quia participaſſe eſt ſcelus homicidij, veniā meruiſſe latroni. *Tunc*,inquit,*accepit aquā,& lauit manus coram populo,dicēs: Mūdus ego ſum à ſanguine huius iuſti, vos videritis. Illi autem dixerunt: Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros.* O q̄ bene furor cæcus eſt,q̄ digno præcipitio iactaris in inſaniā. Quænam excæcatio eſt pertinaciſsimæ mentis ſic velle aliū perdere, vt prior malis ipſa perire? Sub alieno exitio tuos impia iugulas, & in tuā ſobolem parricidalem vibras dexteram. Ecce currit per tui generis proſapiā nunquā expiandi vena facinoris, & cū crimine radicis ſuæ pullulant iniqua plātaria. Egreditur ex metallo vteri ſui tā cruenta ꝓgenies:& infecta ſanguine naſcitur infauſta poſteritas. En quæ bona ad hæredes tuos quodā ſacrilegij teſtamento tranſmittis:macula ſanguinis innocentis te perfundis,& poſteros perimis. Pertinaciter quidē in mortē noſtri redēptoris inſiſtis: ſed crudeliter tuos natos mucrone impietatis extinguis. Quęre iā cui poſſis videri non noxia,quæ erga filios tuos extitiſti pertinax parricida. *Tunc dimiſit illis Barabbā: Ieſum verò flagellis cæſum tradidit illis, vt eum crucifigerent.* Heu me miſerū,quibus auribus hoc audio: vel qualiter ſenſibus meis tā funeſta cōmendo? Ecce dominus meus aptatus ad verbera, ecce iā cæditur : rūpit ſanctā crucē violentia flagellorū, & repetitis ictibus

crudelia vulnera ſcapularū terga conſcindūt. Proh dolor,iacet extenſus ante hominem deus, & ſupplicium patitur rei,in quo nullum veſtigiū peccati potuit inueniri. Ad victimam vita ducitur,& ad crudeliſsimum mortis occaſum addicta pietas euocatur. Ambitur ſacrum caput aculeis ſpinarum, & diuinū verticem pœnalis coronæ pompa circundat. Sed in ſpinis illis noſtra eum peccata pungebant. Ventum tandem eſt crucis ad campum, vbi pias manus terebrāt ſæua vulnera,& compaginem palmarum rumpit violentior foratura clauorum. Crux clauis configitur,& effoſſa veſtigia, pœnalibúſq; alligata impedimentis pedū officia perdiderunt. Adhæſit quierū corpus ſtipiti,& immobile lignum incōcuſſa membra portauit. Fert pœna ipſa pendentem,& tormentis ſuis nexi artus incumbūt. Sed feſtinate,oro:& citatis curſibus properate. Sentio enim moliri neſcio quid,creaturam:& inteſtinis motibus nonnihil elemēta intelligo parturire. Minatur ecce propria mūdus excidia, & rerum natura inuſitato pauore terretur. Dies medius tenebrarum tyrannide diſcluditur, & perdidit curſum fugitiua luce fraudatum. Sol abſcondit radios ſuos, & orbem globus luminis obſcurauit, atq; incubatricem noctē diſsimulato iure cōtradictionis admiſit. Dies enim non dies eſt, & nox repentina nō nox eſt. Importunæ tenebræ aliena tēpora peruaſerunt:moriente vero die, nouū dies ſenſit occaſum. Expectabant cuncta elementa exitum proprij conditoris : axem ſuum mundus extremum vergere cupiebat in limitem. Volebat,credo, ſeculū ire protinus in ruinam,ne authoris ſui tacens præteriret iniuriam. At vbi conſummatis omnibus ſacramētis, ſua ſponte ſpiritū quiete cum victoria mortis expoſuit:illico rumpuntur ſacrario dicata velamina, & in publicum templi ſecreta mittuntur, vt admiſſi ſacrilegij clandeſtina machinatio pāderetur. Agitur internis terra cōcuſſibus: & molis ſuæ nutante fundamine,fluctuabunda cōmotione iactatur. Dederūt petræ crepitum fragore ſonigero, & viſcerali motu diſrupta ſaxa crepuerunt. Patuerunt portæ protinus inferorū, & monumētorum ſecreta claues proprias perdiderunt. Vacui facti ſunt carceres ſepulchrorū, & rediuiua corpora dominum agnouerunt.

Eiuſdem diui Ioannis Chryſoſtomi epiſcopi Conſtantinopolitani,de proditore & paſſione dominica,in quinta feria paſsionis, ſermo quartus,

Incerto interprete.

SVfficiunt quidem fratres ad teſtimoniū venerandæ paſsionis,elemētorum inopinata turbatio,fuga ſyderū, terræ inexpertus tremor, ſolidorum fractura ſaxorū, pauor inſolitus inferorum,& ſpontanea reſeratio ſepulchrorum. Hæc ſola publicant dominum noſtrum, hæc maieſtatis eius teſtantur arcanum. Ecce inſuper infœlix Iudas, etiam traditor,tibi reliquit teſtimoniū facinoris ſui, qui ſupplicium non potuit videre damnati. Et cùm admiſſum nō potuit excuſare peccatum,ad ſe reuocauit cum pecunia ſacrilegium. [Mat. 27.a] *Dixit enim: Peccaui tradens ſanguinem iuſtum.* Sed non potuit vitare peccatū. [Pſal. 108.a] Sic enim de eo ait ſpiritus ſanctus: Et oratio eius fiat in peccatum: vt in eo q̄ pœnitentię feſtinauit ad portum, ibi incideret æternum & ſine reparatione naufragium. [Pœnitentiā intelligit ſerā, illam dānatus aſsimilem.] Reſpondit igitur omnis turba Iudæorum: Sanguis huius ſuper nos,& ſuper filios noſtros. [Mat. 27.e] Magna planè vis criminis, quæ nec prolixitate tem-

Universidad de Deusto
Biblioteca

poris aboletur,nec seculorum obliuione repellitur. A Sanguis hic domini nostri polluit in præsenti reos, de futuro obligat nascituros. En Iudæa crudelis, te perpetratum nefas innexuit,& natos tuos elogio criminis implicauit.Et cùm soleat crimẽ cum persona deficere:in te magis crescit, & in posteros tuos sine fide redũdat. Ecce dominicus vultus sputamine sacrilego illinitur: maxillas eius impiorum verberant palmæ,cerebrum tundit ictus arundinis, & per omnes currit iniurias atrocitas sæuiẽtis. Portans humeris crucem prætorium egreditur, & tali onere colla innocua prægrauantur. Lætus quidem & absq; vlla suspicione formidinis moriturus ibat,& nostra peccata in illa cruce portabat.Deinde fel in escam pendenti offertur,& aceti potio in patibulo propinatur.

Exo.16.d Mirum sanè. Hoccine de te Iudæa dominus noster
Ibid.17.b promeruit,qui te in deserto per quadraginta annos B panibus angelicis annonauit,& ex petræ visceribus, cũ sitires,aquæ potus salutaris exhibuit? Et qui aquã
Ioan. 2.b in nuptiis,preciosum mutauit in vinũ:meruit ne, vt in siti sua abs te acciperet acetum?Inter hæc ecce subitò tenebrarum caligine tota passionis indignitas tegitur:& omnis iniuria nouæ noctis obscuritate celatur.Indixit sibi mũdus inopinata authoris sui morte funereum luctum,cunctarúmq; confusio naturarum:& sacrilegiũ suum non agnoscit cęcitas Iudæorũ. Rumpũtur sanctuarij scissa velamina, & sacrarij facies sacrilegio spoliante detegitur.Reddunt inferi corpora rediuiua sanctorũ: & in occursum authoris inferos penetrantis,temporalẽ accipiunt beatæ animæ commeatum.Conuenite iam Christianæ gẽtes, concurrite fidelissimæ nationes.Dominus enim noster non in patibulum crucis,sed in tribunal ascẽdit: C expandit ecce manus, & alas extensas aperuit: non vt crucis supplicio satisfaceret, sed vt nos ex omni orbe ad credulitatem ecclesiæ congregaret.

Eiusdem diui Ioannis Chrysostomi episcopi Constantinopolitani,de Iuda proditore, in quinta feria passionis, sermo quintus
Incerto interprete.

POstquam virginei partus orbe toto miraculũ cœleste resplẽduit, & gaudia dominicæ natiuitatis sunt expleta,epiphania quoque procurata est,veneranda solennitas: Dominus discipulis suis passionis suæ prædicit ordinẽ,eloquitur qualitatem.*Ecce*,inquit,*ascendimus Hierosolymã, &*
Matth. *filius hominis tradetur summis sacerdotibus, & condemnabũt*
20.c *eum morte,& tradent eũ gentibus,& illudent ei,& conspuẽt eum,& post tres dies resurget*. Qui futura prædicere potuit,potuit & cauere.Ignaros aduersa præueniũt,nõ scientes.Pati voluit,qui spõtè locum, vbi pateretur, ascendit.Mors inuitis imperat,volentibus seruit.Ergo q volens moritur,non casus est,sed potestas. *Po-*
Ioan.10.d *testatem habeo*,inquit,*ponendi animã meam, & potestatem habeo sumendi eam.Nemo tollit eam à me.* Vbi animam ponendi potestas est, & sumendi:ibi moriendi non est necessitas,sed voluntas.Nemo,inquit,tollit eã à me. Si nemo,vtiq; nec mors.Denique nec mors tollere, nec infernus potuit hanc tenere:qua iubẽte tremẽs, etiam vinctas animas,quas tenebat, amisit. *Et monumenta*,inquit,*aperta sunt, & multa corpora sanctorũ resur-*
Mat.27.f *rexerunt*. Sicut nascente Christo conceptus nescisit ordinem suum,partus non agnouit vsum, nõ tenuit ius natura:ita moriente eo,ditione tartarus perdidit, quos tenebat. Abiecit infernus ius potestatis antiquæ:inueteratæ legis decretum nouo sanctionis ordine mors amisit.Sed ad cœpta redeam°.*Ecce*,inquit, *ascendimus Hierosolymam,& filius hominis tradetur sacerdo-* *Matth.*
tibus,& condemnabunt eum morte,& tradent eum gentibus, *20.c*
& cætera.Sciens scientiarum deus, præsciebat:quia quæ præuiderat futura,verterẽtur ad crucis scandalum,ad passionis procellã,ad authoris iniuriam:vt q terra tremeret,paueret cœlũ,aufugeret lux, refugeret sol,horreret infernus,tota moueretur, séque ipsa cõfunderet creatura.Mũdus enim, qui corpore nostro tectã non potuit sufferre deitatẽ, nec nudatam quidẽ carne portaturus erat,præuidebat: cũ cognouisset præsertim tanta, quæ in hominẽ sunt cõmissa piacula, putabatur exercitã in ipsam fuisse diuinitatis iniuriã.His discipulos suos dominus semel & ite- *Allusio*
rum præmonebat:ponens ante oculos eorũ,& velut *ad theriomachian.*
arenã suæ constituens passionis,& inducens in eam quot contumeliarum genera, tot genera bestiarum. Quot spectatores, tot persecutores affuturos esse signabat:qui de cõflictu non victoriã,sed voluntatem quærentes de sola morte vincẽtis acelamarent: Crucifige,crucifige. Sic truces oculos,sic voces funestas ad cœlũ,immo in cœlũ vsq; leuaturi,donec crudelis natio se ac posteros pio dimicãtis inuoluerent & volutarent in sanguine,vociferãdo: Sanguis huius super nos,& super filios nostros. *Filius*, inquit, *hominis* *Mat.27.d*
tradetur summis sacerdotibus,& cætera.Depingebat dominus Iesus passionis suę spectaculũ sępissimè,sic dicendo:Vt hac diu expectata,expectãtes discipuli nõ subiti põderis fasce premerẽtur,nõ repẽtino obruerentur occursu.Animũ præcognita parãt,confirmãt prænunciata,mouent expectata, & nos reddunt per
Simile. omnia fortiores.Sicut miles de superuẽtu hostis habet periculũ:ita si hostẽ præsciat,fert triumphũ.Rex fortis quanuis fortium munitur accinctu, non valet cauere ignota:nota agmina etiã singularis nescit timere bellator. Hinc dominus discipulos suos tẽpestatem totã passionis suæ antè scire voluit, vt in ipso turbine magnanimes faceret,redderet fortiores.Ecce ascendimus Hierosolymam, & cætera. Sicut qui *Argumẽtum à simili.*
vna vice lapsum magnæ domus suscipit,& ruinã: ita & Christus post magna & multiplicia passionis suæ pondera,vnũ resurrectionis suæ supposuit fulcimẽtum:vt apostolorum fidem iámq; lapsuram susciperet,& ad ęternã dirigeret firmitatem.*Post tres*,inquit, *dies resurget*.Non satis est abscessus tristis,vbi velocissimus est regressus.Post tres dies hoc abire,sic fuit& redire,vt ibi eum non defuisse perluceat.Deus cùm D vadit,hîc est:& cùm hîc est,nusquã deest.Iuit Christus,sed ab apostolis non abiit. Accesit ad mortem, sed à vita dominus non discesit.Descendit in infernum,sed non defuit cœlo, ipso probante cùm dicit: *Ioan.3.b*
Nemo ascendit in cœlum,nisi qui descendit de cœlo, filius hominis qui est in cœlo.Nolle mori, est timoris humani: mori & resurgere, est solius deitatis insigne.Et post tres dies: Quare non post quatuor, quare nõ post quinque,sed post tres? Vt in passione filij,totius trinitatis mõstraretur assensus. Triduum trinitatis loquitur in figuram: quia trinitas, quæ per operationem in principio fecerat hominem, ipsa in *Gene.1.f*
fine hominem per Christi reparat passionem.Facia- *Matt.28.*
mus,inquit,hominem. Ite, inquit, baptizate omnes *d*
gẽtes in nomine patris,& filij,& spiritus sancti in remissionem peccatorum.Si in remissionem peccatorũ communis pietatis trinitas: quomodo nõ in passione

Ioã.2. & Matth. 12.c sione filij totius vna est voluntas trinitatis? Sicut Ionas fuit in ventre ceti tribus diebus,inquit, & tribus noctib°,ita erit filius hominis in corde terræ.In corde dixit: Nõ dixit in potestate scilicet terræ: vt terra suũ sentiret,agnosceret,tremeret,sed nõ teneret authorẽ:obscura susciperet,non de corruptione pulsaret:nec dominicũ corpus, partẽ sui esse iuris crederet terra,sed supernæ sociũ susciperet maiestatis.Sed mouetur animus, cur pater filiũ mortẽ voluerit, vel permiserit sic subire:cur dominus tali & tam contumeliosa morte vitã voluerit reparare mortalium:cur spiritus sanctus cõsenserit diuinitatẽ descendere ad tantã carnis iniuriã, adeò vt plures de scandalo pereant,q̃ de credulitate saluẽtur. Nasci & mori dominũ,non capiet mens humana.Fratres hęc si scire volumus,hodie differam°: vt inquisitioni maximę sermo latior,ipso Christo satisfaciente respondeat.

Eiusdem diui Ioannis Chrysostomi episcopi Constantinopolitani,de passione domini, sermo sextus.
Incerto interprete.

PRoxime cum dominicæ passionis multas & acerbas cõtumelias audiremus,cogitatione subitò incidimus in illud: Quare deus, qui totũ quod habet cœlũ,quod terra portat,quod capit mare,quod tartarus, sciebat: iussu fecit, imperio distinxit,mundũ totum cõposuit ad decorẽ: & hic, vt sentẽtiam mortis solueret, imbrem sacrati sanguinis desudauit.Origo rerum,author naturæ, quare nasci voluit,nisi quia mori voluit? Quare de° carnis imbecillia suscepit,nisi quia carnis elegit iniurias? Quare totius dominus creaturæ, formã seruitutis intrauit, nisi vt totas seruitutis iniurias sustineret? Adiudicari iudex, cognitor diligit addici, quando se à perditis C passus est iudicari. Quæ patiendi necessitas, vbi saluandi ineſt & possibilitas, & potestas ? Aut quæ ibi moriendi causa est,cui viuificãdi virtus est & facultas? *Ecce ascendimus Hierosolymam,& filius hominis tradetur summis sacerdotibus,& condemnabunt eũ morte, & tradent eum gentibus,& illudent ei,& conspuent eũ,& post tres dies resurget*. Ascendimus Hierosolymã, vt in die Paschæ ad passionis pompam,& ad spectaculum mortis,atq; scandalum crucis, Iudaicæ vrbis vniuersitas cõueniret.Non sufficit passio communis, non mors secreta, non mors simplex, non mors morti similis: nisi vt quanta erat patientia singularitatis, tanta esset & singularitas passionis.Actũ est,vt author seculi,seculo teste moreretur, & à mundo mundi dominus, antè per pœnam,q̃ per gloriam nosceretur.Pax cœli traditur doli osculo,tenetur tenens omnia, alligatur D omniũ nexus. Ducitur attrahẽs vniuersa.A falso veritas accusatur:sistitur,cui assistunt omnia.Iudęi gẽtibus tradunt,reddunt gentes Iudæis. Herodi mittit Pilatus,remittit Herodes Pilato: sicq; commercium fit impietatis pietas, sanctitas in nundinam crudelitatis perducitur.Flagellatur remissio, condemnatur venia:illuditur maiestas, irridetur virtus. Perfunditur largitor imbrium sputis: clauis ferri, cœli stator affigitur.Mellis dator,cibatur felle: propinator fontium,potatur aceto. Et cùm iam nil restet ex pœnis, mors refugit,mors moratur,quia suum ibi esse nihil sentit.Suspecta est vetustate nouitas:hunc enim primum,hunc solum vidit hominem peccati nescium, noxa liberum,iuris sui legibus nil debentem. Miratur in terra, quem de terrenis conspicit nil habere.
Prosopopeia mortis. *1.Cor.15.f* Primus,inquit,homo de terra terrenus: secũdus homo de cœlo cœlestis. Accidit tamen cõfœderata Iudaico mors furori,& desperata tunc vita, & angit,& inuadit authorem,volẽs potius se perire totã, quàm tantam perdere prædã. Sed iam,quæ promissa sunt, inchoëmus:quare ad mortem, & ad talem mortem deus pater miserit filium suum: quare tam cõtumeliosæ succubuerit passioni:quare spiritus sanctus cõregnantem vnam sibi deitatem Christum, ad tãtam carnis iniuriam permiserit peruenire. Orate fratres, vt dignatione qua passus est,passionis suę reuelet arcanum,& causam vobis omnibus tam sacratæ mortis inspiret.Primũ quidem nobis est intuẽdum. Rex *Quæstio-*
quando glorioſior,quando indutus purpura, diade- *nis solutio à simili.*
mate decorus,aspersus auro,solio sublimis: ad pompam tamen non parat ire,sed hęc in secreto fiunt:an quando in campum cõueniens vultu & honore vltimus, periculis primus, onustus ferro,grauis armis, B pro patria,pro ciuibus,pro liberis, pro vita omnium premit hostem:discrimina despicit, contemnit vulnera,ipsam libens mortem suorum suscipit ad salutẽ: vt maiorem cõtemptu mortis,q̃ de ipso hoste victoriam referat & triumphũ?Et quare displicet, si Christus de sinu patris,de deitatis secreto ad nostrã seruitutem venit:vt nos suæ redderet libertati, nostram mortẽ susceperit,vt nos eius morte viueremus?Quandoquidem per despectum mortis, mortales in deos retulit,nos cœlestibus æstimans. Et quomodo deus Christum ad iniuriam vocat tantã: sic homines tantam tollit,& extollit ad gloriã.Sed dicit aliquis: Habet hoc necesitas humana,diuina nõ habet hoc potestas.Verum dicis:Diuina non habet hoc potestas, sed necessitudo habet & recipit hoc diuina. Nemo, *Ioan.15.b*
inquit,habet maiorem charitatem, q̃ vt quis animã suam ponat pro amicis suis. Miraris si pro nobis posuit,quod susceperit ex nobis:qui fecit propter nos tãta,& talia largitus est nobis? Quantũ virtus potestas ac magnificentia creatis operũ contẽplatione lucebat:tantũ latebat dilectio dei,tantóq; dei charitas habebatur obscurior.Subiectis date, donare seruis, est assuetũ donatis indiciũ:pati pro subiectis, pro seruis mori:insigne est charitatis immẽsæ documentũ,singularis est hoc amoris argumentũ.Commendat,in- *Rom.5.b*
quit apostolus,charitatẽ suã deus in nobis:quia cùm impij tãtũ essemus, Christus pro nobis mortuus est. Et alibi:Sic dilexit deus hũc mundũ, vt filiũ suũ vni- *Ioan.3.b*
genitum traderet.Præstet quiuis beneficia,largiatur dona,sit benefactor in prosperis,diligat obsequẽtes: nunquid illi poterit cõparari,qui in se suorũ suscepit C necessitates,qui se periculis anteponit suorũ, qui se p suis,dat pœnis,corpus obiectat morti,vt illos neci subtrahat,illos reseruet ad vitam?Aduersis probatur amor,affectio pensatur periculis.Pœnis examinatur dilectio,morte perfecta charitas innuitur.Hinc est q̃ Christus intrat carnis iniuriã,subit contumelias passionũ,pœnarũ genera percurrit, mortẽ susceperit peramarã:quia dãnari voluit,qui quod fecerat,sic amauit.Deitatis autẽ nõ est volũtas hæc noua. Antiquæ legis prima vox hoc quæsiuit.Diliges,inquit, domi- *Deut.6.a*
nũ deũ tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua: quia vera dominatio est ipsa quę amore imperat,nõ timore:quæ per affectũ sibi & corpora subdit & corda:quæ amãdo nõ in vitã,sed voluntariã sibi instruit seruitutẽ. Ergo hæc prima causa est dominicæ passionis:quia sciri voluit, quantùm amaret hominem deus,qui plus amari voluit, q̃ timeri. Secunda causa

Universidad de Deusto
Biblioteca

est,vt sententiam mortis,quam iustè dederat,iustius aboleret.Statum suũ deus patiendo implere voluit,
Matt.5.b ne cõpelleret imperando,sicut fatetur ipse:Nõ veni legem soluere,sed adimplere. Irrita videtur bonorũ promissio,quę à deo velut ex pacto bonis facta est:si quæ ab ipso malis constitutæ sunt,pœnæ euanescũt.
Ibidem.c Porrò iota vnũ,inquit,aut vnus apex de lege nõ peribit,donec oĩa fiãt. Apertè sibi persuadeat, quicũq;
Rom.8.f sapit:qui sentit,intelligat: Si propter sententiã suam proprio filio nõ pepercit,contra sententiã suam, cui posit ignoscere:qui mẽtiri nescit, nec nouit contra quã prescripsit legẽ ignoscere?Ergo,quia primus homo adiudicãte deo de reatu incurrerat mortẽ, & eã delegauit suo generi,trãsmisit ad posteros:quia corpore iã mortales generaret,& morti obnoxios, non liberos,nõ absolutos,sed addictos: venit de cœlo secũdus homo,venit solus peccati nescius, venit solus reatus nostri alien⁹,venit qui peccato nihil debebat & morti,venit vt ficret inter mortuos liber, vt mors morte dãnaretur. Quæ rapere iussa reos, innocẽtiæ ipsum peruadere præsumpsit authorẽ : vt sic trãsiret ad mortẽ reatus hominis, hominũ innocentia rediret,& mors præuaricatrix facta addiceretur Christo: cui antè Adã fuerat prẽuaricator addict⁹,esset Christi origo noua,origo vitalis, pater viuentiũ, sicut di-
1.Cor.15.c xit apostolus:Sicut in Adã oẽs moriebamur,sic omnes viuamus,& viuificemur in Christo.Et quia multæ causæ sunt dominicæ passionis,& noster iã claudendus est sermo:hodie differamus,ne obscuret festina discussio,quod latior poterit aperire tractatus.

De proditione Iudæ,homilia. Incerto interprete.

PAucis hodie necessarium est fratres tractare vobiscum. Et ideo paucis, non quia vobis lat⁹ sermo sacerdotis horrescit, nec eũ aliam vrbem tam auidã spiritalium reperies lectionum:sed quia ad mysteriorum sacram ac venerabilẽ celebrationem festinare multos inspicio. Vt igitur & cœlestis mẽsæ satietate perfruãtur, & nostro sermone nõ careant,tractatus cõgruè temperetur, vt mea verba vestris cordibus sociantes,cũ debita reuerentia mysterij deitatis arcanũ audiatis. Hodie dilectissimi fratres, dominus noster Iesus Christus traditus est,nam proximante vespera Iudæi eum ceperunt. Sed te non verbum traditionis contristet auditum, nec cùm perceperis q⁹ Iesus traditus est,dolore mouearis: imò vt doleas suadeo, prædico vt lachrymis, & vt nimia te lamentatione contristes exhortor.Sed ne proditum lugeas,ne traditum fleas, sed proditoris factum ingemisce, & futura eius lamentare supplicia. Nam proditus Christus orbem liberauit vniuersum:proditor gehennam meruit posidere. Traditus in cœlis patris sedet in dextera: traditor autem apud inferos collocatus,tormenta debita sceleratus expectat,& ideo lugendus est.Nam & dominus noster illius delictũ lachrymatus est, vt ait euangelista:
Ioan.13.c Et cùm vidisset eũ,turbatus est,& dixit: Vnus ex vobis tradet me.Quanta misericordia domini?traditus pro traditore dolet, proditus pro ꝓditore turbatur. Et cùm vidisset eum,dixit: Vnus ex vobis tradet me. Simul & suæ misericordiæ ostendit potestatem, & nos docet non eos qui mala patiuntur, sed eos qui mala committunt,debere miseros & dignos fletibus æstimari.Hoc enim peius est,imò illud penitus malum non est.Nam malum pati,malum non est:malũ facere,malum est. Et ideo malorum sustẽtatio, cœ-

A lorum regnum nobis pollicetur: malorum autem commissio gehẽnam minatur, & tormenta promittit.Beati nanq;,ait, qui persecutionem patiũtur pro- *Matt.5.a*
pter iusticiam, quia ipsorum est regnum cœlorum. Vides,q⁹ malorum perpessio mercedẽ sperat, & sufferentiæ suæ præmium cœlorum meruit regnũ? Audi malum committere quanta supplicia præparare consueuit.Nam Paulus dicens de Iudæis, quoniam *2.Cor.10.*
quidem dominum occiderũt,& prophetas persecu- *d*
ti sunt,in sequẽtibus ait: Quorum finis erit secundũ opera illorum. Vides,q⁹ regnum persecutionem perpessi sortiũtur, & iram persecutores promerẽtur, & hęc nõ sine ratione processit oratio:nec inaniter verba prolata sunt,sed vt circa aduersarios nostros iracundiam temperemus,& patiẽter eos toleremus, & magis eorũ gesta doleamus. Illi enim vere mala patiuntur,qui nobis mente insidiantur aduersa: sed & B
pro illis diuinam clementiam exorare poterimus, si tamen talis animã nostra præparatur, vt posit conuersationis suę merito aliis quoq; prodesse.Et vt pro inimicis vestris oretis, quatriduana commonitione deposco,vt assidua persuasione verba mea cordib⁹ vestris inhęreant,vt cõtinuatione sermonis pectoribus vestris ira sublata, furoris tumore sedato, benignitatis remedio temperetur. Nã Christus non tantũ inimicis nostris consuluit, sed & nobis voluit esse consultũ. Cum aduersariis nostris peccata laxamus; maius enim beneficium,cùm concedis, agnoscis: & cùm de inimici culpa dissimulas, de tuis delictis solita benignitate dominus exoratur,& inimici peccata solatium veniæ promerentur.Et audi Heli dicen- *1.Reg.2.f*
tẽ ad filios suos:Si peccans peccauerit homo in ho- C
minem,orabunt pro eo ad dominum: si autẽ in deũ peccauerit homo,quis orabit pro eo? Vides, q⁹ illud vulnus facilè nec oratione sanatur, & quod oratione non soluitur,cùm peccatum concesseris inimico, tibi quoq; donatur.Vnde decem milia talentorum *Matth.*
in deum peccata dicta sunt, & centum denarij ita *18.d.*
nuncupantur. Dimitte, inquit, centum denarios,vt decem milia talenta dimittãtur tibi . Sed de ratione inimicorum abundanter hucusque processit oratio: sed si placet, ad tractatũ proditionis redeamus. Tũc *Matth.*
abiit vnus de duodecim Iudas Iscariotes ad princi- *26.a*
pes sacerdotum,& ait illis:Quid vultis mihi dare, & *Marc.14.*
ego vobis tradam eum? Hæc verba percepta simpli- *b.& Luc.*
citer aperta monstrantur, & auribus minus curiosis *22.a*
ingesta,plana putãtur.Sed si quis ea diligenti solicitudine scrutari tentauerit, in singulis multã reperiet
D quæstionem,& primũ tempus inspiciẽdum est: nec enim illud inaniter euãgelista monstrauit.Nõ enim simpliciter abiit,sed addidit,& tunc.Tunc, inquit,abiit.Tunc,quando audiã:tunc,quando cognoscã,& cur tempus diligenter ostẽdis, quid me docere disponis? non enim Tunc verbum inaniter addidisti, spiritus admonitione loqueris, diuino ꝓuocaris instinctu,nec à te verba passim funduntur. Quid igi- *Matth.*
tur tunc est?Ante proditionis tempus,ante traditio- *26.a*
nis horam accesit meretrix, vas alabastrũ manibus portans,& vnguentum domini supra caput effudit. Grandẽ fidem,multã reuerentiam, mirandã correptionem ostẽdit.Pauloantè meretrix, subitò pudica processit,& profundis obruta peccatis,portũ serenitatis agnouit. Et quando prostituta lupanar exiuit, tunc discipulus gehennã intrauit:quãdo illa mercedem sui corporis abdicabat, tũc iste preciũ magistri sanguinis

sanguinis postulabat: quando illi osculabatur pedes vt susciperetur,tũc iste domini labia osculabatur, vt prodoret.Ideo dixit,tunc,vt nõ magistrũ infirmitate accuses,quando discipulum reperis proditorẽ. Magis etenim virtutẽ doctoris ostendit,qui & meretricem ad obediendũ suo magisterio conuolare perfecit. Quid igitur? Qui meretricũ mores voluit commutare, discipulum non potuit retinere? Valde,inquam,& incũctanter valuit retinere, sed necessitate nolebat bonũ afficere, nec vi trahere ad se curabat. Tunc abiit,& hoc dabat nimiã difficultatis quęstionem, & ignaros profunda disputatione conturbat. Abiit,inquit, non inuitatus à principibus sacerdotũ, nulla necessitate cõstrictus,sponte processit, & propria malignitate consiliũ genuit sceleratę mẽtis nullo participe cõuocato.Tũc abiit vnus ex duodecim. Et hoc auget delictũ detestabile proditoris. Nam & B
alij discipuli erant,qui fuerunt numero septuaginta, sed illi non tam manifestè,nec tanta confidentia sociati,nec illis interiora decreta cõmissa sunt. Isti autem duodecim fuerũt probati, hæc erat caterua regalis. De hoc choro Iudas egressus est,de hac cõuersatione proditor malignus exiuit. Et ideo ne quẽlibet discipulũ arbitreris, dicto numero, gradum discipulatus ostendit.Et non pudet Matthæũ ista conscribere, vt discas eũ in omnibus seruare veritatem, nec celare ea,quæ iniuriã referre putantur. Ea verò quæ vel iniuriosa demonstrantur,ipsam domini misericordiam clementiãmq; declarant: qui proditorem suum, latronem sceleratum tãtis beneficiis ampliauit, & vsque ad ipsum proditionis tempus solitis admonitionibus tolerauit.Nam admonebat, suadebat,& omni studio eum sanare curabat:sed si ille sermonẽ respuit,si tanti magistri verba cõtempsit, Christus causatio est,& meretrix testis est,quę de sua fuit liberatione solicita. Nõ ergo videndo meretricẽ de tua liberatione desperes, sed & Iudã cogitando non debes esse securus. Vtrunq; enim periculosum est,& confidentia & desperatio. Nam cõfidentia stantem euertit,& iterũ desperatio post lapsum non admittit
1.Cor.10. exurgere. Et ideo Paulus exhortatur,dicens: Qui se
c putat stare,videat ne cadat, habẽs exemplũ vtriusq; personæ. Discipulus cũ se stare putaret,cecidit:meretrix cùm se cecidisse arbitraretur,exurrexit.Mens humana facile labitur, & omnibus mutabilis sensus est,& ideo nos vndiq; tutari properemus. Tũc abiit vn⁹ de duodecim Iudas,qui dicitur Iscariotes.Quid mihi eius patriam dicis?Vtinam ipsum quoq; nescire licuisset.Iudas qui dicitur Iscariotes. Alter erat di- D
Luc.6.c scipulus,qui Iudas Iacobi zelotes dicebatur.Et ne appellatione cognominis,fiat cõfusio personarum,nec errore nominis proditor protegatur, propterea hũc ab illo separauit,& illũ quidem de animi sui virtute nuncupauit:istius maliciæ nomẽ abscondit. Et ideo non dixit Iudas proditor, vt te doceat detractiones nescire,& accusationes declinare. *Tunc abiit vnus ex duodecim ad principes sacerdotũ,& dixit eis: Quid vultis mihi dare,& ego vobis tradam eum?* O puniendę vocis temeritas.O suppliciũ voluntatis.Proditionis verba funduntur,de quæstu pacta tractãtur. Quid vultis mihi dare,& ego vobis tradam eum ? Dic Iuda omnium sceleratissime,hæc te magister edocuit?hæc tibi tantus doctor ostendit ? Ideo diuitias debere te cõtem-
Matt.10. & Mar. 6.b nere prædicabat?ideo admonebat,dicens:Ne possideatis aurũ,aut argentũ, aut æs in zonis vestris? vbi-

que tibi auidã cupiditatem pecuniarum excludens, *Matt.5.f*
nõ hæc tibi persuadebat dicẽs : Si quis te percusserit *& Luc.6.*
in dexteram maxillam,prębe illi & aliam.Quid vul- *d*
tis mihi dare?O crudelitas, Et ego vobis tradam eũ. Dic mihi,quæ causa ꝓditionis est? Tradis magistrũ, scilicet laceratus,audiam læsionẽ tuam. Forsitan q⁹ tibi dæmonũ tradidit potestatem,q⁹ fecit languentibus subuenire,q⁹ mortuos resuscitare didicisti. Has beneficiorum vices exoluis? Quid vultis mihi dare, & ego vobis tradam eum?O dementia, imò cupiditas proditoris.Cuncta enim mala cupiditas procreauit,hac affectatus magistrum tradidit Iudas. Nã cupiditas huiusmodi sortita est naturam, captiuas animas retinet,& omnibus nodis alligatas adstringit,& rerum obliuionem imponit,& alienationem mentis ostendit. Et auidę Iudas captus cupiditatis insania, quanta beneficia respuit,cõuersationis,mẽsæ, discipulatus,admonitionis,suasionis oblitus est,frẽnis cu
1.Tim.6. piditatis impeditus. Et ideo Paulus radicem omniũ
b malorũ cupiditatẽ nominat. Quid vultis mihi dare, & ego vobis tradam eũ?O verbum totius superbiæ, quod non hęsit in faucibus:tradis eũ qui cuncta cõseruat,qui dęmonibus imperat,cui obtemperãt maria,cui omnes subiacẽt potestates? Vt igitur vltrò se traditũ fuisse demonstret, audi quid fecerit eodem tempore,cùm ad inuestigandũ eum venerant cum faculis & lampadibus,ab ipso interrogantur, vt quẽ quærerent demonstraretur, & eum scire non poterant,& Iudas qui ad demonstrãdum venerat, etiam tanta flamma lucente prodendum videre nõ valuit, & ideo euangelista ait:Lãpades & lumen habuerũt, *Ioan.18.a* & non videbant eũ. Et Christus eis diebus singulis C
prædicabat,q⁹ eum latere nõ poterat proditurus,sed nec apertè eum omnibus publicabat, ne impudentiorẽ faceret:nec penitus silẽtio præteribat,ne celari arbitratus, audacter ad proditionem properaret.Et ideo frequenti admonitione clamat: Vnus ex vobis *Ioan.13.c* tradet me.Nec tamẽ magister piisimus publicabat, & de gehẽna fuit sæpissime locutus, & de cœlorum regno tractauit assiduè, vtriusq; meritũ frequenter edocuit:& quod peccatoribus cõstitutũ est,& quod nonpeccãtibus præparatũ ostendit.Sed hæc omnia crudelis ille contẽpsit,& deus illũ non traxit inuitũ. Et quoniã bona atq; mala in nostra deus posuit potestate,electionis liberũ donauit arbitriũ. Et nos in- *Liberum*
uitos non retinet,sed volẽtes amplectitur. Nam non *arbitrium.*
spõtè bonus maliciã nõ amittit.Et ideo Iudas nimiæ cupiditatis præcipitatus ardore,cæca quadã improuisione deceptus,suã vendidit animã, & suæ salutis mercator extitit,& ait:Quid vultis mihi dare,& ego vobis tradam eũ?Et vt virtutẽ Christi etiam in hac parte cognoscas, cũ ad capiendũ eum aduenissent, vocẽ eius minimè tolerare potuerũt,sed omnes terriți ceciderunt.Et quoniã nihilominus in sua impudentia perdurabant,ipse se vltrò cõmisit, ipse se tradidit.Et hæc diximus,vt Christũ nullus accuset, cur Iudæ cognitionẽ non mutauit aduersam: sed si quis hoc dixerit, audiet Iudas quemadmodũ corrigi potuit,spontè an inuitus:Si inuitus, nulla correctio est, nam mentis malicia necessitate non tollitur:si spõtè, omnia quæ meliorare animum poterant,audisse cognoscitur.Et si remedium respuit, non medici viciũ est,sed languentis.Et vt scias eius crimen esse q⁹ prodidit,non magistri, sæpius deus de proditione prædixit,& totius eum philosophiæ præcepto & sermo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne docuit,& rebus ostendit. Dederat ei dæmonum
potestatem,gehennæ tormenta monstrauit, cœlorũ
regna ꝓmisit,secreta mẽtis eius & prędicebat,& nõ
publicabat.Pedes eius cũ aliis lauit,mẽsę fecit partici-
pẽ,nihil penitus prætermisit:sed ille in malicia spõ
te durauit,& omnibus admonitionibus spretis,ꝓdi-
tor malignus emersit. Et vt eũ posse mutari,sed cor-
rigi noluisse cognoscas,postquã eũ tradidit, iactauit
Matth. 27.b triginta denarios,& ait:Peccaui,tradẽs sanguinẽ in-
nocẽtis.Quid est quãdo ab eo mirabilia gerebãtur,
& rebus ostẽditur,nõ dixisti,peccaui, tradẽs sangui-
nem:sed,quid vultis mihi dare,& ego vobis tradam
eum?Et post factũ scelus, post cõmissum delictum,
post cõpletã proditionẽ,post perfectũ peccatũ, co-
gnouisti peccatũ. Et hac re dilectissimi fratres edo-
cemur,ꝙ negligentibus & desidiosis facilè admo-
nitio prodesse non poterit:studiosis autẽ, etiam ad-
monitione cessante, multũ commoditatis accedit.
Nam & iste quãdo magister admonebat, nõ flecte-
batur:& quãdo nullus admonuit, excitata cõscien-
tia,scelus cognouit admissum,& ꝓiecit triginta de-
narios.Quid vultis mihi dare,& ego vobis tradã eũ?
Et statuerunt,inquit,ei triginta denarios. Dederunt
preciũ sanguinis,qui preciũ nõ habebat.Quid acce-
pisti Iuda?triginta denarios?Christus gratus aduenit
sanguinẽ suũ pro cõmuni salute fusurus,& tu de san
guine crudelia pacta cõponis? quid enim crudelius
isto cõtractu?Tunc aduenerũt discipuli,tũc hæc ge-
rebãtur,quãdo Iudas de traditione tractabat, proxi-
Matth. 26.b mãt discipuli eius,& dicũt:Vbi vis paremus tibi co-
medere Pascha?Vide discipulos,vide discipulũ. Isti
sunt de præparatione soliciti,ille dominici sanguinis
mercator exist it:illi cogitabãt obsequium seruitutis,
iste sceleris sponsiones exposcit. O discipuli perdita
mẽs.Vnà cũ illis magistri admonitionib⁹ præcepta
didicit,pariter beneficia perceperũt, simul eius mi-
racula cognouerũt.Et iste solus crimẽ sua spõte con
cepit.Vbi vis parem⁹ tibi mãducare Pascha?Hodier-
na vespera tũc fuit.Et quia dominus habitaculũ nõ
habebat, ideo ad eũ dicũt: Vbi vis paremus tibi co-
medere Pascha?Nõ habemus domiciliũ,nõ habem⁹
tabernaculũ præparatũ,susceptaculũ nõ est. Audiãt
quibus ędificandarũ domorum cura est,& ambitio-
sarũ porticuum cogitatur instructio,quos precioso-
rum marmorũ pompa delectat,& laqueariũ fulgen-
tis auri conclusio.Cognoscant Christũ omnium do-
minum,ꝙ locũ in quo caput reclinaret, non habuit.
Et ideo eum discipuli interrogant,& dicunt:Vbi vis
Ibidem. paremus tibi comedere Pascha? Nõ illud qđ nostrũ
est,sed interim Iudæorũ:& illud quidẽ discipuli prę-
parabant.Istud autẽ quod nostrum ipse constituit,&
non solũ constituit,sed & ipse factus est Pascha: Vbi
vis parem⁹ tibi mãducare Pascha?Illud Iudaicũ fuit
Pascha,illud in Aegypto sumpsit exordiũ. Et cur il-
lud Christus manducauit?scilicet quia oĩa quæ sunt
Matt.3.d legis adimpleuit.Nã quando baptizabatur,dicebat:
Sic enim decet nos implere omnẽ iustitiã. Veni,in-
quit,de legis maledictione eximere homines. Nam
Gala. 4.a deus misit filiũ suũ natũ de muliere,factũ sub lege,vt
eos qui sub lege erãt,redimeret: & ipsi legi requiem
daret.Et vt nemo dicat,ꝙ ideo eam euacuauit, quia
eam cõplere vt molestam & arduam non valuit,ipse
prius eã cõpleuit,& sic fecit requiescere.Ideo & Pa-
scha fecit, ex ipsi⁹ eĩ præceptione causa fuit:& cui⁹
causa lex præcepit mãducari Pascha,audiam⁹:Iudæi
circa deum bonorũ sibi omnium largitorem fuerũt
effrenata diffidẽtia cõtumaces,& ei⁹ beneficia obli-
uione præteribant.Nã post Aegypti profectionẽ vi-
derũt cõscindi maria,& denuò cõuenire,& alia mul Exo. 32.d
ta mirabilia,& dicũt: Faciamus nobis deos, qui nos
antecedãt.Adhuc inspicis qđ miraris,& oblit⁹ es lar
gitoris ? Quia igitur insensatores & cõtumaces erãt,
festiuitatis celebratione beneficiorũ memoriam ro-
borauit,& ideo Pascha sacrificari præcepit,vt si te fi-
lius tuus ipsius Paschæ interrogauerit rationẽ,respõ-
deas,quod aliquãdo in Aegypto cũ mortis portitor
speraretur, maiores nostri ne euersionẽ sustinerent, Exo. 12.d
postes huius agni sanguine linierũt : & vastator an-
gelus aduenięs, cũ videret illaturus plagã, nõ aude-
bat intrare : & illa festiuitas perpetuã beneficij me-
moriã tribuebat.Sed per hoc etiã aliud maius bene-
ficiũ mõstrabatur,ꝙ ille agnus futuri agni fuit typus:
& ille sanguis, dominici sanguinis mõstrabat aduẽ-
tũ:& ouis illa fuit spiritalis ouis exẽplũ:ille agnus vm
bra fuit,hic veritas.Sed postquã sol iusticię radiauit,
vmbra soluitur luce.Et ideo in ipsa mensa vtrunque
Pascha & typi & veritatis celebratũ est.Nam sicut pi
ctores pingendam tabulã vestigiis quibusdã adum-
brare consueuerũt,& sic colorũ varietate perficere:
ita & Christ⁹ fecit in mẽsa:& typũ Paschę descripsit,
& Pascha veritatis ostẽdit.Vbi vis parem⁹ tibi mãdu
care Pascha?Iudaicũ Pascha erat, sed vmbra lumini
cedat:aduectata imago veritate superetur. Hæc ad
Iudæos dico,qui se Pascha celebrare arbitrãtur, qui
impudẽti menti proponũt azyma tanquã qui corda
non habebant circũcisa.Respondе mihi Iudæe,qua
fronte celebras Pascha?Tẽplum euersum est, ara cõ
fracta,conculcata sunt sancta sanctorũ,omne sublа-
tum est sacrificiũ:& tu nimia temeritate cõmittis il-
licita?Ingressus fuisti aliquãdo Babylonẽ,&captiuã-
tes te dicẽtes audisti, Cãtate nobis canticũ domini, Psal.136.
& non obtẽperabas. Hæc ostẽdens Dauid dicebat: a Ibidem.
Super flumina Babylonis ibi sedimus & fleuimus,in
salicibus in medio eius,ibi suspendimus organa no-
stra:id est,citharã,psalteriũ,lyrã, & cætera. His enim
Iudæi vtebantur , & psalmos istorũ sono coniuncto
cantabãt.Et hæc sua in captiuitate portabant, nõ ad
vsum consuetũ, sed vt conuersationis patriæ moni-
menta retinerent.Nã ait:Ibi interrogauerũt nos,qui Ibidem.
captiuauerũt nos,verba cantionũ. Diximus, quem-
admodũ cantabimus cãticum domini in terra alie-
na?Quid agis? Canticum domini nõ cantas in terra
aliena,& Pascha domini celebras in terra aliena?Vi-
disti contumaciã,vidisti dementiã,vidisti mentis in-
saniã?Quãdo præceptis hostiũ cogebãtur, nec psal-
mũ dicere ausi sunt in terra aliena,& nunc nullo co-
gente,suo arbitrio propria volũtate contra deũ præ-
parant bellũ. Vides,ꝙ immunda sunt eorum azyma,
ꝙ illicita festiuitas,ꝙ non Pascha Iudaicum : & fuit
quidem aliquando Pascha Iudaicum , sed exemptũ
& euacuatũ est Paschæ spiritalis aduẽtu,quod Chri-
stus tradidit.Nam cùm manducarent, inquit, & bi-
berẽt,accepit panem,& fregit, & dixit: Hoc est cor- Matth.
pus meum,quod pro vobis tradetur. Agnoscũt quid 26.c
loquor,qui sunt diuinis consecrati mysteriis. Et ite- Luc. 22.b
rum accepit calicem,& dixit: Hic est sanguis meus,
qui pro multis effundetur in remissionem pecca-
torum. Et præsens Iudas erat ista Christo dicente,
Iste est sanguis. Dic Iuda, quem triginta denariis
vẽdidisti,iste est sanguis de quo antè cum Phariszis
pacta

pacta fecisti?O Christi misericordia,ô Iudæ demen-
tia.Ille eum triginta denariis pacisceabatur,vt vende-
ret, & Christus ei sanguinẽ quem vẽdidit offerebat,
vt haberet remissionẽ peccatorũ,si tamẽ impius exi-
stere noluisset:nam affuit Iudas,& illius sacrificij cõ-
municationem meruit.Et pedes eius quando aliorũ
discipulorũ lauit,vt excusationẽ suæ maliciæ nõ ha-
beret,sed ille detestãdus suæ mentis insidias cogita-
bat. Sed iam nos ad terribilem mensam cum debita
reuerentia,cum cõgrua vigilantia opportunũ tẽpus
inuitat : nullus ibi Iudas reperiatur,nullus malignus
accedat, nullus veneno pungatur, nec fucata verba
lingua proferãtur,nec insidiæ mente condantur,sed
quod voluntas possider,sermo declaret. Et nunc ille
præsto est Christus, qui illã ornauit mẽsam,ipse istã
quoq; cõsecrat. Non enim homo est , qui proposita
de cõsecratione mẽsæ domini corpus Christi facit,
& sanguinẽ:sed ille qui crucifix⁹ pro nobis est Chri-
stus.Sacerdotis ore verba proferuntur,& dei virtute
consecrantur,& gratia.Hoc est,ait,corpus meũ:hoc
Genes.1.c verbo proposita cõsecrantur.Et sicut illa vox quę di
xit:Crescite & multiplicamini,& replete terrã,semel
quidẽ dicta est,sed omni tẽpore sentit effectũ ad ge
nerationẽ operante natura:ita & vox illa semel qui-
dem dicta est, sed per omnes mẽsas ecclesiæ vsq; ad
hodiernam diẽ,& vsq; ad eius aduentũ pręstat sacri-
ficio firmitatẽ. Nullus igitur fictus accedat,nullus fu
cato animo tãtis audeat mysteriis proximare,ne cõ-
demnetur, & sententiã mereatur, & quod Iudas su-
stinuit, patiatur. Nam in illum post cõmunicationẽ
mensæ diabolus intrauit, non quia cõtempserat do-
minicum corpus,sed quia impudẽtia Iudæ, & mali-
gnitas mẽtis,vt aduersarius in eo habitaret,effecit,vt
discas ꝙ indigna & fucata mẽte mysteriorũ secreta
celebrãtibus,à diabolo præparãtur insidiæ, & magis
ac magis assimilãtur eis,qui non æquo animo com-
municare festinãt : & hæc dico,nõ vt vos terreã,sed
vt cautiores efficiã. Nemo sit Iudas in mẽsa, hoc sa-
crificium cibus spiritalis est.Nam sicut corporalis ci
bus cum ventrẽ inuenerit aduersis humoribus occu
patum,& amplius lędit,magis nocet,& nullũ pręstat
auxilium:ita & iste spiritalis cibus,si aliquẽ repererit
malignitate pollutũ,magis eum perdet, non suã na-
tura,sed accipiẽtis vicio. Pura igitur mens in omni-
bus,pura cogitatio,quia & sacrificiũ purũ est.Sanctã
animã præparemus:& hoc nõ multo tẽpore,sed vna
corrigitur die. Nam si tibi contra inimicũ tuum do-
lor est,solue iram, inimicicias laxa, vt remedium de
mensa percipias. Ad sanctũ ac terribile sacrificium
properas,erubesce oblationis arcana,occisus propo-
situs Christus est:& cur occisus est videamus:vt cœ-
lestia pacificet,vt in terra recõciliet vniuersa,vt ami-
cum te cõstituat angelorũ, vt deo societ habẽti om-
nium potestatẽ. Animã suam pro te dominus dedit,
& tu inimicus cõseruo perduras, & cum hoc animo
ad mensam pacis accedis.Ille ne mori quidẽ pro tua
vtilitate recusauit,& tu nec irã tuã conseruo pro tua
liberatione concedis.Sed forsitan dicis,Ab inimico
fraudatus sum,multis me læsit dispẽdiis, magnis me
detrimẽtis onerauit. Quicquid dixeris:pecuniarum
vertitur causa.Non te crucifixit,sicut Iudęi Christũ,
& tamen ille effusum sanguinẽ ad salutem eorũ,qui
effuderunt , larga pietate concessit. Inimicũ deo est
Matt.5.e tumidũ pectus,& audi quid ait: Quando offers mu-
nus tuum super altare, & ibi memor fueris adstãs in
altari,quia habet frater tuus aliquid aduersum te,di-
mitte donum super altare , & vade recõciliare fratri
tuo.Merito nostræ recõciliationis causa hoc sacrifi-
cium cõstitutum est. Et si sacrificij præcepta contẽ-
pseris , sacrificij remediũ sentire non poteris. Cõple
illud,cuius causa sacrificiũ factũ est,vt sacrificio per-
fruaris. Ideo dei filius aduenit , vt humanam natura
dominicæ recõciliet pietati:ideo & nos cum hęc fa-
cimus,suo facit vocabulo nũcupari. Beati,inquit,pa- Matt. 5.a
cifici,quoniam filij dei vocabuntur. Hoc enim facis
quod dei filius fecit,si & tibi,& alij pacis volueris au
thor existere:ideo te vocat filiũ dei, ideo in sacrificij
celebratione nihil aliud,nisi de fratris recõciliatione
cõmonuit. Adhuc vellẽ dilectissimi fratres plura tra
ctare, & extenso sermone orationis meæ verba pro-
trahere, sed hæc dicta sufficiunt suis cordibus volen
tibus intimare. Hæc igitur mẽtibus inhæreant,& in
animis vestris glutinata perdurent. Sanctum osculũ
teneamus quod animas sociat, reconciliat mẽtes,&
vnum corpus ostendit. Quia vnũ corpus omnes vi-
demur esse sortiti , & ideo misceamus nos in vno
corpore:non corporum cõmixtione,sed animarum
charitate deuincti,vt sic diuinæ mensæ possimus fru
ctibus sociari. Nam etsi multis bonis conscientiis a-
bundemus,reconciliatione contempta,nullum pos-
sumus solatium promereri. His igitur animaduersis
cum omni simplicitate mysteria celebremus, & ac-
cedamus ad mensam Christi , cum quo patri omnis
gloria,honor,virtus,vnà cum spiritu sancto, in secu-
la seculorum,Amen.

Diui Ioannis Chrysostomi de latrone sermo,
Incerto interprete.

LEctio Euangelij docet nos quemadmodũ
multi peccata sua domino cõfitentes, cito
possint veniã promereri. Vnde exemplum
accipiamus fratres charissimi latronis illius,qui cum
domino fuerat crucifixus.Qui cũ in pœnis esset pro
suis facinoribus affixus : nõ sui curã habebat,sed do-
mino propria peccata pãdebat:dicẽte scriptura,Cõ- Psal. 31.b
fessio & pulchritudo in cõspectu eius. Fœdauerant
illũ propria facinora:sed cõfessio ei paradisum pate-
fecit,dicẽte domino: Amẽ dico tibi,hodie mecũ eris Luce 23.f
in paradiso. Paradisum enim fratres mei quinq; vel
eo amplius milia annorũ fuisse præclusum,scriptura
testatur.Et illa primi hominis trãsgressione procurã-
te,exinde nõ proiectũ,sed dimissum scriptura testa-
tur: & immortalitate carẽs factus est mortalis,morti
subiectus:nũc autẽ dominus noster, qui ꝓpria mor-
te mortem occidit,latroni paradisum patefecit.Vno
enim tẽpore duo beneficia videmus esse concessa.
Vnũ,in quo paradisum patefecit:alterũ,quo latronẽ
in eũ introduxit.Hodierna nanq; die,antiquã nobis
patriam reddidit:paternã ciuitatem ostẽdit:domum
pristinã redonauit.Hodie nanq;,ait,mecũ eris in pa- Ibidem.
radiso.Quid ais ô Christe? Crucifixus es,clauis reti-
neris,& paradisum tã facilè polliceris? Volo, inquit,
vt in cruce posint meã omnes inuenire virtutẽ:vt in
ligno mea largitas demõstretur. Et quoniã crux de-
decoris fuerat signũ , & apud omnes ignominia pu-
tabatur:crucis infamiã mirãdis beneficiis decorauit,
& ex hoc magis magisq; virtutes eius ostẽdũtur. Nõ
enim illo in tẽpore mortuum aliquẽ reddidit luci,
nec mare à suo tumore compescuit,nec expulit dæ-
mones:sed cruci suspẽsus,clauis affixus,omnib⁹ sub-
iugatus,dedecoris succũbens infamiæ,insultantium
derisione

Universidad de Deusto
Biblioteca

derisione delusus: latronis auersam mentē valuit cō- A
mutare, vt ex omni parte eius diuinitas sentiretur.
Etenim vniuersam terruit creaturam, & ad meliora
conuertit, & honore summo decorauit. Hodie, in-
quit, mecū eris in paradiso. Sed framea totius ignis
ardore succēsa versatur: sed ipse qui & ignis, & ipsius
gehēnæ, & vitæ, mortisq; imperiū tenet: ingrediēdi
cōcessit potestatē. Si enim homines quibus corpori-
bus medēdi cura est, amplius admiramur, cū ægro-
tos omni spe destitutos, arte propria curauerint, &
summæ reddiderint sanitati: quanto iustius est Chri
stum nostrū admirari, donantē vulneribus sanitatē,
publicano & meretrici remediū pollicentē, & eis sa-
lutem perpetuā largientē, dignos eos cœlorū amœ-
nitate donare? Sed dicit aliquis, Vnde tāta beatitudo
latroni? Quid egit tale, vt post crucē paradisum me-
reretur? Vis eius citius audire virtutē? Quando eum B
Petrus negabat in terra, latro confitebatur in cruce:
primus discipulus puellæ vilissimæ minas tolerare
non potuit: & latro suspēsus, vndiq; populum circū-
stantem despiciēs, oculis fidei cœlorum dominū pu-
ra mēte cognouit, dicēs: Memēto mei domine, cum
veneris in regnū tuum. Nec trāsitorie istum præter-
eamus latronē, neq; erubescamus talē accipere ma-
gistrum: quem non erubuit dominus noster primū
introducere in paradisum. Nec pudeat nos eius ma-
gisterium: qui cœlestē conuersationem ante omnes
meruit primus. Non dixit ad eum, sicut dixit ad Pe-
Matt. 4.c trum, Veni, sequere me, & faciam te piscatorē homi
num: nec dixit ad eum, sicut ad duodecim discipu-
Ibid. 19.d los: Sedebitis super duodecim sedes iudicātes duo-
decim tribus Israēl. Nihil admirationis ostēdit, non
mortuos resuscitauit, dæmones non fugauit, nō mar C
tyres prouocauit, nec vllū ei fecit dominus de cœlo-
rum regno sermonē, nihil de gehēna locutus est: &
ante omnes eius imperium cōfitetur. Nam Iudęi fa-
mam gloriāmq; eius infamare cupiētes, & ex omni
parte tentātes vniuersa peruertebāt: sed vndiq; veri-
tas præfulgebat, & illis insultantibus insultabat & la-
tro. Vidisti latronē & latronem, vterq; pēdet in cru-
ce, vtriq; facti similes. Vna in eis cōuersatio, sed non
vna mentis cōfessio. Nec eodem vtriq; sensu perdu-
rant: nec eis similis donatur euētus. Sed bonus cœli
beatitudinē iure hæreditario promeruit: alter inhæ-
sit gehēnæ tartaris deputatus. Duo etenim latrones
cum domino erant crucifixi, vt impleretur scriptu-
Esa. 53.d ra: Et cum iniquis deputatus est. Vnde vnus insultat,
alter adorat. Vn° blasphemat: alter benedicit, & bla-
Luc. 23.f sphemantē prohibet dicēs: Nec deū tu times? Vidi- D
sti credulitatem in cruce, vidisti perseuerantiā in tor
mentis, & in pœnis pendentē vidisti magistrum. De
cruce subito euolauit ad cœlum, & in pœna positus
cœlestis iudicis secreta narrabat. Quòd enim sui
memor fuit, quòd sana mēte vigilauit, quòd clauo-
rum confixione constrictus aliū increpabat dicens:
Ibidem. Nos quidem iuste, nam digna factis recipimus: hic
autem nihil mali fecit: nobis fidei magisteriū demon
strauit. Ait ergo: Domine memento mei, cum vene-
ris in regnum tuū. Nisi cōfessione peccati sarcinam
dimisisset, indulgentiam non meruisset. Deniq; au-
dire meruit, Hodie mecū eris in paradiso. Ecce quā-
tum præstitit cōfessio, vt sine dilatione introduci la-
tro mereretur in paradisum.

Diui Ioannis Chrysostomi de cruce & latrone, homilia,
Incerto interprete.

Odierna die noster dominus pependit in
cruce, & nos festiuitatem eius nimia lęticia
celebremus, vt discamus crucē totius spiri-
talis gratulationis esse substantiā. Etenim ante ipsum
vocabulū crucis pœna fuit, sed nunc ad gloriā nun-
cupatur. Antea cōdemnationis ferebat horrorē, nūc
salutis indiciū est. Crux enim nobis totius beatitudi
nis causa est. Hęc nos à cęcitate liberauit erroris, hęc
è tenebris reddidit luci, hæc debellatos quieti socia-
uit, hæc alienatos deo cōiunxit, hæc lōgè cōstitutos
deo proximos præsentauit, hæc peregrinantes ciues
ostendit, hæc discordiæ amputatio est, hæc pacis fir-
mamentum, hæc bonorum omnium abūda largitio.
Istius causa nullis angustiis deserti erramus, quia iā
nobis cāpi mōstrati sunt veritatis. Nec aulis regalib°
habitare prohibemur, quia aditus iam videtur inuē-
tus: nec ardentes sagittas diaboli formidamus, quia
fontes inuenimus, quibus earū flamma facilè possit
extingui: ideo viduitate caruimus, quia spōsus expe-
ctatus aduenit. Lupū nō possumus formidare, bono
Ioan. 10.c & diligēti muniti pastore. Ego, inquit, sum pastor bo
nus. Tyrāni impij crudelitate nō terremur, mansueti
regis vestigiis inhærētes. Hac de causa hodie gratu-
lamur, quia crucis beneficia memoramur. Sic & Pau
1. Cor. 5.c lus præcepit propter crucē festiuitatē celebrari: Pa-
scha nostrū immolatus est Christus: diē itaq; festum
celebremus, nō in fermēto veteri, neq; in fermento
malicię & nequicię, sed in azymis synceritatis & ve-
ritatis. Et sic adiūxit causam, quia Pascha nostrū pro
nobis immolatus est Christus. Vides crucis intuitu
perceptā lęticiā? In cruce enim immolatus est Chri-
stus: & vbi immolatio, amputatio peccatorū: vbi am
putatio peccatorū, recōciliatio domini: vbi reconci-
liatio domini, ibi festiuitas, & omnis gratulatio. Pa-
scha nostrū pro nobis immolatus est Christus, & im
molatus in excelsa cruce. Nouū altare cōstitutū est,
& quia sacrificium nouū, atq; omnibus inopinatum:
nam ipse & sacrificiū fuerat, & sacerdos. Sacrificium
secundū carnē, sacerdos secundū spiritū sanctitatis.
Idē ipse & offerebat, & offerebatur. Offerebat secū-
dum spiritū, offerebatur secundū carnē. & audi quē-
admodū Paulus vtrunq; monstrauit: Omnis, inquit, *Hebr. 5.a*
pōtifex qui de hominibus accipitur, pro hominibus
statuitur. Vnde necessariū est & istū habere aliquid
quod offerat. Vide sacramentū, Ecce ipse se offert. Et
alibi ait: Quia Christus semel oblatus multorū absțu *Hebr. 9.g*
lit peccata. Ecce hic oblatus est, ibi se obtulit. Vides
quemadmodū fuit & sacrificiū, & sacerdos, & altare
crux fuit? Et quare, inquies, non in tēplo sacrificium
illud proferebatur, sed foras ciuitatē? Vt illud imple-
retur, quia inter iniquos deputatus est. Et ob quam *Esa. 53.d*
causam in excelso ligno, & nō sub tecto immolatur?
Vt etiā ipsius aēris natura mūdetur. Hac de causa in
excelso & nō sub tecto, sed sub cœlo, vt vniuersus aēr
in excelso immolatæ ouis à tetro odore mundetur.
Sed & terra simile beneficiū sentiebat decursi de la-
tere sanguinis stillatione mūdata: ideo nō sub tecto,
nō in tēplo Iudaico, ne Iudæi subtraherēt sacrificiū,
& sibimet vēdicarēt. Ne putares pro illa tantū plebe
oblatū, ideo foras ciuitatē, ideo foras muros, vt scias
sacrificium esse cōmune, quod totius terræ oblatio,
quod communis deploratio, non partis, sicut Iudæis
cōsuetudinis fuit. Iudæis etenim ideo iussit omnem
terrā deus dimittere, & vno in loco sacrificiū atque
oblationē celebrare: quia tūc omnis terra immunda
fuit

fuit fumo, & odore, & alia contaminatione polluta, A
quæ ex sacrificiis gentiū super ipsam celebrabantur.
Nobis autē quoniā Christus aduenięs omnem terram emūdauit, omnis locus orationi vacat: ideo Pau
1. Tim. 2.b lus cum omni cōfidentia exhortatur, dicēs: Volo ergo orare viros in omni loco, leuātes manus sanctas.
Ecce totus mundus emūdatus est, elemēta purgata
sunt, vt vbiq; nobis deum liceat prædicare, & omnis
terra sanctior illo loco est, qui illo in tēpore prędica-
batur sancta sanctorū. Nā ibi pecus irrationale obla-
tum, hic spiritale immolatū est: & tanto maius est sa-
crificiū, quanto & sanctitas de sacramēto præfertur,
hac de causa lætitia nostra crux est. Vis quātum no-
bis præstiterit & aliūde cōdiscere? Paradisum quinq;
& eo amplius annorū milibus præclusum hodie no-
bis patefecit: hac enim die, hac hora latronē Christ°
in paradisum introduxit, & eius amœnitates ostēdit.
Et vno tēpore duo beneficia vidimus esse concessa. B
Vnū, quod paradisus patefacta est: aliud, quod latro
in eam meruit introduci. Hodierna dies antiquā no
bis patriā reddidit, paternā ciuitatē ostēdit, domum
Luc. 23.f pristinā redonauit. Hodie nanq;, ait, mecū eris in pa
radiso. Quid ais? Crucifixus es, clauis retineris, & pa-
radisum tā facile polliceris? Volo, inquit, vt in cruce
possint omnes meā inuenire virtutē, vt in ligno mea
largitas demōstretur. Et quoniā crux dedecoris fue
rat signū, & apud omnes ignominia putabatur, cru-
cis infamiā mirandis beneficiis decorauit, & ex hoc
magis, magisq; virtus ostēditur. Nō enim illo tēpore
mortuos reddidit luci, nec mare, fluctúsve compe-
scuit, nec minauit expulítve dæmonia: sed cruce sus-
pēsus, clauis affixus, omnibus subiugatus iniuriis, to-
tus dedecori succūbens infamię, insultantiū derisio- C
ne delusus, latronis aduersam mentē valuit commu
tare, vt ex omni parte eius diuinitas sentiatur. Etem
vniuersam terruit creaturā, & petras saxáq; disrupit,
& omnium lapidū insensibilitate animā duriorē ad
se traxit, & ad meliora conuertit, & honore summo
decorauit. Hodie nanq; mecū eris, ait, in paradiso. Et
Cherubim custodiētibus paradisum, latro ad para-
disum inducitur. Sed non mireris, à domino inuita-
Genes. 3.b tur. Sed dicis: Sed ibi framea totius ignis ardore suc-
censa versatur. Sed ipse qui & ignis & ipsius gehēnę,
& vitę, mortísq; imperiū tenet: ingredienti potestatē
cōcessit. Et imperatori quidē vel cuilibet habēti po-
testatem iniuriosum putatur, si personā vilissimā par
ticipem sui actus accipiat: Christo autē nostro, non
iniuriæ fuit sacrā ingredienti patriā, facere ingressus
sui latronem participē. Nam secū eum perduxit, nō D
confundens calcātibus latronis pedibus paradisum,
sed honorē pręstans paradiso. Honor etenim loci est
talem dominū promereri, qui & latronē dignū red-
diderit paradiso. Nam & cum publicanos & forni-
carios ad cœlorū regnum introduxit: non cœlorum
regnū infamauit, sed etiā magis honoribus amplia-
uit, ostendēs talem dominū regni esse cœlorū, qui &
indignas intantū fecit meliorari personas, vt etiam il
lius dignitatis gloriā mererentur. Nam sicut homi-
nes, quibus corpora medēdi cura est, amplius admi-
ramur, cum ægrotos omni spe desolatos arte propria
curauerint, & summę reddiderint sanitati: sic & Chri
stum nostrū iustum est admirari donantē vulnerib°
sanitatē, publicano, & meretrici remedium pollicen
tem, & eis salutē perpetuam largientē, vt & dignos
eos cœlorū amœnitate donaret. Sed dicis: Vnde tā-
ta beatitudo latroni? Quid egit tale, vt post crucē pa
radisum mereatur? Vis eius citi° audire virtutē? Quā-
do Petrus eum negauit in terra, latro eum confiteba
tur in cruce. Et hæc non me ad accusationem beati
Petri aliquis dixisse suspicetur, quod lōge à mea con
sciētia sit, sed latronis admirandā volo animā decla-
rare. Primus discipulus puellæ vilissimæ minas tole-
rare non valuit, & latro suspensus torměta spernens,
vndiq; populū inspiciens circunstantē, clamantem,
ingenti ardentē rabie omnium iniquitatū, furētem,
blasphemiis inflammantē non timuit, nec crucifixi
vilitatē quæ videbatur inspexit, sed ipsius fidei ocu-
lis hæc cuncta transiuit: & humilibus spretis cogita-
tionibus cœlorum dominum exaltatū pura mente
cognouit, & ipsius misericordiā in cruce flagitauit,
dicens: Memor esto mei domine in regno tuo. Nec *Luc. 23.c*
transitorie istū prætereamus latronē, neq; erubescā-
mus accipere magistrū, quē non erubuit noster do-
minus primū introducere in paradisum: nec pudeat
eius sequi magisteriū, qui cœlestē conuersationem
meruit ante omnes, sed diligēter singula requiram°,
vt crucis inueniamus virtutē. Non dixit ad eū, sicut
ad Petrū: Veni, sequere me, & faciam te piscatorem *Matt. 4.c*
hominū: non dixit ad eum, sicut ad duodecim: Quia
sedebitis super duodecim sedes, iudicantes duode- *Ibid. 19.d*
cim tribus Israēl: imò nec verbo eum dignū æstima-
uit, nihil admirationis ostēdit. Non mortuos resusci-
tauit, dęmones nō fugauit, non mare prostrauit, nul-
lum ei fecit de cœlorū regno sermonē, nihil de ge-
henna locutus est, & ante omnes eius imperium cō-
fitetur. Et hæc dicebat alio latrone aduersus eum
plura dicente, & sæpius insultante. Nam & altera ex
parte latro cum eo fuerat crucifixus, vt illud imple- C
tur: Et cum iniquis reputatus est. Nam Iudæi eius fa *Esa. 53.d*
mam, gloriāmq; infamare cupiebāt, & ex omni par-
te captabāt, & tentabāt vniuersa peruertere: sed vn-
dique veritas præfulgebat, & his aduersantibus au-
gebatur. Insultabat ei igitur alter latro. Vidisti latro-
nem & latronē? vterq; pēdet in cruce, vterq; furacis
vitæ, similis vtriusq; conuersatio, sed non in vtroque
mens vna, nec in eo sensu mēs vna perdurat, nec in
eis similis dominatur euentus: sed vnus beatitudinē
cœli hæreditario iure promeruit, alter ad gehennam
mittebatur & pœnā. Sicut hesterno die discipuli, &
discipulus Iudas & vndecim. Sed illi quidē dicebāt:
Vbi vis paremus tibi manducare Pascha? Iste autem *Mat. 26.b*
proditionis stimulatur ardore, & dicebat: Quid vul- *Ibidem.*
tis mihi dare, & ego vobis tradā eum? Illi ad diuino-
rum mysteriorū sese officia præparabāt, iste traditio-
nis meditabatur officiū. Sic & hic latro vnus insultat,
alter adorat, atque veneratur: vnus blasphemat, alter
benedicit, & blasphemantem prohibet, dicens: Nec
deum tu times? Vidisti libertatē in cruce, vidisti phi- *Luc. 23.f*
losophiam in tormentis, in pœna prudentiā? Quòd
enim sui memor fuit, quòd mēte sana vigilabat, cla-
uorum cōfixione cōstrictus, quis est qui poterit nō
mirari? Sed iste non solū intra se fuit, sed & suas ne-
cessitates prætermittēs, aliorum vtilitatē cogitabat,
& magister pēdebat in cruce, & sanis persuasionib°
alium inuitabat ad vitā, dicens: Nec tu times deum?
Nō igitur qā deorsum est adiudicatus inspicias, sed
sursum alia sunt iudicia cōstituta. In terreno nāq; iu
dicio & iusti nōnunquā condēnantur illicite, & in-
iusti declināt pœnas, & rei liberātur, & innoxij præ-
grauantur. Aut enim spōte, aut inuiti iudices errare
consueuerunt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

consueuerunt,aut ignoratione iusticiæ,aut pecunię corruptione, aut iniqua gratia sententiã protulerũt. In cœlesti autẽ iudicio nihil tale esse cõsueuit. Nam deus iudex iustus,& iudiciũ eius vt lux procedit, nõ habẽs tenebras,nec ignorantiã. Et ne dicat,quia iudicatus deorsum est & condẽnatus, cœleste ei iudicium memorat, tribunal istud terribile nominat,& incorruptũ,tanquã dicens:Illuc oculos tẽde,& condemnationis sententiã minime sustinebis,nec stabis deorsum cũ corruptis iudicibus,excipies sursum verum iudiciũ. Vidisti philosophiã latronis,vidisti prudẽtiam,vidisti magistrũ?de cruce subito euolauit ad cœlũ,& in pœna positus cœlestis iudicis secreta narrabat,& abundãti eum persuasione cõpescens:Non times,inquit, quia in eodẽ iudicio sumus, in eadem pœna,in pari discrimine? Nũquid & tu in cruce nõ es?& cũ illũ lacessas iniuriis, tibi suppliciũ præparas. Et sicut is qui peccato carnis prægrauatur,si aliospec cati accusauerit,semetipsum prius accusat:sic & qui in calamitate est, si aliis calamitates irriserit, sibi pri° insultat:quoniam in eodẽ iudicio sumus:apostolica illi verba mõstrabat, euãgelicos sermones enarrans, *Matt.7.a* qui dicũt: Nolite iudicare,& nõ iudicabimini:quia in eodẽ iudicio sumus. Quid facis latro, defendere cum volens participẽ fecisti latroni?Non,inquit,excusor hac suspicione sequenti sermone:& ne cõmunione participẽ cum etiam peccati fecisse arbitreris, *Luc.23.e* sequẽtibus declarauit,dicẽs: Et nos quidẽ iuste,digna enim his quę fecimus,passi sumus. Vidisti plenã confessionẽ,vidisti latronẽ in cruce suis renunciasse peccatis?Dic nãq;,ait,tu iniquitates tuas prior,vt iustificeris. Nullus impulit,nullus necessitate constrin- *Esa. 43.d* xit,sed ipse spõte sua peccata publicabat,dicẽs: Nos quidẽ iuste,digna enim his quæ fecim° passi sumus, *Luc.23.e* iste autẽ nihil tale fecit.& postea ait: Memento mei in regno tuo. Nõ est ausus dicere, memẽto mei,nisi cõfessione peccati sarcinã remisisset.Inspice quantũ pręstat cõfessio.Cõfessus est,& paradisum patefecit, & totã confessus fiduciã meruit, vt regnum post latrocinium postularet. Vides quantorũ bonorum nobis materia crux est?Dic mihi,regnũ commemoras, quid enim regni vides?claui,& crux est quod inspicis.Sed ipsa crux,inquit,regnũ est,& ideo eum regẽ nomino,quia crucifixũ inspicio. Imperatorũ est pro omnibus mori, & regis optimi pro cõmuni vtilitate *Ioan.10.b* nunquã recusare suppliciũ.Ipse dixit,quia pastor bonus animã suam ponit pro ouibus suis.Et ideo imperator bonus animã suam pro his quos regit, offerre festinat. Quoniã igitur animã suã pro nobis posuit, ideo eum imperatorẽ voco. Memẽto mei in regno tuo.Vidisti q̃ crux regnũ est:volo & alia ratione cognoscas. Crucẽ solam non reliquit in terra, sed secũ eã leuauit ad cœlũ.Sed ais,hoc vnde demonstratur? Et ideo audi q̃ cum ipsa veniet, cum ipsa secundam gloriosam suam præsentiã faciet,ideo gloriosam crucem nũcupaui. Sed videamus si cum cruce veniet, & hoc firma probatione mõstrandũ est. Si dixerint, *Mar.13.e* ecce in prõptu est Christus,ecce in deserto est,nolite ire:de secũdo eius glorioso dicẽs aduẽtu, propter pseudoprophetas,propter Antichristũ, vt nullus errore cõfusus,eum Christũ esse arbitretur, quia Christum ille præueniet:& ne pastorẽ quærens, lupũ incurras, ideo pastoris aduẽtus signa prædico, vt quia prior eius aduẽtus clàm & latẽter ostensus est: ne & futurum talem arbitreris,signũ tibi futurũ monstrauit:& ille ideo fuit latẽter aduẽtus, quia venit quod perierat quęsiturus.Secundus autẽ non ita est.Nam quẽadmodum exit coruscatio ab Oriẽte, & videtur *Mat.24.c* vsq; ad Occidentẽ:sic erit aduentus filij hominis,& subito ab omnibus videbitur, vt nullus interroget, vtrũ hic,aut illic Christus est. Et sicut coruscatione flãmante superfluũ est de coruscatione requirere:sic post præsentiã requirere non necessariũ est, si venit Christus,sed vtrũ cũ cruce venier,requiramus.Non enim hãc quæstionẽ aliquando obliuione prętereo. Et audi:Tunc,inquit,tũc quãdo veniet,sol obscura- *ibidem.* bitur,& luna non dabit lumen suum. Tãta enim lux ipsius luminis præclarescet, vt eius radiis lumina clara vincãtur.Tũc & stellæ cadẽt,& tunc signũ videbi *ibidem.* tur filij hominis in cœlo. Vidisti gloriam signi,id est crucis, Solis lumẽ reddetur obscurũ, lunæ nõ dabitur gratia,sed illud lumẽ radiabit & lucebit. Et sicut imperatorẽ regalis põpa præcedit, & militaris ordo prędẽdo vexilla humeris portare cõsueuerunt,& his eius declarabitur aduentus:sic domino de cœlo veniente angelorũ cœtus, & archangelorũ multitudo illud signũ portant humeris excelsis,& regalẽ nobis aduentũ nunciãt:tũc mouebũtur virtutes cœlestes, & angelos tremor apprehẽdet,& vbiq; multa formido.Et cur angeli tremẽt?Nũquid & illi iudicio tenebuntur?Non,inquã,sed sicut vehementẽ iudicẽ cognoscent : non tantũ rei,nec solũ conscii, sed & circunstantes innoxij,terrẽtur constãtia iudicãtis:sic & tũc natura nostra excipiẽte sententiã cœlestis examinis, etiam hi qui nulla mala cõscientia præparantur, nimia terrebũtur formidine. Sed cur cum cruce veniat videamus,scilicet vt hi qui eũ crucifixerunt,sue sentiant dementiæ cæcitatẽ:& ideo impudentię eorum signũ portatur.Ideo propheta ait:Tunc lamen- *Mat 24.e* tabuntur tribus terræ,videntes accusatorẽ, & agnoscentes peccatũ.Et quid mirũ est, si crucem portans aduenier,quãdo & vulnera corporis ipsa demõstrat? Tunc enim,inquit,videbunt quẽ compunxerũt. Et *Zach.12.e* sicut post resurrectionẽ Thomæ voluit diffidẽtiam cõmutare,& illi clauorũ loca monstrauit,& laterum vulnera declarauit,& dixit:Mitte manum tuã,& vi- *Luc. 24.f* de quoniam spiritus carnẽ & ossa non habet : Sic & tunc ostẽdet vulnera,crucémq; demõstrabit, vt istũ ostendat illum esse qui fuerat crucifixus.Nec tãtum de cruce, sed & de verbis ipsis eius possimus agnoscere pietatẽ.Nam crucifixus cum ei insultaretur,cũ irrideretur,cum inculcaretur,dicebat:Pater,dimitte *Luc.23.e* eis peccatum,non enim sciunt quid faciũt.Et crucifixus pro eis qui crucifixerũt orabat,& illi quidẽ dicebant:Si filius dei es,descẽde de cruce.Sed ideo de- *Mat.27.c* cruce non descẽdit,quia filius dei est.Nam ideo venit,vt pro nobis crucifigeretur.Descẽde de cruce,& credimus,inquiũt. Verba sunt ista cõposita excusationis ac diffidẽtiæ.Nam maiora eis mirabilia demõstrauit, quando sepultus impositio lapide surrexit, quando mortuum cunabulis alligatũ Lazarum post *Ioan.11.f* quatriduũ resuscitauit.Et illi quidem dicebant:Si filius dei es,libera te : iste autẽ omnia sustinebat,vt illos liberaret qui crucifixerunt. Dimitte eis peccatũ, quia nesciũt quid faciũt.Quid ergo dimisit illis? Peccatũ dimiserat,si illos pœnituisset.Nã si illis non concederet peccatũ, nec Paulus post Ecclesiæ persecutionẽ apostolus extitisset,nec tãta multitudo Iudęorũ credidisset:Et quia ingẽs numerus Iudęorũ credidit, audi quid dicunt Paulo apostolo:Vides frater *Act.21.d*

quot

quot milia Iudæorũ sunt, qui crediderũt? Imitemur igitur dominũ,& pro inimicis nostris oremus.Et iterum de hac admonitione tractabo. Nam & quinq; dieb° de hac causa meus ad vos sermo prolatus est: nõ quia respuistis quę dicũtur,sed quia spero vos assidua commonitione meliores efficere.Et si quis tumidi pectoris inuenitur,si quis ad sedandas inimicicias durus est,dierum saltẽ sanctitate moueatur.Verecundia tẽporis erubescat,& iram suã inimico concedat,imitare dominũ deum tuũ.Clauis fixus in cruce pẽdebat,& pro inimicis qui eum crucifixerũt, habuit cum patre sermonẽ. Sed dicis : Quemadmodũ potero imitari? Mihi crede,hoc imples facile. Nam *Matt.11.* si non poteras,non diceret : Discite à me, quia mitis sum,& humilis corde.Si erat imitari impossibile,nec *1.Cor.11.a* Paulus diceret : Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.Si non vis dominũ imitari,saltem Stephanũ apostolum imitare,qui dominũ imitatus est.Nam sicut Christus dissimulata cruce,cõtẽptis clauis,suisq; despectis iniuriis, patrẽ pro Iudæis exorabat : Sic & seruus Stephanus lapidũ iactationibus occupatus, iniquorum circundatus insidiis, cõfractis omnibus membris sauciatus, corporis dolore contempto pro lapidãtibus deprecabatur,& pro inimicis orabat,di- *Act.7.g* cens:Domine,ne statuas eis hoc peccatum. Audisti verba domini, audisti verba serui, audisti verba filij, *Luc.23.e* audisti verba apostoli.Ille ait : Pater,dimitte eis hoc peccatũ,non enim sciunt quid faciunt.Iste ait : Domine, ne statuas eis hoc peccatũ. Et non verbis tantum, sed nimia cũ affectione deprecabatur. Et ideo efflexis genibus eius cum lapidabatur,orabat.Vis & alterum seruũ,qui maiora sustinuit,demõstremus?A *2.Cor.11.f* Iudæis, Paulus inquit, ter virgis cæsus sum,semel lapidatus sum , nocte & die in profundo maris fui. Et post hęc orabat pro fratribus suis,pro cognatis secũdum carnẽ.Vis & alterũ non de nouo,sed de veteri testamẽto cognoscere? Nam hoc plus admirationis *Exo.21.c* affert,q̃ vbi inimicus amari nõ iubebatur,sed oculũ pro oculo, dentẽ pro dẽte, & vbiq; talionẽ reddere pro vindicta,apostolica philosophia gerebatur,& au- *Exo.32.g* di : Moses dilapidatus à Iudæis, sæpiusq; contẽptus, quid ait?Si dimittis eis peccatũ,dimitte:sin autem,& me dele de libro quẽ scripsisti.Vides singulos alienã incõmoditatem suæ saluti præponere? Nihil peccasti,& cur particeps desideras esse supplicij? Cur pœnæ cõiunctus?cur tribulationi soci°?cur effectus detrimenti consortiũ?Quam iucunditatẽ,quid beneficij,cũ alij puniũtur,sentire possum? nec frũctũ meæ cõmoditatis agnosco,cum tenentur alij laceratione supplicij.Suffecerant quidẽ ad emendationẽ nostrę mentis exempla prolata: sed vt firmius corrigamus, aliũ quoq; huius philosophiæ pręcepta seruasse mõstrabo. Beatus ille & mãsuetus Dauid, cum exercitus suus immanitate quadam fuisset ereptus,& filius eius Absalon contra patrẽ tyrannidem exercere voluisset, cũ postea deus cõtra eos fuisset iratus,& Dauid vidisset angelum frameã inferentẽ,& plaga vni- *2.Reg.12.* uersos deperire,ait:Ego pastor peccaui,& ego pastor *& 24.* malũ feci : fiat super me manus tua,& super domum patris mei. Vidisti vbiq; omniũ communẽ philosophiam? Et alter quid gesserit percipe, vt abundanti corrigaris exẽplo.Samuël propheta sustinuit iniuriã Iudæorũ,remotus ab aliis est,& dum deus illi solatiũ *1.Reg.8.b* voluisset afferre,ait : Non te exprobrauerũt,sed me. Et ille qui exordinatus fuerat,qui cõtẽptus ait:Mihi absit peccare,intermittẽdi orare pro vobis dominũ. Peccatum arbitratur minus pro inimicis orare.Christus dicit:Pater,dimitte illis peccatũ,non enim sciũt quid faciunt.Stephanus dicit:Domine,ne statuas illis hoc peccatũ. Paulus ait:Optabam anathema esse *Rom.9.a* ego ipse à Christo pro fratrib° meis,qui sunt cognati mei secundum carnẽ. Moses dicit : Si dimittis illis peccatũ,dimitte : sin autem & me dele de libro quẽ scripsisti. Dauid ait : Fiat manus tua super me,& su- *1.Reg.12.* per domũ patris mei.Samuël ait:Mihi absit peccare, *d.* intermittẽdi orare pro vobis dominũ. Quam igitur veniã mereri poterimus demũ, si tantorũ seruorum de veteri,atq; nouo testamẽto non imitamur exempla,vt pro nostris inimicis oremus? Si forsitan aliud facientes,cõtra inimicos oramus. Nolite fratres,nolite deprecor.Nam quãto plura sunt exẽpla quę diximus,tanto imitationis merces augetur. Melius est pro inimicis,quàm pro amicis orare.Nec enim tantum nobis præstat pro amicis oratio, quantũ pro inimicis deprecatio.Si diligitis,inquit,eos qui vos dili- *Luc.6.e* gunt,nihil magnum facitis:etenim publicani hoc faciunt. Vt sciatis quia si pro amicis oramus, nondum publicanos vicimus.Sed quãdo diligimus inimicos, deo inquantum possumus similes sumus,qui Solem *Matt. 5.g* suum oriri facit super bonos & malos.Igitur domini imitatores simus.Estote nãq; ait,similes patri vestro, *ibidem.* qui in cœlis est,vt & cœlorum regna mereamur, per Christum dominum nostrum,cui est gloria in secula seculorum,Amen.

De cruce & latrone,homilia, Incerto interprete.

C Odie incipiamus charissimi de crucis trophæo prædicare ; & honoremus hanc diẽ, magis autem coronemur, celebrãtes hunc diẽ. Nec enim ex verbis nostris honorificatur crux, sed ex fideli nostra cõfessione coronas merebimur crucis.Hodie crux fixa est,& seculũ sanctificatũ est. Hodie crux fixa est,& dęmones dispersi sunt.Hodie fratres crux fixa est,& mors subuersa est.Hodie crux vicit,& mors victa est.Hodie diabolus vinctus est,& homo solutus est,& deus glorificat° est.Hodie apud Iudæos terra cõtremuit, & apud nos orbis terræ firmatus est.Hodie apud Iudæos,quia mẽte audaci cõtra deũ vadũt,petræ scissæ sunt. Hodie amabilis deo pietas vniuersum cõsuit orbẽ. Decebat emi quæ pietatis erãt cõiungi, ea autẽ quæ infidelitatis disiungi, *Psal. 34.a* sicut & Dauid dicebat:Disrupti sunt,& non sunt cõpũcti.Hodie apud Iudæos ab hora sexta vsq; ad horam nonã sol obscuratus est. Nõ enim ferre poterat æther iniuriã creatoris.Retraxit radios suos,ne videret impiorũ facinora : non q̃ deitatẽ iniuria tãgeret, sed quia quæ audaci superbia fiebant,in contumeliã eius reputabãtur.Hodie apud Iudæos tenebræ sunt, apud nos autẽ nox in diem cõuersa est: Etenim pietati hoc propriũ est, vt in tenebris fulgeat : impietas autẽ etsi in lumine fuerit,tenebrescit.Fidelibus nox in diem mutatur, infidelibus autẽ etiam ipsa lux tenebrescit.Et de fidelibus quidẽ scriptura dicit:Quia tenebræ non obscurabũtur à te,& nox sicut dies illu- *Psa.138.b* minabitur.Infideli autẽ & dies in noctẽ mutatur,dicente scriptura:Palpabũt sicut cęci parietẽ,& ambu- *Iob.5.e* labunt in meridie sicut in medio noctis.Hodie Adã eiectus est de paradiso, & hodie latro in paradisum ingreditur. Exiit fur,& introiit fur : exiit præuaricator,& ingressus est latro:exiit contẽptor verbi,& introiit confitens verbũ:exiit contemnens salutem,&

introiit

Universidad de Deusto
Biblioteca

introiit de cruce mercans salutē. Scio & antè me dixisse de latrone, sed habet diuersas intelligentias dei sermo. Iste latro de ligno mercatur salutē, hic latro furatur cœleste imperiū. Vim facit maiestati, nō virtute propria, sed fide vincēs. Ipsius domini vox est:
Mat. 11.b Regnū cœlorū vim patitur, & violēti diripiūt illud. In cruce duo latrones, imago Iudæorū & gentilium. Latro qui pœnitet, imaginē obtinet populi ex gētibus congregati, qui prius in errore ambulauerat, & post hoc veritatē agnouit: imaginē vero latro ille obtinet Iudęorū, qui vsq; in finē perseuerat latro: & vsque ad tēpus quidem crucis viā malignitatis ierunt: crux autē diuisit vtrūq;. Viā nanq; cæcitatis & perditionis, qui nō credidit ingressus est: viam autē salutis, qui credidit, ingressus est: viā salutis, qui credidit, adeptus est. In cruce didicit latro differentiā viarū:
Psal.1.b Quoniā nouit dominus viam iustorū, via autem impiorum peribit. Et vide dei iustū iudiciū, vt dicas &
Psal.118.s tu cum propheta: Iustus es domine, & rectū iudiciū tuum. Propter vnū peccatū damnatur Adā, & propter vnam fidei vocē latro saluatur. Vnum peccatū eiecit illū, & vna iusticia introduxit istū: & latro habitator factus est paradisi. O admiranda rerū materies. Nec Abrahæ data est per vocē repromissio paradisi. Hæreditauit quidem per fidē, repromissionē autem paradisi nemo ante latronē accepit. Hic autē perscrutans diligentius vetus testamentū, & nouū, nullū ante latronē inuenies repromissionē paradisi meruisse, nō Abrahā, non Isaac, non Iacob, nec Mosem, nec prophetas, nec apostolos, sed ante omnes
Luc.23.f reperies latronē. Audi igitur dominicā vocē: Amen amen dico tibi, hodie mecū eris in paradiso. Voca-
Gen. 12.a uit quippe deus Abrahā, dicēs: Exi de terra tua, & de cognatione tua. Et non dixit illi: Hæreditatē capies paradisi: sed, veni in terrā quam mōstrauero tibi. Et
Ibid.22.a Isaac quidem typū Christi portauit, & Iacob collu-
Exo.20.a ctatus in figura cum deo est. Et Moses legē accepit, & per repromissionē audiuit bona terræ manducaturū se esse, si legē domini dei sui custodisset: & nusquam repromissio paradisi ante latronē. Necessariū est ergo quęrere, cur huic ante alios, & ante tales viros fide dignissimos potissimū repromisit. Credidit Abrahā deo, sed credidit illi de cœlis loquēti, & per sanctos angelos sermonē proferēti, & de propria authoritate legem dāti. Credidit & Esaias, sed in gloria
Esa.6.c cōsistenti: Vidi enim, inquit, dominū sedentē super thronum excelsum & eleuatū. Credidit & Ezechiel, sed & ipse dominū super Cherubin contēplatus est. Crediderūt reliqui prophetę, sed diuerso modo dominum glorię intuētes, sicut videre possibile humanæ erat naturæ. Credidit, sicut dixi, & Moses, sed de
Exo.19.c medio ignis loquēti, & in tubæ clangore, & in tonitru: quę & infidelē poterant prouocare. Hæc autem dico, non vt sanctis derogē, absit: sed propter eū qui solus per verbū meruit paradisum. iste ergo vidit saluatorē, non super throno regali, non adorari in templo, non loquentē de cœlis, non per angelos dispōnentem: sed in pœna sociatū latroni videt in tormētis, & tanquā in gloria adorat. Videt in cruce, & rogat quasi in cœlis sedentē: videt condemnatū, & re-
Luc.23.e gem inuocat, dicēs: Domine, memēto mei, cum veneris in regnū tuum. Crucifixū vides, & regē prædicas: in ligno pēdere cernis, & cœlorū regna meditaris? O admirāda latronis cōuersio. Nūquidnam scripturas legisti ab iniquitate nō cessans? Nūquidnam prophetas audisti homicidia exercēs? Nūquidnam diuinū audisti sermonē, quando ad cędem gladium acuebas? Vnde eruditⁿ es talia philosophari de Christo? Iudæi crucifixerūt, qui nouerūt legē, & prophetas legerunt: & tu horū ignarus deū vocas condēnatum, & adoras crucifixū. Quis te erudiuit ô latro talia de eo dicere? Nō me, inquit, lex docuit, sed sol occultans lumen suū. Vidi quidem crucifixū, sed terræmotum sensi, & propter parricidas Iudęos elementa indignātia intellexi. Et petræ quidē scindebātur, & corda hominū non metuebāt. Scissæ sunt petræ, disruptum est velū templi, & Iudęorū secreta patuerūt. Et hoc velum quidē erat, sed preciosissimū, quod in diebus celeberrimis suspēdebatur, preciosissimū valde de purpura, & bysso, & cocco, & auro, & serico, & hyacintho cōtextum: in illo enim tēpore crucis, terra mota est, sol fugit, *petræ scissæ sunt, velū disruptū est, monumēta patuerunt, & sicut gloria domus est, vbi velū pēdet habitāte intrinsecus domino domus, sic ignominia tēpli est vnde recessit spiritus sanctus. postquā enim impias in filium dei intulerūt manus, iniuria deo facta est, qui habitabat in tēplo: & ideo recedēte domino, deserta remānsit domus, sicut ipse
Luc.13.g dixit: Ecce relinquetur domus vestra deserta. Egreso rege gloriæ, disrupta sunt symbola regni, aperta sunt monumēta, & surrexerūt mortui, & intrauerūt in sanctam ciuitatē, vt inexcusabilē relinquerēt causam, & domini resurrectio firmaretur. Si filius dei es,
Mat.27.b descende de cruce, & credimus tibi. Cōsidera nunc vocem filiorū diaboli, quomodo imitantur vocē paternā. Diabolus dicebat: Si filius dei es, mitte te de-
Matt.4.b orsum. Et Iudęi dicūt: Si filius dei es, descēde de cruce, & credimus tibi. Pariter crucifigūt latrones, non tanquā inimici latronū, participes enim erāt sceleris eorū, sed vt infamarēt dominū suum: quia non sine causa crucifixus sit, sed quasi qui facinorosus inuentus sit. non tacuit Esaias tragœdiæ huius narrationē, dicēs: Ob iniquitatē populi ductus est ad mortē, &
Esa.53.b cum iniquis deputatus est, hoc est, cum latronibus: quibus ideo sociarūt Christū, vt macularent domini passionē. Vt sciatis quia non oderāt latrones, audi Pilatum dicentē:
Mat.27.b Quē vultis dimittam vobis, Iesum an Barabbā? qui propter homicidiū in vinculis tenebatur. Et illi dixerūt: Dimitte nobis Barabbā. Latrones petierunt latronē, dominum autē crucifixerūt. Non virtute sua vincētes, sed vt dispēsationis & prophetiæ impleatur volūtas. Dicit illis Pilatus: Regē vestrū crucifigā? At illi dicebāt: Nos nō habemus regē, nisi Cæsarē. Abnegauerūt dei regnū, & traditi sunt regno Romanorū: quia quod habuerūt, non intellexerunt: ideo quod petierūt, acceperunt. Coronauerūt crucifixū spinis, obtulerūt ei fel & acetū. Et hæc ipsa futura olim prædixerat Moses, dicēs: Generatio pra
Deut.32.c ua & exasperās hæc domino retribuisti? Et qui dede
& Psal. rat mānā in deserto, huic tu fel offers? & qui de terra
77.a tibi delicias produxit, tu illi spineā imponis coronā? Ideo clamat Esaias dicēs: Sustinui vt faceret vuā, fe-
Esa.5.a cit autē spinas. Dicūt Iudæi: Sāguis huius super nos,
Mat.27.b & super filios nostros: illis ad cōdemnationē, nobis autē ad iustificationē. Sāguis Christi illis ad mortē, nobis vero ad vitā. Nō est enim sanguis Christi de-
Danie.3.b terior Babylonio igne. Ille scit sanctorū in camino honorare corpora, & Chaldæos comburere: quanto magis sanguis ille preciosissimus scit perdere incredulos, & saluare fideles? Decuit enim splendorē crucis obcæ-

cis obcæcare infideles, & illuminare credentes: sola enim Christi crux est, quæ dissoluit tenebras, & regnum dæmonum dissipauit, & omnes terrores malignantium abstulit, crux sanctitatem prouidit, crux nobis sol iusticiæ facta est, vt illuminati misericordia eius, glorificemus patrem & filium, & sanctum spiritum in secula seculorum, Amen.

De cruce dominica, homilia, Incerto interprete.

Vid dicam? quid loquar? quod vobis nomē impono? Oues an pastores? nautas an gubernatores? discipulos an magistros? quemadmodum zelū vestrū igneū admirabor? Oues vos vocabo, etenim estis quieti, & māsuetudine pleni: pastores vos dicā, etenim vestrū estis dominū imitātes: nautas appellabo, nam & estis experimēto multo tēpestiuam hyemē sustinentes: gubernatores vos dicā, etenim estis sicut peritissimus gubernator artificij argumento tēpestiuę asperitatis effugiens molē, & integram ad tranquillum portū deducens nauem: sed discipulos vos & vocabo, & hoc quoque estis parati ad obedientiā: sed magistros vos dicā, etenim estis: mihi enim non pigrū est sępius totius mūdi vos vocare magistros. Quid ergo dicam, aut quid loquar? qualiter vos vocabo? oues, an pastores? nautas, an gubernatores? discipulos an magistros? quomodo zeli vestri exaltabo præconia? Quid ergo dicemus? hodie volo mēsam vobis apponere spiritalē, nō corpus reficientē, sed animam lucidantem: talis etenim est mensa spiritalis, non sicut illa quæ ventrē onerat, & obtundit animā: sed sicut ille, qui cū mirū aliquid comederit, odorē suauitatis eructat: sermo enim est spiritalis, & nō solū semetipsum odore replet bono, sed & proximos suos replet suauitatis dulcedine: extendite vosmetipsos, verbū enim proferre volo: & in morem natantiū, qui se è naui pelagi profundo cōmittūt, & deorsum ambulantes conchā, in qua margarita latet, perquirunt: ita & nos habētes pro naue Ecclesiā, pro gubernaculis crucē, pro gubernatore Christū, pro prora patrē, pro vento spiritū sanctum, pro velo gratiā, pro nautis apostolos, pro nauigantibus prophetas, pro mari vetus testamentū & nouū. Cōmittamus nos pelagi profundo ad perquirēdum in scripturis diuinis margaritā latentem. Parate animos vestros, & tota intētione mentis, quæ dicuntur audite. Cupio enim in hoc sanctarum scripturarum profundū descēdere, & inde vobis proferre preciosissimam margaritā: nolite quæso, negligēter audire.
Matt.7.a Scriptū est enim: Ne miseritis margaritas meas ante porcos, & ne detis sancta mea canibus. Cum autem porcos audis & canes charissime, ne de brutis animalibus æstimes dici. Porci enim sunt, qui vitā suam cœnosæ libidini, & voluptatibus seculi māciparunt: Canes vero omnes hęretici, qui contra creatorē suū blasphemiarū extendūt eloquia: facite ergo vos dignos ad suscipiendū preciosissimam margaritā, quā vobis apponere cupio. Sicut enim agricola peritissimus non incassum seminat, sed prius iūgit boues, & aratrū ducit, & scindit terrā, & spinas eradicat: & sic demum committit semina sua, vt cum descēderit de cœlo pluuia, cōmendata terra cōfoueat semina: quæ nō statim producit spicā, sed hyeme in terra manet, & verni tēporis suscepta pluuia, & Solis calore confota, crumpit in spicā: & sic apta fit ad metendum, & triturata horreis recōditur: ego autem non hyemē, non ver opto, non Solis radios, non imbrē, neq; bonaues iungā, nec aratrum trahā, neq; proscindam, neq; spinas euellā, sed hodie seminabo, & hodie metam: non operabor irrationabilē terram, sed rationabilē: non insensibilem, sed sensibilē: non exanimē, sed animam habentē, & beatus ego huiusmodi terræ agricola deputabor. Tūc enim beatus sum, quādo in aures audientiū loquor. Scriptum est enim: Beatus qui loquitur in aures audientium, quia scriptura inobedienti mortē cōminatur. Beatus ergo ego, beati vero & vos: nam & dominus Iesus in Euāgelio discipulis suis dicit: Beati estis, si verbū meum seruaueritis. Ex-
Ioan. 15.c tendite ergo vosmetipsos, & intēta aure quę dicūrur audite: volo enim quasi quandā comparationē ostēdere. Fingamus deū quasi hominē sedentem in excelso mōtis vertice, & exinde prospicientē vniuersum mare, nauęsq; transeūtes, aliam quidē velificantem, & tempestatē violentam patientē ventorū, sed gubernatore peritissimo regente vndarū moles huc illūcq; diuidentē, illæsam in portū deducere nauē: aliis autem prospero cursu rectam viam pergētibus, aliis vero naufragiū sustinentibus, & paucis exinde hominibus adiumēto axis alicuius ad littus euadentibus, aliis vero morientibus: ita est & deus omnia prospiciens. Quādo autem dixero deum sedentē in excelsis, vbiq; eum credite esse præsentē. Nec enim locorum distantia retardatur: cum ipse sibi sit locus, & ipse omnia capiat, capiat autē eū nihil. Quę enim capacitas potest incorporalē ferre naturā, immobilem, & sine fine & inuestigabilem, & inconuertibilē, & incōprehensibilē? quæ omnia deus est. Sic oportet nos credere de deo: hæc enim est nostra salus.
Ioan.17.a Hęc est autē æterna vita, vt cognoscāt te solum verū deum, & quē misisti Iesum Christū. In hoc nanq; capitulo reprehēdere nos ingrati hæretici volūt, qui legentes non intelligūt quę legūt. Christum autē cum audieris charissime, non solūmodo deum putes, sed deum & hominē crede. Scio nanq; esurisse Christū;
Matt.14. & scio Christū de quinq; panibus, & duobus piscib⁹ satiasse quinq; milia hominum, exceptis paruulis & mulieribus. Scio Christū sitisse, scio Christum super aquas pedibus ambulasse, scio Christum mortuū, & scio Christū mortuos suscitasse, scio Christū Pilato adstitisse, & scio Christū ad dexterā patris cōsedisse, scio Christum lapidatū, & scio Christum ab angelis adorari. Et quædā quidem refero deitati, quædā autem assigno humanitati: quia noui Christū de Maria natum, & scio Christum ante omnia secula genitū, & apud deū semper deum esse verbū. Glorificemus ergo Christum Iesum murū inexpugnabilē, fundamentum quod supra petrā fundatū est. Ipse enim dicit Petro: Tu es Petrus, & super hanc petrā fundabo
Mat.16.b ecclesiam meā: & portæ inferi non prævalebunt aduersus eam. Sic beatissimus Paulus dicit: Fundamen-
1.Cor.3.c tum autē nemo potest ponere prēter id quod positū est, quod est Christus Iesus. Rogo ergo dilectionem vestrā, vt in hac vita positi exhibeamus nos irreprehensibiles, inuicem sufferentes, inuicem instruētes. Non est enim regnū dei esca, & potus, & diuitiæ, &
Rom.14.a iactantia, sed pax & gaudiū in spiritu sancto. Timeamus nanq; iudicij seueritatem, & pœnam gehennæ. Non ergo demus locum diabolo, sed resistamus ei, Non enim est nobis pugna aduersus carnem & san-
Ephes.6.b guinē, sed aduersus principatus & potestates, aduersus mundi istius peruersos spiritus. Festinemus ergo effugere ęternam pœnā. Nec enim propter nos pœna facta

Universidad de Deusto
Biblioteca

na facta est, vt in ipsam mittamur, sed vt liberemur ex ipsa. Talē enim habemus deū amatorem generis humani: misericordē atq; clementē, qui nos ad se cōuersos de gehēna liberat. Testificatur nāq; Dauid, dicens: *Psal.7.c* Deus iudex iustus, fortis & patiēs, nūquid irascetur per singulos dies? Nisi cōuersi fueritis, gladiū suum vibrauit, & arcū suum tetēdit, & parauit illū, & in eo parauit vasa mortis, sagittas suas arsuris operatus est. Hæc autē deus nō vt nos iudicet, sed vt soliciti simus, & præcepta ipsius obseruemus. Quòd si contēnimus, inexcusabiles sumus. Nā etsi voluisset nos perdere, nō vtiq; propriū pro nobis fudisset sanguinem. Mortuus est ergo, vt tibi immortalitatē donaret: esuriit, vt te sua carne satiaret: sitiuit, vt te proprio potaret sanguine: super asinum sedit, vt te super Cherubin sedere faceret: baptizatus est, vt te illuminaret: alapis cæsus est, vt te à seruitio liberaret: viator factus est, vt te sine labore faceret: nauigauit, vt te sine timore redderet: ex muliere natus est, vt præuaricationē Heuę deleret: homo appellatus est, vt te deū vocaret: filius hominis dictus est, vt te in filium adoptaret dei. Accepit quæ erant nostra, & dedit nobis quę erāt sua. Orauit vt te fidelē faceret. Sicut dicit su *Ioan.17.a* per Lazarū: Pater, glorifica filiū tuū, vt & filius tuus *Ibidē.12.c* glorificet te. Et venit vox de cœlis, dicēs: Glorificaui, & iterū glorificabo. Scio quoniā semp me audis, sed propter turbā adstantē dixi: vt omnes credāt, quia tu me misisti. Si quid igitur sustinuit, nō propter semetipsum, neq; propter patrē suū, sed vt saluaret per crucē gen° humanū. Et si nosse desideras charissime virtutē crucis, & quāta possum ad ei° laudē dicere, audi:

Crux spes Christianorum.
Crux resurrectio mortuorū.
Crux cæcorum dux.
Crux desperatorum via.
Crux claudorum baculus.
Crux consolatio pauperum.
Crux refrænatio diuitum.
Crux destructio superborum.
Crux male viuentium pœna.
Crux aduersus dæmones triumphus.
Crux deuictio diaboli.
Crux adolescentum pædagogus.
Crux sustentatio inopum.
Crux spes desperatorum.
Crux nauigantium gubernator.
Crux periclitantium portus.
Crux obsessorum murus.
Crux pater orphanorum.
Crux defensor viduarum.
Crux iustorum consiliarius.
Crux tribulatorum requies.
Crux paruulorum custos.
Crux virorum caput.
Crux senum finis.
Crux lumen in tenebris sedentium.
Crux regum magnificentia.
Crux scutum perpetuum.
Crux insensatorum sapientia.
Crux libertas seruorum.
Crux imperatorum philosophia.
Crux lex impiorum.
Crux prophetarum præconatio.
Crux annunciatio apostolorum.
Crux martyrum gloriatio.

Crux monachorum abstinentia.
Crux virginum castitas.
Crux gaudium sacerdotum.
Crux ecclesiæ fundamentum.
Crux orbis terræ cautela.
Crux templorum destructio.
Crux idolorum repulsio.
Crux scandalum Iudæorum.
Crux perditio impiorum.
Crux inualidorum virtus.
Crux ægrotantium medicus.
Crux emundatio leprosorum.
Crux paralyticorum requies.
Crux esurientium panis.
Crux sitientium fons.
Crux nudorum protectio.

Nuditatem autē cum dixero, non corporeā æstimes, sed infidelitatis pœnā. Cum autē Christo crediderit, vestitus inuenietur, dicente Paulo: Quicūq; *Galat.3.d* in Christo baptizati estis, Christū induistis. Christū autē cum audieris, deum & hominē intellige. Hæc eadē sæpius dico, & dicēs nō cessabo: mihi enim nō pigrū dicere, vobis autem tutum est. Volo enim vos omnes doctores fieri. Christus dictus est ab vnctione nomē deriuās: Iesus dictus est homo dominicus: verbū dicitur, quia de deo est dei verbū: filius, quoniā de patre: vnigenitus, quoniā solus de solo: deus, quoniā creator. Audi nanq; Ioannē dicentē: In principio erat verbū, & verbū erat apud deū, & deus erat *Ioan.1.d* verbū. hoc erat in principio apud deum: omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factū est nihil, quod factum est. Vides quoniā hic est, qui verbo cœlū extēdit, & vario stellarū ornauit decore: & extēdit cœlū quasi vestimentū: hic est qui Soli tantā luminis gratiam dedit, hic est qui lunæ decorē imposuit, hic est qui terrā super aquas fundauit, hic est qui diuersos eā iussit producere flores, & arborū diuersa genera, fontésq; ebullire præcepit, flumina fluere, cōgregari lacus, mariq; imponēs terminū ex aquis quoq; producere animantia, ventos spirare præcepit, montes statera appendēs, nubibus moueri præcepit, diuersi generis animantia procreauit. Quid autē de angelis dicā, de archangelis, de sedibus, de dominationibus, de Cherubin & Seraphin, principatibus & potestatibus, & tēporibus, & annis & mēsibus, & diebus, & horis? Et lumē, & tenebras, & q.cquid illud est quod subsistit: nouissime autē hominem fecit ad imaginē *Gene.1.e* & similitudinem suā, & in paradiso posuit tanquam cultorē præcipuū. Videns autē humanū genus à diaboli superari malicia, voluit creaturā suam assumere, & quasi vnū hominem indui, & affigere illum cruci, & sic vt per lignū crucis vniuerso generi salus oriretur. Elatus ergo diabolus, quia ipse quidem de cœlo corruerat, videbat autē Adam paradisi esse colonū, inflatus inuidia, induit serpentis imaginē: incorporalis enim cum esset, corporalibus loqui nō poterat. Et dicit ad eum: O quàm speciosum lignū ad edendum! q, si ex eo gustaueritis, eritis quasi dij. Seducta ergo Heua decepit virum suū. Cum autē de interdicto comedissent ligno, apparuerūt ambo nudi. Tūc clemētissimus deus dixit ad Adā: Adam vbi es? Non *Genes.3.b* quòd ignoraret deus, sed post persuasionē diaboli, *Ibidem.* qui illi promiserat deitatē, & inuenit nuditatē, dicit ei: Vbi es? hoc est, de qua dignitate, ad quale deductus es dedecus? Quia manducasti de ligno scientiæ

boni & mali, remānsisti homo: de quo præceperā tibi ne māducares, manducasti, ideóq; præuaricatus es. Foliis autē ficus cooperti erāt, peccati faciem obuelantes. Respōditq; Adam: Audiui vocē tuam deambulātis in paradiso, & absc̄ōdi me. Et dixit: Quid fecisti? Et ille dixit: Mulier quam mihi dedisti, ipsa me seduxit. Culpā propriā confiteri nō vult, quippe qui ipse mandatū acceperat audiēte compare. Et Heua interrogata dixit: Serpēs mihi suasit. O Heua, viro te subiectam esse volui, non serpēti: cur mea præcepta contēnis, & serpentis audisti? Hęc autem causabātur sperātes subtrahere sese à supplicio posse, & deus in- *Gen.3.c* quit ad Adā: Maledicta terra in operibus tuis, spinas & tribulos generabit tibi: in sudore vultus tui māducabis panē tuū. Et ad mulierē dixit deus: In mœroribus paries filios, & ad virum tuum cōuersio tua, & ipse tui dominabitur. Processit nanq; ad serpentem sententia, dicens: Super pectus tuum repes, & terrā māducabis cunctis diebus vitæ tuæ: tu eius obseruabis calcaneū, & illa tuum conseruabit caput. Cur autē serpentē maledixit, vt in pectore, & in ventre graderetur, & terrā manducaret omnibus diebus vitæ suæ? Pectus maledixit, quia in ipso cōsistit cor, quod cōcupiscit malum. Ventrem verò nominauit, q, per escam seduxit. Terrā autē manducare omnibus diebꝰ vitæ suę, terrenos homines habebit subiectos, qui suæ obedierint volūtati magis, quàm præceptis dei. Acceperunt ergo tres sententiā, quoniā & tres sunt prǫuaricationē operati. Sicuti ergo præuaricatio per lignum, ita & salus per lignū. Pro his ergo omnibus gratias agamus deo per Christum dominum nostrū, cui est gloria in secula seculorum, Amen.

Diui Ioannis Chrysostomi episcopi Constantinopolitani de resurrectione homiliæ nouem.

DE fidei nostræ placitis, déq; gloria vnigeniti filij dei, pridem apud vos disseruimus, conuincētes & obturātes hæreticorum ora, qui gloriam illi detrahunt, & à genitore suo illum alienū natura dicunt. Hodie de moribus, déq; vita instituēda sermonē in medium afferre, & in genere admonere decreuimus. Imò sermo ille nō tractabit solùm de moribus, & nostræ fidei decreta cōtinebit. Paratus enim sum, vt ad materiā de resurrectione descēdam. Quod sanè argumētum variū est, & copiosum. Nam & in his quæ fidei sunt nos dirigit, & vitam nostram componit, & diuinā prouidentiam ab omnibus calumniatoribus vindicat. Et quemadmodum cùm non creditur, vitam nostram subuertit, malisq; sexcentis implet, sursum deorsúmq; factis omnibus: ita cùm creditur prouidentiā multis rationibus adstruit, & nos ad diligentē virtutis curam promouet, viciáque magno studio expellit. Etenim, vt nulla illi virtutis cura est, qui resurrectionē nō expectat, quíq; credit se non daturū rationem de his, quę hic operatus est: sed opinatur res nostras tantū intra angustos præsentis vitæ limites contineri, neq; vltrà se extendere (quomodo enim virtutis vlla ei cura esset, qui nullam laborum retributionē sibi repositam expectat, neque peccare desinit? & quomodo à peccatis desisteret, qui nihil suppliciorū imminere suis malè actis credit, sed permittit sese fœdis concupiscentiis, & in nullum nō peccandi genus ruit?) Ita & qui sibi persuadet futurū aliquādo iudicium, & ante oculos statuit terribile hoc tribunal, & indeclinabiles expostulationes, & inappellabilem sententiam: is modis omnibus conabitur, vt studeat tēperantię & æquitati, atq; aliis virtutibus, & effugiat intemperātiam, temeritatem, omniáq; alia vicia, atq; ita vt posit magna virtute repellere eos, qui diuinam calumniātur prouidentiam. Enimuero sunt nōnulli, qui vbi viderint mansuetè & castè & iustè viuētes, inopia & calumniis premi, inuadi, comprehendi, vix necessariū victum habere, sæpe etiam morbo lōgo, & graui valetudine emacerari, & in summa, omni carere subsidio: & è diuerso maleficos & pollutos homines, plānéq; flagitiosos affluere diuitiis, deliciari, nitidis vestibus amiciri, clientulorum pompā post se trahere, in admiratione esse, magistratus agere, multa à regibus obtinere priuilegia, mox diuinam arguunt præsidentiam, & dicunt: Vbinam prouidentiā illa? aut, vbi iustū iudicium? sobrius & innocens malè habet, intēperans & corruptus fœliciter agit. Et hic quidē admirationi est, ille verò ludibrio: hic variis fruitur deliciis, ille autem inops exremis pessundatur incōmodis. At, qui de resurrectione bene senserit, & sapiēter disputare nouerit, facilè quicquid id est blasphemiæ diluet, & illis tam stomachabūdè disputātibus, dicet: Cōpescite linguam vestram, & aduersus deū, qui nos fecit, eam ne exacueritis. Non enim res nostræ in hac solū vita durant, sed festinamus ad vitam aliā multò longiorem, imò finē minimè habentem. Et ibi omnino pauper iste, qui iustè viuit, laborū suorum mercedē acceprurus est: intemperās autē & maleficus, maliciæ suæ, illicitæq; voluptatis daturus est pœnam. Proinde nō à præsentibus solùm de diuina prouidentia sentētiam feramus, sed à futuris. Præsentia certamē quoddam sunt, & labores, & stadium: futura verò, præmia, coronæ, & brabia. Sicut ergo athletæ in theatro & in sudore, & puluere, & æstu multo, & laboribus & ærumnis pugnandū est: ita & iustū hic multa sustinere oportet, & ferre omnia viriliter, siquidem præclaras illic accepturus est coronas. Et si sunt nonnulli, quos perturbat impiorū fœlicitas: hi secum perpendant, q, quemadmodū & latrones, & fures, & homicidæ, & piratæ priusquā ad iudicē trahantur, multis deliciis fruuntur, & ex aliena calamitate suam constituentes abundātiam, iniustísq; opibus locupletati, quotidie inebriabantur: vbi autem iudicis sententiam audiuerint, omnium horum luent pœnā: Ita & illi qui scorta mercātur, & Sybariticas mensas instruunt, & supercilia surrigūt, & fastu pleni, pauperes opprimunt: quando vnigenitus dei filius aderit cum angelis suis, & sedēs super thronum illum, orbem terrarum in mediū adducet: tunc nudi, & animi sui splendore destituti adducentur, & nullū vel aduocatū, vel patronum habentes, absq; venia in igneos fluuios proiicientur. Quapropter neq; hos beatos dixeris ob præsentes delicias, sed potius defle, & deplora ob futura supplicia: neq; iustum illū miserū existimaueris, ob præsentem paupertatē, sed pro beato habe, ob subsequētes bonorū diuitias, & in tuo animo sermonē hunc de resurrectione implāta: vt si bonus fueris, & tenteris, probatior euadas, maiorémq; alacritatē per spem futurorū accipias: sin malus, à malicia desistas, & continētior fias ob timorē futuri supplicij. Idcirco & Paulus de resurrectione nobis subinde verba facit, quēadmodū igitur & hodie audiuistis ipsum clamantē, & dicentē: Scimus enim, q, si terrestre nostrum domiciliū tabernaculi huius dissoluatur, domū ex deo ha- *1.Cor.5.a*

Universidad de Deusto
Biblioteca

bemus non manufactã æternam,in cœlis. Imò cum his & superiora tractemus,& videam⁹ quomodo in sermonẽ de resurrectione inciderit. Neq; enim simpliciter,neq; fortuitò hãc nobis afferre solet doctrinam:sed quia simul docere vult quæ futura sunt, & athletas pietatis cõfirmare studet. Nũc quidẽ gratia dei multa pace fruimur,& reges piè viuũt,& principes veritatẽ agnouerũt,& populi & ciuitates, & gẽtes erroribus liberati,Christũ omnes adorant. Tunc autẽ in principio prædicationis,cũ nuper pietatis semina iacta essent, magnũ præliũ erat multiplexq; ac variũ. Nã principes & reges,& domestici, & cognati,& oẽs impugnabant fideles: & repugnãte natura ipsa bellũ oriebatur. Pater filium tradebat sæpe,& filiã mater,& clientulũ patronus. Neq; ciuitates solæ neq; regiones, sed & domus nonnunquã in seipsas fectæ erant. Erátq; tumultus,qui nũc sæuiebat,atrocior q̃ intestinum quoduis bellũ. Nam facultates rapiebãtur,libertas auferebatur,& vitę periculum imminebat, non q⁹ Barbari in nos incursionẽ facerent, sed qui videbantur nobis præesse & dominari,peius erga subditos, q̃ bellatores oẽs affecti erant. Et hoc
Heb. 10.f declarat Paulus, ac dicit: Graue certamẽ afflictionũ sustinuistis, idq; cũ probris, & afflictionibus spectaculo fuistis omnibus. Etenim facti socij eorũ, qui sic subuertebãtur,vinculis meis cõpatiebamini,& direptionẽ facultatũ vestrarum cum gaudio tuliſtis. Ad
Gala. 3.a Galatas autẽ dicit: Tanta passi estis fruſtra, si modò & fruſtra. Thessalonicensibus quoq;,& Philippensibus,& in genere omnibus Paulus epistolas mittens, multa ciusmodi testatur,neq; hoc solũ erat graue, q⁹ foris frequens bellũ gerebatur,& continuum:sed q⁹ & inter fideles ipsos exorta fuerũt nonnulla scandala,& lites,& cõtentiones,& æmulationes:quæ & ip-
2.Cor.7.b sa manifestat Paulus,dicens:Foris gladius,intus autẽ timor. Verũ,istucipsum bellũ, an non atrocius erat & subditis,& præceptoribus? profectò nõ tantũ inimicorũ insidias formidabat Paulus, quantũ domesticas,& quæ intra ecclesiã contingebant, ruinas,&
1.Cor.5. & 2.Cor. 2.a transgressiones. Nã cùm apud Corinthios scortatus esset quidã,omni tẽpore illum lugens perseuerabat, ita vt viscera sua dissũperet,& amare eiularet. Erat & tertiũ genus quoddã, non minus molestiarũ quàm dictũ est,fidelibus afferens, ipsa scilicet rerũ natura, quæ frequentes labores,& sudores exigebat. Neque enim facilis & leuis erat via,ad quam illos ducebant apostoli: sed aspera & inexpedita, & quæ animã requirebat sobriam,& vigilem, & vndiq; diligentem.
Matt. 7.b Propterea & Christus anguſtã & strictam ipsam vocauit. Neq; enim viuere licenter & absque metu fas erat,sicut apud Gẽtes in turpitudine & ebrietate, & helluatione,& deliciis, & luxu: sed oportebat etiam frænare irascentiã,& imperare illicitę concupiscentiæ,& despicere opes,& cõculcare gloriam, & superiorem esse inuidia,& inuidentia. Quæ qualẽ laborẽ requirunt, sciunt hi, qui cum illis quotidie certant. Quid enim dic oro, infestius illicita cõcupiscentia, quæ veluti rabidus canis in nos continuò insilit,& quotidie nos obturbat? Atq; adeò opus est perpetuò vigilanti anima. Iam quid amarius ira? Et leuius quidem videtur non vlcisci eum,qui nos iniuria affecit, sed oportet & contristantibus benefacere,& scommatis nos incessentibus benedicere,& ne vllũ quidem vnquam amarum verbũ proferre. Quin & continentiam nõ in solis operibus,sed & in cogitatione ipsa mõstrare oportet. Nõ enim solũ ab incontinentiæ opere,sed & à tali aspectu abstinendũ est. Neque ex formoso mulierũ aspectu voluptas capiẽda: nam & ob talẽ contemplationẽ extremũ supplicium irrogabitur. Cũ igitur & tantũ bellum ab his, quæ foris: & tantus timor ab his,quæ intus: magnus quoq; erat & labor in meditãdis virtutibus. Accedit autem & quartũ. Nã inexperti erant certaminis tanti,quod certandũ erat: neq; enim apostoli eos qui à progenitoribꝰ suis pietatẽ exceperãt, erudiẽdos sortiti sunt, sed educatos in nocẽdi libidine & deliciis,& ebrietate,& turpitudine,& intẽperantia. Neq; hoc parui momẽti erat,vt difficilius redderetur certamẽ, q⁹ eã philosophiam neq; superiora tempora, neq; parẽtes docuerãt: sed tunc primũ ad huiusce modi certamina instruebantur. Cũ igitur tanta tunc esset certandi difficultas, Paulus,vt solaretur certantium laborem, subinde de resurrectione sermonẽ mouebat: & non hac solũ adhortabatur athletas, sed & suarũ passionum enarratione:eáq; de causa antequã in sermonẽ de resurrectione incidat, suas passiones exponit, sic dicens: In omnibus premimur, at non anxij reddimur:laboramus,at non destituimur: persecutionem patimur,at non in ea deserimur:deiicimur,at nõ perimus. Quotidianas mortes cõmemorat, eo q⁹ quasi animati mortui quotidie ad mortẽ tradebãtur:tunc ergo sermonẽ hunc de resurrectione mouit. Credimus enim,ait, q⁹ is qui suscitauit dominũ nostrũ Iesum Christũ,& nos per Iesum suscitabit, & vobiscũ constituet:propterea malis non succũbimus,ait,maximã in certaminibus ipsis cõsolationem habentes, spem futurorũ. Et non dixit ad ipsos, propter quod ne succũbatis malis:sed quid ait? Propter quod non succumbimus malis. Declarat se quoq; in continuis cõflictationibus esse. Enimuero in olympicis certaminibus athleta intra stadiũ certat,magister autẽ ludi foris cõsidens,sermonibus affert auxiliũ,eatenúsque certantẽ duntaxat iuuat, quatenus acclamationibus,sermonibúsq; valet:neq; enim vlla ei lege permittitur, propius assistere,& manibus illũ adiuuare. At secus res habet in pietatis certaminibus. Idẽ enim est & athleta,& magister ludi:& idcirco nõ extra caueã sedet:sed ingressus ad certamina ipsa,firmat cõpugiles,dicens:Propter quod malis nõ succũbimus. Et nõ dixit,Propter quod malis nõ succũbo,sed malis nõ succũbimus,laudibus ipsos erigere volẽs. Sed quanuis homo noster externus corrũpitur,tantò tamẽ internus renouatur in dies singulos. Vide quãta apostoli prudẽtia? Admonuit primũ eos ab afflictionibus,quas ferebãt,dicẽs:In omnibus premimur, at nõ anxij reddimur. Admonuit item à resurrectione Iesu:Nam qui suscitauit Iesum,& nos suscitabit. Nũc aliam quandã adhortandi rationẽ inducit. Quando quidẽ homines plerique pusillo animo sunt,& infirmi,ac miseri,& resurrectionẽ docti despiciunt,& ob tẽporis longitudinẽ vacillant ac recidunt: ideo aliã illis ante resurrectionẽ constituit mercedem, ac retributionẽ. Et quænam illa? Tametsi externus homo noster corrũpitur,internus tamen innouatur in dies singulos. Externum hominem,corpus: internũ, animã vocat. Et hoc ideo dicit, vt intelligas, q⁹ antequã resurgamus, & antequam fruamur gloria futura, etiam non parua hic laborum remuneratio datur, cùm inter anguſtias ipsas anima nostra reiueneſcit, sapientior ac magis pia euadit,maiore pollet patientia,

2.Cor.4.b

Ibidem.b

Ibidem.c

Rom.8.g

Psal.43.d

1.Cor.4.d

tia,& fortior atq; constãtior persistit. Nã sicut hi,qui in corporali certamine pugnãt, ante coronã & brabiũ, in meditatione & palæstra ipsa, magnã accipiũt mercedẽ,eo q⁹ corpora sua firmiora, & validiora exercitando faciunt,& infirmitatẽ omnẽ effugiunt:ita & nos virtutis certamen certantes, priusquã aperiatur cœlũ,priusquã filius dei adsit, priusquã retributiones nobis dẽtur,magnã mercedẽ accipimus,eo q⁹ anima sapiẽtiæ fit amantior. Similiter sicut qui mare nauigarũt: & innumeras procellas tulerũt, multáſq; hyemes perpesi sunt, & cũ multis bestiis certarunt: anteaquã merces referũt, nõ paruũ peregrinationis suæ lucrũ reportãt,eo q⁹ aliquantò fidẽtiores sunt,ac pelagi sæuiciã minus horrẽt:namq; intrepidè,& voluptate quadã transmarinas peregrinationes aggrediũtur: Ita & qui in præsenti vita, propter Christum multas fert afflictiones, multáq; grauia patitur, etiã anteaq̃ regni cœlorum magnã illã retributionẽ assequatur: magna hic potitur fiducia, animámq; suã ita excelsam efficit,vt posthac grauia omnia, quasi è sublimi derideat. Vt autẽ quod dicimus, adhuc manifestius colliquescat,exẽplo vti volumus. Paulꝰ ille, exantlatis innumeris malis, nónne insignes retributiones accepit,cũ irrideret tyrãnos, cũ furibũdos populos incitaret, cũ omnes pœnas cõtẽneret,impauidúsque,& imperculsus maneret cõtra bestias, cõtra ferrũ,in mari,in præcipitiis,in seditionibꝰ,in insidiis, deniq; in malis omnibus? quid huic conferri potest? Enimuero hominẽ exercitatũ,& nihil mali expertũ, mox,si quæ fortuitò oboriũtur turbulẽtiæ: imò non solũ res ipsæ,sed & stultæ opiniones, & rerũ vmbræ, pauidũ reddũt,& perterrent. Verũ,qui non omino inexercitatus,in certamẽ ingreditur, sed multa ante mala perpessus est,is omnibus posteà superior fit, & minas contẽnit. Nõ parua autẽ est hæc corona,neq; exigua merces, q⁹ illũ nihil humanarũ rerũ mouere potest. Nam quę aliis multũ formidanda videbãtur, ab hoc facilè contẽnebantur:& propter quę alij tremebãt, & metu obstupescebãt, ea multũ ridebat ipse,quia per excellentẽ patientiã, angelicarũ virtutũ philosophiã adeptus erat. Si enim corpus rectè beatum dicimus,quod potest absq; offensa ferre frigus, & calores,& famẽ,& inopiã, & viæ difficultates, ærumnáſq; alias: quantò magis beatã vocare oportet animã, quæ viriliter ac fortiter omnes omniũ molestiarũ ferre incursus, & per omnia seruare cor suum nulli seruituti obnoxiũ potest? Plauè is regũ est rex, & magis q̃ rex. Regẽ enim satellites,milites,amici,& inimici nunc insidiãdo, nunc apertè vim faciendo offendere possunt:huic autem, cui animus qualem nunc dixi, neq; rex,neq; stipator,neq; familaris,neque amicus,neq; inimicus,neq; diabolus ipse aliqua ex parte potuit nocere. Aut quo pacto, cùm is omni studio in hoc incũbat,ne inter mala computet, quæ vulgò mala haberi solent? Talis quippe erat beatus Paulus,atq; propterea dicebat: Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio,vel anguſtia, vel p̃secutio,vel fames, vel nuditas, vel gladius, vel periculũ? Sicut scriptũ est: Quia propter te morte conficimur tota die,reputati sumꝰ vt oues mactationis: sed in illis omnibꝰ egregiè vincimus ꝓpter eũ, qui nos dilexit. Istud etiã hoc loco insinuãs dicebat: Tametsi externus homo noster corrumpitur, internus tamẽ renouatur in dies singulos. Infirmũ fit corpus, ait, sed validior & potẽtior animus, quin & multò alacrior, & agilior. Et sicut miles,si gestarit arma sese grauãtia, licèt alioqui strenuus sit,& in militia exercitatus,nõ est terrori hostibus,qui sciũt armaturæ grauitatẽ pedũ velocitati & bellãdi vsui obesse: sin leuia acceperit,& tractabilia, sicut auis aliqua obuiũ se feret hostibus: Sic & qui carnẽ suã nõ ebrietate, neq; indulgẽtia,neq; deliciis incrassarit:sed iciuniis & precibꝰ, diuturnáq; afflictionũ sustinẽtia,leuiorẽ & tenuiorẽ effecerit: sicut volucris aliqua supernè deuolans, ita valido impetu in phalãges dæmonũ irruit,& occurrẽtes virtutes facilè inuadit,sibique subiicit. In hunc modũ & Paulus multis affectus plagis, & in vincula cõiectus,& ligneis vinctus cõpedibus,corpus quidẽ habuit valde infirmũ,laboribúsq; emaciatũ,animam verò fortẽ,& inuictã: atq; adeo fortis erat vinctus, vt ad solã eius vocẽ fundamẽta carceris cõmouerẽtur, & solutis cõpedibus vinctus supra pedes statueretur, aperirẽturq; ianuæ clausæ. Itaq; haud paruam nobis consolationẽ Paulus exhibuit, quæ cõceditur etiam antequã resurgamus,nẽpe q⁹ tentationibus meliores & sapientiores reddemur:idcirco dicit, Afflictio patientiã operatur,patientia probationẽ,probatio spẽ, spes verò non cõfunditur. Et iterũ alius quidã dicit: Vir qui nõ tẽtatur,nõ est probatus: & qui nõ est probatus,nullius pẽsi est. Et ita nõ patũ nobis cõferunt afflictiones ante resurrectionẽ,cùm anima redditur probatior sapiẽtia & intelligẽtia præstãtior,& ab omni libera formidine. Et idcirco dicit: Etiãsi externus noster homo corrũpatur,internus tamen renouatur in dies singulos. Effugatur enim omnis effœminatio, extinguuntur concupiscẽtiæ absurdæ,& auaricia,& inanis gloria,& in summa,interimuntur omnes aliæ malæ peruersæq; cogitationes. Vt ergo anima ignauiæ socordięq; dedita, facilè huiusmodi afflictionibꝰ est obnoxia: ita si cõtinuis est implicita ꝓ pietate certaminibꝰ, nõ tantũ habet ocij, vt de his vel cogitet aliquãdo, curis videlicet ipsam ab his omnibꝰ ad palęstræ studia auocãtibus. Propterea dicebat, innouatur in dies singulos. Posteà vt denuò soletur animas dolẽtes in malis quibꝰ affligũtur, & aliã philosophiã nesciẽtes erigat spe futurorũ, sic dicit: Quę em̃ nunc leuis est afflictio, mirè supra modũ æternæ gloriæ põdus operatur nobis,dũ nõ spectamꝰ ea,quæ vidẽtur, sed quæ nõ vidẽtur. Nã quæ vidẽtur tẽporaria sunt: quæ verò nõ vidẽtur, æterna. Quasi diceret, Plurima igitur,& in hac vita afflictio nobis bona cõfert,nẽpe q⁹ animã nostrã sapientiorẽ,pudẽtiorẽq; facit, innumera tamẽ & futura bona conciliat: nõ ea quę laboribus ex æquo repẽduntur,sed ampliora, q̃ certaminibus debẽtur, tam secundũ qualitatẽ q̃ secundum quantitatẽ. Et ambo ista declarans, cõparat & excellentiã præmiorum & periculorũ, & opponit breue nunc ęternitati, & leuitati, põdus: afflictioni, gloriam. Afflictio enim ait, tẽporalis est & leuis. Relaxatio autem,immo nõ dixit afflictionis relaxatio, sed gloria, quæ relaxatione afflictionis multò est maior, vtpote æterna,& cõtinua,& magna. Põdus autẽ hic nõ ęrũnosum,& onerosum,sed magnificũ & preciosum aliquid vocat vulgari cõsuetudine, qua preciosa grauioris esse ponderis vocare solemus. Cũ igitur dicit, pondus gloriæ,magnitudinẽ gloriæ dicit. Inquit igitur, Ne hoc reputes, q⁹ flagellaris & expelleris, sed potius cogita coronas & retributiones, q⁹ illæ longiores,maiores & clariores sint præsentibus,nullúmque finem habeant,aut terminũ. Et hæc applicat ad

2.Cor.4. d. & Col. 3.b

2.Cor.4.d

Universidad de Deusto Biblioteca

tentationẽ,illa vero ad ſpẽ: & de his dicit, quod ap-
parent:de illis vero,quod nõ apparẽt.Iam ſi rectè ſa-
pis,inuiſibilia multo magis apparẽt,q̃ viſibilia,pote-
riſq; illa magis videre q̃ hæc:hæc enim trãſeunt, illa
autẽ permanent.Eapropter addit, dicens: Dum nos
non ſpectamus ea quæ vidẽtur,ſed quæ nõ vidẽtur:
quæ enim videntur,tẽporalia:quæ nõ vidẽtur,ęter-
na.At ſi dixeris,quomodo poſſum videre ea quę nõ
videntur:& ea quæ præſentia ſunt,non videre ? Agè
tentabo quomodo tibi horũ fidẽ faciam,ídq; à ſecu-
laribus negociis.Nã in rebus huius mũdi,nemo ſta-
tim aliquid agit,niſi priuſquàm videat viſibilia , ſpe-
ctet inuiſibilia.Dicam autem exemplũ. Negociator
multas fert tempeſtates,fluctuũ inſultus , naufragia,
multáq; alia incõmoda ? verùm non niſi cùm nego-
ciationem aliquandiu exercuerit , & merces cõpor-
tarit,diuitiis partis fruitur.Et præcedunt quidẽ tem-
peſtates,ſequũtur autẽ merces : & videt quidẽ pela-
gus ac fluctus,cùm è littore ſoluit , merces autẽ non
videntur,tantũ autem ſperantur. At niſi ad eã reſpi-
ciat,quæ nõ apparet,& abſens eſt:& nõ in manu,ſed
in ſpe:nunquã etiam pręſentia,& quæ apparẽt attẽ-
tabit.Similiter & agricola iungit bouẽ, aptat aratrũ,
profundos facit ſulcos, ſemináq; ſpargit , & oĩa quæ
ſibi ſunt inſumit,& frigora,& glacies,& imbres,& a-
lias fert ærũnas,quãuis multas:tandẽq; poſt labores
expectat,vt videat cãpos virentes,& impletã aream.
En & hic prior eſt labor, poſterior verò merces : &
merces incerta,labor verò certus & difficilis : & illa
quidẽ tantũ in ſpe,labor autẽ in manibus. Verũtamẽ
& ipſe niſi primũ hanc ſpectet,quæ dubia, & nõ ap-
parens,& corporeis oculis incõſpicua: nõ ſolùm nõ
iunget bouem,ſed & neq; aratrũ trahet,neq; ſemina
ſparget, neq; vnquã ad id operis vel domo egredie-
tur.Sicut igitur in reb⁹ vitę huius magis ſpectatur ad
inuiſibilia,quàm ad viſibilia: & antea fertur labor, q̃
videatur merces, & primũ difficilia quæq; ſuſtinen-
tur,& ſic inde expectantur fructus: ſicq; ſpes inuiſi-
biliũ primũ adducit, & tunc viſibilia quoq; attingũ-
tur:ad hæc,dubitare,hæſitare,& poſcere mercedem
ante labores:videtur eſſe animi abiectioris , q̃ ſint a-
gricolæ,& nautæ:nõ enim in hoc ſolo ipſis videmur
eſſe deteriores,ꝙ ęgrè futura expectamus,ſed etiam
in alio quodã nõ minore illis.Et quódnã eſt hoc?Illi
enim non ſatis fidere poſſunt fini ſuo,& incerti ſunt
quantũ mercedis habituri, attamen nec ſic à labori-
bus deterrentur.At tu fideiuſſorẽ coronarum habes
fide digniſſimũ:& neque ſic imitaris illorũ ſtudiũ,ac
ſtrenuitatẽ.Etenim nonnunquam agricola poſtquã
ſementẽ fecerit, agrũ coluerit,iam ſegetẽ increſcere
viderit,ſpe tamẽ & retributione laborũ excidit,ſi vel
grando, vel erucæ, vel locuſtæ , vel alia quædã talia
acciderint , & poſt multos labores vacuis manibus
domũ regreditur.Mercator quoq; poſt longã naui-
gationẽ afferens oneratã nauim, ſæpe in ipſo portus
oſtio,irruentibus vẽtis,impingit in ſcopulum, & vix
nudo corpore ſaluato egreditur. Et in ſumma,in ſe-
cularibus negociis omnibus ſæpe ſub finẽ eiuſmodi
calamitates eueniũt.Cæterũ non idẽ in tuis cõtingit
certaminib⁹:ſed neceſſe omnino eſt, vt qui certaue-
rit,& pietatẽ ſeminauerit,multóſque labores tulerit,
finẽ ipſum aſſequatur . Neq; enim aëris intemperie,
neq; ventorũ tẽpeſtate,laborum mercedes ſubuerti
ſinit deus,ſed repoſitæ ſunt illæ in cœleſtib⁹ & inde-
Rom.5.a prædabilibus theſauris.Propter hoc & Paulus dice-

A bat:Afflictio patientiã operatur, patientia probatio-
nem,probatio ſpẽ,ſpes autẽ non confunditur.Igitur
ne dixeris futura inuiſibilia , ſi exactè dicere volue-
ris.Plus enim apparẽt,quàm illa ipſa, quæ in manib⁹
ſunt.Quod idipſum Paulus nobis mõſtrãs,dicit: Illa
quidẽ æterna,hæc verò temporalia . Nomine tẽpo-
ralium, declarat nobis corruptibilitatẽ ipſorũ : nam
antequàm appareãt,aufugiunt,& auolãt antequàm
conſiſtant,mutationéſq; eorũ celeri momẽto fiunt.
infidã igitur in diuitiis,gloria,potẽtatu,corporis for-
ma,& quocunq; ſeculari alio bono, poſſeſsionẽ con
tueri licet.Eapropter propheta reprehẽdens agẽtes
in deliciis,& in diuitias,vel quanuis aliam rem tẽpo-
ralẽ inſanientes,Quaſi ſtantia,dicit,reputarunt hæc,
non quaſi fugientia. Nam ſicut vmbrã nemo cõpre-
henderit,ita neq; temporales res : ſed eorum aliqua
B fine ſuo conſummãtur & diſſoluuntur,alia ante finẽ
velocius quouis torrente diffluunt.Futura autẽ non
ſunt talia:mutationem enim neſciũt,viciſsitudinem
non patiuntur:non ea vrget ſenectus,nullam altera-
tionẽ experiuntur,ſed perpetuò vigent,& in ſuo de-
core permanẽt.Et ſi de infidis,ambiguis, & nõ appa
rentibus dicendũ,ea ſunt præſentia. Nam apud poſ-
ſidentes nõ manent, ſed quotidie dominos mutant,
& ab illis ad alios trãſeunt,& rurſum ab illis ad alios.
Vbi oĩa hæc à Paulo dicta,qui vocat præſentia tẽpo- 2.Cor.5.a
raria,& futura æterna:tunc de reſurrectione ſermo-
nem habet , ſic dicens : Scimus ꝙ ſi terreſtris noſtra
domus huius tabernaculi diſſoluatur , domũ ex deo
habemus,nõ manufactã,æternam in cœlis. Vide ite-
rum quàm propriè etiã hoc loco dictionibus vtatur,
& vim ſententiæ ſuæ ipſis nominibus declaret. Non
C enim ſimpliciter tabernaculum corpus vocauit, ſed
indicat nobis vitã hãc præſentem tẽporalem, & de-
clarat quomodo commutãda ſit in meliorem: quaſi
dicat,Quid ingemiſcis& lachrymaris,dilecte,ꝙ ver-
beribus pulſaris, ꝙ ab hominum cœtu expelleris , ꝙ
in carcerem intruderis? Quid luges afflictiones illas
particulares,cũ pro perfecta corporis ſolutione ora-
re debeas,immo nõ ſimpliciter corporis, ſed corru-
ptionis in corpore?Nam vt oſtendat, ꝙ particulares
illæ afflictiones non ſolùm contriſtare nos non de-
beant,ſed & lętificare:monſtrat,ꝙ precemur & ope-
remur vniuerſalem & poſtremam conſummationẽ,
diſſolutionem inquam per mortem . Sic enim dicit:
Etenim in hoc ingemiſcimus,deſiderantes vt domi-
cilium noſtrũ cœlitus ſuperinduatur. Domũ autem Ibidem.
tabernaculi,corpus dicit:rẽ vnã duobus nominibus
D explicando. Vel domũ tabernaculi, vocat, domus in
quibus habitamus,ciuitates,& figurã præſentis vitę.
Et non ſimpliciter dixit,ſcio:ſed,ſcimus:& auditorũ
quoq; ſententiã aſſumpſit, dicens: Nõ de rebus am-
biguis diſputo,nõ de his quę neſciũtur,ſed de his de
quibus iãpridẽ edocti eſtis,credentes in reſurrectio-
nẽ IeſuChriſti:& ob hoc tabernacula vocamus cor-
pora eorũ,qui hinc decedunt. Vide autẽ quomodo
& verbo appoſitè ſit vſus. Non dixit occiſum eſt, vel
diſparuit,ſed diſſolutũ eſt:quo declarauit, quod diſ-
ſoluitur , vt reſurgat fulgidius, vt inueniatur clarius:
ſicut etiã labores & præmia conferebat à qualitate,
quãtitate & tẽpore.Ita & hic facit , corpus deciduũ,
tabernaculi:quod autẽ reſurgit, domus nomine vo-
cat:& non ſimpliciter domum,ſed æternã,ſed cœle-
ſtem:excellẽtiã eius tam à tẽpore, quàm à loco ſub-
indicãs.Hæc enim terreſtris eſt,illa cœleſtis: hæc tẽ-

poralis,illa æterna . Et nunc quidẽ opus noſtro cor-
poris domicilio propter carnis infirmitatẽ, tũc verò
idem & corpus erit, & domicilium: neq; tecto, neq;
vllis velamẽtis habẽs opus , pro omnibus his cõten-
tũſui ipſius incorruptibilitate.Poſtea indicãdo emi-
nẽtiam bonorũ nobis repoſitorum, dicit: Etenim in
hoc ingemiſcimus.Quibus eos ad ſuam philoſophiã
trahere vult,& ſuę poſſeſsionis facere participes.Et-
enim in hac parte ingemiſcimus, deſiderãtes domi-
ciliũ noſtrũ è cœlo ſuperindui: nõ dixit ſimpliciter,
indui:ſed ſuperindui.Siquidẽ & induti nõ inuenia-
mur nudi.Et licet appareat obſcurũ eſſe,quod dictũ
eſt:ſit tamẽ manifeſtius per ea quæ ſubduntur.Etenĩ
qui ſumus in hoc tabernaculo,ingemiſcim⁹ grauati,
eo ꝙ nolumus exui,ſed ſuperindui. Vide quomodo
ſeipſum non arguit,neque vo cat domũ hoc corpus,
ſed tabernaculum dicit, eo ꝙ nolumus exui , ſed ſu-
perindui.Hic importunè flagellat criminãtes naturã
corporis,& accuſantes carnẽ noſtrã . Quia enim di-
xit,ꝙ ingemiſcimus,& exui nolumus:vt ne putes ꝙ
corpus quaſi malũ aliquod,& cauſam maliciæ,& ini
micum,& hoſtẽ fugiat,audi quomodo ſuſpicionem
excludit.Primũ cùm dicit,Ingemiſcimus grauati,eo
ꝙ nolumus exui,ſed ſuperindui. Quod autem dixit
hoc eſt,nõ carnem volo deponere,ſed corruptionẽ:
non corpus,ſed mortẽ.Aliud eſt corpus,aliud mors:
& aliud corpus,aliud corruptio:neq; corruptio cor-
pus eſt,& corruptibile quidẽ corpus eſt, non autem
corruptio corpus.Nã corpus opus eſt dei, corruptio
autẽ & mors à peccato inuectæ ſunt.Igitur ait,id qđ
alienũ eſt exuere volo,nõ quod proprium. Alienum
autẽ eſt,nõ corpus,ſed corruptio.Et propter hoc ait,
eo ꝙ nolum⁹ exui:hoc eſt,auferri corpus, ſed ſuper-
indui in corpore incorruptionem. Corpus medio ſe
modo habet inter corruptionẽ & incorruptionem.
Deguſtat hic corruptionẽ,& alibi deguſtat incorru-
ptionẽ:abiicit quod accepit à peccato,&poſſidet qđ
dedit dei gratia. Vt diſcas ꝙ exuere, non de corpore
dicit , ſed de corruptione & morte : audi ex his quæ
mox ſubiiciũtur.Nã poſtq̃ dixit,nolumus exui: ſed,
ſuperindui:nõ dixit,ꝙ abſorbeatur corpus ab incor-
poreitate , ſed quid ? ſed vt abſorbeatur mortalitas à
vita,hoc eſt,vt euaneſcat,vt aboleatur:ita abolitionẽ
nõ corporis vocat,ſed corruptionis & mortis. Adue-
niẽs enim vita nõ corpus abolet &abſumit,ſed mor-
tem & corruptionẽ quę illud inuaſerãt.Gemitus er-
go ille,nõ propter corpus eſt,ſed propter corruptio-
nẽ & mortẽ,quæ illi ineſt . Etenim corpus graue eſt
& oneroſum,ac moleſtũ:non ſecundũ ſuam naturã,
ſed ſecundũ mortalitatẽ, quæ poſtea illi ſuperuenit:
nõ vt corpus,ſed vt corruptibile. Tãta enim eius eſt
generoſitas,vt dignitatem ſuam picturis quibuſdam
expreſſerit . Nam apoſtolorum vmbræ incorporeas
expulerũt virtutes:item cinis & puluis eorũ, & ami-
cula,quæ illorũ adhæſerant corporibus, morbos fu-
garũt,ſanitatẽq; cõtulerũt.Nihil ergo mihi de phleg
mate,& cholera,& ſudore,& ſordibus, ac aliis dixe-
ris,quæ corporis accũſatores narrant : neq; enim ex
natura corporis hæc fuerunt,ſed à poſteriore corru-
ptione inuecta ſunt.Nã ſi,quæ ſit eius natura , addi-
ſcere voles: conſidera membrorũ omniũ formatio-
nem,figurã,operationes,mutuãq; concordiã:&vide
ciuitatem illã optimis legibus gubernatã , nõ niſi ſa-
pientes habere ciues , videbis diligẽtem membrorũ
inter ſe adminiſtrationẽ. Sin ſurſum deorſum , obi-

A terq;hæc prætercurris, profectò horres ſolã paſsibi-
litatẽ, & corruptibilitatẽ,quãuis nec hic nobis deſit
reſponſio.Nam ꝙ hinc humano generi non ſolũ ni-
hil damni,ſed etiã plurimũ commodi acceſſerit , in-
de colliqueſcit:ſancti enim omnes in corpore viuẽ-
tes,declararũt, quàm gubernarint ſenſus ſuos, nullo
per eos,quantũ ad virtutis curſum attinet,affecti in-
cõmodo.Quin & alij qui mediocriter virtutem co-
lũt,attendẽtes corporis imbecillitatẽ, minus in præ-
uaricationibus ſuis progreſſi ſunt.Cũ enim homines
nonnulli etiã mortali,& patibili hoc corpuſculo cir-
cũdati,æquales ſe deo eſſe ſibi viſi ſunt,& ob hoc tã-
ta ſe gloria obſeruari curauerint:qua nõ ſtulticia de-
cepti eſſent, ſi nõ paſsioni corruptioníq; obnoxium
corpus , vtpote certũ infirmitatis ſuæ indiciũ ſortiti
fuiſſent?Quia ergo corp⁹ obſtat impietati,quæ ſum-
B ma eſt malicia,& ſanctis præſtat,vt animę fortitudi-
nẽ declarẽt:quã veniã conſequẽtur hi qui ipſum ac-
cuſant,& malũ clamant ? Non enim talia de ipſo di-
cẽda.Inſuper & hinc nobis ad dei noticiã pater via.
Si enim inuiſibilia eius,quæ à cõditione mũdi in fa- Rom.1.c
cturis cõſiderata conſpiciũtur,& fides ex auditu eſt:
ſatis manifeſtũ , ꝙ per oculos & aures manuducitur Ibid.10.d
anima,vt agnoſcat deũ qui illã fecit.Idcirco iſtucip-
ſum Paulus amat &clamat,ac dicit:Nolo illud exui, 1.Cor.15.
ſed ſuperindui & immortalitatẽ. Quo pacto autẽ po g
teſt reſurgere corpus , fieriq; corruptionis immune?
At cùm dei potẽtia operatur, quo pacto nõ eueniet?
Sed quid de deo inquã?Teipſum fecit deus,vt reſur
rectionis eſſes opifex,id qđ patet in ſeminib⁹,artib⁹,
materiiſq; metallorũ.Etenĩ ſemina niſi prius moriã-
tur,& putreſcãt,& corrũpãtur:nõ pariũt ariſtã. Sicut
C igitur qui videt ibi granũ qđ corrũpitur & diſſolui-
tur,non dubitat de reſurrectione , ſed certiſſimã de-
mõſtrationẽ facit.Nam ſi ita maneret,&nõ corrum-
peretur,vel diſſolueretur,certũ ꝙ nũquã reſurgeret.
Sic cogita & de corpore tuo , cũ vides corruptionẽ,
tunc potiſſimũ de reſurrectione philoſophare.Nam
mors nihil aliud eſt , q̃ plena corruptionis conſum-
ptio.Neq; enim mors ſimpliciter corpus, ſed corru- *Mors quid ſit.*
ptionẽ corporis abſumit. Hoc etiã in metallorũ ma-
teriis vides euenire. Rudẽ enim glebã in qua aurũ,
accipiũt eius artis gnari,& in conflatoriũ mittũt, fa-
ciũt aurũ circũponẽdo ſtannũ & aliã materiã, & au-
rũ nõ proferũt,donec purũ excoquatur.Iã ſi tantum
poteſt ignis potẽtia, cur nõ & diuina ? dic quæſo, an
nõ multò magis poteſt?Et quis mẽtis compos de his
dubitaret?Cogita,quomodo te à principio fecit,nec
D erit quod de reſurrectione ambigas . Nõne terrã ac-
cepit,& formauit:tametſi operoſi⁹ videatur,formari
è terra carnẽ,& venas,& cutem,& oſſa,& neruos,&
arterias,& inſtrumẽtalia , & ſimplicia corpora, ocu-
los,aures,nares,pedes,manus,& vnicuiq; horũ tã ꝓ-
priã quàm cõmunẽ indi operationem, quàm corru-
ptibilia facta,efficere incorruptibilia?An non vides,
quomodo vniformis quidẽ terra , corpus autẽ mul-
tiforme & variũ , nẽpe in operationibus, coloribus,
figuratione,eſſentiis,& aliis omnib⁹?Dic igitur,quid
ita de futuris dubitas?Et quid op⁹ eſt dicere de cor-
poribus?dic mihi quomodo fecerit virtutes immen
ſas,populos cœleſtes, angelos,ſuperioráq; his agmi-
na , dic oro modũ quo fecit? Hic nihil dicere potes,
quàm ꝙ ſola volũtas ad hæc ſuffecerit . Cæterũ qui
tot incorporeos formauit exercitus,hominis corpus
diſperſum renouare iterum , & in maiorem proue-

Universidad de Deusto
Biblioteca

here dignitatē nequit? Et quis sic insensat⁹ est, qui de his dubitet & resurrectionē fore inficias eat? Ad hęc, si nō resurgit corpus, nō resurgit homo. Homo enim nō est anima sola, sed corp⁹ & anima. Si ergo anima sola resurget, dimidiū animal resurget, & ita non integrū. Sed & de anima non propriè dicitur resurrectio. Resurrectio enim eius est quod cecidit, & quod dissolutū est. Anima autem non dissoluitur, sed corpus. Quid ergo id est, quod ait? Siquidē & induti nō nudi inueniamur? Sacramētum magnū & ineffabile nobis ibi adūbratur. Quale autē hoc? nēpe id quod
1.Cor.15.g & in epistola ad Corinthios dicit: Omnes quidē resurgemus, vnusquisq; autē in suo ordine. Quid autē est, quod hic dicitur? hoc videlicet quod Græcus, & Iudæus, & hęretic⁹, & omnis homo qui venit in hūc mundum, in hac nostra resurrectione erit: & hoc est
1.Cor.15.g quod manifestat, dicēs: Omnes quidē non dormiemus, oēs autem immutabimur, in atomo, in momēto oculi, in illa vltima tuba. Quia ergo cōmunis est omnibus resurrectio, & piis & impiis, & bonis hominibus, vt ne putes iniustū quoddā fieri iudicium, neque dicas ad teipsum, Quidnā hoc est? ego, qui multo studio & labore & in miseria vixi, resurgo, & Gręcus, & impius, & idololatra, & qui ignorat Christū, etiā ipse resurgit, & simili honore mecum fruitur. Vt ne talia dicens conturberis, audi quid dicit, Siquidē induti nō nudi inueniamur. Et quomodo dicit, qui indutus est incorruptionē & immortalitatem, vt inueniatur nud⁹? Videlicet si gloria priuamur, & fiducia ad deū destituimur. Etem peccatorū quoq; corpora incorruptibilia resurgūt, & immortalia: sed hic honor fomentum & viaticum ipsis erūt suppliciorū & vltionis: incorruptibilia enim resurgūt, vt semper vrātur. Nam cū ille ignis sit inextinguibilis, opus est illis corporibus, quæ & ipsa nūquam consumantur.
2.Cor.5.a Eapropter dicit: Siquidē & induti, nō nudi inueniamur. Nō enim hoc solū est quod quæritur, vt resurgāmus, & immortalitatē induamus: sed vt cū resurrexerimus, indutíq; fuerimus immortalitatē, nō inueniamur nudi à gloria, fiduciáq; erga deū, néve igni illi tradamur, & ob hoc dicit: Siquidē & induti, nudi non inueniamur. Post hæc iterū fide dignum de resurrectione sermonē habet: & cū dixit, futurū quod absorbeatur mortale hoc à vita, adiicit, Qui autē nos
Ibidem. fecit ad hoc ipsum deus à principio, propter hoc hominē formauit dicit, vt nō pereat, sed vt ad incorruptionē pergat. Ita vt quando mortē permisit, hoc ipsam consilio permiserit, vt vltione prudentior factus homo & melior, possit denuò ad immortalitatē reduci. Ratū atq; firmum hoc consilium, & hæc sententia ab initio apud deū, atq; hac ratione primum hominē formauit, idq; statim nobis ex procœmiis ipsis declarauit. Nisi em voluisset nobis resurrectionis ianuas aperire, nō permisisset Abelē omni virtute prędituū, factúmq; sibi amicum, quæ passus est pati. Nūc autē nobis demonstratū est, q̄ ad aliam vitam pergimus, & aliud quoddā seculū iustis relictū est, in quo coronas & retributiones sibi repositas accipiāt. Hinc est q̄ permittit, vt is qui primū hic iustè vixit, laborū suorū mercedes hic nō accipiat: sed hinc abiens, clamet per ea quæ hic passus est, & ad oēs dicat: Post hanc vitam est retributio aliqua, & merces & remuneratio. Propterea etiam Enoch transtulit, & Eliam
Gene.5.d & 4.Re.2.b rapuit, docens per eos resurrectionis materiam. Et sufficit ad argumentorū copiam sola conditoris potentia: at si quis est infirmior, & aliā insuper demonstrationē habere vult, & pign⁹ futuræ resurrectionis, etiā idipsum nobis deus magna liberalitate dedit, spiritus scilicet gratiā. Quocirca cùm Paulus de resurrectione sermonē habuisset fidelissimum, de Christi resurrectione, eo q̄ deus eius author esset, adducit & hoc tertium: Et arrabonem nobis dedit, nō auri nec
2.Cor.5.b Arrabō. argenti, sed arrabonē spiritus. Arrabon autē pars est totius, & de toto fides. Nā sicut in cōuiuiis, qui acceperit arrabonē, fidē habet, & securus est de toto reliquo: ita & tu cū acceperis arrabonem spiritus, dona inquā, non iam dubitare debes de cæteris bonis tibi repositis. Qui enim excitauit mortuos, curauit cæcos, dæmones expulit, leprosos mūdauit, morbos emendauit, mortē soluit, & tāta ac talia potens est facere, & incredul⁹ es? tu in fragili & mortali corpore, quam assequeris veniam, de resurrectione dubitās? Si enim cùm nondū resurrectionis tempus aduenit, sed cùm adhuc certatur, tantas reddit tibi coronas deus: cogita, quanta suo tempore bonorū brabia daturus sit. At si quis dicat, sed non videmus hæc signa nunc fieri, neq; nobis tanta virtus concredita est? Illud respondeim q̄, nihil differt, siue nunc, siue olim hęc facta sint. Nam quę prius ab apostolis sunt facta, testantur per omnem orbem ecclesiæ, & populi, & ciuitates, & gentes, ad quas idiotæ piscatores peruenerūt. Neq; enim toti orbi præualuissent illiterati, & inopes, & pauperes, & viles, nisi miraculis adiuti. Verùm nec tu gratiæ spiritus factus es expers. Etiámnū multa sunt donationis illius symbola, atq; his quæ enumerata multò maiora, & magis admiranda. Non enim ęquale est, corpus mortuum & animam à peccatis occisam ab interitu liberare, quod per baptismū fit. Nō æquale est pellere morbum carnis, & abiicere pondus animæ. Non est ęquale oculum cæcatum restituere, & animā obtenebratam illustrare. Nisi enim esset arrabō spiritus & nunc, neq; baptisma adhibitum esset, neq; peccatorum remissio, neq; iustitia & sanctificatio facta esset, neq; adoptionem filiorum dei accepissemus: neq; percepissemus mysteria. Corpus enim & sanguis mysticus nō fiunt absq; spiritus gratia. Neq; sacerdotes habuissemus, neq; has ordinationes sine tali visitatione fieri possibile. Sed multa possemus dicere gratiæ spiritus symbola, & q̄ etiam tu spiritus arrabonem habes, & mortē animæ pellis, cæcitatémq; cogitationum, & vitæ exuis immundiciem. Ne igitur dubitemus de futuris, præsertim cùm talia acceperimus pignora, sed vndequaq; de resurrectione sermonem solidum colligentes, vitam tantis dogmatis dignam exhibeamus, vt & assequamur hic bona incorruptibilia, quæ sermonē ac mentem humanā transcendunt. Quæ omnibus concedat, gratia & misericordia sua dominus noster Iesus Christus, per quem, & cum quo patri gloria, simúlque spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

Sermo eiusdem, de resurrectione.

DE resurrectione domini nostri Iesu Christi, quantùm valemus lingua humillima vestræ dilectioni narrabimus. Deponētes lugubre mœroris palliū, accipiamus lætitiæ indumentū cùm de resurgētis vita gaudemus. Testātur elemēta rediuiua, quę erāt funereo tegmine iam sepulta. Ad exequias domini relictis cursibus suis obsequio famulāte migrauerāt, nunc nobiscū lætantur, quia nobiscū resurrexisse dominū profitētur. Propter laborem vigiliarum

giliarum breui sermone percurrimus euāgeliū. Maria festinat ad tumulū. Maria, nō mater domini, quæ virgo genuit, & post partū virgo permānsit, sed aliam Mariā nominamus, quę fugientibus apostolis, ad sepulchrū domini sola peruenit. Apparuit ei saluator rediens ab inferis, victor de diabolo triūphator. Lugete animę miserorū, quæ non meruistis post tartari carcerē superos reuidere. Apparuit ergo mulieri. Oportuit enim obuiare sponsam sponso, ecclesiā Christo, redemptori captiuam domino famulā, creaturā creatori. Adhuc illa carnis nebula caligabat, & hebetem corporis cæcitatē gerebat in mēte, vt nō agnosceret quē nouerat, non aspiceret quem videbat, nō
Ioā.20.d crederet, cui crediderat. Mox reddita est sanitas mētis, fugatæ sunt tenebrę falsitatis. Vade, inquit, dic fratribus meis. Nō dixit, dic errātibus, dic fugitiuis, dic latētibus, dic negātibus, sed dic, inquit, fratrib⁹ meis. Plures nāq; Marias, fratres charissimi fuisse quis ambigat: quę pro qualitate meritorū post resurrectionē dominum meruerūt videre. Vna deniq; cū vnguēto prima sabbati, alia sine vnguēto vespere sabbati venisse ad sepulchrū domini designantur. Sed hæc adnititur pedes domini tenere: illa tāgere prohibetur. Hæc discipulis nunciauit dominum resurrexisse. Illa existimās furto sublatū esse congemuit. Illi in gloria sua Christus occurrit, hæc adhuc dominū cū mortuis quærit. Nec immeritò tāgere prohibetur quæ viuentē cū mortuis requirebat. O admirabilis bonitas saluatoris: appellat fratres, quos nouerat negatores. Perrexit mulier, nūciat apostolis dominū resurrexisse. Soluite captiui vincula tarditatis, redite ad dnm, redite ad magistrū: quia mulier nunciat, non videatur indecorū. Thomas vnus de discipulis ambiguæ mētis incredul⁹, de resurrectione dubi⁹, & penè perfidiæ laqueo suffocat⁹, aspicit Christū corpore vestitū, quod fuerat passione nudatū. Ipse ex integris genitalibus virginis, mēbra infantis eduxit, qui clausis ianuis iuuenem introduxit. Expauit apostolus culpā suā, & confessionis pœnitētiam publicauit. Veni, inquit dominus: tāge vestigia vulnerū meorū, festina curiose, festina perfide, vt vulnera tua vulneribus sanētur: & mēs tua sauciata perfidię iaculis, indulgētię medicamēto curetur. Thomas reus, à quo fuerat dominus offensus, prostratus pedibus saluatoris, lamētabiles gemitus fudit. Dns meus, ait, & deus meus.
Ibidem. Sed & mitissimus Christus cōfitentē non contēpsit: nolo, inquit, sis incredulus, sed fidelis. Bona est pœnitētia fratres, si tarda nō fuerit: & si fuerit sera, in opere videatur esse perfecta. Facili⁹ cognoscimus veniā creatoris, quàm pœnitentiam peccatoris.

Item eiusdem, de eodem.

POst custodias sæuas & vincula dura, post illusiones & verbera, post aceti & fells pocula mixta, post supplicia crucis & vulnera, postremò post ipsam mortē & inferos: surrexit de suo funere caro noua, rediuiua phœnicis, quā vltimus sol & cinnama coxerant pietatis. Redit ab occiduo orbe latens vita, & in monte salus seruata resurgit, pulchrior reditura post funus. Quid cœnam illā liberalē cōmemorē, vbi tingebat discipulus mēdax digitū? Edebat cū pane cædem, & sorbebat cū sanguine potionē. O crudele proditoris cōuiuiū, rogo, quibus oculis aspiciebat, quē sub dēte premebat? Parricida pariter & conuiua vendidit argento dominū, fecit de magistro ferale commerciū.

Accepit aurū, & perdidit deū. Ipse autē Iudas inter epulas carnifex, inter nectareos cibos amarus vipeream cruentat animā: & cæcū alit sub pectore vulnus. Accepit mox à Christo buccellā, quā malè sibi cōscia mēs ferre nō potuit. Cucurrit ad Iudęos. Pensat in precio mortē suā, qui dū alienū sanguinē vendit, proprio laqueo disperiit. Ecce traditur Christus, ducitur, ecce flagellatur, ecce suspenditur. Quid tibi profuit, ô Iuda, vt mortē alienā tuo sanguine mercareris? Christ⁹ rediuit ab inferis, & tu in pœna torqueris. Illi nihil nocuisti, tu verò corpus simul & animā perdidisti. Cur Iudæa ferox, quē occideres, cōparasti? Si seruares tibi, quod emeras: nō perderes, quod habebas. Tollis de innocēte cōsiliū? ducis sicut ouē ad gladiū, cruentas mēbra, diuidis vestimenta. Quid lucri inuenisti, quia sic sæuisti? Ecce Christus ex Oceano mortis, tanq̄ roseū iubar ascendit, & super te funerea caligo permānsit. Aspice Solē nostrū radiare. Vbi est quod dudū figebas in cruce? Spinas etiā capiti eius, & coronā de vepribus texuisti, acetū quoq; amaro felle propinasti cōmixtum. Ille tamē accepit, nō quod biberet, sed quod potius reprobaret: deniq; gustauit merū tuū, & amputauit fructū tuū Ego, in-
Esa.5.a quit, plātaui te vineā fructiferā totā. Quomodo cōuersa es in amaritudinē vitis alienæ? Sustinui, vt faceret vuas, fecit autē spinas. Ruit subitò nox medio die, & mortē domini omnis creatura, ne videret, effugit. Texit faciē suā lugubri nube omne cœlū, & totus orbis tenebris obuolutus occultauit vultū suum, ne videret in cruce dominum suū. Elemēta ipsa turbantur & rugiūt, saxa rūpuntur, sepulchra patescūt, mortui reuiuiscūt. Factū est in terra chaos, timet omnis natura periculū, & Iudæa perficit parricidiū. Vn⁹ erat latro & corpore & mente proximus, alter alteri quidē vicinus, sed multùm corde diuisus. Pendebat Christus in medio, & tanq̄ rex fulgebat in throno. Cōfitebatur vnus & honorificabat, alter incredulus blasphemabat. Iudex modò dictat vni sententiā, alteri porrigit indulgentiā. O mira rerū conuersio, latro credit, & Iudæa fremit. Fecit latro de cruce impetum, & intrauit paradisum rhōphæa flāmea circundatū. Iudæa verò amisit lumē, quādo perdidit Solē,
ρομφαία. Psal.57.b sicut scriptū est: Supercecidit ignis, & non viderunt Solē. O violentū latronem, ô artificiosæ effractionis vim. Ipsum clauicularii tenuit, & per ipsum ad paradisi interiora peruenit. Ecce surrexit hodie Christ⁹, & post supplicia multa illęso corpore coruscauit. Nō eum vmbrosa vorago, nō ærea claustra, nō indomabilis mors morte oppresit. Diræ cessere formæ, imperiúmq; omne succubuit. Nō ibi præsente Christo vltrices flāmæ, non sæua supplicia resonabāt. Gemitus tristis, omnísq; luctuosus clangor obstupuit: captiuorū dirupta sunt vincula: nox ipsa, infernúsq; resplenduit. Vomuerūt anfractus cauernarū captiuos, & animas lapsorū iam tenues antra cæca de suis custodiis laxauerunt. Ceciderunt ferales illæ cruentæ man⁹, atq; rubiginosi tortores viso domino tremuerunt. Cœperunt sentire quod fecerant, suis se pœnis carnificina torquebat. Mox resolutos populos reducit Christus in lucē, alloquitur saucios, reficit fatigatos: O mea quondam, inquit, creatura, ô opificium meū: non te ea sorte condideram, vt in has plagas & in hæc exitia peruenires, Paradisum tibi paraueram, non infernum. Delicias præparaui, vitámq; beatam, non mortē, cōstitui. Ecce quò te perduxi, & huc me

descendere

Universidad de Deusto Biblioteca

descendere cõpulisti,vt paululũ de maiestate humilis ad hũc carcerem hucusq; venirem. Dum ergo te de his tenebris & tormẽtis liberarẽ,iudicem me esse tua culpa fecit:vt te ita derelinquerẽ,necessitas delicti tui cõpulit.Quid agerem iustus, nisi damnaretur iniustus?Si te per potentiã eriperem, iusticiam vtiq; amisissem.Coactus sum amore tui pugnare cum aduersario tuo.Sustinui angustias vteri virginalis,accepi sortẽ tuã,auspicatus sum infantiã, iacui in præsepio:fleui,dormiui,creui,esuriẽ sitimq; sustinui.Quæ fuit,rogo,tãta cupiditas pomi,vt meorũ præceptorũ obliti,inter ipsa primordia periretis? Debui quidem ingratos æternis donare suppliciis: sed fateor, vicit me pietas. Nõ angelum misi, sed ego ipse propter te descẽdi.Permisi me occidi,& sic ad istos inferos veni.Exite nunc vincti,exurgite miseri,respirate captiui. Ecce vobis ignota lux fulgeo,ecce rores infundo,ecce nodos omnes catenásq; dirũpo.Ecce tartareas sedes, noctémq; profundã, fœtidũq; chaos extermino.Sufficiant exactæ pœnæ.Fouebit vos semper maiestas mea,cùm in cœlo fuerit caro mea.

Item eiusdem,de eodem,

DOmini resurrectio induxit mũdo læticiam. Quantò fulget in aspectu,tãtò feruet in affectu. Vetus homo migrauit, nouus aduenit. Preuaricatio Adæ cõfusa est,cũ nobis gratia Christi donata est.Dudũ catena erroris trahebat animas miserorũ, nunc charitatis vinculũ redemptos ducit ad cœlũ.Erubuit diabolus in furoribꝰ suis.Christus occiditur,&mũdus ab erroribus liberatur.Christus resurgit,& hostis euanuit. Miracula virtutũ apparuerũt,vt homines perfidi confunderentur,& vt perditi redimerẽtur. Quantũ mœret luctibus synagoga Iudæorum, tantũ iucundatur ecclesia Christianorum. Triũphemus in Christo, qui nobis donauit misericordiæ medicinã, dũ per lignũ tribuit trophæa gloriosa.Iudas vendidit dominũ suum, Petrus negauit magistrũ,latro confitetur Christũ: Iudas desperauit, Petrus titubauit,latro paradisum meruit.Inter traditorẽ,mercatorémq; sanguinis Christi,& negatorem magistri,& confessionẽ latronis,signaculum meruimus redemptoris.Sufficiãt charitati vestræ,quæ pro eruditionibus animarum dedit dominus deus.

Item eiusdem,de eodem.

FRatres,quàm preciosa & grata hodie ecclesia nobis inclaruit:& totius anni diebꝰ alacrior dies hodierna refulsit.Non de vsitatis Solis curriculis illuminata præclarius,sed de lumine agni resurgentis illustrata sublimius.Hodie enim sol iusticiæ Christus ascẽdit euangelizatis sanctorũ animis,ab inferis eleuans secum corpora sanctorũ tanꝗ̃ choros syderũ spiritaliũ.Enituit Hierusalem, in qua visi sunt resurgẽtes,enitescit ecclesia, in qua præfulgent renascẽtes:Et illi testes,& isti testes.Solis resurgẽtis illi testes, Solis in aqua & spiritu baptizãtis isti
Psal. 117. d testes.Et ideo pulsemus citharã Dauid, canẽtis: Hic est dies,quem fecit dominus, exultemus & iocũdemur in eo.Contemplemur hunc diem, qualem noctem habuerit genitricem. Nox planè hæc cœlũ luminaribus imitatur,immo verò hac ipsa nocte cœlũ terráq; collætãtur.Nox bonę parturitionis,nox sanctæ regenerationis, geminũ noctis huius video vterum:quia & geminum agnosco partum.Commouit tunc nox ista vterũ parturiẽdo corpora resurgentiũ: commouet nunc vuluam suã renouãdo animas in-

A nocentiũ:nox de qua dicitur:Et nox tanquã dies illuminabitur.Ab ipsa est dies,quẽ fecit dominꝰ, dies dominicus.Alij diẽ panis,alij dicũt diẽ lucis.De hac Psal. 138. b
tripartita diei nũcupatione, producamus gaudiorũ tubæ clangorẽ.Dies dominicus,dies (inquã) regalis, in quo imperator ascendit ab inferis. Hesterno die agonizabamus tãquã sperantes regẽ,hodie lætemur suscipientes imperatorẽ.Et ideo hesternus dies non fuit ieiunationis,sed expectationis. Nunquã aliquis sensit ieiunij laborem,sed omnes tanquàm sibi parabant læti refectionẽ. Quemadmodũ si iudex speratur ad patriam rediturus, nónne totius ordinis viri principes ciuitatis,dum meditãtur cantica in occursum iudicis venientis, longius per momenta portis procedunt:& dum sperãt, ieiunant: dũ ieiunant,refectionẽ parant.Sic hesterno,veluti in expectatione
B iudicis salutaris,agonizabamur parãdo,sed delectabamur ieiunãdo.Suscepimus regẽ, & reficimur per gratiã salutarẽ. Et rectè dies dicitur panis, qui in eo nouimus panẽ resurrectionis cœlestis. Hodie enim processit panis in veritate, qui sicut crystallũ mittebatur de nubibus prophetiæ.Clamat enim Dauid in voce Psalmi,dicens:Qui emittit crystallũ suam,sicut Psal. 147. b
frusta panis.De ore enim prophetarũ, tanquã de nubibus sanctis descẽdebant niues,descendebat ros in vellus,quasi in crystallũ spiritalẽ: vt per frusta panis cõsumptæ prophetiæ,integrũ sacramenti cõficerent panẽ.Splẽdebat elapsa crystallum de ore prophetãtiũ,& salutare panifacabatur nobis verbũ crystallica prophetiæ fermẽtatione firmatũ. Destitit iã crystallum prophetiæ,quia paratũ nos gustauimus panẽ.Et gustando ipsum panẽ, nõ sicut Adam vidimus pro-
C priam nuditatẽ, quando nuditas nostra tecta est per huius diei claritatẽ.Et rectè dies dicitur lucis,in quo fugerũt tenebræ cæcitatis.Exclamauerũt,qui erãt in tenebris,quia lumẽ viderunt magnũ: & qui erant in Esa. 9. a
regione vmbræ mortis,lux orta est eis.Lętetur terra, quia vidit nouã lucem.Lętẽtur angeli,quia donauit dominus peccatoribus claritatẽ. Contremuerũt inferi,insolitũ sustinendo splendorẽ:sicq; incuruatum est omne genu Christo domino cœlestiũ, & terrestriũ,& infernorũ. Omnia ergo nobiscũ hodie contriũphant.Angelorũ apparitio festa nobiscũ solẽnia cõcelebrat.Archangeli,throni,virtutes, dominationes,cherubin,& seraphin læticiæ choros ducunt,dũ nos tractamus Paschæ mysterium.Innitamur hodie in angelis splendore non vestiũ,sed canticorũ. Ideo & nos cantemus cantilenã, cantantes cantica cœle-
D stia,quæ humana adhuc cantare non potest lingua. Ideo lætẽtur cœli,& exultet terra.Exultemus domino,sed in tremore,nõ remissa securitate:quia & beatus Ioannes præcursor exultauit in vtero matris, sed Luc. 1. e
qui vinum nõ bibit,præcepto angeli Gabrielis. Nos autem quia infirmi sumus, sobriè bibamus, modum non excedamus,vt læticia nostra cum moderatione nullam sentiat corporis tempestatẽ: sed per sobrietatis serenitatẽ,portum intremus salutarem. Accepimus ieiuniorum palmam?Festiuitatis non amittamus victoriam: quam nobis tribuat dominus Iesus Christus adiuuando,qui vicit in nobis patiendo: vt digno carmine triũphemus cantantes, Vbi est mors Osee. 13. d
victoria tua?Vbi est mors aculeus tuus?Vbi est infer- & 1. Cor. 15. e
ne victoria tua,quia captiuata est captiuitas tua?Omnes canamus halleluia: & idcirco propter diei læticiam,conuertamur ad Christi clementiam.

Item

Item eiusdem,de eodem.

MAria veniẽs ad Christi domini monumentũ,appellat dominũ hortulanũ: quia infantium plãtaria floruerũt. Ecce lilia renatorũ ornãt altare dominicũ,cãdidis turbis gaudiorũ:ecce
Apo. 22. c lilia noua de fonte plãtata, quia isti sunt qui lauerũt stolas suas,& cãdidas eas fecerunt in sanguine agni, qui tollit peccata mũdi. Ecce surrexit caro Christi, & flos cãpi de scrobe sepulchri:& apparuit in horto lilium conualliũ,cùm ad sepulchri nouã scrobẽ gaudiorum nuncij descẽdunt angelorũ.Venit Maria sepulturę portãs aromata,& inuenit in sepulchro suauia resurrectionis vnguenta.Non vt vngeret corpus dominicũ,sed vt chrismate perfunderet capita renatorũ.Venit ad monumentũ, æstimat clausum, & inuenit ad ianuã sepulchri vela pendẽtia linteorũ.Di-
Ioan. 20. c cunt ei angeli,Mulier,quid ploras?quem quæris?Iesum quæris intra petrã, qui iam cõfregit mortis gehennam?Quid quęris Maria,plantatã vitem veram? Ecce de palmitibus mortuorũ, paratur tibi in horto renouata vindemia. Non audisti Dauid prophetam
Psa. 127. a dicentẽ:Filij tui sicut nouellæ oliuarũ? Ecce sunt circa altare dominicũ infantes per mediũ florescentes aquarũ : quia isti desiderauerũt sicut ceruus ad fon-
Psal. 41. a tes aquarũ.Quid est ergo Maria? Quem quæris? Nõ est hîc.Surrexit enim,sicut dixerat vobis : vide,aspice linteamina,nil est quod terreat.Linteamina enim Christi, sepultura est peccati tui : vnde extergas lachrymas luctus tui,& sudorẽ refrigeres desiderij tui. Videbis in paradiso,quẽ quæris in monumento, accessit,recessit,profecit : quẽ quærebat,inuenit. Aspicit & æstimat hortulanũ : quia verè ab ipso suscepit noua plãtaria renatorum. Domine,inquit,requiro à te,edoce me. Et si æstimo hortulanũ, nõ facio calũ-
Ioã. 20. d niam,dum requiro vitam meã.Si tu sustulisti dominum meũ,indica vbi posuisti eum. Nunquid vidisti, quẽ dilexit anima mea?Si tu es fur corporis domini mei,esto cõsolator luctus mei.Si tulisti eũ,partiamur simul : & de te & de me gaudebit genus humanũ.Si tulisti,nõ auaricia appetisti, sed misericordiã dilexisti. Tantùm per te ostende locũ, ego paro humeros meos,& tollo tecũ. Stat hortulanus,& tacet.O verè hortulanus dominus Christus, qui leuauit plantaria de gehẽna, quæ antiqua obruerat sepultura. O verè hortulanus,qui eradicauit mortẽ,& introduxit secũ ad paradisum latronẽ.O hortulanus,vilis quidẽ specie, sed dulcis in voce. Iam simplex est horti ianua: nulla ibi de terrore custodia, ideo libẽter interrogat secura Maria. Suspicor, inquit, quia Iudæi tulerunt dominũ meũ,& nescio vbi posuerunt eum:sed quia te video,te interrogo, à te discere desidero quod requiro. Et dominus Mariæ dat vocẽ, & indicat veritatem. Labia iusti distillãt melle,& obumbrãtur vnguenta Mariæ.Quæ cùm meliorẽ accepisset odorẽ, exclamauit in voce, Rabboni? quod interpretatur, magister.Et adorauit eum:& fundens lachrymas, &
Ibidem. quærẽs tenere genua eius,dicit ad eã Iesus:Noli me tãgere,nõdum ascendi ad patrẽ meum : hoc est,iam fide viuis, spiritúsq; te viuificat. Resurgit Christus à mortuis,credi debet,non tangi.Qui eius desiderant tenere genua,accedãt ad eius altaria. Noli me tãgere,necdũ enim ascendi ad patrem meũ. Et illa dixit, Domine, quare non mihi permittis vt te tangã : vel fimbriam vestimentorũ tuorum ego nõ debeo tangere,quã tangebant ægroti,& sanabantur? Tu in li-

A gno pepẽdisti, & in sepulchro iacuisti,tu paradisum reserasti. Admitte me ad hortũ deliciarum tuarum. Sanasti Heuam,exhilara Mariã:ostende mihi vitem tuã,lætifica me de vindemia tua.Et dominus,Vade, inquit, ad palmites meos apostolos, vt occurrant in Galilęam:& ibi tibi apparebit plena vindemia.Ecce igitur de Christo resurgente, & de sarmentis apostolicis triumphauit Galilæa. Ecce de domino & infantibus tanquam de vite & palmitibus, hodie lætatur nostra mater catholica ecclesia.

Item eiusdem,de eodem.

LIcet omnes solẽnitates,dilectissimi,quæ in ecclesiis pro dei honore celebrãtur,sanctæ sint atq; venerabiles:tamẽ hodierna dominicæ resurrectionis dies peculiarẽ festiuitatẽ habet. Ideo vtiq; quia omnes alij dies viuentiũ in se tãtum
B cõtinent gaudiũ:hæc etiam læticiã defunctorũ. Cõmunis est ergo infernis simul ac supernis ista festiuitas,quia resurgẽs dominus à mortuis,& illic festiuitatem dedit vbi mortẽ vicit:& isthic vbi victor à morte remeauit. Et ideo bene psalmista loquitur de hac peculiariter die,dicens:Hic est dies quẽ fecit domi- Psa. 117. d
nus,exultemus & lætemur in eo. Prænunciãs enim, Dominicam resurrectionẽ,nõ supernis tãtùm sed & infernis,diẽ salutiferæ exultationis indixit. Descendẽte in tenebrosam inferorũ caliginẽ domino, etiã illic tũc absq; dubio dies splẽdidissimus fuit:vbi saluator illuxit.Vnde pulchrè euãgelista,qui modò lectus est,Et lux,inquit,in tenebris lucet:& tenebrę eã Ioan. 1. a
non cõprehenderunt. Quia licèt in tenebras dominus descẽderit:tenebrarũ tamen obscura non sensit. Tenuit in illo noctis horrore inuiolabilẽ maiestatis
C suæ splendorẽ:luxit sempiternæ naturæ splẽdore,ac sic non lux à nocte,sed nox à luce superata est.Lętemur ergo dilectissimi & exultemꝰ in domino: hodie enim nobis data est à domino lux salutis secundum illud,quod idẽ Psalmista in cõsequentibus ait:Deus Psal. 11. d
dominus & illuxit nobis.Et quid adhuc addidit.Cõstituite,inquit,diẽ solennẽ in cõfrequentationibus, †vsq; ad cornu altaris.Cõpletũ etiã hoc hodie in ecclesia dei video. Nã cũ vsq; ad cornu altaris omnia religiosis cõuentibus plena sint:ipsam scripturã sanctæ ecclesiæ plenitudo cõpleuit.Dies ergo hic dilecti:dies est resurrectionis & vitę. Reddit eũ per quadragesimam, gratiorẽ delectabilior fidei gratulatio: qua ad tristiciã reorũ iũcti sunt dies remissionũ:vt patientiã vtiq; statim remuneratio cõsequatur,secũdũ illud:Qui seminant in lachrymis, in gaudio metent.
D Quicũq; ergo seminastis ĩ lachrymis,capite præmia exultationis.Sciat se vnusquisque,quò maiora seminauit semina fletuũ,maiores fructus capere gaudiorũ.Species ergo futurarũ beatitudinũ iã in præsentibus cõtinetur.Sicut enĩ nũc est relaxatio post districtionẽ:sic in futuro erit reqes post laborẽ.Vnde obsecro dilectissimi,cũ vniuersam ecclesiã:pręcipuè tamen vos, qui in nouã salutẽ regenerati cãdida indumẽta sumpsistis,vt munus qđ accepistis,purũ imma- Psa. 125. a
culatũq; teneatis:vt nitorẽ vestrũ habitus etiã in cõuersatione seruetis:& tã candida sint corda vestra, ꝗ̃ vestimẽta vestra. Audistis euãgelistã dicentẽ hodie, ꝙ quicunq; in deum credunt,hi filij sunt dei, Dedit Ioan. 1. a
enim,inquit, filios dei fieri, his qui non ex sanguinibus, neq; ex volũtate carnis, neq; ex voluntate viri: sed ex deo nati sunt.Ergo & vos nõ estis nũc ex carnis conceptu editi:sed ex deo patre generati.Superest vt

† ἐν τοῖς πυκάζουσιν, quo loco Hebræi legunt, בעבתים pro quo Hieron. in frondosis, cui concinit ecclesia, in condensis. sanè עב densum quid ac spissum indicat. verbum עבת

Universidad de Deusto Biblioteca

est vt cõseruetis,per sanctę vitæ cõuersationẽ,sanctę regenerationis dignitatẽ,& verè iuxta id quod Apostolus ait: 1.Pet. 2.a Sicut modò geniti infantes rationabiles sine dolo,lac concupiscite,vt in eo crescatis in salutẽ. Phili. 4.b Et pax dei quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda & corpora vestra:per dominũ nostrum Iesum Christum,qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Item eiusdem, de eodem.

PAschalis solẽnitas dilectissimi hodierna die festiuitate cõcluditur:& ideo hodie etiã neophytorũ† habitus cõmutatur,ita tamẽ vt cãdor qui de habitu deponitur, semper in corde teneatur, in qua quidẽ re obtinẽda præmiũ id nobis iam nũc agendũ est dilectissimi:vt quia quinquagesimæ dies sunt:id est,indulgentiæ & remissionis:ita nobis sanctorũ dierũ festiuitas agatur, vt relaxatione corporũ,puritas nõ corrũpatur animorũ:sed potius abstinẽtes ab omni luxu,ebrietate,lasciuia:dãtes operã sobriæ remissioni,ac sanctę synceritati,id efficere tẽtemus:vt quicquid nũc corporali abstinẽtia nõ adipiscimur, mẽtiũ puritate quæramus:& sanè debem⁹ hoc nõ vtilitati tantũ nostrę & saluti,sed etiã festiuitati ipsi ac tẽpori. His enim diebus dominus post resurrectionẽ videdũ se apostolis suis,tenendũ,amplectendũ,perfruẽdúmq; cõcessit. Vnde cùm solẽnitas quinquagesimæ & ex eo cõstet ꝙ nũc dominus cũ discipulis præsens fuit:scire nos cõuenit ꝙ ita demũ nos verè solẽnes sumus, si solennitate sic vtimur,vt præsentẽ deũ habere mereamur. Quæris fortè vnde id fieri,aut quomodo possit vt deus præsens sit:neq; te admiratio rei hui⁹ ac magnitudo deterreat: actus tãtùm nostros & cõsciẽtias cogitate:nã res hæc in sola vitæ probitate cõsistit. Scitote, ꝙ si vos præsentiæ dei iã dignos redditis:præsentẽ deũ iam habere cœpistis. Inuocãtes se deus sequitur,& trahit,& nõ repugnat. Sanctos diligit,flagitiosos fugit. Nemo de possibilitate rei huius cõqueratur. Is enim præsentẽ dominũ non habet,qui dominũ abesse cõpellit. Nemo absentiã Christi sustinet, nisi qui præsentiã nõ requirit. Multi sequi putãt,sed aliud est verè quęrere,aliud præsumptionẽ habere quęrẽtis. Nõnulli enim ex fratrũ nostrorũ numero dilectissimi, festiuos se esse dubitant,nisi gulæ, nisi vẽtri, nisi luxuriæ satisfecerint. Dicendũ nobis cũ libertate est:Nõ est hoc fratres festiuitatẽ colere dei,sed coinquinare. Vultis ergo scire quid sit hominẽ festiuũ esse? Imitamini in aliquo illos, qui primi hac festiuitate vsi sunt, dico sanctos dei:quorũ semper fuerũt,vt legimus, dies sobrij,noctes pudicæ,sanctæ vigiliæ,sopor castus,actus probi, cõuersatio honesta, vita sibi ex omni parte consentiẽs: Phili. 3.d neq; illos sequamur,quorũ vt Apostol⁹ ait, finis est interitus:quorũ deus vẽter est, & gloria in confusione ipsorũ,qui terrena sapiũt. Hi enim dilectissimi diuinis solẽnitatib⁹ nõ intersunt. His sacræ diei festa nõ sapiũt. Quãuis eñ præsens esse videatur,re tamẽ abest:qui cõuersatione disiũctus est. Horũ læticia dilectissimi lachrymabilis:horũ exultatio luctuosa,nõ placãs dominũ, sed exacerbãs:quia quãlibet quis solẽnitatẽ pro honore diuino celebrare se credat:festiuitatẽ dei ꝙ in ꝓbris agit,iniuria est. Vultis scire me Esa.1.d verũ dicere,audite de hoc loquentẽ deũ:Si attuleritis,inquit,similaginẽ,vanũ est:incẽsum abominatio est mihi. Neomenias vestras & sabbata vestra odit anima mea. O infœlix,miserãdáq; perditio. Et qua tãdẽ alia re placere deo poterũt,cùm ipsi diuini cultus latria displiceãt? Quę ergo his propiciãdi reatus spes est:quib⁹ ꝓpiciatio ipsa vertitur in reatũ? Videtis ergo fratres quãtũ sit inter verã falsámq; festiuitatẽ discriminis. Aliud siquidẽ honor,aliud contumelia. Aliud placere deo,aliud offendere. Si vultis ergo vera solẽnitate vti,si veris gaudiis frui,gaudete,vt Apostolus ait. Phili.4.a Sed gaudete in dño semp. Sicut eñ quędã vt scitis sunt turpia gaudia:ita qui in dño vult gaudere, flagitiosa oportet gaudia nõ requirat. Ephes.5.d Et nolite,inqt Apostolus,inebriari vino,in quo est luxuria:sed impleamini spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in hymnis & cãticis spiritualibus,cãtãtes & psallẽtes in cordib⁹ vestris dño. Hæc est firma mentiũ læticia & vera. Hęc exultatio sancta,hæc deo digna festiuitas. Sic planè solẽnes simus:sic in aliqua apostolorũ similitudine festa celebrem⁹. Sic etiã illud apostolicũ munus assequamur,vt pręsentẽ deũ habere mereamur.

† νεόφυτον, nouã plantam. i. recẽs in Christo regeneratum per baptismũ, intelligit.

Item eiusdem, de eodem.

POst dies octo iterũ erãt discipuli eius intus, & Thomas ille,qui tũc cũ eis nõ fuerat,quãdo gauisi sunt discipuli viso domino:& qui referẽtibus posteà discipulis dixerat, nisi videro fixurã clauorũ, & mittã digitũ meũ in latus eius,nõ credã. Hoc ergo hodie,id est,octauo post resurrectionẽ die,cũ discipulis reliquis posito, venit Iesus,ianuis clausis. Sic oportuit venire,vbi cor incredulitate clausum erat,fidei luce reserãdũ. Nõ immeritò ergo etiã octauus dies pari aut penè pari deuotione celebratur:qua ille celebratus est, à quo octauus iste numeratur. In illo enim resurrectio acta, in hoc cõfirmata est, nec min⁹ dura atq; tenebrosa hîc incredulitatis ianua,q̃ illic inferni porta perrũpitur. Ioã.20.f Venit ergo,inquit,Iesus,ianuis clausis. Est quod nos quoq; cũ Thoma dubitemus, nisi facta respiciamus authoris. Sed si deũ esse,de quo loquimur,cogitem⁹: cui nihil inuiũ,cui humanũ quoq; pect⁹ peruiũ cõfitemur:cuius hoc idẽ corpus clausis ostiis in ipsa statim salutatiõe,Pax vobis,cõspicuũ spectabatur discipulis:hęc si indubia fide credimus,ab omni quęstionis scrupulo liberamur. Hãc ergo nobis fidẽ afferat, hãc à nobis reposcat,hãc ĩ nobis inueniat,hãc relinquat. *Deinde dicit Thomæ:Infer digitũ tuũ huc,& vide manus meas:& affer manũ tuã,& mitte in latus meũ,et noli esse incredulus,sed fidelis.* Nõ est meũ,meos ludificare phantasmate,vanã imaginẽ visus si timet,veritatẽ corporis manus & digitus exploret. Potest fortasse aliqua oculos caligo decipere,palpatio corporalis verũ corpus agnoscat. Luc. 24.f Spiritus,inquit,carnẽ & ossa nõ habet, sicut me videtis habere. Quòd ostia clausa penetraui:sola est virtus diuini spiritus,nõ sola carnis substãtia. Alioquin,quid ꝓfuit me suscepisse hominẽ:si piguit suscitasse? Respõdeam⁹ ergo & nos,& fateamur cũ Thoma id,qđ miraculũ diuinæ virtutis exposcit. *Tu dominus meus,& deus meus.* Nobis enim ille dubitauit,nobis explorauit, nobis credidit,nobis ĩ illo dominus manus & lateris vulnera cõtrectãda permisit. Ioã. 20.g *Dicit ei Iesus:Quia vidisti me,credidisti:beati qui nõ viderũt, & crediderũt.* Habemus igitur & firmitatẽ palpata credentiũ,& beatitudinẽ nõ visa credẽtiũ. Scripta sunt, inquit,vt credamus quia Iesus est Christus filius dei: & vt credẽtes,vitã habeamus in nomine eius. De cõsequẽti verò,quã modò audiuimus, manifestatione eius,illud aduertisse sufficiet:ꝙ qui nocte tota inuanum retia, arbitrio suo missa indifferẽter incerto latere detraxerunt:in verbo domini luce iam reddita, missa

in dextrũ latus plena traxerũt. Illud verò quod in hac eadẽ manifestatione, cũ discipulis, sicut aliis etiã euangelij locis ante passionẽ refertur,cibũ sumpsit, suspicionẽ fantasiæ penitus auertit. Neq; enim post resurrectionẽ corpus illud sustentaculis ciborũ indiguisse credẽdum est:quod iã maiestas sola vegetabat. Traxerũt ergo in terrã rete, plenũ non promiscuis,sed magnis piscib⁹: ex quibus nullũ proiiceret electio. Quid autẽ significet tã sublimis ista piscatio, & qa nõ est scissum rete,sequẽtia declarãt. Sic si trahuntur retia,quæ in dei verbo ac volũtate mittũtur, captura magna est,scissura nulla. Illi piscatores erãt, Matt.4.c quibus saluator dixerat, Venite post me,& faciã vos fieri piscatores hominũ. Quæ ergo istis hominũ piscatorib⁹ retia,nisi doctrina firmissima veritatis, quã mẽdacij scissura nõ violat? Monet me in istis piscatorum verbis cõsentiẽs alterius loci relatio. Nã simpli- Ioan.19.d citer in passione domini refertur tunicã ipsius ab his qui sibi vestimẽta eius diuidebãt,non fuisse scissam. Ergo nec doctrina apostolica,quæ in his apostolorũ retibus figuratur,nec vestis dominica pati vnquã potest scissuræ vllius fœda dispẽdia. Vbicũq; igitur aliqua doctrinæ scissura cõspicitur,ibi nõ potest dominica vestis,nec magnorũ,vt ait,pisciũ captura cognosci. Cauete itaq; dilectissimi, scissa illa ab integritate catholicæ fidei hęreticorũ dogmata. Dominum nisi integra vestis nõ capit, fideles domino nõ nisi integritatis captura cõstringat. Cauete dilectissimi:multæ enim scissuræ sunt,ne quis aliquãdo ad schismatũ pãnos,ab huius vestis integritate desciscat. Multi fideliũ in captiuitatẽ deueniũt,multi hęreticos dominos sustinere cogũtur. Sed si non cogũtur ad sacrificia,quid refert si cogũtur ad sacrilegia? Sit ergo fidelibus etiã in captiuitate corporis,fidei libera, priuata cõfessio. Hæc in singulis,& quod peius est,frequens ac familiaris est. Captiuitatis persecutio,si non desit fides, potest imputari martyriũ, per dominũ nostrũ Iesum Christũ,cui est cum patre & spiritu sancto honor & gloria,in secula seculorum,Amen.

De ascensione domini, Sermo, Incerto interprete.

CVãdo de cruce nostra processit oratio, foris ciuitatẽ,solennitatẽ celebrauimus:& nunc quãdo de crucifixi ascẽsione tractam⁹,præclarũ diẽ & omni læticia coruscantẽ, fines ciuitatis egressi, summa cũ gratulatione celebramus. Et hoc nõ ad cõtumeliã ciuitatis,sed ad honorẽ obseruatur sanctorũ, ne nos causa dissimulationis accusent dicentes ꝙ pro domino sensimus vniuersa tormenta, vexãtiũ manibus nostra vidimus ossa carne nudata, patiẽtia nostra tortor cessit iratus, libenti animo pro Christo noster sanguis effusus est, decisa capita sunt pro eius gloria. Hæc omnia meruimus sustinere,nec mysteriorũ arcana in nostris tabernaculis celebrantur. Ideo dilectissimi fratres hodie ad loca cõuenim⁹ beatorũ,ad sanctorũ habitacula festinamus,vt conuẽtus noster, ipsorũ quoq; præsentia clarior reddetur:nõ eñ in hoc theatro martyres tantũ pręsunt, sed & angelorũ instãtia loc⁹ decoratur. Nã & angeli pręsunt:& si martyres videre desideras,si angelos cupis inspicere, aperi oculos fidei, & illud tibi theatrũ facilè demõstratur. Nã cũ in oĩ aëre angelorũ multitudo versatur,multò magis in ecclesia,multò ampli⁹ hodierno die,quãdo eorũ dñs ascẽdit in cœlũ. Et vt scias ꝙ angeli vbiq; versantur,audi quod Paulus fœ- 1.Cor.11.b mineo pudori ꝓspiciẽs ait, Debẽt mulieres velamẽ habere supra caput,propter angelos. Et iterũ Iacob: Angelus,ait,qui liberauit me à iuuentute mea. Gen.48.c Et illi qui cũ apostolis erãt,aiũt ad Herodẽ,Angelus ipsius est. Et Iacob,Vidi,inquit,castra angelorũ. Ibid. 32.a Et meritò angelorũ castra videbãtur in terra. Nã sicut Imperatoris optimi ꝓuisione vrbes oẽs, vniuersæ ciuitates, castella singula, manu militari aduersus hostilẽ muniũtur aduẽtũ,& oĩa loco diligẽter armãtur, ne barbarica incursiõe deleãtur:ita & deus,quoniã barbara & agresti mẽte rabiẽtes dæmones, ad pacis euersionẽ vbiq; versantur, ad tutelã nostrã cõstituit exercitus angelorũ,vt eorũ præsentia dęmonũ cõfringatur audacia,& per eos nobis pacis gratia ministretur. Vides ꝙ & angeli pręsunt,cõsistũt martyres,& vbiq; nobis præparãtur auxilia? quid igitur miseri⁹ illis est, qui cõuentũ istũ splendidũ derelinquũt? & quid vobis beatius, qui ad tantã solẽnitatẽ cõcurrere voluistis? Sed fortissima martyrum facta alio tẽpore declaremus,& ad propositũ redeamus. Hodierna die dilectissimi fratres deo sumus mira recõciliatione sociati,hodierna die humanũ genus cœlestẽ misericordiã meruisse cognoscitur,hodie vetus illud iurgiũ dissolutũ est,sedatũ pristinũ bellũ,hodie nobis pax mirãda donata est,quæ nunquã sperabatur posse cõcedi: nã nulla spes erat deũ humanæ velle recõciliari naturæ, nõ quia dominus inhumanus, sed quia seruus negligẽtia videbatur oppressus,nõ quia crudelis dominus,sed quia cõtumax seruus est. Vis audire ꝙ nostro vicio deus ad cõmotionẽ nõ prouocatus est, ꝙ nostra culpa mãsuetus domin⁹ videtur iratus? disce singula,& rationẽ causæ cognosce, vt cùm sedatum senseris bellũ,iurgiũ dissolutũ,& humanũ gen⁹ summo honore decoratũ, diuinã gratiã, misericordiãq; merearis, & perpetua deũ benedictione sanctifices. Aliquãdo deus de humani generis cõfusione cogitauit,& intãtũ eius ira processit,vt viros & fœminas, senes & iuuenes,feras & pecora lucis priuare disposuisset aspectu. Gene. 6.b Et audi diuinæ verba sentẽtiæ:Delebo,inquit, hominẽ quẽ feci, à facie terræ, & bestias & pecora, quoniã recogitaui , quia feci hominẽ. Et vt scias quia humana ei nõ fuit exosa natura,sed malicię nostræ ferebat horrorẽ:postquàm dixit,delebo hominẽ quẽ feci à facie terræ,dicit ad hominẽ, Tẽpus omnis hominis venit ad me. Et si hominẽ haberet exosum,nõ loqueretur ad hominẽ,nec dignũ eũ suo sermone fecisset,nec diuinũ eũ percipere cõcessisset auditum. Sed vide dei misericordiã. Hominẽ quadã satisfactiõe cõsolatur,& causas ei futuræ calamitatis enarrat,nõ vt homo causas discat,sed vt narrando aliis multos meliores efficiat. Qđ dicebã,hoc est,intantũ humanũ genus pessimè cõuersabatur,vt ipsius terræ habitatiõe carere speraretur. Sed & nos q̃ & terra videbamur indigni, hodie eleuati sum⁹ ad cœlũ: Qui nec terrestria merebamur,cœleste regnũ meruimus possidere. Cœlorũ trãsiuim⁹ fines,& ipsa sede regali decoramur. Et natura cuius causa Cherubin seruabat paradisum, à Cherubin summo cũ honore suscepta est. Sed hoc mirabile quẽadmodũ factũ est,videamus:& quẽadmodũ nos qui tãtã offenderamus clemẽtiã,vt & terrestribus priuaremur,excelsa tenuimus, & alta meruimus possidere, quẽadmodum sedatũ iurgium & illa videatur ira sublata. Disce ꝙ nõ nostra deprecatione,qui eum offenderamus,sed postulatu eius,qui iustè fuerat nobis iratus, pax facta est. Pro Christo nãq;,ait, legatione fungi- 2.Cor.5.d mur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

mur,tãquã deo rogãte per nos. Quid hoc est:ipse ro A gat qui iniuriã passus est? Valde,inquit,nã deus clemẽs est,& ipse tãquã pater misericors deprecatur.Et vide qui medius est,qui recõciliator accessit.Nõ angelus,nõ archãgelus,sed ipse filius deprecatur.Et sicut duob⁹ iurgio separatis, vnus in medio positus altercantiũ litẽ, discordiámq; dissoluit:ita & Christus fecit. Deus nobis iustè irascebatur, & cõtẽnebamus iratũ,& clemẽtẽ dominũ declinabamus,& se mediũ Christus ingessit,& sociauit vtranq; naturã.Et nobis quod imminebat à patre suppliciũ,ipse sustinuit.Vis discere q; & inde suppliciũ, & ex hinc insultationẽ
Gala.3.b ipse sustinuit? Christus nos redemit de maledicto legis,factus pro nobis maledictum. Vides q; imminẽs cœleste suppliciũ ipse sustinuit ? disce q; & terrestrẽ
Psal.68.b & Rom. 15.a insultationẽ ipse tolerauit,cùm dixit,Opprobria insultantiũ ceciderũt super me.Vides quẽadmodũ se- B dauit iurgiũ,quẽadmodũ legẽ ipse dissoluit,nec antè discessit,sed multa fecit,multa sustinuit, vt inimicũ recõciliaret,& hostẽ deo sociaret, & amicũ faceret, qui multo tẽpore fuerat inimicus. Et horũ omniũ beneficiorũ hodiernus dies materia fuit,& tanquam primitias naturæ nostræ deo dedit.Et sicut de cãpis, ac segetibus decoratis, si quis collectas spicas obtulerit deo, omnẽ cãpo benedictionẽ reportare perspicitur:sic & Christus per illud corp⁹ fecit benedici nostrã naturã. Sed cur nõ omnẽ naturã leuauit ad cœlũ?Scilicet quia nõ vidẽtur esse primitiæ,cum totũ offertur,sed cũ breue offertur. Breui enim oblatione totũ benedicitur.Sed inquis,Si primitiæ sunt, primũ factũ hominẽ ad cœlũ debuerat eleuare:Primitiæ nãq; sunt,quod primũ offertur. Primũ qđ pullulat,nõ est hoc primitię.Nã imbecillis fructus nullus est, sed fortis & validus ipse debet offerri. Quia igitur ille fructus peccato fuerat alligatus,& peccati crimine tenebatur:ideo nõ leuatus est, licèt prior factus esse videatur,sed is qui posteà factus est.Et vt discas q; ille fructus primitias facit qui robustus & validus,& summa maturitate floreſcit,testimoniũ te di
Leui.19.e uinæ lectionis poterit edocere. Si intrabis in terram quã dominus deus tuus tibi dabit,inqt Moses ad populũ,& plãtabis in ea omne lignũ,qđ facit fructũ ad edendũ,tribus annis depurgabis fructũ eius, quarto verò anno fructus sanct⁹ erit domino.Ergo si primitiæ sunt qđ primò profertur, primi anni fructus domino debebamus offerre. Sed ille ait, trib⁹ annis nõ purgabis fructũ eius,sed dimittes illud, quia nõdum arbor valida firmitate roboratur, nec fructus aliqua maturitate floreſcunt:sed quartus,inquit,annus san- D ctus erit domino.Vide legis cõditoris prudentiã,fructũ primũ nec mãducari permittit,ne ante deũ quisquã eum percepisse videatur:nec offerri cõcessit,ne deo immatur⁹ offeratur:sed dimitte,inquit,quia primus est: nec offeras,quia oblationi nõdũ dignus est fructus,nec accipiẽti cõuenit immaturus.Et hæc vobis dicta sunt ,ppter corpus qđ Christus obtulit: igitur nostræ naturæ primitias obtulit patri,& oblatum donũ miratus est pater,quod & tãta dignitas offerebat,& qđ offerebatur, nulla macula fœdabatur. Nã & suis manibus suscepit oblatũ,& suę sedis fecit esse participẽ, & quod plus, ad partẽ suæ dexteræ collocauit. Cognoscam⁹ quis est ille qui audiuit,Sede ad
Psal.109. a. dexterã meã?quę natura est cui deus dixit,Esto meę
Genes.3.d particeps sedis?Illa natura est quę audiuit,terra es,& in terrã ibis. Nõ enim ad omnẽ gloriã cœlos trãsisse suffecerat,nõ cum angelis stare :sed cœlos transiuit, supra Cherubin ascẽdit,vltra Seraphin eleuatur,nec antè stetit,nisi sedẽ dominicam meruisset.Vide quo spacio cœlũ separatur à terra,imò terra quãtò ab inferis est,& ipsum cœlũ quãtò ab altiore cœlo separatur,& de altiore cœlo ad angelos quãtũ spacij est,ad superiores etiã potestates,ad ipsam quoq; dominicã sedẽ.Per hæc oĩa natura nostra eleuata est, vt homo qui loco tã humili tenebatur,vt descẽdere nõ posset vlterius, ad tã excelsam sedẽ eleuaretur, vt altius nõ posset ascẽdere. Et hæc ostẽdẽs Paulus dicebat:Qui *Ephe 4.b* descẽdit,ipse est qui ascẽdit.Et iterũ:Descẽdit ad in- *Ibidem.* feriora terræ,& ascendit super omnes cœlos.Discite igitur qui ascẽdit,& quę natura leuata est.In hoc eñ cupio remorari sermonẽ , vt humani generis cõmemoratione diuinã clemẽtiam cũ omni admiratione discamus,quę summũ honorẽ,magnãq; gloriam nostræ naturę largita est.Terra & cinis eramus,sed hoc nostrũ viciũ,sed naturæ imbecillitas fuit,irrationalibus insensatiores fuimus. Cõparatus nãq; est,ait,ho *Psal.48.c* mo iumentis insipiẽtibus,& similis factus est illis. Et peius est cõparari,quàm nasci. Nã naturaliter nõ habere rationẽ tolerabile est, verùm rationis decoratione decoratũ,irrationabili naturæ cõparari, voluntatis est crimẽ.Et quãdo audis q; homo comparatus est iumẽtis:nõ arbitreris q; eũ irrationalib⁹ similẽ voluit demõstrare,sed lõgè peiorẽ, nõ tãtũ quia homines facti ad irrationabilia ad maiorẽ dementiã properauimus: (Et hoc significãs Esaias dicebat:Cognouit bos possessorẽ suũ,& asinus præsepiũ domini sui, *Esa.1.a* Israël autẽ nõ me cognouit)sed vt peiorẽ cõuersationẽ erubescamus.Vbi enim abũdauit peccatũ,super- *Rom.5.d* abũdabit & gratia.Vides q; iumẽtis irrationabiliores C fuimus?cognouit bos possessorẽ suũ,& asinus pręsepiũ domini sui.Vis & auib⁹ nos irrationabiliores inueniri?Turtur & hirũdo,agri passeres agnouerũt tẽ- *Hiere.8.b* pora ingressus sui:populus verò meus non cognouit iudicia dei.Ecce iumẽtis,ecce auib⁹ deteriora sentimus,& irrationabiliora cogitamus. Vis amplius nostrã inuenire naturã? Formicarũ nobis gesta narrauit, & earũ nobis imitationẽ ostẽdit. Vade nãq; ad for- *Prou. 6.a* micã,ô piger,& æmulare vias eius.Formicarũ sumus facti discipuli, formicarũ æmulatione viuimus, formicarũ cõuersamur exẽplis.Intãtũ amisimus humanæ naturæ cõsiliũ,intantũ humanæ mẽtis aliena sentimus,qui ad similitudinẽ dei facti mõstramur. Sed nõ reus est ille qui fecit,sed nos qui cõtempsimus in imagine perdurare.Sed quid de formicis dico?Lapidib⁹ insensatiores facti sumus.Et hoc tibi valido testimonio mõstrabo. Audite,ait Micheas, fundamenta *Mich.6.a* terræ,quia iudiciũ domino cõtra populũ suũ. Quid ais?Cõtra homines tibi iudiciũ est,& testes terrę fundamẽta,vt inter diuinũ humanũq; iudiciũ audiãt,iudices inuitãtur?Valde,inquit,nã lapidibus homines insensatiores esse noscũtur.Vides q; totius malicię fines excessimus?asinis & bob⁹ irrationabiliores ostẽdimur,sensu volatiliũ superamur,nec ipsis lapidibus cõparamur,sed serpentiũ malignitates imitamur.Furor nãq;,ait,eorũ ad similitudinẽ serpẽtis, venenum *Psal.57.a* aspidũ sub labiis eorũ.Et quid de mutis animalib⁹ loquimur,vbi etiã ipsius diaboli filij nũcupamur? Vos nãq;,ait,filij diaboli estis.Sed tamen nos qui sensum *Ioan.8.f* nõ habebamus,qui cõtumacia grauabamur,qui nec lapidib⁹ cõparabamur,qui vincebamur ab omni natura,qui despecti videbamur,qui contẽnebamur:& quemad-

quẽadmodũ loquar, ignoro, quo sermone vtar,quo A verbo dicã reperire nõ possum:natura fragilis,natura cõtempta,& omnibus monstrata deterior,omnia vicit, omnia superauit, & omnib⁹ hodierna die meruit excelsior reperiri.Hodie angeli vota diu desiderata receperũt:hodie archãgeli, qđ multo tẽpore cupiebãt,inspicere valuerũt : naturã nostrã ipsi in sede dominica immortali gloria fulgẽtẽ peruiderũt.Hoc enim affectabãt angeli,hoc desiderabãt archangeli, etsi eos natura humana largito sibi honore superabat,attamẽ nostris beneficiis gratulãtur: nã etiã nostris dolebant suppliciis. Et quãdo puniebamur,ipsi quoq; nimia tristicia tenebantur. Et Cherubin licèt
Genes.3.d paradisum custodiebãt,tamẽ nostris suppliciis tristabãtur.Et sicut cõseruus bonus,cùm à domino custo diẽdũ cõseruũ susceperit, satisfacit quidẽ dominicæ iussioni:sed tamẽ pœna cõserui nimio dolore contoritur,& seruitutis necessitate cõstrictus,animi nõ respuit charitatẽ:Sic & Cherubin meruerũt quidẽ custodire paradisum, sed dolebãt honorẽ custodiæ.Et vt hoc facilè possis aduertere,ex hominũ affectione cõdisce, quos cõseruorũ calamitates inspicimus cõdolere. Et si seruãt homines charitatẽ, multò magis illæ potestates nostris suppliciis cõmouentur. Nã & iusti dolebãt peccatorũ suppliciis,& licèt meritò pœna inferebatur,tamen dolores incitabat tristicia. Nã
Exo. 32.g & Moses post idolorũ ceremoniã dicebat, Siquidẽ dimittis illis peccatũ,dimitte: sin autẽ & me dele de libro quẽ scripsisti.Quid hoc est? Cõtumaciã vides, & pro impiorum suppliciis deprecaris. Ideo,inquit, doleo:ideo deprecor,quia dignè cruciãtur,quia meritò puniũtur,quia ipsi sunt sui causa supplicij.Et Eze chiel cum angelũ populo videret inferentẽ summa C supplicia, cum nimia lamẽtatione clamauit, dicens:
Ezec.9.d Heu mihi domine , quoniã deles tu reliquias Israël.
Hiere.30. b. Et Hieremias:Castiga nos domine in iudicio tuo,& nõ in ira tua,ne nos pauciſſimos facias. Et cũ Moses & Ezechiel,& Hieremias dolẽt,quãtò magis illę potestates nostris malis doluerũt,ex eo discę q; recõciliatione dominica gratulati sunt:etsi anteà non dolebant, nec posteà gratulantur:quia gratulati sunt, Christus
Luc.15.b saluator ostẽdit, dicẽs:Erit gaudiũ in cœlo & in terra,vno peccatore cõuertente : & si vnius peccatoris correctione angeli gratulãtur , multò magis cùm ad cœlũ hodierna die primitias hominũ viderint eleuare naturã. Et alia ratione cõdisce gaudiũ cœlestiũ potestatũ, quãdo dominus noster Iesus Christus natus est secundũ carnẽ , cũ recõciliatũ hominẽ vide- D rent,nec enim aliter descẽderet, cũ summa gratula-
Luce 2.b tione in terra clamabãt : Gloria in excelsis deo,& in terra pax hominib⁹ bonæ volũtatis: vt discas q; ideo glorificãt,quia terrã ea,quæ bona sunt, recepisse lætãtur.Declarãt & causam, dicẽtes:In terra pax hominib⁹ bonæ volũtatis:hominib⁹ qui rebellati sunt;qui inimici fuerũt,qui alienati erãt,qui cõtumaces iudicati sunt. Vides quẽadmodũ in alienis bonis gratulãtur,imò in suis?Nã nostra bona suas vtilitates arbitrãtur.Vis discere q; cũ ascẽderet, gratulabãtur,& nimio gaudio exultabãt,& descendebãt frequẽter? Et hoc ,ppriũ est cupiẽtiũ videre inopinatũ spectaculũ: & vt scias q; ascẽdebãt & descẽdebãt,Christi te verba cõfirmẽt, qui dicit:Amodo videbitis angelos dei
Ioan.1.g ascẽdẽtes & descẽdẽtes ad filiũ hominis:& iste semper amãtiũ mos est,& cupiẽtiũ solita cõsuetudo.Vnde nec tẽpus expectare didicerũt,sed festino amoris ardore & delectatiõe prẽueniũt cõstitutũ:ideo ascẽdũt,ideo descẽdũt , & cũ omni festinatione nouũ & incredibile spectaculũ videre desiderãt. Nã qd hoc mirabilius est, quãdo homo qui cõtẽptus fuerat, videtur in cœlo?Ideo & quãdo nascebatur domin⁹ noster,& quãdo resurgebat, exultabãt angeli, & hodie quãdo ascẽdit ad cœlũ.Ecce eñ duo,ait,in alba ve- *Act.1.b* ste,vt ex ipsis indumẽtis gratulatio mõstraretur, dixerũt ad discipulos:Viri Galilæi,iste Iesus qui ascendit à vobis in cœlũ,sic veniet quẽadmodũ vidistis eũ in cœlũ euntẽ.Hic auditũ mihi omni cũ diligẽtia cõmodate.Cur hęc dicta sunt?Nũquid oculos discipuli nõ habebãt?Nũquid nõ videbãt qđ gerebatur? Nũquid nõ dixit euãgelista, quia videntibus eis ascendit in cœlũ?Cur igitur angeli eis dicebãt quod factũ est? Quid eis mõstrabant q; ascẽdit ad cœlũ?propter has B scilicet duas causas.Vnã,quia dolebãt Iesu discessione desolati:& quia dolebãt q; ad eos dicitur : Nemo *Ioan.13.d* me interrogat de vobis,quò vadis? sed quia dixi,tristicia impleuit cor vestrũ. Et si amicorũ, seu cognatorũ separatione tristãtur,quãtò magis saluatorẽ,magistrũ,dominũ misericordẽ,piũ,mansuetũ, cùm à se viderẽt separari,nõ omni cũ dolore tristabãtur.Ideo stabãt angeli, & ascẽsionis tristiciã regressionis commemoratione cõsolabãtur, & separationis dolorem aduẽtus futuri pollicitatione sedabãt. Nam aiũt:Iste *Act.1.b* Iesus qui ascẽdit à vobis,sic veniet.Doluistis,inquit, quia ascendit,sed dolere desinite,nã iterũ veniet.Et ne hoc faciãt quod Heliæus feciſſe docetur, cõsci- *4.Reg.2.c* dit vestimẽtum cùm magistrũ vidisset eleuatũ ad cœlum.Nõ eñ habuit præsentẽ angelũ,qui Heliã promitteret aduenire. Ne igitur & isti hoc faciant, ideo angeli stabãt,animas eorũ tristiciæ solatio releuãtes. Et hæc quidẽ vna causa est prẽsentiæ angelorũ.Erat & alia causa nõ minoris rationis. Nã addiderũt,Qui ascẽdit ad cœlũ:& quia lõgum spaciũ de terra tenebatur ad cœlũ, & oculorũ acies portatũ corpus ad illam altitudinẽ minimè poterat peruidere : sed sicut auẽ si altiora postulat, deficiet aspectus inspicere, & noster oculus volatu vincitur celsiore : sic & illud corpus quãto ferebatur ad summa,tãtò oculos vidẽtium aspectus imbecillitate incidebat, deficiente natura altiora cõspicere:ideo stabãt angeli,iter cœleste mõstrãtes,nẽ quis arbitraretur, quia tanquã in cœlũ ascẽdit sicut Helias,sed in cœlũ ascẽdit,qui eleuatus est à vobis ad cœlũ.Ideo nõ simpliciter hoc addidit. Et Helias quidẽ tanquã in cœlũ ascẽdit, nam seruus erat:Iesus autẽ ad cœlum,nam dominus erat. Ille in curru igneo,hic in nube.Et quando seruus vocabatur,currus mittebatur vt veniret:& quãdo filius ascẽdebat,dominica sedes occurrebat,nec tãtum dominica,sed & paterna. Nam & de patre eius ait Esaias: Ecce dominus sedet in nube leui.Et quia pater sedet *Esa.19.d* in nube,misit & filio.Et Helias quidẽ cùm ascenderet,melotẽ Heliseo dimittit:Christus autẽ discipulis gratiã dereliquit, quæ nõ vnũ prophetã, sed multos Heliæos effecit,imò illo potẽtiores,& lõgè amplius meliores. Eleuemur igitur & excitemur dilectissimi fratres,& illũ cogitemus aduentum. Nam & Paulus ait,Ipse descẽdit de cœlo dominus in iussione,in vo- *1.Thessal.* ce archangeli : & nos qui viuimus,qui relinquimur, *4.d* rapiemur in nube, in occursum domini,sed nõ omnes. Et quia non omnes rapiemur,sed aliquanti,au- *Matt.24.d* di quid ait Christus : Tunc erunt duæ in mola mo-

lentes,

Universidad de Deusto
Biblioteca

lentes, vna suscipietur, & vna relinquetur. Duo in le- *Luc.17.g*
cto, vnus suscipietur, & vnus dimittetur. Quid hac
significatione ostēdatur, quid hoc secreto declare-
tur, videamus. Mola, pauperes inopésq; demōstrat,
& eos q vitæ labore cōterētur: lectus, diuites & quie
tos ostēdit, & eos qui honorib⁹ secularibus perfruū-
tur. Et volēs ostēdere quia & pauperes aliquādo libe
rantur, & pereūt: & ex diuitibus nōnulli liberātur, &
pereūt, ait: Quia de mola vna suscipitur, & altera di-
mittitur: & de lecto vnus suscipitur, & alter relinquitur, significās quia hi qui peccatis obruūtur, hīc re-
manēt cōgrua supplicia sustinētes, iusti rapiuntur ad
Simile. nubē. Nā sicut rege aduenīēte ad aliquā ciuitatē, hi
qui honoribus & dignitatibus decorātur, cū summa
cōfidentia nō expectato eius ingressu lōgè ante por
tas occurrūt, & excipiūt aduenientē: rei autē & cri-
minibus obligati intra muros retinētur, imperatoriā
expectaturi sententiā: Ita & quādo dominus veniet,
iusti ei in ipso medio aëre cōfidēter occurrūt: noxij
autē & obruti peccatis, hīc remanēt expectātes iudi
cium. Tūc & nos rapiemur. Nō me iustorū numero
cōtineri cōmemorās dixi, nos rapiemur. Nā nō sum
intantū sanæ mētis alienus, nec animæ cæcitate con
fusus, vt mea peccata nō nesciā, & meorū videar obli
tus esse gestorū. Nā quia diē festū nolo meo dolore
turbare, nec solēnitati miscere tristiciā, parco lachry
mis, parco fletibus meorū peccatorū cōscientia sau-
ciatus: ideo orationē in ipsa festiuitatis lętitia termi-
nabo, illius diei memoriā derelinquēs, vt nec dies
suis opib⁹ gratuletur, nec sua pauper egestate trifte-
tur, sed vnusquisq; suæ cōscientiæ meritū speret. Nā
nec dies beatus, nec pauper miser poterit iudicari:
sed is qui illius meretur aspectū, ipse cacumē totius
beatitudinis possidebit. Nā qui peccatis pauper est,
diuitiis cœlestibus abūdabit: & qui criminibus dives
est, suppliciorū inopiā sustinebit. Et ideo dico, vt qui
in peccatis sumus, lugeamus: & qui bona cōscientia
viuūt, gratulētur. Sed nec isti cōfidāt, sed caueāt: nec
illi lugeāt, sed corrigātur. Nā & eū qui licèt malè fue
rat cōuersatus, mutata vita gloriā ꝓmereri, & his pa-
rē fieri, qui semper iustè vixerūt: hoc & nos implere
ꝓperemus: & qui bene viuūt, propositā cōuersatio-
nē merito futuræ glorię ampliare festinēt, & cōfidē-
tiā augere nō desināt: & qui peccatorū mole oppri-
mūtur, meliore correptione mutētur, vt iustorū cho
ro sociati, cū debita reuerētia imperatorē susciplam⁹
angelorum, & illa beatitudine perfruamur, quā nos
omnes liceat promereri, gratia domini nostri Iesu
Christi, cū quo patri gloria, imperiū, cum spiritu san-
cto, & nunc & semper, & in secula seculorū, Amen.

De Pentecoste, Sermo, Incerto interprete.

NOdie nobis terra facta est cœlum, nō stellis
de cœlo in terrā descendētibus, sed aposto
lis ad cœlos ascēdentibus, quia effusa est co
piosa gratia spiritⁱ sancti, & vniuersum orbē operata
est cœlū, nō immutās naturā, sed voluntatē emēdās.
Inuenit nāq; publicanū, & euangelistā effecit: inue-
nit persecutorē, & apostolū reddidit: inuenit latro-
nem, & in paradisum induxit: inuenit meretricē, &
virginibus coæquauit: inuenit magos, & euāgelistas
ostēdit: fugauit maliciā, & induxit benignitatē: exter
minauit seruitutē, & induxit libertatē, cōcessit debi-
tum, & intulit gratiā dei. Ideo cœlū factū est terra, &
hoc sæpius dicēs, nō cessabo. Quid enim tales stellæ
sicut apostoli? Stellæ in cœlo, apostoli super cœlos.

A Quæ sursum sunt (inquit Apostolus) sapite, vbi Chri *Coloss.3.a*
stus est in dextera patris sedēs. Stellæ de igne insen-
sibili, apostoli de igni intelligibili: stellæ in noctu lu-
cent, in die obscurantur: apostoli in die & in nocte
suis radiis, hoc est virtutib⁹, effulgēt. Stellæ orto Sole
obscurātur, apostoli Sole iusticię resplēdēte, sua cla-
ritate luceſcūt: stellæ in resurrectione cadēt sicut fo-
lia, apostoli in resurrectione rapiētur in aëra nubib⁹.
Et in illis quidē syderibus alius Antifer, alius Lucifer
appellatur: in apostolis autē nullus Antifer est, om-
nes luciferi, & ideo stellis maiores apostoli. Et qui-
cūq; eos luminaria vocauerit mūdi, nō peccabit: nō
solùm dū essent in corpore, sed eriā magis nūc, quā-
do de hac vita migrarūt. Gratia enim & merita san-
ctorū nō minuūtur morte, nō retardātur die, nō dis-
soluūtur in terra, nec nocte obscurātur, nec tenebris
B obumbrantur, & hoc res ipsa demōstrat. Piscatores
quippe erāt, & illis dormiētibus retia operabātur. Et
tunc quidē pisces capiebāt ad mortē, nunc autē ho-
mines capiūt ad salutē, claudos faciētes currere, cæ-
cos illuminātes, leprosos mundātes, dæmones effu-
gantes, testatur multitudo credentiū diurna. Vinito-
res erāt, & illis absentibus corpore vinea floreſcit, &
botros affert. Etenim vinitores erāt & piscatores, &
turres, & colūnæ, & medici, & duces, & doctores, &
portus, & gubernatores, & pastores, & athletæ, & pu
gnatores, & coronas gestātes. Colūnę quidē, quoniā
virtute sua ecclesiæ robur sunt: fundamentū autem
quia in cōfessione ipsorū fundata est ecclesia, dicēte
domino: Tu es Petrus, & super hanc petrā fundabo *Mat.16.c*
ecclesiā meā. Portus autē, quia tēpestates impias re-
presserunt. Gubernatores, quoniā orbē terrarū viā
rectā docuerunt. Pastores, quoniā lupos abegerunt,
& oues cōseruauerunt. Aratores, quoniā spinas era-
dicauerunt. Vinitores, quoniā labruscas eradicaue-
runt, & semina pietatis plātauerunt. Medici, quoniā
vulnera nostra curauerūt. Et vt discas me nō incas-
sum hæc dixisse, adducā Paulū in mediū hæc omnia
facientē. Vis eū plantatorē videre? audi: Ego plātaui, *1.Cor.3.b*
Apollo rigauit, sed deus incremētum dedit. Vis eum
structorē videre? Sicut sapiēs, inquit, architectus fun *Ibidem.*
damentū posui. Vis eū dimicantē videre? Sic pugno, *1.Cor.9.b*
nō vt aërē cædēs. Vis eū videre cursorē? Ab Hieroso *Rom.15.c*
lyma & in circuitu vsq; ad Illyricū, & inde ad Hispa
nias, & in vltimas partes repletū est euāgeliū Christi.
Vis eum videre athletā? Nō est nobis colluctatio ad- *Ephes.6.b*
uersus carnem & sanguinē. Vis eum videre ducem?
Assumite arma dei, & induite loricā fidei, & galeam *Ibidem.c*
salutis, & gladiū spiritus sancti. Vis eū videre certan-
D tem? Certamē bonū certaui, fidē seruaui. Vis videre *2.Timot.*
coronatū? De cætero posita est mihi corona iusti- *4.b*
ciæ. Et cùm esset vnus, omnia faciebat, dominū suū
imitās: etenim cùm sit diuinitas vnius subſtantiæ, &
immutabilis, pro nostra salute omnib⁹ omnia fit. Tu
palmes factⁱ es, & ipse tibi vinea, sicut ipse dicit: Ego *Ioan.15.a*
sum vinea, vos autem palmites. Promouere gressum
voluisti? factus est tibi via, dicēs: Ego sum via, per me *Ibid.14.a*
si quis intrauerit, exiet, & pascua inueniet. Ouis fa-
ctus es? ille tibi pastor. Ego sum pastor bonus: pastor *Ibid.10.c*
nanq; bonus ponit animā suā pro ouibus. Peccator
effectus es? factus est tibi agnus: Ecce agnus dei qui *Ioan.1.d*
tollit peccata mundi. Manducare voluisti? factus est
tibi mēsa. Bibere voluisti? factus est tibi poculū: Qui *Ibidem.6*
manducat carnem meā, & bibit sanguinem meum,
in me manet, & ego in eo. Vestiri voluisti? factus *Galat.3.d*
est tibi

Ioan.3.d est tibi indumētū. Quotquot enim in Christo bapti A
zati estis, Christū induistis. Spōsa fieri voluisti? factus
est spōsus: Qui habet spōsam, sponsus est, sicut dixit
Ioannes Baptista. Nubere voluisti? factus est tibi vir.
2.Cor.11.a Despondi enim vos vni viro virginē castā exhibere
Christo. Meretrix eras, & facta es virgo. O noua &
admirāda rerū cōmutatio. Apud seculi homines nu
ptiæ virginitatē dissoluūt, apud spirituales autem nup-
tias, meretricē ex gētibus accepit ecclesiā, & virgi-
nibus castiorē effecit. Interpretare mihi ô hæretice,
quomodo meretrix effecta sit virgo. Hæc te nescire
dicis, & disputare de deo audaci temeritate conaris.
Circūuenire nō queo, fide virū suspicio. Hæc autem
omnia operatur spiritus sancti gratia, quæ largè effu
Actor.2.a sa est super apostolos dei. Et factus est repētе de cœ-
lo sonus tanquā aduenientis spiritus vehemētis, & re-
pleuit totā domū vbi erāt sedētes. Et apparuerūt illis B
dispertitæ linguæ tāquam ignis: nō ignis, sed tanquā
ignis. Si ignis, inquit, quomodo nō ardebāt? Interro-
Exod.3.a gat Iudæus, interrogabo & ego Iudæū: Si ignis erat,
quomodo non cōburebat rubū fragile lignū? Quid
igne vehemētius? quid rubo vilⁱ? & neq; lignū exu-
rebatur, neq; ignis extinguebatur. Et quomodo cor-
Danie.3.b pora triū puerorū ignis nō exussit, sed caminus in ro
tē versus est, & carbones tanquā rosas arbitrabātur?
Certamē ignis & corporis, & tamē corporum fiebat
victoria: & qđ cera erat solubilius, ferro factū est fir-
mius. Interpretare mihi vetera, etenim illa præcesse-
rūt, vt credatur veritati. Quoniam spiritus sanctus in
igne apparuit, propter velocē mētis susceptionē: nō
autē ꝓpter hoc solū, sed & sicut ignis spinas cōburit,
Ibid.14.c sic & spiritus peccata disperdit. Missus est Daniel in
lacū leonū, & immanē rabiē illorū diuina virtus re- C
pressit. Peragrarūt piscatores orbē terrarū, & infirmū
eū inuenientes, ad sanitatē reduxerūt: & in ruinā po-
situm ad stabilitatē reuocauerūt, nō scuta mouētes,
nō arcus tendētes, nō sagittas mittētes, nō pecunias
largiētes, nō eloquētia cōfidentes. Et erāt nudi qui-
dem seculo, sed induti Christū: pauperes, sed diuites:
pecunia indigētes, sed regnū cœlorū possidētes. Nō
habētes humana solatia, habentes autē dominū suū.
Matt.vlt. Ego enim, inquit, vobiscū sum omnibus diebus vsq;
ad consummationē seculi. Peragrarūt vniuersum or
bem terrarū oues simul cū lupis. Quis vidit? quis au-
Ibid.10.b diuit? Dicit, Mittā vos vt oues in medio luporū. Quis
vnquā pastor oues mittit in medio luporū? sed magis
si viderit lupos, cōgregat oues. At verò Christus è cō
trario fecit. Oues ad lupos direxit, & vulneratæ à be
stiis nō sunt, sed magis lupi ad ouiū mansuetudinem D
sunt cōuersi. Et vt non dicerēt oues sumus, & mittis
nos in escā luporū, timorē illorū vno sermone abstu
lit. Nō dixit, ite (nec enim virtute eorū mittebat illos)
sed ecce, inquit, ego mitto vos. Infirmi quidē vos, sed
qui mittit potēs est. Quis es tu? ego sum qui cœlū ex-
tēdi, qui terrā fundaui, qui mare infrænaui, qui mor
tem dissolui, qui chirographū quod contra vos erat,
cruci affixi, qui veterē legē immutaui, qui vos ad pri
stinā patriā reuocaui, qui fortia dissoluo, & dissoluta
cōforto. Quid mari fortius? Sed parua harena intole
rabilē illius impetū retundit & cōtinet. Ecce, inquit,
ego mitto vos, qui mortis & vitæ habeo potestatem,
qui de cœlo descēdi &c. Ecce ego mitto vos, vt oues
in medio luporū, tanquā lupus quidā bestiæ fiebant
ouibus, vt nec fuga cōseruarent salutem circūuallati
vndiq;. O virtus mittētis in medio luporum oues, in

circuitu lupi, & mutati sunt lupi, & facti sunt oues.
Nec enim natura, sed volūtate lupi erant. Ecce ego
mitto vos. Quid ergo nobis præcipis? Estote pruden *Ibidem.*
tes sicut serpētes. Serpēs & si millies vulneretur, ca-
put autē suū saluet, totus est sanus: sic & tu, si pecuniā
aduersarius tollere vult, libēs cede: & si omnes facul
tates auferre conatur, dimitte: & si ipsam temporalē
vitā extorquere cupit, ne resistas: tātūmodo fidē tuā
custodi: illa illęsa manēte, vniuersa ingruētia mala fa
cillima erūt. Nudus existi de vētre matris tuę, nudus *Eccles.5.c*
& ibis. Sed forsitan in exiliū mitteris, dicito, Domini *Psal.23.a*
est terra & plenitudo eius. Forsitan mors occupabit,
nō est timēda, quia trāsitus est. Tantūmodo fidē ser-
ua, thesaurū indeficientē, diuitias sempiternas: horū
quę dico beati martyres testes sunt, quia fidē nō per-
diderūt, & post excessum de corpore fortiores sunt
viuis. Propterea, inquit, homo factus sum, propterea
carnē indui, vt orbē vniuersum saluarē: multūm erī
deo ecclesia chara est, non muris circūdata, sed fide
circūsepta, propter ecclesiā nāq; extēsum est cœlū,
diffusum est mare, extēsus aër, terra fundata est, pa-
radisus plātatus est, mirabilia multa facta sunt, pela-
gus scindebatur, & iterū suebatur: petra findebatur,
& iterū pluebat de cœlo, & tanquā pruinosa pone-
batur mēsa. Propter ecclesiā prophetæ, ꝓpter eccle-
siā apostoli: & quid plura dicā? propter ecclesiā vni-
genitus filius dei homo factus est, sicut dicit Paulus:
Qui ꝓprio filio nō pepercit, vt ecclesiæ mederetur, *Rom.8.f*
sanguinē filij effudit ꝓpter ecclesiā. Hic sanguis irri
gat ecclesiā. Et ideo plātaria eius marcescere nō pos-
sunt, nec amittūt folia arbusta eius, nō subiacet ne-
cessitati tēporis, nec est cōditioni obnoxia, vt per æ-
statē coma foliorū tegatur, hyeme amittatur. Nō te-
netur temporū qualitate, sed spiritus eā sancti guber
nat gratia, & ideo nō senescit, nec cōtrahitur, & mul
tis impugnātib⁹ nō opprimitur. Quāti ab initio im-
pugnarūt ecclesiā, cùm fidei semina iacerētur, & ar-
ma cōtra eam cōmota sunt: sed quātò magis impu-
gnabatur, tantò clarior reddebatur: sed nūc quidem
ꝓpter dei gratiā & reges, & duces, & milites, & vni-
uersus orbis fide repletus est. Nā in principio, & (vt
dicā) in cunabulis ecclesiæ reges fuere impij, duces
insani, populus seditioni deditus. Et edicta iudicum
vbiq; dabātur, aræ incēdebātur dæmonibus, fumus
& odor pessimus ipsum maculabat aërē. Terra coin-
quinabatur sanguine, dæmones debacchabātur, dia
bolus dominabatur, pater abdicabat filiū, filius inho
norabat patrē. Natura quidē scindebatur, sed pietas
nō diuidebatur. Vbi sunt nūc q audeāt ecclesiæ con
traire? Quādo nouella erat, ī nullo potuit lędi: & nūc
quādo vsq; ad cœlū puenit, existimas eā posse super-
rari? Et tūc quidē cū vndecim essent apostoli, nullus
eos superare potuit, sed pauci homines totū ceperūt
mūdū: & nūc quādo terra & mare, & orbis terrarū, &
inhabitabiles regiones, & ciuitates, & oēs fines terræ
pietate repleti sunt, putas eā te posse lædere? sed non
poteris. Christus enī ꝓpter eā passus est, portæ inferi *Mat.16.c*
nō prævalebūt aduersus eam. Facilius cœlū extermi
nari potest, & terra perire, q̄ aliq̄d mali pati ecclesia.
Quis est q hæc dicit? ipse Christus loquitur: Cœlū & *Ibid.24.c*
terra trāsibūt, verba autē mea nō ꝑteribūt. Bene em
verbū dei ipso cœlo validius est, quia cœlū opⁱ verbi
est. Dixit q̄ppe deus, fiat cœlū: & verbū in opⁱ appa- *Genes.1.a*
ruit. Currebāt naturę, & nemo impediebat, q̄a natu-
ræ dñs imperabat, qui & facere & immutare potest.

Ego

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ego eā ędificaui qui cœlū ſtatui. Sed ꝓpter cœlū nō fudi ſanguinē, propter cœlū crucifixus nō ſum, nec ꝓpter cœlū cœleſte corpus accepi. Et quid dicā cœli? Angelorū corpus nō aſſumpſi, vt dicas, quoniam cœlo & angelis, & omni creatura honorabilior eccleſia eſt. Ideo cœlū & terra tranſibunt, verba autē mea nō præteribūt. Aſſit gētilis, aſſit Iudæus, ſi hęc inania ſunt verba, redarguant: ſi autē veritas eſt quæ dicta ſunt, adorēt virtutē dei. Dixit Chriſtus: Cœlū & terra trāſibūt, verba autē mea nō præteribūt: facilius eſt cœlū præterire, & terrā deuocari, q̄ verba mea excidere. Quæ autē ſunt verba eius? Adducamus in mediū, videamus ne fortè interciderint, nō dubitās dico, ſed hæreticos obcludo. Quæ ergo ſunt verba? cœlū & terra trāſibunt, verba autē mea nō præteribūt.

Mat.16.c Qui ſermones, quę verba? Tu es Petrus, & ſuper hāc petrā ædificabo eccleſiā meā, & portæ inferi nō prę- B ualebūt aduerſus eā. Super hāc petrā, nō dixit ſuper Petrū: nō enim ſuper hominē, ſed ſuper fidē ędificauit eccleſiā ſuā. Quid autē erat fides? Tu es Chriſtus filius dei viui. Petrā vocauit eccleſiā, fluctus ſuſcipiētem, & nō titubantē. Etenim eccleſia tot ſuſcipit tentationes, nō tamē vincitur. Quid eſt ſuper petrā? hoc eſt, ſuper cōfeſſionē, ſuper ſermones pietatis. Si forſitan interrogabis vtrū hæc ædificatio ſuſcipiat lapides, aut ligna, aut ferrū: nō, inquit, nec enim eſt inſenſibilis ædificatio: q̄ ſi talis eſſet, ſolueretur tempore, confeſſionē autē pietatis neq; dæmones, neque vlla creatura vincere poteſt. Teſtātur martyres, quorum latera radebātur, ſed fides nō frāgebatur. O noua rerū materies. Paries effoditur, & theſaurus nō aufertur: caro ſcinditur, & fides nō rūpitur, talis q̄ppe martyrū virtus. Etenim ſuper hanc petrā ędificabo eccle- C ſiā meā, & portæ inferi non pręualebūt aduerſus eā. attēdite diligētius verba. Portas inferi pericula vocat, quę mortē patiūt. Quid ergo? In infernū intrabit quiſq;, quādo periclitabitur? Etiā. Sicut enim portæ introitus ciuitatū ſunt, ſic pericula introitus mortis ſunt. Et cur, inquit, nō prohibet tētationes? Vt oſtēdat virtutē eius. Si nemo eā impugnare poſſet, dicere poterāt, quoniā ſi impugnaretur, vtiq; vinceretur. Propterea permitto eā impugnari, vt nō imbecillitas impugnantiū, ſed fides victoriæ imputetur. Et portæ inferi. Nō dixit, nō appropiāt ei, ſed nō prævalebunt aduerſus eā. Quid ergo? Impugnabitur quidē, nō tamē vinci poterit. Tēpeſtates ſuſcipit eccleſia, ſed nō demergitur: iacula in eā mittūtur, ſed nō perforatur: machinamēta præparātur, ſed turris non eliditur. Et quid dico eccleſiā? vnū ſermonē locutus eſt paſtor, D & ſicut turris immobilis perſeuerat. Quanti tyranni verbū hoc delere conati ſunt? ſed non potuerūt. Supra petram enim fundatū erat. Cōſidera tyrānos, reges, gladios acutos, beſtiarū dētes mortē minantes, caminos, ſartagines, manus ferreas, & vncos, & omnia machinamēta parata: & pharetrā quidē ſuā euacuauit dominus, ſed nihil læſit eccleſiā. Portæ inferi nō pręualebūt aduerſus eā. Teſtatur res ipſa, teſtatur horū quæ fiūt, adſtipulatio. Quāti impugnauerūt, & nemo prævaluit? Et impugnatores quidē taciturnitati & obliuioni dati ſunt: eccleſia autē quotidie virtutib⁹ augmētatur. Vbi nūc Claudius, vbi Auguſtus, vbi Nero, vbi Tiberius? Nomina ſunt nuda: horū autem nemo, nec vlla horū mētio. Et quia eccleſiā impugnauerūt, ideo & memoriam perdiderūt, eccleſia autē clarior reſplēdet. Vbicunque ieris, ad Indos, ad

A Mauros, ad Britānos, ad Hiſpanos, vſq; ad vltimum finē terrarū, inuenies: In principio erat verbū, & ver- *Ioan.1.a*
bum erat apud deū, & deus erat verbū. Et vniuerſa religione plena: ante hoc enim vniuerſa repleta erāt impietate, nūc autē nō ſolūm ciuitates religione florēt, & fide Chriſti, ſed etiā eremus in nomine Chriſti gloriatur. Antea nāq; & reginæ in cōuiuiis virorum ſaltabāt, ſicut filiā Herodiadis feciſſe legimus: nunc *Marc.6.a*
verò vix famula dignatur hoc facere. Antiquitus gētis Perſarū filij parētibus ſociabātur cōnubio, & ſoror fratri iūgebatur impunē, nūc verò virginitatem appetūt. Ante hoc autē quoties in Britānia humanis veſcebātur carnibus, nūc ieiuniis reficiūt animā ſuā. Maſſagetæ & Derbices miſeros putant, qui ægrotatione moriūtur, & parētes, cognatos, propinquos, cū ad ſene ctā venerint, iugulatos deuorant: rectius eſſe B dicētes, vt à ſe potius quàm à vermibus conſumantur: nūc verò poſt paſſionē Chriſti & reſurrectionē eius, abſtinētia & caſtitate deuotè militāt Chriſto, & propè omnes gētes paratæ ſunt pro nomine domini fundere ſanguinē ſuum. Ante hoc impij & perſecutores erant reges: nunc verò ad cœlū prę ferūt pietatem, & ingrediētes limen eccleſiæ, deponūt coronā, & crucē Chriſti depingunt in ſuis frōtibus. Foris arma, hîc myſteria: foris ſcuta, hîc ſacramentorū celebratio. Theodoſius pater, filius Theodoſij, religione ac pietate inſignes. Ideóq; pro his omnibus gratias agamus domino per Chriſtum dominum noſtrum, cui eſt gloria & poteſtas cum ſpiritu ſancto, per immortalia ſecula ſeculorum, Amen.

D. IOANNIS CHRYSOSTOMI

Sermo in Pentecoſte de ſancto ſpiritu.

NVlti quidem aliter: at quicunq; gratiæ participes ſpiritū ſanctū etiam nunc in eius ad homines è cœlis aduentu perquàm feſtiuè celebrāt, & alius quidē alio pulchriora & ſublimiora, & quantācunq; ſcientię virtutem habet, hac eiuſdē gratia afflatus, afferat eccleſiæ Chriſti ſpōſę mundum, & dona, & ſportulas. Et alius quidē per ſpiritū dicat ſermonē ſapientiæ, alius qui ab eodē impellitur, faciat ſermonē ſcientiæ, & alius operetur dona virtutum. Hæc enim & ſimilia dona ſunt dignis ſpiritu ſancto, qui facit nobis ſemper aliā ſuper aliā oriri feſtiuitatē, à quo die ſua gratia in orbe terrarū apparuit. Vtiq; ſic ages ô ſacroſancta dei concio, quomodo deum decet ſanctarū eccleſiæ feriarum concordia. Igitur aliquando angelus Gabriel è cœlo de- *Luc.1.d*
ſcendit, & deus in vtero ſemper virginis habitauit: nunc autē ante paucos dies magni conſilij angelus Chriſtus in cœlos aſcendit, & ſanctum ſpiritū omnibus demiſit, vnde in cœlos regreſſus ad patrē ſuum, clamabat: Surge in occurſum meum, & vide. &, Tu *Pſal.58.a*
domine deus virtutū, deus Iſraël intende, vt viſites *Ibidem.*
omnes gentes. Ego viſitaui, inquit, & impleui tuam obedientiā: intende & tu vt viſites gentes, amandās eis & alium paracletum, ſpiritum tuum ſanctum. Igitur non ad vnam tantum animam hodie dicitur, Spiritus ſanctus veniet ſuper te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi: ſed omni creaturæ dicit deus, Effundam *Ioel.2.g*
de ſpiritu meo ſuper omnem carnem. Et erunt mihi in filios & filias, & fratres & matres. Quiſquis enim facit voluntatem patris noſtri, qui eſt in cœlis, hic fi- *Mat.12.d*
lius, & Chriſti frater & mater eſt. Itaque adoptionis feſtū fideles celebremus hodie, & ſpiritus ſancti ad

ſpiritus

ſpiritus hominū aduentū, & ſocietatem. Nouæ enim hodie orbi terrarū annunciātur leges, nouum teſta- *Pſal.103.d*
mētum, noua creatura. Emittes enim, inquit, ſpiritū *Gene.3.d*
tuū & creabūtur, & renouabis faciē terræ, quæ olim audiuit: Terra es, & in terrā abibis. Proinde auditor ſermonū, auide, mente tua recurre ad mōtem illum, Sinęum dico: & diſce quomodo olim vetus lex data ſit, quomodo item & nunc nouum teſtamētum. De *Hier.31.f*
quo inquit per prophetā ſcriptura: Ecce dies veniūt, dicit dominus, & teſtamentū faciā ſuper domum Iuda: hoc eſt, ſuper duos populos, teſtamentū nouum: nō ſicut teſtamentū quod ſtatui cum patribus eorū, quādo eduxi eos ex terra Aegypti, dās leges in mentem eorū, & in corda eorū inſcribā eas. Quomodo igitur, dic mihi, & quando vetus lex Iſraëli data eſt? poſt liberationē de ſeruitute Aegyptiorum in mōte Sinęo, propterea etiam nunc nouū teſtamentum in monte Sion redēptis de ſeruitute inimici datur. Illic B *Exod.19.*
cum Moſes in montē aſcendiſſet, lex deſcendit: hic vbi Chriſtus in cœlū aſcendit, ſpiritus ſancti lex nobis aduenit. Illic ignis montē impleuit, ideo & hodie in igneis linguis ſpiritꝰ apparuit. Illic agnitionis diuinæ primitiæ Iſraëli declarabātur, hic nūc agnitionis diuinæ gentibus ſignificantur. Illic linguā quam nō nouit, audiuit populus: & hodie linguā quā non nouit, locutꝰ eſt apoſtolorū chorus. Illic cū lex daretur, *Act.2.a*
voces tubæ ſonabāt: & hodie factus eſt repēte de cœlo ſonitus tanquā impetu venientis ſpiritus validi. Et illic poſt triduanā populi purgationem lex data eſt, nunc autē poſt triduanam Chriſti reſurrectionē ſpiritus ſanctus nobis donatus eſt. Nam dū complerētur dies Pētecoſtes, erāt omnes diſcipuli vnanimiter in eodē loco, & factus eſt repēte de cœlo ſonitus, tā- C quā impetu venientis ſpiritus validi, & impleuit totā domū vbi erant ſedentes. Et apparuerunt eis diuiſæ linguæ tanquā ignis, ſeditq; ſuper ſingulos eorum, & impleti ſunt oēs ſpiritu ſancto: & cœperūt loqui variis linguis, prout ſpiritꝰ dabat illis eloqui. Quàm admirabile igitur erat ſpectare Galilęū piſcatorem, illiteratū, Barbarum, lingua Græca, Perſica, Iudaica, Arabica diſſerere & rhetoricari? Hæc eū erat Chriſti ad diſcipulos certa miniméq; fallax ꝓmiſſio, qua di- *Ioan.16.b*
xit eis: Cū abiero, mittā vobis ſpiritum ſanctū, & ille vos docebit oīa. Quid igitur dicit? Nōne tunc acceperunt diſcipuli ſpiritū ſanctum, quando ſufflauit in *Ibid.20.c*
eos, & dixit: Accipite ſpiritū ſanctum? Sed tunc erāt primitię & donū reſurrectionis Chriſti, nunc autem impletio & fidelis cōfirmatio illiꝰ in cœlos aſſumpti, vt abſq; hæſitatione crederēt illum ſedere in cœlis à D dextera patris oblata natura noſtra patri, & in antidotū & remunerationē ſpiritu ſancto nobis demiſſo. Et cuius gratia poſt decimū diē ſuę aſſumptionis paracletū emiſit? mōſtrauit q̄, noui teſtamēti nouā decē particularū orationē docuerit, & decē ſermonibus beatitudinū beatos fecerit in ſe credētes. In ſpecie autē ignearū linguarū ſpiritus deſcēdit hodie, vt infantilitatē gentiū in theologiā cōuerterer, ſimulq; indicabat patrē eſſe qui mitteret. Lingua eū pater, *Deut.4.a*
qui genitor eſt verbi. Itē in ſpecie ignis, quia deꝰ eſt ſpiritꝰ ſanctꝰ. Deꝰ noſter, ſicut inquit ſcriptura, ignis cōſumens. Ignis igitur ſpiritus ſanctus, eo q̄ repurgat materiā peccati, ſicut ignis qui ſpinas & tribulos peccatorū repurget, & qui ſedētes in tenebris errorum illuſtret, & immateriale quid & impalpabile. Oracula quidē dat pater quaſi in prima hora. Incarna-

A tur autem filius in gratia, aduenit vero nunc ſpiritus ſanctus, vt perſona tertia in trinitate numeratus, conſubſtātialis autē & inſeparabilis ſignatur. Porrò tertia hora ad diſcipulos venit ceu impletionē inſeparabilis trinitatis docēs eos qui ſup terrā ſunt, & tertiam legē poſt naturalē nobis largiens. Iā & hodie in voce valida deſcendit, cōterens dæmonum validos mōtes, vt violenti rapiant regnū cœlorū. Olim quidē ſub Eber linguæ multæ confuſæ ſunt propter ſce- *Gen.11.b*
leſtā impiorū temeritatē: linguis autē hodie admirabilis ſapientia cōceditur, propter flammā ſuperne in diſcipulos venientē. Tūc obtenebrauit impios ædificatio turris ſceleſta, hic ſapiētes reddit rara dei noticia. Illic lapſus condēnauit, hic nūc ſpiritus ſanctus liberos fecit. Vbi enim ſpiritus domini, illic cogno- *2.Cor.3.d*
ſcitur & libertas. Et q̄ libertatis & remiſsionis peccatorū eſt ſuppeditatrix dies Pētecoſtes, audi deum B in Leuitico ad Moſem, vbi præſentē feſtiuitatē præfigurauit, & dicit: Et numerābitis à Paſcha ſeptē ſe- *Leui.23.c*
ptenarios dierū, & die ſequēti facietis diē Pentecoſtes. Dies ꝓpiciationis eſt dies remiſſionis, & indulgētiæ. Quibus oſtendit ſanctiſſimus ſpiritus, q̄ quādo præterierit ſeptima ſabbati legalis & feſtiuitatis & cultus, tunc ſpiritus ſanctus doctis gētibus in Pentecoſte propiciationē & remiſſionē peccatorum nobis tribuet. Vnde & debitorū remiſsio quinquageſimo tempore. Et idcirco quinquageſimus pſalmus in figura huius quinquageſimæ, remiſsionē peccatorū & miſericordiæ cōſecutionē Dauid continet, & variā ſpiritus ſancti mētionem facit, ſpiritum ſanctum & ſpiritum exultationis, & ſpiritū rectum, & ſpiritū principalē appellans. Audi & aliter Pētecoſten hāc C tibi præſignatā manifeſte. Ante multa tempora cum generale diluuiū totū orbē terrarum propter impietatē cōprehēderet, ædificabatur diuino imperio arca pro piorum virorū ſalute. Trecentorum cubitorū *Gen.6.c*
erat lōgitudo eius, & quinquaginta cubitorum latitudo eius, in vnū cubitum cogebatur ſummitas eius, in qua cōgregabātur ex omnibus quę ſub cœlo ſunt animalia. Manifeſte figura fuit. Aqua enim quæ occidit homines, ſimulachrorū cultus eſt, quæ ſæuiſſima hyems ac tēpeſtas erat. Arca figura eſt Eccleſiæ Chriſti. Trecenti cubiti, trinitatis ſignant ſacramentum, qui in vnum cubitū vnius deitatis conueniunt. Quinquaginta autē iterum nobis Pētecoſtes præfigurāt ſymbolū, qua in Sion, quaſi in arca, pecuinę & *Act.2.b*
immundæ quæ ſub cœlo, vt dicunt Acta Apoſtolorum, congregatæ ſunt gentes, Parthi quaſi pardi, & D Medi ſicut equi, & Elamitæ, & alię tribus gentiū. Ex *Gen.8.d*
iſta arca Noë euolauit coruus, nec cōparuit ſuffocatus in aquis. Ex arca autē Eccleſię eliminatus eſt diabolus, qui vere niger & tenebroſus coruus eſt, ſuffocatus in aquis baptiſmatis. Dimiſſa eſt autē in figurā dei à Noë & colūba, vt videret ſi ceſſaſſet diluuium, quæ quùm nondum inueniret requiē pedibus, poſt tempus iterū dimiſſa eſt, & rediit ſiccū ramum oliuę in ore ferens, & poſt dies ſeptē dimiſſa, inuentáq; ſibi requie, cōfidens ceſſaſſe diluuium, nidificauit. Co- *Ibidem.b*
lumba figura eſt aduētus ſancti ſpiritus, quæ ante legem inuiſens creaturā, non inuenit quomodo ſuper ea requieſceret, ſicut neq; Ieſus vbi inclinaret caput *Luc.9.g*
ſuū, ita impietas omnia occuparat. Deinde poſt tēpus quoddā iterum columba dimiſſa eſt, rediit ferēs ramulum oliuę in ore: forte ſignans in lege, ac in ore prophetarum, parūm quēdam fructum miſericor-

Universidad de Deusto
Biblioteca

die spiritū sanctū ferre. At post septē dies omnis cultus sabbatorū legis, emisit deus Noë columbā spiritus filij sui, & inuēta requie apud fideles, & in eis habitauit, & delicate deambulauit, nidificauit, & mansionē apud nos fecit. Colūba enim animal est, quod præ omnib⁹ volatilibus cœli homines amat, & cōtubernale est ac mansuetū, innocensq; & fœcūdum, & domesticū, quod versatur, quiescit & habitat in domib⁹ nostris. Sicut & spiritus sanctus dicit de nobis, quia habitabo & cōuersabor cū eis. Atq; idcirco in specie colūbæ in Iordane de cœlo descendit. Specta autē hoc admirabile animal: feræ enim & nigræ cohabitare & cōuersari non amant, sed immaculatæ & fulgidæ, vt & in hoc manifeste & signāter describāt in seipsis, in nobis habitationē īmaculati purissimiq; spiritus sancti. Quē ex summo cœlo cū ecclesia hodie susceptt, facta est & ipsa cœlū, & cœlestes homines efficit, qui cœlestē spiritū intra se ferant, & huius magnalia prædicent: id qđ si & nos obūbrare dignaretur, iuxta eū qui dicit: Os meū aperui, & attraxi spiritum: attentarē celebrare illius aduētum, nō quantum par & dignū (hoc enim neq; vlla creatura facere audebit) sed quantum sua inspirarit gratia & virtus. Quāuis autē non ignea, sed lutea sim lingua, feruēti tamē instituto: ideo obsecro, vt aures, & mentē atque vigilē animā adhibeatis. De deo enim, & de diuinis sermo erit, vt per spiritū hinc spirituales abeatis, festo spiritualiter celebrato, & deliciis gaudij ineffabilis impinguati. Spiritus sanct⁹ fuit quidē semp, & est & erit, neq; incepit neq; desinet, sed semper patri cōsubstantialiter familiaris & cōnumeratus. Vita natura viuens, & viuentiū viuificator, lux de luce & lucis suppeditator, per se bonus & fons bonitatis, per se dñs, sui iuris, deus de deo & deificās, virtus omnipotēs, etiam infirmis virtutē cōcedens, supersubstātialis ex substantia supersubstantiali, etiam aliis quæ sunt suā essentiam donans. Spiritus sanctus, spiritus absq; materia, absq; rege, absq; senio, absque successore, indissolubilis, supra omnē captum & contēplationem, incōmutabilis, impollutus. Spiritus sanctus, spiritus quē nemo interpretari potest, imperuestigabilis, imperscrutabilis, impartibilis, incircunscriptus, absq; fluxu, absq; sorde, absq; cōfusione, non imaginabilis, incōprehensibilis. Spiritus sanctus non spiritus ventorū, nō spiritus angelicus, nō spiritus corporalis, non spiritus aërius: sed spiritus opifex, spiritus personā in deitate habens, spiritus sapientiæ, intellectus & exultationis, spiritus cōsilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & agnitionis, spiritus timoris & exultationis. Spiritus sanctus, spiritus pacis & fidei, spiritus gratiæ & intelligētiæ, spiritus libertatis & mansuetudinis, spirit⁹ salutis & illustrationis. Spirit⁹ sanctus ip se nostræ imaginis est reformatio, mētis perfectio, animæ instauratio. Spiritus sanctus author est fidei in deū, spiritualis mētaliū oculorū nostrorū sol: interni nostri hominis lumen, lucifer in pectoris cœlo, Spiritus sanctus ipse opulentia filiorū dei, ipse æternorū bonorū thesaurus, ipse arrabon & pignus æterni regni, ipse primitiæ vitæ æternæ, ipse signaculū gratiæ baptismi. Spiritus sanctus ipse fidē facit, q nos à deo in filios adoptati simus, ipse corda nostra Christo cōglutinat. Spiritus sanctus ipse cibus est diligentium Christum, quo nunquā satiantur: ipse potus est animarum filiorū dei, ipse charitas eorum qui sibi coniūcti sunt. Spiritus sanctus copula est vnionis nostræ

A in Christo animarū exultatio, cordis tripudiū, ignis, fons rorulentus. Spiritus sanctus lugentium cōsolatio, mœstitudinis depositio, mētis requies, sapiētię cōmunicatio, prudētiæ inuētio, præscientiæ illustratio. Hoc prophetæ illustrātur, hoc idiotæ sapientia conditiuntur. Spiritu sancto reges inungūtur, sacerdotes ordinātur, doctores declarātur, ecclesiæ sanctificantur, altaria fundantur, vnguentum cōsecratur, aquæ purgātur, dæmones abiguntur, morbi curantur. Hic spiritus vocatur sanctus, dominus, viuificator, cōsolator, & tā est quàm dicitur deus paracletus: hoc est, inhortator. Inhortatur enim semper ad bonū corda fidelium, inhortatur animā, vt deo se vniat: inhortatur mētem, vt à malis desistat. Mirum inhortatur & obsecrat deus mortalē, obsecrat deus lutū, obsecrat creator creaturam, obsecrat dominus seruū, idq; in-
B trinsecus in anima: & alios quidē alloquitur amicè vt filios, alios vt fratres, alios vt amicos compellit, instigat, ad se attrahit, ineffabili & mētali charitate cor exhilarat, edulcat, calefacit, à terrenis transfert, & ad cœlestia vocat: redire facit animā, & ad deū trāsire & volare vrget, mentē diuino accēdit desiderio, docēs vt bona quę illic sunt cogitemus, quæ illic sunt imaginemur, quę illic sunt somniem⁹, quę illic sūt inquiramus: animo versemus exercit⁹ qui illic sunt, status luminū, diffusiones quę illic sunt, gloriā quę illic est, choreas quę illic sunt, supernas māsiones & tabernacula, ciuitatē quæ illic, hæreditatis possessionem, incessabiles hymnorū concentus, fontes immortalitatis quæ illic, dulcē & inaccessā lucē, thesauros æternorum bonorū, festa quæ illic sunt, ęterna solēnium solēnia, thalamos spōsarum dei qui illic, inextinguibiles lāpades, immarcescibiles coronas, delicias citra
C fastidium, gaudiū perenne, vitam æternā, regionem vberrimā, ciuitatem virtutū, patriā absq; turbatione, portū absq; tēpestate, ad quē semper spiritus aduocatus vocat & obsecrat animā ad imaginē suā factā, & ostēdit ei intrinsecus quasi in speculo cū ineffabili gaudio futurū æternū gaudiū, adhortatúrq; eā, & dicit: Veni ad patrē, veni ad supernā patriā, veni ad supernū regnum, veni ad incorruptibilē spōsi thalamum. Si quis vere fidelis inter vos, agnouit omnino quæ dicta sunt: si quis ex vobis Christū diligit, & habet spiritū sanctū. Illæ enim & similes sunt admonitiones & exhortationes cōsolatoris spiritus sancti in cordibus fideliū, tales sunt & his magis mysticę, quas solas sciūt, qui illū inhabitatorē habent. Ita sancti spi
D ritus cōsolatione accensi simul & alati, corroborati- que in populo Christi viri ac mulieres, sauciis diuino amore animabus mortē contēpserunt, naturam carnis vicerunt, tyrannidē voluptatum cōculcarunt, flāmas concupiscentiarum extinxerunt. Ista spiritus sancti adhortatione incitati, omnia quæ super terrā, quasi somnia contempserunt, pecunias, negociationes, possessiones, vestes, ędes, patres, matres, filios, cognationes, generis nobilitatem. Persuasit enim eis spiritus sancti operatio, cùm dicit: Non habemus hic manentem ciuitatem, sed cœlestem inquirimus Hierusalem. Hospites & peregrini sumus nos in hoc seculo, non habemus super terram patrem, sed ad cœlestem imus patrem, desiderantes dissolui, & esse cum eo: desiderantes per mortem ad immortalem transire: illum sitientes, sicut ceruus ad fontes aquarum: illum desiderantes, illum concupiscentes qui nos dilexit, qui in nostris animabus mansionem fecit,

Psal.118.r
Hebr.13.e
Philip.1.a
Psal.41.a

fecit, qui dignatus est cū pauperib⁹ & peregrinis, & peccatoribus cōmunionē habet, qui in infirma nostra carne habitauit, qui spiritum sanctū hodie nobis demisit, & filios nos dei ac hæredes fecit. Etenī & filij simus. Demisit deus spiritū filij sui in corda nostra clamantē, Abba pater. atq; adeo iam nō sumus serui, sed filij dei: si autē filij, & hęredes. Audet horribile & metuēdum quiddā sermo dicere festiuitate hac fretus: Deus in hominibus domiciliū habuit, & ostēdit homines deiparos. Stupēdus sermo, at nō meus ille sermo. Propter timorē tuū domine vterū gessimus, & parturiuimus, & peperimus verbū salutis. Nos qui sum⁹ carnes infirmitatis, peperim⁹ spiritū salutis: quia cōcepimus hodie ab excelso spiritū adoptionis filiorū. De hac salutari incorruptissima spiritus cōceptione, volo tibi hodie spirituale & mysticū quendā sermonē instituere, vt manifestius scias quis prius fueris, quis nūc factus sis, & quid intra teipsum cōceperis, & qualē fœtum in anima tua feras, & quomodo omni Christianæ mēti quadret, vt ei dicatur, Benedicta & tu in mulierib⁹ vt spōsa dei: & benedict⁹ fructus vētris tui. qui quidē spiritus sanctus est, per quē ego, festiuitatis amator, hodie cōcionor. De hoc autē sermonē hinc exordior. Olim in principio, quādo omniū opifex ac dñs ineffabili cōsilio & sermone, iuxta imaginē suæ imaginis effigiauit hominē, ptoplastū: cōcessa faciei corporis illius, forma angelici cuiusdā fulgoris. Quā specie mox vt honestatis osor dæmon vidit, inuidit, illāq; per inobedictiā deceptā seduxit & corrupit, fulgoremq; illū coinquinās immutauit: quā opifex sermo deus renouare volens, nō iterū sicut olim intrinsecus hominē adornauit, vt ne iterū cōspectus à malo dæmone, inuidiā experiretur, qua pulchritudinis suæ iacturā faceret. Propterea quid facit deus, & quid fit? Demisit spiritū filij sui in corda nostra clamantem: Abba pater. Spiritus deus nostris fideliū spiritibus vnitus est, frarerno modo. Hoc donū est, quod nobis solis deus dedit, qui in Christum eredimus. Hic est thesaurus noster, de quo Paulus dicit, q habemus thesaurū hunc absconditū in fictilibus vasis, luteis nostris corporibus. Hoc est granū sinapis, quod Christus in terra cordis nostri seminauit & occultauit. Hic sancti spiritus in nobis thesaurus est, & precios issimū margaritū. Hic est ignis sanctissimus, de quo dicit Christus: Ignē veni mittere super terrā, & volui videre si iā accēsus sit. Hic in nobis spiritus sanctus regnū cœlorū est, de quo dicit Christ⁹: Regnū cœlorū intra vos est. Christus intus, spiritus sanctus intus, pater intus: quæ oculus nō vidit, & quę aures nō audierūt, etiā ipsa intus. Et quomodo cōsequenter omnis Christianorū mūda mens nō cōprobatur purū cœlū, imò etiā cœlo precios ior? Cœli enī peribunt, fideles autē permanēt in seculū, quotquot deū intrinsecus in seipsis ferunt & vident. Vidit quidem & Abrahā olim, sed extrinsecus apud quercum Mābre. Vidit & Iob, sed extrà, per turbinē & nebulas. Vidit Moses deū, sed extrà, per cauernā & in petra. Vidit Esaias, sed extrà, in throno excelso. Vidit Ezechiel, sed extra, in animalib⁹ oculatis. Vidit & Daniel, sed in visione noctis. Vident deū & qui nunc apud nos mūdi corde, at non extrà, sed intrinsecus, sicut filij & hęredes dei, cohæredes autem Christi. Et enim prophetiæ spiritus acceperunt omnes qui ante Christū iusti, nō adoptionē filiorū. Nondū enim, inquit Lucas, spiritus sanctus erat in hominibus. Nō

Gal.4.b
Rom.8.c
Luc.1.c
2.Cor.4.b
Mar.4.c
Luc.12.f
Ibid.17.e
Esa.6.&
1.Cor.2.b
Gen.18.a
Iob.38.a
Exo.33.d
Esa.6.a
Ezec.1.b
Dan.7.a
Rom.8.c

A enim audierant à deo, qui ante Christū fuerunt: Regnum cœlorū intra vos est. Non audierunt qui ante Christum: Veniā ego & pater meus, & mansionem apud vos faciemus. Idcirco dicit vobis, qui in eū creditis: Multi prophetæ & iusti desiderauerūt videre quæ videtis, & audire quę auditis, & non audierunt. Tantū fidelibus in nouissimis deus spiritū suum sanctum demisit, & inhabitauit, & conuersatus est in nobis. Nullus infidelis hunc thesaurū spiritus sancti in seipso possidet, nullus Iudæus donū hoc nouit, etiāsi innumera bona operetur, ignorat has diuitias, nō habet hunc thesaurū spiritus. Quanuis & Iudæus videtur habere legē, videtur & Pascha facere, sed corporale: videtur offerre sacrificiū, sed quale faciūt Ianij. Videtur & templum habere, sed non adhuc vt fidelis. Tu templū dei, tu verū tabernaculum testimo-
B nij, tu dom⁹ sancti spiritus, in quo inumbrat semper. Videtur & Samaritanus, videtur & Arabs deū colere, & deum confiteri, verbū deum credere, & spiritū dei glorificare: sed neq; an sit spiritus sanctus nouit, & quid sit deus omnino ignorat, neq; spiritus sancti particeps est, neq; deum verbum personā in deitate esse cognoscit. Non enim habet in seipso deū habitantē, non habet granum sinapis in se seminatū, non habet inappreciabile margaritū, non habet regnum dei intra se, nō habet thesaurū spiritus in seipso latētem, vt in agro. Si autē quis spiritū dei non habet, inquit, hic nō est dei: sicut Paulus statuit. Quoniā autē hodie spiritus aduenit, & nouæ legis noua & admirabilis legislatio facta est, bonā in spiritu fiduciā habētes, spiritualia cum lege cōparemus, vt illustreris, in quo tu fidelis à Iudęo differas, & quāto sublimius
C sit nouum testamentū veteri. Quæ igitur lex, quam hodie è cœlo datā discis? Spiritus gratia. Quæ rationales tuæ tabulæ, in quibus hęc lex insculpitur? Anima & corpus. Quæ tua spiritualis circūcisio? Omnis malæ cōcupiscentiæ excisio, & ab ea auersio. Quod tuum altarium? mens tua spiritualis. Quod spirituale tuum sacrificium? omnis bona operatio. Quis altaris tui ignis? cōpunctionis calor. Quod templum tuum à deo cōditum? mundum cor, in quo deus habitare amat. Has te doctrinas huius diei solēnia paucis docent. Hanc tibi legem statuit dies Pētecoste. Hæc te mysteria docet spiritus. Custodi obsecro hoc bonū depositum perpetua memoria dignū. Custodi obsecro, spiritus sancti faciē inextinctā. Custodi thesaurū qui in te est occultū, ne à prædonibus rapiatur. Serua obsecro: & precios um margaritū immaculatum.
D Retine cōceptionē spiritus, quem te sermo docuit, illęsam. Serua obsecro, hunc fructū immarcescibilē. Ecce manifeste didicisti, quę per dona spiritus es assecutus. Et quis prius eras, & quid nūc factus es: nēpe amicus dei, filius, Christus, frater, hæres, domus, templū, regni cœlorum thesaurus. Quod vt nos omnes consequamur, gratia & misericordia sua dignetur concedere dominus noster Iesus Christus, cui sit gloria & imperium cum patre & sancto viuificóq; spiritu, in omnia seculorum secula, Amen.

Act.8.c
Ioan.14.c
Matt.13.c
Rom.8.b

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI
homilia, de sancto & adorando spiritu.

Eri à nobis, amatores Christi, sancti & adorandi spiritus celebrabatur aduētus: nō humanarum cogitationum honore exceptus, sed paternæ virtutis testimonio comprobatus. Non enim ex his quæ cogitamus vel loquimur, deus cō-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mẽdatur:sed per ea,quibus illustramur, & pietas cõ
mẽdatur,& veritas prædicatur. Vnus dei sermo est,
vna sancti spiritus doctrina, pietatisq; lãpas est,& di
uinæ agnitionis prædicatio,ac doctrinæ dei illustra-
tio.Operępreciũ autẽ est, vt perseuerem⁹ diutius in
sancti adorandiq; spiritus enarratione, & manifesti⁹
aliquid de sancta,gloriosaq; facultate dicamus.Iterũ
vt iisdẽ vtamur verbis,nõ per ea,quæ cogitamus,sed
per quæ docemur spiritũ sanctũ, & quæ diuini do-
cent sermones,imò quæ ipse de seipso prædicat, dũ
per prophetas loquitur,pérq; apostolos fert radium
suũ.Natura inseparabilis est, vtpote qui ex inseparа-
bili & indiuisibili natura progessus est. Nomen autẽ
eius spiritus sanctus,spiritus veritatis,spiritus dei,spi-
ritus domini,spiritus patris,spiritus filij,spiritus Chri
sti:& sic vocat eũ scriptura,immo ipse seipsum,& spi
ritum dei,& spiritũ qui ex deo est.Et vt nũquã, cum
audimus spiritũ dei putemus q; per proprietatem di-
catur spiritus dei,introducit scriptura spiritũ sanctũ,
&apponit,qui ex deo est. Aliud eñ est dicere dei,&
qui ex deo est.Dei enim sunt cœlum & terra,vtpote
ab eo facta.Ex deo autem nihil dicitur,nisi quod est
ex substãtia eius.Itaq; dicitur spiritus sanctus.Ista e-
nim est prima & propria appellatio:& vt euidentio-
rem habens intelligentiam spiritus sancti naturã de-
mõstrat.Spiritus sanctus,spiritus dei. Quis eũ vocat
Mat.12.c spiritũ dei?audi saluatorem, dicentem: Quod si ego
in spiritu dei eiicio dæmonia. Vt igitur sicut dicebã,
ne quis audiens spiritũ dei, putet propriũ quiddã si-
1.Cor.2.c gnificari,& nõ cõmune naturæ, Paulus dicit: Nobis
autẽ non datus est spiritus mũdi, sed spiritus qui ex
Matth. deo est.Iterũ dicitur spirit⁹ patris,sicut Saluator apo-
10.c & Luc.12.b stolis dicit:Ne soliciti sitis, quomodo vel qd loqua-
mini:nõ enim vos estis qui loquimini,sed spiritus pa
tris vestri qui loquitur in vobis.Sicut autẽ dixit, spi-
ritus dei,& subdit scriptura: Qui ex deo est, sic iterũ
dictus est spiritus patris. Et vt ne putetis hoc secũdũ
Ioan.15.d proprietatẽ dici,saluator confirmat. Quãdo venerit
paracletus spiritus veritatis,qui à patre procedit.Illic
ex deo,hic à patre dicitur, id quod sibiipsi tribuerat,
Ibid.16.f dicẽs:Ego à patre exiui, hoc & spiritui sancto asseri-
bit,dicens:Qui à patre procedit. Quid est,procedit?
Nõ dixit,gignitur.Quod enim nõ est scriptũ, nõ di-
xit esse sentiendũ.Filius à patre genitus est,spiritus à
patre procedit.Quæris à me omnẽ varietatem,quo-
modo genitus ille,& quomodo processit iste? Cum
didiceris q; genitus est, didicisti & modũ, & cõpre-
hendisti vtiq;.Itaq; cum audieris prædicari filiũ, cõ-
prehendisti natiuitatis modũ.Nomina sunt,quæ pia
fide honorãtur,nõ ratiocinatione tenẽtur. Quæ au-
tem vis nominis,Procedit?audi: vt nomẽ natiuitatis
prætereat scriptura,ne filiũ ipsum dicas,dicit spiritus
sanctus,qui à patre procedit:inducit eum procedẽ-
tem,vt aquã de fonte scaturientẽ, sicut & de paradi-
Gen.2.b so dictũ est:Fluuius autẽ procedit ex Edem, procedit & scaturit.Pater fons aquæ viuentis dicitur iuxta
Hier.2.c prophetã Hieremiam,dicentem: Obstupescat cœlũ
super hoc,& horreat valde terra:quoniã duo & mala
fecit populus meus,me dereliquerunt fontem aquæ
viuentis.Diuinus sermo definiens patrẽ fontẽ aquę,
inducit ex fonte vitæ aquam viuam quæ procedit.
Quid procedit? Spiritus sanctus sicut à fonte aqua.
Vnde hoc q; spiritus sanctus aqua vocetur? dicit sal-
Ioan.7.f uator:Qui credit in me,sicut dixit scriptura,flumina
ex ventre eius fluẽt aquæ viuæ.Et interpretans euã-

A gelista hanc aquã,subdit: Hoc autẽ dicebat de spiri- *Ibidem.*
tu,quẽ accepturi erant credẽtes in eũ. Si igitur euã-
gelista Ioannes declarãs, spiritum sanctũ dixit aquã
viuã,Pater autẽ dicit:Me dereliquerunt fontẽ aquæ
viuę:Fons spiritus pater,propterea etiã ex patre pro-
cedit. Dicitur igitur, repetere liceat, Spiritus dei &
spiritus qui ex deo,spiritus patris, & spiritus qui à pa
tre procedit. Spiritũ dominũ testatur Esaias in per-
sona Christi : Spiritus domini super me,eo q; vnxe- *Esa.61.a*
rit me.Et Paulus:Dominus autẽ spiritus est. Vbi autẽ *2.Cor.3.d*
spiritus domini,ibi libertas.Num per quẽ aduenit li-
bertas,ille seruus? Si eorum ad quos accedit spiritus
sanctus,soluit seruitutis iugũ,& præstat eis libertatis
personam:quomodo ipse seruus?quomodo largitur
quod non habet? quomodo cũ ipse sit seruus,liber-
tate donat?Nõ audisti Paulum dicentẽ : Lex spiritus *Rom.8.c*
vitę ĩ Christo Iesu liberũ me reddidit à lege peccati?
B Liberósne reddit spiritus seruus, qui natura sua non
habet libertatẽ? Nã si creatus est,etiã seruus factus,
non reddit liberũ. Ne vos sophismatis circunueniãt
hæretici.Nõ dico eum seruũ,non creaturã. Vidẽtur
tria principia inducere,increatũ,creatũ, & aliud ne-
scio quomodo vocem.Spiritus patris,spiritus qui ex
patre:spiritus patris,spiritus qui à patre ꝓcedit.Spiri-
tus domini,spiritus filij.Quòd autẽ sit filij,dicit Apo-
stolus:Emisit deus spiritũ filij sui in corda nostra cla- *Gala.4.e*
mãtem,Abba pater.Ecce ipse spiritus filij. Alio loco
iterum spiritum Christi dicit Paulus : Vos autem nõ *Rom.8.b*
estis in carne,sed in spiritu:siquidẽ spiritus dei habi-
tat in nobis.Obsecro animaduertite sanctã hanc cõ-
nexionẽ.Quasi catenam quãdam sanctam & viuam
ex triplici potẽtia inducit Paulus, naturã coniungẽs
C inseparabilẽ, & in diuersis nominibus vnam virtutẽ
indicans. Vos autem,inquit,nõ estis in carne,sed in
spiritu. Ecce spiritum, siquidẽ spiritus dei habitat in *Ibidem.*
vobis. Vidisti spiritũ dei ? Si autẽ quis spiritũ Christi
nõ habet.Et sanè oportebat dicere,si autẽ quis spiri-
tũ dei nõ habet:sed dixit spiritũ Christi, dixit spiritũ
dei,& subdit spiritũ Christi.Si autẽ quis spiritũ Chri-
sti nõ habet,hic nõ est eius.Verũ hoc dixit,vt ostẽ-
dat,si spiritus, & Christus. Et idẽ est Christũ adesse,
& spiritũ adesse:& idem est spiritũ dei dicere & spi-
ritũ Christi.Est igitur spiritus sanctus spiritus verita-
tis,quasi quis dicat,spiritum filij:quia dicit Saluator, *Ioan.14.c*
Ego sum veritas. Dicitur spiritus veritatis qui est spi- *Gala.4.c*
ritus filij,sicut dicit Paulus: emisit deus spiritum filij
sui.Est igitur & spiritus filij, & spiritus eius qui exci-
tauit Iesum Christũ. Et audi Paulũ dicentẽ : Si autẽ
D spiritus eius qui excitauit Iesum Christũ habitat in *1.Cor.3.d & Coloss. 2.c*
vobis. Hæc nomina sanctæ & immaculatæ Trinita-
tis,sancti & admirabilis spiritus sunt nomina,nõ na-
turæ conueniẽtia,sed operationi. Profundus sermo,
& opus habet auribus attentis, munitis, & fidelibus.
Dicitur autẽ iterum spiritus,spiritus vitæ:quia salua-
tor dicit, Ego sum veritas & vita. Dicitur spiritus vi- *Ioan.14.a*
tæ sicut & Paulus dicit:Lex spiritus vitæ.Hęc nomi- *Rom.8.a*
na eiusdẽ sunt authoritatis, & eiusdem naturæ. Sunt
autem alia nomina,quæ nõ ascribuntur sancto spiri-
tui,sed virtuti & operationi eius : vt sunt dona eius.
Dico itaq;,& antè declaro sententiam, postea testi-
monium subinducturus.Quãdo dat spiritus sanctus
precibus sanctorum vel mihi, vel alicui Christiano-
rum sanctificationem, accipio donum ita vt sanctũ
habeam & corpus & animam. Donum datum mi-
hi vocat Spiritum Sanctificationis : hoc est, benefi-
cium,

cium. Si dederit spiritus sanctus cuipiã donũ nõ ha-
benti sapientiã,vel non habenti intelligentiã:sed so-
lam fidẽ,quales sunt multi habentes dona, vt credãt
scripturis,ignorantes scripturas,vocatur donũ illud,
Spiritus Fidei.Si autẽ quis accipiat virtutẽ &donum
à spiritu sancto,vt credat promissioni bonorum quæ
dantur in futuro seculo,ille Spiritũ promissionis ac-
cepit.Si autẽ quis accipit & sapiẽtiæ donũ, vocatur
donũ Spiritus Sapiẽtiæ:& vbi dona spiritus, vocãtur
spiritus:& attẽde diligẽter,quia hæc speculatiuo mo
do tibi declaramus.Veniamus ergo ad demõstratio-
nes.Quando quis habet donum charitatis,dicitur q;
habeat Spiritũ Charitatis. Quãdo acceperit donum
martyrij,dicitur q; habeat Spiritum Virtutis,hoc est,
donũ.Iam quia donãs spiritus sanctus est,vocatur &
Donũ eodẽ nomine quo is qui donat. Idcirco dicit
Rom.8.c Paulus:Nõ enim accepistis spiritũ seruitutis iterũ ad
timorẽ,sed accepistis spiritum adoptionis filiorũ. Et
2.Tim.1.a iterũ:Nõ enim dedit nobis spiritũ formidinis,sed spi
ritũ virtutis & dilectionis & tẽperantiæ. Spiritũ autẽ
Ephe.1.c dicit hic donũ,sicut quãdo dicit:Vos autẽ obsignati
estis spiritu ꝓmissionis sancto. Promissionis spiritus
2.Cor.4.c vbi scriptũ est?Dicit Paulus : Habẽtes autem eũdem
spiritũ fidei & promissionis,hoc est gratiam spiritus.
Ecce igitur spiritũ fidei, & spiritum promissionis . Si
fuerit quis mãsuetus & humilis corde,donũ accepit
mãsuetudinis:Est autẽ donum dei,& hoc dicit Pau-
Gala.6.a lus:Si & præoccupat⁹ fuerit homo in aliquo delicto,
vos qui spirituales,instaurate eũ qui talis est in Spiri-
tu Mãsuetudinis hoc est,in beneficio doni mãsuetu-
Ibidem. dinis.Cõsiderãs, inquit, temetipsum ne & tu tẽteris.
Ecce spiritũ mãsuetudinis. Alij datur sãctificatio ani
mæ & corporis,& vocatur Spirit⁹ Sãctificationis. Si-
Rom.1.a cut dicit Paul⁹,Seruus Iesu Christi,vocatus apostol⁹,
segregatus in euãgeliũ dei, quod antea promisit per
prophetas suos secundũ spiritũ sanctificationis. Vbi
multi putauerũt,q; adhęreat primo verbo,qui decla-
ratus fuit filius dei secũdum spiritũ sanctificationis.
Non est autẽ sic,sed Paulus ordinatus secundũ spiri-
tũ sanctificationis:& quãdo ordinatus est ex resurre-
ctione Iesu Christi.Quoniã alij quidẽ Apostoli ante
passionẽ,hic autẽ post resurrectionem: & propterea
dicitur secũdũ spiritũ sanctificationis.Et aliud, quã-
do incipiemus omnes tẽpore sacrorũ mysteriorũ di-
Matt.6.b cere,Pater noster qui es in cœlis: donũ accipim⁹ Spi
ritũ Adoptionis,hoc est beneficiũ & donũ sancti spi
ritus.Spiritũ vocat & ęmulationẽ,sicut dicit Paulus:
1.Cor.14.c Quoniã & vos æmulatores estis spirituũ, hoc est do
Ibid.13.a norũ . Et adhuc excellentiorẽ vobis viã monstro. Si D
linguis hominũ loquar & angelorũ,charitatẽ autem
non habeo, nihil sum:hoc est, omni dono maior est
charitas.Verũ ad propositũ redeamus. Redit Esaias.
Spiritus enim per oẽs loquitur.Itaq; sicut Paulus di-
xit:spiritũ vitæ,spiritũ charitatis,spiritũ virtutis,spiri-
tum tẽperantiæ, spiritũ promissionis, spiritum fidei,
spiritũ mãsuetudinis,spiritũ adoptionis filiorũ: ita &
Esa.11.a beatus Esaias, Egredietur,inquit,de radice Iesse vir-
ga,hoc est ; regia dignitas Christi. Virga enim regis
Psal.44.b symbolũ est,vt dicit Dauid: Virga ęquitatis,virga re-
gni tui.Egredietur virga de radice Iesse, & flos de ea
ascẽdet,& requiescet super eũ spiritus dei.Hic est no
mẽ ipsius naturæ spiritus, deinceps sequuntur dona:
Esa.11.a Spiritus sapiẽtiæ & intellectus,spiritus cõsilij & for-
titudinis,spiritus sciẽtiæ,spirit⁹ pietatis,spiritus timo-
ris dñi. Sicut si q;s explicet scripturã,siue tu,siue ali⁹

A fidelis & Christianus,etsi absc̃ditũ nomẽ & obscu-
rum fuerit,det autẽ spiritus sanctus alicui absc̃dita
sensuũ reuelare:is accepit spiritũ reuelationis,qui re
uelat profunda. Vnde & Apostolus volẽs discipulos
pios ĩtelligere scripturas,dicit:Precor deũ, vt det no *Ephes.1.c*
bis spiritũ sapiẽtiæ & reuelationis , in agnitione illu-
minatos oculos mentis nostrę.Vidisti spiritũ reuela-
tionis:sed ad ꝓpositũ redeamus.Vbi opus est dicere
profunda,vocatur spiritus reuelationis : vbi oportet
habere charitatẽ,vocatur spirit⁹ charitatis:vbi decet
manifeste loqui doctorẽ,vocatur spiritus sapientiæ:
vbi opus est auditore vt cũ intelligẽtia capiat,nomi-
natur spiritus intellect⁹.Spiritus sapiẽtię datur docẽ-
tibus,spiritus intellectus auditorib⁹. Ego prædico,tu
intelligis,& dictorũ mentẽ capis,docere autẽ nescis.
Spiritus itaq; ille donũ est sapientiæ,propter doctri-
nam.Volens autẽ deus monstrare,q; sicut mittit do-
B centi sermonẽ sapientiæ,ita mittit & discẽti donum
intellectus, vt capiat quæ dei sunt. Sapiẽtiæ gratiam
habet os prędicãs,intellectus gratiã habet cordiscẽs.
Sapientia armatura oris est , intellectus vero cordis.
Propterea dicit,Os meũ loquetur sapientiã,& medi- *Psal.48.a*
tatio cordis mei intelligentiã. Alius non accepit do-
ctrinæ gratiã,sed accepit donũ, vt det consiliũ, cõsi-
liúmq; bonũ & admirabile.Nõ enim omnia quis ac-
cipit,vt ne donũ naturã putet . Accepit quis doctri-
næ gratiã, & vt ne quis extollatur, in operũ consilio
inuenitur infirmus:& alius nõ valẽs docere,bene cõ
sulit.Et inuenies aliquẽ, qui mutuũ nũc aliis dat,nũc
ab aliis recipit.Vnde hoc? Nunc demõstrationẽ ad-
iiciã,q; qui accipit gratiã doctrinæ, indigeat alterius
cõsilio.Moses acceperat spiritũ sapiẽtię,legislationis
C & doctrinæ. Permittebat sibiipsi toto die ius dice-
re,accedit Iethro socer eius,& cõsulit ei,ac dicit:Nõ *Exod.18.*
potes sufficere tãto populo sol⁹ tu,vt ei ius dicas: sed *c.d*
si hoc feceris totũ teipsum perdes.At quid:Cõstitue,
inquit,decanos,& quinquagenarios, & cẽturiones,
& tribunos,vt ea quæ excedunt decanũ,referant ad
quinquagenariũ : & quæ excedũt quinquagenariũ,
referãt ad cẽturionẽ:& quæ cẽturionẽ excedũt, re-
ferãt ad tribunũ:& quæ excedũt tribunũ , referãt ad
te:& quæ excedũt te,referas ad deũ.Si quod,inquit,
graue negociũ,referãt ad te : si autẽ tibi quid graue,
referas ad deũ.Ecce legislator cũ sapiẽs esset,accepit
consiliũ priuati,& factũ est consiliũ lex,& figura futu-
rorũ.Quoniã Iethro socer Mosi, sacerdos erat ido
lorũ:postea autẽ cognito errore, didicit veritatẽ, fa-
ctusq; est figura gentiũ ecclesiæ:quia sapientiã legis
trãscendit gentiũ intelligẽtia:nõ quia sunt gẽtes,sed
quia resipuerũt. Quãdo enim receptũ est consilium
Iethro,nõ erat sacerdos idolorũ,sed agnouerat deũ.
Quia postquã cognouit opera dei, & mirabilia quæ
narrauit ei Moses in Aegypto facta,dicit:Nunc ego *Exod.18.*
cognoui. Vide resipiscentiã, q; magnus sit dominus *b*
deus noster supra omnes deos. Nam vbi veritatem
agnouit,accepit boni cõsilij donum. At nos ad pro-
positum redeamus. Accipit docens spiritum sapien-
tiæ,discens spiritum intelligentiæ vt intelligat . Pro-
pterea Esaias sapientiã adscribit docẽti , intellectum
audienti,& inquit:Sapientem architectum,& intel- *Esa.3.d*
ligentem auditorem.Spiritus consilij datur consiliа-
rio:spiritus fortitudinis,consilium accipienti:accipit
donum consiliarius,vt dicat vtile quippiam: accipit
gratiam , qui consilium accipit dum perficit quod
vtile est . Spiritus timoris domini . Singula dona illa

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad propositū vsum cōcedebātur. verbi gratia: Quā-
do extruebatur tabernaculū à Moſe in ſolitudine, nō
opus erat illi dono doctrinę, ſed dono architectoni-
ces, quomodo cōſuerent byſſum, hyacinthū, purpu-
ram, coccinū, dedit q; deus donum architectonices,
& artē conſuendi, texendi, fundendi aurum, poliēdi
lapides, & cōſtruendi. Et quare oēs artes illas dedit?
quia tabernaculū faciebat deus ſuper terrā. Erat au-
rem figura cœli & terrę tabernaculū. In ſex autē die-
bus fecit deus cœlū & terrā. Extruebatur tabernacu-
lum figurā gerēs cœli & terræ. Et opus habebāt gra-
tia ſpiritus ſuo operi congrua. Nō enim erat tempus
doctrinæ ſed ſutoriæ, & aliarū artiū. Et dicit domi-
Exod.31. nus: Ecce dedi virū nomine Beſeleel de tribu Iuda, &
impleui eū ſpiritu diuino, ſpiritu ſapientiæ & ſciētię,
& ſenſus. Sapiētiæ ſpiritu, vt quod proponebatur ad
faciendum, ita faceret & operaretur. Sciētiæ autē, vt B
bene quadrarent: ſenſus vero, vt intelligeret quæ di-
cebantur à ſpiritu qualē haberent virtutē. Alio loco
promittit deus ſe daturum gratiā miſericordiæ, & di
Zach.12.c cit: Effundā ſuper domum Dauid ſpiritum gratiæ &
miſerationis, hoc eſt donū miſericordiæ. Iterum lar-
gitur dona humilitatis. Vnde hoc liquet? Tres pueri
in camino, quoniā vt iuſti flāmam calcauerūt: vt hu-
miles autē, peccatores ſe vocauerūt. Propter excel-
lentē iuſticiā, calcauerunt, & caminum rorem fece-
runt, non inflati ſunt, neq; dixerunt, ô quanta noſtra
iuſticia? neſcimus enim naturā, trāſgreſſi ſumus legē,
ſed operātur vt iuſti, loquuntur vt peccatores. Cōſi-
dera enim, Calcabant flāmam, exultabant vt iuſti, &
Danie.3.c cōfitebātur vt peccatores. Peccauim⁹, iniquè egim⁹,
iniuſticiā fecimus. Oīa quæ induxiſti ſuper nos, iu-
dicio iuſto feciſti: quia iniquè egimus, & diſceſſim⁹ à
te, & mādata tua nō audiuimus, vt bene eſſet nobis.
Quoniā igitur cum iuſti eſſent, ſeipſos humiliabant,
acceperunt ſpiritū humilitatis, donū humilitatis. Et
Ibidem. d propterea cū viderunt gratiā, dicunt: Non eſt nobis
in tēpore hoc princeps & ,ppheta, neq; oblatio, ne-
que thymiama, neq; locus vt offerantur primitiæ, &
inueniatur miſericordia. Quia igitur nō habemus ci
uitatē, neq; tēplū, neq; altare, pro omnibus humili-
Ibidem. tas noſtra ſufficiat. Propterea dicūt, ſed in anima cō-
trita & ſpiritu humilitatis ſuſcipiamur. Alius cū ple-
nus eſſet gratia, accepto integro dono, dicit: Spiritū
accepit impletionis. Vnde hoc dicit Hieremias: Via
filiæ populi mei, nō in ſancto, neq; in puro, ſpiritū im
pletionis: nō habēt, inquit, ſpiritum qui impleat eos.
Sic habebant ſpiritū impletionis Apoſtoli, vt ſcriptū
Act.13.b eſt: Tunc, inquit, Paul⁹ impletus ſpiritu ſancto, quā- D
do arguit Elymā magū. Vides donaria? Repetā igitur
nomina ineffabilis naturæ. Spirit⁹ dei, ſpiritus qui ex
deo, ſpiritus dñi, ſpiritus patris, ſpiritus filij, ſpiritus
Chriſti, ſpiritus qui excitauit Chriſtū, ſpiritus vitę, ſpi
ritus veritatis. Dein dona, ſpirit⁹ virtutis, ſpiritus cha-
ritatis, ſpiritus tēperantiæ, ſpiritus promiſſionis, ſpiri-
tus fidei, ſpiritus reuelationis, ſpiritus adoptionis fi-
liorū. Qui accipit gratiā vt iudicet, accipit ſpiritū iu-
Eſa.4.b dicij, ſicut dicit Eſaias, & purgabit eos dñs ſpiritu iu-
dicij, & ſpiritu Aduſtionis: punitricē & purgatricem
vim vocat ſpiritū aduſtionis. Dauid autē petit ſpiri-
tum Rectū, qui dirigat, & in rectā viam ferat. Et ite-
rū petit donū principale, quod dominetur & ſit prin
ceps affectionū, faciatq; animā non ſeruire ſuis affe-
ctionibus. Quoniā enim Dauid peccauerat, & à con
tinentia venerat in nequiciā affectionū & voluptā-

A tis: & quia nō iuſtè iudicarat interficiendū virum, &
ſeruus factus erat cōcupiſcentiæ in adulteriū prola-
pſus, petit ſpiritū rectū, inquiēs: Innoua in viſceribus *Pſal.50.c*
meis: &, ne ,piicias me, inquit, à facie tua: & redde mi *Ibidem.*
hi læticiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali cōfirma
me: hoc eſt, dono quo dominer affectionib⁹, & cohi
beā voluptates. Hęc à nobis dicta ſunt de ſpiritus ſan
cti diuina maieſtate, & diuerſitate in operationibus
eius. Hæretici autē qui ignorauerunt, q̄ quādo dicit
ſpiritū ſanctificationis, vel promiſſionis, donorū me-
mor ſit: ipſi ad naturā referunt dicētes, q̄ deus dedit,
& ſpiritum ſanctū donauit. Vidiſti, inquit, q̄ donum
dei eſt? legerunt dona, & ea ad naturā referunt miſe-
ri. Oportebat intelligere, quę nomina ad naturā per-
tineāt, & quæ dona, & quæ gratiā ſignificēt: cauponeſ
fuerūt adulteratæ veritatis, cōfuderunt omnia,
ſubuerterūt ſeipſos, exciderūt à veritate, obtenebra- *Rom.2.c*
tum eſt inſipiēs cor eorū, dicētes ſe eſſe ſapiētes, in-
fatuati ſunt. Eapropter inferūt: Quoniam, inquit, de
ſpiritu moues, & à ſcriptura doces, & vis teſtes habe-
re ſcripturas: ab ipſis ſcripturis moti dicimus, ea ipſa
quę de ſpiritu ſancto ſaluator dixit. Quid igitur dicit *Ioan.16.b*
ille? Spiritus veritatis deducet vos in omnē veritatē:
nō em̄ loq̄tur à ſeipſo, ſed quæcunq; audierit loque-
tur, & quæ vēturа ſunt annūciabit vobis, ille me glo-
rificabit: quia ex meo accipiet, & annūciabit vobis.
Vidiſti quomodo, inquit, à ſemetipſo nō loq̄tur, ſed
ex illo accipit? Nū poteſt demōſtrari ſpirit⁹ authori-
tas? An nō demōſtrauit, inquit, eū ſubiacere poteſtati
filij, & mutari ab eo, & aliis ſuppeditare: Attēde dili-
gēter, Quoties tibi dictū aliquod apparet obſcurū, ne
ſtatim addicas te dictioni, ſed expecta finē ſentētiæ.
C Non vides quādo extruūtur domus, quomodo om-
nia cōfuſa ſint, calx, lapides, ligna, & ī oculis tuis omnia
ſint confuſa, artifici autē omnia bene quadrauerunt? Scit enim ſuo tēpore, quomodo hoc cōfuſum
in hoc loco, illud in alio cōgruat: & quę nūc diſperſa
in harmoniā quandam cōueniētia ædificij pulchri-
tudinē perficiant. Igitur cū videris dicentem ab hoc
in illud, & ab illo in hoc tranſilire, crede q̄ materias
præparet: quādo cōiungo materias, tūc oſtēdo q̄ be-
ne cōueniant. Vna natura filij eſt & ſpiritus, vna vir-
tus, vna veritas, vna vita, vna ſapiētia: at ab eo tēpore
quo ſaluator dignatus aſſumere creaturā noſtrā, im-
pletus ſpiritu ſancto: nō q̄ inferior ſpiritu ſancto, ſed
q̄ caro opus habeat humano modo, vt accipiat aduē
tum ſpiritus, nō q̄ non poſſit deus verbū ſanctificare
creaturā quā aſſumpſit. Nam ſi hunc cōceſſeris ſer-
monē, ſuperuacuus filius. Sufficiebat enim pater ad
ſanctificandā carnē. Non pater quaſi infirmus coaſ-
ſumit filiū. Non quaſi infirmus, filius aſſumit ſpiritū.
Sed quia vna natura eſt, quę omnia in omnibus ope
ratur, alia quidē pater operatur, & in omni natura ſu
ſcipitur: alia autē filius, & in omnē trāſit naturā: alia
vero ſpiritus, & in omni natura ſuſcipitur. Quando
igitur natura ſecundū ſeipſam cōſideratur, par eſt &
æqualis, plena poteſtatis & authoritatis, admirabilis,
neq; indiga, neq; imperfecta, nō ,pficit, nō minuitur,
nō augmēta ſuſcipit, nō attenuatur. Cū autē accepit
deus verbum carnē noſtrā, fecit eā humano more,
quaſi vnū apoſtolorū vel prophetarū ſuſciperet ſpi-
ritū ſanctū. Dixit prius, nō q̄ non ſufficiat filius dei,
ſed vt perfecta trinitatis ſciētia, in creatura illa oſtē-
datur. Aſſecuta igitur eſt caro domini ſpiritū ſanctū,
& conſequenter voluit ſaluator carnē, quā accepit,
ſpiritui

ſpiritui ſancto apptopriare: vt id quod faciebat Chri
ſtus ſecundū carnē, aſſcriberetur ſpiritui ſancto, qui
habitauit in eo, ſicut in ſancto tēplo humano. Homo
enim propter nos, deus autē ,ppter ſeipſum. Homo
enim propter miſericordiā eiecit dęmones, & voluit
fugationē dæmonū aſſcribi ſancto ſpiritui, & dicit:
Mat.12.c Si autē ego in ſpiritu ſancto eiicio dæmonia: & non
dixit in verbo, ſed aſſcribit ſpiritui, ſicut vir ſanctus
ſpiritū ſanctū aſſecutus. Deniq; quādo intrauit in tē
Eſa.61.a & Luc.4.c plū, ſumit prophetā Eſaiā, & legit. Legit autē quæ de
ſeipſo erāt ſcripta, & reperto, inquit, libro, dicit: Spi-
ritus dñi ſuper me. Nō cōtradici poteſt, q̄n perſona
hominis loquatur: Spiritus domini ſuper me, eo q̄
Act.10.f vnxit me. Per ſpiritū, inquit, ſanctū vnctus ſum. Pro-
pterea Petrus, Ieſum à Nazareth, q̄ vnxit eū deus ſpi
ritu ſancto & virtute. Hic animaduertamus obſecro.
Hæc enim oīa in ędificio ſermonis mei inſumentur: B
nō em̄ ab aliis in alia efferimur, ſed (vt dixi) materias
diſpono, vt tu vnionē coaptes. Aſſecutus eſt ſpiritū
Matt.3.d & Mar.1.b. & Ioan.1.e ſanctū, baptizatus eſt in Iordane, & dicit Ioānes: Vi-
di cœlos apertos, & ſpiritū dei deſcendentē ſicut co-
lūbā, & manentē ſuper eū. Vidiſti quomodo huma-
no modo accipit ſpiritū ſanctū? nullus ſic impius, vt
credat q̄ diuinitas accipiat ſpiritū. Dicit Ioānes Ba-
ptiſta: Medius veſtrū ſtetit, quē vos ignoratis, & ego
Ioan.1.d neſciebā eū: ſed qui miſit me, vt baptizarē in aqua,
ille mihi dixit: Super quē videris ſpiritū ſanctū de-
ſcendentē ſicut columbā, & manentē ſuper eū, hic
eſt filius meus. Deſcēdit ſpiritus ſanctus, vt impleatur hoc Eſaiæ: Spiritus domini ſuper me, Baptizata
eſt caro, & ſtatim baptizatus aſcēdit de aqua, & du-
ctus eſt à ſpiritu in deſertū. Ducta eſt, & quaſi pæda-
gogū habuit caro ſpiritū ſanctū. Quare ductus eſt? vt
nobis figurā daret, q̄ ſicut caro mea nō ducitur con-
cupiſcētiis, ſed ducitur ſpiritu: ſic & vos debetis. Pro-
Galat.5.d Rom.8.b pterea & Paulus: Si autē ſpiritu dei ducimini, non iā
eſtis in carne. &, quicunq; ſpiritu dei ducuntur, non
ſunt ſub lege. Ducitur caro Chriſti, ducamur & nos.
Propterea enim oīa in ſeipſum aſſumit, vt nobis exē-
Matt.4.a plum relinquat. Ductus eſt à ſpiritu, vt tentaretur, &
vicit diabolū: nō deitas. Cōtumelia fuerit deitati di-
cere, vici. Deus enim nunquā vincitur, neq; vincit,
ſed ſemp prævalet & dominatur. Nā ſi omnino vin-
ceret, poſſibile eſſet & ipſum vinci. At qui ſemper do
minatur, & prævalet in omnib⁹, omnipotēs, & neq;
obtumultuātur ei ſubditi, neq; ei negociū faciunt. Si
igitur caro dominica, & dominicū figmentū, nouus
homo cœleſtis, nouū germen, quod nouo partu flo-
ruit, accipit ſpiritū ſanctū, habeas teſtimonia q̄ adue- D
nit ſpiritus de cœlo: & duxit eū ſpiritus, vt vinceret
diabolū. Imago Adā quę in principio ſeducta, vt ho-
mo poſtea vinceret, noua ingreditur comitata vir-
Ibidem. Luc.4.b tute ſpiritus. Propterea ſicut dixit, Ductus eſt à ſpiri-
tu in deſertū, vt tētaretur: ſic quādo reuertitur vt vi-
ctor, dicit: Ieſus autē reuerſus eſt in virtute ſpiritus à
deſerto. Habuit igitur caro ſpiritū ſanctū, non partē
donariorū ſicut nos, cū vni ſapiētia, alteri ſciētia da-
tur: ſed omnia habuit dona. In veritate anxi⁹ ſum &
tremo, ne infirmitas linguæ obſcuret magnitudinē
eius, quod prædicatur. Igitur corpus domini & caro
ſancta, vt accepit ſpiritus ſancti efficaciā: nō accepit,
ſicut de aliquo apoſtolorum dicitur & prophetarū
gratiā vnam, vel alteram. Homo enim non eſt capax
1.Co.12.d omniū, ideo dicit Paulus: Num omnes apoſtoli? nū
omnes prophetæ? num omnes dona habent ſanatio-

A nū? In carne autē Chriſti omnia dona fuerūt, ſecun-
dū ſubſtantiā carnis. Et attēde, impleuit primò pro-
priū templū omni gratia. Habuit donū curādi mor-
bos, effugādi dæmones, ſuſcitādi mortuos, prædicē-
di futura, operādi ea quæ veritatis ſunt: oīa potuit, &
habuit donorū plenitudinē, quaten⁹ impleta eſt ca-
ro eius omnibus chariſmatibus. Vnde opus fuit, vt
inde oēs acciperemus ad menſurā & partes: & inde
apoſtolis & prophetis ex eo ſuppeditaretur. Ioannes
teſtatur, q̄ in eo tota deitatis plenitudo. Et iterum: In *Ioan.1.b*
quo habitat diuinitatis plenitudo corporaliter. Non *Coloſ.2.b*
dixit ſimpliciter, In quo habitauit deitas, ſed plenitu-
do deitatis: hoc eſt, omne deitatis donū. Et vt ne quis
putet, q̄ in deo verbo habitauerit, dicit: In quo habi-
tauit omnis plenitudo deitatis corporaliter. In carne
eius omnis plenitudo ſapiētiæ, intellect⁹, virtutis† ſi- † *al. virg.*
gnorū, omnis operationis. Deinde à plenitudine ei⁹ *tus.*
mutuamur oēs. Teſtatur Ioānes baptizās, Et ego ne- *Ioan.1.d*
ſciebā eum: ſed qui miſit me vt baptizarem, ille mihi
dixit, Super quē videris ſpiritum deſcēdentē, & ma-
nentē ſuper eum. Nō dixit qui largitur ei donū vnū:
ſed, manētē totū, hic eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto
& igni. Deinde volēs oſtēdere Ioānes, q̄ nō ſicut ho *Ibid.3.d*
mo acceperit gratiā ſaluator, dicit q̄ nō ad menſurā
dedit deus ſpiritū, ſed pater diligit filiū, & oīa dedit
in manum eius. De plenitudine eius nos oēs accepi-
mus, ille plenitudinē, nos de plenitudine. Quomo-
do? A quo impleuit dominicā carnē? à deo hauſit ſi-
cut à fonte, & largitus eſt hominibus gratis. Attēde
obſecro, dicit igitur: Quādo venerit paracle⁹ ſpirit⁹ *Ioan.16.e*
veritatis, ducet vos in omnem veritatē, quia de meo
accipiet. Attēde magna diligētia, nō dixit de me, ſed
C de meo. Ex meo, cuius? De meo dabit vobis, ſed ac-
cipiet, accipit nō mutuatū. At quoniā impleuit fontē
vt originē donorū, à fonte haurit, & præbet omnib⁹
de propriis. Et vnde hoc, q̄ accipere de propriis, eſt
accipere, audi: Impleuit deus Moſem ſpiritu, & dicit
Moſes: Nō poſſum ſolus ferre pondus huius populi, *Exod.18.c & Deut.1.b*
ordina aliū teipſum. Dicit ei deus: Elige ſeptuaginta
ſeniores, & accipiā de ſpiritu qui in te, & dabo ſuper
eos. Nō dixit accipiā tuū: ſed, de ſpiritu qui in te. De
meo accipiā. Dicit deus in diebus illis: Effundam de
ſpiritu meo ſuper omnē carnem, & prophetabūt. Si
deus à Moſe accipiēs mutuatus eſt, ſpiritū à filio ac- *Ioel.2.g*
cipiēs mutuatus eſt. Etenim Moſes figura erat Chri-
ſti. Quia ſicut à Moſe ſeptuaginta fuerūt impleti, ita
& à Chriſto orbis terrarū accepit ſpiritū ſanctū. De
meo accipiet: ex his quæ mihi ſuppeditauit homini
dominico, ſumet ſibi qui dedit. Qui venit ſuper me,
& manſit in me, qui vnxit me, qui ſanctificauit me,
qui duxit me in deſertū, qui reduxit me victorem, de
meo accipiet, & annunciabit vobis. Et vt oſtendat, q̄
nō ſancti ſpiritus mentionē fecerit, ſed donorū eius,
poſtquā dixit, de meo accipiet, adiicit ſtatim: Omnia *Ioan.16.e*
quæcūq; habet pater, mea ſunt: accepi ea de ſpiritu
ſancto, propterea dixi, de meo ſumet. Q̄n deus car-
nem ſanctificauit ſpiritu ſancto, & emiſit donū ſpiri-
tus pater in carnē Chriſti. Venit gratia, & omnia do-
na indidit Chriſto, dicit: De meo accipiet, & annun-
ciabit vobis. Quid igitur eſt, q̄ à ſeipſo nō loquetur,
ſed quęcunq; audierit, loquetur vobis? Dictū eſt an-
te hoc, q̄ aliud eſt ſpiritus ſanctus, & aliud donum:
aliud rex, & aliud donū regis. Quādo quis cōtra va-
rias Barbarorū gentes bellum gerit, dubitat vbi præ-
liari incipiat. Si in hanc impreſſionem facit, & occu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

patur,mox aliâ prospectat erumpere aciẽ: si in duas A
partes diuidat,diuidũtur virtutes. In medio sum⁹ Ar
rianorum, qui reprobãt Christi gloriã,in medio su-
mus Macedonianorũ,qui diuinã spiritus gloriã con
tumeliis afficiũt. Si igitur cõfessa de filio loquar con
tra Macedonianos,Arrianus statim pugnat. De filio
enim dicit,nõ pẽrsuasisti,& de spiritu mihi loqueris?
Verũ quia hodie propositũ est de spiritu sancto,(sæ-
pe enim iuxta gratiã nobis à Christo datam de filio
victoriam reportauimus,testésq; dictorũ vos estis,q
nõ fuerint deceptiones rhetoricæ, sed scripturarum
demõstrationes)volebã autẽ & nunc afferre de filio
sermonẽ. Semper enim in illo virtutẽ fulgẽtem ha-
bet.Sed quia de hoc satis plurib⁹ argumẽtis persuasi
sunt,qui circa spiritũ sanctũ claudicant,nunc taceo.
Impossibile autẽ est eos qui circa spiritũ sanctũ aber-
rant & claudicãt,recto pede ambulare circa filium.
Vsq; hodie non inuenis Macedonianũ vllũ homusij
verbo subscribere iuxta Nicenum decretũ, quanuis
semper dicãt:Nos recta fide incedimus. Quoniã de
spiritu sancto nõ est manifestatũ. Neq; enim de hoc
pugna vel labor erat:attamen secundũ quod illis sa-
tis satis persuasum est,dico. Scriptũ est, à seipso non
Ioan.16.c loquetur.Dic Macedoniane,scriptũ est hoc de filio,
imò ipse dicit de seipso,ego à meipso nõ loquor. At-
tende obsecro, affero testimoniũ apud te cõfessum:
(apud Arrianum enim certamine hic opus esset, in
Ioan.14.b hoc q dicit,Ego à meipso non loquor, & de spiritu
sancto:apud te autẽ qui promisisti te hoc sanctè co-
lere,nulla opus cõcertatione.)De Christo docẽs di-
cis,æqualẽ deo similẽ patri per omnia. Corã his qui
cõfitẽtur gloriã,quæstionẽ induxi.Dicis de spiritu,à
Ibid.14.b seipso nõ loquetur:dicit filius de seipso,Ego à meip- C
Ibid.15.c so nõ loquor, sed quodcũq; audiui à patre meo,hoc
loquor.Ecce & filius à seipso nõ loquitur,attamẽ est
æqualis honor.Hęc ad te dico. Arrianus enim & ille
etiã de hoc dubitat.Idem euenit incredulis,quod &
1.Ti.1.d naufragis accidit,sicut dicit Paul⁹,qui circa fidẽ nau
fragiũ fecerunt. Arriani naufragio facto perdiderũt
& Christi gloriã, & spiritus sancti virtutẽ. Macedo-
niani contendunt quidẽ emergere, sed dimidiã iar-
Rom.8.b cinã amittunt. Si autẽ quis spiritũ Christi non habet,
hic non est eius. Attẽde igitur, vt ne videamur more
certantiũ illudere,& contumeliose demonstrationẽ
facere.Ego à meipso nõ loquor. Interpretare mihi,
quid est hoc quod dicit, Ego à meipso non loquor?
Quomodo dixit saluator.Si eũ adduxerit solutionẽ
de filio,hãc intelliget &spiritui sãcto cõgruere.Duo
statuit ęqualis põderis,neq; spiritus à seipso,neq; fili⁹ D
à seipso:sed opus habet fili⁹ patre,opus habet & spiri
tus sanctus patre,itaq; ęqualis erit honor. Attẽde igi
tur:Scio q in profundum meipsum dedi,sicut nouit
virtus Christi oĩa perscrutari, imò tremo potius q̃ di
co,ne in immensam abyssum abeat nauicula,& desit
spiritus. Da enim mihi nauim vacuã,gubernatorem,
nautas,funes,anchoras, oĩa dispositа, & nusquã esse
spiritũ vẽri?nõne tardat omnis quãtuscũq; est appa-
ratus,si desit operatio spirit⁹?Ita fieri solet,licet sit ser
monis ampla supellex,& mẽs ꝓfunda,& eloquẽtia,
& intelligẽtia,& nõ assit spirit⁹ sanctus,qui vim sup-
peditat,ociosa sunt oĩa. Quare igitur de seipso, sicut
& de spiritu sancto dixit,A meipso nõ loquor?Quasi
agonistæ essemus,subuertemus contradicentẽ,suffi-
cientibus cõsequenter argumẽtis persuasuri,&his&
illis,siquidẽ parẽre voluerint. Nõ enim omnino ne-

cessitate eos adducemus,sed dico,si forte quidã per-
suadeãtur,& ne admireris si ego homo dicã hoc.Di-
cit de⁹ Ezechieli:Abi ad domũ Israël,& dic eis si for- *Ezec.2.b*
te audiãt,si forte sciãt.Dicimus hæc si forte audiãt,si
forte credãt,si forte se nobis iungãt.Quòd si hæc no
bis dicẽtibus nõ iũxerint,innoxij sum⁹ nos.Sic Pau-
lus docebat,& postquam docuit,dicit: Testificor,q *Act.20.*
mundus sum à sanguine omniũ vestrum.Non enim *f*
reueritus sum,quo minus annunciarẽ vobis viã dei.
Et nunc dico,quare saluator dixit,A meipso non lo-
quor:& de spiritu sancto,A seipso nõ loquetur. Oro
charitatẽ vestrã hic animaduertamus. Cum vnus sit
Christus, multi prodierũt falsi Christi, sicut saluator
dixit:Multi venerũt in nomine meo falsi Christi, & *Matt.24.*
pseudoprophetæ: cũ vnus sit Christus & promissus *& Mar.*
per prophetas,q veniat:ante aduentũ eius apparue- *13.*
rũt quidã impostores,dicẽtes:Nos sumus. Theudas *Act.5.g*
B dixit:Ego sum.Iudas Galilęus dixit:ego sum,& sedu
cebãt multos.Saluator venit,& dixit:Quotquot ve- *Ioan.10.b*
nerũt ante me,fures fuerũt &latrones,sed nõ audiue *Ibidem.a*
rũt eos oues.Oues meæ meã vocẽ audiũt,& cogno-
scũt vocẽ meã,& sequũtur me.Venerũt igitur illi fal
si Christi,& nõ docuerũt ex lege & prophetis,sed ex
seipsis locuti sũt,& ex ꝓpria sentẽtia.Saluator venit,
& nõ discessit à lege,nõ discessit à prophetis, sed di-
cebat quasi in exẽplo,Bene dixit Esaias.& iterũ:Nõ-
ne scriptũ est in lege vestra. Et cũ accederet ad eum *Deut.6.e*
diabolus,dicit ei:Dominũ deum tuũ adorabis,& illi *& 10.d*
soli seruies.Venit igitur Christus secundũ carnẽ.Nõ *& Mar.*
locutus est ex seipso,sed ex prophetis.Igitur quia illi *4.b*
qui ante Christũ venerũt,in nomine Christi nõ sunt
locuti,neq; ex lege,neq; ex prophetis,sed ex propria
C sentẽtia errores locuti sunt,dicit saluator: Ego à me-
ipso non loquor, sicut illi. A seipso enim loqui,extra
legẽ loqui est.Sic igitur oportet etiã te loq, cũ vide-
ris hæreticos Aristotelica vel Platonica mouere:dic,
Nos à nobisipsis nõ loquimur.quęcũq; audiuimus à
Christo,hæc loquimur. Et vnde hoc, qđ à seipso lo-
quẽs pseudopropheta est, vel q loqui à seipso pseu-
doprophetã nobis indicat?Dicit Ezechiel propheta: *Ezec.13.a*
Viuo ego,dicit dñs ad prophetas,qui seducũt popu-
lũ meũ,nõ misi eos:à seipsis locuti sunt, & ex corde
suo loquũtur.Proinde quia pseudoprophetæ à seip-
sis prædicauerũt,saluator à suspicione hac se purgãs
dicit:Ego à meipso nõ loquor. Vnde hoc q saluator
habit⁹ est deceptor?Hoc primũ cõfirmabimus.In fe- *Ioan.18.b*
sto scenopegię quærebãt turbę Iesum,dicentes:Vbi
est?Et erat de eo diuersa vox,alij dicebãt,bonus est:
D alij dicebãt,Nõ,sed seducit populũ.Vidisti vbi habi- *Ibid.7.b*
tus est seductor?Itẽ post sanctã saluatoris mortẽ di-
cũt põtifices Pilato:Scim⁹ domine, q dixit seductor *Mat.27.g*
ille adhuc viuẽs,post tres dies resurgã. Hæc ideo di-
xi,vt demõstrarẽ eũ habitũ fuisse seductorẽ.Quia igi
tur seductor habit⁹ est,dicit:Ego à meipso nõ loquor *Ioan.14.b*
sed de lege,de ꝓphetis,quæcũq; audiui de patre,nõ
secũdũ diuinitatẽ audiui à patre in lege & in ꝓphe-
tis.Ex pſona carnis loquitur, vt solueret suspicionẽ.
Ego à meipso nõ loquor,sed quęcũq; audiui à patre.
Vos autẽ quæcũq; audiuistis à patre vestro diabolo,
loq̃mini.Et vt mõstret q diabol⁹ quãdo in aliquibus
loquitur,mẽdaciũ operatur,dicit:Quando loquitur *Ibid.8.f*
mẽdaciũ,ex ꝓpriis loq̃tur.Ego ex meipso nõ loquor,
sed ex ꝓphetis & lege:hoc eñ est veritas.Sicut igitur
saluator purgãs se à suspiciõe,dicit: Ego à meipso nõ
loquor,sicut deceptores,sic &de spiritu sancto. Cæ-

iterum

terùm obsecro hic animaduertamus,iuxta dictũ sal- A
Matt.24. uatoris:Multi apparent pseudoprophetæ & pseudo-
a.et Mar. christi,& dicent quidã,ego sum:& alius, ego sum,si-
13.c cut scriptũ est,q multi venient in nomine meo;dicen
Luc.21.b tes:Ego sum Christus,& multos seducẽt:sed ne sedu
camini. Sicut igitur aliqui suspicabantur seductores
esse Christos,sic & venturi multi,qui & ficturi se ha-
bere spiritũ sanctum quẽ nõ habẽt,& loqui: sed illic
quidẽ homo apparebat, & dicebat, Ego sum Chri-
stus:hîc autẽ nõ audebat aliquis dicere,Ego sum spi
ritus sanctus.Nõ enim corporeus factus est,sed inui-
sibilis aduenit.Venit ad Petrũ,venit ad Paulũ,& erat
ex cõfesso q spiritus sanctus loqueretur. Prodit Pe-
trus,& dicit:Spiritũ habeo. A facie nullus videt quis
habeat,vel quis nõ habeat:vel quis habeat spiritũ im
mundum,vel quis habeat spiritũ sanctũ.Nã si visibi-
lis esset,non decepisset:nã agnitione fuisset redargu B
tus.Venit Mõtanus,dicẽs:Spiritum sanctum habeo.
Venit Manichæus,dicẽs:Spiritum sanctũ habeo, nõ
fuit autẽ manifestũ.Vt igitur ne plures nomine sedu
cerentur,quoniã inuisibiliter donũ venturũ erat,di-
Ioan.16.b cit:Quãdo venerit paracletus spiritus veritatis,qui à
patre ꝓcedit,ille vos memores faciet verborũ meo-
rum,& inducet vos in omnẽ veritatem: non enim à
semetipso loquetur.Nã si quẽ videritis dicentẽ,Spi-
ritum sanctũ habeo: & non loquentẽ euãgelica,sed
propria,is à seipso loquitur, & nõ est spiritus sanctus
in ipso.Sicut enim dicit de seipso, Ego à meipso non
loquor:vt soluat suspicionem deceptionis,immo erro-
rẽ à veritate separet:Ita vt ostẽdat,quinam habeãt
spiritum sanctũ, & qui non habẽt, sed simulãt se habe-
bere.A me audistis quid tradidi.Quãdo veniet inui- C
sibilis spiritus mea loquetur.Si videritis aliquẽ euan
gelica repetentẽ, profectò spiritũ sanctũ habet. Ve-
niet enim spiritus sanctus,vt recordari vos faciat eo-
rũ quæ docui.Si quis igitur eorũ qui dicũtur habere
spiritum sanctũ,dicat aliquid à seipso,& nõ ex euan-
geliis,nõ credite, meã doctrinã sequamini. A seipso
nõ loquetur, sed propter hoc factus est aduẽtus, qui
indicet quis acceperit spiritũ,& quis nõ acceperit:Si
quis sequitur dicta Christi,spiritũ sanctũ habet.Nul-
1.Cor.12. lus enim potest dicere dominũ Iesum Christum,nisi
a. in spiritu sancto. Venit Manes, verè Μανὴς, hoc est
insaniẽs,alludẽs suę seductioni nomẽ habẽs,& dicit:
Ego sum paracletus,quẽ promisit saluator apostolis,
Ego sum filius dei.Vbi audisti in euãgelio Christi,q
sol & luna opifices sunt?Vbi dixit Christ⁹ q hæc hau
riant animas,& reducãt eas?Vbi legisti hæc?Ex quo
nõ legit hæc scripta, sed à seipso loquitur:manifestũ D
est q nõ habet spiritũ sanctũ. A seipso nõ loquetur,
sed quæcũq; audierit,annũciabit vobis:hoc est,quæ
dixi cõfirmabit.Et vide miraculum.Quẽadmodum
saluator venit, & factus est impletio legis & prophe
tarum:ita impletio euãgelij est spiritus sanctus. Chri
stus venit,& impleuit quæ à patre in lege & prophe-
Rom.10.a tis sunt dicta,propter qđ dicit Paulus:Impletio legis
Christus. Spiritus sanctus venit & impleuit euange-
lica.Quæcũq; sunt in lege,Christus implet:quęcũq;
sunt in doctrina Christi,spiritus implet:nõ q imper-
fectus sit pater,sed apparuit Christus cõfirmans quę
sunt patris:sic apparuit spiritus sanctus,cõfirmãs quę
Ioan.16.c sunt filij.Vnde hoc? Dicit saluator discipulis: Multa
habeo dicere vobis,sed non potestis portare modò:
quando autẽ venerit spiritus sanctus,inducet vos in
omnẽ veritatẽ,quia à seipso nõ loquetur. Nam mea

implet.Filius implet ea quę sunt patris,& à seipso nõ
loquitur. Si autẽ audieris dicentẽ,Mittã vobis spiri-
tum sanctũ,nõ secundũ deitatẽ accipias.Deus enim
nõ demittitur.Nomina sunt hæc operationẽ significa-
cantia,eo q omnis qui demittit, in illa mittit loca,in
quibus nõ est.Finge q ego loquar alicui in hac sede.
Nõ possum dicere cuipiã,Veni,mittã te huc:hoc nõ
est mittere,sed collocare vel adstituere. Quòd cùm
deus vbiq; est,Cœlũ enim,inq̃t,& terrã ego impleo, *Hier.23.c*
dicit dominus: quò mittit,qui vbiq; est?Si ascẽdero *Psa.138.b*
in cœlũ,tu illic es:si descendero in infernum,ades:si
sumpsero pẽnas meas diluculo,& habitauero in ex-
tremis maris: etenim illuc manus tua deducet me.
Quorsum igitur deus mittet? An fortè q ipse quidẽ
vbiq;,is autẽ qui mittitur,nõ vbiq;?Misit deus filium
suũ in mundũ: num vt nõ præsentẽ in mundo?Pro-
ptereáne venit in mundum, quia antea nõ fuerat in
mundo? Quomodo igitur Ioannes euãgelista dicit,
Omnia per ipsum facta sunt:In mũdo erat,& mũdus *Ioan.1.a*
per ipsum factus est?Quomodo igitur iterũ in mun-
dũ missus est?Nũ missus est,qui missus: & mãsit,qui
misit suprà, & q missus est infrà? quomodo dicebat,
Et qui misit me,mecũ est?Obsecro diligẽter attẽdas, *Ibidẽ.8.d*
securè serua sermonẽ.Potest enim dicere hereticus:
Mecum est,mihi est auxilio:sicut & ego dico, Deus
mecũ est. Nõ dixit simpliciter:sed quid?Pater in me *Ibid.14.b*
manẽs.Si mecũ erat,& mecum mãsit,quomodo ille
misit,vel quomodo hic missus est:Et si mãsit suprà q
misit,& qui missus est venit deorsum; quomodo di-
cit filij⁹:Pater mecũ est:Si suprà mãsit qui misit,quo- *Ibidem.*
modo secũ habet mittẽs missum? Ego enim,dixit,in
patre,& pater mecũ est.Quomodo igitur missus est,
qui dicit:Pater in me est?Et quomodo iterũ misit?Igi
tur cùm dicit,Mitto vobis spiritũ sanctũ: donũ dicit
sancti spiritus.Et vt discatis q donũ mittitur,spiritus
autẽ nõ mittitur,saluator dicit apostolis: Manete in *Luc.24.g*
Hierusalẽ,donec induamini virtute ex alto,& sume-
tis virtutem superueniẽtis spiritus sancti in vos. Alia
est virtus quæ cõceditur, & alius est spiritus qui con *1.Cor.12.*
cedit,diuidẽs singulis prout vult. Igitur tu nõ potes *b.*
ostẽdere mitti spiritũ sanctũ à pura deitate.Ego autẽ
ostendã tibi factorẽ cœli & terræ mitti à spiritu san-
cto.Quid facis?Vel nega Christũ,vel expũge scriptu
ras,vel seruus scripturarũ obedi scripturis.Et vbi,in-
quit, dictũ est hoc? Audi deũ dicentẽ per prophetã
Esaiã pręconẽ pietatis. Audi me,dicit,Iacob,& Israël *Esa.48.b*
quid ego loquar:Ego deus primus, & ego post hæc,
& præter me deus nõ est. Attẽde oro. Restat eñ hîc
qđ quęritur. Quis igitur,qui dicit hęc,pater vel filij⁹?
Vide quomodo in figura monarchæ, trinitatẽ rectè
prędicat. Ego deus primus,& ego post hęc,& præter
me nõ est deus.Quis est qui hæc dicit?mũdi condi-
tor.Subdit enim,Ego manu mea fundaui terrã. Vide *Ibidem.*
quomodo opifex loquitur:Et spiritus meus firmauit
cœlũ.Ego omnib⁹ stellis mãdaui, ego excitaui cũ iu
sticia regẽ,& oẽs viæ meæ rectæ.Dixit seipsum opifi
cem,& factorẽ cœli ac terræ. Dicit postea hæc:Non *Ibidem.a*
ab initio in occulto locutus sum vobis hęc,neque in
loco tenebroso. Dixit,Fundaui terrã,& feci cœlum: *Ibidem.*
quãdo facti sunt,illic aderã.Et nũc domin⁹ misit me
& spiritũ suũ.Te qui fecisti cœlũ & terrã, qui dixisti
astris,Dominus misit & spiritũ suũ, genuit secũdum
deitatẽ, misit secundum carnẽ. Factor cœli & terræ
dicit:Dominus misit me & spiritũ suũ. Missionẽ spi-
ritus hæretici in contumeliã capiunt.Misit pater qui

non migrat,

Universidad de Deusto Biblioteca

non migrat,nec trãsfertur loco.Misit filius qui nõ se A
discedere facit,& à quo nõ seceditur. Et idcirco scri
Acto.10.g ptura dicit : Deus effudit donũ spiritus sancti. Diui-
nitas nõ effusa est,sed donũ:propter hoc vt demon-
straretur, ꝙ hoc quod effunditur nõ sit spiritus san-
Psa.44.a ctus,sed spirit⁹ dei gratia,dicit Dauid Christo:Effusa
est gratia in labiis tuis.Gratia effunditur,nõ qui do-
nat gratiã.Si igitur æqualis honor prædicatur,& ꝙ à
seipso manifestatus est,& ꝙ de meo accipiet,quasi à
fonte,interpretari quis potest,ne habeãt locũ vel suf
fugium impietatis hæretici.Venerare spiritũ sanctũ,
quẽ accepisti. Dic sæpe ꝙ retributionem acceperis.
Assumpsit Christus figmentum tuũ, dedit mihi spi-
ritum suum. Honore prosecutus est creaturã tuam,
ipsa ad dexterã patris collocata,& tu spiritũ sanctum
in ordine seruitutis cõstituisti?Hæc salutaris lex sug-
gerit,prophetæ loquuntur, apostoli diuinis oraculis B
annunciãt,martyres cõfitentur,pij credunt, ecclesia
contestatur,inscitia oppugnat,fidelis pluribus argu-
mentis persuasum habet:sic & Christus glorificatur.
Eius enim est gloria, & honor,& adoratio, simul cũ
patre,& sanctissimo & bono viuifico spiritu,nunc &
semper,& in secula seculorum,Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI de fide,& lege naturæ,& sancto spiritu,sermo.

OMnis scriptura, quæ diuinitus inspirata, &
vtilis,originẽ & fontẽ pietatis à spiritu ve-
ritatis ducit.Omnia enim profunda flumi-
na à sancto adorãdóq; spiritu,quasi à fertili & fœcũ-
do fonte scaturiũt.Omnia igitur quęcũq; vel lex di-
cit,vel prophetæ vaticinãtur, vel apostoli prædicãt,
sancto spiritui verè tribuũtur & asscribũtur. Omnia C
1.Cor.12.b. enim operatur vnus & idẽ spiritus, distribuẽs pecu-
liariter vnicuiq; sicuti vult.Hinc fulgurãt omnigenę
pietatis pulchritudines,pręlucẽt veritatis sermones,
manãt diuinæ sapiẽtiæ thesauri.Thesauri non qui in
terra delitescũt,sed qui in profundo pietatis spectan
tur.Thesauri qui animas lætificãt, mẽtes illustrãt,or
bem totũ cõuertunt,Adæ paupertatẽ ditãt.Quia si-
cut qui primitiuã pulcherrimámq; pietatẽ exuit, in
magnã deductus est humilitatẽ : Ita & qui piè viuit,
& virtute pręditus est,ditescit,& exultat.Id quod te-
Ibid.1.a statur alicubi Paulus,dicẽs: Gratias ago deo,quia in
omnibus locupletati estis in illo, omni sermone &
omni sciẽtia. Etenim qui dei sermonẽ accipit,diues
fit:qui nõ accipit dei sermonẽ,fit inops. Huius testis
Hiere.5.a est Hieremias,dicẽs:Et dixit,fortè pauperes sunt,ꝓ-
pter hoc nõ possunt audire sermonẽ domini.Et pau D
per quidẽ malè audit, diues autẽ exultat. Diues in-
quã sermone veritatis,& florẽs virtutibus fructuosæ
Psal.51.b philosophię.Qualis erat Dauid dicẽs:Ego autẽ qua-
si oliua fructifera in domo dei. Oliua fructifera non
foliis tãtùm germinãs, sed & fructibus pietatis abun
dãs.Sæpe enim fit,vt anima ramis & foliis sit decora,
fructũ autẽ ferat nullũ.Sicut de Israël Hieremias di-
Hiere.8.e cebat : Vitis Israël pãpinosa,non autem frugifera.At
propheta exultat,dicẽs:Ego autẽ quasi oliua fructife
ra nõ solùm foris frõdosa,sed intus succulẽta.In do-
mo dei fructifera. Non est enim bonũ extra domũ
dei versari.Offendes equidẽ multos,qui quãuis ser-
monem veritatis nõ acceperint,& foris sint, operib⁹
tamẽ pietatis, vt apparet,sunt cõspicui. Inuenies vi-
ros misericordes,compatientes,iusticiæ vacãtes:sed
nullos faciẽtes fructus operum, quia nesciẽrũt opus
veritatis.Nam & hæc sunt opera bona. Atq; necessa
rium est, vt præcedat opus summũ. Enimuero cùm
olim Iudæi dicerẽt domino:Quid faciemus,vt ope-
remur opera dei? Respondit eis:Hoc est opus dei,vt Ioan.6.d
credatis in eum quẽ misit ille. Vides quomodo fidẽ
opus vocauit?Igitur quãprimùm credideris,simul &
operibus ornatus eris.Nõ ꝙ desint opera,sed per se-
ipsam fides plena est operibus bonis.Opera quidem
erga homines,& ex hominib⁹ sunt.Fides autẽ ex ho
minibus erga deũ.Fides eũ qui cõuertitur,ciuẽ cœ-
lorũ declarat. Fides hominẽ,qui terrenus est,deo fa
miliarẽ efficit.Nihil enim extra fidẽ bonũ.Et vt qua-
dã verbi similitudine vtar,Fratres,similes mihi vidẽ-
tur,qui operib⁹ bonis florẽt, & deũ pietatis ignorãt,
reliquiis mortuorũ pulchrè quidem indutis,sensum
autẽ pulchrorũ nõ habẽtibus.Quę enim vtilitas ani
mæ mortuæ,deo quidẽ mortuæ fide & ratiõe,bonis
autẽ operib⁹ vestitæ ? Opera in spe fiũt retributionis
& coronarũ. Quòd si agonothetã ignoras, pro quo
certas ? Nõ oportet quidẽ nudã ab operib⁹ esse fidẽ,
vt ne vituperetur.Verũtamẽ sublimior est fides,quã
opera.Sicut enim hominib⁹,qui hominis nomẽ me-
rẽtur,opus est primũ,vt præcedat vita,& sic enutriã-
tur:cõseruat enim vitã nostrã alimentũ : Ita necessa-
riũ,vt pręcedat vitã nostrã spes in Christũ,quę post-
ea pascẽda bonis operib⁹. Cõceditur viuere quẽpiã
qui nõ nutritur:non cõceditur autẽ nutriri aliquem
non viuentẽ. Ieiunauit Moses diebus quadraginta, Exo.34.d
sed quia habuit in se animã viuentẽ, nihil detrimẽti
ex terrenorũ penuria accidit ei.Ita & opus quidẽ ha
bet anima,vt operibus alatur.Ante opera tamẽ fides
primũ inducẽda est.Eũ qui operatur opera iusticiæ,
sine fide nõ possum probare viuũ fuisse. Fidelẽ autẽ
absq; operibus possum mõstrare & vixisse, & regnũ
cœlorũ assecutũ. Nullus sine fide vitã habuit, Latro Luc.23.e
autẽ credidit dũtaxat, & iustificatus est à misericor-
dissimo deo.Atq; hic ne mihi dixeris,defuisse ei tem
pus,quo iustè viueret,& honesta faceret opera. Ne-
que enim de hoc cõtenderim ego,sed illud vnũ asse
uerauerim, ꝙ sola fides per se saluũ fecerit. Nã si su-
peruixisset,fideíq; & operũ fuisset negligens,à salute
excidisset.Hoc autẽ nũc quęritur & agitur,ꝙ & fides
per seipsam saluũ fecerit:opera autẽ per se nullos vn-
quã operarios iustificarũt.Et vis planè videre ꝙ ope-
ra sine fide non viuificant?Testimoniũ bonũ habuit
Cornelius de eleemosyna & precibus,sed Christum
ignorabat,deum quidẽ credens:dei autẽ sermonem
nondũ edoctus. Et quia opera erãt bona & admira-
bilia. Placebãt enim bonorũ remuneratori & ama-
tori deo.Sed q̃a magnus ille iusticiæ & veritatis ocu
lus,iustus inquã ille iudex,personarũ respectum ne-
sciens,vidit bona quidẽ opera,sed mortua,eò ꝙ fidẽ
non habebãt:mittit diuinũ angelũ operibus ad præ-
mia acquirẽda ministrantem,ita vt bene certãdo ob
fidẽ coronari possit.Qui dicit ei:Corneli,preces tuæ Act.10.a
ascenderũt in memoriã corã deo. Si igitur exaudita
est petitio,inquit,& eleemosynæ meæ acceptæ sunt,
quid mihi deest ad iusticiam?Mitte igitur in Ioppen
dicit,& accerse Simonem,qui agnominatur Petrus.
Qui vbi venerit,loquetur tibi verba, in quib⁹ salua-
beris tu,& tota dom⁹ tua.Itaq; nõ poterãt opera sal-
uare.Nã si his quæ Petrus prædicat, saluatur & ipse,
& domus sua: nondũ habuit Cornelius ex operibus
salutẽ, donec operibus suis fides acquirẽdũ præmiũ
offerret. Atq; hãc ob causam beatus Petrus venerã-
dus dei

dus dei apostolus,postquam ex Ioppe venit,& vidit A
dei gratiã in eos,qui tũc habebãtur alienigenæ, effu
Ibidem. sam,factus diuini iudicij admirator,dicit:In veritate
cõperi ꝙ nõ est personarũ acceptor deus:sed in om-
ni gẽte qui facit iusticiam ei acceptus est:hoc est,di-
gnus sit vt assumatur.Oportet igitur & ante opera lu
cere fidẽ,& fidei pedissequa esse opera:& ne quis fi-
dem propter sterilitatẽ,& neq; opera propter incre-
dulitatem vituperet. Esto igitur oliua fructifera, sed
in domo dei.Interpretãdũ enim est de operibus esse
oliuã fructiferã, de fide autẽ esse in domo dei. Quæ
autẽ sunt opera? Omnes scimus, si operari volumus.
Nullum enim est occultũ. Nam in dogmatis quidẽ
ambiguitas est & disceptatio,opera autẽ nõ sunt oc-
culta. Natura enim leges dicit.Scimus ex nobisipsis
quid bonũ,& quid malum.Posuit deus in natura no
stra legẽ nõ scriptã,quæ illustret mẽtes nostras.Nul- B
lus dicat,nesciebam legẽ,nesciebã quæ ad legẽ per-
tinent.Nam si negaueris cõmunem legem,arguet te
naturę lex.Vis discere ꝙ deus naturę inseuerit leges,
quæ discernant quid bonũ,& quid malũ? Interroga
nostrã ipsorũ conuersationẽ, quomodo omnes, qui
facimus mala,fugimus,ne mali appellemur.Et quo-
modo,audi:Adulter adulteriũ cõmittit,erubescit au
tem si adulter vocetur. Dic manifestario adultero,
Adulter : confundetur tamen,licèt quod faciat non
ignoret.Quòd si bonum putas peccatũ,quare appel
lari talis tãtopere fugis? Dic periuro,Periure : & pro
cõtumelia dictũ habebit suorũ operũ appellationẽ.
Sic natura ipsa clamat ꝙ malũ sit, & alienũ ab opere
dei.Et quod fecit deus, bonũ est,& bonũ valde,atq;
ita bonũ,quod & malis immiscetur,& è malicia eru-
bescant.Dic casto,Caste:& nomen agnoscẽs,de ap- C
pellatione non erubescit.Voca iustũ,iustũ : & opere
coronatur, & appellatione honestatur. Et licèt mo-
destiæ gratia nomẽ fugiat, laudẽ tamẽ in anima sua
accipit.Cogita quantũ malorũ cõmittatur in mũdo,
& persona caret malũ, & quomodo personã non ha
bet?Si particulatim inquiras, nullã inuenies maliciã
in sua apparentẽ persona.Nõ enim nisi personã assu
mat virtutis,apparet. Et quomodo audi:Qui menti-
tur,nõ fatetur se mẽtiri, sed veritatẽ simulãs decipit.
Qui mẽtitur,nõ prædicat quod est, sed quod nõ est:
figurat,& tunc iniusticiã operatur.Similiter dolosus
non ostẽdit dolũ,sed assumit amicicię personã,& sic
rem facit malã. Adulter non illegitimũ adulterium
cõfessus,à suo domino trãsit:sed figmentũ continen
tiæ prætexẽs,diuina violat.Vides ꝙ propriã personã
non habet malicia?Similiter & calũniator,quãdo in- D
greditur in iudiciũ, non hoc cõfitetur quod est : sed
laruã assumit veritatis,quasi ei patrocinari velit,eáq;
facit maliciæ testẽ propter mẽdacia.Sic malicia per-
sona propria caret, nisi personã veritatis assumat. Et
Matt.7.b idcirco saluator dicebat:Veniẽt ad vos in vestimẽtis
ouiũ,intrinsecus autẽ sunt lupi rapaces.Sed ad insti-
tutum redeamus. Vis videre frater, quantùm valeat
innata lex?Et anima nostra, quãuis tota malis fermẽ
tata sit,nomen tamẽ bonũ amat & amplexatur. Sæ-
penumero potẽtes qui auariciã spirãt, & nihil præ-
terquam rapinã & iniusticiã cogitant, vincũtur ali-
quorũ precibus : vt pauperi valde necessaria quædã
dimittãt,vel debitũ amittant,vel non vlciscãtur eos,
qui se læserunt,vel lædere putarũt. Et qui legatione
fungitur apud virum potentẽ, & malũ, non statim à
veritate exorditur : non dicit ei,quod est,sed tribuit
ei nomẽ virtutis.An nescis qualibus semper insignes
legati coloribus vtãtur? Vir es,inquiũt, bonus,cele-
bratum vbique est nomen tuũ. Omnes tua bona o-
pera decãtant. Multáq; talia exhortationi inserũt,vt
flectãt laudibus,& maliciã effugiant.Vides quomo-
do malicia virtutẽ celebrando vincit?Nullus malus,
malus dici vult.Natura enim quod suũ est amplexa-
tur,etiãsi volũtas diuersum eligat.Simus ergo dilecti
oliua fructifera,& operibus,& fructibus,& foliis or-
nati.Folia enim nostra sunt sermones,fructus autem
vita.Sit igitur & honestus sermo,& bonæ frugis vita.
Apud piũ enim neq; foliũ decidit. Foliũ enim eius, Psal.1.b
inquit Dauid,non defluet,& omnia quæcũq; faciet,
prosperabũtur.Sed ô miraculum.Cogita quomodo
Adã nudus exiuit de Paradiso, & quomodo Dauid
floret in domo dei. Ille quidẽ exiuit nudus propter
præuaricationẽ:ille autẽ indutus virtutibus,clamat:
Ego autẽ quasi oliua fructifera.Nihil nos ita spoliat, Ibid.51.b
vt fructuũ carentia.Nihil ita vestit,vt fertilitas. Pro-
pter opera bona fornicatus est Adã.Operæprecium
fuerit repetere dicta.Bonorũ enim repetitio,doctri-
nam in animabus bene stabilit.Sicut lanas,quę sub-
inde in tincturas immergũtur,crebra tinctio profun
dius operationẽ recipere fecit:ita opus est vt & ani-
mæ nostrę cõtinuò in diuinos sermones intingãtur,
vt abluamur quidẽ à veteri opprobrio,induamur au
tem nouam pulchritudinẽ.Enimuero lanæ illæ cùm
tinguntur, naturæ suæ nomen amittunt, & tincturæ
nomen accipiũt.Et non vltrà vocas lanã, sed vel pur
purã,vel coccinũ,vel prasinũ,vel tale aliquid, prout
colorẽ tinctæ præbuerit tinctura.Si igitur tinctio na
turæ nomẽ trãsformat:cur dei natura non transfor-
mat hominẽ, ita vt is qui antè pulueris gerebat ima-
ginem, post tincturã imaginẽ gerat fulgidã, & plus
quàm cœlestẽ ? Formatus igitur Adã pauper de ter-
ra.Puluere enim accepto,deus eũ formauit.Sed ne-
sciuit Adã quomodo formatus est, vt dixi olim. Nõ
enim oportebat eum testẽ adesse,eorũ quæ fiebãt,vt
ne cõtra deum extolleretur, & ignoraret eùm qui se
creauerat,& reprobaret suũ conditorẽ.Si accepisset
quid super naturã,quis remisisset ei immodicam su-
perbiam? Propterea deus cùm finxit hominẽ,figmẽ
to magnã virtutẽ & variam humilitatẽ imposuit, vt
per virtutem insitã gratia dei in admiratione esset:
propter humiliationẽ autem humanus fastus depri-
meretur,ac modestior fieret.Dedit ei linguã,quæ lo
queretur,deũ laudaret,diuina caneret,pulchritudi-
nem naturæ interpretaretur.Differit de cœlo & ter-
ra parua lingue carũcula,neq; duorũ digitorum ha-
bens latitudinẽ:& quid inquã digitorũ?neq; vnguis,
sed summum illud paruũ,& vile de cœlo & terra lo-
quitur.Et vt ne putet se magnam aliquã esse,& extol
lat se super naturã, sæpe tumores & vlcera in ea fiũt,
vt discat ꝙ mortalis existẽs,de externis & immorta-
libus loquatur : & sciat quæ virtus eius,quod prædi-
catur,& infirmitas eius qui prædicat.Dedit ei oculũ
paruũ illud miliũ.Vt miliũ enim est id quod videt,&
ipsissimũ pupillæ mediũ:attamen per medium illud
miliũ videt omnem creaturã.Et vt neq; visu suo om-
nem creaturã accipiat,& extollatur:sæpe innascũtur
in oculis lemæ, & lachrymæ, & alia quæ dolere fa-
ciũt,& turbãt oculos,vt ab infirmitate seipsam agno
scat, ab formatione autẽ opificẽ. Dedit ei cor ratio-
nale,fontem cogitationum, radicem cupiditatũ:sed
in iisdem locis fecit viscera,quæ stercoribus aliisque
sordibus

sordibus opplentur, per quæ homo & comedit, vt si quãdo cor extollatur, humiliet idipsum vẽter. Atq; ita vẽter & stercus nostræ eruditioni seruiũt. Nam si cùm homo est, & stercus circũfert, audet temeritatẽ ostẽtare, & nõ solùm ostẽtare temeritatẽ, sed & contra deũ, sicut Barbarus quidã rex ausus fuit dicere: *Esa.14.d* Supra stellas ponã sedẽ meã, & similis ero altissimo. Si tantũ, inquã, stercoris & insuauitatis circunferens sic loquitur, quis eum ferret exaltatũ? Hac de causa *Eccli. 10. b.* Esaias magnis superbis dicit: Quid superbit terra & cinis? Verùm iterũ ad institutũ redeamus. Deus creauit hominẽ de puluere, sed nesciebat homo quomodo esset factus, & propterea ignorabat & suã vilitatem. Deus enim (vt dicebã dudũ) animã noluit esse priorẽ, vt ne videret formationẽ. Verũtamẽ, quoniã omnino nesciuit, ex qua humilitate substiterit, & q̃ eum opifex de terra finxerit, cõuertit eum in terrã, à qua sumptus est: vt iterũ de sua infirmitate edoctus, agnoscat & primæuã beneficentiã, & futuram inuidiam. Quia enim quãdo formatus est, nescibat q̃ de terra factus esset. Attẽde diligẽter, ne te fugiat latens sensus. Quia Adã dum formaretur, ignorabat q̃ de puluere surgeret: quãdo in resurrectiõe surget, sciet q̃ exuat puluerẽ & excitetur. Nam etsi mortuus semetipsum nõ videat, videt tamẽ eum qui ante se est. Videmus nos mortuos, & in puluerem resolutos: & per quæ videmus, docemur. Nõ vidisti sæpe audaces viros & superbos, quomodo sæpe cõsternati & humiliati sunt in mortib⁹? Nũciatur mors, & toto corde tremiscũt, mẽtéq; eorũ nihil est abiectius. Ita sanè & circa sepulchra philosophamur, videntes ossa nuda, & humanã naturã corrosam & dissolutã, cogitamus statim, & inter nos disputamus, dicentes: Ecce, quid tandẽ ex nobis fit? Et quò abimus? Confabulamur, egredimur de sepulchris: & humilitatis nostræ obliuiscimur. Apud sepulchra ita vnusquisq; proximo loquitur: O miserã, ô miseram nostrã vitã. Quid tandẽ ex nobis fit? Quanuis autẽ sic loquamur, rapimus tamẽ ipsi: & licèt sic clamemus, iniuriã tamẽ nostram vlciscimur. Omnes enim planè ita philosophamur, quasi maliciæ renunciaturi. Et intus quidẽ tam pios sermones tractamus: egressi autẽ, deo aduersarij sumus. Eapropter deus vbiq; sepulchra fieri voluit, vt illis nostræ ipsorũ infirmitatis memores fieremus. Ideo omnis ciuitas, omne castellum ante ingressum sepulchra habet, vt contendens intrare in ciuitatem quæ imperat & floret diuitiis & potẽtatu, aliisq; dignitatibus, priusquã videt, quod secũ cõcipit, videat primùm quod sit. Ante portas sunt sepulchra, ante agros sunt sepulchra. Vbique ante oculos est nostræ humilitatis schola, & docemur in q̃d desinamus tandem, & videmus qualia futura sint phãtasmata: neq; hîc solùm, sed & ingressuri ad cõmunionẽ vitæ, docemur vilitatẽ summã naturæ. Sæpe vir quãdo vxorem ducere vult, meminit in despõsatione, & scribit in dote. Nõdũ introducta est, & mors statim describitur: nondũ conuixerũt, neq; nuptię habitę, & mortem statim definit. Nondũ nuptã vidit, & mortis aduersus illã calculos proponit. Scribit in hunc modũ:

„ Si mortuus fuerit vir ante mulierẽ, si mulier ante virum, hoc & hoc disponatur. Sic formatæ sunt patriæ leges. Vbiq; omnibus naturæ sunt monumẽta: & nõ solùm eorũ qui sunt & viuũt, mortis ferũtur sententiæ: sed & eorũ qui nondũ nati. Quid enim vltra dicit: Quòd si natus fuerit filius, & mortuus fuerit: nõdum fructus, & sentẽtia lata est. Dein in instrumẽtis quidẽ agnoscit naturã, sic cauẽs. Si autẽ quid humanum patiatur, vel mulier moriatur, obliuiscitur eorũ quæ scripsit, & alterius naturæ tragœdiã profert: & hæc dicit: Mẽne oportebat hęc ferre? Hũc tantũ potui sperare dolorẽ? Cõiugio fraudãdus olim? Quid, inquis, obliuisceris eorũ quæ scripsisti? & cum extra negociũ es, agnoscis naturæ limites: quãdo autem in affectiones incidisti, obliuisceris legũ naturæ? Hæc dicũtur in castigationẽ omniũ, vt omnes omnia, quę sibi eueniũt, fortiter ferãt, & ne quis damnosa putet dei iudicia. Extra affectiones ne sis disputator magnus cõstitutus, sed cùm illæ inuadũt, magnanimitatem declara. Quãdo mœres, recordare verborũ, quibus mœstũ cõsolaris. Quibus autẽ sermonib⁹ vtimur apud lugẽtes? Nónne ita apud eos philosophamur? Humanæ sunt hæ calamitates. Nõ fers solus has calamitates. Nõ solus mortis vim sustinuisti. Et reges simila ferũt. Dãnum hoc sæpe & principes faciũt, atque alij potẽtes. Agnosce tuũ ipsius calculũ. Homo es, per omnia cõmunes leges habes, quas alij. Hęc & his plura loqueris, cũ aliũ solaris. Nũ aliorũ magnificus es doctor, tibi autẽ neq; miser es discipulus? magnæ & generosæ animæ fuerit, philosophũ agere, cũ affectiones feruẽt. Et posse in quauis calamitate, vel tristicia, vel dãno dicere: Iustus es domine, & recta *Psal.118.e* iudicia tua. Damnũ fert vt homo, coronatur autẽ vti deũ amãs. Vita fratres multa difficultate plena est, & oportet omnino iustũ & iniustũ, & pium & impium affligi: sed magna est varietas. Aliud enim est corripi vt domesticũ: aliud flagellari vt alienũ. Verberatur filius, verberatur & famulus: sed hic quidẽ vt seruus q̃ peccauit, ille verò vt liber, & vt filius, disciplina indigens. Plagæ illæ non faciũt æqualẽ honorẽ. Nõ ideo si patiatur pius, quę patitur impius, eiusdẽ cõditionis erit cũ impio: sed cõgruit correptio huic in afflictionem & probationẽ, impio autẽ in flagella & pœnas. Propterea Dauid sciẽs has difficultates, de iustis quidem dicit: Multę tribulationes iustorũ: sed vide quid *Ibid. 33.d* subdit, Et ex omnib⁹ illis liberabit eos dominus. Nõdũ dixit afflictionẽ, & mõstrauit curationẽ. De aduersariis autẽ dicit: Multa flagella peccatoris: & nihil *Ibid.31.e* tale subdit, quod de iustis dicebat: Multę afflictiones iustorũ, de his autẽ omnibus liberabit eos dominus. Hæc autẽ quis audiẽs, ne de seipso desperet, neq; dicat: Si igitur vt peccator flagellor, & spẽ non habeo, infructuosa mea est correptio. Peccatorem enim vocauit nũc scriptura, nõ omnino à pietate alienũ, sed qui affligitur, & aliqua parte pius est, labitur tamen. Quòd peccatorib⁹ deus miseretur, plena omnis scriptura pignoribus diuinæ misericordiæ, inquit enim: *Ezec.18.e* Viuo ego dicit dominus: Nolo mortẽ peccatoris, sed vt magis cõuertatur & viuat. Iurauit deus, non quasi sibiipsi discredẽs, sed nostrã infidelitatẽ ad fidem vrgens. Dicat igitur omnis homo, qui afflictionib⁹ examinatur, Iustus es domine, & recta iudicia tua: & simul fortẽ declaret animã suã, pietatémq; nõ soluat. Qualis erat beatus Iob, qui diaboli terriculamẽta vicit, qui omnẽ eius rabiẽ pressit, qui cõstantia mentis fluctus diaboli strauit, qui omnibus simul priuatus, attamen omniũ dominũ non negauit. Verum illius stratagemata propriũ habebũt librũ: nam verè opus habẽt vt exquirãtur. Non sermone breuiore & perfunctorio sugillentur illius certamina. At præ oculis habeamus, quæ dixit fortis ille, & magnus pugil.

Quoniam,

Quoniam, quia sigillũ dictis infert, nudatus omnibus, seipsum pietate nõ nudauit, sed dixit: Dominus *Iob.1.d* dedit, dominus abstulit, sicut domino visum est, ita & factũ est. Bene, inquit, visum est. Concedit authoritati, non curiosè dispensationẽ explorat: non dixit sicut nos, Quare iuuenes moriũtur, & senes manẽt? Qualis est ista dispensatio? Desiderat senex mortem, solutus carnibus, opũ indigus, & aliis cõsolationibus destitutus, frustratúrq; voto. Et puer amabilis formę, gratus parẽtibus intẽpestiuus rapitur. Disce ne talia *Psal. 35.b* quæras: discè vt dicas: Iudicia tua abyssus multa. Di- *Ibid.118.e* sce vt dicas: Iustus es domine, & recta iudicia tua. Disce vt dicas: Sicut domino visum est, ita & factũ est. Agnosce authoritatẽ, vt agnoscas & pietatẽ. Verum quoniã incidit sermo de gloria spiritus sancti, dicamus aliquid ex dogmatibus in vestrã vtilitatẽ & securitatẽ. Nam sicut Iob, cum dixit, sicut domino visum est, authoritatẽ monstrauit & dominationẽ. Sic & apostoli dominatiuã authoritatem sancti spiritus *Act. 15.e* ostendentes, dicunt: Visum est sancto spiritui, nihil imponere vobis. Visum est sancto spiritui. Si subditus est, quare ei visum est? si sub lege est spiritus, & seruit, quomodo visum fuit subdito? quomodo decreuit? Nónne quę regi videtur, ea & fiũt, an potius quę subditis placẽt? Sicut domino visum est, dicit Iob: spiritui sancto visum est, dicũt apostoli. Eiusdẽ authoritatis & honoris dictio vtrobiq;, quoniã indiuisa est gloria regni. At malicia hęreticorũ iterũ inuenit effugiũ. Num enim quia dixerũt, dicunt, apostoli: Visum est spiritui sancto: subdiderunt autẽ, & nobis: iuxta illud habebunt & apostoli diuinitatis authoritatem? Hæc bene examinẽtur, ne inexercitatis suæ infidelitatis venenũ iniiciant, nec synceris auribus impietatis hæresim infundãt. Talia enim sæpe magnificè loquuntur. Nihil, inquit, admireris dicta, fratrẽ te vocat, & quasi hostẽ te occidit. Ne mireris, inquit, si de spiritu sancto dicunt apostoli: Visum est spiritui sancto & nobis, visum est apostolis. Nũ dij apostoli? Nũ diuinã habent authoritatẽ? Quãdo hæc dicit hęreti- *Psal. 44.b* cus, nos à sancta scriptura tela proferamus. Sagittæ enim potẽtis acutæ in cor inimicorũ regis mittẽdæ. Quid igitur ad hæc dicendũ? Si hoc spiritus sancti dignitatem imminuit, itaq; & Mosem cõiunctum esse deo, dei imminuit dignitatẽ. Exempli gratia dico: Si non magnũ putas, quòd cum dicitur, visum fuit, eo q̃ & apostolis sit coniunctum, vtiq; neq; magna tibi videri potest fides, quia & deus Mosi iunctus est. Di- *Exo.14.d* cit enim scriptura: Credidit populus in deum & in Mosem. Cæterũ & aliud telũ proferamus. Si spiritus sancti dignitatẽ destruit adiũcta gloria apostolorũ, cõtumelia & ex Samuele erit deo. Scriptũ est enim, *1.Reg. 12. g.* Et timuit omnis populus deũ & Samuelẽ. Denuò & tertium promamus iaculum contra impietatẽ. Si dignitatem spiritus sancti, & diuinã authoritatem hoc imminuit, q̃ ei iungũtur apostoli, minuit & dignitatem dei Gedeon adiũctus eadem appellatione. Cla- *Iudic.7.f* mauit enim omnis populus militans, Gladius deo & Gedeoni. Sicut igitur cõiunctus est Moses deo, non vt honore par deo, sed vt minister dei. Et Samuel deo, nõ vt æqualis dignitate, sed vt propheta dei. Et Gedeon deo, nõ vt eiusdẽ honoris, sed vt miles prælij. Sic & apostoli iuncti sunt spiritui, vt prędicatores euãgelij. Agnosce igitur authoritatẽ, & ne sugilles spiritus diuinitatẽ. Agnoscito diuinæ trinitatis theologiam, patris, & filij, & spiritus sancti. Ista est increata natura, vera dignitas, indiuisum imperiũ, impartibilis honor, indiscreta spes, incõprehensibilis gloria patris, & filij, & spiritus sancti: quã decet omnis gloria, honor, & adoratio in secula seculorum, Amen.

DIVI IOANNIS
CHRYSOSTOMI SERMO de sancta & consubstantiali, viuificáq; ac inseparabili Trinitate.

QVi aduersus sanctam & consubstantialem, inseparabilémque Trinitatẽ linguas acuunt & blasphemant, nituntúrq; vnigeniti, & spiritus sancti dignitatẽ destruere, arguũtur quidem ab ipso spiritu sancto, qui locutus est per prophetas, & à verbo quod prędicauit sui ipsius proprium & in carne aduentũ, propter nos ex sancta virgine factũ, ineffabilem & alterationis expertem propter suas dignitates: arguentur autem & postremum in die iusti iudicij, quãdo iterum veniet de cœlo vt glorificetur in sanctis suis, & admirabilis appareat in his qui fidem in se custodierũt immutabiliter. Ausi autem sunt Arianorũ discipuli, & insania Macedonianorum laborantes, dicere deum magnum & paruũ, & creatum deum, gentilitatẽ nobis subintroducentes. Gentilium enim est creaturã adorare, & alium ex diis suis maiorẽ, alium minorem facere. Enimuero si in aliquo deficit filius vel spiritus sanctus, nõ est deus. Paulus enim reprehẽdens dicit: Venerati sunt, & coluerũt creaturam supra eum qui *Rom.1.e* cõdidit, qui est in omnibus deus benedictus. Quòd si adorant filiũ vt creaturam, dicentes & patrẽ creaturam, maledicti sunt, iuxta Mosem dicentẽ: Maledi- *Deu.27.e* ctus omnis qui adorat creaturã & facturam: nos autem non creaturã adoramus, sed Trinitatem increatam, mutationis expertẽ & cõsubstantialem, nihilq; habentem aduenticium vel seruile, vel quod productione in esse venerit, quasi prius quidẽ non existẽs, postea autẽ adueniens. Vide, oro, testimonia sanctæ & cõsubstantialis Trinitatis, & venerare illam rectè, ne pereas. Et dixit, inquit, deus: Faciamus hominem *Gene.1.e* secundum imaginem nostrã, & secundũ similitudinem. Cum quo consiliũ init deus? Cũ angelis, inquit. At non habent angeli imaginẽ dei: loquitur autẽ ad coopificem filium, & sanctum spiritum. Et vt veritas hæc tibi persuadeatur, audi Psaltem dicentẽ: Verbo *Psal. 32.b* domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorũ. Non ignoras autem verbum esse filium. Dicit enim Ioannes Theologus: Et deus erat verbũ: *Ioan.1.a* & de spiritu, Spiritus deus. Dicit igitur deus & pater *Ibid.4.e* deo filio & deo spiritui sancto: Faciamus hominem secundum imaginem nostrã. Et non dixit, meam & vestram, neque meam & tuam. Significans autẽ scriptura esse vnam imaginem sanctæ Trinitatis, dicit: Et fecit deus hominem, secundum imaginem dei fecit illum. Sicut & Paulus clamat de filio: Qui cùm sit *Hebr.1.a* splendor gloriæ & character substantiæ. Et iterum: Qui est imago dei inuisibilis. Iterum & alio loco di- *Coloss.1.c* cit scriptura: Venite & descẽdamus & cõfundamus *Gene.11.b*

illorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

illorũ linguas,dicẽdo,Venite: pares honore exhortando vocat.Neq; enim si angelis imperasset,dicere debuit,venite:sed imperãdo,ite.Vide autẽ obsecro, quomodo patris vox filiũ & spiritũ vocet.Nam si ad vnũ solùm hoc dictũ esset, debebat dicere, Veni & descẽdamus & cõfundamus illorũ linguas:quia autem dixit, Venite: vnius est vox ad duos honore æquales. Audi quoq; & beatũ Iob, qui manifestè declarat inseparabilẽ Trinitatẽ. Dicit enim: Viuit dominus,qui sic me iudicauit,& omnipotẽs,qui amarã fecit animã meam,& spiritus diuinus qui tenetur in naribus meis. Dicendo dominũ & omnipotentẽ & spiritũ dei,cõsubstantialẽ prædicat.Discе & hymnũ Seraphin clamantiũ tertiò sanctus, sanctus, sanctus: non enim dicunt semel sanctus,neq; bis sanctus sanctus,neq; quater dicunt,sancti sancti sancti sancti,vt ne multis nominibus multos deos nobis inducerẽt, sed vnum solũ. Ter autẽ dicẽdo sanctus,sanctus,sanctus:manifestat vnã & æqualem gloriã patris,& filij, & spiritus sancti. Audi item & prophetã dicentẽ:Spiritus domini locutus est in me, & sermo illius in ore meo pronũciatus est:quia deus erat sermo. Ecce dicendo spiritũ domini,& sermonẽ,& dominum,pronunciat inseparabilem Trinitatẽ. Vide autẽ & tres pueros in camino omnes creaturas & facturas,vt glorificent deũ,vocantes Solem,lunã,stellas,cœlos,angelos,virtutes,homines,spiritus, omnem creaturam visibilem & inuisibilẽ & mente prẽditã,& nusquam cõnumerant filiũ vel spiritum sanctũ inter facturas. Quòd si cõtendis q̃ cùm Iudęi essent,ignorarint spiritum sanctum,reprehenderis mox à scriptura: Erat enim quartus,inquit,quasi similitudo filij dei.De sancto autem spiritu dicit: Excitauit deus spiritu sancto puerum adolescẽtem,cui nomen Daniel. Et in aliis multis locis præmõstratus est spiritus sanctus in veteri. Itaq; sciuerũt quidem patrẽ & filium & spiritum sanctũ vnius esse deitatis & potentię,sciuerũt autem & quæ illi seruiebãt prouocare ad glorificandũ deitatem. Vt autẽ scias q̃ nihil aduenticiũ vel creatum Trinitati accedat,Paulus præponẽdo patrẽ dicit sic: Vnus deus pater ex quo omnia,& nos ex illo:& vn⁹ dominus Iesus Christus per quẽ omnia,& nos per illum:& vnus spiritus sanctus.Iterum autẽ dicit:Diuisiones donorũ sunt,idem verò spiritus:& diuisiones ministrationũ,idem autẽ dominus:& diuisiones efficiarum sunt, idẽ autem deus qui operatur omnia in omnibus. Hæc vtiq; omnia operatur vnus & idẽ spiritus, diuidẽs singulis prout vult,& non sicut scit. Iam cùm baptizaretur filius, pater de cœlo testificatus est, spiritus autẽ sanctus in specie colũbæ descendit super illũ,qui pari honore prædituſ est. Per hæc omnia vnũ regnũ indiuisibilis Trinitatis intelligere possumus.Ipse autẽ deus sermo,qui propter nos verè incarnatus,rediturus vnde venerat dicit sanctis apostolis suis: Ite & docete omnes gẽtes,baptizantes illos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Obsignati sumus,sed vnum signaculũ est sanctę Trinitatis vnũ baptisma. Quomodo igitur audes à paterna substantia alienare filiũ vel spiritum sanctũ ? Neque enim si alieni sunt,cum patre & spiritu sancto debebant cõnumerari. Quãnam ratione iuxta tuũ sermonem aduersarie dei in baptismo debuerũt annumerari?Si creatus est filius vel spiritus sanctus, quare cũ patre simul coassumũtur?Enimuero si nomen patris solũ eum qui baptizatur potest saluare, quare coassumũtur & creaturæ,quasi pater non possit solus saluare?Absit. Igitur si patris infirmitatẽ negas,& consubstãtialia non admittis,cogeris nobiscũ fateri Trinitatem increatã & consubstantialẽ & omnipotentem.Iam si dixeris mihi de patre,Scriptũ est:Te solũ verũ deum.Sed est & hoc scriptum,Et deus erat sermo.Et quomodo igitur æqualis patri? Dicẽdo enim de patre,q̃ ipse sit solus verus deus:mõstrauit filium non naturalẽ,sed adoptatum filium.At quid proprię salutis inimice? num quia scriptũ,sicut dicit Ioannes de patre,Deus lux est : de filio autem, Erat lux vera: ideo audes propter hoc dicere minorẽ patrem,eò q̃ nõ adiecit,quòd sit lux vera: sed de filio solo dicit q̃ fuit lux vera?Sicut igitur nõ audes minorẽ facere patrem,eò quòd non appositũ est,quòd sit vera lux:ita cùm audis de patre,Te solum verum deũ:de filio autem , solùm quòd sit deus , ne audeas minorẽ facere filiũ : quoniã nomina diuerso modo nunc illi, nunc huic adhærẽt,vt de patre dicatur,deus verus:de filio autẽ,deus.& cõtrà,Erat lux vera,tribuitur filio:patri autẽ,lux tantùm. Porrò sicut non licet dicere de patre q̃ nõ sit lux vera : & de filio,q̃ nõ sit deus verus. Ipse enim dixit,Ego sum veritas:ita & de spiritu sancto,quoniã spiritus est veritatis. Atq; ita per hæc testimonia discе , vt venereris inseparabilẽ deitatem. Omnia quæcũq; habet pater, mea sunt,dicit vnigenitus deus,existẽs in sinu patris.Moses dicit:Qui est, misit me.Qui est,est pater: qui est,est filius, & habet se qui est,ad eum qui est,absq; principio & nõ in tẽpore genitus est. Omnia quæ habet pater, qui verè vita & immortalitas & lux & omnipotẽs , & deus & dominus,ea vtique habet & filius.Ego enim,inquit, veritas,& vita,& erat lux vera,& deus erat verbũ. Et Thomas inquit apostolus: Dominus meus & deus meus,quẽadmodum & Psaltes dicit: Manibus meis deũ exquisiui, & non sum deceptus. Palpauit enim Thomas verbũ in incredulitate, & nõ est deceptus, Christũ deum illũ cõfessus in fide. Profectò,inquit, dico filiũ dei deũ.Sed dicis: Nõ sine principio autẽ, sed creatũ,proinde & seruũ.Et quomodo hoc?Quasi in forma dei existẽs,nõ rapinã arbitratus est æqualem se deo,sed semetipsum inaniuit forma serui accepta. Si igitur seruus est(omnis enim creatura serua est) quomodo seruus existẽs formã serui accepit? Accepit enim quod non habuit,& mãsit quod erat. Serui forma dei existẽs per misericordiã,absq; sui versione accepit formã serui. Si autẽ nõ vis illũ cõfiteri absq; principio,sequitur quòd fuerit tẽpus, quo nõ fuerit filius.Etiã, dicit. Ecce igitur inquã,iuxta tuũ sermonem erat tẽpus quo non fuit pater. Qui enim filium non habet,pater nõ vocatur. Et pater habuit principiũ,quo cœpit esse pater.Ex filio enim pater cognoscitur. Nũquid & pater tẽpore aliquo alterius patris erat filius?Proh,quãta blasphemia.Itaq; dum videris venerari patrẽ,summa illũ contumelia afficis. Iam si filius ipse tẽpora fecit (omnia enim per ipsum facta sunt) quo pacto dicere audes q̃ fuerit tẽpus quo nõ fuerit filius ? Proinde iuxta sermonẽ tuũ , maius erit tẽpus,q̃ sermo diuinus.Nã quod prius,id necessariò & maius. Vis autem scire q̃ filius coæternus sit patri? Dicit Esaias,Ego deus primus,& ego posthac,& ante me non fuit alius deus,& post me non erit.Itaq; si posteriorẽ patre dicis filium : quomodo dicit pater, q̃ post me non erit alius deus? Sin exponis hoc de filio:quomodo dicit,ante me nõ fuit alius deus?Quapropter

propter ex his collige filiũ coæternũ esse patri , audi autẽ & testimonia de filio, & fuge cùm blasphematur. Pluit dominus à domino ignẽ & sulphur super Sodoma. Dominum vocat patrẽ, dominum filium, dominum spiritum sanctũ.Sicut dicit,Dominus autem spiritus est:& nõ dicit,dominus minor,à domino magno.Et Moses dicit : Et adorẽt illũ omnes angeli. Angelus autẽ creaturã non adorat. Et vt discas de filio hoc dictũ esse,audi Paulum dicentẽ:Quãdo autem inducit primogenitũ in orbem terrarũ, dicit: Et adorent illum omnes angeli dei.Et Dauid quoq; clamat : Dixit dominus domino meo,sede à dextris meis , donec ponam inimicos tuos scabellum pedũ tuorũ.Et non dixit:Dixit dominus domini mei:sed, dominus domino meo.Ecce(dicit Esaias) virgo vterum geret,& pariet filiũ; & vocabũt nomẽ eius Emmanuel:quod est interpretatũ,nobiscũ deus.Vtique dico ipsum filiũ,subiectum planè & inferiorẽ patre. Arguit te denuo Esaias,dicẽs : Puer natus est nobis, filius est datus nobis,& vocabitur nomẽ eius magni consilij angelus, admirabilis cõsiliarius, deus fortis, potestatẽ habens,princeps pacis,pater futuri seculi. Propheta potestate prædituſ,& deum fortem prædicat,& tu dicis illum subditũ:Ille magni cõsilij angelum vocat,& tu dicis paruũ?Vide autẽ obsecro,quid Hieremias de eo clãmet:Hic deus noster non cõferetur alius ad illum. De patrẽne dicit,an de filio?De patre dicit.Patẽrne incarnatus est,an filius?filius.Itaque secũdum sermonẽ tuũ pater incarnatus.Verùm nunc video iuxta sermonẽ prophetæ,q̃ filius qui & cõuersatus est cum hominibus.Etiã filius incarnatus est,pater autẽ non incarnatus permansit. Reprehenderis igitur insipiens,q̃ de filio hoc dicis per sequentia:Hic deus noster non cõferetur ad illum alius,inuenit omnẽ viam sciẽtiæ,& dedit eam Iacob puero suo,& Israël dilecto suo;ipse est qui & Mosi apparuit ; & legẽ dedit. Et vnde hoc manifestũ?audi prophetam dicẽtem:Disponã vobis testamentũ quod disposui cũ patribus vestris,quando apprehẽdi manum eorũ,vt educerẽ eos ex Aegypto.Dabo leges meas in corda eorũ,& in mẽtes eorum inscribã illas,& erũt mihi in populũ, & ego ero eis in deũ.Vides q̃ ipse est legislator tã veteris quàm nouę?nam quòd nouam legẽ ipse tulerit,nec; tu inficias ieris. Et tu Bethlehẽ domus Ephrata non minima es,vt sis in milibus Iuda:ex te enim mihi egredietur dux,& egressiones eius ab initio dierũ,& ipse reget populũ meum Israël. Vides vnum populũ patris & filij? Filius dicit: Ero eis in deũ,& ipsi mihi in populum.Pater de Christo dicit : Et reget populũ meũ Israël.Discе vnum regnũ patris & filij. Quæcunque autẽ quæ post hæc audis humilia, quòd incarnatus sit , & se humiliarit ipso dicẽte propter salutẽ hominum,sentit de illis vt dignũ est de deo.Nam litera occidit, spiritus autẽ viuificat. Nam si apostolis qui viderant sua miracula , & in nomine suo omnes morbos curauerant,dicebat : Multa vobis habeo dicere, sed non potestis portare modò : quid ergo ad multò crassiorem Iudæũ?etenim si cùm diceret,priusquam Abrahã fieret,ego sum,tulerũt lapides,vt lapidarent ipsum : quomodo quid sublimius sibi dici sustinuissent?Sic & in veteri multa inueniet quis dici ,p̃ crassitate auditorũ : vt,Septẽ oculi domini respiciẽtes orbem terrarũ: &,In velamento alarum tuarum protege me : &, Excitare,vt quid obdormis domine ? &, Nisi conuersi fueritis,gladiũ suũ vibrauit,arcũ suum intẽdit, & parauit illũ, sagittas suas ardẽtibus elaborauit.Et quomodo? neq; enim volatilis est deus,neque somno grauatur, neq; vel gladius apud deũ,vel arcus,vel sagittę.Incorporeus enim deus est. Verùm hæc interminatur propheta , attẽperans se auditorũ crassitudini : ita & deus verbũ propter nos incarnatus,imitãs patrem suũ humilia loquitur ad nostrã salutem respiciẽs.Quoniam enim ipsum aduersarium deo putabãt,dicẽtes:Non est hic à deo:&, De bono opere nõ lapidamus te,sed propter blasphemiã:quia tu cùm homo sis , facis teipsum deũ. Et propter hoc quærebãt eũ lapidare,q̃ nõ solùm soluebat sabbatũ, sed q̃ & patrem suũ dicebat deum , æqualẽ seipsum faciẽs deo: & ideo quia nõ capiebãt sublimia, & sua deitate digna,incipit humilia dicere: per omnia declarans q̃ nõ sit deo cõtrarius.Si diligeretis me,gauderetis vtiq; q̃ ego vado ad eũ qui misit me patrem, quoniã pater meus maior me est:quãdo eũ seipsum æqualem patri faciebat,lapidare ipsum conabantur. Quòd si hæc nõ sic se haberẽt,cogereris laudare Iudæos, q̃ iustè crucifixissent Christũ, vt aduersarium dei. Nam qui semetipsum æqualẽ deo & patri facit, cùm nõ sit talis,is deo aduersarius est. Cæterùm mendax erit & Paulus,dicẽs:Non rapinã arbitratus est se esse æqualem deo.Quid igitur est saluator,secũdũ quod incarnatus est?Sic dicẽs, Vado ad patrẽ meum & patrem vestrũ,& deum meũ & deum vestrũ:aliter vocat suũ,secundum naturã : & aliter nostrũ,secũdum gratiam & adoptionẽ : aliter suũ,propter bonã voluntatẽ,& propter creatam assumptionẽ: & aliter nostrũ,vt creaturarũ. Quòd si in his ambigis,potuit dicere patrẽ meum, non patrem meum & vestrum. Cuius ergo gratia diuisit se?nõnne vt hãc nos deo dignam sententiã doceret?Videẽs,inquit,quomodo indiguerit paterno auxilio,dicẽs:Nũc anima mea turbata est.Et quid dico,Pater salua me ex hora hac.Indigne legis. Nũc anima mea turbata est:& quid. Nã cùm distinctionẽ ibi feciſſet,subdit:Et quid dico,Pater salua me ex hora hac, sed propterea veni in horã hanc.Enimuero per hoc quod dixit,Propterea veni in horã hanc : mõstrauit q̃ salutarem mortẽ non fugeret. Desiderio enim desideraui hoc Pascha mãdu care vobiscũ,inquit : Si possibile est trãseat à me calix iste:verũtamen non volũtas mea,sed tua fiat. Nũquid mortẽ formidat, vel inuoluntarius ad passionẽ accedit,qui dixit: Oportet filiũ hominis multa pati, & occidi,& sepeliri,& tertia die resurgere?qui dixit, Soluite tẽplũ hoc,& in tribus diebus excitabo illud. Qui dixit: Potestatem habeo ponẽdi animã meam, & potestatẽ habeo iterũ recipiendi illã : nullus tollit illam à me,ego à memetipso pono illã,& ego iterum accipio illã. Qui increpauit Petrũ , quem paulò antea beatificarat,Qui dixerat : Tu es Christus filius dei viuẽtis:sed deinde cũ indignũ illi videretur q̃ pateretur,dixit illi:Vade post me satana,offendiculũ mihi es,quia nõ sapis quæ dei sunt,sed quæ hominum. Qui obfirmauit faciẽ suã cùm ascenderet in Hierusalem, vt salutẽ per passionem suã omnibus suppeditaret:qui per prophetas ipsam passionis suæ speciem prędixit.Per Hieremiã enim dicit:Super me cogitauerũt,dicẽtes : Venite,& immittamus lignũ in panẽ illius,

Universidad de Deusto
Biblioteca

illius,& exteramus illum de terra:crucem significás.
Psal.68.c Per Dauid autẽ,Dederunt in cibum meum fel,& in
ibid.21.d siti mea potauerũt me aceto. &,Foderũt manꝰ meas
& pedes meos.Partiti sunt sibiipsis vestimenta mea,
& super vestimẽta mea miserunt sortẽ. Et per Esaiã:
Esa.50.c Tergum meũ dedi ad flagella,genas meas ad alapas,
faciem meã non auerti à cõfusione sputorũ. Vidisti
sanè hæc omnia perfecta in cruce:Nã sub Pilato fla-
gellatus est,à seruo alapa cæsus,ab impiis cõsputus,à
militibꝰ clauis in cruce fixus, qui diuiserũt ipsius ve-
stimenta,& sortẽ miserũt.Qui per tam multa passio-
nem significauit,quomodo nũc cessaret?Quare igi-
Mat.26.d. tur dicit, Pater si possibile est, trãseat à me calix iste?
Ignorabat diabolus quis esset. Videns enim ipsum si-
tientẽ,esurientẽ,lassum,& alias dispẽsationes, repu-
tauit hominẽ esse purũ: videns autẽ eius diuina mi-
racula, deum suspicabatur. Dubitabat igitur de eo,
ignotãs illũ. Nam si euidẽter scisset q̃ deus esset,nõ
ausi fuissent ad eum accedere, sicut & Paulus dicit:
1.Cor.2.b Si enim cognouissent,vtiq; dominũ gloriæ non cru
cifixissent. Prætẽdit igitur dominus formidinẽ,quò
ille alliceretur,vt cùm accederet hominẽ, & ab ipso
in fugam verteretur, redimerẽtur omnes qui ab illo
detẽti erãt. Quemadmodũ rex aliquis inuasurus ty-
rannum,fingit merũ,dicens exercitibus suis: Fugia-
mus hinc à facie illius, vt ne à nobis fugiat,sed perse
quatur nos,& sic cõuersi cõprehendamus illũ:Ita &
dominus prætexebat formidinem, vt cùm diabolus
ipsum quasi hominẽ aggrederetur, inueniret deum
qui illum interimeret,& liberaret omnes qui ab illo
Luc.22.e detinebãtur in inferno.Sic enim dicit:Apparuit an-
gelus cõfortans eum qui ab angelis adoratur. Et cui
Phili. 2.b flectitur omne genu cœlestiũ & terrestriũ,& subter-
raneorũ,quo pacto ab angelo robur accipiebat? Nõ
robur accepit, sed glorificationẽ angeli dicẽtis:Tuũ
Matt.24. est regnũ & imperium domine.Nullus scit diẽ illam
& Marc. vel horam,neq; angeli,neq; filius,nisi pater.Et quo-
13.d modo ergo,inquit, æqualis est patri,qui nescit diem
illã?Qui fecit illã,ignorabitne illã?Et quare igitur di
cit,neq; filius? Vide theoriã exquisitiorẽ. Duas quis
sciẽtias & noticias in scriptura inueniet. Vnã quidẽ,
quę ex opere sumitur,alterã verò ex cognitione. Co
Gene. 4.a gnouit enim,inquit, Adam Heuã vxorem suam, nõ
q̃ prius ignorauerit. Aut quomodo ignoraſſet,qui di
Ibidẽ. 2.d xerat:Hoc nunc os ex ossibus meis,& caro ex carne
Gen.29.e mea?Et cognouit Abrahã Saram vxorẽ suam. Et Ia-
cob Lian & Rachel.Num ignorabat illas,qui ꝓpter
illas annos quatuordecim seruierat?Sciebat quidem
illas agnoscẽdo,opere autẽ postea cognouit. Itaque
Ioan.5.d pater qui non iudicat quenquã,sed omne iudicium
dedit filio,scit diẽ tã cognitione,quàm opere. Filius
Ibid. 12.g autẽ qui venit vt saluet mundũ, & nõ vt iudicet,scit
eam speculatiua noticia:quia autẽ nondũ iudicauit,
ideo dixit:Ignorat diẽ,noticiã operatiuã significans.
Hebr.3.a At Paulus dicit: Cõsiderate apostolum & pontificẽ
cõfessionis nostræ Christũ Iesum, q̃ fidelis sit ei,qui
fecit ipsum. Et alio loco : Dominũ & Christũ illum
Prou.8.b deus fecit.Et Salomõ dicit: Dominus creauit me ab
initio viarũ suarũ in operibus suis. Vides quomodo
creaturam & facturã suam eum scriptura significat?
Verùm arguent te aduersarie dei,ea quæ sequuntur:
Hebr. 5.a Omnis enim,inquit,sacerdos, qui ex hominibus as-
sumitur,pro hominibus constituitur,vt offerat dona
& sacrificia. Accepit enim ex nobis carnẽ absq; pec-
cato, quã pro nobis patri obtulit sacrificiũ. Itaq; in-

A tellige,q̃ secundum carnẽ fecerit eum, & non secũ-
dum diuinitatẽ. Sic & dominũ Iesum Christũ eum
deus fecit.Nam ante dispensationẽ,vbiq; deus præ-
dicatur,sicut præmonstratũ est, & nunquam aliquis
facturã eũ dicit,sed propter vnionẽ carnis dicit,Do-
minum & Christũ deus eum fecit. Propter auditorũ
crassitatẽ inquit,Dominus initio viarũ suarũ creauit
me. Vides q̃ creaturã dicit ? Verùm procedamus ad
ea,quæ ibi deinceps sequũtur. Ante seculũ fundauit *Prou.8.a*
me,ante omnes colles gignit me.Primùm quidem ô
vanæ gloriæ sectator disce, quòd liber parœmiæ vel
parabolæ inscribitur.Quicquid autẽ per parabolam
dicitur,non idẽ est quod verbi vis ac litera.Nam do-
minus regnũ cœlorũ sagenæ & fermento , & grano *Matt. 13.*
sinapis assimilauit,& aliis multis.Et non omnino di- *e.f*
cimus regnum cœlorũ aliquid tale esse.Sed non di-
cam multis ambagibus. Dominus ab initio viarum *Prou.8.c*
B suarũ creauit me,ante seculũ fundauit me,ante om-
nes colles gignit me. Quomodo igitur quod gignitur,creatur vel fundatur? vel quomodo quod crea-
tur,gignitur? Nam si creatus est,nõ est genitus. Nos
quæ cõdimus,nõ gignimus:neq; gignimus,quæ cõ-
dimus.Et quomodo possibile est,increato patri natũ
esse filiũ creatum?Nos enim qui creati sumus,gigni-
mus creata : pater autẽ qui increatus est,filiũ genuit
increatũ. Aquilas autẽ interpretatus est, possedit me
dicit.Igitur cùm dicit,creauit me,prædicit futurum,
quasi iam esset factũ. Etenim hic mos est scripturæ, *Psal. 21.d*
sicut cùm dicit:Foderũt manus meas & pedes meos:
quasi diceret , Ego quẽ videtis creatã carnẽ propria
volũtate mihi adunasse,ab initio sum,nõ à Maria ha
beo initiũ.In principio enim erat verbũ:&, priusquã *Ioan.1.a*
C Abrahã fieret,ego sum.Cõfitetur igitur filiũ increa- *Ibid.8.g*
tum,& cũ patre principio carentẽ, vt ne des & patri
principiũ quo cœperit esse pater. Quòd si dicis filiũ
cũ patre principio carere : dic,quomodo genuit pa-
ter filiũ,volẽs vel non volẽs?Si dixerimus volẽs,con
tradicũt.Iam erat volũtas ante verbũ,priusquã enim
vellet,dicũt,non erat filius.Si autẽ dixerimus,nõ vo
lens,dicũt:Vim patitur ergo deus.Omne autẽ quod
vim patitur,nõ est deus.Nos autem dicimus q̃ sicut
Sol radios & lumen coæterna habet,ita pater filiũ &
spiritũ sanctũ : vt ne dicamus & patrẽ sub principio.
Si enim diceretur sub principio priusquã inciperet
esse filius,nõ erat pater,pater secundũ sermonẽ tuũ.
Erat enim tempus,quo pater non erat pater.Itaq; &
ipse incepit,vt esset pater. Itaq; si dixeris, non volẽs,
vim passus est:deus autẽ vim nõ patitur.Quod enim
D vim patitur,deus nõ est.Vides in quantã incidis im-
pietatẽ,si non cõfiteris,filiũ cum patre carere princi
pio,& coopificẽ esse. Scriptũ est enim, quoniã omnia *Ioan.1.a*
per ipsum facta sunt. Nõ audis prophetã dicentẽ de
filio :Ex ore paruulorũ & lactentiũ perfecisti laudẽ? *Psal.8.a*
& cętera.Quoniã videbo cœlos opera digitorũ tuo-
rum,lunã,& stellas tu fundasti.Nõ vides Christi au-
thoritatem dicentẽ:Pater meus vsque modò opera- *Ioan.5.c*
tur,& ego operor? &,Quomodo pater suscitat mor- *Ibidem. d*
tuos & viuificat,& filius quos vult viuificat?&,Ado- *Luc.7.c*
lescens tibi dico surge.Et spiritui immũdo : Ego tibi *Ibid.4.f*
impero,obmutesce,& egredere ex illo.&,Bono ani- *Matt.9.a*
mo fies fili, remittũtur tibi peccata tua. Quoniã eũ
illi dicebãt:Nullus potest dimittere peccata,nisi solꝰ *Luce 5.d*
deus:ex ore ipsorũ arguit illos,dicẽs: Vos dixistis q̃
dei solius est dimittere peccata. Ecce igitur dimitto
peccata,& confiteamini deitatẽ meam. Si autẽ non

creditis,

creditis, ex sanitate corporis videte & discite animæ
Luc.5.e A bonam valetudinẽ.Tunc dixit ei:Surge,& tolle grab-
batum tuum,& vade in domum tuam.Et iterum loco
Mat.12.a alio:Extende manum tuam.Et mari:Sile,obtumesce.
Luc.8.d Puella surge.Lazare veni foras.Volo,mundare.Et cæ-
Ioan.11.f tera omnia, per quæ manifestat, q̃ cum patre æqua-
lem habeat dignitatem. Quæ cùm omnia rectè di-
diceris,crede quòd patri consubstantialis sit, & quòd
consubstantialis sit & spiritus.Nam si ex patre proce-
dit,& à filio sumit, non alterius subsstantiæ est spiritus.
Spiritus dei, spiritus Christi , spiritus veritatis, spiritus
consolator,non habẽs alium oppositum spiritus deus.
2.Cor.3.d Dominus autem spiritus est : sicut & Petrus ad Ana-
Act.5.b niam,Cur conspirastis inter vos,vt tentaretis spiritum
sanctũ?& manifestans quòd deus sit,inquit, non men-
titus es homini,sed deo.Vides quòd deus spiritus , cui
2.Cor.6.d mentiti sunt ? Et Paulus dicit : Vos templum dei estis,
Act.17.f & spiritus dei habitat in vobis.Manifestum,quòd deus
1.Cor.15.f B est spiritus,qui habitat in vobis. In ipso enim viuimus,
Ioan.6.g & mouemur,& sumus:&,Secundus homo,in spiritum
viuificantẽ.Et alio loco dicit:Caro non prodest quic-
quam, spiritus est qui viuificat. Ne ausis igitur aliquid
loqui contra consubstantialem & omnipotentem tri-
1.Cor.2.c nitatem.Et iterum:Nullus scit quæ hominis,nisi spiri-
tus hominis,qui in eo:sic,& quæ dei nullus scit,nisi spi
ritus dei : non iam qui in illo , vt ne quis compositum
Ibidem. spiritum putet . Spiritus enim omnia scrutatur , etiam
profunda dei.Profectò scrutatur,sed nõ comprehen-
dit . Non enim scriptum est , quòd comprehendatur:
quomodo igitur scrutatur?vt extraneus? vt alienus? vt
Eccles.7.a ignorans? An non est scriptũ: Profundiora te ne quæ-
& Eccli. ras , & sublimiora te ne exquiras ? quæ proposita tibi
3.c. sunt,ea & cogita. Non est enim tibi opus absconditis:
C num alienus est, iuxta tuum sermonẽ ? Quomodo au-
det ergo absconditа dei scrutari? De patre scriptum
est:Quoniam ego sum deus probans renes,& scrutans
Ps.7.c.et penetralia cordis . Num quia nõ additur hoc verbum
Hier.17.b comprehendo,ignorare patrem dices?Num ignorans
scrutatur & probat ? vt & de adorando spiritu hoc di-
Act.3.a cere ausis?Quomodo dixit,Segregate mihi Paulum &
Barnabã,in opus ad quod vocaui eos ? Vides potesta-
Ibid.21.e tem,intellige deitatem.Et Agabus:Hæc dicit spiritus
sanctus:Virum cuius est zona hęc,sic ligabunt in Hie-
Ibid.15.e rusalẽ.Et apostoli:Visum est spiritui sancto, nihil ma-
Ibid.16.a gis seruandum.Et iterum:Pertransij Phrygiam & Ga-
latiæ regionẽ, prohibiti à spiritu sancto loqui sermo-
nem in Asia. Vt venerunt autem in Mysiam , attenta-
runt in Bithyniam proficisci, & non sinebat eos spiri-
Ibid.20.e tus sanctus.Et iterum: Veruntamẽ spiritus sanctus per
Ezec.11.e D singulas ciuitates testificatur,dicens,& cætera.Et pro-
& 36.f. pheta, Et spiritus meus, inquit, astitit in medio vestri.
Mat.18.e Dominus verò : Vbicunque fuerint duo vel tres con-
Esa.48.f gregati in nomine meo,illic sum in medio eorum, &,
Act.20. Dominus misit me,ac spiritus eius.Attendite vobisip-
f. sis & toti gregi, in quo posuit spiritus sanctus episco-
pos & diaconos. Vide virtutem spiritus sancti , & au-
thoritatem,& potestatem, num alienus à deo sit spiri-
tus. Vidi, inquit Esaias, deum super thronũ excelsum
Esa.6.a & eleuatum,& Seraphim in circuitu eius,&c. ac dixi:
Esa.6.b O miserum me,quoniam cõpunctus sum, quoniã im-
munda labia habens , in medio populi immũda labia
habentis ego habito,& regem dominum Sabaoth vi-
di oculis meis.Et dixit:Quis ibit ad populum hunc?Et
Ibidem.e dixi: Ecce ego, mitte me. Manifestum, q̃ qui sedebat
in throno,dixit:Vade ad populum hunc,& dixit: Au-

ditu audiatis,& minimè intelligatis, & vidẽtes videa-
tis,& minimè videritis.Quis est qui sedebat super thro
num?Pater,dicit:Si autem didiceris à Paulo,quòd spi
ritus est,confiteris illum deum?Ostende,inquit,& cre *Act.vlt.*
do. Audi illũ dicẽtem. Bene dixit spiritus sanctus per *f.*
Esaiam prophetam:Vade ad populũ hunc,& dic:Au-
ribus audietis,&c.Paulus inquit,dixit spiritus sanctus.
Esaias inquit , dixit dominus Sabaoth . Vides, inquit,
qua diuersitate scriptura loquitur de patre & filio &
spiritu sancto?Igitur ne dic posthac, Magnũ & paruũ
deum,incidens in gentilium errorem . Nam si paruus
deus est filius,mẽtitur Paulus,dicens:Expectãtes bea- *Tit. 2.d*
tam spem,gloriam magni dei & saluatoris nostri Iesu
Christi,quem nũc Paulus vocat magnum deum,tu ne
dixeris paruum . Nam in deo perfecta sunt omnia , ex
quibus Christus quantum ad carnem, qui tamẽ super
omnia deus est in secula. Neq; creatum deũ nomina-
B bis vnquã:impius enim est,qui creaturã adorat. Quid
igitur ? Non dices corpus domini creatum? vide ergo
q̃ & tu creaturam adoras. Insipiens, nullus dicit regi,
exue purpuram quam indutus es , vel surge à throno
tuo,vt te nudũ adorem: sed adorat regem super thro-
num sedẽtem,& purpura vestitum. Complacitũ enim
fuit deo verbo, vt creatam carnem nostram sibi absq;
macula adunaret,& adoraretur cum deo verbo, qua-
tenus deitati adest . Et hoc significans diuinus Dauid, *Psal.98.a*
clamat:Exaltate dominum deum nostrum,& adorate
scabellum pedũ eius,quoniam sanctus est. In alio elo- *Esa.66.a*
quio dicit:Cœlum mihi sedes,terra autẽ scabellum pe *Exod.20.*
dum meorũ.Terrã nos iubes adorare ó beate Dauid? *Leuit. 26.*
Et quomodo Moses legem ponit,neque cœlum, neq; *4.*
terram , neq; quæ in eis sunt adoranda . Videte sacra- *Deut.5.a,*
C mentum. Quoniam adunaturus erat nostram carnem *& 17.a*
absque macula in vnam carnem . Caro autem nostra
ex Adam,ex terra est.Iuxta quod dicit:Et adorate sca
bellum pedũ eius.Non enim terrã non adoramus,sed
deum verbum,qui vniuit sibi absq; peccato carnem,
quæ ex terra formata est Adæ. Ne igitur vltra dicas,
creatũ deũ filiũ.Aut dic,vbi dixit pater : Creaui mihi
filiũ: vel filius,creauit me pater.Neq; humanas voces
Christi in eius diminutionẽ accipe. Nam si his dictis,
& humanis in eo demonstratis ausi sunt quidã dicere
fantasiam & apparentiam fuisse,quòd fuit incarnatus:
si hæc non essent facta,in quam nõ excideremus impie-
tatem ? Proinde omnis qui sanctis scripturis credit, a-
doret trinitatem increatam , incommutabilem , ver-
sionis expertem,omnipotentem,principio carentem,
coæternam & consubstantialẽ,patrem,& filium prius
D quidem absque carne , deinde autem voluntate pro-
pria in fine seculorum perfectum hominem factum,
absque peccato, absq; versione & mutatione sui . Ho-
mo enim factus mansit id quod erat,nempe deus:non
enim excidit à gloria & dignitate sua:& misit spiritum
sanctum,spiritum, qui locutus est per prophetas . Eos
autem qui dicunt spiritum sanctum,aut filium vel ver-
sum,vel mutatum,vel alterius subsstatiæ, vel ex nihilo
factum,vel quòd fuerit tempus quando non erat,ana-
themate punit ecclesia. Sufficiant hæc ei qui voluerit,
tametsi pauca sint : omnia enim tractare impossibile.
Docenti enim mihi deficeret tẽpus. Neq; ipsum mũ-
dum opinor capere libros qui scribuntur:nos autẽ in-
digni qui tantam ex sacris scripturis vtilitatẽ assequa-
mur,adoremus patrem & filium & spiritum sanctum,
cui sit gloria in secula seculorum,Amen.

DE EVCHARISTIA IN ENCÆNIIS, admonitorius Sermo.

NOn satis fuerit simpliciter & vulgariter Christianos homines dici nos. Eius rei si placet, adhibeo fide dignum testem fratrē dei Iacobum dicentem: Fides sine operibus mortua est. Ergo vbiq; opus est mandatorū operatione. Nam illa absente, neq; Christiani nominis appellatio nobis prodesse poterit. Et ne mireris. Quid enim dic mihi, lucri habes miles, quādo in exercitu es, nisi & dignè pro rege milites? Fortè autē terribile est quod dicitur: Melius enim ei erat non militare, quàm in militia curam & honorem regis negligere eum, qui à rege nutritur, pro rege autem nō certare. Quid autē dico pro rege? Vtinam etiā pro nostris animabus curam gereremus. Et quomodo, ait, possibile in mūdo & medio hominum sic versantē saluari? Quid dicis homo? Vis breuiter ostendam non esse locum qui saluet, sed mores & rectā fidem, & voluntatem. Adam in paradiso, vt in portu naufragium fecit. Loth in Sodomis, sicut in pelago seruatus est. Iob in stercore iustificatus est. Saul ille inter raros regno præsenti, & futuro excidit. Non est defensio, quòd dicis te non posse, etiam in medio negociorum saluari: sed hęc grauia nobis accidunt, quia in diuinis conuentibus frequentes non sumus. An non videtis volentes dignitatem à terreno rege accipere, quomodo assident, quomodo alios ad patrocinandū incitant, vt potiantur eo quod quærūt? Hæc ego dixerim ad eos, qui sanctorum communionem & cōgregationem relinquunt, & sub horam terribiles mysticæ mensæ in vaniloquentiæ conuenticulis occupati sunt. Quid facis homo? Nō promisisti sacerdoti, qui dixit: Sursum mentem & corda, & dixisti, habemus ad dominum? Non reuereris & erubescis? Et illa ipsa hora mendax inueneris. Papæ, mensa mysteriis instructa est, & agnus dei pro te immolatur, sacerdos pro te angitur, ignis spiritualis ex sacra mensa refluit. Seraphim adstant sex alis faciem tegētia, omnes incorporeæ virtutes pro te cū sacerdote intercedunt: ignis spiritualis è cœlo descendit, sanguis in cratere in tuam purificationē ex immaculato latere haustus est. Et non erubescis, reuereris, & confunderis, neq; deum tibi propitium facis? Non conscientia tua iudicat te ô homo? Centum sexagintaocto horas habente hebdomada, vnam & solam horam sibiipsi segregauit deus, & hanc in opera secularia, & in ridicula, & in conuenticula insumis: cum qua postea fiducia ad mysteria accedes? ô quàm polluta conscientia. Num si stercus manibus haberes, auderes appropiare fimbrię regis? Num vides panem, num vinum? num sicut reliqui cibi in secessum vadūt? Absit. Ne sic cogites. Quemadmodum enim si cera igni adhibita illi assimilatur, nihil substantię remanet, nihil superfluit: sic & hīc puta mysteria cō sumi corporis substātia. Propter quod & accedētes ne putetis q; accipiatis diuinum corpus ex homine, sed ex ipsis Seraphim forcipe ignem, quē scilicet Esaias vidit vos accipere. Reputate salutarem sanguinē, quasi è diuino & impolluto latere effluere, & ita approximātes labiis puris accipite. Quocirca fratres oro vos & obsecro, ne absimus ab ecclesiis, neq; in aliis colloquiis occupati simus. Stemus tremētes & timidi, demissis oculis, renata autem anima, gementes sine voce, iubilantes corde. An non vides eos, qui sensibili, corruptibili, temporali, & terreno regi assistunt, quàm sint immobiles, non loquentes, non oculos huc & illuc mittentes, sed mœsti, territi, lugentes? Ex ipsis documentum accipite homines, & sic assistite deo, quasi terrenum regem accessuri. Multò magis cœlesti regi cum timore adstare oportet. Hoc sæpe dico, & dicere non cessabo, donec correctos videam. Ingredientes autem in ecclesiam, vt decet deum accedamus, ne vindictæ cupiditatem in mente habentes, aduersus nos precemur, dicentes. Dimitte nobis, sicut & nos dimittimus. Terribile est mysterium hoc, quod dicitur, & fermè sic ad deum clamat qui hoc dicit: Dimisi domine, dimitte: solui, solue: ignoui, ignosce: si non solui proximo, neq; tu mea soluas: si non dimisi, neq; tu dimittas: si inuasi, inuade: si durus fui, durus esto: in qua mensura metior proximo, eadem remetiaris mihi. Igitur cùm hęc sciamus, & ignem illum, & terribilē tormētorum locum in mentem accipiamus, conuertentes nos postea à via qua errauimus. Veniet enim hora, quando theatrū vitę huius soluetur, & nullus postea certabit. Nō est post huius vitæ finē negociatio. Dissoluto hoc theatro coronas mereri non datur. Hoc tempus est pœnitentiæ, illud iudicij: hoc agonum, illud coronarū: hoc laboris, illud relaxationis: hoc ærūnæ, illud retributionis. Excitemini obsecro, excitemini, & quę dicuntur suauiter audiamus, & alacriter faciamus. Viximus in carne, viuamus posthac in spiritu: viximus in voluptatibus, viuamus in virtutibus: viximus in negligentia, viuamus in pœnitentia. Quid inflaris terra & cinis? quid superbis homo? quid arrogās es? quid speras ex gloria mundi & diuitiis? Egrediamur ad sepulchra obsecro, videamus ibi mysteria, videamus dilapsam naturā, ossa corrosa, corpora putrefacta. Considera ibi quis sapiens, & quis prudens: dic mihi, Quis illic rex, & quis priuatus: quis generosus, & quis seruus: quis sapiēs, & quis insipiens? Vbi pulchritudo illic adolescētiæ, vbi gratiosus aspectus, vbi oculi speciosi, vbi elegās nasus, vbi flagrā tia labia, vbi pulchritudo præsens, vbi frōs radiās? An nō omnia cinis? nōne omnia puluis? nónne omnia fauilla? nónne omnia vermis? nónne omnia putredo & fœtor? Hæc animis inferentes dilecti, & extremū diem in animo collocantes, dum tēpus habemus conuertamur à via nostra, qua errauimus. Sāguine precioso redēpti sumus. Propter hoc deus super terrā visus est, nō habens vbi caput reclinet. Papę, iudex ad tribunal ducitur, creator creaturæ sistitur, qui à Seraphim videri nequit, à seruo conspuitur: fel & acetum gustat, lancea configitur, in sepulchrū deponitur. Et tu negligens es, & dormis, & contēnis homo: nondū nescis, q; etsi proprium sanguinē pro ipso effundas, nō quantum oportet imples? Alius enim est sanguis serui. Pręueni cōuersatione animæ tuæ, ne quādo si mors aduenerit, omnē curā anima negligat. Propter quod super terrā, & non in inferno tantū pœnitentia robur habet. Quæramus dominū, cùm tempus habemus: operemur bonū, vt à gehenna quæ fine caret, liberemur, & cœlorū regnum cōsequamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cū patre & spiritu sancto sit gloria nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

De præmiis sanctorum, diuersisque honoribus Apostolorū, & de gehenna si sit, & vbi sit: Sermo. Incerto interprete.

QVæque idem beatis omnibus in dei regno honos habebitur, siquidem neque Christi discipulos inter se pares omnes fuisse constat: tres enim erant qui cæteris præstarent, quos inter distare etiam videbatur, quippe cùm deo vel minima quæque

quæq; acriori sunt curæ. Astrū enim, inquit, ab astro differt gloria. Tametsi discipuli omnes p apostolis habērētur, vniuersiq; sint super sedes duodecim cōsessuri, palāq; sit & sua singulos reliquisse, cū Christo & vitā duxisse singulos: qui tamē cū esset orādi gratia secessur°, tres secū sumpsit, alioquin hoc inter neminē præstare asserit, cū dicit: Sedere enim ad dexterā meā, aut ad sinistrā, non est meū dare vobis, sed quibus à patre paratū est. Ité & Petrū reliquis præfert, dicens: Petre, amas me plus his? Et alibi: Ioannes autē præter cæteros ab eo colebatur. Erit autē diligētissima in omne exquisitio, adeò, vt si parua aliqua, vel minima p proximū excesseris, vel id sit deo curæ futurū, & ita vt ex fulgore supernè accepto, beatorum quiuis cognosci possit. Nēpe & Loth cùm iustior haberetur, haud tamē Abrahā par esse iusticia videbatur. Itē & Ezechias cū æquior esset, nec tamē Dauid æqtate erat assimilis. Prophētæ insup oēs cū iusticia abundarēt, nō erant tamē vel singuli cū Ioanne cōferēdi. Vbi igitur sunt, qui post tā acerrimā meritorū inuestigationē, nullā fore gehennā arbitrantur, quādo & iusti oēs, si vel paruo reliquos antecesserint, haudquaquā paria sunt præmia recepturi? vt illud: Astrū enim ab astro distat gloria. Quo ergo pacto facinorosi eadē cum iustis statione futuri sunt? Huiusmodi rerū cōfusionē, ne deū dixerim, neq; hominū quēpiā facturū existimauerim. Quòd si libet, ex priscorū hominū erratis, & quantū illi inter se distent, & dei q accuratissimū sit iudicium, patefaciā. Peccauit Adā, peccauit & Heua, ita vt vtriq; puaricati sint, vtq; nec paria eorū errata, sic absimili sunt affecti supplicio. Siquidē horū adeò erāt peccata diuersa, vt Paulus asserat Adā nihil fuisse fallaciæ perpessum, quin Heuā, quia seducta sit, fuisse prævaricatā: etsi non impar esset vtrisq; deceptionis cōditio, factū tamen est diuina illa & diligētissima inquisitione, vt tāta delinquentiū argueretur diuersitas, q Paulus illud dicere cōpulsus sit. Porrò ob fratricidiū cruciabatur Cain, cū Lamech, qui hominē paulò pòst necasset, nullo sit eiusmodi tormēto affectus: cūq; horū vterq; humanū sanguinē fudisset, grauius tamē esset Lamech culpādus, q Cain exēplo nihil in melius profecisse t: sed qm neq; fratrē admonit° interemit, neq; admissi facinoris delatore, qui cōmissa ederet, indiguit: neq; domino de cæde quærēti impudētius respondisset, quin nemine incusante ipse homicidij se arguens dānasset, facilius est sceleris veniā assequutus. Cain verò, quoniā his lōgè aliena facere est aggressus, cruciatibus & tormentis afficiebatur. Vides q diligenti inuestigatione deus hominū facta disquirat? Idcirco de his qui aquarū inundatione cōsumpti sunt, variis modis supplicii sumpsit. Diuersis etiā Israēlitas pœnis, & Babylonios, & qui Antiochi fuere tēporibus, Iudæos affecit, vt ostēderet se nostri haud mediocrē habere rationē: cùm horum aliqui annos octoginta, quadringētos nónulli fuissent seruitute oppressi: cōstétq; ex his plerosq; liberos præ esurie, famēq; esitasse, fuisseq; calamitatibus & ærumnis grauioribus affectos, quas neq; fato functi, neq; superstites euasissent: quippe cùm potius deus Sodomā laturū se, & Gomorrhā asserat, q istorū hominū ciuitatē. Quòd si nulla foret ei de nobis delinquētibus, vel proficiētibus cura: aliquid fortè gehennam negare, & futura supplicia diffiteri, rationis prę se ferre videretur. Verùm cùm tanto studio incumbat, ne in aliquod ipsi facinus prolabamur, tantúmq; impendat operæ, vt rectè viuamus: conspicuū est, q peccantibus pœnas, benefaciētibus coronā sit & præmia largiturus. Nūe verò aduerte q variè hominum sentiat multitudo, qui plerunque deo id culpæ afferunt, q violentos, & raptores nonnunquam toleret, nefarios & facinorosos impunes sinat: quódq; ex his duntaxat supplicia minitetur, culpant grauius, & iniquo animo ferunt: quorum etsi altero grauētur, alterum tamen probari per eos, & cū admiratione efferri laudibus oporteret. Sed ô dementiā, ô efferatā & sine ratione mentē, ô animum sceleratū, & in omne flagitium & scelus propēsum, vnde eiusmodi tua hæc deprauata emergit opinio? q si maluerint qui hæc sentiūt, virtutibus inhærere, quāprimū quauis ambiguitate reiecta, fiēt de gehenna certiores. Quæret aliquis, vbinam gentium, aut quibus in terris hanc gehennā sitā dixeris? Verùm quid illud tibi est curæ? cùm enim vtrum sit gehenna queratur, de loco, sitúve nondū est aliquid inquirendū: quanuis pleriq; pro certo nō diffitentur esse hāc in Iosaphat valle constitutā: quod in certamine quodā, & bello apud veteres illos quondā in gehenna vallis Iosaphat gesto narratur: quod sacræ literæ nusquā affirmant. At si de situ & loco quæsieris, respondebo, dicāq; extra terrarū orbē hunc aliquo esse positā. Nō ergo erit quo fuerit hæc loco sita, quin magis quo pacto euitari possit, quærēdum: neq; q pro nimia eius indulgentia deus persępe exigat in hac vita pœnas, futuris est diffidendū: nā ideo hominū tolerat errata, quia clemēs & pius, eoq; potius cōminatur, q subito incursu inuadat. Inquit em: Nolo mortem delinquētis. Vnde cognosci potest, si nulla esset peccāti proposita mors, superuacaneū id Christi dictū extitisse. Scio equidē vobis his verbis nihil quippiā esse molestius, cùm mihi sit nihil suauius: vtinā q; cùm cœnatur, cùm prandiū sumitur, cū lauatur, cùm demū reliqua peraguntur, de gehenna fieri & apud nos mentionē: nec enim illius formidine aut hīc aduersa viderentur grauia, aut pro suauibus prospera habērētur. Tu verò quid graue, aut molestū dixeris? nū paupertatē? num languores? nū seruitutē? nū corporis cæcitatē? Hæc certè ridicula videbuntur, si cū gehennæ incendio cōparētur. Quin vel si fame & lōga vexatos adduxeris, vel ab incūte ætate & luminibus captos, & mēdicos, pro esca hæc omnia, & cibo quodā lautiori ducentur, illorum tormentorū respectu, quorū narratio frequentius iterāda est, quādo gehennæ eiusmodi recordatio nos eā incidere haud sinit. Nónne & Paulū audis dicentē, qui pœnas perpetuò daturi sunt à facie domini: cuiusmodi & Nero fuit, quē idem Antichristi mysteriū appellat, cùm inquit: Mysteriū iam operatur iniquitatis? Quid igitur? nihil Nero, nihil Antichristus, nihil ne mali & diabolus patietur? Nunquid Antichristus pro diabolo futurus est? num demum hi omnes nisi supplicio & pœna cogantur, malis aliquando sunt finē facturi? Verùm dicet aliquis, nihil erit à gehenna verēdum, quā solùm à Christi fide alieni homines aduituri sunt. Quæso quamobrem? quoniam fideles sui domini iampridem habent notionem. At quid illud, cùm horū sit vita impurior, propterea q; māiores sunt, quàm illi pœnas daturi? quotquot em sine lege admittunt, sine lege & pereunt: qui verò in lege deliquerint, & lege iudicabuntur. Item & seruus, qui herilis sit animi cōscius, nec domino ad voluntatē

Luc.12.f luntatē paruerit,multis vt vapulet neceſſe eſt.Quòd
ſi nullā dixeris vitæ rationē reddendā fore,fruſtráq;
id & vulgò opinari nonnullos:ergóne diabolus ipſe
cruciabitur, quia habeat & ipſe dei noticiam longè
magis quàm homines certiorē?Siquidem dæmones
vniuerſi & deum norunt,fatentur, & cōtremiſcunt.
Itaq; ſi vitæ huius actionū, prauorúmq; facinorum
nullæ eſſent reddendæ rationes, forent & hi ſuppli-
cio quouis liberati. Non ita ſe res habēt, non ita,ca-
Mat.19.d uendū ſanè ne vos fallat opinio. Nā ſi certè nihil de
gehenna contriſtaret, quónā pacto duodecim apo-
ſtoli bis ſenas & Iſraëliticas eſſent tribus iudicaturi?
1.Cor.6.a Quid præterea & Paulus illud aſſereret, inquiens:
Nónne videtis quoniā de angelis(ne de temporariis
his dixerim)ſumus iudiciū facturi?Quid etiā & Chri
Luc.11.d ſtus illud protuliſſet:Viri Niniuitæ reſurgēt, & con-
dēnabunt generationem hāc, erítq; terra Sodomo-
rum magis in die iudicij,q̄ hi, tolerabilis ? Qui illud
ioco agis,quæ ſeriò agēda ſunt?quid falleris inſaniē-
do?quid dei clementiā oppugnas?eò enim gehennā
deus & parauit,& cōminatus eſt,vt illam trepidi ca-
ueremus.Itaq; qui eā tollit, nihil aliud eniti videtur,
quàm vt falſa opinione captus in eam enixius prola-
batur. Non igitur erunt illorū vires,aut manus debi-
litandæ,qui pro virtute cōtendunt, neq; torpētium
augēda ſegnicies: quādo enim cum pertinaci hac &
ſtultà vulgi perſuaſione,qua gehennā negent, à ſce-
lere deſiſtetur:quando etiā imponetur nequiciæ fi-
nis,aut vbi de iuſticia conſtabit? nō dico ſolùm quæ
flagitioſum à iuſto ſecernat, ſed arguat à peccatore
delinquentē: id eſt, cur aliquoties nonnulli hominū
pœnas hîc pro ſceleribus luant,nōnulli verò,qui aut
æquè,aut grauius fortè cōmiſerint,ſint ſanè dum vi-
uunt,tormentorū expertes. Si itaq; nullibi ſit de ge-
henna compertum,nil profectò tibi quod eiuſmodi
obiectantibus reſpondeas,ſuppetet.Quocirca obſe-
cro,vt rebus his irriſione digniſſimis reiectis, eorum
ora occludatis,qui lōgè aliter de gehenna, q̄ voſipſi
ſenſerint:quando vt perexigua errata, ita & benefa-
cta acerrimè conquirentur, adeò vt pro impudico
oculorum aſpectu pœnas daturi ſimus,próq; ſuper-
uacaneis,ocioſéque dictis, pro leui inſuper & tenui
contumelia, próq; violentia demum ipſa tormenta
nobis ſubeunda ſint. Sic contrà pro gelidioris aquæ
cyatho cōmunicato, vel ſolo gemitu mercedē pro-
Ezech.9.b merebimur. Da enim ſignum,inquit, in faciem in-
gemiſcentium,& dolentium.Quo igitur pacto affir-
mare audebis eū,qui noſtra omnia diligentius ſeru-
tetur,fruſtra fuiſſe gehennam comminatum? ne ob-
ſecro,ne inquam inani hac ſpe tum teipſum, tū tuæ
huius opinionis ſectatores eas perditū. Nam ſi meis
fortè diffidendum eſſe dictis cenſueris,Iudæos,Gē-
tiles,hæreticóſq; vniuerſos rogato : reſpondebūt ſa-
nè ad vnum omnes futurum iudicium, futurámque
vt bonorum, ita & malorum retributionem. Quòd
ſi homines haud ſatis petitioni huic facturos exiſti-
maueris, pete vel dæmones ipſos, audies mox illos
Matt.8.d clamitantes:Quid huc veniſti nos ante tempus cru-
ciatum?Quibus omnibus in vnum coactis, perſua-
de animo ne fruſtra deliret,ne gehennam expertus,
de ea certior fiat:quin illius contemplatione,& me-
tu moderatior effectus, eiuſdem queat & cruciatus
effugere,& futuris bonis potiri.

Diui Ioannis Chryſoſtomi de martyribus, ſermo, Incerto interprete.

A Nemo eſt,qui neſciat martyrū glorias ad hoc
diuino cōſilio à dei populis frequētari: niſi,
vt& illis debitus honor dicetur,&nobis vir-
tutis exēpla fauente Chriſto mōſtrentur: vt dū hæc
ita celebrari perſpicimus,cognoſcamus, quanta eos
gloria maneat in cœlis, quorū natalitia taliter cele-
brātur in terris: quò poſſimus etiā ipſi talibus ꝓuo-
cari exēplis,virtute pari, deuotione cōſimili ac fide:
vt Chriſto præſtāte dimicare & vincere hoſtē poſſi-
mus:vt parta victoria,cū iiſdē ſanctis in regnis cœle-
ſtib⁹ triūphemus.Quis eſt enim,qui eorū volēs me-
rito copulari,niſi prius cōſtantiā eorū teneat: ſecte-
tur fidē,imitetur virtutē paſsionis,eorū gloriā parib⁹
vitæ liniamentis aut inueniat,aut exquirat? Qui etſi
martyrio par eſſe nō poſſit:tamē muneris tāti digni-
tate ſe quiſq; bonis actibus dignū prębeat. Adeſt eñ
B clemētiſsimus deus,qui deſiderātibus ſuis aut mar-
tyriū præbeat,aut ſine martyrio cū ſanctis præmia di
uina reſtituat.Nobis nanq; peccata noſtra officiunt:
nobis,inquā, peccata noſtra aduerſa prouocant, ar-
cēt proſpera,bona à nobis diuina repellūt.Qui ſi do
mino ſeruiremus,vt par eſt:cūcta nobis ꝓſpera pro-
uenirēt.Duæ ſunt enim cauſæ in ſeculo,quę homini
aduerſa importāt: quæ aduerſa licèt de vno maliciæ
fonte procedāt,tamē hęc nonnunquā peccatoribus
& iuſtis ęquè obueniūt:ſed diuerſitate meriti diſcer-
nūtur.Aliud eñ pro peccatis affligi, aliud ꝓ iuſticia
exerceri. In peccatore meritorū retributio, in iuſto
glorioſa de virtute certatio. Illic peccator,vt merea-
tur,affligitur:hîc iuſtus pro examine cōprobatur.Vt
enim infirmatur peccator aduerſis,ita iuſtus tētatio-
uib⁹ roboratur. Sic dimicarūt aduerſus peccatū ſan-
C cti:ſic & laborādo fortiores,& moriēdo victores ef-
fecti ſunt. Null⁹ athletes ſine certamine fortior dici,
null⁹ ſine victoria poterit coronari.Nemo miles ſine
prælio hoſtem ſubiecit,nemo ſine bello imperatorē
promeruit.Habes Chriſtiane cōpetentia arma, qui-
bus hoſtē expugnes:habes fortiſsima tela,quib⁹ ini-
micū debelles. His te iamdudū dominus per gratiā
imbuit,&poſtmodū Apoſtolus Paulus armauit.Hęc
ſunt arma,quib⁹ dimicarūt ſancti:quorū virtutes di-
ligis,& victorias admiraris.Imitare Chriſtiane,quos
diligis,ſanctos:& quorū virtutes frequētas,eorū vitā
& inſtituta ſpectare.Eſto talis, de eorū exēplo : quia
& hi de ſuperiorū,tales effecti ſunt.Nec enim virtus
ab eo poterit imitari cuiuſquam,qui eius vitam non *Imitari*
fuerit imitatus.Cæterū amare non eſt,quem imitari *paſsiuè.*
nolueris:& quē ſectari detrectas,eū profectò amare
D te ſimulas.Habes exēpla,quę ſecteris,vt vincas:quia
Abel in principio ante vllius exemplū,prior dedica-
uit martyriū.Qui quidem optaret innocens in ſecu-
lo viuere: q̄ à fratre occiſus,in occidentis perniciem
martyriū dedicare.Cain enim nec innocentiam na- *Gen.4.b*
turæ ſeruauit,& pietatis iura in cęde fratris corrupit.
Perpetrat ſcelus, quod nec ipſe ſciebat admittere,
nec frater nouerat pręcauere.Gerit diabolus totum,
qui iam parentes fecerat peccatores. Gerit,inquam,
diabolus totū:ſed conſentit Cain hoſti,quem de pa-
rentum caſu debuerat execrari: vt vterq; reatus cri-
men incurreret:& diabolus, qui parricidium ſuaſit:
& Cain,qui aſſenſum perſuadenti diabolo commo-
dauit. Solus autem Abel ſanctiſsimus inter fratrem
& diabolum,inter parricidam & hoſtem, inter per-
ſuadentem & factorem purus atque integer perſe-
uerat. Fit enim Abel innocens, glorioſus ſacerdos:
& victima

& victima,immolator:hoſtia,antiſtes,& holocauſta.
Vt enim ſanctè atq; innocēter deo hoſtias immola-
bat,ita ſancta atq; innocēs hoſtia deo ſummo effect⁹
eſt. Necnon & Iacob ſanctiſſimū innocentē & iuſtū
Eſaū reprob⁹ impiè atq; crudeliter minatur occide-
re:qđ quidē facinus etiā ipſe cōpleſſet, niſi ad ꝓpa-
gationē paterni ſeminis eū dn̄s reſeruaſſet, ſicut idē
Gen.27.g Eſaū loquitur dicēs : Appropinquet dies mortis pa-
tris mei:vt ego occidā Iacob fratrē meū.O nephariū
ſcelus venenato ore prolatū. Vt fratrē occidat, patri
mortē exoptat.Bis in vna cauſa delīquit:& dū optat
obitū patris,& dū diſponit parricidiū fratris. Nō in-
telligit miſer ſe gemino ac duplici crimine detineri:
nō intelligit, inquā, vtrunq; ſcelus à ſe in ſua iā pro-
feſſione cōpleri. Nec cōſiderat iudicio dei ſe perdi-
tū,niſi & hoc quod mēte cōceperat, ſuis ſermonib⁹
indicaret:vt maliciā,quā dn̄s in eo reprobauerat,ſua
profeſſione expromeret. Deniq; Iacob fugæ conſi-
liū inuenit,ne immoratio ſui fratrē faceret parricidā.
Cuius quidē peregrinationis anguſtias, tribulatio-
nes,& metus,ita dn̄s gubernauit,vt in ipſo duriſſimę
ſeruitutis obſequio augeret patrimonio, locupleta-
ret fide:& quod eſt amplius, per viſitationes & di-
uina colloquia,angelicáq; luctamina,ſua eum beni-
gnitate donaret. Quid Ioſeph perſecutione fratrū,
quid Dauid Saülis regis atrociſſimo metu,quid pro-
phetarū,apoſtolorūq; ſanctorū chorū Iudęorū odiis,
aut afflictos,aut iugulatos enumerē?Quis enim ſan-
ctorum in ſeculo,nō aut perſecutionē perpeſſus,aut
ab inimicis eſt iugulatus? Nulli eſt dubiū inimicum
Ioan.15.c eſſe ſeculū ſanctis domini. Vox eſt ad ſuos dicētis,Si
Ibidem. me perſecuti ſunt,&vos perſequētur.Et rurſus addit
dicēs:Si de ſeculo eſſetis:ſeculū,quod ſuū eſſet,ama-
ret. ſed quia de ſeculo non eſtis, & ego elegi vos
de ſeculo:propterea odit vos ſeculū. Et rurſum, Vos
Ibid.16.d plorabitis & plangetis,ſeculū autē gaudebit: vos tri-
ſtes eritis,ſed & triſticia veſtra in læticiā veniet. Ti-
mēda ſunt Chriſtianis præſentis ſeculi gaudia: & o-
ptāda pro deuotione mœſticia, quæ cœleſti læticia
repēſetur.Pro amore dei,odia humana optāda ſunt:
pro dilectione Chriſti, inimicorū affectatio appetē-
da.Nemo enim amatur à mūdo, niſi qui odio fuerit
Chriſto:nec diligitur à ſeculo, niſi qui execrabilis
fuerit deo.Seculi eſt enim,quodcūq; lętatur:dei eſt,
quod ꝓ iuſticia affligitur.Inimici ſui amicū nemo in
amicicias ſumit,nec qui amico inimic⁹ eſſe voluerit.
Nemo aduerſariū fratri,familiarē ſibi arrogat, niſi q
germanitatis iura violare æmulo liuore deſideret.
Hoſti dn̄i ſui ſeruus nunquam famulatur, niſi à dn̄o
atrociſſima ſeueritate vexetur.Nemo miles ab impe
ratore extraneo ſtipendiū accipit:ſin autē, illum cui
militat,lædit.Quid agis Chriſtiane, ſi domini hoſtē
amicū habueris?Quid agis,inquā,ſi dilexeris ſeculū,
ſaluatoris Chriſti hoſtem pariter & inimicum?Quid
agis,inquā,ſi amaueris mūdum,qui deū tuū inimica
crudelitate peremit?aut enim eris ſeruus acceptus,ſi
domini tui inimicū fueris deteſtatus:aut ſi eius ama-
ueris inimicū,eris ipſe à dn̄o alien⁹. Quare aut ode-
ris inimicum, neceſſe eſt, ſi domini tui volueris eſſe
chariſsimus:aut ſi eius amaueris inimicū, cū eodē in
die iudicij mulctaberis.Fuge Chriſtiane, fuge quod
dominus nō amat:deteſtare & horre,quæ tibi dete-
ſtanda mandauit.Præſenti liberalitate æternā vitam
mereare,momētaneo lucro præmia diuina acquire.
Theſauros tuos ad cœleſtia regna trāſmitte:fœnera-

A re in pauperibus dominū,in egenis Chriſtū & paſce
& veſti.Et ſerua mandata,quæ te ad vitā perducant:
cuſtodi præcepta,quæ te deo proximū faciant. Pro-
pera ad æterna,ad futura feſtina. Nec te aliqua dul-
cedo ſeculi ac præſentis vitę detineat,ſed tibi futura
omnia Chriſto munerante occurrant.

De martyribus,quòd aut imitandi,aut non laudādi ſunt, Sermo. Incerto interprete.

Qui ſanctorū merita religioſa charitate mira-
tur,quíq; iuſtorū glorias frequēti laude col
loquitur,eorū mores ſanctos atq; iuſticiam
imitetur:quoniā quē delectat ſancti alicuius meritū,
delectare debet par circa cultū dei obſequiū.Quare
aut imitari debet ſi laudat, aut laudare non debet ſi
imitari detrectat:vt qui aliū laudat,laudabilē ſe red-
dat,& qui ſanctorū merita admiratur, mirabilis ipſe
B vitæ ſanctitate reddatur.Nā ſi propterea iuſtos fide-
léſq; diligimus,ꝙ in ipſis iuſticiā fidēq; ſuſcipimus,† *† alias. ſuſpicimus.*
poſſumus nos quoq; eſſe quod ſunt, ſi faciamus ipſi
quod faciūt. Neq; enim difficile nobis eſt quod ab
ipſis geritur imitari,cū ſine præcedēti exēplo ab an-
tiquis talia geſta cōſpicimus: vt nō ipſi aliorū æmuli
redderētur,ſed æmulādæ virtutis ſeipſos nobis præ-
berēt exēplū : vt dū nos ex ipſis & ex nobis alij pro-
ficiūt,ſic Chriſt⁹ in ſuis ſemper ſeruis in eccleſia ſan-
cta laudetur. Vnde ab origine mundi innocēs Abel
occiditur,Enoch deo placens trāsfertur, iuſtus Noë
inuenitur,Abrahā fidelis probatur, Moſes māſuetus
dignoſcitur,Ieſus caſt⁹,Dauid lenis, Helias accept⁹,
Daniël ſanctus tres, pueri victores redduntur, Apo-
ſtoli diſcipuli Chriſti credentium magiſtri habētur.
E quibus eruditi cōfeſſores fortiſsimi pugnāt, mar-
C tyres perfecti triūphāt, & Chriſtiani ſemper exerci-
tus diabolū deo armati debellāt. In iſtis ſemper pa- *Delicatus*
res virtutes,diſsimiles pugnæ,glorioſæ victoriæ.Vn- *eſt miles,*
de tu Chriſtiane delicatus es miles, ſi putas te poſſe *qui ſine*
ſine pugna vincere,ſine certamine triūphare. Exere *certamine triūphat.*
vires,fortiter dimica,atrociter in prelio iſto cōcerta.
Conſidera pactū,conditionē attende, militiā noſce.
Pactum quod ſpopōdiſti,conditionē qua acceſsiſti,
militiā cui nomē dediſti.Hoc enim pacto quos mi-
raris,cuncti pugnarunt,hac cōditione vniuerſi vice-
runt,hac militia omnes triūpharunt.Deniq; cōſide-
ra pręſente deo te cū hoſte pugnare,fauet ille vt vin-
cas,fauet vt obtineas.Cū pugnas adeſt,cùm dimicas
præſens eſt.Tātū enim viriū de eius præſentia cōci-
pis,quātum inimico debilitatis accedit. Tu erigeris
in virtutē,hoſtis incidit in debilitatē. Tibi arma di-
D uinitus miniſtrātur,illi maliciæ tela frāguntur. Tibi
cōſpectus dei viriū adhibet incremēta,hoſti pręſens
maieſtas adimit nocēdi venena. Tibi angeli applau-
dūt,illi formidinē adhibent. Tibi enim fortitudo tri
buitur,illius malicia infirmatur.Quib⁹ tu foueris,ille
opprimitur:quibus tu erigeris,ille ꝓſternitur. In tua
pugna dominus congreditur,dominus dimicat,do-
minus pręliatur,& victoria tibi adſcribitur.Certamē
tuum dei certamen eſt,prælium tuum Chriſti eſt præ-
liū. Quid trepidas,quid formidas, quaſi tua virtute
deuincas?Prende arma, procede in bellum, fortiter
dimica,vt dimicāti adſit ille qui vinci non nouit.Nō
poteſt imperatorē promereri,qui hoſtē à ſe noluerit
ſuperari.Nō poteſt regi eſſe acceptus, qui hoſti fue-
rit lenocinatus.Nec enim hoſtē poterit vincere, niſi
qui atrociter voluerit dimicare.Victoria militis,per-
emptio eſt hoſtis:& perēptio hoſtis,gloria eſt impe-

 ratoris.

Universidad de Deusto Biblioteca

ratoris. Deniq; in certamine Christiano, aut super-
stes miles prostrato hoste beatus de prælio redit, aut
hostē victor moriēdo deuincit. Fœliciter enim vin-
Fœliciter qui vincat. cit, qui post victoriā vinci nō nouit. Fœliciter vincit,
qui & diabolū & mūdū post victoriā dereliquit. Fœ-
liciter vincit, qui proficiscens è mundo diabolū quē
in præsenti deuicit, in futuro cū domino iudicabit.
Alios enim post vnū certamē ad alias palmas domi-
nus seruat, alios cōsummato martyrio iam coronat.
Alios victores retinet in exēplū, alios iam perfectos
trāsmittit ad cœlū. Alios frequēter desiderat videre
certantes, alios passione iam meritos imponit regnis
cœlestibus triūphātes: vt imperatoris Christi ab om
nib' dignatio collaudetur, qui in suis & semel & fre
quēter hostē deuicit, & quēlibet quomodo pugnare
viderit, munerabit. Tantū contra hostē exercitetur
animus, exerātur artus, deuotio præparetur, vt ꝓce-
dens miles ad bellū, vel primo prælio coronetur, vel
frequētib' trophęis palmarū numero honoretur. Sic
dimicarūt, quos diligere Christiane cōsuesti: sic præ-
liati sunt, quos semper amasti. Denique tres pueri in
Danie.3.c Chaldęa Barbarri regis dū terrores despiciūt, formi-
dines calcant, minas contēnunt, sic eundem regē cū
suis ignib' deuicerūt. Daniël quoq; cultor dei, ama-
tor iusticiæ, veritatis defensor, dū in afferēdo deo re-
gis edicta contēnit: sic & leonū rabiē vicit, & de ini-
Ibid.6.c micorū interitu exultauit. Petrus & Ioānes Apostoli
Act.3.a ad orādum deū hora nona Salomonis tēplum ascē-
dunt, claudū curāt, virtutē faciunt, quinq; milia ho-
minum prædicādo acquirūt. Vnius cura multitudi-
nis salus efficitur. Vnus enim curatur, & multi saluā-
tur. Vnum mēbri vicium in homine vno corrigitur,
sed plurimorū vtilitates operāte domino reparātur.
Vnius debilitas curatur, sed multorū sal' acquiritur.
Vexato sanitas redditur, sed prauitas in obduratis
corrigitur. Ascēdūt Apostoli dominū deprecari, sed
preces claudi non poterant aspernari. Præueniuntur
precibus preces, rogantē claudū rogaturi antè audi-
unt quàm precētur: nec permittit claud' orare illos
quos petit, nisi prius acciperet ipse quod optauit: vt
ante ab eis quod voluit impetraret, q̄ ipsi à domino
Gloriosum Apostolorum meritum. quod volebant expeterēt. O gloriosum Apostolorū
meritū, qui antè in tēplo operantur, q̄ ipsi dominum
deprecentur: antè virtus ostenditur, q̄ oratio ad do-
minū præmittatur, effectus preces præueniūt, virtu-
tes desideria antecedunt: nec expectatur vt vota ad
dominū pręmittātur, quia dominus ipse antè efficit,
q̄ rogetur. Interea claudus aliud petit, & aliud acci-
pit: aliud postulat, & aliud impetrat: aliud cupit acci-
pere, & aliud à domino meruit impetrare. Postulat
eleemosynā, & sanitatis accipit curā. Petit aliquid ad
victū accipere, & integritatē corporis meruit recu-
Act.3.a perare. Quod petis, inquit Petrus, non habeo: sed il-
lud dabo, quod ex gratia Christi redundo. Argentū
quidē & aurū nō est mihi, quod autē habeo, hoc do
tibi. In nomine domini Iesu Christi, surge & ambula
sanus. Sāctissimus Petrus nihil sibi de facto, nihil de
opere, nihil de virtute adscribit: sed totū illi adsignat,
per quē meruit quod impleuit. Deniq; cura, vt dixi,
vnius claudi negociū geritur multitudinis: vnus sa-
nus efficitur, & plurimorum vtilitati cōsulitur. Adeò
mirantur cuncti virtutem, stupent factum, honorāt
deum, quinq; milia credunt in Christū, vt & claudi
desiderium & apostolorū meritum, & benignitatis
Christi in multorum salutē probaretur exemplum.

A
DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI ORATIO DE

beato Philogonio, qui fuit ex patrono causarum factus episcopus, & quòd nihil æquè reddit nos deo probatos, atque si studiosi simus earū rerum quæ publicæ conducunt vtilitati, & quòd negligenter adeuntes mysteria grauissimè puniuntur, etiamsi semel tantum in anno scelus hoc commiserint. Dicta est autem quinque diebus ante natalē Christi. Erasmo Roterodamo interprete. Authore damnato.

EGo quidem & hodie destinarā aduer-
sus hæreticos luctaturus vestes exuere,
quódque restabat debiti vobis persol-
uere. Verū beati Philogonij dies, cuius
hodie memoriā celebramus, ad ipsius benefactorū *A cōtrariis ratiocinatur.*
enarrationē linguā nostrā euocauit. Et omnino pa-
B rēdū est. Etenim si qui patri matríve maledicit, mor- *Exod.21.*
te moritur: ꝓfectò clarū est eū qui benedixerit illis *& Leuit.*
vitæ præmia recepturū: & si iis qui iuxta naturā pa- *20.b*
rētes sunt, tantā debemus præstare beneuolentiam,
multò magis id præstādū iis, qui iuxta spiritū sunt pa
rētes, potissimū verò quū iam vita defunctos nostra
laudatio nihilo reddat illos gloriosiores, nos verò cō *Sanctorū laudes nobis prosūt magis quàm illis.*
gregatos tū qui loquimur, tum qui audimus, reddat
meliores. Nā ille quidē subuectus in cœlū haudqua-
quā egere potest humanis laudib', ad fœliciorē ma-
gísq; duraturā quietē ꝓfect'. Cæterū nos qui hacte-
nus hîc versamur, multáq; opus habemus exhorta-
tione, illius egemus encomiis, quò videlicet ad eius
imitationē excitemur. Quapropter sapiēs quidā hor
tatur, dicēs: Memoria iusti cū laudib'. Nō perinde ꝙ *Prou.10.b*
C laudātur qui decesserunt, sed ꝙ ij potius qui res istas
egregias laudib' vehūt. Quoniā igitur hac ex re tāta
nobis vtilitas ꝓficiscitur, obtēperem', neq; recusem'.
Nā & ipsum tēpus huic narrationi cōgruit. Siquidē
hodie beatus ille ad trāquillam omnísq; turbationis
expertē vitā trāslatus est, eóq; nauigium appulit, vbi
deinceps nō poterit metuere naufragiū, nec vllā ani
mi deiectionē aut dolorē. Et quid mirum est, si locus
ille purus est ab omni molestia animi, quum Paulus
hominibus adhuc in hac vita degētibus loquēs di-
cat: Sēper gaudete, sine intermissione orate? Quòd *1 Thes.5.c*
si hîc vbi morbi, vbi insectationes, vbi præmaturæ
mortes, vbi calūniæ, vbi inuidiæ, vbi desperationes,
vbi iræ, vbi cupiditates, vbi innumerabiles īsidię, vbi
quotidianæ solicitudines, vbi perpetua sibíq; cohæ-
rentia mala sunt, innumeros ex omni parte dolores
D adferētia, Paul' dixit fieri posse vt semp gaudeam', si
quis paululū ex rerū mūdanarū fluctibus erexerit ca
put, vitáq; suā rectè moderetur, cōposuerítq;: multò
magis postquàm hinc demigrauerimus facilè cōpo-
tes erimus eius boni, quū hęc oīa sublata fuerint, ad-
uersa valetudo, morbi peccandi materia, vbi non est *Meum ac tuū, frigida verba.*
meū ac tuū, frigidū illud verbū, & quicquid est ma-
lorū, in vitam nostrā inuehens, innumeráq; gignens
bella. Quāobrem maximopere gratulor huius sancti
fœlicitati, ꝙ quanquam translatus est, atq; hanc quæ
apud nos est ciuitatē reliquit, tamē in alterā transiit
ciuitatem, nempe dei, ac digressus ab hac ecclesia ad
illā peruenit, quæ est primogenitorum descriptorū
in cœlis, ac relictis hisce festis trāsiit ad celebritatem
angelorum. Etenim ꝙ & supernè sit ciuitas, ecclesia,
ac celebritas, audi Paulum dicentem: Accessistis ad *Hebr.12.f*
ciuitatem dei viuētis, ad Hierosolymam cœlestem,
& eccle-

& ecclesiā primogenitorum descriptorū in cœlis, &
ad innumerabilē angelorum frequentiā. Non solùm
autē ob multitudinē virtutum cœlestiū, verumetiā
ob abundantiā bonorum, ac iuge gaudiū & læticiā,
panegyrim, hoc est totius multitudinis cœtū appel-
πανήγυρις. lat totā illam vitā. Nec enim alia res facere solet pa-
negyrim, quàm mercium venaliū copia, quū triticū,
ordeū, & omniiugæ frugum species, ouium greges,
boū armēta, vestes, aliáq; id genus plurima importā-
tur, aliis quidē vendentibus, aliis verò cōmercanti-
bus. Sed quid, inquis, harū rerum est in cœlis? Horū
quidē nihil, sed sunt his multò magis præclara. Non
enim illic sunt triticū, ordeū, ac frugū variæ species,
sed illic vbiq; fructus spiritus, gaudiū, beneuolentia,
bonitas, pax, ac māsuetudo summa exuberat copia.
Non ouium greges, non boū armēta, sed spiritus iu-
storum perfectorū, animarū virtutes, vitæq; recta fa-
cta per omnes cœlos videre licet. Nō vestes aut ami-
ctus, sed coronas quouis auro preciosiores, tum bra-
bia, certaminū præmia, aliáq; innumera bona repo-
sita iis qui rectè fecerint: adhæc ibi est multitudo cō
gregatorū, lōgè tum copiosior, tū honoratior. Neq;
enim cōstat ex viris vrbanis indigenísq;, sed hic sunt
angelorū infinita milia, illic sodalitia prophetarum,
alibi martyrū chori, apostolorū ordines, cunei iusto-
rum, omniūq; qui fortiter rem gesserūt varij cœtus.
Profectò mirāda panegyris est. Iámq; id sanè maius
est omnib', ꝙ in media frequētia versatur horū om-
nium rex. Etenim vbi dixisset, ad innumerabiliū an-
gelorum frequentiā, subiecit, & ad iudicē vniuerso-
rum deū. Quis vnquā vidit in panegyrim prodeuntē
Deus in medio. regem? Hic quidē nemo vidit, illic autē qui adsunt
perpetuò vidēt, quatenus illū videre licet, nō solùm
præsentē, verumetiā suæ glorię splendore condeco-
rantē vniuersum cœtū. Et nostræ quidē celebritates
sub meridiē plerūq; soluūtur, illæ verò non itē. Neq;
enim mēsium in orbē recursus, neq; annorū circui-
tus, neq; dierū numerū expectat: sed stat perpetuò, il
liúsq; bona finē non habent, nec senescere, nec mar-
cescere possunt, sed sunt tùm senij, tum mortis exper
tia. Nullus illic tumultus, quēadmodū hic: nulla tur-
batio, sed ingēs omnium cum ordine decēti compo
sitio, haud secus atq; in cithara quapiā, modulatissi-
mum cōcentum & quauis musica suauiorē redden-
tium vtriusq; creaturæ domino, dum anima illic ve-
lut in sacris adytis, diuinísq; mysteriis, diuinorū ar-
canorum celebrationē peragit. Ad hāc beatā requiē
trāsiit beatus Philogonius. Quænā igitur oratio par
sit viri laudibus, quē deus tam fœlici sorte dignatus
est? Nō est vlla. Sed agè dic mihi, num idcirco silebi-
mus? Et cuius rei gratia cōuenimus? An dicemus nos
haud posse magnitudinē gestorū oratione cōsequi?
Atqui ob hoc ipsum necesse est dicere, quādoquidē
hæc est præcipua laudū illius pars, ꝙ factis verba æ-
quiparari non possint. Nam quorū benefacta naturā
etiā superāt mortalē, perspicuum est, ꝙ horū laudes
excedunt linguā humanā. Haud tamen ob id asper-
nabitur officiū nostrū, quod pro viribus præstamus,
sed suum imitabitur dominum. Siquidē & ille viduę
Mar.12.d duos tantùm obolos deiicienti in gazophylaciū, nō
tantùm duorū obolorū mercedē reddidit. Quur ita
tandē? Quoniam non perpendebat pecuniæ modū,
sed animi diuitias. Nam si pecuniæ modū expendas,
magna paupertas est: sin voluntatē explices, ineffa-
bilem videbis excelsi animi mercedē. Proinde quā-

A uis nostræ facultates exigue sint minimíq; precij, at-
tamen quæ possimus offerimus. Ea licèt non respon-
deant magnitudini meritorū animæ præclari iustíq;
Philogonij, tamen hoc ipsum celsitudinis illius ma-
ximum fuerit argumētum, ꝙ nec pusilla repellat, sed
idē faciat quod solēt diuites. Siquidē illi quū acce- *Simile.*
perint à tenuibus exigua, quibus non egēt, sua vicis-
sim apponunt, remunerātes eos, qui quod poterant,
obtulerint: Itidē & hic quū acceperit à nobis laudē
verbis peractā, qua nequaquā eget, redonabit nobis
per ipsa facta benedictionē, qua semper vti possim'.
Vnde igitur laudationem illius auspicabimur? An à *Dubitatio à sacerdotij tēpore incipit.*
magistratu, quē spiritus illi tradidit gratia? Nam mū-
dani magistratus nequaquā possunt Christianorum
demōstrare virtutes, quin potius frequenter habent
accusationē malicię. Quā ob causam? Quoniā & so-
licitudines amicorū, & circuncursationes, & adula-
B tiones, aliáq; permulta his fœdiora tales magistratus
solēt cōciliare. Cęterùm vbi deus suo suffragio desi-
gnarit aliquē, illáq; manus sanctū cōtigerit caput, in-
corruptum suffragiū, alienū ab omni suspicione iu-
diciū, indubitata fuerit delecti cōprobatio, propter
eius qui delegit authoritatē. Porrò ꝙ elegerit illum
deus, vel ex ipsa morū integritate perspicuū est, quip
pe quē ex medio abreptū foro ad thronū hunc eue-
xerit: adeò castā & insignē prius egit vitā, quū vxorē
haberet ac filiā, & in forensibus negociis versaretur,
adeò solē ipsum spēdore vicit, vt protinus ab illo ge
sto, hoc magistratu dignus videretur, & à tribunali
ad tribunal euectus sit. Ac tum quidē hominibus pa
trocinabatur aduersus homines qui struebant insi-
dias, iis qui afficiebātur iniuria, superiores reddēs iis
C qui iniuriā inferebāt. Hic autē adest hominibus pa-
trocinans aduersus dæmones inuadētes. Quantum
autē sit pietatis argumentū, ꝙ deus illū tanto magi-
stratu dignū iudicarit, audi, Christus excitatus à mor
te quid dicit Petro: Postquàm enim illū interrogas- *Ioan.21.c*
set, Petre amas me? Isq; respōdisset: Tu domine scis
ꝙ amo te. Non dixit Christus, abiice pecunias, ieiu-
nium exerce, macera te laboribus, mortuos excita,
dęmones abige, nihil vel horū vel aliorū miraculorū
rectéq; factorū in mediū adduxit, sed omnibus illis
prætermissis dicit illi: Si diligis me, pasce oues meas.
Hoc autē dicebat nō solùm vt nobis certissimè de- *Ab episcopo quid potissimū requirat deus.*
clararet quātopere ipsum diligeret Petrus: verūetiā
vt palàm faceret quantā haberet beneuolentiā erga
suas oues, exēplum proposuit Petri erga ipsum amo-
ris, tantum non dicēs: Qui diligit oues meas, me di-
D ligit. Vide igitur quàm multa propter hunc gregem
passus sit Christus. Homo factus est, serui formā as-
sumpsit, consputus est, alapis cæsus est, postremò ne
mortē quidē recusauit, & quidē ignominiosissimā.
Quin & ipsum sanguinē suū effudit. Itaq; si quis vo-
luerit illi cōmendatus esse, curā habeat ouium illius,
publicā quærat vtilitatē, fratrum suorū saluti prospi-
ciat. Nullum enim officiū hoc deo charius est. Et ob
id alicubi dicit: Simon Simon, expetiuit te satanas vt *Luc.22.d*
cribraret te tanquā triticum, sed ego rogaui pro te,
ne deficiat fides tua. Quod igitur huius solicitudinis
curæq; pręmium mihi repēdis? Sed quā tandē poscit
repensationem? Eandem curā quam nobis impen-
dit, reposcit. Nam & tu, inquit, aliquando conuersus
confirma fratres tuos. Sic & Paulus ait: Imitatores *1.Cor.4.d*
mei estote sicut & ego Christi. Quomodo ille factus *& 11.a*
est Christi imitator? Omnibus per omnia placens,

non quærēs suā, ipsius vtilitatē, sed multorū vt salui fierēt. Rursus alio loco dicit: Etenim Christus nō sibiipsi placuit, sed multis. Neq; ,,prsus alia res est, quæ perinde declaret, docetque quis sit fidelis & amans Christi, quàm si fratrū curā agat, próq; illorū salute gerat solicitudinē. Hæc omnes audiāt & monachi, qui montiū occuparūt cacumina, quíq; modis omnibus seipsos mūdo crucifixerūt, quò pro viribus ecclesiarū præfectos adiuuēt, horūq; curas leniāt precibus, cōcordia, charitate, sciētes q̄ ni modis omnib⁹ opitulētur iis qui tot periculis obiiciūtur per gratiā dei, tótq; negociorū curas sustinēt, quibuscūq; possunt rationibus auxiliētur, quanquā procul habitantes, & victus sors ipsis perisset, & tota in scopulū impegisset sapiētia. Verùm hoc esse maximū amiciciæ erga Christū argumentū, declaratur & hinc. Videamus autē quomodo mun⁹ hoc episcopi administrarit. Quin potius nō est opus hic pluribus verbis aut voce nostra, quū vester fauor vestrūq; studiū hoc vltro declaret. Quēadmodū enim aliquis ingressus vineam, vitésq; contēplatus, pāpinis comantes, fructu grauidas, maceriis ac septis vndique munitas, haud quaquā desiderat orationē cuiusquā qui demōstret vinitoris industriā, & agricolæ virtutē: Itidē & hic, si quis ingressus cōspiciat vites spirituales, vestrūq; fructum contēpletur, nil opus habuerit vt ex cuiusquā oratione discat qualis sit vester præpositus. Sicut & Paulus scribit alicubi: Epistola mea vos estis, quę inscripta est, & legitur. Fluuius arguit qualis sit fons, & fructus indicat qualis sit radix. Dicendū igitur erat & tēpus & initiū quādo vineā hāc susceperit. Neq; em hoc minimū habebit mōēti ad absoluendā encomij partē, sed omnino satis fuerit ad declarandā hominis virtutē. Res tum erat multæ difficultatis quū nuper esset sedata persequutio, manētibus etiānum grauissimæ tēpestatis illius reliquiis, quūq; negocia plurimā desiderarēt correctionem. His insuper illud adiungendū erat, q̄ quēadmodū dicebā, hæreticorū factio sub illo nata negociū exhibuit, illius sapientia cūcta prosperiēte. Verùm ad aliā necessariā materiā nobis festinat oratio, eóq; cōmuni patri, beatiq; Philogonij sectatori hæc dicēda relinquētes, vt qui melius nobis teneat quicquid est antiquitatū, ad aliam cōcionandi rationē trāseamus. Appetit enim festum omniū festorū maximè venerandū, adorādúmq;: q̄ si quis appellet omniū festorum metropolim, haudquaquam aberret. Quod autē hoc est? Christi iuxta carnē natiuitas. Ab hoc enim illustratio dei, festum videlicet Epiphaniorū, ac sacrum Pascha, Ascēsio, & Pētecoste originē ac fundamentū ducūt. Nisi enim secundū carnē natus esset Christus, nequaquā baptizatus esset, nam id est festū Theophaniorū. Nequaquā fuisset crucifixus, nā hoc est festū Paschæ. Nequaquā misisset spiritū sanctū, quod est festū Pentecostes. Itaque ab hoc ceu fonte quopiam, hi diuersi amnes orti, nata sunt nobis hæc festa. Verùm nō ob hoc tātùm par est hūc diē cæteris anteponi, sed etiā ob id, q̄ id quod in hoc natū est, cæteris omnib⁹ est venerabilius. Nā q̄ Christus homo factus mortuus est, quum nullū omnino peccatū perpetrasset, quid huic amplius poterat adiūgi miraculo? Sed, mortale corpus assumpsit. Erat quidē & hoc admirandū. Cæterùm q̄ deus quū esset voluerit homo fieri, tantū.q; sese demittere sustinuerit, quātū ne cogitatione quidem cōplecti queas, hoc est omniū maximè reuerēdum, stuporísq; plenū. Quod quidē & Paulus admirans dicebat, sine cōtrouersia magnū pietatis mysteriū. Quod magnū? Deus declaratus in carne. Ac rursum alibi: Nō enim angelos apprehēdit deus, semen Abrahę apprehēdit. Vnde debuit per omnia fratrib⁹ assimilari. Propter hoc potissimū amplector diligóq; diem hunc, & amorē eius in mediū propono, vt vos huius amatorij pharmaci participes reddā. Eóq; rogo vos oēs obsecróq;, vt summo studio summáq; cū alacritate velitis adesse, sed prius suā quisq; domum repurget, vt videamus dominū nostrū in cunis iacētem ac fasciis inuolutū, horrendū ac stupendū spectaculum. Quid enim excusabimus, aut quā veniam obtinębim⁹, si quū ipse nostra causa descēderit è cœlis, nos ad illū vel ex ædibus ire grauemur: quū alienigenę barbariq; ex Perside accurrāt vt illū videant in præsepi iacentē, tu verò ne breue quidē spacium emetiri sustines, vt hoc fœlici spectaculo perfruaris. Nā si cū fide accesserimus, proculdubio videbimus illū in præsepi iacentē. Siquidē hæc mensa vicē explet præsepis. Nā & hic ponitur corpus dominicum, non quidē fasciis inuolutū sicuti tūc, sed vndiquaq; spiritu sancto conuestitū. Qui mysteriis initiati sunt, intelligūt quæ dicūtur. Ac Magi quidē nihil aliud q̄ adorarūt, tibi verò si cum pura accesseris cōscientia, permittemus vt sumas, & sumpto domū abeas. Accede igitur tu quoq; munera offerēs, nō qualia defe rebant illi, sed multò religiosiora. Obtulerunt illi aurum, offer tu temperantiā ac virtutē. Obtulerunt illi thus, offer tu puras preces, quæ sunt odoramēta spiritualia. Obtulerūt illi myrrhā, offer tu modestiam, & cor submissum cum eleemosyna. Quòd si hisce cum muneribus accesseris, multa cum fiducia particeps eris huius sacræ mēsæ. Nam hæc ideo nūc loquor, q̄ sciam certò futurū q̄ in illa die cōplures accedāt irruántq; ad victimā hanc spiritualē. Id igitur ne faciamus ad detrimentū & condemnationē animæ nostræ, sed ad salutē: iā nūc obtestor obsecróq; vt omnib⁹ modis repurgatis animis vestris, ita demū adeatis mysteria. Neq; mihi quisquam dixerit, vereor, habeo conscientiā peccatis oppletā, sarcinā circunfero grauissimā. Sufficit enim horū quinq; dierū tempus, si sobrius fueris, si attētus, si vigilaueris, multitudinē peccatorū reddes contractiorē. Nec illud perpende quòd breue tēpus est, sed illud cōsidera quòd benignus est dominus. Quandoquidē & Niniuitę tridui spacio tantā iram dei à se depulerūt, nec obstitit illis temporis angustia, sed animi prōptitudo, amplectēs domini benignitatē, totum peragere valuit. Et mere trix illa breui tēporis momento, quum ad Christum accessisset, omnia probra diluit. Quin & calumniantibus Iudæis, quòd illam admisisset, tantámque præbuisset fiduciā, Christus illis quidem silētium imposuit, hanc verò malis omnibus liberatā, cōprobatóq; illius studio, ita domū remisit. Quid ita tandē: Quoniam feruenti animo, & flagrāti corde, ardentíq; accessit fide, sanctósq; illos ac sacros attigit pedes, solutis capillis, fontibus lachrymarum ex oculis emissis, vnguento profuso. Etenim per quæ deceperat homines, per eadem parauit remedia pœnitētiæ: per quæ auocarat oculos intēperantiū, per hæc emisit lachrymas: per capillos arte cōpositos multos illexerat ad peccatum, per eosdē pedes abstersit Iesu. Vnguento multos inescarat, per hoc pedes illius lauit. Proinde & tu quib⁹ rebus prouocasti deū, per has rursum facito

Rom. 15.a

Nūc in aliis regnāt quidam.

Simile.

2.Cor.3.a

Coram epi scopo hæc dicuntur.

Natalis Christi.

Eucharistia.

Magorum pietas quo modo imitanda.

Pœnitētia breuis sed feruida.

Ionæ 3.d

Pœnitētia quomodo agenda.

cito propiciū: Prouocasti illū pecuniarū rapina, per casdē illū reconcilia, quúmq; & rapta restitueris illis quos iniuria affeceras, & alia insuper addideris, dicito iuxta Zachæū: Reddo si quid rapui, quadruplum. Prouocasti linguæ maledicētia, multis cōtumelia affectis, vicissim lingua placato, puras emittēs preces, benedicēs maledicētibus, laudās vituperātes, gratias agēs iniuriā inferētibus. Hæc nō egēt multis diebus annísve, sed solo animi ,,ppósito vnico die perficiuntur. Discede à malo, virtutē amplectere, desiste à praua uitate. Polliceor te posthac ista nō commissurum, & istud sufficiet ad excusationē. Ego testificor ac fideiubeo fore, vt si nostrū quisque qui peccatis obnoxij sumus recedēs à pristinis malis, ex animo veréq; ,,pmittat deo se postea nunquā ad illa rediturum, nihil aliud deus requirat ad satisfactionē vlteriorē. Benignus enim est, & quēadmodū parturiens cupit eniti fœtū, ita & ille cupit effundere suā misericordiā. Sed obstāt peccata nostra. Diruamus igitur macetiā, atq; ex hoc iā tēpore festū auspicemur, hosce dies quinque negociis omnibus valere iussis. Valeat forū, valeat curia, facessant mūdanæ curæ, cū pactis & contractib⁹: animā meā seruare cupio. Quid lucrifecerit homo, si totū mundū lucrifaciēs, animæ suæ iacturā faciat? Egressi sunt à Perside Magi, egredere tu è tēporariis negociis, ad Iesum proficiscere, nō est lōgū interuallū si velimus. Non enim necesse est traiicere mare, neq; montiū superare cacumina, sed domi sedēs, si pietatē exhibeas, multámq; cordis cōpunctionē, potes illū videre, potes totā diruere macerię, totū submouere obstaculū, abbreuiare viæ lōgitudinem. Deus enim, inquit, appropinquans ego sum, & non deus procul. Et dominus propè est omnib⁹ inuocantibus ipsum in veritate. Nūc autē multi Christianorum in tantā vecordiā tātúmq; venēre cōtemptū, vt quū innumeris scateant malis, nullā tamen vitæ suæ curā habeāt: sed in diebus festis negligēter ac temerè ad mēsam hāc accedāt, haud intelligētes q̄ cōmunionis tēpus non est festū, neq; celebritas, sed conscientia pura, vitáq; à peccatis repurgata. Quēadmodum enim qui sibi nullius mali cōscius est, hūc oportet singulis diebus accedere: sic qui peccatis occupatus est, nec pœnitet, eum ne in festis quidē accedere tutū est. Neq; enim semel in anno accedere, liberat nos à peccatis, si indignè accesserim⁹, q̄n hoc ipsum potius auget damnationē, q̄ quū semel tātùm accedamus, ne tum quidē purè accedimus. Quapropter adhortor vos omnes ne negligenter, veluti festo die cogēte ad diuina mysteria accedatis, sed si quādo parabitis huiⁿ sacræ hostiæ fieri participes, multis antè diebus repurgetis vosipsos per pœnitentiā, precationem & eleemosynā. Deniq; per hoc, vt vacetis spiritualibus, nec denuò cōuertamini canis in morē ad propriū vomitū. An non enim absurdū tantā habere curā rerum corporaliū, vt appetēte festo multis antè diebus vestē è scriniis deprōptam diligēter appares, ēmas calciamēta, mēsa largior splēdidiórq; paretur, deniq; variā vndiquaq; rerum copiā excogites, omnibúsq; modis temetipsum ornes, nitidúmq; reddas: animæ verò neglectæ, sordētis, squalidæ, fame contabescentis nullum habere respectū, quum sola maneat impura: ac corpus quidē nitidū huc adducere, animā verò nudā incultámq;? Atqui corpus quidem videt cōseruus, neq; quicquā est detrimēti, quomodocūq; fuerit habitū: illam autē videt dominus, qui grauissimè punit negligentiā. An nescitis quòd hæc mensa plena est igni spirituali? Et quēadmodum fontes aquæ vim exundāt, ita hæc flammā quandam habet arcanā. Ne igitur accesseris stipulā adferēs, non ligna, non fœnū, ne augeas incendiū, exurátq; animam ad cōmunionem accedentē: sed accede ferēs lapides precioſos, aurū, argentū, quò puriorē reddas materiam, multóq; cum lucro discedas. Si quid mali est, abigas ab animo. Habet quis inimicum, grauiter lęsus est, soluat simultatē, coērceat animū exardescētem, intumescentémq;, ne quis sit tumultus aut perturbatio. Regē enim excepturus es per cōmunionē: quū autē rex ingreditur ānimā, oportet magnā esse tranquillitatē, multúmq; silentiū, profundā cogitationum quietē. Sed ātrociter lædus es, nec potes irā remittere. Quid igitur? An igitur teipsum magis etiā & grauius lædes? Neq; enim tātis malis te afficiet inimicus, quęcūq; fecerit, quibus teipsum afficis, si non illi recōcilieris, sed dei leges cōculcaris. Ille te contumelia affecit, dic mihi num tu ideo deū afficiēs contumelia? Etenim non recipere in gratiā eum qui mo lestiam attulit, non tam est illū vlcisci, quàm deū affi cere cōtumelia legis huius authorē, præcipientis vt inimicis recōciliemur priusquā accedamus ad altare. Proinde ne respicias ad cōseruū, neq; ad magnitudinem iniuriarū, quas intulit ille, sed ad deum, illiúsq; timore in animū demisso, illud expēde, q̄ quò maiorem vim admoueris animo tuo, post innumera mala cogēs illum redire in gratiā cum eo qui molestiam intulit, tātò maius præmiū feres à deo, qui hæc præcepit. Et quemadmodū hic deum excipis multo cum honore, sic & ipse te illic multa cum gloria excipiet, reddétq; tibi millecuplam istius obediētiæ mercedem: quam nobis omnibus assequi contingat, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

Deū odio proximi afficere cō tumelia quid sit.

Matt. 5.d

Hier. 23.e

Psal. 144. d.

Ad Eucharistiā nō temerè accedēdū.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI in Iuuentinum & Maximum martyres, Sermo, docto quodam interprete.



ERi beatus Babylas cū tribus pueris nos hic cōgregabat: hodie verò per sanctorū militum, in acie exercitū Christi ostendit. Heri quadriga martyrū, hodie biga se ostēdit. Impar eorū est ætas, sed par fides. Varia certamina, sed eadē fortitudo. Illi tēpore superiores, isti recentiores. Et cùm tātus thesaurus sit ecclesiæ, nouas & veteres habētis margaritas: sed vna omniū est gratia. Eorū flos neq; lāguescit, neq; defluit tēpore. Nescit vetustatis rubiginem splēdoris istius natura. Temporis accessione, opes quę ad corpora spectāt, facilē intereūt, vestimēta absumūtur, domus destruūtur, & aurum rubigine consumitur: & in summa, omniū sensibiliū facultatū natura, tēpore tandē aboletur & interēidit. At nō sic se res habet in spiritualibus thesauris, de martyribus inquā, qui semper in eodē manent vigore, semper in eodem iuuētutis flore sunt, semper suę gloriæ fulgorē emittūt & radios. Quod sciētes non aliter priscos, aliter recētiores colitis sanctos, sed eadem alacritate omnes. Non enim exploratis tempus, sed exquiritis animi fortitudinē, fidem, zelum feruidū, & eas virtutes, quas præ se ferunt sancti, ob quorum honorem hodie cōuenimus. Hi enim tanto amore dei flagrabant, vt etiam extra persecutionis tēpus, martyrij corona redimiti fuerint, absque pugna triumphum retulerint,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tulerint,absq; prelio victoria potiti sint,absq; theatri A certamine brabiũ rapuerint.Et quomodo hoc? Ego dicam:sed ferte me rem paulò altius enarrantẽ.Erat rex quidã,etiã nostro æuo omnes qui se præcesserũt, impietate vincẽs, de quo & heri à me dictum. Qui cùm videret res nostras martyrũ morte clariores fieri, & ea causa nõ solùm viros, sed & teneros pueros, virgineśq; nondũ nubiles:& in summa, ex omni sexu & ætate quosdã pro religione ad mortẽ prosilire, cruciabatur,& dolebat.Cæterùm,mouere bellũ manifestè nolebat. Omnes enim,dicebat, ad martyriũ, quasi ad alueariũ apes volabunt.Hæc autẽ non à semetipso habebat,sed à progenitoribꝰ suis didicerat. Etenim & illi,vtpote tyranni,ecclesiã infestarunt,& populi quoq; in nos insurrexerũt, quũ adhuc parua religionis scintilla esset: eam tamẽ non expugnarũt, neq; cõfregerũt,sed ipsi potius cõfracti sunt. Augebatur quotidie scintilla hæc,ferebatúrq; in sublime, B & omnẽ vndiq; orbẽ inuadebat. Cùm occiderẽtur, adurerẽtur,suspẽderẽtur, præcipitarẽtur,bestiis obiicerentur fideles:carbones sicut lutũ calcabãt,mare & fluctus sicut pratũ intuebantur,ad gladiũ sicut ad diadema & coronã currebãt, omniáq; tormẽtorum genera ita contẽnebant, vt ea nõ solùm generosè & fortiter ferrẽt, sed & alacriter & volupè. Enimuero sicut plãtæ rigatę magis crescũt,ita & fides nostra oppugnata magis floret:& seditione agitata,incremẽta maiora sumit.Neq; horti aquis irrigati ita germinãt, & fœcũdi sunt,vt ecclesiæ,si martyrũ irrigentur sanguine.Hæc omnia atq; plura cùm rex ille sciret,meticulosior erat,quàm vt manifestè cũ nostris cõfligeret.Nõ,inquit,triũphos & victorias, & coronas mutuò parabimꝰ,Sed quid facit? Vide oro malignitatẽ. C Medicos & milites, & oratores omnes, vel à professionibus suis discedere,vel fidẽ suam abiurare iubet. Excitauitq; in hũc modũ cõtra nostros bellũ tela eminus mittẽs,vt si à fide desisterẽt,ridiculè vincerẽtur,vtpote qui fidẽ opibus nõ prę ferrẽt:sin generosè perseuerarẽt,& vincerẽt,neq; sic egregia foret victoria,neq; insignis triũphus.Nihil enim magnũ,artem vel professionẽ pro pietate contẽnere. Neq; is sæuiciæ eius finis erat.Nã ad hęc,si quis superioribus annis,cũ adhuc pij reges rerũ potirẽtur, vel altaria demolitus fuisset,vel tẽpla suffodisset,vel oblationes diripuisset,vel aliud tale quiddã egisset: rapiebatur ad tribunal,& occidebatur,etiã insons,& duntaxat delatus. Fingebat quoq; & alias varias causas,ita vt piè viuentiũ nemo nõ lugeret. Agebat autẽ hæc,vt obscuraretur,contemptáq; esset martyrij corona,& ni- D hilominꝰ cædes & strages fierẽt.Nihil tamẽ arte hac proficiebat.Nã qui ita affligebãtur, nõ ad illius calculum & malignitatẽ spectabant, sed ad incorruptũ iudicẽ,à quo & cœlestẽ coronã accepturos sese confidebãt. Interea cùm hæc ita sese haberẽt, & bellum quidẽ rex parturiret aduersus nostros, cessaret autẽ, veritus ne vinceretur:accidit vt milites quoddã conuiuiũ haberẽt,in quo & martyres , quos hodie colimus,erãt. Cæterùm, vt cõuiuiorũ mos est,cùm varij sermones hinc inde dicerẽtur , aliiq; alia tractarent, martyres nostri mala sui seculi inter se deplorabant, longè fœliciora fuisse superiora asserẽtes , dicebãtq; & inter se,& ad sodales:Quẽ iuuaret vltrà viuere,vel spirare,vel Solẽ intueri,sacris legibus ita cõculcatis, pietate ita violata,creaturarũ omniũ domino ita cõtempto?Omnia nidore plena sunt & fumo,omnia sacrificiis immũdis referta.Proh,neq; purũ aërẽ spirare possumus. Dicta hæc ne perfunctoriè trãseas,sed cõsidera quãdo ea locuti sunt,& quãta pietate.Nã si in militari symposio,vbi regnãt ebrietas & intemperantia,vbi certatur de prodigalitate,vbi agon est stuporis & insipiẽtiæ,sic ingemiscebãt & lugebãt:quales erãt domi,cùm soli inter se agerẽt?Quales erãt in precibus & ieiuniis,qui deliciarũ tẽpore tã humiliati & tã apostolica prę se ferebãt pectora?Gaudebant alij,hi verò lugebãt : impiè agebant alij,hi verò zelo vrebãtur.Sanè ipsi ob fratrũ valetudinẽ suã sanitatẽ nõ sentiebãt. Sic dolebãt & lachrymabãtur in malis quæ tũc fiebãt,quasi vniuerso mũdo tutores dati essent. Neq; clandestinũ fuit talia eos dixisse.Nam ex sodalibus & cõuiuis, adulator & irrisor quidã, obsequiũ regi facturus,omnia vt dicta erant,detulit.Rex accepta occasione iã diu quæsita,causatus est ex verbis illis affectatã tyrannidẽ,vt ita martyrij corona priuaret , & iussit cõfiscatis facultatibus eorũ omnibus nudos eos in carcerem cõiici. Illi autẽ gaudebant & exultabãt,dicẽtes:Quid nobis diuitiis, preciosáque veste opus ? Si & indusiũ intimũ, nępe caro,propter Christũ exuendũ est, nõ obluctabimur , sed spontè concedemus.Et ocyus dicto scripti sunt libelli indices,cõfiscatáq; omnia.Porrò vt homines in patriam migraturi , substantiã omnẽ in pecuniã cõmutatam præmittũt : ita & illis accidit.Quoniã enim in cœlos trãsituri,inimicis ipsis negociũ agẽtibus,& in hoc ministrãtibus,opes suas ante se miserũt. Non enim illę tãtùm opes , quas eleemosynæ nomine dispẽdimus, trãsferuntur in cœlũ, sed etiã quascũq; nobis hostes fidei piorũq; persecutores rapiũt,alibi thesauri erũt. Est enim hoc nõ minus quàm illud.De hoc audi q d Paulus dicat : Et rapinã,inquit,facultatũ vestrarũ cũ *Heb.10.g* gaudio tulistis,scientes vos habere melioré substantiã,& manentẽ in cœlis. Vt autẽ ingressi sunt in carcerem, cõfluxit ad eos omnis ciuitas, tametsi multis terroribus,minis,& periculis interdictũ erat,ne quis vel eos accederet,vel eis loqueretur,vel quouis modo cõmunicaret. Atqui timor dei efficiebat , vt non curarẽtur ea principis mãdata.Vnde multi ob cõsuetudinem,quã cum martyribus habebãt,facti sunt & ipsi martyres.Multi enim cõtempta præsenti vita frequẽter eos visitãdo,sacras apud eos vigilias cõtinuis psalmis perficiebãt.Erãt familiaritates illæ spiritualis eruditionis atq; cõsolationis plenæ. Et clausa quidẽ tũc est ecclesia,carcer autẽ ecclesia factus est. Neq; hi solùm qui eos visebãt,sed & qui intus cũ eis tenebantur , merã sapientiã & virtutẽ à patientia & fide eorũ discebãt. Rex vt hæc audiuit,valde stomachatus est, cupiẽs tamen eos supplãtare , & ab alacritate sua destituere, auaros quosdã homines,& impostores subornauit,qui si quando priuatũ colloquiũ sese offerret,eos accederẽt:non vt à rege missi, sed quasi singulari cõpassione & ꝓprio cõsilio id agẽtes,& adhortarentur vt à religione desistãt,& ad impietatem transeãt. Dicebãt enim:Sic nõ solùm imminẽs periculũ effugietis,sed maiori dignitate honestati,maiorem quoq; principatũ adepturi estis,regis ira fœliciter placata.Nónne vidistis & alios vestri ordinis idipsum fecisse?Quibus illi respõderũt:Atqui nos hac potissimũ ratione viriliter stabimus, & pro illorũ ruina nosmetipsos in sacrificia offeremus. Benignus & misericors nobis dominꝰ est. Solet etiã vno accepto sacrificio toti orbi conciliari.At sicut olim tres pueri *Dani.3.d* dixerunt:

dixerunt:Nũ est in tempore hoc princeps & propheta,& dux, neq; sacrificiũ,neque incensum, neque holocaustum,neque locus primitiarum coram te,vt possimus inuenire misericordiã, sed in animo contrito, & spiritu humilitatis suscipiamur: quasi in holocaustis arietum & taurorum, & sicut in milibus agnorum pinguiũ.Ita & illi videntes altaria subuersa, clausas ecclesias, sacerdotes fugatos , fideles omnes in exilium actos, studebant vt pro omnibus offerentur domino, relictisq; militaribus signis,angelicis sese choris adiũgerẽt.Quocirca & dicebant: Quid ? etiamsi nunc nõ morimur,moriendum tamen omnino est non multò posthac. Satius igitur fuerit mori pro rege angelorũ, q̃ pro rege tam impio. Hic etsi moriatur quis pro rege,nihil accipiet à rege sua dignũ fortitudine.Et quid posset defuncto præstare,si vel maximè vellet? Atqui eis sæpenumero ne sepultura quidẽ contingit,& non rarò à canibus deuorantur. Quòd si pro rege angelorũ mortui fuerimus, certi sumus nos accepturos corpus multò glorioſius,maiori gloria conspicui erimus, longè maiora nobis erunt laborum præmia. Proinde arripiamus arma spiritualia:non opus iaculis & sagittis, sufficit pro omnibus lingua. Sunt enim & sanctorum ora pharetræ , è quibus diabolico capiti contitinui & crebri ictus inferuntur. Nunciata sunt & hæc atq; similia regi , qui nec destitit, sed illecebrarũ escis iterum atque iterum illos tentauit. Ita autem mandauit, quòd si cederent victi , sub omnium oculos producerentur:sin fortes perseuerarent, vti perduellionis rei educerentur & occiderentur,neque vlla Christianæ professionis, ob quam tenebantur , mentio fieret. At qui reuelat profunda & abdita,nõ permisit,vt machinationes illę occultæ manerent,& ignotæ insidiæ. *Gen.39.b* Nam quẽadmodum olim mulier Aegyptia Iosephũ in lecto apprehendens, licèt speraret factum suum clãfore omnibus hominibus,non fuit tamen occulta,vel oculo illi soporis nescio,vel posteritati. Quippe quod absque arbitro illa Iosepho dixit, id nunc toto vbiq; mundo canitur:Ita & ea quę per subornatos illos cõsiliarios,dolosus rex agebat,sperans occulta fore,nequaquam manserunt occulta. Didicerunt enim posteri omnes & insidias dolosas,& triumphantium victorias. Deniq; cùm multo tempore exacto alacritatem eorum non solùm non frangeret multitudo dierum, sed potius studium & ardorem excitaret, æmulatoréśque multos faceret, iussit tandem media nocte in barathrum eos abduci. Ducebantur itaque in densas tenebras luminaria , & decollabantur . Cæterùm capita detruncata tunc diabolo magis terribilia erãt, quàm cùm adhuc vocem darent : Sicut & caput Ioannis non tantùm terrebat,cùm loqueretur , quãtùm cùm in disco mutum afferretur . Habet enim & sanctorum sanguis suam vocem , quæ non per aures auditur, sed occidentium conscientiam inuadit & perstringit.Post beatam autẽ illam cædem, quidam etiã cum salutis periculo , athletas illos optimos rapuerunt,etiam ipsi viui martyres ,vt illorum reliquias curarent decenter. Nã quanuis nõ occidebantur, optabant tamen mori potius, q̃ vt corpora illa relinquerẽt inhumata,ita ad venationẽ eorũ festinabant. Dicunt qui tunc affuere, & quibus corpora illa recens occisa videre datum fuit, quòd iacentibus simul illis in sepulchro,talis quędam ex eorum oculis & vultu gratia resplenderit, qualem in Stephano Iudæis respon- *Act. 6.d* suro fuisse Lucas dicit. Neque vllus est , qui non pio quodam horrore illis adstiterit, adeò aspectus ille affi ciebat omnes. Quin & omnes clamabant in laudem *2.Reg. 1.d* eorum,id quod à Dauide dictum:In vita sua non sunt separati, & in morte non sunt diuisi.Pariter enim cõfessi sunt,pariter carcerem inhabitarũt, pariter in barathrũ abducti sunt, pariter capite mulctati sunt. Et vnus vtriusque corpora tumulus tenet.Et vnum quoque tabernaculum in cœlis eos excipiet, quando in maiorem peruenturi sunt gloriam,nempe immutandi. Illos non indignũ fuerit,& columnas, & scopulos, & turres,& cãdelabra,& tauros simul appellare.Nam ecclesiam sicut columnę sustinẽt,sicut turres muniũt: & sicut scopuli omnes vndarum assultus repulerunt, multam interim ipsi seruantes tranquillitatem , sicut luminaria tenebras impietatis discusserunt: & sicut tauri , anima promptitudinéque eadem, suaue Christi iugũ traxere. Idcirco sæpe eos inuisamus,tumulos adornemus,magnáq; fide reliquias eorum contingamꝰ,vt inde benedictionẽ aliquã assequamur. Etenim sicut milites , vulnera quæ in prælijs sibi inflicta regi monstrantes,fidenter loquuntur:ita & illi in manibus abscta capita gestãtes,& in mediũ afferentes,quęque voluerint apud regẽ cœlorũ impetrare possunt. Proinde magna fide,prõptitudinéq; huc veniamus, quò & visis sanctorum monumentis, & cõsideratis eorum præmiis , inde varios thesauros vndiquaque colligamus:& per præsentem vitam ita,iuxta voluntatẽ dei, transeamus,vt in portum ęternitatis cum multis mercibus ingrediamur, fruituri regno cœlorũ in Christo Iesu domino nostro,cui sit gloria in secula, Amen.

Tertij Tomi finis.

Quaternionum canon.

a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t v x y z
A B C D.

Omnes sunt quaterniones præter
D. ternionem.

Universidad de Deusto
Biblioteca.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca